BIBLIOTECA NAZIONALE
12
13 S
6

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
55
3 11 n
8

α 8. 4.

R. P.

CŒLESTINI,

A MONTE-MARSANO,

PROVINCIÆ AQVITANIÆ

CONCIONATORIS CAPVCINI,

CLAVIS DAVID,

SIVE

ARCANA

SCRIPTVRÆ SACRÆ.

OPVS

VNIVERSIS DIVINÆ LITERATVRÆ STVDIOSIS

planè neceſſarium.



LVGDVNI,

Sumpt. PHIL. BORDE, LAVR. ARNAVD, & CLAVD. RIGAVD.

M. DC. LIX.

CVM APPROBAT. ET PERMISSV.

INTEMERATÆ

VIRGINI DEIPARÆ

SVPPLEX AVCTORIS VOTVM.

TIBI.

PRÆCELSÆ AB ÆTERNO GENITI IN TEMPORE GENITRICI: Præpotenti Cæli, Terræque Moderatrici: Cumulatiſſimo cæleſtis Gazæ Theſauro: Perenni Bonorum omnium Scaturigini: Stupendo Diuinæ Artis miraculo: Inexhauſtæ Gratiarum Abyſſo: Illibatæ, ſed non Infæcundæ Virginipuerperæ: Ardentiſſimis Seraphinis Ardentiori: Perſpicaciſſimis Cherubinis Perſpicaciori: Candidiſſimis Angelis Candidiori: Præſtantiſſimis viris Fœminiſque Præſtantiori: Vniuerſæ demum vtriuſque Mundi facturæ ſupremo Apici,

EGO

EXIGVI HVIVSCE VOLVMINIS AVCTOR EXIGVVS.

PER ſingulas Ædes & Sacella, in quibus Optimo quidem ſed peculiari Tibi iure Thaumaturga celebraris eadem Cordis qua Styli humilitate adgeniculor.

Et informem hunc Embryonem viuificandum, vbi aliquod Te fouente ſuſceperit ſpiraculum Vitæ tota qua poſſum animi reuerentia Conſecro Voueoque.

MOVET ME CVMPRIMIS FILII, TVI SVPREMA MAIESTAS,

Cvi cùm rerum omnium Primitias in ſubiectionis argumentum offerri diuina lege ſancitum ſit, Atque adeo modica hæc lucubrationum Primigenia libari conueniat. Recte Tibi Filij radiis ob eminentiſſimam Matris Prærogatiuam ineffabiliter coruſcanti Opus hoc qualecumque eſt, nuncupatum volo: vt quod Auctoris indignitate minus gratum vereor, Illi ex Tva puriſſima manu fiat acceptum.

IMPELLIT NATVRÆ IPSIVS ORDO NECESSARIVS.

Qvo vniuerſa ad idem Principium, ex quo ſemel emanarunt impetu ſuo contendunt. Vnde cùm è Tvis, continuo quadraginta prope annorum decurſu Patrociniis, hic mihi velut ex ſacro & limpidiſſimo fonte ſcriptionis riuulus effluxerit, ad Te tanquam ad propriam Originem, ac per Te demum ad immenſum Boni omnis Oceanum refluat neceſſe eſt.

COGIT VIRIVM MEARVM IMBECILLITAS VLTERIORISQVE progreſſus impotentia.

Nisi Tv ſuccurras ea Pietate qua ſoles, ea Poteſtate qua polles, vt qui, Te fouente, partus in Lucem recens emittitur, Tva fretus Benedictione, nulla ſit prole fœlicior.

SVSCIPE VOTVM O VIRGO.

Tecvm enim conceptæ ſunt lucubrationes noſtræ, Tu ſingularum Alma Parens, Tv Pia & Miſericors Obſtetrix benigna & ſollicita, Tibi proinde Primæuum hoc earum volumen, Te ſpirante, in communem Sacri Cleri ſtatuſque Religioſi vtilitatem elaboratum, conſecrari, ratio mandat, æquitas poſtulat.

FAVE O MARIA.

Et quoniam noſter hic Minorum Capucinorum Ordo nouiſſimus, tam ex Seraphici Patris mandato, quàm ex proprio inſtituto Eccleſiæ Romanæ pedibus omnino ſubiectus eſt. Fac ô Piiſſima, vt exile hoc Opuſculum, humillimæ noſtræ erga Vniuerſos, & ſingulos eiuſdem Cleri Antiſtites, Obſeruantiæ ſit ſymbolum & efficax argumentum.

HOC TIBI VOTVM PERPETVVM SVÆ ERGA TE Religionis monumentum appendit Minorum Minimus.

De maodato Reuereodiſſimi Patris noſtri Generalis ſedula mente loſtrani, & attente inſpexi opus, cui titulus eſt, *Clauis Dauid, Scriptura ſacra ſecreta referans &c. authore R. P. Cæleſtino à Monte Marſano concionatore Capucino Prouincia Aquitaniæ.* Et nihil io eo detexi quod non ſit Catholicæ fidei conſonum honeſtiſque moribus congruum, & aptum, vt præ ſe fert titulus, ad reſeranda quam plorima ſacrorum codicum myſteria, quæ aliàs non ſine magno labore percipi poſſent: quare dignum eſt, quod in magnam Reip. Chriſtianæ vtilitatem, publici iuris fiat. Ita cenſeo, & Chirographo propria maou ſubſcripto, confirmo, Lugduni die 29. Octobris 1657.

F. Bonaventvra, Lingonenſis
Capucinus, & quondam ſacræ
Theologiæ Lector.

Ex commiſſione & mandato admodum Reuerendi Patris Generalis Ordinis Noſtri attente legi & accuratè examinaui Librum cui Titulus eſt: *Clauis Dauid, Scriptura ſacra ſecreta reſerans, &c. Authore R. P. Cæleſtino à Monte Marſano Concionatore Capucino Prouincia Aquitania.* Io quo multa reperi ſcitu digoiſſima ad ſenſus Myſticos, & reconditos ſacræ Scripturæ intelligendos, varia quæ ad ſeriem temporum, & veritatem hiſtoriæ percipieodam conducant, ionomera curioſè inueſtigata quæ Lectorem docendo delectant: quapropter cùm aliunde nihil orthodoxæ fidei, & bonis moribus contrarium contineat, multum vtilitati publicæ profuturum iudico ſi publici iuris fiat & typis mandetur: Ita cenſeo Lugduni, die 10. Septembris 1658.

F. Honoratvs, Riomenſis Capucious,
Conuentus S. Franciſci Lugduni Guardianus
Diffinitor & alias Sacræ Theologiæ Profeſſor.

APPROBATIO.

Opus, cui titulus eſt, *Clauis Dauid Scriptura ſacra ſecreta reſerans, &c.* Vbique probat Authorem ſuum dignum eſſe qui vtriuſque Teſtamenti aperiat libros & eorum ſoluat ſignacula, cùm in eo quæcunque abſtruſiora loca, noua quadam luce ita perfundantur, vt iam Lectori clariſſima ac omnino ad mentem Eccleſiæ reſerata appareant.

Quare illud omnibus ac præſertim Concionatoribus, ſi typis mandetur, multùm fore proficuum iudicaoi ego infra ſcriptus facultatis Pariſienſis Doctor Theologus; Lugduni die 25. Iulij 1659.

F. Cyrillvs Morel,
Carmeli Lugduoenſis Prior.

APPROBATIO.

Editioni huius operis cuius titulus eſt *Clauis Dauid Scriptura ſacra ſecreta reſerans, &c.* lubenter aoouimus, Lugduni die 26. Iulij 1659.

DENEVFVILLE Vic. Gen.

PERMISSION.

Veu les Approbations cy-deſſus; Ie n'empeſche pour le Roy que le Liure intitulé, *Clauis Dauid, Scriptura ſacra ſecreta reſerans &c.* ſoit imprimé & mis au iour par P. Borde, L. Arnavd, & Clavde Rigavd, Marchands Libraires de cette Ville auec deffenſes à tous autres en tel cas requiſes & accouſtumées. Fait à Lyon ce 30 Iuillet 1659.

VIDAVD.

Soit fait ſuiuant les Concluſions du Procureur du Roy. Fait à Lyon ce 30. Iuillet 1659.

SEVE.

EMINEN

EMINENTISSIMIS ET ILLVSTRISSIMIS

D. D. CHRISTIANISSIMÆ,

ECCLESIÆ GALLICANÆ PRINCIPIBVS.

ORDO S. FRANCISCI FF. CAPVCINORVM Seraphicus Prouinciæ Aquitaniæ æternam fœlicitatem.

POSTHVME In lucem prodit, & velut humi iacente & emortuo ſeminis grano, ex frutice arbuſcula enititur, ac de flore deciduo fructus aperitur: Sic nouus hic ingenij exoritur partus, de genio Seraphici Franciſci, ex diuturna Scripturarum ſanctarum meditatione conceptus. Vos ex Auctoris voto Galliæ Tutelares Genios, quorum gremio ſe deuouit, fauſtos & propitios fore auſus eſt ſperare futurum. Terrebat ab acceſſu & cogebat in vmbram Eminentiæ culmen: verum quia quæ ſolida eſt & cordi inſita virtutis indoles, Dei viris maxime & Eccleſiæ heroibus, ruborem ex purpura verecundum inducit, & faſtum in ſublimitate caſtigat, fiducia beneuolentiæ & argumenti nobilitas, generoſo fœtui mater fuit audaciæ.

Clauis eſt ipſius Scripturæ abdita reſerans: non potuit altius in tuto poni, nec credi ſecurius quam illis manibus, quibus regni cælorum claues, Rex cæli tradidit: maluit ſub pedibus dari, ad quos procumbit, ea qua decet ſubmiſſi animi obſeruantia, Eminentiſſimi Principes, & ſub his auſpiciis in publicum prodit.

Sed ſera forte videbitur Clauis oblatio, iam delubrum Scripturarum ſacrarum ingreſſis, & per receſſus earum intimos patentibus adytis expatiantibus: quanquam non ſerum, quod iuſtum ſemper meritumque videri debet: nec ipſis ingratum eſt intus deſuper proſpectantibus, Clauem ad aperiendum habere quam porrigant, illis etiam qui foris ſunt & pulſant, intrare quærentes.

Quam ille primo impolitam cudit, & longa arte elimare & expolire ſtuduit, hanc tota Gallia hodie ſuſpicit in ſuis antiſtitibus digito Dei mirabilibus expreſſam: imo Galliam ipſam miratur in illis Eccleſia vniuerſa, non armis ſolum, quibus monſtra domat, ſed ſpiritu potentem, quo diuina peragat. Et nobis maxime lætandum fuit, quod temporibus illis vtilitati publicæ hoc opus datum eſt, quibus corona regia & palmata veſtis tot vndique ouat triumphis, pace ridente

inter ſtrepitus, ſacrarum etiam litterarum iuge ſtudium in ſuis Hierarchis flores ſuos innumeros tulit, liliis Regalibus inſertos, quibus Regni gloriam de ſuo cumulat. Hac oblata vel nacta fæliciter occaſione, quæ gratulationis materiam ſuggerit, teſtandi etiam animi honorantis & beneuolentis ſtudium, & quidquid fructus inde futurum eſt, Eminentiſſimis & Illuſtriſſimis illis offerendi quorum totum eſt, qua inſuper ſe totam in ſuo alumno familia Capucinorum Prouincia Aquitaniæ dicare ſacro principatui, hoc munere quærit, ab eo deprompto.

Biblia enim dum explicat auctor operis, ea qua propoſuit & cœpit ſingulari methodo, pura & illuſtri breuitate, exponit oculis, vt mente concepit, concordiam potius quam pactorum veſtrorum Aaronico magnificentius ornamentum, opera, textura, gemmarum opulentia, & ipſa imprimis cælatura nobilius, Vrim & Thummim, viridicæ linguæ, & plenipotentis pectoris ſcientiam omnimodam promendi, proferentis ſymbolum. Arcam teſtamenti dixerit Pectus ipſum qui vel attigerit, vel nouerit fundum, in ſenſu pij quondam Cœnobitæ, quia habeat in ſe duas vtriuſque inſtrumenti tabulas. Vas forte legis. Poſt diuum Hieronymum, & Bibliothecam Chriſti, vel Scripturarum Sanctarum armarium. Quodcumque horum ad intra ſit, hæc Clauis aurea fieri poterit, qua ſe ad extra explicet, & foras aperiat fores charitatis, quam catechizandis rudibus, ſtylo hiſtorico cuius methodum fecit diuus Auguſtinus, & inſtruendis doctoribus, ad manum his quorum intereſt præbeant, vel illis indigitent, quos huic operi conſtitutos cura veſtra ſingularum Eccleſiarum præſides & curatores animarum poſuit.

Ex conſtitutione Apoſtolica, ſacris capitibus veſtris in ipſa conſecratione, diuina hæc oracula ſanctiſſimis libris comprehenſa, non obuoluta, ſed expanſa & aperta, ritu etiam D. Dionyſio cognito imponuntur, quia quod arcanum in illis, & per ſpeculum in ænigmate obiectum populis, viris Apoſtolicis clarum ſit, atque dilucidum, non in parabola traditum: ſed hoc ipſum tamen velut depoſitum cuſtodire, in perſona Timothei iuſſit Apoſtolus, & Cæleſtem theſaurum, cuius Scriptura diuina pars optima eſt, abſconditum in agro nouimus, quem etiam concluſum curæ veſtræ tradidit ipſe qui concluſit; ſed ori ſacro claues eius dedit, in poteſtate ſcientiæ diuino charactéri traditæ. Hic ſuam habebunt inferioris ordinis auxiliares copiæ, in vſu & praxi tam ſibi quam aliis ad ſe introducendum in agrum hunc, & de theſauro promendum perutilem, tum datum fuerit huic oneri Apoſtolico leuando operam præſtare.

Donum ſuum ex Deo quiſque horum habet, ipſis quoque aperiendis Scripturis proprium, quod Interpretationem ſermonum vocat Apoſtolus, ſermonis talentum Nyſſenus Gregorius, cuius ipſe præditus, prædicatione exornans Ephremum diaconum, appoſite linguam & orationem eius appellat Clauem diuinitus fabricatam. Tales hoc æuo intra cœtum veſtrum Apoſtolicum ſinguli, rara tamen Maieſtate, quia dignitate ſemper conſpicua, igneo murice, & ſacris inſulis tam verbo quam ſtylo clariores.

Et ex vobis tanquam ex traduce, clerus veſter inſignis, in ſuis vndique ramis, in mundam fructiferæ vitis, quotidie excreſcens, & nexibus fraternæ charitatis hinc inde pendulis, per ſeceſſus repens, non virentes porticus, ſub frondeo tecto, ſed de Cælo tecti, pietate Cæleſtes facere domos, ſeminaria, oratoria, Miſſionariorum aluearia, ſacra Caluaria, & his ſimilia Sacerdotum collegia, ſic Deo ſibique domeſticis & ſecretis functionibus vacantia, vt animarum ſaluti clara

in

in luce expoſita,plenius ſatisfaciant. Horum certe, ſed illorum potiſſimum, qui Deo cum illis digne ambulant, & inſuper in ſpecula poſiti vigilibus oculis plebem proſpectant, & ſe totos in Sacramentorum adminiſtratione huic curæ impendunt & ſuper impendunt,lingua in docendo, & manus in operando, Regni Cæleſtis Claues facti ſunt.

Sed illis ipſis, quibus inſtantia illa quotidiana, & Eccleſiarum ſollicitudo vix libros euoluere, ſed nec ſubſiſtere quidem, vel quicquam ſuum agere permiettit, breuis hæc & compendioſa methodus, medullam quaſi de Cedro tollens diſputationis immenſæ, Clauis fiet, qua promptius ditandæ inopum animarum egeſtati, vel gazam recludant opulentiſſimam; vel eſurientibus paruulis, aperto arcæ diuinæ promptuario,panem frangant; & commiſſis ſibi de Chriſti ouili, vobis datis ouibus, commodius prouideant. Sic in illis habituri quod veſtrum eſt, vbi Clauis huius vſus aliquis fuerit,munus quod obtulimus ex vobis eſt, quia clerus totus & ſub clero populus Eminentiſſimæ dominationi ſubeſt. Nec tamen eius etiam gratia vel intuitu,tantus huius operis auſus eſt, vel ſpectatæ meſſis præſumptus fructus,vt dignum aliquid de ſuo auctor contuliſſe putauerit, illis inſtruendis quos & Deo doctos & ſub tantorum tam inſignis meriti Pontificum diſciplina,hac ſcientia eruditos vbique miramur.

Non hæc indoles huius ſæculi, qualem retulit & luxit S. Anſelmus ſui, in quo inualuerat in Sacerdotibus tanta ſocordia,& rerum diuinarum contemptus, vt eos quaſi garrulos contemnerent qui libros diuinitus ſcriptos,& Sanctorum vatum Commentarios legerent. Hodie longe ſecus,ſic Gallia ſe habit; vt Biblia ſacra, inter Cæteros codices, librum Sacerdotalem poſt D. Ambroſium merito dixeris. Ita trita apud illos,imo ſeria eius indagatio, & aſſiduus in meditatione & interpretatione labor, vt hoc opus texturæ ordinem in fila tot tranſuerſa delineans,pars nulla vel omnium minima ſit. Veruntamen nec à ſcopo aliena, nec à propoſito deuia,nec peritioribus illis omnino inutilis. In Lycæo quippe litterario, hoc maxime ſacro,exercitatos etiam & eruditiſſimos,vt in arena circi gladiatores perfectos, non tantum magiſtri & præpoſiti ſui, ſed etiam idiotæ, & ſuperuacue quique adhortantur de longinquo, vt ſæpe de ipſo populo dictata ſuggeſta profuerint. Quod de illis ita Tertullianus expreſſit,iure potiori ſtatuendum eſt de dictatis verbo diuino expreſſis, hic ſuggeſtis, & ita digeſtis, vt ipſius Scripturæ digeſtum afficiant: ex quo Lector beneuolus id commodi referat, vt breui temporis ſpatio diſcere poſſit quod doceat, vel recolere quæ iam didicerit, & quæ non niſi magno labore,& librorum copia, plurium annorum circulo comparare queat. De cælo hæc dictata habeat,quod omnibus proſint,quiſquis dictauerit, vel ea diuinitus inſpirata ſuggeſſerit.

Voluit tamen dignitas ordinis, Illuſtriſſimi Præſules,vt hoc ordine congruo,ſpiritus litteræ Sacræ incluſus,à capite in membra manaret,& ſicut ros vertice Hermonij montis,& vernantibus campis ſublimibus iam perfuſis, ad ima difflueret.

Quæ rationis ſumma ſit & conſilij, quo Apoſtolici culminis ſummum apicem, & montes Dei prius reſpexit Dauidica Clauis,vel radices deferri debuit, vt maieſtas ea qua ſolet humanitate,ſic proiectam & proſtratam leuans, manu beneuola erigeret, & ab ea ſic dignata flecti,habeat vnuſquiſque quod ſaluti contulerit,quodque & Deo dignius, & operis maieſtati congruentius & diſcentibus gratius ſit.

Sic referunt Iulio Cæſari,armorum & militiæ decus cordi fuiſſe, vt per equites Romanos,ac etiam per Senatores belli peritos,non in ludo per laniſtas, Tyro-

nes

nes erudiri voluerit, & vt ipſi dictata exercentibus darent. Longe auſpicatius pro Sacris litteris, diuino agente numine, hunc honorem ſæculo poſt Chriſtum ſeptimo, hæc Apoſtolica Palæſtra adepta eſt, vt ipſe ſummus Pontifex Stephanus tertius omnes Sacerdotes & clerum in Lateranenſi Patriarchio aggregans, admoneret, ſedule eas eotis niſibus ſcrutari. O felicem ſub tanto monitore Eccleſiam. Sed ô beatam hodie Gallicanam noſtram In qua tot præcellentiſſimi doctrina & pietate præſules, veſtigiis eius inſiſtentes, per ſeipſos hoc Curant & peragunt, vt clerus & populus ab ipſis edocti dum Dei Verbum & ſcripto & lingua miniſtrant, velut diuinos eius aderent apices.

Quis dictata Sacra, de ore ſic inaugurato, vel oracula de cœlo miſſa non recipiat? quis aureis Litteris, Virginea manu non ea ſcribat? quod Bonifacium Martyrem de D. Pauli Epiſtolis perfeciſſe legimus. Quid non pertranſeat, vel quo non ſe extendat Clauis hæc, tanto præeminentium nomine, & patrocinio tutas; vel vbi locorum recepta non ſe prodat, quacumque eorum ſe extendit auctoritas, quæ Cælum vbique claudit & reſerat? Et quid opere quiſque non exprimat, quod de Spiritu ſancto Conceptum cordi fuit, ſic nobilitata hac ſacra diſciplina, vt exercentes præpoſitos habeat non equites Senatoreſque Romanos, ſed Romanæ Eccleſiæ Principes eximios. Hic ſcopus & finis operis, hæc dedicationis & inaugurationis Clauis huius ratio.

Quo vos demum, Eminentiſſimi & Illuſtriſſimi, vrget domus Dei & animarum zelus, qui hunc animum & genium indidit, vt vos à Dei ſpiritu ſublimes attracti, ſicut à Magnete in Diuina Catena primi annuli, Cæteros in Cælum attollentes, à ſummo illo effectore omnes dependeant: vtque mortalis vita in æternæ vitæ ſtudiis tota tranſigatur. Res hæc noſtra eſt, quia ex inſtituto Seraphicæ Regulæ, præpoſitis Dominationibus illi inſeruimus: ſed illarum maxime, quia publica, cui cura Paſtoralis praeeſt. Huic vos Gallia nominauit, Roma præfecit, non Cæli fato, ſed rato, quod ei propius eſt, Dei conſilio, ſummoque non libertatis ſolum, ſed pietatis Gallicanæ bono, & conſanguineæ ſibi Chriſtianitatis augmento, cuius appellatione ipſi Romani Pontifices Regiam decorant Maieſtatem. Huic tutandæ & eius ampliandæ felicitati, Reges ipſi Chriſtianiſſimi vos fauſtos norunt & prædicant: ſiue populus inſtruendus Deo, ſiue Deus placandus populo, Irati numinis fulmen ſacra manu excipitis aut retunditis. Bellum quod olea donari non potuit, Deo litantes inter arma, coronatis lauro. Faxit tandem vt mediatione propitia, quam in victoriis quærit almam per vos reperiat pacem, voſque diu illi ſeruet incolumes, nos vobis ſemper obſeruantia debita pedibus obuolutos.

Eminentiarum Sacrarum & Illuſtriſſimarum Dominationum.

Obſequentiſſimos filios & ſeruos humillimos
FF. Capucinos Prouinciæ Aquitaniæ,
S. FRANCISCI ALVMNOS.

CLAVI

CLAVIS DAVID·

SCRIPTVRÆ SACRÆ APERIENDÆ, & intelligendæ accommodata.

PROOEMIALIS APPARATVS.

SCRIPTVRÆ ſacræ lectionem non ſemel aggreſſus, in pluribus ſæpiſſimè anxius hæſi: potiſſimùm in Hiſtoriæ recto ordine percipiendo, temporibuſque, quibus geſta ſunt ſingula, diſtinguendis; in emergentibus hinc inde dubitationibus ſoluendis, ambagibus quæ ad libros Canonicos ſpectant extricandis, quouis eorum ſenſu vbiuis inueſtigando; & quâlibet obuiâ difficultate explicandâ, frequentibuſque perſonarum & locorum Homonomyâ, quâ vna vox plura, & Polyonymiâ, quâ plures voces vnum ſignificant dirimendis.

Hagiigraphi namque ſancto afflati ſpiritu (cui omnia vnum, & in vno Æternitatis puncto præſentiſſima) Hiſtoriæ temporúmque ſeriem haud anxie attenderunt, ſed vbi erat impetus ſpiritus, illuc ferebantur: nec venerandum difficultatum velum contra ſancta ſanctorum Scripturæ diuinæ rite appenſum, expandendum ſibi ſumpſerunt. Inde fit vt rerum geſtarum aliquando inſolita diſpoſitio, minúſve lucida enarratio, temporúmque ordo quandoque præpoſterus innumeræ circa hæc exortæ dubitationes, & multiplices ſacri Textus intelligendi difficultates, frequenſque propriorum nominum Homonymia & Polyonymia, non modicam nobis, eodem quo & illi Pneumate minimè afflatis, offundant caliginem, haud ſanè inutilem: quippe quæ ad deprimendam humanæ mentis ſuperbiam, & cor humile in Dei charitatem excitandum valdè conferat.

Verùm quia ab illis Diuinæ Scripturæ difficultatibus explicandis nemo repellitur, quin & ipſa, æternæ etiam vitæ præmio propoſito, omnes ad hoc ſuauiter inuitat, dum ait, qui elucidant me vitam æternam habebunt. Propterea ego Deo Optimo Maximo, ſacræ Hiſtoriæ Auctori primario, gratum opus fore confiſus, & omnibus Eccleſiæ Ordinibus, quibus conſulo æquè acceptum ac vtile, vt liberior ipſis ad ſacrorum voluminum lectionem & intelligentiam ſit acceſſus, *Clauim* hanc vniuerſæ Scripturæ aperiundæ & intelligendæ accommodatam, & in ſex libros tributam, multis ſudoribus coaptaui.

Quia verò potiſſimùm ſcribentis officium eſt, vt eorum quæ ad inſtitutum ſuum conferunt, in ipſo operis veſtibulo, quemdam velut apparatum inſtruat, quo faciliorem, aut luculentiorem ad ea quæ docenda ſunt viam ſternat, operæ pretium erit nonnulla permittere ad faciliorem totius operis, cuiuſque Libri intelligentiam neceſſaria: vt Lectoris mens his inſtructa, ad ea quæ poſtmodùm conſcribenda ſunt pleniùs intelligenda præparetur.

Quod ergò ſpectat ad totius operis inſcriptionem, cùm de ea diù cogitaſſem, tandem ex arcanis Apocalypſeos prodiit *Clauis Dauid*, ac peropportunè. Cùm enim Clauis inſtrumentum ſit aperiundo maximè idoneum, & variam in ſacris Eloquiis deſignet poteſtatem. Omiſſis cæteris, ſola ad nos ſpectat quam Chriſtus exprobrat Phariſæis, inquiens: *Væ vobis legiſperitis, qui tuliſtis Clauem ſcientiæ, ipſi non introiſtis.* Clauis ergo noſtra, Clauis eſt ſcientiæ, quâ myſticis Scripturæ ſacræ oſtiis reſeratis, ad interius Oraculum aditus patet. Et *Clauis Dauid*, Dauidi námque ſingulari quâdam ratione, rerum Diuinarum data eſt ſcientia: Et

ipſe ſtirpe, regno, geſtis, vaticinio, & ſanctitate clarus, præ cæteris Prophetis myſteria pronuntiauit Chriſti: de quo dilectus Diſcipulus hæc dicit: [*Sanctus & verus qui habet Clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit.* Ad quid vir pius hæc dicit: *Sanctus in bonitate, verus in promiſſione, qui eo quòd ſanctus nunquam peccat, & quia bonus nunquam mentitur, & quia habet Clauem Dauid, cui vult myſteria ſapientiæ aperit, & largitur*: tum paucis interpoſitis, *aperit ſenſum ad cognitionem, aperit affectum ad dilectionem, aperit linguam Doctorum ad docendum, aperit corda populorum ad credendum. Et quoniam quæ electis aperit, reprobis claudit, rectè dicitur: claudit & nemo aperit.*] Huius itaque noſtri totius operis Inſcriptio eſt *Clauid Dauid*, ſex libris quaſi totidem Arcæ ſacræ ſeris aperiundis accommodata.

Quod attinet ad librum primum, qui in vniuerſam Hiſtoriam ſacram vtriuſque Teſtamenti perſtringit, & ordine Chronologico diſpungit: Hiſtoria, & Chronologia ſorores, gemellæ ſunt, è prima ſui origine inter ſe connexæ, mutuóque ſubſidio copulatæ: vtráque in rerum geſtarum ac præteritarum memoria conſiſtit; tempuſque non aliter, quàm vt ei ipſum eſt reſpicit. Hiſtoria rerum ſyluam ac materiam præbet Chronologiæ; hæc illi viciſſim debitam earumdem rerum collocationem (quæ eſt velut forma) ſuppeditat. Hiſtoria rerum præteritarum eſt enarratio, ſicut & Chronologia, earumdem ad ſua tempora, temporúmque partes accommodatio. Hiſtoria ſimplici rerum geſtarum relatione præcipuè intenta, de annorum exacta ratione, minus ſolicita eſt. Chronologia annos ſingulos, quoad licet, annorúmque partes curioſè obſeruat. Hiſtoria præterita ſæcula libero decurrit pede: greſſus regit Chronologia: huius enim orbata præſidiis, adeò manca eſt illa, & erratica, vt iamdiù in prouerbium abierit, Hiſtoriæ oculum eſſe Chronologiam.

Prior tamen ordine naturæ eſt, ideóque prior chorum ducit Hiſtoria, non oratorio minio ſplendida, ſed potius ob gemina ipſa Scripturæ verba, quibus inhærere ſtudui, vtcumque rudis: nec Attico calamiſtro compta, ſed Laconico cothurno expedita, vbique breuis & conciſa.

Et quia ſacris Codicis Hiſtorica narratio aliquando præpoſtera eſt, & ſæpiùs interrupta; vt ſuo loco, temporique omnia reſtituantur; & ſi quæ ſint in ea omiſſa quantum fas eſt, ſuppleantur, Ioſephum Antiquitatum Iudaïcarum peritiſſimum, Euſebium Cæſarienſem, alióſque ſcriptores ſubſidiarios aduocaui. Erubeſcebat Iuriſconſultus ſine lege loqui: nos quoque ſuppuduit abſque aliquo Doctorum teſtimonio, de re aliqua paſſim pronuntiare, quod non modicam huic operi noſtro conferet firmitatem. Vbi tamen ex ipſa Scriptura, aut ſtabili quapiam autoritate, res annoſve definire non dabitur, tum permittetur vti coniecturis, & libere proferre quid ſentiam.

De iudicio tamen noſtro præiudicium nemini fieri velim, ſed eâdem quâ & ego libertate, aliud eloquatur, qui aliud ſapit. Equidem vbi aliquid in Scriptura prætermittitur, integrum cuique eſt, quod velit præfinire, dummodo conſentaneè loquatur: neque cæteros velut quodam Dictatorio iure ſuam in ſententiam cogendos arbitrerur. Quod niſi plerique facerent, facilè ipſos paterentur alij, in ea, quam amplexi ſunt, opinione conſiſtere: verùm quia ſuam ipſorum ſententiam ſolam eſſe veram dictitant, damnántque cæteras, id ab illis non ſine aliqua reprehenſionis nota, factitari iudicabit omnis qui iudicio pollet. Et hæc quoad Hiſtoriam ſacram, ordinémque in eius enarratione tenendum.

Hiſtoriæ chorum ducentis indiuidua comes, vt dictum eſt, Chronologia, quo tempore ſingulæ, quæque res geſtæ ſint, indicabit; expreſſis vel ex ipſa Scriptura, vel ex aliquo Autore probato, annis excurrentibus, ex quorum additione ſucceſſiua, in quauis mundi Ætate anni ab orbe condito ſubinde ſuccreſcent. Proprios tamen ſingularum Ætatum annos, quibus quælibet earum integra coaleſcit, quoſque aliqui ſeparatâ ab annis mundi diſtinguunt linea, minimè obſeruabo. Etſi enim eiuſmodi annorum cuiuis Ætati propria computatio, ſua non careat vtilitate, diuerſa tamen illa & multiplex annorum ſubductio nonnullis fortè videretur inutilis, vel minus neceſſaria.

Nec in temporibus per diuerſas Æras deſignandis laborabimus, ne ea Ærarum obſeruatione volumen intumeſcat. Adde quod ſæpè dubia ſunt, & incerta

illarum initia, de quibus Chronologi adeò inter ſe digladiantur, vt nec inſignes illæ temporum notæ, Olympiades intelligo, ab eorum ictibus ſint immunes: Conſulares quoque Romanorum faſtos ipſis etiam florentis Reipublicæ temporibus, mendoſos, parúmque inter ſe conſentaneos fuiſſe Hiſtoricorum monumenta confirmant, quæ diuerſis ex annalibus, ſæpius diuerſa Conſulum paria, eoſdem in annos iniiciunt; eorumque nonnulla plerique omittunt, quæ alij commemorant.

Quin & Lectorem monitum eſſe velim, quod noſtri minimè eſt inſtituti, hic ex profeſſo Chronologum agere, ſed Chronologiam in ſubſidium ſacræ vocamus hiſtoriæ, eáque conducimus lege, vt aſſumpto vno ſaltem Doctore probato; Scripturæ ſacræ, eiuſque Autori, cuius factus eſt in pace locus eius, pacificum & ſine ſtrepitu exhibeat obſequium: & per annos communes, prout ab ipſa Scriptura ſacra, aut aliis, ea ſubticente, Autoribus, referuntur computando procedat. Nec quiſquam moleſtus ſit nobis, ſi Autores illi, quibus hac in re Chronologica, cæteriſque paſſim vtimur, ab iis, in quos ipſe iurauit aliquando diſſentiant: Æquum eſt enim, ac rationi conſentaneum, vt qui liberè ab aliis diſſentit, patiatur & ipſe alios à ſe liberè diſſentire.

Hiſtoriam ac Chronologiam indiuiduo iunctas comitatu, & æquali paſſu incedentes proximè ſubſequi debuiſſet Topographia, quæ tantam lucem ingerit ſenſibus, vt illius vtilitatem imperitum vulgus ac rudè æquè fateatur. Ideóque pluribus ex ſacris Typis Topographicis ſerio inſpectis, & quæ communi peritiſſimorum conſenſu, circa ipſos deprehenſa ſunt: mendis expunctis, duplicem Tabellam compoſueram, & in vtráque ſuum ſingula, quæ totâ paſſim Scripturâ memorantur loca, ſitum habebant. Vtrique Tabellæ accedebat facillima Methodus, cuius arte, ſine vlla errandi, vagandique moleſtia, mox occurrebat Ciuitas, Vrbs, Mons, Fluuius, aliúſque locus, quẽ quiſque deſiderabat. At tota illa Topographia (quæ multo ſtudio coaptata, huius etiam operis editionem haud parum diſtulit) alienis manibus concredita inauſpicato periit. Cúmque de eodem labore repetendo cogitarem; & ad eandem incudem ægrè licet, redire ſtatuerem, certior factus ſum vniuerſam ſacram Topographiam exactè elaboratam, & in plures partitam tabellas, Regiis Bibliis Lutetiæ Pariſiorum recens editis inſertam fuiſſe; quo audito, ne actum agerem ab opere illo redintegrando lubens deſtiti; maximè cùm obſeruaſſem ſacris illis tabellis, non modò peritorum muſæa, ſed & illiteratorum porticus velut aulæis exornari, præcipuámque ex eis Palæſtinam, libris non paucis qui hodie in lucem prodeunt, adiungi; imò & ſeorſim, lineari cancello, vt quiſque locus citiùs occurrat, in areas diſtinctam paſſim exponi. His vtique permotus, Hiſtoriâ ſacrâ ordine Chronologico ritè delineatâ proprium ſingulorum, quæ in ipſa memorantur, locorum ſitum, illis in Typis frequenter obuiis inſpectandum prorſus remiſi.

Cæterùm quamuis Hiſtoriæ ſacræ, nec non Chronologiæ contrahendæ, quantum fas eſt, ſtudere propoſuerimus: quia tamen ſacrarum paginarum lectores non pauci, vt quotidiana docet experientia (maiori otio fruentes) nudam indoctámque enarrationem faſtidiunt, & ex continuis Hiſtoriæ & Chronologiæ anguſtiis, ad paſcua vberiora proſpectant, varias Obſeruationes fuſiori ſtylo exaratas ad calcem totius Hiſtoriæ vtriuſque Teſtamenti reiecimus, quo ſtudioſus Lector Hiſtoriam ipſam perlegendo, cùm volet recurret, ductu numeri, cuilibet Obſeruationi ad marginem notati: quas omnes, aut aliquas earum, ſi quis vno tractu legere velit, vereor ne ipſas velut ſcopas diſſolutas abiiciat, ſin autem cùm excurrentis Hiſtoriæ, aut Chronologiæ lectio, plenioris notitiæ acuerit appetitum ſingulas inſpiciat, quatenus rebus, locíſque difficilioribus explicandis aptantur, abſque dubio earum nexus deprehendet, probabitque breuitatem Lectori perito non inſipidam, & abundantem Tyroni: vt enim vtrique fieret ſatis; è plurimis pauca ſelegi, & vbique breuis eſſe ſtudui, modò non obſcurus, ne vel prolixitate, eruditi viri irritaretur patientia, aut obſcuritate, ingenua erudiri volentis eluderetur expectatio. Et hæc quod ad librum primum.

Secundus Liber prædictis Obſeruationibus, decem generales addit Tractatus, vniuerſæ paſſim Scripturæ intelligendæ accommodatos: quos propterea Tractatuum titulo placuit inſcribere: (ampliorem enim Tractatus, quàm Obſerua-

tionis nomen, rerum explicandarum copiam indicat.) Primus eſt de ſacra Chriſti Genealogia. Secundus de partibus temporis Hiſtoriæ ſacræ ſubſeruientibus; putà horis, diebus, Hebdomadis, menſibus, annis, periodis, & æris. Tertius de quatuor Orbis Monarchiis, vt Scripturæ ſacræ congruunt. Quartus de Republica Hebræorum. Quintus de iure belli eorumdem, ceterorúmque ſub vexillis Dei Sabaoth ritè militantium. Sixtus de triplici Chaldæorum, Ægyptiorum, & Græcorum ſapientia. Septimus de Numinibus commentitiis in ſacra Pagina commemoratis. Octauus de tribus rerum Magicarum ſpeciebus, quarum frequentior in Scriptura fit mentio. Nonus de Dæmoniacis. Decimus, & Vltimus de ſpiritibus & ſpectris viuos infeſtantibus. His ſanè Tractatibus ea, quam in primo libro nobis propoſuimus, Hiſtoriæ ſacræ breuitas abundè ſupplebitur; minuſque ieiuna erit illius enarratio. In his enim diſſertationibus celebriores ſacræ Paginæ difficultates calamo liberiori enodantur, quin & ipſis, ſicut & Obſeruationibus præcedentibus, aliqua rerum veterum, recentiorumque condimenta nonnunquam adhibentur, vt huius Æui feneſcentis nauſeanti ſtomacho conſulatur; faſtidiénſque eius palatum aliqualiter oblectetur. Qualis autem ſit illorum decem Tractatuum ordo, ordiniſque conuenientia, eiuſdem libri ſecundi Præfatio ſuo loco explicabit.

Tertius liber quæcumque ad libros Canonicos ſpectant, ſeriò diſcutit; eóſque ab Apocryphis, & Pſeudepigraphis ſecernens, iſtorum quoque eam, quam rei conditio poſtulat, notitiam præbet: quin & aliorum quorumcumque, de quibus in ſacra Pagina fit mentio, librorum aut ſcripturarum rationem clarè explicat; eius generis ſunt liber bellorum Domini, Iuſtorum liber, Liber legis regni, Volumen volans, Chirographum Decreti, & ſimilia.

Quartus Liber, ea quæ ad vniuerſæ Scripturæ ſenſum tam literalem quàm myſticum inueſtigandum conducunt, in vniuerſum ſuppeditat. Ibi de ſenſu Litterali, Allegorico, Tropologico, & Anagogico; & de variis, iuxta eos ſenſus, Scripturæ exponendæ modis diſſeritur: Tum ad primam ſacræ litteræ intelligentiam, tres generalium Regularum Decades aſſignantur: vtriuſque Teſtamenti loca in ſpeciem ſibi magis pugnantia conciliantur. Quæ ad cautam ſacrorum Interpretum lectionem obſeruanda ſunt, admonet; quíve ſit (illorum inſigniorum ſaltem) exponendi modus ac ſtylus annotatur; ac ſequenti libro via ſternitur: Etenim quia omnibus illis licet obſeruatis, plures aliæ paſſim in ſacra Pagina, etiam quoad ſenſum ipſum litteralem occurrent difficultates, quarum elucidatio peritum vtique poſtulabit Interpretem. Liber quintus copioſum ſatis, & accuratum SS. Patrum Doctorumque qui Scripturam ſacram, vel aliquas eius partes, iuxta quemuis ſenſum, aut exponendi modum feliciùs interpretati ſunt, Catalogum proponit; è pluribus enim ſacris Interpretibus ibi recenſitis aliquis eorum, etiam in tenui Bibliotheca, erit ad manum; ſicque opportuno eiuſdem Catalogi ſubſidio, quælibet in quouis Scripturæ loco obuia elucidari poterit difficultas: Et quiuis ſenſus litteralis aut myſticus inueſtigari; variique iuxta eos ſenſus ſacræ Paginæ exponendæ modi, pro cuiuſque genio comperiri.

Demum liber vltimus per modum Coronodis, ſacrum exhibet Onomaſticon, omnem Perſonarum & Locorum quæ in ſacris Codicibus memorantur, Homonymiam & Polyonymiam obſeruans & explicans. Quia enim plures multumque diuersæ in Scriptura ſacra referuntur perſonæ, quæ vnum idémque ſortiuntur nomen, & ex oppoſito, vna eadémque perſona pluribus gaudet nominibus: item quia plura loca, licèt in diuerſis ſita ſint Tribubus aut Regionibus, vno eodémque exprimuntur nomine, & è contra vnus idémque locus, pluribus ſæpe nominibus indigitatur: ſane Homonymia illa in varias Lectorem ambages trahit, magnáſque ei Polyonymia hæc offundit tenebras, his vt prouiſum ſit incommodis, omnis propriorum illorum nominum, Homonymia, quâ, vna vox pluribus perſonis, locíſve communis eſt, omniſque Polyonymia qua vna perſona, locuſve pluribus nuncupatur nominibus, curioſiùs obſeruatur. Quod vt commodiùs fiat, illa, aliáve propria nomina, provt in Scriptura ſacra ſeſe habent vſurpabo, neque graue erit mihi, ſi proinde apud aliquos barbarus audiam: (ſi tamen barbariem vllam inuehere poſſint voces, eâdem quâ in ſacris Codicibus expreſſæ formâ) quod tamen aſperitatis eorum auribus, aliò aſſuetis

obſtre

obſtepuerit, vrbane ſuſtinebunt, ſi attendant me nullâ eos notate cenſurâ, qui prædictis nominibus propriis peregrinam affigunt terminationem, latinámque tribuuot inflexionem: pro Caïn, verbi gratiâ Seth, Henoch, Lamech, Sem, Cham, Iaphet, Arphaxad, Thare, Booz, Iudith, Eſther; dicentes Caïoum, Sethum, Henochum, Lamechum, Semum, Chamum, Iaphetum, Arphaxadum, Thareum, Boozum, Iuditham, Eſtherem: An iſta nouitas Scripturæ ſacræ, prout ſonat, intelligendæ conducat, iudicent alij. Certum eſt, eam noſtro iam inſtituto, omnis videlicet eorumdem nominum Homonymiæ & Polyonymiæ obſeruandæ dirimendæque prorſus aduerſari.

En noſtri ſumma propoſiti in hac myſtica *Claui Dauid*, cuius initio, & antequam ordine Chronologico ſacra tecenſeatut Hiſtotia, præmittetur vniuerſæ Scripturæ Synopſis Proſopo-Chronica, omnes ferme alicuius nominis Perſonas in ſuas ſingula Genealogias, aut ſene Synchronicâ, vno aſpectu oculis ſubiiciens; & tempora, annóſque ſacræ Chronologiæ diſtinguens, quæ ſi ſemel hæreat menti, facilis ad Hiſtoriam percurrendam minus peritis patebit aditus, & peritioribus tota eius notitia breui perlectione in memoriam, non minore profectu, quàm iucunditate, reuocabitur.

Ceterùm quidquid hoc toto in opere quis inuenerit, quod ad vtilitatem iudicet pertinere, gratias ei agat, à quo omne bonum deſcendens à Patre luminum. Quod autem quouis in loco imprudenter aberratum deprehenderit, id totum imbecillitati humanæ ingeniique noſtri adſcribat tenuitati. Ipſe enim humani à me nihil alienum putans me, ſcriptáque mea quæcumque tandem illa ſint, Apoſtolicæ Eccleſiæ Romanæ. Tribunali reuerenter ſiſto, ac eius Cenſuræ, quamcertiſſimæ, & citra omnem aberrationem poſitæ, ſumma cum mentis humilitate ſubiicio, vt ſi quid ſacris litteris, ſi quid Eccleſiæ Catholicæ conſenſui, ſi quid demum vlli veritati diſſentaneum, à me dictum eſt, id nec dictum eſto, nec vel animo conceptum. Sed & quæcumque minùs rectè conſcripta fuerint, ea tibi, Candide Lector, tuæque charitatis ſtylo beneficocaſtiganda, vel mon tis Autori, haud indocilis animi libere ſuppeditatis, in meliùs promouenda ingenue commito: non me tu promptiùs monebis errantem, quàm ego te monentem ſequar.

Quod ſi primus hic animi partus lucem videat non iniucundam, eius plantam tenebit gemellus alter, videlicet *Speculum ſine macula*, in quo Eccleſiæ facies in triplici ſtatu, naturæ, legis, & gratiæ exhibetur. Et, ſi non infelix vtrique faueat aura, eadem quoque frui ſperabunt alia volumina, quibus pro integro curſu Theologiæ, electiſſima D. Thomæ Aquinatis, & ſancti Bonauenturæ ſacra doctrina in catenam redacta continetur, vbi videtur diſcors, ad concordiam pro viribus reuocatur. Inſuper & nouæ quæſtiones nouiſſimis ſæculis ſuſcitatæ pertractantur. Id enim Chriſtianæ proprium modeſtiæ ſemper eſſe credidi, non tam ſua ſenſa cæteris diſcenda ingerere, quàm à maioribus & probatiſſimis autoribus accepta poſteris itatradere, vt ſi quid breuitatis, aut maioris intelligentiæ gratia, nouo modo dicatur, non tamen dicantur noua, niſi poſterioris ætatis nouitas, aliquid noui proferre cogat. His & addetetur Myſticæ breuiſſimum Enchiridion ſtylo vernaculo, vt & illiteratis vſui ſit. Quia enim pietas hac tempeſtate varie à variis effingitur: alij námque eam velut auræ aſſuetam expolientes, hos molli apparatu Chriſti crucem euacuant: alij è contra totam ſemper ciliciis hiſpidam, & flagellis fauciam oſtentantes, eo hortore infirmiorum tertent animos, & à primo ad eam acceſſu prorſùs auertunt. Nos vtriuſque extremi medio inhærentes ad primæuum Chriſti Domini in agonia ita perorantis: [Pater non mea, ſed tua voluntas fiat.] Exemplar intendentes, & ad illud conſimile collimantes Apoſtoli: [Non iudicaui me ſcire aliquid inter vos niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum.] Totam Chriſtiani ac religioſi hominis praxim ſpiritualem, ad Diuinam redigemus voluntatem, in qua nemo noſſet cum D. Paulo, niſi Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum.

Demùm, quia ipſi quoque nati ſumus Patriæ, in qua iamdiù Caluiniſtarum graſſantur hæreſes, minúſque profuit tritus antehac in ipſos agendi modus ſyllogiſticus, in quo frequens contentio, ſæpe rixæ, nonnumquam ſcandala, nuſquam finis. Præcedentibus etiam accedet idiomate Gallico induſtria

familiariſque controuerſiarum Analyſis, ex propriis aduerſariorum petita principiis, vt ſic perduellis ſuomet pugione pereat Holofernes; eoque quo accinctus eſt gladio ſpiritus Goliath obtruncetur. Si quis vero hanc argumentorum rerumque varietatem, è viro religioſo, ex ſui ratione Inſtituti, plus rei diuinæ quam litterariæ addicto, prodire demiretur; eámque Tractatuum copiam hac Ætate Scriptorum feraciſſimâ, intempeſtiuam affirmet. Nouerit Autorem, proprio genio, otij ac ceſſationis impatientem, annos aliquot ſuprà quadraginta, ſuo in Ordine, peregiſſe; nec paucos ex ipſis impendiſſe lectioni ſacræ Theologiæ: perpendat etiam Litteratorum quorumcunque nouâ inuentione vtilique propoſito quouis tempore ſcribentium Lucubrationes haud eſſe reſpuendas, ſed grato potiùs animo ſuſcipiendas, vt ſequens Præludium oſtendit.

CLAVIS DAVID

VNIVERSALIS.

INDEX LIBRORVM, CAPITVM, QVÆSTIONVM, Articulorum, Sectionum, & omnium Titulorum præſentis operis.

TITVLVS OPERIS.

CLAVIS David Scripturæ ſacræ ſecreta reſerans; opus in ſeptem libros tributum; & Vniuerſis Scripturæ ſacræ ſtudioſis electam hac in arte longâ & vitâ breui Bibliothecam exhibens.

EPISTOLA DEDICATORIA.

Eminentiſſimis & Illuſtriſſimis D. D. Chriſtianiſſimæ Eccleſiæ Principibus: Ordo FF. Capucinorum Seraphicus Prouinciæ Aquitaniæ, æternam felicitatem.

CLAVIS DAVID.

Scripturæ ſacræ aperiendæ & intelligendæ accommodata.

PROOEMIALIS APPARATVS.

Præludium ? Authorum noua intentione, vtilique intento in dies ſcribentium lucubrationes libenter acceptanda.

LIBER PRIMVS.

Vniuerſam Hiſtoriam ſacram per ſeptem Mundi ætates expanſam ordine Chronologico diſpungens & ſelectis Obſeruationibus illuſtrans.

PRÆFATIO.

HISTORIA SACRA.

PRIMA Mundi ætate excurrens ab orbe condito ad finem diluuij continet annos 1656. *pag.* 1

II. *Mundi ætate excurrens ab anno primo poſt diluuium, vſque ad annum Abrahæ* LXXV. *incluſiue continet annos.* pag. 3

III. *Mundi ætate excurrens ab anno* LXXVI. *Vitæ Abrahæ ad Exodum continet annos* 430. *pag.* 5

IV. *Mundi ætate Excurrens ab exodo ad quartum Salomonis annum continet annos* 480. *pag.* 9

V. *Mundi ætate excurrens ab anno quinto Salomonis ad ſolutam captiuitatem Babylonicam continet annos* 454. *pag.* 25

IV. *Mundi ætate excurrens ab initio Monarchiæ Perſarum ad Chriſtum natum continet annos* 530. *pag.* 39

VII. *Noui Teſtamenti excurrit à Chriſto ad obitum Ioannis Euangeliſtæ Hagiographorum vltimi, & continet annos* 101. *pag.* 53

OBSERVATIONVM.

SElectarum centuria tum in Scripturam, tum in Hiſtoriam ſacram. per ſeptem Mundi ætates expanſam. pag. 69

I. *Mundum à Deo, non ab æterno, ſed initio temporis fuiſſe conditum.* ibid.

II. *Aliquot ex operibus ſex dierum nomenclaturam & proprietates attingens.* pag. 70

III. *Ars Chronologica quæcunque certitudine polleat, certum tamen ab orbe condito ad Chriſtum natum annorum calculum ſuppeditare nequit.* 75

IV. *Quomodo prima Mundi ætas continet annos* 1656. 77

V. *Qua die, & qua tempeſtate mundus ſit conditus.* ibid.

VI. *De Luce primigenia.* 78

VII. *De firmamento aquas ſuperiores ab inferioribus diuidente.* ibid.

VIII. *Quo tempore, quoue loco paradiſus terreſtris ſit plantatus.* 79

IX. *An Deus bina tantum animalia cuiuſque ſpeciei ſicut, & humana creauerit; an plura.* ibid.

X. *Qua ratione homo dicatur ad imaginem Dei factus.* 80

XI. *De arbore vitæ & arbore ſcientiæ boni & mali.* ibid.

XII. *De fonte, & quatuor fluuiis paradiſi.* 81.

XIII. *Quare Deus interrogauit Adam & Euam, ſerpenti verò non interrogato, ſuam cuique pœnam inflixerit.* 82

XIV. *De Eccleſia eiuſque ritibus in ſtatu natura.* 83
XV. *Aliquot artium machanicarum, quarum in Scriptura ſit mentio nomenclaturam attingens.* 84
XVI. *Quibus de cauſis homo poſſit ab homine rectè puniri.* 86
XVII. *Quomodo ſecunda Mundi atas contineat annos 397.* 88
XVIII. *An matrimonium in veteri teſtamento fuerit in precepto.* ibid.
XIX. *Quomodo tertia Mundi atas contineat annos 430.* 89
XX. *De Pharaone ob raptam Sarai à Deo flagellato.* 90
XXI. *De Bigamia & Polygama.* ibid.
XXII. *De Circumciſione.* 91
XXIII. *De monetis Hebraorum.* ibid.
XXIV. *Quandonam inceperint illi 400. anni ſeruitutis & afflictionis Ægyptiaco de quibus Gen. 15. v. 13. & act. 7 v. 8.* 92
XXV. *De Iure & religione ſepulture.* 93
XXVI. *De Iuramentis & duplici iurandi ceremonia in veteri Teſtamento.* ibid.
XXVII. *Que fuerint olim primogenitura priuilegia.* 94
XXVIII. *Ex quo genere ſit ſanctus Iob, patientia prototypus.* 95
XXIX. *De nouo Pharaone, diraque Hebraorum ſeruitute in Ægypto.* ibid.
XXX. *De Moyſis natiuitate & educatione.* ibidem.
XXXI. *De decem plagis Ægypti.* 96
XXXII. *Quomodo quarta mundi atas contineat annos 480.* 99.
XXXIII. *De columna nubis & ignis.* ibid.
XXXIV. *De vaſis Hebraorum ſeu menſuris vaſorum tam pro rebus liquidis quam pro aridis.* 100
XXXV. *De fonte educto de petra horeb.* 101
XXXVI. *De Amalecitis, orante Moyſe, à Ioſue debellatis.* ibid.
XXXVII. *De facto, ac peccato Aaronis ob conflatum vitulum.* 102
XXXVIII. *Quod & quale fuerit tranſlatum illud extra caſtra, Moyſis ſeu fœderis tabernaculum.* 103
XXXIX. *De triplici Moyſis quadrageſima ſeu quadragena mora in monte.* ibid.
XL. *De igne perpetuo quo in ſacrificiis ſacerdotes vtebantur.* 104
XLI. *De cauſa animaduerſionis Nadab & Abiu filiorum Aaronis.* 104
XLII. *De anno ſabbatico, & iubilao, & quando cœperint.* 105
XLIII. *De incenſione, datiſque coturnicibus ad ſepulchra concupiſcentia.* 106
XLIV. *De murmuratione Maria & Aaron, contra Moyſem fratrem.* 107
XLV. *De Virgis repoſitis cum virga Aaron coram Domino.* 108
XLVI. *Quale fuerit ad aquas contradictionis Moyſis peccatum.* ibid.
XLVII. *De Balaam ariolo eiuſque aſina obloquente.* 109
XLVIII. *De promiſſo Phinees aterno ſacerdotio.* 110
XLIX. *An duce Phinees, vel potius Ieſuë deleti Madianita.* 111
L. *De vrbibus refugij & aſylis Iudaorum.* ibid.
LI. *An prohibitum iudais omninò fuerit alienigenas ducere vxores.* 112
LII. *An vſura Iudais fuerit licita.* 113
LIII. *De libello repudij.* ibid.
LIV. *De morte Moyſis.* 114
LV. *De anathemate vrbis Iericho; Rahab meretrica, & Achan ſacrilego.* 115
LVI. *De Gabaonitis a Ioſue inito fœdere reſeruatis, & contra quinque reges propugnatis.* 116
LVII. *De verbis nouiſſimis & obitu Ioſue.* 117
LVIII. *De captis; amiſſiſque Chananaorum ciuitatibus.* 118
LIX. *De Debora propheiide.* ibid.
LX. *De iuſta Gedeonis in viros Soccoth & Phanuel animaduerſione.* ibid.
LXI. De voto Iephtha? an vouendo, votumque implendo peccauerit. ibid.
LXII. *An quadraginta anni, quorum mentio ſit act. 13. v. 21. quibus dicitur Deum dediſſe Saul filium Cis virum de tribu Beniamin, includant prafecturas Samuelis ſimul & Saulis.* 119
LXIII. *De captura Samſonis & morte ſibi acceſſita.* ibid.
LXIV. *Quo iure Anna non adierit ſanctuarium die 40. purificationis gratia.* 121
LXV. *In quos iudicum annos reducendi ſunt illi quadraginta anni quibus Iſraël traditus dicitur Philiſtais.* ibid.
LXVI. *De Heli ſummo ſacerdote & peccato filiorum eius Ophni & Phinees.* ibid.
LXVII. *An Samuel fuerit Pontifex ſimul & iudex.* 122
LXVIII. *De arca Domini à Philiſtais capta, & in terras Iſrael remiſſa.* ibid.
LXIX. *Circa vnctionem Saulis in regem, eiuſque optima exordia prauaque nouiſſima.* 123
LXX. *De Pythonibus & Pythoniſſis; & an Samuel verè apparuerit Sauli.* 127
LXXI. *Circa catalogum virorum fortium Dauidis, & ſatellitium Cerethi & Phelethi.* 129
LXXII. *De animaduerſione Oſa Leuita.* 128
LXXIII. *De arca fœderis à Dauide ex domo Obededom in montem Sion deducta.* 127
LXXIV. *De triennij fame per Crucifigium filiorum Saul expiata.* 126
LXXV. *De deſcriptione totius Iſraelis, iuſſu Dauidis regis, à Ioab facta.* 129
LXXVI. *Quomodo quinta mundi atas contineat annos 454.* 130
LXXVII. *Ex quanam mundi parte regina Saba iter ad Salomonem ſuſceperit.* 131
LXXVIII. *De Chryſopœia ſeu lapide Philoſophico ignoto Salomoni, & annis poſſit confici.* 132
LXXIX. *De Elia Propheta ſupremo Carmeli archimandrita.* 133
LXXX. *De Naaman leproſo.* 137
LXXXI. *De Iona filio Amathi.* ibid.
LXXXII. *De Iſaia Propheta per Manaſſen ſerra diſſecto.* 138
LXXXIII. *Circa hiſtoriam Iudith.* ibid.
LXXXIV. *Hiſtoriam Suſanna veram eſſe & canonicam.* 139
LXXXV. *De ſeptuaginta annis deſolationis Babylonica cuius meminit Ieremias; & de nece eiuſdem Ieremia.* 139
LXXXVI. *De aurea ſtatua regis Nabuchodonoſor, & de tribus pueris à fornace liberatis.* 141

LXXXVII. *De Nabuchodonoſor dementato, & cum beſtiis per ſeptennium victitante: nec non de exciſo Chaldæorum imperio.* 142
LXXXVIII. *Quomodo ſexta mundi ætas contineat annos 530.* 143
LXXXIX. *Quandonam cœperint, finierintque ſeptuaginta hebdomades Danielis.* 144
XC. *De Aſſamonæorum, ſeu Machabæorum denominatione.* 145
XCI. *De Antiocho Epiphane à Deo percuſſo.* 145.
XCII. *Quo ſenſu intelligatur celebre illud vaticinium Iacob? non auferetur ſceptrum de Iuda & Dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt.* 146
XCIII. *Quo tempore Chriſtus Dominus conceptus, natus (vbi de æra Chriſti) baptizatus, cruci affixus, & reſurrexerit.* 147
XCIV. *De Herodis Aſcalonitæ proſapia, necnon de triplici Herode quorum in nouo teſtamento fit mentio.* 148
XCV. *Quis ſit Zacharias occiſus inter templum & altare.* 149
XCVI. *De fimbria veſtimenti Chriſti, & miranda eius imagine quam eidem Chriſto hæmorrhoiſſa erexit.* 150
XCVII. *Qua die Chriſtus Dominus comederit vltimum paſcha.* 151
XCVIII. *De obitu & ſepulchro Beatæ Virginis.* ibid.
XCIX. *De die Dominica & paſchate in ea celebrando.* 152
C. *De excidio Ieruſalem per Titum & de Iudaica republica exterminio.* ibid.

CLAVIS DAVID.

Liber ſecundus.

Decem tractatus generales ſtatuens, ceu totidem candelabra aurea ſacra paginæ ſanctuarium quaquauerſus illuminantia. 154

PRÆFATIO.

Tractatus primus.

De ſacra Chriſti Genealogia. 157

PRIMA PARS.

De ſacra Chriſti Genealogia ab Adam vſque ad Thare patrem Abrahæ incluſiuè. 159

ARTICVLVS.

I. *De Patriarcha Adam & quo loco ſepultus fuerit.* ibid.
II. *De Patriarcha Seth & filiis Dei.* 160
III. *De tranſlatione Patriarchæ Henoch, & & vtrum adhuc viuat.* 162.
IV. *De Patriarcha Noe humani generis reparatore.* ibid.
V. *De Patriarcha Sem; an fuerit primogenitus inter filios Noe, idemque cum Melchiſedech rege Salem.* 163.
VI. *An iunior Cainam ſit admittendus.* 164
VII. *De Patriarcha Heber Hebræorum patre proprioque hærede Hebræa lingua quæ apud alios in varias ſubinde migrauit dialectos.* 165
VIII. *An Thare pater Abrahæ fuerit idololatra.* 166

SECVNDA PARS.

De ſacra Chriſti Genealogia primam Matthæi teſſaradecadem complectente ab Abraham vſque ad Dauidem. ibid.

ARTICVLVS.

I. *De Patriarcha Abraham; quo anno patris ſui Thare natus ſit, & de myſtico eius ſacrificio.* 167
II. *De Patriarcha Iacob, eiuſque ſimplicitate & prudentia, eiuſque ingenij ſolertia cui maximè diſcolorum fœtuum ex vnicoloribus ouibus productio tribuitur.* 169
III. *Quare Matthæus expreſſerit fratres Iudæ Zaram, & quatuor mulieres Thamar, Raab, Ruth, & Bethſabee.* 171
IV. *De Patriarcha, Booz, quodque is vnicus fuerit.* 172
V. *De Dauide Patriarcha regio.* 174

PARS TERTIA.

Secundam Matthæi teſſaradecadem complectente à Salomone vſque ad Iechoniam. 176

ARTICVLVS.

I. *De iis quæ ſpectant ad Salomonem.* 176

SECTIO.

I. *Ex qua gente fuerit Bethſabee mater Salomonis.* ibid.
II. *An Salomon fuerit primogenitus Bethſabee.* 177
III. *De peccato Salomonis.* ibid.
IV. *De pœnitentia Salomonis.* 178

ARTICVLVS.

II. *Quare tres reges videlicet Ochoſias, Ioas, & Amaſias à Matthæo ſint prætermiſſi.* 179
III. *An Achas fuerit pater naturalis Ezechiæ.* 180
IV. *Quis ſit ille Iechonias, qui dicitur genitus à Ioſia, quaue de cauſa fratrum eius fiat mentio.* 181

QVARTA PARS.

De ſacra Chriſti Genealogia vltimam Matthæi teſſaradecadem complectente à Iechonia patre Salathielis vſque ad Chriſtum. 182

ARTICVLVS.

I. *An Salathielis & Zorobabelis qui à Matthæo & Luca memorantur ſint iidem, vel diuerſi.* ibid.
II. *De genio præcellenti Ioſeph & Ianne, poſteriorum Ducum Iudæ.* 183

Index

SECTIO.

I. *De genio præcellenti Ioſephi penultimi Ducum Iudæ.* ibid.
II. *De Ioanne vltimo Ducum Iudæ.* 184

ARTICVLVS.

III. *De Patre naturali, & legali Ioſeph ſanctiſſimæ Deiparæ ſponſi.* 185
IV. *An ſanctiſſima Virgo vnam in Christi Genealogia perſonam conſtituat diſtinctam à perſona ſponſi ſui Ioſeph.* 187
V. *De Paterno Christi auo, & auia materna necnon aliquibus eius conſanguineis.* ibid.

TRACTATVS SECVNDVS.

De variis partibus temporis Scripturæ ſacræ ac hiſtoriæ ſanctæ intelligendæ ſubſeruientibus, puta de horis, Diebus, hebdomadis, menſibus, annis, periodis (Iuliana potiſſimum) & æris. 188

ARTICVLVS.

I. *De Horis.* ibid.
II. *De Diebus.* 189
III. *De Hebdomadis.* ibid.
IV. *De menſibus Hebræorum.* Ibid.
V. *Hebræorum Kalendarium rituale & hiſtoricum.* 190
VI. *De Annis.* 194
VII. *De emendatione Kalendary à Iulio Cæſare, & correctione anni ciuilis a Gregorio XIII. facta.* 196
VIII. *De Periodis, Iuliana potiſſimum.* 197
IX. *De æris, ſeu epochis Græcorum maxime, Romanorum, & Babyloniorum.* 199

TRACTATVS TERTIVS.

De quatuor præcipuis orbis Monarchiis. 202

ARTICVLVS.

I. *De Monarchia Aſſyriorum ac Chaldæorum* ibid.

SECTIO.

I. *De Medorum regno.* 205
II. *De inſtaurato Aſſyriorum regno.* ibid.
III. *De ſuberto Babyloniorum regno.* 204

ARTICVLVS.

II. *De ſecunda Monarchia ſcilicet Perſarum.* 205
III. *De tertia Monarchia ſcilicet Græcorum.* 206

SECTIO.

I. *De regibus Ægypti.* 200
II. *De regibus Syriæ totiuſque Aſiæ.* 207

ARTICVLVS.

IV. *De quarta Monarchia Romanorum videlicet.* 206

APPENDIX.

De Syriæ præſidibus, & Iudææ procuratoribus qui Romanorum Imperatorum nomine ad excidium vſque Ieroſolymæ præfuiſſe leguntur. ibid.

TRACTACVS QVARTVS.

De Ciuili Hebræorum Republica. 211

PRIMA PARS.

De Republica Hebræorum in communi ſpectata ibid.

ARTICVLVS.

I. *De variis nominibus populi Dei.* ibid.
II. *De populi Dei natali ſolo, & quis in eo fuerit præcipuus locus.* 212
III. *De varia ſubinde Hebrææ reipublicæ forma.* 213

SECTIO.

I. *De Ciuili Patriarcharum politia ab orbe condito ad legem datam Moyſi.* ibid.
II. *De Ciuili Hebræorum republica à lege data Moyſi vſque ad reges.* 214
III. *De Ciuili Iudæorum republica à regibus vſque ad captiuitatem, Babylonicam.* 215
IV. *De Ciuili politica Iudæorum ab vltimo eorum rege, exciſaque per Chaldæos Ieroſolyma, ad Herodem Aſcalonitam dum binaſit ſceptrum Iudæ.* 217

SECVNDA PARS.

De variis Hebræorum reipublicæ Magiſtratibus. 222

ARTICVLVS.

I. *De variis ſupremi ordinis magiſtratibus ſeu Principibus vniuerſi populi.* ibid.

SECTIO.

I. *De iudicibus Hebræorum.* 222
II. *De regibus Hebræorum.* 223

ARTICVLVS.

II. *De Principibus tribuum.* 225
III. *De Principibus Ciuitatum.* ibid.

TERTIA PARS.

De Conciliis & Iudiciis Hebræorum. 226

ARTICVLVS.

I. *De Conciliis Hebræorum.* 215

SECTIO.

I. *De concione Hebræorum.* ibid.

II. *De Senatu Hebræorum, ac Septuaginta ſenioribus.* 228

ARTICVLVS.

II. *De Iudiciis ac duplici Hebræorum tribunali.* 229
III. *De Pœnis apud Iudæorum tribunalia infligi ſolitis, necnon de vltima ob necem Christi parricidæ genti à Deo inflicta.* pag. 230

APPENDIX.

De diſperſionibus Iſraëlis ſeu gentis Iudaicæ. 231

TRACTATVS QVINTVS.

De iure bellô Hebræorum, aliorumque ſub vexillis Domini Sabaoth rite militantium. 233

ARTICVLVS.

I. *De duplici bellorum genere apud Hebreos, & cautionibus in eo ſeruandis.* 234
II. *Quale bellum olim apud Hebræos, hodieque apud fideles iuſtum fuerit.* pagin. 235
III. *De iuſtitia quæ reperitur in bellis tam priuato quam publico ſolemni potiſſimum.* 237
IV. *An iuſto bello licitum ſit implorare auxilium infidelium contra fideles.* pag. 230
V. *An vnquam bellum ſubditorum in ſuperiores ſit iuſtum.* 240
VI. *Poteſtatibus ſublimioribus reſiſtere prohibitum eſt, præſertim Chriſtianis,* pag. 241
VII. *De iuſta belli cauſa pro ſui ſuorumque defenſione.* 242

APPENDIX.

De nonnullis ad rem bellicam ſpectantibus. 244

TRACTATVS SEXTVS.

De ſapientia Chaldæorum, Ægyptiorum, & Græcorum. 245

PARS PRIMA.

De ſapientia Chaldæorum. 247

ARTICVLVS.

I. *De Chaldæis.* ibid.
II. *De Magis.* ibid.

PARS SECVNDA.

De Sapientia & Hieroglyphis Ægyptiorum. 249

ARTICVLVS.

I. *De Hyeroglyphis Ægyptiorum.* 249
II. *De ominoſorum dierum apud Ægyptios obſeruantia, nec non de ipſa vana obſeruantia.* 250

PARS TERTIA.

De Sapientia ſeu Philoſophia Græcorum. pag. 251

ARTICVLVS.

I. *De Philoſophia Græcorum in communi.* 252
II. *De præcipuis Græciæ ſapientibus ac Philoſophis in particulari.* ibid.

SECTIO.

I. *De primis Græciæ ſapientibus.* 252
II. *De iis qui Ionicum Philoſophiæ genus ſectati ſunt.* 254
III. *De iis qui Italicum Philoſophiæ genus ſectati ſunt.* 258

TRACTATVS SEPTIMVS.

De Numinibus Commentitiis quorum mentio fit in Scriptura ſacra. 260

PRIOR PARS.

De iis quæ in genere ad Commentitia ſpectant numina. 261

ARTICVLVS.

I. *Quandonam Commentitiorum Numinum cultus, ipſaque idololatria ortum habuerit.* ibid.
II. *De Nomine Baal cunctis Numinibus falſis communi.* 263
III. *De duplici Commentitiorum Numinum differentia.* 264
IV. *De ſacris in communi quæ Commentitiis numinibus exhiberi conſueuerant.* 265

POSTERIOR PARS.

De ſingulis Numinibus Commentitiis quorum in Scriptura ſacra fit mentio. 267

ARTICVLVS.

I. *De Numine Bona fortuna.* ibid.
II. *De idolis Laban & Teraphim.* ibidem.
III. *De vitulo aureo.* 268
IV. *De vitulo Belphegor & Chamos Numinibus Moabitarum.* 269
V. *De Dagon idolo Azoti.* 269
VI. *De idolo Moloch.* 270
VII. *De Aſtarthe Dea Sidoniorum.* 270
VIII. *De Belzebub Deo Accaron.* 271
IX. *De Remmon Syriorum Numine.* 272
X. *De Numinibus Aſſyriorum qui Samariam miſſi ſunt.* 272

SECTIO.

I. *De Numine Babyloniorum Socboth-Benoth* ibid.
II. *De Nergel Numine Chuteorum.* 273
III. *De Aſina numine virorum Hamath, & de Nabahaz, & Tharthac Numine Henaeorum, necnon de Andramelech, & Anamelech, & Neſroch.* 274

ARTICVLVS.

XI. *De ſerpente aneo.* ibid
XII. *De acervo Mercurij.* ibid.
XIII. *De Numine Nabo.* ibid.
XIV. *De Adonide.* 275
XV. *De Numine Maozim.* ibid.
XVI. *De Dracone Babyloniorum Numine.*
XVII. *De Numine Rempham.* 276
XVIII. *De Numine Caſtorum.* ibid.
XIX. *De ignoto Deo.* ibid.

TRACTATVS OCTAVVS.

De tribus rerum magicarum ſpeciebus quarum frequentior in Scriptura fit mentio videlicet de Magia damoniaca, Divinatione, & Maleficio. 277

PRIMA PARS.

De Magia Damoniaca. 278

ARTICVLVS.

I. *De Magia Damoniaca in ſe ſpectata, & pacto cum Damone inito cui ipſa innititur.* 279
II. *De effectibus Magia Damoniaca.* 280

SECTIO.

I. *Quid poſſit Magia Damoniaca circa ordinem natura & leges vniverſi.* 281
II. *Quid poſſit Magia Damoniaca in ipſos magos, damoneſve.* 282
III. *Quid poſſit Magia Demoniaca in animas.* ibid.
IV. *Quid poſſit Magia Damoniaca in corpora hominum.* 283
V. *Quid poſſit Magia Damoniaca in beſtias.* 284
VI. *Quid poſſit Magia Damoniaca per imagines, characteres, verba aut numeros.* 285

SECVNDA PARS.

De Divinatione. 286

ARTICVLVS.

I. *Quid ſit Divinatio.* 287
II. *De quatuor Divinationis ſpeciebus qua ſunt Vaticinatio, Necromantia; Ariolatio, & Augurium.* 288
III. *De ſorte, ac primò de divinatoria.* pag. 289
IV. *De Sorte diviſoria.* 290
V. *De Sorte Purgatoria.* 290

SECTIO.

I. *De purgatione Canonica.* ibid.
II. *De Sorte per Monomachiam.* 292
III. *De purgatione per ignem.* ibid.
IV. *De purgatione per aquam.* 293
V. *De provocatione ad divinum indicium.* ibid.

ARTICVLVS.

VI. *De Coniectatione.* 296

SECTIO.

I. *De Coniectatione ex aſtris.* 297
II. *De Coniectatione ex iis qua viſuntur in elementis.* 297
III. *De Coniectatione ex humani corporis proportione & lineamentis, puta de Phyſiognomia, & Chiromantia.* 298
IV. *De Coniectatione ex ſomniis.* ibid.

TERTIA PARS.

De Maleficio & Maleficis. 297

ARTICVLVS.

I. *De Faſcinatione.* 298
II. *De Veneficio.* 299
III. *De ſagittariis, & certarum imaginum fabricatoribus, & maleficio incendiario.* pag. 300
IV. *De variis morbis à Damone illatis, eo maxime quo ſolida egeruntur.* ibid.
V. *De maleficio ligaminis, & odij, & amoris, ſeu philtrorum.* 301

TRACTACTVS NONVS.

De Damoniacis. 302

PRIMA PARS.

De iis qua ſpectant ad ſpiritus Nequam qui homines poſſident. ibid.

ARTICVLVS.

I. *Qui poſſint ſpiritus malignos in homines immittere.* 303
II. *An Damones cuiuſuis ordinis homines invadant, & an plures vnum.* 304
III. *Qua humani corporis parte ſpiritus Nequam homines ingrediantur & qua parte lateant.* ibid.
IV. *Quid Damones poſſint in corpora & animas eorum quos poſſident.* 305

SECVNDA PARS.

De hominibus obſeſſis ſeu Energumenis. pag. 306

ARTICVLVS.

I. *Quinam inter homines verè à Dæmone poſſeſſi dicantur.* 306
II. *Quas ob cauſas Dæmonum tyrannidem Energumeni patiantur.* 307
III. *Quibus ſignis verè à Dæmone poſſeſſi deprehendantur.* 308

TERTIA PARS.

De varia poteſtate, variiſque modis quibus Cacodæmones ex humanis corporibus ſunt eiiciendi. 309

ARTICVLVS.

I. *De quadruplici poteſtate Dæmones eiiciendi ac nonnullis inter eas differentiis.* pag. 310
II. *De modis quibus potiſſimum in Noua lege Dæmones eiiciuntur.* 312
III. *De Dæmonum ab Energumenorum corporibus egreſſu, eique adiunctis.* 314

TRACTATVS DECIMVS.

De ſpiritibus & ſpectris viuos infeſtantibus. 316

PRIMA PARS.

De iis quæ ſpectant ad ſpiritus & ſpectra quibus viui infeſtantur. ibid.

ARTICVLVS.

I. *Qui ſint illi ſpiritus qui loca hominѕque infeſtant & quas ob cauſas.* 317
II. *An ſpiritus etiam defunctorum viuis appareant vt eos infeſtent.* 318
III. *Quæ loca ſpiritus & ſpectra citius infeſtent.* 319
IV. *Qua ratione ſpiritus infeſtantes inter ſe diſcerni queant, videlicet diabolici ab humanis, damnati ab iis qui purgantur.* pag. 320

SECVNDA PARS.

De infeſtatione quam ſpiritus & ſpectra viuis inferunt, 323

ARTICVLVS.

I. *De variis infeſtationum generibus & nocturnis terriculamentis.* ibid.
II. *Quid in illis infeſtationibus agere poſſint ſpiritus humani, quidve tribuendum diabolicis.* 324

TERTIA PARS.

I. *De modis quibus ſpiritus & ſpectra viuos infeſtantia preſcribuntur.* 326

ARTICVLVS.

I. *De falſis & ſuperſtitioſis modis quos contra ſpiritus infeſtantes valere fingunt aliqui.* ibid.
II. *De veris modis quibus infeſtantium dæmonum & animarum damnatarum ſpectra profligantur.* 327
III. *De modis quibus ab infeſtatione ſpirituum qui ſunt in purgatorio liberamur.* 328

CLAVIS DAVID.

Liber Tertius.

QVæcunque ad libros Canonicos, Apocryphos, & Pſeudepigraphos, ſpectant ſeriò diſcutiens. 332

PRÆFATIO.

ARTICVLVS.

I. *Qui ſint libri Canonici.* 333
II. *De libris Apocryphis.* 334

SECTIO.

I. *De libris Apocryphis qui ad vetus Teſtamentum referuntur.* 335
II. *De libris Apocryphis qui ad nouum Teſtamentum referuntur.* 337

ARTICVLVS.

III. *De libris ſeu ſcriptis Pſeudepigraphis.* ibid.

SECTIO.

I. *De libris Pſeudepigraphis qui ad vetus Teſtamentum referuntur.* ibid.
II. *De libris Pſeudegraphis qui ad nouum Teſtamentum referuntur.* 338

ARTICVLVS.

IV. *A quibus authoribus, & qua lingua ſinguli libri Canonici vtriuſque Teſtamenti ſint conſcripti.* 339

SECTIO.

I. *De quinque libris Moyſi.* 340
II. *De libro Ioſuë, Iudicum, & Ruth.* ibidem.
III. *De quatuor libris Regum & duobus Paralippomenon.* 341
IV. *De duobus libris Eſdræ.* ibid.
V. *De libro Tobiæ, Iudith, & Eſter.* 342
VI. *De libro Iob.* ibid.
VII. *De Pſalterio Dauidis.* 343
VIII. *De quatuor libris Salomonis videlicet Prouerbiis, Eccleſiaſte, Cantico Canticorum, & libro Sapientiæ.* ibid.
IX. *De Eccleſiaſtico.* 344
X. *De quatuor Prophetis maioribus.* ibid.
XI. *De duodecim Prophetis minoribus.* 345
XII. *De duobus Machabæorum libris.* 346
XIII. *De quatuor Euangeliis, & Actibus Apoſtolum.* 347

XIV. *De quatuordecim Epiſtolis D. Pauli Apoſtoli.* ibid.
XV. *De Cæteris Epiſtolis Apoſtolorum, & Apocalypſi.* 348

ARTICVLVS.

V. *Quomodo libri ſacri à Chaldæis cum templo combuſti reparati ſint ab Eſdra; veraque Iudæorum Kabala ſcripto mandata & conſeruata.* ibid.
VI. *De Hebræorum Codicum authoritate.* 350
VII. *De tranſlatione ſeptuaginta Interpretum, & aliis quinque veteris Teſtamenti verſionibus Græcis.* 351
VIII. *De vulgata editione Latina.* 353
IX. *De Syriaca verſione noui & Chaldaica paraphraſi veteris Teſtamenti.* 354
X. *De variis libris quorum mentio fit in Scriptura Canonica vtriuſque teſtamenti.* ibid.

SECTIO.

I. *Qui in veteri Teſtamento occurrunt.* ibid.
II. *Qui in nouo Teſtamento occurrunt.* 358

CLAVIS DAVID.

Liber Quartus.

EXpoſitis Scripturæ ſacræ ſenſibus, litterali ſcilicet & myſtico, quæ ad ipſos inueſtigandos in vniuerſum conducunt edisſerens. 363

PRÆFATIO.

ARTICVLVS.

I. *De quadruplici Scripturæ ſenſu ſcilicet litterali, allegorico, tropologico, & anagogico.* 364
II. *De variis Scripturæ ſacræ exponendæ modis.* 367

SECTIO.

I. *De interpretatiuo & ſtigmatico expoſitionis modo.* ibid.
II. *De lexico & tropico expoſitionis modo.* 368
III. *De phyſico, chronico, & mathematico expoſitionis modo.* 369
IV. *De topographico ac ſciographico expoſitionis modo.* ibid.
V. *De partitione, compendio, & paraphraſi.* 370
VI. *De ſcholiis, commentatione, & collectione.* 371
VII. *De epiſtola, collatione, & ennarratione.* 372
VIII. *De themate & poëſi.* ibid.
IX. *De inquiſitione & ecloga.* 373
X. *De ſcholaſtico expoſitionis modo.* 374
XI. *De coacervato & Paneſiaco expoſitionis modo.* 375

ARTICVLVS.

III. *De regulis generalibus ad vberiorem ſacræ Scripturæ intelligentiam idoneis.* 376

SECTIO.

I. *Decem regulæ ad vniuerſam Scripturam ſpectantes.* ibid.
II. *Decem regulæ pro elucidandis Hebræorum idiomatis.* 377
III. *Decem regulæ pro Hebræorum tropis & figuris.* 379

ARTICVLVS.

IV. *De Concordia locorum Scripturæ quæ inter ſe magis pugnare videntur.* 380
V. *Quis ſit inſigniorum quorumdam ſcripturæ ſacræ interpretum exponendi modus ac ſtylus.* 393
VI. *De iis quæ ad cautam ſacrorum Interpretum lectionem obſeruanda ſunt.* 403

SECTIO.

I. *Qua cautela & modeſtia ſacrorum Interpretum ſcripta ſint legenda.* ibid.
II. *Qua ratione legitimis ſacrorum Interpretum monumentis ſuppoſititia irrepſerint.* 464
III. *Quibus indiciis falſæ inſcriptiones deprehendi queant.* 405

CLAVIS DAVID.

Liber Quintus.

QVouis Scripturæ loco obuiæ difficultati explicandæ abunde ſufficiens ac prouidens, ſuppeditate in eum finem Catalogo ſacrorum Interpretum qui vniuerſam Scripturam ac ſingulas eius partes felicius expoſuere. 407

PRÆFATIO.

Catalogus ſacrorum Interpretum qui vniuerſam Scripturam, ac ſingulas eius partes ſacelius expoſuere.
In vniuerſam Scripturam generaliter egerunt authores ſequentes. A.B.C.D.E.F.&c. 409
In vetus Teſtamentum in particulari ſcripſere, &c. 413
In octateuchon id eſt in libros octo priores veteris Teſtamenti puta quinque Moyſis, & tres ſubſequentes Ioſue, Iudicum, & Ruth ſcripſere. A.B.C.D.E.F.&c. ibid.
In Heptateuchon id eſt quinque libros Moyſis, & Ioſue, & Iudicum ſcripſere in particulari. A.B.C.&c. ibid.
In Pentateuchon id eſt in quinque libros Moyſis in particulari ſcripſere. A.B.C.D.&c. ibid.
In totum librũ Geneſeos ſcripſere. A.B.C.&c. 414
In Caput primum Geneſeos, quod à Græcis Hexameron id eſt opus ſex dierum dicitur, ſcripſere. A.B.C.D.&c. 415
In alia diuerſa capita Geneſeos ſiue coniunctim ſiue ſeparatim & in quoſdam verſiculos eiuſdem libri ſcripſere. A.B.C.D.&c. ibid.
In Exodum tam in communi quam in particulari ſcripſere. A.B.C.D.&c. 418
In Leuiticum ſcripſere. A.B.C.&c. 419
In librum Numerorum ſcripſere. A.B.C.&c. 420

In Deuteronomium ſcripſere, A. B. C. &c. 421
In Ioſuë ſcripſere. A. B. C. &c. ibid.
In Iudices ſcripſere, A.B.C. &c. 422
In Librum Ruth ſcripſere, A. B. C. &c. ibid.
In quatuor libros regum ſcripſere, A. B. C. ibid.
In Librum primum in particulari ſcripſere. A. B. C. &c. ibid.
In librum ſecundum regum in particulari ſcripſere, &c. 423
In Librum tertium regum ſcripſere, A.B.C. &c. ibid.
In Librum quartum regum ſcripſere. A. B. C. &c.
In Libros Paralippomenon ſcripſere. A.B.C. &c.
In Libros Eſdræ, &c. ibid.
In Librum Tobiæ, &c. ibid.
In Librum Iudith, &c. ibid.
In Librum Eſther, &c. A.B.C. ibid.
In Iob, &c. A.B.C. ibid.
In Pſalmos ſcripſere, A. B. C. &c. 425
In ſeptem Pſalmos pœnitentiales. A. B. C. &c. 426
In Prouerbia ſcripſere. A.B.C. &c. 428
In Eccleſiaſten. ibid.
In Canticum Canticorum. A. B. C. &c. 429
In Sapientiam. A.B.C. &c. 430
In Eccleſiaſticum ſcripſere. A. B. C. ibidem.
In omnes Prophetas maiores & minores. A.B.C. &c.
In Iſaiam, &c. ibid.
In Ieremiam, &c. 432
In Threnos, &c. 432
In Ezechielem, &c. 433
In Danielem, &c. ibid.
In duodecim Prophetas minores, &c. ibid.
In Oſee, &c. 434
In Ioelem, &c. ibid.
In Amos, &c. ibid.
In Abdiam, &c. ibid.
In Ionam, &c. ibid.
In Micheam, &c. ibid.
In Nahum, &c. ibid.
In Habacuc, &c. ibid.
In Sophoniam, &c. ibid.
In Aggæum, &c. ibid.
In Zachariam, &c. ibid.
In Malachiam, &c. 435
In totum Teſtamentum Nouum ſcripſere. A.B.C. ibid.
In Quatuor Euangelia, &c. ibid.
In Matthæum, &c. 435
In Marcum, &c. 439
In Lucam, &c. 440
In Ioannem, &c. 442
In Acta Apoſtolorum, &c. 444
In omnes Epiſtolas Diui Pauli, &c. ibidem.
In Epiſtolam ad Romanos, &c. 445
In priorem ad Corinthios, &c. 446
In poſteriorem Epiſtolam ad Corinthios, &c. 446
In Epiſtolam ad Galatas, &c. 447
In Epiſtolam ad Epheſios, &c. ibid.
In Epiſtolam ad Philippenſes, &c. ibid.
In Epiſtolam ad Coloſſenſes, &c. ibid.
In priorem ad Theſſalonicenſes, &c. ibidem.
In poſteriorem ad Theſſalonicenſes, &c. 448
In Priorem ad Timotheum, &c. ibid.
In poſteriorem ad Timotheum, ibid.
In Epiſtolam ad Titum, &c. ibid.
In Epiſtolam ad Philemonem, &c. ibid.
In Epiſtolam ad Hebræos, &c. ibid.
In omnes Epiſtolas Canonicas præter authores qui in totum Nouum Teſtamentum ſcripſere, habentur in particulari, &c. ibid.
In Epiſtolam Iacobi Catholicam, &c. ibidem.
In vtramque Epiſtolam Diui Petri, &c.
In Priorem D. Petri, &c. ibid.
In Poſteriorem D. Petri, &c. ibid.
In vtramque Canonicam Ioannis, &c. ibidem.
In Epiſtolam Iudæ, &c. ibid.
In Apocalypſim, &c. ibid.

APPENDIX.

Hebræorum expoſitorum ſeu Rabbinorum qui vetus Teſtamentum explanarunt, eiuſve intelligentiæ ſeruiunt. 450

PRÆFATIO.

In vniuerſum vetus Teſtamentum ſcripſere. A.B.C. &c. 450
In Pentateuchon ſeu in quinque libros Moyſis, legemque Moſaicam in particulari ſcripſere. A.B.C.D. &c. 451
In Geneſim in particulari, &c. 457
In Exodum, &c. ibid.
In Leuiticum, &c. ibid
In Librum Numerorum, &c. ibid.
In Deuteronomium, &c. ibid.
In Librum Ioſue, &c. ibid.
In Librum Ruth, &c. ibid.
In Libros Regum, &c. 458
In Librum Tobiæ, &c. ibid.
In Librum Eſther, &c. ibid.
In Librum Iob, &c. ibid.
In Librum Pſalmorum, &c. ibid.
In Prouerbia Salomonis, &c. ibid.
In Eccleſiaſten, &c. ibid.
In Canticum Canticorum, &c. 459
In omnes Prophetas in particulari, &c. ibidem.
In Iſaiam Prophetam, &c. ibid.
In Lamentationes Ieremiæ, &c. ibid.
In Danielem, &c. ibid.
In Ezechielem, &c. ibid.
De vtroque Talmude Hebræorum. 459

CLAVIS DAVID.

Liber Sextus.

SAcrum, Coronidis loco, proferens Onomaſticon,

ſticon perſonarum & locorum, quæ in ſacris litteris memorantur, Homonimiam & Polyonymiam obſeruans; annotata paſsim hebræa aut græca eorumdem ſignificatione inſuper & de locis ipſis, vrbibuſque Celebrioribus aliqua profert non iniucunda. pag. 463

PRÆFATIO.

Sacrum Onomaſticon omnem perſonarum & locorum quæ in ſacra pagina continentur Homonymiam & Polyonymiam obſeruans ac dirimens, ordine alphabetico. ibid.

HISTORIA SACRA,

(PRIMA MVNDI ÆTATE) EXCVRRENS AB ORBE CONDITO FINEM diluuij, continet annos 1656.

Anni mundi.

a Vide 1. Obſeruationem IV. Quomodo prima mundi ætas contineat annos 1656.

DEVS Spiritus puriſſimus, vnus eſſentiâ, perſonis Trinus, Pater qui ſolus à nullo; Filius qui à ſolo Patre per modum Verbi procedens; & Spiritus ſanctus qui ab vtroque per modum amoris, Deus, inquam, ſui summè diffuſiuus, ad intra neceſſariò, ad extra liberè, vt oſtenderet diuitias bonitatis ſuæ, in principio rerum & temporum creauit cœlum & terram. *b* Et licet vniuerſum mundum momento potuerit abſoluere Supremus Opifex; paulatim tamen ſex dierum interuallo elaborare maluit.

b Gen. 1.

1. Primâ ergo die (Hebræis primâ Sabbathi, Chriſtianis die Dominicâ, Ethnicis die Solis) ipſo æquinoctio verno *c* creauit, cœlum Empyreum, & in eo innumerabiles Spiritus Angelicos *d* in tres hierarchias diſtinctos, ac nouem choros, ſeu ordines, vnâquaque Hierarchiâ tres ordines complectente: in ſuprema ſunt Cherubim, Seraphim, & Throni: in media, Dominationes, Principatus, & Poteſtates; in infima Virtutes, Archangeli, & Angeli; omnéſque eiuſmodi Spiritus Angelici, intellectu, liberâ voluntate, & memoriâ præditi fuere, decore mirabili, & gratiâ ornari; ſolâ carentes gloriâ, quam boni in primo virtutum fidei, ſpei, & charitatis exercitio perſeuerantes ſibi compararunt; Lucifer *e* autem aliique plurimi à fide, ſpe & charitate deficientes, mente elati, Deo ſimiles eſſe ambientes, illicò amiſsâ gratiâ æternis ignibus addicti ſunt. *f* Eâdem primâ die creauit Deus terram, terræque circumfuſam abyſſum, ſeu aquarum tenuium vaporis inſtar, immenſitatem, ac lucem, quæ alterâ abyſſi parte excepta, eiúſque motu circumacta, diei, noctiſque ſpatia, ſole nondum producto, triduò definiret. *g Spiritus autem Domini ferebatur ſuper aquas* quaſi eas fecundans & inde mox alia producerentur.

c Vide Obſeruationem, V. Quâ die & quâ tempeſtate mundus ſit conditus.

d Hebr. 1. v. 2.

e Iſaiæ 14. v. 12.

f Apocalypſ. 12. v. 7.

g Vide obſeruat. VI. de luce primogenia.

Secundâ die (quam Hebræi ſecundam Sabbathi, Chriſtiani ritu Eccleſiaſtico feriam ſecundam; & retentâ Ethnicorum nuncupatione diem Lunæ dicunt) fecit Deus firmamentum, omnéſque alios cœlos mobiles in medio, & ex medio aquarum eas inſtar cryſtalli conglaciando, & vt æs fuſum conſolidando *a* reliquis aquis ſubtilioribus ſuprà; craſſioribus infrà relictis, *b* quas mox partim in elementa aëris ignis conuertit, partim in maria & flumina, & ſubterraneas abyſſos diſtribuit.

Anni Mundi

a Iob. 37. v. 18.

b Vide Obſeruat. VII. De Firmamento, aquas ſuperiores ab inferioribus diuidente.

Tertiâ die (Hebræis tertiâ die Sabbathi, nobis feriâ tertiâ, vel die Martis) excauatis aquarum inferiorum conceptaculis in vnum, imò totidem congregat loca, quot maria, ſtagna, flumina, quæ ad locum vnde exeunt reuertantur, & iterum fluant *c*, & per occultas venas ad capita fontium regrediuntur, & de matrice abyſſo in ſua ſemper ebulliunt principia: tum aridam apparere, herbáſque & arbores cum fructibus ſuis germinare fecit, & Paradiſum terreſtrem plantauit *d*; credideri m eâdem die tertiâ producta fuiſſe in viſceribus terræ cuncta metallorum, mineralium, foſſiliumque genera cùm ipſa ad poſtremam terræ conducant perfectionem.

c Eccleſ. 1. v. 7.

d Vide Obſeruat. VIII. Quo tẽpore & loco Paradiſus ſit plantatus.

Die quartâ, (Hebræis quartâ Sabbathi, nobis feriâ quartâ, vel die Mercurij,) Solem, Lunam, & ſtellas in cœlo, & ex cœlo fecit, vt diuiderent diem & noctem, & eſſent in ſigna ſerenitatis, tempeſtatis, &c. Et in tempora, annos, menſes & dies *e*, in eúmque finem ſeptem planetas, ſingulos cœlos, proprióſque motus attribuit, ſtellas fixas in octaua ſphæra poſuit, cunctóſque cœleſtes orbes adeò certo & conſtanti curſu temperauit, vt nihil perpetuâ eorum conuerſione mobilius, nihil ordinatâ illâ mobilitate certiùs.

e Vide lib. 2. Tractatum 2. de variis partibus temporis ſcriptoræ ac Hiſtoriæ ſacræ ſubſeruientibus, pută horis, diebus ipſoque Kalẽdario hebdomadis, menſibus, annis, (vbi de correctione Calendarii à Iulio Cæſare, & emendatione anni ciuilis à Gregor. XIII. item de-

Quintâ die (Hebræis quintâ Sabbati, nobis feriâ quintâ, vel die Iouis) piſces in aquis, & aues in aëre, has tamen, & illos ex aqua procreauit, piſces quidem ex aqua denſiori, aues verò ex ſubtiliori *f*, & data ſingulis fœcunditate, benedixit.

Sexta die (Hebræis die Paraſceues, nobis feriâ ſextâ, vel die Veneris) de humo terræ produxit beſtias terræ,

tiodls Iuſianà potiſſimùm, & de Æris.
f Auguſt. lib. 3. de Gen. ad litter. cap. 9. D. Thom. 1. p. q. 71 a. 1,
g Vide Obſeruat. X I. An Deus bina tantùm animalia in aliis ſpeciebus ſicut, & in humanâ creauit an plura?
a Vide Obſeruat. X. Qua ratione homo dicitur ad imaginem Dei factus.
b Ioſeph. 1. antiq. c.
c Ecclcſ. 7. v. vltim.
d Ioſeph. 1. antiq. c6.
e Vide Obſeruat. XI De arbote vitæ, & arbore ſcientiæ boni & mali.
f Vide Obſeruat. XII. De fonte ac quatuor fluuiis Paradiſi.
g Geneſ. 2.
h Abulenſis.
i Gen. 3.
k 1. Tim. 2. v. 14.
l Rom. 5. v. 12.

Anni Mundi

non ſolùm binas *g*: Sed & plures in quibuſdam ſaltem ſpeciebus, itémque reptilia, etiam venenata, vt hoc vniuerſum omnibus rerum generibus eſſet integrum ſupremámque manum operibus ſuis addens, totius ſanctiſſimæ Trinitatis conſultatione quaſi præbabitâ, hominem ad imaginem *a* ſuam in naturalibus mentis facultatibus, & ad ſimilitudinem in gratuitis donis fecit. Maſculum priùs plaſmauit, corpus quidem formans de limo terræ virginis ac tufæ *b*, rectum & perfectum in ætate virili, inſpirans ei animam rationalem, intellectu, & liberâ voluntate, & memoriâ præditam, gratiâ ornatam, natiuáque rectitudine *c*, quam iuſtitiam originalem vocant, quâ naturaliter mens obediret Deo, ipſáque dominaretur ſuis ſenſibus membris corporeis, & brutis; ſicque plaſmatum hominem in agro Damaſceno *d* iuxta Hebron transfert Dominus in Paradiſum voluptatis, Orientem verſùs. In cuius medio eſt arbor vitæ reparando humido radicali quod ſenſim à calore natiuo abſumitur, deſtinata; & arbor ſcientiæ boni & mali, *e* aliæque variæ arbores, flores, & herbæ. Ibidémque fons copioſiſſimus ſcatens, & irrigans Paradiſum quatuor efficit fluuios, primus dicitur Phiſon; ſecundus Gehon; tertius Tigris; quartus Euphrates *f*. Hoc loco deliciarum Adam poſitus eunctis animalibus ad ſe adductis cuncta nomina Hebraicè indit. Tum Deus exemptam de latere eius dormientis coſtam format in mulierem ſimilibus naturæ & gratiæ cum viro muneribus dotatam, quam dat ei in vxorem vtrique benedicens vt in ſobolem creſcant, cunctíſque fructibus terræ ad libitum veſcantur, ſolâ arbore ſcientiæ boni & mali abſtineant, alioquin ſtatim morituri *g*: aliàs hîc in paradiſo, tum vigore originalis iuſtitiæ; tum comeſtione fructus arboris vitæ in perpetuo mentis gaudio, & corporis ſanitate victuri, ac demum cum tota poſteritate viui hinc è terreſtri in cœleſtem Paradiſum transferendi.

Eâdem ſextâ die *h* circa meridiem *i* mulier à diabolo per ſerpentem loquentem ſeducta *k*, vir que mulieri acquieſcens interdictæ arboris fructum comedunt, eâque præuaricatione originalem iuſtitiam amittunt, ſe, ſuóſque peccato quod animæ mors eſt, *l* variis miſeriis, morti corporeæ, & damnationi æternæ faciunt obnoxios, móxque propriam carnem ſpiritui rebellem ſentientes, iámque ſe nudos erubeſcentes foliis fici pudenda contegunt, auditáque Domini voce latitant; cúmque interrogati veniam de reatu minimè deprecarentur, ſed cùm Adam in ſociam, hæc in ſerpentem referret, ſingulis Dominus etiam ſerpenti non interrogato *a* pœnam indicit, promittens tamen è muliere ſemen benedictum, nempe *Chriſtum* qui ſerpentis caput contereret. Tunc Deus Adam & Euam Angelorum miniſterio tunicis induit pelliceis, & circa tertiam horam poſt meridiem eiectos è paradiſo *b*, cui cuſtodiendo poſuit Cherubim, in agrum refert Damaſcenum adeò fertilem, & ſpecioſum vt aliqui paradiſum terreſtrem eſſe affirmarint.

Septimâ die, completo iam mundi opificio, quieuit Deus ab opere creationis, creata tamen iugiter conſeruare *c*, atque alia ex aliis propagare non ceſſans, eámque diem ſanctificans, ſabbathum, ideſt requiem vocat.

Adam & Eua paradiſo pulſi anno 1.
primo *d* mundi generant Cain; poſteà 2.
anno ſecundo Abelem: eámque vterque doctus à Patre, ac etiam naturali lumine illuſtratus, ſacrificium offerret, Cain agricola de frugibus terræ fortè deterioribus; Abel paſtor de pinguioribus ouium (en prima Eccleſiæ Dei in ſtatu naturæ expreſſa ſacrificia, primíque religionis actus) reſpiciens Deus ad pium Abel, & ad munera eius *e* flammâ è cœlo miſsâ hoſtiam conſumpſit *f*; impium autem Cain, eiúſque munera deſpiciens reliquit intacta: quo indignatus Caïn inuidiâ ſtimulante Abel in agro occidit, cadauere eius abdito, rem claram fore putans *g*, ſed à Deo correptus, moxque tremoris ſigno ne à quoquam interficeretur, notatus, errat profugus ad orientalem plagam Edem, ac tandem habitat in terra Naid, vel, Nod, vt dicunt ſeptuaginta interpretes circa Libanum montem, ibique gignit liberos omnium artium mechanicarum *h* inuentores: & excogitatis menſuris & ponderibus priſtinam ſinceritatem in verſutias deprauat *i*, vrbem extructam à primogenito ſuo Enoch vocat: tandem & ipſe à Lamech nepote ſuo ignoranter pro ferâ, ſagittâ occiſus eſt *k*. Adam autem & Eua luxiſſe feruntur Abelem *l* centum annis in ſpelunca, in qua viſuntur lecti eorum ſaxei longitudine triginta pedum, & tranſacto luctu Adam anno 130. ætatis 130.
ſuæ genuit filium ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, quem vterque parens vocauit *m* Seth, quaſi poſitum pro Abele.

Seth verò anno 105. *n* genuit Enos; 235.
iſte cœpit inuocare nomen Domini, fertúrque inſtituiſſe ſodalitatem *o* Enocæorum.

Enos anno 90. *p* ætatis ſuæ, genuit 325.
Cainan, à quo inſtituta dicitur Cincorum ſodalitas.

Caïnan anno 70. *q* ætatis ſuæ ge- 395.
nuit Malaleel.

Malaleel anno 65. *r* ætatis ſuæ ge- 460.
nuit Iared.

Iared anno 162. *s* ætatis ſuæ genuit 622.
Henoch, hic ambulauit cum Deo, & Prophetauit de futuro Dei iudicio contra

Anni Mundi

a Vide Obſeruat. XIII. Quare Deus interrogatis Adæ, & Euæ, ſerpenti verò non interrogato ſuam cuique pœnam indixit.
b Quanto tempore Adam, & Eua morati ſint in Paradiſo terreſtri. Vide lib. 2. tract. c. parte 1. art. 1. in quinta Adæ prærogatiuâ.
c Sap. 11. v. 26.
d Vtrûmque inſinuatur 4. Geneſ. v. c. 2.
e Vide Obſeruat. XIV. De Eccleſia eiuſque ritibus in ſtatu naturæ.
f Hieron. in qq. in Geneſ.
g Ioſeph. 1. art. 2.
h Vide Obſeruat. XV. Circa aliquot artium mechanicarum nomenclaturam.
i Ioſeph. ibidem.
k Geneſ. 4. verſ. 23.
l Vide Obſeruat. XVI. Quibus de cauſis, homo poſſit ab homine rectè puniri.
m Adrichô. pag. 39.
n Geneſ. 5. verſ. 3.
o Vide lib. 2. Tract. 1. part. 1. art. 2. de Patriarcha Seth, & filiis Dei.
p Geneſ. 5. verſ. 6.
q De hac ſodalitate, aliiſque in lege naturæ inſtitutis, agetur altero volumine.
r verſ. 9.
s verſ. 12.

Anni Mundi

contra impios *a*.

687 Henoch anno ætatis ſuæ 65. *b* genuit Mathuſalam.

874 Mathuſala anno ætatis ſuæ 187. *c* genuit Lamech.

930 Anno dehinc 56. Adam ſuæ prævaricationis iampridem actâ pœnitentiâ, eductúſque à delicto ſuo *d*, cùm eſſet annorum 930. *e* moritur, ac demum ſepelitur in Iudæa *f*.

993 Anno dehinc 63. Henoch cùm inter peccatores piè vixiſſet annis 365. *g* in paradiſum terreſtrem à Deo viuus rapitur *h*, & transfertur, vbi in altiſſima mentis contemplatione viuit cum Elia Propheta, ambo in fine mundi, contra Antichriſtum *i* venturi.

1056 Lamech anno ætatis ſuæ 182. *k* genuit Noë.

Circa hæc tempora, multiplicatis hominibus, filij Dei *l*, putâ filij Seth, capti pulchritudine filiarum hominum, id eſt impiorum ex genere Caïn, accipiunt eas ſibi in vxores, contra præceptum, ac morem Patrum; vnde procreati gigantes, aliíque viri flagitioſi, inuentis armis, cæteros opprimentes, nihilque ſceleris, ac turpitudinis intẽtatum relinquentes. *m* Noë verò cùm eſſet iuſtus, didicit mundum poſt annos centum & viginti, diluuio exterminandum, Deo ita reuelante, qui tantum temporis ac ſpatij piè tribuit ſceleratis ad pœnitendum. Exinde Noë prædicat pœnitentiam. *n*

1556 Cùmque iam quingentorum *o*, eſſet
1558 annorum, genuit Sem *p*, Cham, & Iapheth: Sem quidem anno quingenteſimo ſecundo, & ſeptuaginta annis ante diluuium *q*. cœpit fabricare arcam trecentorum cubitorum longitudinis, quinquaginta latitudinis, triginta altitudinis, ipſo quoque opere iam prædicans; nam arcę fabricatio, prædicatio quędã fuit; ſed impij perſtãt increduli.

Tandémque Noë anno ſexcenteſimo vitæ ſuæ, decimo die menſis ſecundi, audit à Deo poſt dies ſeptem futurum diluuium, intra quos infert commeatum in arcam; & ſeptimo die ingreditur cum vxore, tribus filiis, eorúmque vxoribus, dum cæteri eum derident, vt inſanum *r* nutúque Dei, ſubitò confluunt vniuerſi generis animantia, (non tamen hybrides, vt multi; nec amphibia, nec quæ generantur ex putri materia) immundorum quidem duo mas & femella; mundorum verò ſeptem, femellæ tres & mares quatuor, quorum vnus poſt diluuium ſacrificio deſtinatus; cętera verò propagationi reſeruata. Ingreſſis omnibus, clausóque deforis oſtio, & bitumine illito ab Angelo; mox aquis deorsùm, ſursúmque prorumpentibus, venit diluuium, & perdidit omnes extra arcam repertos *ſ*, quorum tamen non pauci inſtante morte compuncti, Dei miſericordiam conſecuti ſunt; vt inſinuat D. Petrus *t*.

Cœpit ergo diluuium anno ſexcenteſimo *u* vitæ Noë, decima ſeptima die 1656
menſis ſecundi decurrentis anni; pluítque quadraginta dies & noctes, donec aqua altior eſſet quindecim cubitis cunctis montibus. Tum poſt centum quinquaginta dies *x*, exſiccante vento diminutæ ſunt aquæ, ita vt vigeſimo ſeptimo die menſis ſeptimi, arca requieſceret ſuper montes Armeniæ: & prima die menſis decimi, montium cacumina apparerent. Deinde poſt quadraginta dies, Noë emittit coruum, qui non rediit: poſt ſeptem dies, emittit columbam; quæ cùm non inueniſſet vbi requieſceret pes eius reuerſa eſt, iterúmque poſt ſeptem dies emiſſa, rediit veſperi, portans in ore ramum oliuæ viridem; ac tertiò, poſt ſeptiduum, emiſſa non rediit *y*.

a Epiſt. Iudæ. v. 14. 15.
b v. 21.
c v. 25.
d Sap. 10. v. 2.
e Gen. 5. v. 5.
f Vide lib. 2. tract. 1. par. 1. art. 1. De Patriarcha Adã, & quo loco ſepultus fuerit.
g Gen. 5. v. 24.
h Vide lib. 2. tract. 1. par. 1. art. 3. de tranſlatione Henoch, & an adhuc viuat?
i Apocalypſ. 11.
k Geneſ. 5. v. 25.
l Vide lib. 2. tract. 1. p. 2. Qui ſint filij Dei.
m Geneſ. 6. & Beroſus lib. 6. de temp. ante diluuium.
n 2. Petri c. 2.
o Gen. 5. v. 31.
p vt patet ex Gen. 11. v. 10. Vide lib. 2. tract. 1. par. 1. art. 5. de Patriarcha Sem, an fuerit primogenitus inter filios Noë.
q Beroſus loco citato.
r Aug. epiſt. 99. in fine.
ſ Gen. 7.
t Epiſt. 1. cap. 3. v. 20.
u Gen. 7. v. 11.
x Gen. 8. v. 5.
y Gen. 18.

HISTORIA SACRA,

SECVNDA MVNDI ÆTATE

excurrens ab anno primo poſt diluuium, vſque ad annum Abrahæ LXXV. incluſiuè continet annos 397. a

NOE anno ſexcenteſimo primo *b* vitæ ſuę, primâ die primi menſis, aperiens tectum Arcæ, videt planitiem terræ exſiccatam, ſed nondum induratam. Tum vigeſimo ſeptimo die menſis ſecundi, *c* terrâ iã arefactâ, exiit de arca; moxque altari extructo offert de cunctis pecoribus & auibus mundis, holocauſta Domino *c*, quorum odore reconciliatus Deus, benedixit ei, ac filiis eius vt multiplicentur, & creſcant *d*: indulget 1657

a Vide Obſeru. XVII. Quomodo ſecunda mundi ætas contineat annos 397.
b Gen. 8. v. 13.
c Gen. 8. v. 21.
d Vide Obſeru. XVIII.

An matrimonium in veteri Teſtamento fuerit in præcepto? *a* Vide lib. 2. tr. 2. part. 1. art. 4. de Patriarcha Noë humani generis reparatore.

Anni Mundi

eſum carnium, & piſcium, prohibito tamen ſangnine, & homicidio. Iridem in ſignum fœderis ſempiternum cum hominibus ponit, iurans ſe vltrà non deleturum mundum diluuio. Noë *a*, adorato Domino, animantia dimittit, vnumquodque in viam ſuam; terram colit, plantat vineam, cuius fructu, (nato iam & adulto Chanaan) impudenter deridetur. At Sem, & Iapheth pallis humeris impoſitis incedentes retrorſum, verenda patris operiunt. Re cognitâ, Noë Cham in Chanaan, fortè paterni ſceleris conſcio, maledicit; Sem, & Iapheth benedicit *b*.

b Gen. 9. v. 26.

Sem cùm eſſet centum annorum,
1658 biennio *c* poſt diluuium genuit Arphaxad.

c Gen. 11. v. 10.

Arphaxad verò anno ætatis ſuę 35. *d* genuit Caïnam, ita Septuaginta Inter-
1693 pretes, qui Geneſ. 10. v. 24 & 1. Paralip. 1. interſerunt Cainan; addúntque Caïnam anno trigeſimo vitæ ſuæ
1723 genuiſſe Sale.

d Vide lib. 2. tr. 1. part. 1. art. 6. an iunior Cainan ſit admittendus.

Sale anno ætatis ſuæ 30 *e*. genuit
1753 Heber: ab iſto Hebræi nomen & linguam habent *f*: vtráque religioſa poſt diluuium ſub nomine Hebræorum, ſeu filiorum Heber, fertur reſtaurata.

e Geneſ. 11. v. 14.
f Vide lib. 2. tr. 1. part. 1. art. 7. De Patriarcha Heber

1787 Heber anno vitæ ſuæ 34 *g*. Genuit Phaleg, ſpiritu prophetico ſic eum vocans, eò quòd in diebus eius diuidenda eſſet terra.

g Geneſ. 11. v. 16.
h v. 18.

1817 Phaleg anno 30 *h*. ætatis ſuæ genuit Reu.

1849 Reu anno 32 *i*. ætatis ſuæ genuit Sarug. His temporibus aucto iam in immenſum humano genere, Nemrod (qui dictus eſt Iupiter, & Belus ab Ethnicis) nepos Cham cœpit eſſe potens in terra *k*, exercens dominatum ſuper vicinas gentes *l*. Nemrod ait Hieronymus, arripuit inſuetam in populum tyrannidem (nam ante eum, in qualibet familia, prior natu, prior quoque auctoritatis, & honoris graduerat, familiam regens, eiuſque lites componens) fuit autem principium regni eius Babylon *m*. Eo enim auctore & duce, multi proficiſcentes de Oriente in terram Sennaar ad Euphratem fluuium *n*, ædificant ibi ciuitatem & turrim Babel *o*, quam volunt vſque ad cœlum attollere, vt nomen ſibi celebrent, & contra diluuium effugium habeant, fertúrque eleuata in altitudinem quatuor millium paſſuum; eique illaboratum eſt, per annos quadraginta tres *p*. Cúmque omnes vnâ eadémque linguâ Hebræâ *q* vterentur, quæ in pia familia Heber ſemper remanſit; eam in ſeptuaginta & duo idiomata diuiſit Deus *r*; ita vt alij aliâ linguâ loquentes, ſe mutuò non intelligerent, vnde ceſſatum eſt ædificari, & ab iſta confuſione turris Babel *ſ* ciuitas Babylon vocata, in 1871
qua commoratus Nemrod cœpit regnare anno mundi circiter 1871 *t*. primáque iecit fundamenta imperij *u* Aſſyriorum. Ceteri verò cateruatim iuxta numerum linguarum ac familiarum conglobati *x*, inde longè, latéque in vniuerſam terram diſperſi ſunt: Quorum Sem cum ſuis incoluit Cœleſyriam, reliquámque Aſiam; Cham verò Syriam, Ægyptum, & reliquam Africam *y*: Et Iapheth Europam, & Inſulas Gentium *z*, id eſt maris Mediterranei: tum plures apud varias nationes ſuborti Reges; talas Pharaones in Ægypto *a*, aliique paſſim *b*, quorum, etſi Ethnici ſint, fiet mentio vbi hiſtoria prophana ancillabitur ſacræ.

i v. 20.
k Geneſ. 10. v. 8.
l In quæſt. Hebraicis.
m Geneſ. 10. v. 10.
n Adrich. p. 203.
o Gen. 11. v. 4.
p Adrich. ibid. ex Cedreno, & aliis.
q Vide lib. 2. tr. 1. par. 1. art. 7. de lingua Hebræa, quâ latè patuerit, & quo pacto in varias dialectos migrarit.
r Epiph. l. 1. adu. hæreſes.

ſ Vt colligitur ex Euſebij calculo.
t Vide lib. 2. tr. 3. De quatuor præcipuis mundi Monarchiis.
u Gen. 10. v. 5.
x Ioſeph 1. 1. antiq. 7.
y Gen. 10. v. 5.
z cap. 12. v. 15.
a cap. 14. v. 1.
b cap. 11. & 22.

Sarug anno 30 *c* ætatis ſuæ genuit 1879
Nachor.

Nachor anno 29 *d*. vitæ ſuæ genuit 1908
Thare, cuius anno 28. obiit Nemrod,
ſeu Belus, cùm regnaſſet annis 65 *e*. ei- 1936
que ſuccedit Aſſur, qui ædificauit Niniuem, ſeu Ninam, ex qua Ninus ab Ethnicis dictus eſt; ſedémque Imperij in eam tranſtulit, noménque indidit Monarchiæ Aſſyriorum.

c v. 24.
d Euſeb. in Chronico.
e Euſeb in Chron.

1978
Anno 43. regni Aſſur, ſeu Ninij, natus eſt Abram *f*, quem Thare genuit anno vitæ ſuæ ſeptuageſimo *g*. Idém- 1992
que Abram anno vitæ ſuæ quarto decimo creditur increpaſſe patrem *h*, quòd idolâ faceret & quæſtûs gratiâ ſeduceret homines, qui huiuſmodi ſimulachris diuinum cultum exhibebant *i*.

Anno de hinc 13. & Abrahæ 27. Noë
moritur anno vitæ ſuæ 950 *k*. vidit er- 2006
gò turrim Babel, poſteróſque ſuos in immenſum auctos per orbem diſpergi, & inualeſcente idololatria *l*, penè omnes, pro dolor! à vero Dei cultu deflectere.

Abraham anno ætatis ſuæ circiter 2008
30. ducit Saraj vxorem, & habitans in Vr Chaldæorum, deóſque eorum ado- 2048
rare renuens, affligitur, & in ignem iniicitur *m*. Et anno ſeptuageſimo, Dei monitu, cũ Thare patre ſuo, eiúſque familia cõmigrat in Haran, quæ & Charan, ciuitatem Meſopotamiæ, ibique quinquennio commoratus, iuſſu Dei, relicto
Patre, migrat in Chanaan, cùm eſſet 2053
annorum 75 *n*. & nondum haberet filium *o* Túncque primùm facta eſt ei promiſſio de terra Chanaan, & de vniuerſis gentibus, in eius ſemine, nempe Chriſto benedicendis *p*: móxque vrgente fame, pergit in Ægyptum *q* cum Saraj vxore ſua, filia fratris ſui Aram; & Lot fratre eiuſdem Saraj.

f Gen. 11 v. 26 Vide lib. 2. tr. 1. part. 2. art. 1. De Patriarcha Abraham, quo anno patris ſui Thare ſit natus.
g Suidas in verbo Abraham. Vide lib. 2. tr. 1. artic. 8. An Thare pater Abrahæ fuerit idololatra.
h Gen. 9. v. vlt.
i Vide lib. 2. tr. 7. de iis quæ ſpectant ad numina commétitia. & par 1. art. 1. quomodo Idololatria ortum habuerit.
k Ex traditione Hebræorum.
l Geneſ. 12. v. 24.
m Actor. 7. v. 5.
n Gen. 12. v. 1 & 7.
o v. 10.

Anni Mundi | Anni Mundi

HISTORIA SACRA,

TERTIA MVNDI ÆTATE,

excurrens ab Anno 76. vitæ Abram ad Exodum continet annos 430. a.

a Vide Obſeru. XIX. Quomodo tertiæ mundi ætas côtineat annos 430.
b Vt conicitur ex hiſtoriæ ſacræ de curſu, Gen. 12. v. 20.

ABRAM anno vitæ ſuæ ſeptuageſimo ſexto b ingreſſus Ægyptum,
2054 veritus ne ab aliqoo Ægyptiorû nimia vxoris ſuæ Saraj pulchritudine capto occideretur, vt poſteà eam duceret, iuſſit ne ſe maritum, ſed fratrem appellaret, more Hebræorum, qui cognatos, ac conſanguineos nomine fratris vocât; quo facto Saraj ſublata eſt in domum Pharaonis c, qui ob id flagellatus à Deo plagis maximis intactâ reſtituit viro ſuo, quem multis ditauit bonis d. Sícque Abram anno, vt probabile eſt 77. in
2053 terram Chanaam regreditur cum Lot nepote ſuo, à quo ob nimias vtriuſque op[e]s, & paſtorum rixas ſeiungitur; Et Lot Sodomam eligente, incolit terram Chanaam, vbi iteratâ ſibi à Deo promiſſione, habitat in Hebron iuxta côuallem Mambre e, fœdúſque pepigit cum Aner, Eſchol, & Mambre f.

c Vide Obſeru. XX. De Pharaone ob raptam Saraj flagellato.
d Gen. 12. v. 16.
e Gen. 13. v. 18.
f c. 14. v. 13.

Circa illa tempora quatuor Reges, victis in valle Sylueſtri quinque Regibus Pentapoleos, nempe Sodomæ, Gomorrhæ, Adamæ, Seboïm, & Segor; ac ſpoliatâ Sodoma, Lot captiuum abducunt, qoos Abram iunctis ſibi Aner, Eſchol, & Mambre, cum 318. expeditis vernaculis perſecutus eſt vſque Dan, eóſque diuiſis ſociis nocte percuſſit vſque Hoba & Phœnicen, & captiuos, ſpoliáque victor reducit. Tum ei in valle Regis occurrens Melchiſedech g Rex Salem, & Dei ſacerdos gratulabũdus benedicit, & Eucharistiũ panis & vini ſacrificium Deo obtulit, pro reportata ab illo victoria; Et Abraham viciſſim Melchiſedec decimas obtulit, cunctaque reſtituit Regi Sodomorum, exceptis partibus, quæ ceſſerant Aner, Eſchol, & Mambre h, quos & tûc regiis torquibus donaſſe, & nobiliſſimum Torquatorom, qui Enacim dicti ſunt, ordinem inſtituiſſe dixerim i.

g Vide lib. 2 lib. 2. tract. art. 5 an Melchiſedech fuerit Sem filius Noe, vt volunt Hebræi?
h Gen. 14. v. 21. &c.
i De hac inſtitutione agitur altero volumine, vbi de facie Eccleſiæ in ſtatu naturæ.
k Vide lib. 2. tract. 1 part. 2. art. 1. De myſt ſacrificio fidelis Abrahæ.
l Gen. 15.

His tranſactis Abram conquerenti, quod heredem non haberet, niſi Damaſcum Eliezer procuratoris ſui filiũ quem adoptarat, Deus per viſionem promittit filiũ de vtero, eius oriundũ.

Abraham credês Deo iuſtificatur, ſacrificium offert plenum myſterio k, ac ſopitus diſcit oraculo ſemẽ ſuum affligendũ & ſeruiturum ann. 400. deinde liberãdũ ac poſſeſſurũ terrã Chanaã l.

Ann. 10 m. poſtquam habitare cœ-
2063 pit Abram in Chanaan rogatu Saraj vxoris ſuæ, accipit Agar Ægyptiam ancillã eius in vxorem n, quæ vbi concepit dominam contemnit; ab ea affligitur, & fugit in deſertum, ſed iuſſu Angeli reuertitur, ac dominæ ſubdita an-
no 86. o Abram parit ei Iſmaëlem. 2064

n Vide Obſeru. XXI. De bigamia & poligamia.
o Gen. 16. v. ult.
p cap. 17. v. 1.

Cum Abram 99. p eſſet annorum,
Deus, mutato nomine, eum Abraham 2077
vocat, ideſt patrem multarum gentium; & Saraj, Saram ideſt principem, ex qua promittit anno proximo naſciturum Iſaac, præcipítque omnes ſtatim maſculos, ac deinceps omnes naſcituros octauo natiuitatis die circumcidi in ſignum fœderis inter Deum & illos, ac ſignaculum fidei, quo ab infidelibus diſcernerentur q. Abrahãm illico obtemperat, & ſeipſum, Iſmaëlem, ac omnes ſeruos domus ſuæ circumcidit r: eodémque anno in côualle Mambre tres Angelos excipit hoſpitio, qui ex Sara nonagenaria promittunt ei filium, & obnuntiât futuram ſubuerſionem Sodomorum s. Veſpere intrantes Sodomã à Lot ſuſcipiuntur, nefandos cæcitate percutiunt, & manè iuſtum Lot cum vxore, & duabus filiabus educunt: at vxor contra mãdatum, reſpiciês poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis, quæ etiamnum ſtat t. Cumque Lot ingreſſus eſſet Segor, quam ſibi poſtularat, pluit Dominus ignem & ſulphur ſuper Sodomã, Gomorrham, Adamam, & Seboïm u, eáſque vrbes cum omnibus incolis exurit, totáque regio factus eſt locus horridus qui dicitur Lacus Aſphaltites, ſeu Mare mortuum, cuius etiamnũ vaporibus terra circumiacens ad octo millia paſſuum ſterilis ſqualet x. Lot verò timens manere in Segor, cum vtraque filia aſcendit in montem, à quibus ſubinde inebriatus, ex maiore genuit Moab, à quo Moabitæ, ex minori Ammon, à quo Ammonitæ y, vtrique maledictionem ſui ſeminis, corruptiſſimis ſuis moribus exprimentes.

q Vide Obſeru. XXII. De circũciſione.
r G. c. 17. v. 26. & 27.
s cap 18. v. 20.
t Rap. 19 v. 26.
u Oſée 11. v. 8.
x Adrichom pag. 205.
y Gen 19.

Poſt hæc Abraham migrat in Gerarã, vbi vxor eius Sara à Rege Abimelech, rapta eſt, ſed ad Dei iuſſum intacta, cum magnis donis, inter alia, mille argenteis z viro ſuo redditur, quo orante ſalus domui regis reſtituitur. Cumque
Abraham iam eſſet centum a anno- 2078
rum naſcitur Iſaac filius promiſſionis: Et ab eius natiuitate incipiunt anni 450 b. quos D. Paulus c terminatos dicit cum ſortitione, terræ Chanaan à Ioſuë facta, anno primo ſabbatico ab ingreſſu in eandem terram.

z Vide Obſeru. XXIII De monetis Hebræorum.
a Gen. 21. v. 5.
b ita Lyranus
c Act. 13. v. 20.

Anni Mundi

Octauo die à natiuitate ſua circumcidirur Iſaac, & an. 5. *a* ablactatur, eúmque Iſmaël annos 19. iam natus primogenita ſibi vendicans, perquitur (& hinc ſupputari poſſunt 400. anni afflictionis Ægyptiacæ. *b*) Ideò cum Agar matre ſua iuſſu Dei expellitur, ſitiens in ſolitudine Berſabee ab Angelo reficitur, habitátque in deſerto Pharan, vbi acceptâ vxore Ægyptia *c* generat duodecim duces, *d* vnde orti Iſmaëlitæ, qui poſteà Agareni ab Agar, ac demũ Saraceni à Sara ex qua ſe iactabant progenitos, dicti ſuot.

a Hieron. de qq. Hebr.
b Gen. 15. v. 13. & Act. 7. v. 6. vide Obſeruat. XXIV. Quâ donam cœperint illi 400. anni.
c Gen. 21. v. 21. *d* c. 25. v. 13.

Abimelech fœdus cum Abraham medio iuramento init pro puteo aquæ qui idcircò vocari cœpit Barſabee, id eſt, puteus iuramenti.

2103 Abraham, iuſſus à Deo immolare fi-
lium ſuum Iſaac, qui iam attigerat 25.
e annum, obedit; ſed poſteà inhibitus
ab Angelo, ſubſtituit arietem, mox be-
nedixit ei Dominus, & promiſſionem
iam factam iureiurando confirmat.

e Ioſeph. 1. Antiq. 13.

His geſtis nuntiatũ eſt Abrahæ, Melchá genuiſſe octo filios Nachor fratri eius, & Romam concubinã *f* quatuor.

f Gen. 22. v. 22.

Anno dehinc decimo, cùm Abraham
iam moratos eſſet in Chanaan annos
60. agerétque annum 135. ſub Patris
ſui Thare obitum, diuino, vt piè cre-
ditur, oraculo Meſopotamiam adiit,
vt ei iuſta perſolueret, móxque rediit
in Chanaan, vbi biennio elapſo mori-
2115 tur Sara vxor eius, cùm eſſet annorum
127. *g* cui ſepeliendæ emit Abraham
ab Ephron Hethæo agrum cum du-
plici ſpelunca *h*, deditque ei 400. ſiclos
argenti probatæ monetæ publicæ.

g Gen. 23. v. 1.
h Vide Obſeruat. XXV. De iure & religione ſepulturæ.

Abraham adiurat ſeruum ſuũ ſenio-
rem, manu ſubter femur Domini poſi-
tâ *i*, vt Iſaac filio ſuo vxorem quærat,
ex cognatis in Haran Meſopotamiæ;
at ille, nutu diuino, inuentam Rebeccá
2118 adducit, quam duxit Iſaac *l*, cum iam
40. *m* eſſet annorum. Abraham anno
vitæ ſuæ circiter 142. ducit Ceturam ex
quâ ſex ſuſcipit filios quos, ipſúmque
Iſmaëlem, datis muneribus, ſeparat ab
2138 Iſaac herede ſuo. Deprecatur Iſaac Deũ
pro Rebecca ſterili, quæ ei iam ſexage-
nario *n*, cùm conſuluiſſet Dominum,
geminos parit nempe Eſaü & Iacob;
hic quidem vir ſimplex, ſimplicitate *o*
vtique laudabili, habitabat in taberna-
culis ſeu locis ſacris. Moritur Abraham
2153 cùm eſſet annorum 175. *p* Iſaac verò
75. & Iacob 15. & à filiis ſuis Iſaac &
Iſmaële ſepelitur in ſpelunca duplici,
cum Sara vxore ſua.

i Vide Obſeruat. XXVI. De iuramentis, & duplici iurandi cæremonia in veteri Teſtamento.
l Gen. 24.
m Cap. 25. v. 20.
n v. 7.
o Vide lib. 2. Tract. 1. p. 2. art. 2. De prudentia ingeniique ſolertia Iacob.
p Gen. 25. v. 7. 8.

Eſaü prophanus *q*, pro coctione rufa vendit, etiam cum iuramento, fratri ſuo Iacob ius primogenituræ. *r* Ortâ autem fame in finibus vbi habitabat Iſaac, abiit Geraram, ibique, iuſſu Dei, ſubſiſtens confirmatur hæres omnium bonorum, quæ iam à Deo ipſi Abrahæ erant promiſſa. Increpatur ab Abimelech quòd Rebeccam dixerit ſororem ſuam; ditatur multùm, cui propterea inuidentes Geraritæ puteos eius obſtruunt, ſed alios fodit, aſcendiſque Berſabee, pacem, fœduſque cum Abimelech, Ochoſat, & Phicol, qui de Geraris illùc adhoc venerant, init. Anno mundi 2158. moritur Sem filius Noë, cum ſexcentorũ eſſet annorum. *ſ* Eſaü
anno *t* 40. ætatis ſuæ binas vxores He- 2178
thæas duxit, ſoceris ſuis moleſtas.

q Hebr. 12. v. 16.
r Vide Obſeruat. XXVII. Quæ fuerint olim primogenituræ Priuilegia.
ſ Gen. 26. v. 10.
t Gen. 26. v. 34.

Iacob anno ætatis ſuæ circiter 77. 2215
ſuaſu matris præripit fratri Eſaü benedictionem, eiúſque minas cauens *u* ſecedit in Haran Meſopotamiæ, ad Laban auunculum ſuum, inde Patris ſui iuſſu accepturus vxorem. Dum iter faceret, Luzæ ſub dio, noctu dormiens videt ſcalam, à terra in cœlum pertingentem, & Angelos per eam aſcendentes, & deſcendentes, ipſúmque Deum ſcalæ innixum, promiſſiones Abrahæ & Iſaac iteratas ſancientem. Expergefactus vocat locum illum Bethel, quod idem eſt, ac domus Dei; & lapidem quem pro ceruicali habuerat, oleo vnctum erigit in titulum. *x* Tranſit Iordanem, venit ad puteum, iuxta Haran, vbi oues Rachelis iunioris filiæ Laban adaquat, & in domum patris eius reci-
pitur, cúmque pro ea ſeruiiſſet 7. *y* an- 2222
nos ſupponitur illi Lia; Et poſt ſeptem
dies, datur & Rachel, cũ ſeptem *z* alios 2229
annos pro ea ſeruire promiſiſſet, quorum primo naſcitur Ruben; ſecundo Simeon; tertio Leui ex Lia, & Dan ex Bala ancilla Rachelis ſterilis; quarto Iudas ex Lia, & Nephtali ex Bala; quinto Gad ex Zelpha ancilla Liæ, quæ quia parere deſierat, dedit illam Iacob, ſuſcepítque ex ea filio [*Dixit feliciter a, & idcirco vocauit nomen eius Gad.*] ſexto anno naſcitur Aſer ex eadem Zelpha, & Iſſachar ex Lia à Deo exauditâ; ſeptimo Zabulon ex ipſa quoq; Lia, & Ioſeph ex Rachele à Deo fecundatâ.

u Cap. 27.
x Cap. 28.
y Gen. 29. v. 20.
z v. 28.
a Vide in l. 2. Tract. 7 par. 2. Art. 1. De Numine bonæ Fortunæ.

Sícque completis ſeptem annis petit à ſocero reditum ad Patrem, ſed nouo pacto detentus prudenti cautelâ virgarum viridiũ, quas ex parte decorticauit, plurimo grege ditatur, *b* ſeruiens annis ſex; quorum primo naſcitur Dina ex Lia; iiſque expletis Iacob ætatis ſuæ circiter 97. iuſſu Dei cũ vxoribus, liberis & gregibus clam reuertitur cùm
ſeruiiſſet annis 20. *c* quem Laban in- 2235
ſecutus die ſeptimo in monte Galaad cõprehendit, & increpat, ſed cùm Idola ſua *d* à Rachele deluſus non inueniſſet, erecto lapidum titulo (vnde & Galaad nomen habuit) fœdus cum Iacob iniit, ac receſſit. *e*

b Gen. 30. v. 26. Vide lib. 2. Tract. 1. par. 2. art. 2. De mira illa diſcolorum fœtuum, ex variicoloribus ouibus Productione.
c Gen. 31. v. 38.
d Vide in l. 2. tract. 7. par. 2. art. 2. De Idolis Laban, & & Teraphim
e Gen. 31.

Iacob iter proſequens obuios habet Angelos in Mahanaim, traiectóque vado Iaboc, luctatur cum Angelo vſque manè, læſus in femoris neruo, qui emarcuit: videt Deum facie ad faciem, vnde ipſe Iſraël, & locus Phanuël dictus eſt. *f* Ibi ab Eſaü ſibi occurrente pacificè exceptus pergit in Sochor; hinc in Salem; vnde in Sichem, vbi, in agro centũ agnis empto ab Hemor pa-

f Cap. 32.

tre

Anni Mundi

rre Sichem, figens rabernacula, erecto
altari Deum innocat *a*, ibique habitat
a Cap.33. *b* Vt poteſt coniici. 2244 per nouem circiter annos. *b*
Tum Dina curioſa filia Iacob à Sichē
rapta cōſtupratur: Simeon, & Leui omnes
viros Sichem, priùs ſibi ſubdolè
fœderatos ac circumciſos, occidunt,
Dinâque ſorore ſuâ recepta; cæteri filij
Iacob vrbem prædantur *c*: quibus
c Gen.34. increpatis Iacob infodit Idola ſubter
Terebinthum. Et iuſſu Dei migrat in
Bethel, vbi Debora nutrix Rachel moriens
ſepelitur, ſubter quercum fletus,
& Deus mutato nomine Iacob in Iſraël,
ſuas ei repetit benedictiones.

Hinc progreſſus Iacob verno tēpore,
Racheli quæ in partu Beniamin expirarat,
prope Bethleē ſepulchrū erigit.
Tranſiens inde habitat trans Turrim
gregis, vbi Ruben ingreſſus ad Balam
vxorem patris; principatum, & ſacerdotium
iure natiuitatis ſibi debitum
perdidit. Tandem Iacob peruenit in
Hebron, ad Iſaac patrem ſuum. *d*

d Gen.35. *e* Cap.35. v.2. 2245 Ioſeph cum 16. *e* eſſet annorum &
plus cunctis diligeretur à Patre, oderāt
eum fratres eius, quibus iam crimine
peſſimo apud Patrē à ſe accuſatis, ſomnia
futuri principatus prognoſtica
enarrans, magis fit exoſus. Tum ad eos
in Dothaim repertos miſſus à Patre, in
ciſternam demittitur, venditur Madianitis
triginta argenteis: viſâque tunicâ
eius polymitâ in ſanguine hœdi tinctâ
Iacob eum inconſolabiliter luget. Madianitæ
vendunt in Ægypto Putiphari
Eunucho magiſtro militum *f*, qui toti
f cap.37. domui ſuæ eum præficit, cunctis proſperè
ſuccedentibus; tandémque ab
vxore impudica ſtupri intentati falsò
2256 accuſatum, poſt 11. *g* annorum fidele
g Colligitur ex Gen.37. v.2. & c 40 v.1. & c.41. v.7. & c 46 ſimul collatis. ſeruitium, carceri regio mancipat, vbi
2257 cuſtodis carceris gratiâ nactus omniū
cōcaptiuorū curā habet *h*, & anno primo
ſui carceris, Pincernæ, Piſtoriſque
Pharaonis ſomnia rite interpretatur.
h Gen 39. *i* c.40.v.4. *k* c.35.v.28. Anno ſequenti cùm Iſaac eſſet an-
2258 norum 180. *k* moritur, quem ſepeliunt
Iacob & Eſau in ſpelunca duplici, &
partitis inter ſe bonis paternis Eſau
redit in Edom, ex quo propagati duces
vndecim, & octo Reges (quorum
ſecundus Iobab, ſeu ſanctus Iob) ipſique
l c.36. Idumæi orti. *l*

Ioſeph poſt duos *m* annos ab inter-
m c.41.v.1. pretatione ſomnij pincernæ iuſſu Pharaonis
è carcere triennali educitur, an-
n v.46. 2259 nos natus *n* 30. eiſque ſomnia de ſeptē
bobus pinguibus à ſeptem macilentis
deuoratis, item de ſeptem ſpicis plenis,
à ſeptem tenuibus conſumptis interpretans,
prænuntiat ſeptem Proximo
fertilitatis annos, alióſque ſeptem ſterilitatis
ſubſequuturos, Idémque Prorex
Ægypti conſtitutus vndique fru-
o c.41. *p* Id ex ipſa ſcriptura conijcitur. Gen.41. v.45. 2260 menta congregat *o*, anno 1. *p* fertilitatis
ducit Aſeneth filiam Putipharis Sacerdotis
Heliopoleos ex qua, anno fortè
2. genuit Manaſſem, & 3. Ephraim.
2263 Anno circiter quarto fertilitatis, Her.

primogenitus Iudæ & vir nequam ducit
Thamar, & Her occiſo à Deo, Onan
frater eius eam accipit vxorem, iſtóque
ſimiliter ob nequitiam percuſſo, Thamar
manſit vidua biennio, & anno circiter
ſeptimo ſterilitatis ſcortum 2267.
ementita ex Iuda ſocero ſuo concipit,
annóque ſequenti parit Phares & Zaram
geminos. *q*

Anno 2. *r* ſterilitatis ineunte, Ioſeph *q* Gen 38.
decem fratres ſuos in Ægyptum frumenti 2268 *r* c.45. v.6
emendi causâ profectos agnoſcit,
duriùs alloquitur, triduo in carcere
includit, retentóque in vinculis Simeone,
cæteros pecuniâ in ſaccis cum
frumento clàm repoſitâ dimittit, vt
Beniamin natu minimum adducant *s*, *s* c.42.
eum quo tamen reuerſos benignè excipit,
lautóque exhilarat conuiuio *t*, *t* c.43.
poſtridiè abſconſo, deprehenſóq; ſcypho
ſuo in ſacco Beniamin reuocatos
ab itinere, furti arguit *u*, ac demum eis *u* c.44.
innoteſcit, territóſque conſolatur. &
eum muneribus ac plauſtris ad patrem
adducendum remittit *x*, qui cum tota *x* c 45.
ſua proſapia, quæ ordine recenſetur
in Ægyptum deſcendit, occurrente ſibi
Ioſeph in terra Geſſen. *y* Cúmque iam 2268 *y* c.46.
eſſet annorum 130. *z* ſiſtitur Pharaoni, *z* c.47. v.9.
à quo terrâ Geſſen pro ſe, ac filiis ſuis
qui ſe paſtores eſſe dixerant obtinet in
poſſeſſionem. Et hinc fortè decima
ſeptima illa Ægyptiorum dynaſtia, paſtorum
dicta, Reges Ægyptiorum paſtores
coniicimus eſſe nuncupatos,
propter Ioſeph & fratres eius, qui in
principio paſtores deſcendiſſe in Ægyptum
comprobantur ait Euſebius *a*. *a* in Chron.
Porrò fames ita premit Ægyptios, vt
omnes, exceptis Sacerdotibus, qui ex
horreis publicis alebātur, terras quoq;
ſuas pro frumento Regi vendiderint. 2285

Iacob cùm iam eſſet annorum 147. *b* *b* Gen.47.
& habitaſſet in Ægypto annos 17.
ægrotans adiurat Ioſeph vt ſe in ſepulchro
patrum ſepeliat *c*, filios eius *c* c.47.
Manaſſem & Ephraim adoptat, & iuniore
præpoſito benedicit, dátque Ioſeph
ſupra fratres partem vnam (prædium
ſcilicet iuxta Sichem *d*) quam iu- *d* Ioan.4. v.5.
re belli acquiſierat. *e* Deinde propriâ *e* Gen. 48.
cuiq; filiorū datâ benedictione obiit *f*, *f* c.49.
quem aromatibus conditum Ioſeph
cum fratribus & Ægyptiis plangit 70.
diebus in Ægypto, & magno cōmitatu
transfert in terram Chanaan, celebratíſque
per ſeptem dies exequiis ad aream
Arad trans Iordanem ſepelit in
Hebron in ſpelunca duplici. Reuerſus
in Ægyptum fratres ob admiſſum in ſe
crimen pauidos conſolatur. Demùm
cum adiuraſſet eos, vt oſſa ſua aſportarent
in Chanaan, obiit anno ætatis ſuæ 2339
119. *g* eóque 54. ab obitu Iacob, ab in- *g* c. vlt. v. vlt.
choato principatu 80. & hinc ad Exodum
excurrunt anni 144. Circa hæc *h* S. Cyrillus Alex. in Cōment. in Iob. aliique, quos citat, & ſequi videtur Sabanus.
tempora contigit in terra Hus ſancti
Iob cum dæmone conflictus, quem
aliqui ſeptem *h* annis, alij minùs duraſſe
volunt. Summa hiſtoriæ hæc eſt.

Anni Mundi

Iob vir Gentilis de ſtirpe Eſaü *a*, diues ac iuſtus, pro filiis ſuis (quorum vnuſquiſque in die ſuo faciebat conuiuium) ſacrificans permiſſu Dei bonis omnibus per Sabæos & Chaldæos direptis, filiiſque ruinâ domus oppreſſis *b*, demum vlcere peſſimo à Satan percutitur, ita vt ſedens in ſterquilinio teſtâ ſaniem raderet, cui etiam propria vxor genere Arabiſſa *c* inſultat; qui omnia patienter ferens Deum laudat: mox tres eius amici Eliphaz Themanites, Baldad Suhites, & Sophar Naamathites afflictum viſitantes, ob vehementem eius dolorem ſeptem diebus humi cum eo taciti ſedent *d*. Cúmque Iob ſuam calamitatem deploraret, arguunt eum quòd grauiter offenderit Deum, qui cùm ſit æquus iudex innocenti aduerſa non infligat, ſed bona bonis, & mala malis rependat; Iob verò eos redarguit, oſtendens Deum pro ſua prouidentia ſubinde piis aduerſa, & impiis proſpera immittere; quod vt probet vitæ ſuæ anteactæ innocentiam & pia geſta recenſet, quorum teſtem eſſe Deum aſſerit; Idcóque in Redemptore ſuo *Chriſto* ſcilicet confidens in futura carnis reſurrectione veram iuſtitiæ retributionem expectat *e*. Tandem verbis vltrò citróque habitis, Deus ipſe è turbine diſputationem ſoluens; illos iniquè, Iob rectè locutum pronuntiat, eóque pro amicis ſacrificante Deus placatur, reddit ei ſanitatē, & omnia duplicia. Poſt hæc 140. *f* annis vixit, vidit filios filiorum ſuorum vſque ad quartam generationem, ſuámque hiſtoriam metro conſcripſit *g*. En ſumma hiſtoriæ Iob.

Cæterùm poſt mortem Ioſeph ac fratrum eius, filiis Iſraël in immenſum multiplicatis, exortus nouus Pharao Amenophis *h* nomine timens regno ſuo ob nimiam illorum multiplicationem, modis omnibus eos opprimit, inſtar mancipiorum cogit lateres coquere, & ædificare vrbes Phitom & Rameſſes *i*, fæces & ſtercora ex vrbibus euerrere, & cophinis impoſita ſuis humeris exportare *k*. Et tunc anno
2391 circiter 52. poſt mortem Ioſeph cœpit dura illa ſeruitus Hebræorum in Ægypto quæ durauit vſque ad Exodum. Pharao autem expertus per aliquot annos, Hebræos oppreſſione plus multiplicari, vocatis duabus primariis obſtetricibus Ægyptiis Sephora & Phua, iubet omnes eorum maſculos ipſo in partu ſuffocari; ſed hæ facinus detrectant. *l*

2396 Anno 5. *m* ſeruitutis nata eſt Maria, id eſt amara, propter afflictionem inſtantem ſic dicta, ſeptem annis maior Moyſe, & quarto dehinc anno naſcitur Aaron, triennio *n* ſenior eodem
2400 Moyſe vtriuſque fratre. Pharao deluſus ab obſtetricibus, monitúſque, vt ait Ioſephus *o*, à quodam ex ſuis ſacrorum ſcribis, naſciturum quemdam per id tempus apud Iſraëlitas qui Ægyptios aliquando grauiter affligeret, publico iubet edicto *p* maſculos omnes Hebræorum in Nilum demergi *q*.

a Vide Obſeruat. XXVIII. Ex quo genere ſit ſanctus Iob.
b Iob. 1.
c 70. Interpr.
d Iob. 2. & ſeqq.
e c. 19. v. 25. &c.
f c. vlt. v. vlt.
g Adrich. pag. 209 Vide l. 3. art. 4. ſect. 6. A Quo auctore, & quâ linguâ ſcriptus ſit liber Iob.
h Euſeb. in Chron. Vide Obſeruat. XXIX De nouo Pharaone, duráque ſeruitute Hebræorum in Ægypto.
i Exod. 1. v 11.
k Vt inſinuatur v. 13.
l v. 15. 16. & 17.
m Ita Hebr.
n Exod. 7. v. 7.
o 2. Antiq. 5.

Inter hæc naſcitur Moyſes *r*, & quia elegans *ſ* erat, ſeruatur tribus menſibus, ac poſteà in carecto Nili exponitur; ex quo eum educit filia Pharaonis nomine Thermuth *t*, eáque vnica *u*, ac hæres & ſine prole, etſi diu nupta; nullius Ægyptiæ mammas admittentem ſuaſu Mariæ ſororis pueri, propriæ matri, ignotæ tamen enutriendum tradit, adultum adoptat, ſecítque erudiri in omni ſapientia *x*, Ægyptiorum.

Moyſes grandis factus negat ſe eſſe filium filiæ Pharaonis *y*. Et cùm eſſet
2443 40. *z* annorum inuiſens fratres ſuos, percuſſo Ægyptio qui Hebræo inferebat iniuriam, fugit in Madian à quarto Abrahæ ex Cetura filio ſic dictam, vbi à Raguel, qui & Iethro, ſacerdote Madiam ſuſceptus ducit Sephoram eius filiam, ex qua generat Gerſan & Eliezer.

Moritur interim Pharao, cui ſuccedit alius æquè crudelis; ſub quo gementes filij Iſraël clamant ad Deum, qui eos exaudiens *a*, expletis à fuga
2483 Moyſis iam annis 40. *b* ipſum Moyſem paſcentem oues Soceri ſui in monte Horeb vocat ex rubo ardente, ſed incombuſto, iubétque adire Pharaonem, & ab eo dimiſſionem Hebræis depoſcere. Moyſes variis modis ſe excuſans confortatur à Deo, inſtruitur *c*, datúrque ei poteſtas vt triplici miraculo vocationem ſuam probet; Primò conuerſione virgæ in colubrum, ſecundo, manu in ſinum miſsâ & illicò leprâ infectâ, iterúmque immiſſa, moxque ſanatâ; tertio aquâ in ſanguinem mutatâ. Miſſioni tandem acquieſcens conſentiente Iethro redit in Ægyptum cum vxore & duobus filiis, ſed quia vnus eorum nondum circumciſus erat, Moyſes mortis adit periculum, ſed illud euadit, filio ſtatim à matre circumciſo, quæ viſo eius ſanguine indignata, domum repetit.

Aaron Dei monitu occurrit in monte Horeb fratri ſuo Moyſi, veneruntque ſimol in Ægyptum, vbi congregatis ſenioribus Iſraël, Dei verba denontiant, populúmque ſignis confirmant *d*, mox Pharaonem adeunt, petúntque vt Hebræis permittat ire ſacrificatum in deſerto. At Pharao grauiùs hoc nomine premit Hebræos, negatis paleis, flagris additis, ideóque ideóque ipſi incuſant Moyſem *e*, cui Deus de nouo addit animos, ac per ipſum Iſraëlitas futurâ liberatione conſolatur. *f* Moyſes iam 80. annorum, & Aaron 83. *g* remiſſi à Deo ad Pharaonem in teſtimonium ſuæ miſſionis proiectam coram eo virgam vertunt in colubrum; quod cùm Ioannes & Mambres *h*, magi Pharaonis etiam fe-

cíſſent

Anni Mundi

p Hebr. 11. v. 23.
q Exod. 1. v. vlt.
r Vide Obſeruat. XXXI. De natiuitate & educatione Moyſis.
ſ Hebr. 11. v. 23.
t Ioſeph. 2. Antiq. 5.
u Philo Iudæus.
x Vide lib. 2. tr. 6. par. 2. De ſapientia & Hieroglyphis Ægyptiorum.
y Hebr. 11. v 24.
z Actor. 7. v. 23.
a Exod. 2. v. 23. 24. & 25.
b Actor 7. v 30.
c Exod 3. v. 1. 2. & ſeqq.
d c 4. v. 27. 28. & ſeqq.
e c. 5.
f c. 6.
g c. 7 v. 7.
h 2. Tim. 3. v 8. Vide lib. 2. tr. 8. De tribus rerum magicarum ſpeciebus.

Anni Mundi

ciſſent, obduratur Pharao; Tum Deus per Moyſem & Aaron decem plagis in campo Taneos *a* tunc vrbis regiæ Pharaonis, ſubinde flagellat Ægyptios, terra Geſſen & Iſraëlitis à quauis plaga ſemper exemptis.

a Pſ. 77. v. 12. Vide Obſeruat.. XXXI. de decem plagis Ægypti.

b Exod. 7.

✠ Prima plaga aquas vertit in ſanguinem *b*. Secunda, ranis ex aqua ebullientibus omnia opplet & infeſtat, vtrumque agunt Magi. Tertia, cyniphes è puluere educit, quod cùm Magi efficere non poſſent, fatentur Dei digito ac virtute iſta fieri. Quarta omne genus muſcarum immittit *c*. Quinta plaga fuit peſtis pecorum. Sexta vlcera vrentia in hominibus & iumentis è cinere camini in cœlum ſparſo. Septima grando & fulgura *d*. Octaua locuſtæ, quibus omnibus oratione Moyſis ceſſantibus non ſtat promiſſis Pharao, ſed magis obduratur. Nona triduanæ tenebræ horribiles, ac palpabiles *e*, quibus territus Pharao Hebræos abire vult, ſed non pecora; Moyſique hoc quoque vrgenti mortem minatur, & à ſe expellit *f*, iubetq; Deus ſpoliari Ægyptios *g*.

c c. 8.

d c. 9.

e c. 10. v. 21. 22. & Sap. 17. v. 2. & 19. v. 16.

f Exod. 10.

g c. 11.

Anni Mundi 2484

Anno ſequenti, primo die menſis primi Niſan *h*, Deus mandat edocétque Moyſem & Aaron ritum immolandi, & comedendi agnum paſchalem, quem Hebræi Rameſſem conuenientes comedunt ad veſperam 14. die cum præſcriptis ceremoniis. Tum mediâ nocte tranſiens Angelus infert decimam plagam Ægyptiis occidens omne primogenitum hominum & iumentorum, domos tamen Iſraëlitarum ſanguine agni tinctas, illæſas præterit, cunctóſque deos Ægypti conterit; vnde cum ingens clamor exoriretur, Pharao, Moyſe & Aarone clàm nocte vocatis orat vt velociter cum ſuis omnibus exeant, ſibique benedicant, ſícque vniuerſi die decimâ quintâ menſis primi, diluculo de Rameſſe profecti ſunt ſexcenta fere millia virorum abſque mulieribus, & paruulis armati & ſani omnes *i*, ſecum deferentes ſpolia Ægyptiorum (mercedem vtique laboribus ſuis debitam *k*.) & oſſa Ioſeph & farinam conſperſam in palliis *l*.

h Vide l. 2. tr. 2. art. 4. 5. & 6. de Menſibus Hebræorum, eorúmque Calendario tam rituali quàm hiſtorico, & de annis.

i Pſal. 104. v. 37.

k Sap. 10. v. 17.

l Exod. 12.

HISTORIA SACRA,

QVARTA MVNDI ÆTATE,

excurrens ab Exodo ad quartum Salomonis annum, Continet annos 480. a

a Vide Obſeruat XXXII. Quomodo Quarta Mūdi Ætas contineat annos 480.

Vide lib. 2. tr. 4. de ciuili Hebræorum Republica, quæ ſubducatu Moyſis propriè initium habuit.

b c. 33.

FILII Iſraël, duce *b* Moyſe egredientes de Ægypto, eâ viâ quæ vtrinque punctis notatur in Paleſtinæ typis topographicis, pergunt in Terram promiſſionis per quadraginta & duas manſiones quæ ordine ſuo recenſentur in libro Numerorum cap. 33. primò profecti ſunt de Rameſſe manſione primâ, & tendunt tabernacula in Socoth manſione ſecundâ, vbi Deus præcepit in memoriam liberationis ab Ægypto quot annis celebrari feſtum Paſchæ, & ſeptem dies azymorum, omniáque Primogenita ſibi ſanctificari.

Die 17. primi menſis tranſeunt in Ethau, manſionem tertiam hic cæpit eis adeſſe Angelus in columna nubis *c* per diem, & ignis per noctem, quæ deinceps interdiù ſuper eos *d* expanſa, protegebat ab æſtu ſolis, & totâ nocte illuminabat, ſtans, cum ſubſiſtendum erat, & cùm procedendum procedens, & ignotæ viæ iter oſtendens. *e*

c Vide Obſeruat. XXXIII. De columna nubis & ignis.

d Pſ. 77. v. 14 & 104. v. 39.

e Exod. 13.

Vigeſimâ die caſtrametati ſunt ante Magdalum contra Phihahiroth quæ reſpicit Beelſephon (& hæc eſt manſio quarta) vbi eos aſſequitur Pharao cum electiſſimo totius Ægypti exercitu, & vt ſe vndique rupibus, Mari rubro, & hoſte concluſos vident, trepidant, primúmque murmurant *f*: at, Moyſe ad Deum clamante, tollens ſe Angelus cum columna nubis, ſtat medius inter ipſos Ægyptiis tenebras condenſans, & illuminans Iſraëlitas, qui 21. die eiuſdem menſis vniuerſi mare rubrum, virgâ Moyſis percuſſum, diuiſúmque, & vento totâ nocte flante ſiccatū, primò diluculo pertranſeunt; quos cum ſuis ſubſequens Pharao, mox ictu eiuſdem virgæ, aquis confluentibus inuoluitur omnéſq; cum eo pereunt *g*. Tum Moyſes cum viris, & ſoror eius Maria Propheriſſa cum fœminis Epinicion Deo concinunt. Hinc præcedentes per deſertum Sur, aquis triduò nō inuētis, vigeſima quarta die veniunt in Mara, manſionē quintam, ibíque ob amaras aquas ſecundò murmurant *h*; at Moyſes, iniecto in eas ligno dulces facit.

f c. 14. v. 11. 12. Prima murmuratio filiorum Iſrael.

g c. 14.

Secundo mēſe, primâ die menſis, veniunt in Elim manſionē ſextā vbi erant duodecim fontes aquarum ac ſeptuaginta palmæ *i*. Tum die decima iuxta mare rubrū, manſionē ſeptimā; & decima quinta die, in deſertum Sin, manſionem octauam, vbi conſperſâ farinâ, ac ſubcinericiis panibus deficiētibus tertiò murmurant *k*; ſed veſperi Deus mittit coturnices, & mane fluit manna de cœlo aëreo, eiúſq; vsū edocet, quod

h c. 15. v. 24. Secunda murmuratio.

i c. 15.

Anni Mundi

deinceps per 40. annos quotidiè, exceptis ſabbathis, manè recẽs decidit. Eius menſura Gomor, quæ eſt decima pars Ephi *a*, iuſſu Dei reponitur in vrna aurea, vt aſſeruetur coram Domino *b*, vltima die menſis veniunt in Daphca, manſionem nonam.

a Vide Obſeruat. XXXIV. De vaſis Hebræorum, ſeu menſuris vaſorũ tam pro rebus liquidis, quàm pro aridis.
b Exod. 16.

Tertiò menſe ac die primâ menſis, veniunt in Alus manſionem decimam; ſecundâ, in Raphidim manſionẽ vndecimam, vbi præ aquæ penuria quartò murmurant *c*. At Moyſe iuſſu Dei percutiente petrã Horeb, erũpit eis fons *d*; & flumen aquarum, & locus dictus eſt *Tentatio*. Hic eos die tertiâ inuadit Amalec, eũ quo dimicans Ioſue, Moyſe in monte, eleuatis manibus orãte, vincit; demiſſis vincitur; quare Aaron & Hur vir Mariæ *e*, laſſas manus Moyſi ſuſtentant; ſicque cæditur Amalec, ac olim delendus iuſſu Dei in libro ſcribitur *f*. Sub hæc Iethro ſocer Moyſi, Sephoram eius vxorem, ac duos filios ad eum reduxit; De liberatione Iſraël, Deum benedicit, ac ſacrificat, eiúſque monitu Moyſes eum Iudicibus ſubalternis regimẽ populi partitur, grauioribus cauſis ſibi reſeruatis. Tum Iethro relicto ibi Hobab filio ſuo redit in terram ſuam *g*. Die quarta eiuſdem menſis tertij, veniunt in Sinai, manſionẽ duodecimã, & populo à longè ſtante Moyſes montẽ aſcendit, Deo ſibi loquente, deſcenditq; vt ſanctificet populum, & in diem tertium præparet, ad legem Dei reuerenter accipiendam, vtque maiori religione percellatur, Deus replet montẽ fumo, igne, tonitruis *h*, &c.

c c. 17. v. 23. Quarta murmuratio.
d Vide Obſeruat. XXXV. De fonte educto è petra Horeb.
e Ioſeph. 3. antiq 2.
f Exod. 17. Vide Obſeruat. XXXVI. De Amalecitis, orante Moyſe, à Ioſue debellatis.
g c. 18.
h c. 19.

Tertiâ ergo die, eáque ſeptima eiuſdem menſis tertij, & quinquageſima ab exitu de Ægypto, & anno 430. à promiſſione facta Abrahæ *i*, manè data eſt lex Angelo *k*, vice Dei ex monte Sinai decalogũ promulgãte toti populo, qui Domini vocẽ non ferens, rogat, internuntio Moyſe, legẽ ſibi exponi *l*, quod approbãs Dominus, Prophetã de medio eorũ nepe *Chriſtũ* ſuſcitare promitit. *m*

i ad Galat. 3. v. 17.
k v. 19.
l Exod. 20.
m Deut. 18. v. 18.

Tum Dominus Moyſi ad caliginẽ ingreſſo dat varia præcepta iudicialia, & ceremonialia *n*, pollicetur Angelũ ducẽ itineris, & cuſtodem. Deſcendens Moyſes omnia refert populo, quo cuncta obſeruare promittente, eadem ſcribit in libro, & ſanguine vitulorum fœdus ſanxit inter Deum & populum.

n Exod. 20. 21. 22. & 23.

Tum Moyſes & Aaron huiúſque filij Nadab & Abiu & 70. ſeniores aſcẽdunt aliquantulum in montem; vbi vident Deum, poſterà die Moyſes, cæteris ad populum remiſſis iubetur conſcendere ad altiora montis cum Ioſuë, vt tabulas legis accipiat. Septima die ſolus Moyſes euocatur in mõtis cacumen, mediúmque caliginis, ac ieiunus 40. dies, noctéſque *o*, ibi à Deo inſtruitur de donis offerendis in ſtructuram Tabernaculi; cuius, omniſq; ſacræ ſupellectilis ad ipsũ ſpectantis exẽplar ei demonſtratur, & ad omniũ cõſtructionẽ Bezeleel de tribu Iuda, & Ooliab de tribu Dan primarij artifices deputantur *p*, tandemque in fine 40. dierum accepit à Domino duas tabulas lapideas, decalogum digito Dei conſcriptum continentes, interimque.

o c. 24.
p c. 25. vſque ad 31.

Quarto Menſe die 14. videns populus longam Moyſi moram in mõte, quintò murmurat *q* poſcitque ab Aaron, Deos ſibi fieri itineris duces, & cunctantem decima ſeptima die, ſeditione concitatã vrget. Tunc Aaron accipiens inaures eorum aureas conflat vitulum *r*, quem vigeſimo tertio die expolitũ mox adorant erectóq; altari, ſequenti die ſolẽniter hoſtias ei immolãt, edunt, ludũt, quod Deus reuelat Moyſi, qui pro populo inſtanter orans, vindictam ab eo auertit, & deſcendens de monte cum duabus tabulis legis, viſo vitulo, eas confregit, vitulum igne in puluerem comminuit, eóque in torrentem ſparſo potat populũ; Aaronem increpat, Leuitas ad ſe congregat, qui interfectis 23000. ex Idololatris, conſecrarunt manus ſuas Domino.

q Exod. 32. v. 1. Quinta murmuratio.
r Vide Obſeruat. XXXVII. De facto ac peccato Aaronis ob conflatum vitulum. Vide etiam l. 1. tr. 7. art. 3. de vitulo aureo.

Poſtridiè Moyſes aſcendit in montẽ, iterúmq; 40. dies, & noctes ieiunans *s*, orat Deum, vt ignoſcat populo, vel ſe deleat de libro vitæ *t*. Poſteà deſcendit ad populum, eúmque increpans mouet ad pœnitentiã, Tabernaculum ſuum *u*, ſeu Tentorium, quod & Tabernaculum fœderis dictum eſt, in pœnam Idulolatriæ è caſtris effert, columnã nubis ad oſtium eius ſtante, Deóque Moyſi facie ad faciem loquente *x*.

s Deut 9. v. 18.
t Exod. 32. v. 31. 32.
u Vide Obſeruat. XXXVIII. quod, & quale fuerit tranſlatum illud extra caſtra Moyſis ſeu fœderis Tabernaculum.
x Exod. 13.

Tum Moyſes præciſis, iuſſu Dei, nouis Tabulis, redit in montem vbi tertio *y*, 40. dies noctéſque ieiunans, fuit cum Domino, qui digito ſuo Decalogum in Tabulis rurſum inſcripſit, cum quibus decimã die menſis ſeptimi, obtentã iam planè veniã, deſcendens, facie radiante, populum terret, eundémque velatã, deinceps alloquitur *z*. Die vndecima exponit quæ à Deo præcepta acceperat, maximè de fabricando tabernaculo portatili, cunctáque eius ſupellectili, nempè Arcã, Propitiatorio, Cherubino, Mensã propoſitionis, Candelabro, altari Thymiamatis, altari holocauſtorum, labro æneo, veſtibus ſacerdotalibus, &c. móxque ad omniũ conſtructionem, offertur liberaliter tanta donorum copia, vt præconis voce acclamatum fuerit pluribus non eſſe opus *a*; huicque operi inſiſtitur vſque ad finem anni. *b*

y Vide Obſeruat XXXIX. De triplici Moyſis quadrageſima mora in monte.
z Exod. 34.
a c. 35.
b c. 36. vſque ad 39.

Anno 2. die *c*. menſis iuſſu Dei Moyſes erigit Tabernaculũ, infert Arcã (poſitis in ea Tabulis Decalogi) menſã, candelabrũ, & reliqua ſuo quęq; loco collocat, ipsúmq; tabernaculũ cũ omni ſupellectili conſecrat; quod mox colũna nubis operit, eiq; deinceps incũbit. Tũ præſcribit Deus, è propitiatorio, omnia quę habentur in Leuitico, varia quidẽ variis diebus. Eãdem primã die cæperunt & Principes XII. tribuũ Iſraël ſinguli

c Exod. 40. v. 15. 16.

ſucceſſiue

Anni Mundi 2485

ſucceſſiue per duodecim dies offerre dona in vſum tabernaculi *a*, eadémque t. die Moyſes aquâ lauat Aaron, ornamentis induit, & in ſummum Pontificem vngit; filióſque eius tunicis lineis veſtit, in ſacerdotes conſecrat, omnéſque variis oblationibus expiat, & ſanctificat, iubétque ſimul permanere in tabernaculo ſeptem dies noctéſque *b*. Et die octauo Aaron primitias ſacrificiorum *c* ſuorum pro ſe, & pro populo ſuo Deo offert, quæ igne cælitùs in victimas demiſſo comprobantur *d*; & hic ignis deinceps per ſacerdotes lignorum appoſitione in altari holocauſtorum iugiter nutritus eſt. *e* Eadem die octaua Nadab & Abiu filij Aaron igne prophano incautè vſi, cœleſti abſumuntur *f*, intactis tamen eorum veſtibus, cum quibus extra caſtra aſportantur à Miſaël, & Eliſaphan, vinúmque deinceps ſacerdotibus tabernaculum ingreſſuris interdicitur.

Poſt hæc loquens Deus Moyſi è propitiatorio edocet ritus ſacrificiorum holocauſti *g*, ſacrificij ſimilæ *h*, hoſtiæ pacificæ *i*, hoſtiæ pro peccato ſui *k*; & aliorum *l*; addito in omnibus ſale *m*, nuſquam autem fermento, vel melle *n*; adipe, & ſanguine comedi prohibitis *o*. Animalia munda, & ad eſum licita diſtinguuntur ab immundis *p*, ritus purgandæ puerperæ *q*, lepræ *r*, ſeminiflui, menſtruatæ, hæmorrhoiſſæ *ſ*, hirci emiſſarij *t*; determinantur gradus conſanguinitatis & affinitatis inter quos matrimonium illicitum *u*, ſuperſtitioſi gentilium ritus (verbi gratia coma in rotundum attondenda *x*.) cauendi. *y*

Denique, quod in toto Leuitico præcipuum eſt, Deus ſibi ſoli, vnò in loco, præfixis temporibus, præſcriptis cæremoniis, ſacrificari præcipit, & iuge ſacrificium quotidie, agnum anniculum, immaculatum manè, alterum veſperè immolari in memoriam æternæ beatitudinis. Sabbathum qualibet hebdomadâ obſeruari in memoriam creationis. Neomeniam prima die cuiuſlibet menſis in memoriam gubernationis. Celebranda etiam quot annis quinque feſta ſolennia; primum erat Paſchæ *z*, ac ſeptem dierum azymorum, quorum primo offerendus manipulus ſpicarum, nomine totius populi, in primitias meſſis. Secundum, Pentecoſtes *a*, quinquageſimo ſcilicet à Paſchæ die excluſiuè in memoriam promulgatæ legis in monte Sinaï: cuius craſtinâ die offerendi duo panes in primitias nouarum frugum. Tertium, Tubarum *b*, primâ die menſis ſeptimi in memoriam liberationis Iſaac ab immolatione; Idémque illa die clangendum cornibus arietum, quia aries pro eo immolatus fuit. Quartum, expiationis *c* ſeu propitiationis decimo die, in memoriam reconciliati Dei poſt vitulum aureum adoratum, tum vt propitietur eis Deus. Quintum Scenopegiæ, ſeu Tabernaculorum *d*, decima quinta die, in quo habitabant ſeptem diebus in tabernaculis *e*, in memoriam quod in tentoriis habitaſſent in deſerto, ac ſeptimâ, eáque 21. die geſtabant in manibus ramos palmarum in ſignum introductionis ſuæ in terram florentiſſimam; octaua verò die, eâque 22. obobſeruandum feſtum cœtus & collectæ, dimidio ſicli à quolibet in vſus templi collecto. Præter hæc ſeptimo quoque anno integro celebrabatur ſabbathum terræ *f*, in quo omnia quæ ſponte naſcebantur communia erant; debita à nullo fratre exigenda, Hebræi ſerui manu mittendi: Et quinquageſimo quouis anno integro celebrabatur Iubilæus *g* annus, ſeu remiſſionis, quo inſuper cuncta debita fratribus remittenda erant, priſtina poſſeſſio vnicuique reſtituenda, omnes ſerui libertate donandi, exules reuocandi. Hæc, aliaque diuerſa quæ in Leuitico recenſentur præcepta moralia, iudicialia, & cæremonialia ſeruantibus promittit Deus viginti, & octo benedictiones, totidémque maledictiones minatur non ſeruantibus *h*.

Decima quarta die ad veſperam celebrant ſecundum Phaſe cum ſeptiduo azymorum *i*, immundis idipſum celebraturis 14. ſecundi menſis. Sub hæc blaſphemus apprehenditur ac ſententia Dei, extra caſtra lapidatur k.

Secundo menſe, die prima præcipit Deus Moyſi & Aaron, vt numerent maſculos per XII. Tribus, à vigeſimo anno & ſuprà, fuerúntque ſexcenta millia pugnatorum, quingenti, quinquaginta *l*; qui ordinati ſunt in quatuor acies circa Tabernaculum per quatuor mũdi plagas *m*. Numerantur quoque Leuitæ ab vno menſe, & ſuprà, & inuenti ſunt 22000. quos Deus pro omni primogenito Iſraël (ducentis ſeptuaginta duobus primogenitis, qui prædictum Leuitarum numerum exceſſiſſe reperti ſunt, pretio trium ſiclorum redemptis) ſibi aſſumit miniſtros *n*, quibus in tres claſſes, ſcilicet in Caathitas, Gerſonitas, & Meraritas diuiſis, diſtribuitur cuſtodia ſacræ ſupellectilis Tabernaculi; Caathitis aſſignatur Arca, Menſa, Candelabrum, & vtrumque Altare; Gerſonitis Vela, & Cortinæ omnes; Merariris Tabulæ, Columnæ, & Baſes, ordinantúrque per gyrum Tabernaculi, & ex eis numerantur ab anno trigeſimo & ſuprà, 8580. quibus eadem ſupellex portanda committitur, cùm mouenda eſſent caſtra *o*, quoſque Aaron variis cæremoniis purificatos Deo offert, & in miniſterium ſacerdotum conſecrat, lege eis à Deo præſcriptâ, quod à vigeſimo

quinto

a Num. 7.
b Leuit. 8.
c cap. 9.
d Vide Obſeruat. XL. De igne perpetuo, quo in Sacrificiis Sacerdotes vti debebant.
e Vide Obſeruat. XLI. De cauſa animaduerſionis Nadab & Abiu filiorũ Aaron.
f Leuit. 10.
g Leuit. 1.
h cap. 2.
i cap. 3.
k cap. 4.
l cap. 5.
m cap. 2. v. 13.
n cap. 2. v. 11. & cap. 6. v. 16.
o cap. 7. v. 25. 26. 27.
De his cæteriſq; Cæremonialibus, Vide D. Thom. 1 2 quæſt. 101. & 102.
p Leuit. 11.
q cap. 12.
r cap. 13. & 14.
ſ cap. 15.
t cap 16.
u cap. 18.
x cap. 19. v. 27.
y cap. 19.
De his legalibus obſeruantiis agetur altero volumine, vbi de facie Eccleſiæ in ſtatu legis.
z Leuit. 23. v. 5. & ſeqq.
a v. 16. & ſeqq.
b v. 24. & ſequent.
c v. 27. & ſequent.
d v. 34. & ſeqq.
e v. 42.
f Leuit. 25. v. 4. & ſeqq.
g v. 10. & ſeqq. Vide Obſeru. XLII. De anno Sabbathico & Iubilæo, & quandonam vtriuſque cæremonia cœperit.
h Leuit. 26.
i Num. 9.
k Leuit. 24 v. 10. 11. ad ſeqq.
l Num. 1.
m cap. 2.
n cap. 3.
o cap. 4.

Anni Mundi

a cap. 8.

quinto anno & ſuprà miniſtrarent, & quinquageſimo impleto ſeruire ceſſarent *a*, eſſéntque ita miniſtri fratrum ſuorum in tabernaculo fœderis actu ſeruientium, vt cuſtodirent quæ ſibi fuiſſent commendata, opera autem ipſa non facerent.

b cap. 5.
c cap. 6. v. 2. ac ſeqq.
d v. 23.
e cap. 10. v. 2. & ſeqq.
f v. 11.

Poſthæc iubet Deus eiici immundos extra caſtra, præſcribit legem Zelotypiæ, quâ mariti vxores ſuas de adulterio ſuſpectas explorarent, per aquas maledictas *b*, item conſecrationem Nazaræorum *c*, formam benedicendi populum *d*, vſumque duarum tubarum argentearum *e*.

g cap. 11. v. 1.

h Sexta murmuratio. Vide Obſeruat. XLIII. De succenſione & coturnicibus datis ad ſepulchra concupiſcentiæ.

Vigeſima die *f* eiuſdem ſecundi menſis, eleuante ſe columnâ nubis de Tabernaculo, profecti ſunt de Sinaï viam trium dierum in deſertum Pharan, comitante eos in terram promiſſam, Hobab filio Iethro. Tunc ſuborta eſt ſexta murmuratio *g* ob laborem itineris, cui puniendæ, accenſo igne cœleſti, extrema caſtrorum pars comburitur; vnde locus dictus eſt *Incenſio h*, & tertia die trium prædictorum ventum eſt ad ſepulchra concupiſcentiæ, manſionem decimam tertiam, vbi populus faſtidiens manna, porros, allia, carneſque concupiſcens, & flagitans murmurat ſeptima vice. Tum Moyſes de onere populi, ſibi ſoli impoſito, apud Deum conqueritur, Deus autem & ſpiritum, & onus eius in LXX. ſeniores partitur, qui omnes prophetant, etiam alij duo Eldad & Medad, qui humilitatis ergo remanſerant in caſtris, & hi 70. ſeu 72. initium fecerunt Synedrio Iudæorum *i*. Poſteà ventus arreptas trans mare rubrum coturnices ex Ægypto auolare facit, quibus per menſem ſaturati, vſque ad nauſeam, plagâ magnâ poſteà percutiuntur; vnde locus dictus eſt *ſepulchra concupiſcentiæ*: Indè autem ventum eſt in Haſeroth *k*, manſionem decimam quartam.

i Vide in lib. 2. tract. 4. par. 3. De Conciliis & Iudiciis Hebræorum.

k Num. 11.

l cap. 12. v. 1. & ſeqq. Vide Obſeru. XLVI. De murmuratione Mariæ & Aaron contra fratrem Moyſem.
m num. 33. v. 18. & Deut. 1. v. 1. & 2. ſimul collatis.

Poſthæc Maria, ob murmur contra Moyſem fratrem, propter vxorem eius Æthiopiſſam lepra à Deo perfunditur, & extra caſtra eiicitur; ſed orante pro ea Moyſe, poſt ſeptem dies ſanata reuocatur *l*; Hinc tranſeuntes vaſtum deſertum Pharan, veniunt in Rethma, manſionem decimam quintam, quæ & Cadesbarne dicitur. Rethma enim erat locus prope vrbem Cadesbarnem. Inde iuſſu Dei mittit Moyſes duodecim exploratores qui luſtratâ per 40. dies totâ terrâ Chanaan, *m* ex Nehelescol ingentis ponderis botrum in ſignum vbertatis in vecte ferunt. Sed cùm decem ex eis incolarum robur nimiùm extollerent, aliis duobus Caleb, & Ioſuë fruſtrà obnitentibus, deterrent populum *n*; qui vociferans & octauò murmurans, & blaſphemans *o* vult regredi in Ægyptum, quo iratus Deus vult omnes peſtilentia perdere; at orante Moyſe culpam quidem remittit, ſed hâc pœnâ impoſitâ, vt nullus eorum qui iam numerati fuerant, ingrediatur terram promiſſam, præter Caleb & Ioſuë, ſed vagi in deſerto per annos 40. moriantur omnes; móxque illi decem exploratores percuſſi ſunt à Deo: alij verò murmuratores, iam dilecti ſui pœnitentes poſtridiè contra verbum Domini in terram Chanaan aſcendunt, & cæduntur ab hoſtibus vſque Horma *p*.

n Num. 12.
o cap. 13. v. 1. Septima murmuratio.

Anni Mundi

p Num. 14.

q Deuter. 29 v. 5.

r Num. 15.

Retrogreſſi ergò Iſraëlitæ per Arabiæ deſerta circunducti ſunt, triginta & octo annis, quibus ſi addas primum & vltimum, fient anni quadraginta: quo tempore, nec nubes per diem, aut ignis per noctem, nec Manna defecit; nec veſtimenta, aut calceamenta attrita ſunt *q*: prioribus annis ex illis triginta & octo, hæc geſta ſunt. Veniunt in Remmon Phare, manſionem decimam ſextam, vbi quidam colligens ligna die ſabbati, iuſſu Dei, lapidatur *r*. Tum pergunt in Lebnâ, manſionem XVII. Deinde in Reſſa, manſionem XVIII. Poſteà in Ceelata, manſionem decimam nonam; vbi Core Leuita, Dathan, Abiron, & Hon de filijs Ruben, & ducenti, & quinquaginta proceres Synagogæ, ambientes principatum & ſacerdotium, inſurgunt in Moyſem & Aaron: at quatuor primi poſtridiè viui à terra abſorbentur; alij verò igne cœleſti abſumuntur, quorum thuribula ænea in laminas producta, iuſſu Dei, in memoriam facti, altari holocauſtorum affiguntur. Sequenti die murmurauit *s* omnis multitudo contra Moyſem & Aaron, quòd interfeciſſent populum Dei: At ipſi confugiunt ad Tabernaculum, ibique orant; móxque incendium conſumpſit ex illis quatuordecim millia, & ſeptingentos, quò accurrens Aaron, ſtánſque cum thuribulo inter mortuos & viuentes, oratione ſua, ignem compeſcit *t*. Tum iuſſu Dei, accipiens Moyſes à Principibus duodecim virgas, vniuſcuiuſque nomine inſcriptas, ponit coram Domino *u*, vt per ſignum germinationis, oſtenderet quem elegiſſet in Sacerdotem: poſterá die virga Aaron inuenitur germinaſſe, floreſque & amygdalas protuliſſe; quam Deus in perpetuam rei memoriam in Arca cuſtodiri iubet *x*.

s cap. 16. v. 41. Octaua murmuratio.

t cap. 16.

u Vide Obſer. XLV. De virgis repoſitis cũ virga Aaron corã Domino.

x Num. 7.

y cap. 18.

z cap. 19.

Tradit inde Deus officia Sacerdotum & Leuitarum, ac pro miniſterio ſacerdotibus primitias, primogenita, & oblationes; Leuitis autem decimas aſſignat, qui earumdem decimarum decimam electam dent ſummo Sacerdoti *y*. Vaccam ruffam immaculatã extra caſtra in holocauſtũ comburi, iubet & ex cinere eius fieri aquam expiationis *z*. De reliquis annis vſque ad quadrageſimum, altum in Scriptura ſilentium, niſi quòd intereà manſiones mutarint duodecim, vt narratur in

libro

Anni Mundi

libro numerorum *a* venerintque in montem Sephor manſionem XX. Arada manſ. XXI. Maceloth manſ. XXII. Thalath manſ. XXIII. Thare manſ. XXIV. Methca manſ. XXV. Heſmona manſ. XXVI. Moſeroth manſ. XXVII. Beniiscan manſ. XXVIII. Ietebatha manſ. XXIX. Gaddad manſ. XXX. Hebrona manſ. XXXI. Aſiongaber manſ. XXXII.

2583 Anno quadrageſimo *b* ab exitu ex Ægypto, menſe *c* primo, veniunt in deſertum Zin, ſeu Sin, manent in Cades manſione XXXIII. vbi mortua eſt ac ſepulta Maria: ibique ad aquas Contradictionis, ob defectum aquæ, ſuborta populi murmuratio *d*, & ſeditio contra Moyſem, & Aaron, qui iuſſi à Deo ad petram loqui, turbato ac ceſpitante animo, eam bis virga percutiunt; fluúntque aquæ largiſſimæ: ſed in pœnam offenſæ excluduntur à terra promiſſa *e*. Rex Edom Moyſi innocuum, velocémque tranſitum per ſuas terras deprecanti pertinaciter negat. At Iſraël à conſanguineorum bello abſtinens, diuertit in Montem Hor, manſionem XXXIV. ad quem, Dei iuſſu, aſcendens Aaron, à Moyſe coram omnibus, veſtibus exuitur, & Eleazaro eiſdem induto, ac patri ſubrogato moritur, anno ætatis ſuæ 123. *f* & 40. *g* exitus
2583 de Ægypto, prima die menſis quinti, ibique ſepelitur, fleturque triginta diebus *h*.

Menſe ſexto, Iſraëlitæ impetiti ab Arad rege Chananæo, eum iam victorem, emiſſo voto, vincunt, eiúſque vrbes ſubuertunt. Hinc circumeuntes terram Edum, caſtrametati ſunt in Salmona, manſione XXXV, vnde egreſſi, veniunt in Phunon, manſ. XXXVI. vbi ex faſtidio mannæ, tædióque itineris, murmurantes *i*; ac morſibus ſerpentum ignitorum impetiti, alij moriuntur, alij iam pœnitentes, aſpectu ſerpentis ænei, iuſſu Dei à Moyſe erecti, ſanantur. Profecti de Phunon caſtrametati ſunt in Oboth, manſ. XXXVII. & de Oboth veniunt in Iiebarim, manſ. XXXVIII. in finibus Moabitarum. Poſteà in Dibongad, manſ. XXXIX. Deinde in Helmon-deblathaim, manſ. XL. Hinc profecti, miraculo, transgrediuntur torrentem Arnon, ſcopulis in pontis modum inclinatis *k*, ibique Beer puteum Duces populi foderunt baculis ſuis. Inde veniunt iuxta montes Abarim, manſionem XLI. & Sehon regem Amorrhæorum, qui tranſitum eis negabat, & Og Gigantem, regem Baſan cædunt; vtriuſque terras occupantes *l*.

Vltima, eáque XLII. manſio fuit in Campeſtribus Moab, iuxtà Iordanem, vbi hærent à reliquo anni tempore, cum quibus Balac rex Moab timens confligere, ſemel, iterúmque vocat Balaam *m* magum famoſiſſimum,

a c. 33. à v. 23. vſque ad 35.
b v. 38.
c c. 20. v. 1. & c. 33. v. 36.
d c. 20. v. 2. 3. 4. Nona murmuratio.
e Vide Obſeruat. XLVI. Quale fuerit aquas contradictionis Moyſis peccatum.
f Num. 33. v. 39.
g v. 38.
h c. 20. v. 30.
i c. 21. v. 4. 5. Decima murmuratio.
k Pſ. 113. v. 4. 6.
l Num. 21.
m Vide Obſeruat. XLVII. De

vt eis malediceret, quem ſecundâ vice accedentem, ipſâque aſinâ cui inſidebat, ei obloquente, corripit Angelus *n*. Vnde à Deo coactus, ter Iſraël benedicit, proſpera de illo vaticinatus, Prophetat de ortu ſtellæ *Christi*; de Amalecitis, Cinæis, & Romanis *o*. Poſteà tamen, eius conſilio, Balac ſubmittit puellas formoſas, cum quibus populus fornicatur, & ſacrificat idolo Beelphegor *p*, qui ab Ethnicis dicitur Priapus; ideóque iubet Deus cunctos Principes Iſraël ſuſpendi, & occiſis viginti quatuor millibus de populo, dat Phinees filio Eleazari perpetuum ſacerdotium *q*, eò quòd, diuino zelo; Zambri ducem è Tribu Simeon, & Coſbi filiam Sur principis nobiliſſimi Madian, ſcortantes & initiatos Beelphegor, pugione confodiſſet; & Madianitas delendos pronuntiat *r*.

Rurſum, Dei iuſſu, numerantur à Moyſe & Eleazaro filij Iſraël, à viginti annis & ſupra, vt conſtaret
2700 cui Tribui maior deberetur portio; & inuenti ſunt ſexcenta millia & mille ſeptingenti triginta. Leuitæ verò ab vno menſe & ſuprà, viginti tria millia: inter quos nullus fuit eorum, qui anteà numerati fuerant, præter Caleb & Ioſuë *s*.

Poſt hæc decernit Deus, vt quinque filiæ Salphaad, patri mortuo ſuccedant in diuiſione terræ; legémque conſtituit, qua decernatur ad quos defuncti cognatos hæreditas tranſeat: denuntiat mortem Moyſi, vbi terram promiſſionis è monte conſpexerit, Iubétque vt Ioſuë in Ducem populi ſibi ſubſtituat *t*. Docet Deus quid in ſingulis feſtis offerendum *u*, quæ vota ſint rata, quæue irrita *x*.

Tum duodecim millia ex Iſraël, Duce Phinees *y*, cædunt omnes Madianitas; ipsúmque Balaam magum, ſolis virginibus reſeruatis: præda ex æquo diuiditur pugnantibus ac plebi; primitiæ ſacerdoti ac Leuitis dantur; omne aurum Deo offertur *z*. Tribus Ruben & Gad & dimidia Manaſſes, terram eis Iordanem, paſcuis vberrimam, pro ſua portione obtinent, hâc conditione, vt armati præcedant fratres ſuos in terram Chanaan *a*, cuius incolas, Deus iubet interimi; excelſa & idola deſtrui *b*; ſitúque eius deſcripto, diuidendam ſorte præſcribit *c*; & Leuitis 48. vrbes cum ſuburbiis aſſignandis, ex quibus ſex ſint refugij pro homicidio non voluntario, cuius legem ſtatuit, & qui fugitiuorum ſuſcipi, qui interfici debeant. *d* Quiſque nubat in ſua Tribu, ne per connubia poſſeſſiones Tribuum commiſceantur *e*.

Die prima menſis vndecimi, eiuſdem 2523

Balaam ariolo, eiuſque aſina obloquente. Vide etiam lib. 2. tr. 8 de tribus rerum magicarum ſpeciebus videlicet Magia Dæmoniaca, Diuinatione & Maleficio.
n Num. 22.
o c. 24.
p Vide de Idolo Beelphegor. l. 2. tr. 7 par. 2. art. 4.
q Vide Obſeruat. XLVIII. De promiſſo Phinees æterno ſacerdotio.
r Num. 25.
s c. 26.
t c. 27.
u c. 28. 29.
x c. 30.
y Vide Obſeruat. XLIX. An Duce Phinees vel potiùs Ioſuë deleti ſint Madianitæ?
z Num. 31.
a c. 32.
b c. 33.
c c. 34.
d c. 35. Vide Obſeruat. L. De vrbibus refugij & aſylis Iudæorum.
e Num. vlt.

Anni Mundi

anni 40. *a* Moyſes, iubente Domino replicat legem omni populo, vnde & dictum Deuteronomium, commemorat varia beneficia & ſigna Iſraëli exhibita, vt ad Dei ac legis reuerentiam ipſos inducat *b*: deinde præcepta Decalogi repetit & explicat *c*: hortatur vt Deum totâ mente diligant, eiúſque mandata ſollicitè ſeruent, inculcent poſteris *d*; nullum cum idololatris fœdus aut coniugia ineant *e*; futuras victorias ſoli Deo adſcribant, non ſibi, cùm ſemper Deo aduerſari ſint *f*. Partâ terrâ ſinguli maſculi ter in anno, nempè in feſtis Paſchæ, Pentecoſtes, & Tabernaculorum, coram Deo, in loco quem elegerit, compareant; ibique optimas quaſque hoſtias offerant *g*. Pſeudo-prophetam à Deo abducentem interficiant, quamtumuis propinquus ſit vel amicus, & vrbem cuius habitatores à Deo auertere attentauerint, funditùs ſubuertant *h*. Præſcribuntur iura belli *i*; cautio ſuper occulto homicidio, & muliere in bello captâ; pœna filij contumacis; ſuſpenſus eadem die ſepeliendus *k*. Pietas in re proximi exercenda; veſtis alterius ſexus non induenda; virgo deflorata ab eo qui eam corrupit ducenda *l*. Qui ſint ab Eccleſia Domini arcendi: qui admittendi *m*: Idumæus & Ægyptius non ſunt abiiciendi. Cauenda vſura ergà fratres. Libellus repudij *n* permiſſus. Miſericordia in debitores pauperes exhibenda. Merces non neganda *o*. Quot plagis reus cædendus; Semen fratri ſuſcitandum; mulieri verenda viri apprehendenti, manus abſcindenda; non committenda in pondere & menſura, iniuſtitia. Amalecitæ delendi *p*. Hæc aliáque ibidem expreſſa Dei mandata obſeruantibus, multiplices benedictiones; tranſgredientibus maledictiones pronunciantur, illæ in monte Garizim, hæ verò in Hebal promulgandæ *q*.

Demùm Moyſes, fœdere cum Deo renouato, populum ad omnium obſeruationem, iureiurando aſtringit *r*. Ioſuë coram omni Iſraël, loco ſui, Ducem conſtituit. Scribit librum Deuteronomij, iubétque reponi in latere Arcæ; omnique populo ſeptimo quoque anno remiſſionis, in feſto Tabernaculorum perlegi *s*; Canticum recitat *t*. Singulas Tribus Iſraël, excepto, Simeone, benedixit *u*; & aſcenſo Monte Nebo, è vertice Phaſga, vniuerſam terram promiſſionis contemplatur; ibidémque moritur, an-
2523 no ætatis ſuæ 120. *x* ducatus ſui quadrageſimo expleto. Plangitur triginta diebus, & ſepelitur in valle Moab, contra Phogor, in loco ignoto *y*; cúmque eum diabolus prodere vellet Iudæis, ad idololatriam pronis, prohibetur à Michaële Archangelo *z*, populi Iſraël Cuſtode.

a Deut. 1. v. 3
b c. 1. 2. 3 & 4
c c. 5.
d c. 6.
e c. 7. Vide Obſeruat. LI. An prohibitum fuerit Iudæis alienigenas ducere vxores?
f Deut. 9.
g c. 10. & 11.
h c. 13.
i c. 20. Vide lib. 2. tr. 5. de iure belli. Hebræorum aliorumque ſub vexillis Domini Sabaoth ritè militantium.
k Deut. 21.
l c. 22.
m c. 23. Vide Obſeruat. LII. An vſura Iudæis fuerit licita?
n Vide Obſeruat. LIII. de libello repudij.
o Deut 24.
p c. 25.
q c. 27. 28.
r c. 29.
s c. 31.
t c. 32.
u c 33.
x Deut. vlt. v. 7.
y c. vlt. Vide Obſeruat. LIV. de morte Moyſis.
z Epiſt. Iudæ v. 9.

Anni Mundi

Moyſe defuncto, Ioſuë à Deo confortatus, capeſſit principatum *a*, & luctu adhuc durante, ſub initium menſis primi; ipſo, ſi lubet, primo die; mittit duos exploratores, qui tranſmiſſo vado Iordanis, veniunt in vrbem Iericho, in qua perluſtranda ſecundo die ſubſiſterunt, à Raab meretrice, promiſſa ei eiúſque cognationi miſericordia, occultati; nocte ſequenti per feneſtram emiſſi ſunt; tertio, quarto, & quinto die in montanis latitant, & ſexto ad ſuos in caſtra reuerſi, habitatores illius terræ perterritos eſſe nuntiant *b*. Septimo die iubet Ioſuë parari cibaria in triduum; & nocte mouens caſtra de Setim, venit diluculo ad Iordanem fluuium, vbi triduò commoratus, decimo die ſiccatum, Dei miraculo, alueum, populus pertranſit, ſacerdotibus cum arca in medio eiuſdem aluei ſtantibus, & aquis ſuperioribus inſtar montis intumeſcentibus, ita vt procul apparerent, inferioribus verò in mare mortuum defluentibus; ſicque terram promiſſionis ingrediuntur vniuerſi *c*; ac Dei iuſſu, duodecim lapides ex alueo ſiccato, à viris ſingulis duodecim Tribuum, ſublatos ad poſterorum memoriam in Galgala, vbi caſtrametati ſunt, ponunt; aliis quoque duodecim vbi Arca ſteterat, repoſitis *d*.

2524 Anno 41. ab exitu ex Ægypto, cóque primo introitus in terram promiſſam, omnes maſculi per annos quadraginta in deſerto nati, Dei iuſſu, circunciduntur in loco qui inde dictus eſt collis præputiorum, abiectis ibi ac ſepultis præputiis; & die quadrageſima quarta ad veſperam celebratur Phaſe poſtridie comedunt azymos panes de frugibus terræ eiuſdem anni *e*; ideóque manna deinceps ceſſat. Eadem die Sanctus Michael, euaginato gladio, apparens Ioſue *f*, docet quomodo capiat Iericho, vrbem murorum firmitate inexpugnabilem; nempe ſex reliquis diebus azymorum Sacerdotes Arcam portantes, ac ſeptem tubis ante eam clangentes, exercitu præcedente, ac populo ſubſequente, quotidie ſemel, ac ſepties die ſeptima circumeant; quo facto, mox ad clangorem tubarum, muris in exterius pomærium corruentibus, vrbem capiunt, delêntque; auro, ære, ferro, per anathema Deo conſecratis *g*: ſola Raab cum ſuis ſeruata, nupſit Salmoni Principi Tribus Iuda *h*: reædificaturi vrbis maledicit Ioſue *i*. Poſteà exploratam Hai, cum tribus millibus expugnat; at infelici ſucceſſu ob ſacrilegium Achan, qui ſorte deprehenſus, lapidatur *k* in valle Achor. Tum Ioſue, addito ſtratagemate, capit Hai, & deſtruit, eiúſque regem ſuſpendit.

Deinde pergens ad montes Garizim & Hebal, Decalogum & Deutero-

a Ioſue 1.
b c. 2.
c c. 3.
d c. 4.
e c. 5. v. 10. 11.
f c. 5.
g Vide Obſeruat. LV. De anathemate vrbis Iericho, Raab meretrice, & Achan ſacrilego.
h Math. 1.
i Ioſue 6.
k c. 7.

nomium,

Anni Mundi

nominum, lapidibus inſcribit, & maledictiones ac benedictiones replicat *a*. Gabaonitas ſimulatione longi itineris ei imponentes, medio iuramento *b*, ſaluat; ſed poſt triduum fraude deprehenſa, perpetuo famulitio adſtringit; vt ligna cædant, & aquas comportent in domum Domini *c*. Adoniſedec regem Ieruſalem, & alios quatuor reges, vrbem Gabaon, quòd iunxiſſet ſe Iſraëli, oppugnantes; Domino lapides deſurſum pluente, & cælo, Sole, ac Luna, ſpatio vnius diei immoris, vincit, & è ſpelunca in quam profugerant extractos, calcatis priùs eorum collis, ſuſpendit; totam terram Meridianam, & à Cadesbarne vſque ad Gazam, & à terra Gozen vſque Gabaon deuaſtat, occiſis regibus & incolis: Tum hyeme reuertitur ad caſtra in Galgala *d*.

2525 Vere ineunte *e* ſequentis anni, idem Ioſue, regem Iabin, alióſque ei confœderatos reges ad aquas Merom cædit, perſequitur vſque ad Sidonem, & aquas Maſſerephoth, campúmque Maſphi; equos eorum ſubneruat *f*, currus comburit, totámque terram Septentrionalem Chanaan vſque ad Libanum poſſidet *g*. Atque hoc anno, quo iam Iſraelitæ, fuſis hoſtibus, ingreſſi ſunt in interiora terræ Chanaan, magnámque eius partem poſſederunt, ac poſſeſſam alicubi colere cœperunt, menſe ſeptimo Thiſri, qui erat menſis primus anni ciuilis, cœperunt anni Sabbatici & Iubilæi *h*.

2528 Proximo triennio *i* confectæ ſunt bellorum reliquiæ, percuſſis, vltra & citra Iordanem triginta & vno regibus, gentibúſque terræ Chanaan maiori ex parte deletis *k*, noluit Deus omnes deleri, vt populus Iſraël iugiter exerceretur in bello, nec per otium in vitia difflueret. Poſt hæc, ad ſuos remiſſæ ſunt Tribus Ruben, Gad, & dimidia Manaſſe, multa præda locupletatæ, & iuxta Iordanem ædificant altare teſtimonij, quòd Dominus ipſe ſit Deus; quo audito cæteræ Tribus illud ſacrilegum ſuſpicantes, vt tres alias prædictas expugnent, conueniunt in Silo; (quò Tabernaculum & Arca Domini de Galgala tranſlata fuerat, ibique manſit vſque ad mortem Heli *l*:) interim tamen miſſo Phinees, vnóque Principe de ſingulis decem Tribubus, & comperto quòd in teſtimonium religionis patriæ, illud extruxiſſent, placantur *m*.

2531 Anno 48. ab exitu Iſraël ex Ægypto, qui eſt octauus tranſmiſſi Iordanis, ſeu introitus in terram Chanaan; celebratur primus annus Sabbaticus, ita tamen vt Sabbatiſmus ſex menſes vltimos huius anni, & ſex primos ſequentis occuparit. Idem dic de cæteris annis Sabbaticis, ac etiam de Iubilæis; eóque anno Sabbatico commodè cœpta eſt terræ diuiſio per ſortes, dum ipſa terra ab omni cultura quieſceret. Quas ſortitiones, ſeu diuiſiones ſeptem menſes tenuiſſe, teſtatur Ioſephus. Cúmque anteà Tribus Ruben, & Gad, & dimidia Manaſſes accepiſſent ab ipſo Moyſe poſſeſſiones ſuas trans Iordanem, iam Tribus Iuda, Ephraïm, & dimidia Manaſſes, cis eundem Iordanem, portionem ſuam accipit *n*, ſuámque poſteà ſeptem aliæ Tribus *o*, putà Beniamin, Simeon, Zabulon, Iſſachar, Aſer, Nephtali, & Dan. Deſignantur ſex vrbes refugij, citra Iordanem, nempè Cedes, Sichem, Hebron; trans Iordanem Boſor, Ramoth, Gaulon *p*. Et Leuitis aſſignantur quadraginta & octo vrbes cum ſuburbiis *q* vſque ad mille paſſus per circuitum.

Anno 15. ab ingreſſu in terram
promiſſam, iniit ſecundus annus Sab- 2538
baticus. Et anno 17. Ioſuë iam ſenex,
cùm in ſuo principatu egiſſet annos 2540
17. *r* congregat Iſrael in vrbe Sichem, hortatur ad ſeruanda Dei præcepta, & omne commercium cum gentibus cauendum *s*; renouátque fœdus inter populum & Deum, populo ſe Deo ſeruiturum ter promittente: in cuius teſtimonium Ioſue lapidem prægrandem ibi ſubter quercum ſtatuit, ac feliciſſimè obiit *t*, anno ætatis ſuæ 110. & ſepelitur in Thamnathſare, & oſſa Ioſeph in Sichem, in agro quem Iacob ei dederat; & Eleazar Sacerdos, in Gabaath. *u*

Poſt Mortem Ioſue *x*, Iudas (putà 2541
Salmon, aut Caleb, aut potiùs Othoniel, qui omnes erant de Tribu Iuda) Dux belli à Deo conſtitutus, aſſumpto Simeone, percutit in Bezec decem millia Chananæorum, cæſis Adonibezec regi manuum & pedum ſummitatibus; ſicut & ipſe aliis ſeptuaginta regibus fecerat. Capit & comburit Ieruſalem, iam quidem à Ioſue occupatam, ſed reſumptis viribus, expulſiſque Iſraëlitis, à Chananæis receptam; quod & aliis ciuitatibus *y* obtigit: arcem tamen tenuerunt Iebuſæi *z*, vſque ad tempora Dauidis. Othoniel captâ Cariat-ſepher, ducit Axam filiam Caleb, addita terra irrigua. Plures Chananæorum, contra Dei præceptum, ſub tributo ſeruantur *a*, quod eis exprobrat Angelus. *b*

Anno quinto Othonielis occurrit 2545
tertius annus Sabbaticus, & anno 12. quartus, & 19. quintus, & 26. ſextus, & 33. ſeptimus; & in annum 34. incidit primus annus Iubilæus. Hiſce diebus non erat Iudex in Iſraël, qui populum duræ ceruicis poſſet comprimere, ſed quiſque quod ſibi rectum videbatur faciebat: itaque Michas Ephraimita argenteū ſibi idolum conflat, cui Ionathan, filium Gerſan filij Moyſis præficit

a c. 8.
b Vide Obſeruat. LVI. De Gabaonitis à Ioſue, inito fœdere, reſeruatis, & contra quinque Reges propugnatis.
c Ioſue 9.
d Ioſue 10.
e Verno enim tempore bellum ſuſcipitur.
f Vide l. 2. tr. 5. de iure belli Hebræorum art. 1. vbi etiam agitur de equitatu Iudæis exoſo.
g Ioſue 11.
h Vide adhuc Obſeruat. XLII. De annis Sabbaticis & Iubilæis, & quando cœperint.
i Colligitur ex Ioſue c. 14. v. 18.
k c. 12.
l 1. Reg. 4.
m Ioſue 22. Sabbaticus I.
n Ioſue 13. 14. 15. 16. 17.
o c. 18. 19.
p c. 20.
q c. 21. Sabbat. II.
r Beda Atias, Torniel.
s Ioſue 23.
t c. 24. v. 29. Vide Obſeruat. LVII. De verbis nouiſſimis & obitu Ioſue.
u Ioſue vlt.
x Iudic. 1.
y Vide Obſeruat. LVIII. De captis, receptiſque Chananæorum ciuitatibus.
z 2 Reg 5. v. 6 7.
a Iudic. 1.
b c. 2.
Sabbat. III. IV. V. VI. VII. Iubilæus I.

Anni Mundi

Sacerdotem : at cùm ſexcenti viri de Tribu Dau aſcenderent ad expugnandum Lais, è domo Michæ idolum & Sacerdotem auferunt ; & vaſtata, ac reædificata Lais, vocant Dan nomine ſuæ Tribus ; ibique habitantes, idolum Michæ vſque ad diem captiuitatis ſuæ colunt *a*, hanc Michæ hiſtoriam non multò poſt mortem Ioſuë contigiſſe vult Euſebius *b*.

Sub idem tempus contigit & hiſtoria Leuitæ Ephratæi, quæ ſic ſe habet : Leuita hic diuertens in Gabaa Beniamin, à viris ciuitatis illius nefandè expoſtulatus, vxoris ſuæ prodigioſa libidine extinctæ, cadauer in duodecim partes ſectum mittit ad ſingulas Tribus *c*, quæ omnes, exceptâ Tribu Beniamin, conuenientes in Maſpha, tantum ſcelus vindicare ſtatuunt ; miſsiſque nuntiis, reos tradi flagitant ; quibus negatis conſulunt in Silo Dominum per Phinees filium Eleazari, qui obiit tempore quo Ioſuë *d*, & erat tunc præpoſitus domus *e*, id eſt Pontifex, & Iuda Duce, cum quadringentis millibus contra contumaces pugnant ; ſed fortitudine & numero confidentes, bis cæduntur ; tertiò tamen committentes, totam Tribum Beniamin exſcindunt, præter ſexcentos viros, qui fuga elapſi in petra Remmon quatuor menſibus latitant *f* ; ac deinde reuocati, ex traditis ſibi quadringentis virginibus ex cæde habitatorum Iabes Galaad, qui non venerant ad auxilium Iſraël, reſeruatis ; aliiſque ducentis è chorea in ſolennitate Silo raptis, eam Tribum reſtaurant *g*.

Sæpè deinceps poſt mortem Ioſuë, ac coæuorum, peccat Iſraël, & idola colit : ſæpéque traditur in manus hoſtium, ſed ad Deum clamans, liberatur per Iudices. Cum Chananæis connubia miſcens, eorúmque Deos colens, ſeruit octo annis Chuſan Raſathaim regi Syriæ, ſed clamans ad Dominum, liberatur ab
2580 Othoniel è Tribu Iuda, qui iudicat 40. *h* annis, in quorum vltimum incidit Sabbaticus octauus. Poſteà relapſus Iſraël ſeruit Eglon regi Moab tribus & decem annis ; ſed pœnitens, liberatur ab Aod ambidextro è Tribu Beniamin, qui cùm munera, id eſt tributum Iſraëlitarum, ei in Iericho commoranti detuliſſet, ſica in ventrem eius infixa, móxque collecto in monte Ephraim tumultuario exercitu, decem millia Moabitarum cædit, & iudicat Iſraël 80. annis, quorum 7. iniit Sabbaticus nonus, & 14. decimus, & 21. vndecimus, & 28. duodecimus, & 35. decimus tertius, & 42. decimus quartus ; & 44. Iubilæus ſecundus, & 49. Sabbaticus decimus quintus ; & 56. decimus ſextus, & 63. decimus ſeptimus, & 70.

a Iud. 17. 18.
b in Chron.
c Iud. 19.
d Ioſuë vlt. v. vlt.
e Iud. 20. v. 28.
f c. 20.
g c. 21.
h c. 3. v. 11. [S]abbat. [V]III.
[S]abbat. IX. [X]. XI. XII. [X]III. & [X]IV. [I]ubil. II. [S]abbat. XV. [X]VI. XVII. [X]VIII. & [X]IX.

decimus octauus, & in 77. decimus nonus. Anno dehinc tertio obiit Aod,
2660 cùm 80. *i* annis iudicaſſet Iſraëlem, quem etiam defendit Samgar, occiſis vomere ſexcentis Philiſtæis *k*.

Relapſus Iſraël, ſeruit Iabin regi Chanaan viginti annis ; ac pœnitens, liberatur à Debbora *l* Prophetide vxore Lapidoth, quæ accerſito Barac de Tribu Nephtali, collectiſque bellatorum decem millibus in monte Thabor, numeroſum exercitum Iabin à Deo perterritum cædit ad Torrentem Ciſon ; fugiénque Siſara Dux exercitus, à Iobel vxore Haber Cinæi lacte potatur, dormiénſque in Tabernaculo Haber, clauo ferreo per tempora transfigitur *m*. Debbora cum Barac Epinicion canit ; Iudicátque Iſraëlem quadraginta annis, quorum 4. occurrit Sabbaticus vigeſimus ; & 11. vigeſimus primus, & 18. vigeſimus ſecundus ; & 25. vigeſimus tertius ; & 32. vigeſimus quartus ; & in 35. Iubilæus tertius, & in annum 39. Sabbaticus vigeſi-
2700 mus quintus. Cumque Barac iudicaſſet Iſraëlem quadraginta *n* annis obiit.

His temporibus *o* contigit hiſtoria Ruth *p* cuius ſumma hæc eſt. Elimelech de tribu Iuda, è ciuitate Bethleem, fame vrgente abiit in Moab cum Noëmi vxore ſua, ac duobus filiis Mahalon, & Chelion ; illóque, ac filiis eius ibi mortuis, poſt annos decem, Noëmi adhærente ſibi Ruth Moabitide vidua Chelion, ac nuru ſua, ad Dei cultum conuerſa, & de Petra deſerti oriunda *p*, reuertitur in Bethleem *q* ; ibi Ruth in agro Booz *r* propinqui, ſpicas colligens, gratiam apud eum inuenit ; & læta veſperi ad Socrum reuerſa, tres modios hordei ei affert *s*, eiúſque conſilio ad pedes Booz dormientis, noctu recubuit *t* ; qui manè (alio propinquiore coram Senioribus ciuitatis iuri ſuo cedente) duxit eam vxorem, genuitque Obed auum Dauidis *u*.

Porro Iſrael in idololatriam relapſus, opprimitur à Madianitis ſeptem annis. Tum clamans ad Deum, arguitur impietatis à Propheta ; & Gedeon filius Ioas, de infima familia Manaſſe, duplici ſigno, nempe ſacrificij ſub quercu Ephra ab Angelo accenſi, velleriſque ſubinde humidi ac ſicci, liberator deſignatur : aram Baal deſtruit, vnde dictus Ierobaal, id eſt impugnans idolum ; & ſpiritu Dei indutus conuocat exercitum Iſrael *x*, & caſtrametatus ad fontem Harad, ex triginta duobus millibus, viginti duo millia timidorum, iuſſu Dei, domum remittit, & ex reſiduis decem millibus, trecentos tantùm, qui ſtantes manu ad os proiecta, lamberant

i Iud. 3. v. 30.
k v. 31.
l Vide Obſeruat. LIX. De Debbora Prophetide.
m Iudic. 4. Sabbat. XX. XXI XXII. XXIII. & XXIV. Iubil. III. Sabbat. XXV.
n Iud. 5. v. vlt.
o Abulen. Tornel. & alij.
p Hieron. in Iſai. 60.
q Ruth. 1.
r Vide lib. 2. tr. 1. par. 2. art. 4. De Patriarcha Booz, quodque is vnicus fuerit.
s Ruth. 2.
t c. 3.
u c. vlt.
x Iud. 6.

Anni Mundi

aquam, admittit, ac nocte deſcendens cum Phara puero ſuo in caſtra Mediam, cùm audiſſet vnios ex Madianitis ſomnium de ſubcinericio pane hordeaceo in caſtra Madian deſcendente, & tabernaculum ſubuertente; ſocios in tres turmas per gyrum hoſtium diuiſos; tubis, lagenis, ac lucernis armat; ſícque media nocte, fractis lagenis, tenentes lampades, & tubis perſonantes ac conelamantes; gladius Domini & Gedeonis tuunt in hoſtes, qui mutuo ſe confodientes, ceciderunt ex eis centum & viginti millia; cæſi ſunt etiam Principes Oreb, & Zeb, quorum capita Ephraim portat ad Gedeon *a*, qui & reliquos quinquaginta mille cum Zebee, & Salmana fugientes, inſecutus, eos cædit; ac victor rediens ſeptuaginta ſeptem Seniores Socboth, qui laſſis deriſoriè panes negarant, ſpinis conterit *b*; turrimque Phanuël, occiſis habitatoribus, ſubuertit. Zebee & Salmana interficit: & expoſtulatis aureis inauribus, facit Ephod, quod Iſraëli fuit in ruinam; rogatúſque à Populo, præeſt ei quadraginta annis, in quorum 6. incidit annus Sabbaticus vigeſimus ſextus; & in 13. vigeſimus ſeptimus: & in 20. vigeſimus octauus; & in annum 24. qui fuit ducenteſimus quadrageſimus primus ab Exodo, incidit Iubilæus quartus, qui vtcunque ex æquo diuidit 480. annos, qui ab Exodo fluxere vſque ad iacta Templi fundamenta. 27. iniit Sabbaticus vigeſimus nonus; & 34. trigeſimus: ſex dehinc annis Gedeon obiit,
2740 cùm præfuiſſet 40. *c* annis.

a Iudic. 7.

b Vide Obſeruat. LX. De multa Gedeonis in viros Sochot, & Phanuel animaduerſione. Sabbat. XXVI. XXVII. & XXVIII. Iubil. IV. Sabbat. XXIX. & XXX.

c Iudic.

Mortuo Gedeone, Iſraël percutit fœdus cum Baal *d*; & Abimelech nothus Gedeonis, in Sichem natus, occiſis in Ephra ſeptuaginta fratribus ſuis, à ciuibus Sichem & Mello rex conſtitutus eſt. Tum frater eius Ioatban natu minimus, qui gladium euaſerat; ſtans in monte Garizim, parabolâ lignorum, quæ rhamnum ſibi in regem vnxerant, propoſitâ, Sichimitas ingratitudinis arguit, quòd occiſis ſeptuaginta filiis Gedeonis, conſtituiſſent ſibi regem Abimelech. Hic poſtcà Sichimitas ſibi rebelles, deuicto exercitu Galaad, interficit, vrbémque excidit, ac ſale conſperſit; & præciſis de monte ramis, fanum Baal combuſſit. Inde Thabes ciuitate captâ, dum turrim eius oppugnat, mulier fragmen molæ deſuper iaciens, illiſit capiti eius, & cerebrum confregit; ideóque mox occidi ſe iuſſit ab armigero ſuo, cùm tyrannicè præ-
2743 fuiſſet annis tribus *e*, quorum 1. occurrerat Sabbaticus trigeſimus primus.

d v. 33. Vide lib. 2. tr. 7. cap. 1. art. 2. de nomine Baal cunctis falſis numinibus communi.

e Iudic. 9. v. 54. Sabbat. XXXI.

Poſteà Thola de Tribu Iſſachar iudicat Iſraëlem annis viginti tribus *f*, in quorum 5. incidit Sabbaticus trigeſimus ſecundus; & in 12. trigeſimus tertius; in 19. trigeſimus quartus. Obiitque Thola cùm iudicaſſet annis 23. *g*

f Iudic. 10. v. 2. Sabbat. XXXII. XXXIII. & XXXIV.

Iair Galaadites, qui habuit triginta 1766
filios, equites egregios, & principes triginta ciuitatum, iudicat annis viginti duobus, in quorum 3. incidit Sabbaticus trigeſimus quintus; & in 8. Iubilæus quintus; & in 10. Sabbaticus trigeſimus ſextus; & in 17. trigeſimus ſeptimus. Obiit antem Iair cùm præfuiſſet annis 22. *h*.

g Iudic. 10. v. 2. Sabbat. XXXV. Iubil. V. Sabbat. XXXVI. & XXXVII.

h Iudic. 10. v. 3.

Tum Iſraël in idololatriam lapſus, traditur Philiſtæis, & Ammonitis; & per annos decem & octo valdè opprimitur, ac tandem pœnitens, abiectíſque idolis, miſericordiam conſequitur *i*: nam Iephte Nothus Galaad, à fratribus iampridem expulſus, è terra Tbob reuocatus; & Dux, ac Iudea coram Domino electus; Primùm ratione agit cum rege Ammon, & acquieſcere nolentem, ſpiritu Dei incenſus, votóque emiſſo, cædit; ac demùm victor regreſſus, filiam vnigenitam ſibi occurrentem, iuxta emiſſum votum, immolat *k*, poſtquam ipſa per duos menſes poſtulatos, virginitatem ſuam planxiſſet *l*. Cúmque Ephratæi in eum inſurgerent, quod abſque ipſis exiiſſet ad pugnam, occidit ex eis quadraginta duo millia, qui ad vada Iordanis vocem Scibboleth proferre compulſi, patriâ dialecto, reſponderant Sibboleth. In eius annum 2. incidit Sabbaticus trigeſimus octauus: iudicauit
autem Iſraël ſex annis *m*. 2794

i Iudic. 6. v. 16.

k Vide Obſeruat. LXI. De voto Iephte, an is vouendo, votúmque implendo peccauerit?

l Iudic. 11. v. 37. 38. Sabbat. XXXVIII.

m Iudic. 12. v. 7.

Abeſan de Bethleem, qui habuit triginta filios, totidémque filias; iudicauit Iſraëlem ſeptem annis *n*, quo-
rum 3. iniit Sabbaticus trigeſimus no- 2801
nus.

n v. 9. Sabbat. XXXIX.

Achialon de Tribu Zabulon (cuius anno 3. occurrit Sabbaticus quadrageſimus; & vltimo, qua-
drageſimus primus) iudicat 10. an- 2811
nis *o*.

Sabbat. XL. & XLI.

o Iudic. 12. v. 11.

Abdon de Tribu Ephraim, qui habuit quadraginta filios, & ex eis triginta nepotes, equites eximios, iu-
dicat annis 8. *p* in quorum 7. iniit 2819
Sabbaticus quadrageſimus ſecundus.

p c. 12. v. 14. Sabbat. XLII.

Relapſus Iſraël traditur Philiſtæis 40. *q* annis, quorum viginti priores trahendi ſunt ad anteriora tempora ſub Abeſan, Achialon, Abdon; poſteriores in annos Samſonis ſunt reducendi Per id quippe temporis, Angelus ſterili vxori Manue de Tribu Dan, deinde viro apparens, prædicit naſciturum ex eis filium qui ab vtero matris Nazaræus Dei, & liberator foret Iſraël; & in flamma holocauſti rediit in cælum. Natus puer, vocatur Samſon; cœpitque Spiritus Domini eſſe cum eo in caſtris Dan *r*. deſcendens in

q Iudic. 13. v. 1. Vide Obſeruat. LXII. in quos Iudicum annos reducendi ſint hi quadraginta anni.

r Iudic. 13. v. vlt.

Anni Mundi

Thamnatha, vt duceret Philiſtæam
leonem in ſe irruentem innermis dila-
cerat; in cuius ore poſtcà fauo mellis
reperto, ſumptum ab eo problema (de
comedente exiuit cibus, & de forti
dulcedo) triginta ſodalibus ſeu pronu-
bis ſibi datis, inito cùm eis pacto,
proponit, intra ſeptem conuiuij dies
ſoluendum; at iſti ſeptima tandem die,
per ſponſam Samſonis extorquẽt eius
interpretationem. Qua de re iratus
Samſon occiſis, ac ſpoliatis triginta
Philiſtæis, dedit illis promiſſas veſtes,
& abiit: móxque vxor eius traditur vni
ex eiſdem pronubis *a*, quam iniuriam
vt vindicet Samſon, capit trecen-
tas vulpes, bináſque caudis alli-
gat, ac in earum medio accenſa face,
in ſegetes Philiſtinorum immittit;
eóſque adhuc percutit ingenti plaga;
& in petra Etam habitans, permittit
ſe ligari à viris Iuda, & tradi Philiſtæis,
tum ruptis funibus, mille ex eis, ma-
xillâ aſini, proſtrauit, ceteriſque fu-
gatis: ſitiénſque aquas ex maxillæ
dente molari obtinuit, in loco qui di-
ctus eſt, fons inuocantis de maxilla. *b*
Poſteà verò in Gaza ad meretricem in-
greſſus media nocte ſurgens arreptas
vrbis portas, in montem detulit. In-
ter hæc, anno Samſonis 5. iniit Iubi-
læus ſextus: & 6. Sabbaticus quadra-
geſimus tertius: & 13. quadrageſimus
quartus. Demùm Dalila in valle Sorec
meretrix, cui Samſon ſæpiùs illuſerat,
cognita ab eo cauſa tantæ fortitudinis,
capillos ei in ſinu ſuo dormienti ton-
det; ſicque fortitudine deſtitutum
Philiſtæi apprehendunt, oculos eruunt,
vinctúmque catenis ducunt Gazam, &
clauſum in carcere molere faciunt. Ve-
rũ cùm crines ac vires ei creuiſſent, in
templo Dagon, poſt luſum, concuſſis
columnis, Principes Philiſtinorum,
ceteramque multitudinem ſecum op-
primit *c*: cùm iudicaſſet Iſraël 20. an-
nis, quorum vltimo iniit Sabbaticus
quadrageſimus quintus.

Samſoni ſuccedit Heli Summus Sa-
cerdos, de familia Thamar, pontifica-
tu, poſt defunctum Oxi è familia Elea-
zar, ad ſe deuoluto *d*; ſicque gemino
fungitur magiſtratu, ciuili & ſacro.
Sub eo, Anna vxor, Elcanæ Leuitæ,
diù ſterilis, & Phenennæ æmulæ ſuæ
improperio, triſtis; fuſa in Silo ora-
tione, & emiſſo voto, parit Samuë-
lem, quem poſt tres *e* annos ablacta-
tum, obtulit Domino, iuxta votum;
vt tota vita Nazaræus miniſtraret ei in
Tabernaculo *f*; & cantico, gratias egit:
rurſùmque tres filios, & duas filias gi-
gnit. In annum autem 7. Heli incidit
Sabbaticus quadrageſimus ſextus; in
14. quadrageſimus ſeptimus; in 21.
quadrageſimus octauus; in 28. quadra-
geſimus nonus; in 35. quinquageſi-
mus, iſque Iubilæus ſeptimus.

Porrò Heli auditis, rumore publi-
co, filiorum ſuorum Ophni & Phi-
nees ſacrilegiis, monet eos languidè;
vnde miſſus ad eum vir Dei, Propheta
ſcilicet, illorum temporum, denuntiat
domum eius ſummo priuandam Sacer-
dotio; & vtrumque filium vna die pe-
riturum *g*. (illud priùs contigit tem-
pore Salomonis, cũ exauctorato Abia-
thar, qui erat de familia Ithamar, Sa-
doc de familia Eleazar, factus eſt Sum-
mus Sacerdos *h*.) Et Samuël duoden-
nis, ex Ioſepho *i*, quater à Domino vo-
catus, reuelationem ſibi à Deo factam
aduerſus domum Heli, eidem requi-
renti refert; cæpítque afflari ſpiritu
Prophetico *k*. Iſraëlitæ cæduntur à Phi-
liſtæis iuxta Aphec: adductáque è Silo
Arca, cæduntur iterum vſque ad tri-
ginta millia; occiſiſque Ophni & Phi-
nees, Arca capitur; quod audiens He-
li corruit è ſella, & obiit; cùm iudi- 2879
caſſet Iſraëlem 40. *l* annis *m*; Et vxor
Phinees è ſubito partu Ichabod expi-
rat. In tanta rerum perturbatione Sa-
muël annos circiter triginta natus, no-
túſque iam pridem Propheta *n*; eligi-
tur in iudicem, & ſimul cum Saüle
præeſt annis 40. vt inſinuat D. Pau-
lus *o*, vtriúſque coniungens præfectu-
ras *p*, neutríque ſeorſim certos annos
tribuens.

Arca Domini in Azotum aſportata,
& iuxta Dagon *q* collocata; idolum
coram ea ſemel, iterúmque corruit, ca-
pite ac manibus in limine abſciſſis. Phi-
liſtæi quoque mariſcis, ac muribus
percuſſi, Sacerdotum ſuorum conſi-
lio, ad placandum Deum, poſt ſeptem
menſes Arcam nouo plauſtro impoſi-
tam cum quinque anis, totidémque
muribus aureis, per duas vaccas la-
ctantes remittunt *r* vſque Bethſames,
vbi vaccas ſuper ligna plauſtri Bethſa-
mitæ immolant: cúmque Arcam ape-
ruiſſent, & curioſè inſpicerent, percuſſit
Dominus ex eis quinquaginta millia
& ſeptuaginta. Tum cæterorum roga-
tu, viri Cariathiarim eam ad ſe redu-
centes, inferunt in domum Abinadab
Leuitæ, vbi ſub cuſtodia Eleazar filij
eius manet. In 2. autem Samuëlis an-
num, incidit Sabbaticus quinquageſi-
mus primus; & in 9. quinquageſimus
ſecundus.

Anno 10. *ſ* præfecturæ Samuëlis na-
ſcitur Dauid. Iſraëlitæ ad Deum con-
uertuntur hortatu Samuëlis; eóque
pro ipſis orante, ac Domino intonan-
te, cædunt Philiſtæos, & perſequun-
tur eos vſque ad locum qui dictus eſt
lapis adiutorij; vrbes ablatas recipiũt: *t*
Samuël deinceps oppida circumiens,
iudicat Iſraëlem in pace; & in eius an-
num 16. incidit annus Sabbaticus quin-
quageſimus tertius.

Arca autem Domini manſit in domo 2899
Abinadab 20. *u* annis; ac 3. dehinc an-
no occurrit Sabbaticus quinquageſi-
mus quartus.

Samuël iam ſeneſcens, duos filios
ſuos Iohel & Abia, ſubſtituit ſibi in-

a cap. 14. v.

b cap. 15.

Iubil. VI. Sabbat. XLIII. XLIV

c Vide Obſer. LXIII. De captura Samſonis, & morte ſibi accerſita.

d Iudic. 16. v. vlt. Sabbat. XLV.

e Ioſeph. 5. Antiq. vlt.

f Vide Obſer. LXIV. Quo iure Anna nõ adierit Sanctuarium die 40. purificationis gratia.

Anni Mundi

g 1. Reg. c. 3. Sabb. XLVI. XLVII. XLVIII. XLIX. & L. iſque Iubil. VIII.

h 3 Reg. 2. vide Obſeru. LXIV. de Heli & peccato filiorum eius Ophni & Phinees.

i 1. Reg 1. v. 27. 35.

k 14. Antiq. Abulenſis, & alij.

l 2. Reg. 5.

m cap. 4. v. 18.

n cap. 3. v. 2.

o Act. 13. v. 20. vide Obſeru. LXVI. an illi anni includãt præfecturas Samuelis ſimul & Saülis.

p Vide Obſer. XLVII. An Samuel fuerit ſimul Pontifex & Iudex.

q Vide lib. 2. tract. 7. de Dagon Idolo Azoti.

r Vide Obſ. LXVIII. De Arca Domini à Philiſtæis capta, & in terras Iſrael remiſsâ.

ſ 1. Reg. 6. Sabbat. LI. & LII. Colligitur ex 2. Reg. 5. v. 4. & Actor. 13. v. 30.

t 1. Reg. 7. Sabbat. LIII.

u 1. Reg. 7. v. 2.

Sabbat. XIV.

Anni Mundi

dices; qui auaritiâ corrupti peruertunt iudicium: vnde omnes ſeniores Iſraël poſtulant ab eo conſtitui ſibi Regem, more gentium, quibus Samuël, iuſſu Dei, durum regis iudicium prædicit; ſed non auditur *a*. Sub hæc, Saül filius Cis de Tribu Beniamin, electus & bonus, & ſimplex velut filius vnius anni: ab humero & ſurſum altior omni populo, corde tamen humilior, quærens aſinas patris ſui, ingreſſus in Ramatha vt conſuleret Videntem, inuenit Samuëlem, qui eum primo loco, & cibo honorat; & manè dimittens ſecretò vngit *b* in Regem ſuper Iſraël datis & ſuccedentibus ſignis, quibus credat ſe à Deo electum & vnctum: inter alia, prophetat inter prophetas, cunctis mirantibus. Tum conuocato à Samuële populo in Maſpha, miſſis ſortibus; Saül publicè in Regem eligitur, etſi domi abſconditus. Lex regni populo recitata, in libro ſcribitur, & coram Domino in Tabernaculo reponitur *c*.

a 1. Reg. 8.

b cap. 9. Vide Obſ. LXIX. Circa vnctionem Saulis eiuſque præclara exordia, prauaque nouiſſima.

c 1. Reg. 10. Vide lib. 2. tr. 8. part. art. 3 de varia ſubinde Hebrææ Reip. forma.

Poſt menſem Naas, Ammonitarum Rex obſidens Iabes Galaad, fœdus non admittit, niſi omnibus oculos dextros eruat, quo audito Saül veniens poſt boues ex agro, ſpiritu Dei accenſus eos in fruſta diuiſit, miſſiſque eorum partibus in omnes terminos Iſraël, conuocat exercitum trecentorum millium, & diſperdit Ammonitas: ruſúmque inauguratur in Galgala *d*, vbi Samuël iam canus, omnium iudicio, probatus innocens, eos ingratitudinis in Deum arguit, quòd pro Deo rege qui tamdiu Iſraëlem ſeruarat, hominem regem ſibi poſtularint; datiſque de cœlo tonitruis, territus populus, fatetur peccatum, quem Samuël hortatur, vt relictis idolis, Deo adhæreat. *e*

d 1. Reg. 11.

e cap. 12.

Saül, dimiſſo exercitu, ſed rurſus occaſione cæſæ per Ionathan ſtationis Philiſtinorum, quæ erat in Gabaa, reuocato; ac ſenſim præ metu, dilabente; etſi iuſſus fuiſſet ſeptem dies integros in Galgala expectare Samuëlem ad ſacrificium, ſeptimâ die iam ad occaſum vergente, Rex ipſe offert holocauſtum Deo, quare Samuël eum arguit, ac reprobatum pronuntiat. Saül autem cum Ionatha & 600. tantùm viris, iiſque inermibus, aſcendit in Gabaa *f*. Porrò Ionathas Deo fidens cum ſolo armigero ſuo ingreſſus caſtra Philiſtiim, multos occidit, aliis ſe inuicem interficientibus. Mox Saul conſulto Domino ceteros, profligat vſque Hailon, populùmque adiurat, ne quis comedat ante veſperam; cuius rei ignarus Ionathas, guſtato melle vix, obſiſtente populo, mortem euaſit.

f cap. 13.

Saul confirmato regno ſuper Iſraël, cùm pararas iam haberet copias, eâdem ætate, Moab, Ammon, Edom, & reges Soba & Philiſtæos cædit *g*. per id temporis incidit in annum præfecturæ Samuëlis & Saülis 30. Sabbaticus quinquageſimus quintus. Tum miſſus à Domino Saül vt demoliretur Amalec, quia Iſraëlem aſcendentem ex Ægypto olim impugnarat, Agag regem, & optima quæque reſeruat, vnde inobedientiæ arguitur, iterùmque reprobatus pronuntiatur à Samuele; qui tamen, adorato Domino, honorat eum coram ſenioribus, & occiſo Agag pinguiſſimo, abiit *h*, dúmque reprobatum Saul luget, mittitur à Deo in Bethleem, vt Dauidem nouiſſimum filiorum Iſaï vngat in Regem,

g 1. Reg. c. 14. Sabbat. LV.

h 1. Reg. 15.

Móxque ſpiritus Domini directus eſt in Dauid, qui reuerſus ad gregē ſuum, leonem ſubinde & vrſum; rapto ariete fugientes, inſequitur, apprehendit, ſuffocat, Tum accitus à Saüle, pſallens citharâ fugat ab eo ſpiritum malum; fitque eius armiger *i*, ſed citò ad gregem rediit. Poſteà cùm Philiſtæi & Iſraël in montibus oppoſitis, hinc inde caſtrametati eſſent; Goliath gigas de Geth, in valle media Thebinthi quadraginta diebus prouocat Iſraël ad duellum: & adoleſcens Dauid fratribus cibos deferens pugnæ ſe offert, ac Deo fretus cataphractum gigantem in armis & fortitudine confidentem, inermis aggreditur, lapide in eius fronte infixo proſternit, ac ſuopte gladio præciſum caput (cæſis, fuſiſque Philiſtæis vſque ad portas Geth, & Accaron) ad Saül defert; Initque fœdus amicitiæ cum Ionatha eius filio. Inde caput Goliath gerens pergit in Ieruſalem cum Saule, qui auditâ ſui cum Dauid comparatione, poſtridiè ſpiritu malo agitatus, ac more arreptitiorum prophetans, pſallentem coram ſe Dauidem nititur bis lanceâ configere. Tum inſidiosè eum Tribunum conſtituit, promiſſáque ei filiâ Merob, Hadrieli traditâ, Michol iuniorem centum præputiis Philiſtinorum eidem deſpondet. Dauid verò ducenta dedit, & in cunctis prudenter ac properè agit *k*. Hinc Saül iubet eum occidi, ſed voce Ionathæ placatur: ac rurſum coram ſe pſallantem tentat configere, ſed induſtriâ Michol ſaluatum, apud Samuelem in Naioth proſecutus poſt ternos nuntios prophetantes; & ipſe nudus, id eſt poſito regali habitu, prophetat coram Samuele *l*. Inde digreſſus Dauid conqueritur apud Ionathan, qui illum cum Patre fruſtrà reconciliare nititur, ac poſt trium ſagittarum ſignum, inito rurſum fœdere flens flentem dimittit *m*.

i cap. 16. Vide lib. 2. tr. 2. par. 2. art. 5. De Dauide Patriarcha regis, & nonnullis eius præclarè geſtis.

k 1. Reg 17. & 18.

l cap. 9.

m cap. 20.

Profugus Dauid in Nobe & fame compulſus, datos ab Abimelech Pontifice panes propoſitionis cum ſuis coram Doëg Idumæo paſtore Saül comedit; & gladio Goliath, è Tabernaculo Domini quò anteà illum appenderat, accepto, fugit ad Achis regem Geth, vbi à Philiſtæis agnitus, inſanum ſapienter ſimulat *n*; ſicque dimiſſus fugit in ſpeluncam Odollam, vbi qua-

n cap. 21.

Anni Mundi

dringentorum ad ſe couſugientium Princeps factus, vadit ad regem Moab, apud quem pareotibus cum tota familia relictis, conſilio Gad Prophetæ, venit in ſaltum Harer. Intereà Saül cùm didiciſſet à Doëg quòd Abimelech pro Dauide conſuluiſſet Deum, eíque panes propoſitionis & gladium Goliath dediſſet, ipſum, ceteróſque octoginta quiuque Sacerdotes è Nobe accerſitos, aliis ſeruis recuſantibus per manum ſacrilegi Doëg trucidat: percuſsáque io ore gladij omni anima in Nobe, & traoſlato Tabernaculo iu Gabaon Beniamin *a*; ſolus Abiathar filius Acbimelech cum Ephod fugiens ad Dauid, totius exilij eius fit comes *b*. ſub hęc, incidit annus ſabbaticus quinquageſimus ſextus, uempè in aunum 37. Samuëlis & Saülis.

a Colligitur ex 2. Paralip. 1. v. 3. aſſeritque Abulenſis, necnon Adrichomius
b 1. Reg. 22.
Sabbat. LVI.

2916 Danid conſulto Domino, Philiſtæos Ceilam obſidentes cædit tempore meſſis; fugitque cum ſexceotis viris in deſertum Ziph, vbi à Ionatha confortatus, fœdus cum eo renouat; & proditus à Ziphæis iu deſerto Maon à Saüle iam capiendus circumdatur; ſed ob ſubitam Philiſtæorum irruptionem dimittitur ad petram diuidentem *c*; hinc fugit in deſertum Engaddi, vbi iu ſpelunca interiore cum ſuis latitans, Saülis ſe perſequentis, ibique ventrem purgantis, oram chlamydis abſcindit; ſuóſque ne eum occidant cohibet. Saül colpam ſuam fatetur, iuſtúmque Dauid certò regnaturum teſtatur; ſuſceptóque ab eo iuramento ne deleat ſemen ſuum, ab eodem recedit. *d*

c 1. Reg. 23.
d cap. 24.

2917 Biennio *e* ante mortem Saülis, moritur Samuël, plangitur, ſepelitur, Dauid ſecedit in deſertum Pharan, vbi Nabal in Carmelo greges tondenti, & contumelioſè cibos ſibi, ſuiſque deneganti mortem minatur; ſed Abigail cum cibis ei occurrentis placatur eloquio, quam poſt dies decem, occiſo à Deo Nabal, duxit vxorem, ſimul & Achinoam de Geſraël. (prima eius vxore, data Phalti *f*.) Poſtcà Dauid continens ſe in colle Hachila rorsùm à Ziphæis Saöli proditur; ſed eius tentorium nocte ingreſſus, haſtam & ſcyphum tollit, & Abiſaï oe eum perfodiat cohibet; quo audito Saül culpam fatetur, & ſecuritatem Dauidi pollicitus; benedicit eum, ac recedit *g*. At Dauid ſibi metuens ab inconſtantia Saülis, recipit ſe cum ſexcentis viris ſuis ad Achis regem Geth, à quo vrbem Siceleg obtinuit, vbi habitans per quatuor menſes, multas agebat prædas de Amalecitis, aliíſque infidelibus, perſuadens Achis ſe irruiſſe io Iudæos *h*.

e Sic enim intelligi poteſt illud primi Reg. 13. quod Saül duobus annis regnauit ſuper Iſraël, nempè defuncto iam Samuële.
f 1. Reg. 25
g cap. 26.
h cap. 27.

Philiſtæi, aſſumpto Dauide contra Iſraël pognaturo, caſtrametati ſuut io Sunam; & Saül in monte Gelboë, ex quo viſis caſtris Philiſtüm territus, conſulit Dominum, quo oihil reſpondente; ipſe qui magos eraſerat, mutaro habitu, abiit nocte in Endor, vbi conſulens Pythoniſſam *i*, iubet ſuſcitari Samuëlem, à quo craſtinam ſui, filiorúmque mortem, & Iſraëlis internecionem diſcit, vnde conſternatus, ſed cibo confortatus, eâdem nocte caſtra reperit. Principes verò Philiſtiim timentes ne Dauid iu prælio fieret eis aduerſarius, cogunt Achis vt eum in Siceleg remittat; quam inuenit ab Amalecitis, ſe abſente, combuſtam, & deprædatam; eóſque, Domino cum Ephod priùs conſulto, perſequens, ductu ſerui Ægyptij, vltra torrentem Bezor epulantes reperit, & à veſpere ad veſperam cædit, captiuos reducit; prædámque, etiam ducentis qui laſſi ſubſtiterant circa torrentem, ex æquo diuidit; (lege deinceps conſtituta, quòd æqua pars erit deſcendentis io prælium, & remanentis ad ſarcinas) miſítque dona ad ſeniores Iuda, alióſque amicos *k*.

i Vide Obſeruat. LXX. De Pythonibus & Pythoniſſis, & an Samuël verè apparuerit Saüli.
Vide etiam lib. 3. tract. 8. part. 1. art. 1. ſect. 1. 2. 3. & 4. Quid poſſit magia circa ordinem naturæ? Quid in ipſos Magos Dæmonéſque? quid in animas hominum viuentium & defunctorū? quid in corpora eorumdem? & par. 2. De Diuinatione. Vide etiam eodem lib. tr. 10. de ſpectris.
k 1. Reg. 28. 29. & 30.

Porrò initâ cum Philiſtæis pugnâ, Iſraël cæditur, fugitque, tres filij Saül occiduntur, & ipſe Saül arctatus, recuſante armigero, ſibiipſi manus intulit; cuius abſciſſum caput Philiſtæi circumferentes, eiuſdem ac filiorum corpora ſuſpendunt in muro Bethſan, quæ viri Iabes Galaad, nocte ſublata, ſepeliunt, ieiunántque ſeptem diebus: arma verò Saülis ponunt iu templo Aſtaroth *l*.

l cap. vlt.

Daoid Amalecitem, qui ſe Saülem occidiſſe aiebat, eiúſque diadema & armillam afferebat, interfici iubet: flet ieiunatque ſuper Saülem & Ionatham, ceteróſque interfectos; necnon eos, carmine lugubri lamentatur *m*.
Et conſulto Domino aſcendit cum
ſuis in Hebron, vbi vngitur in Regem
ſuper Tribum Iuda, annos natus, 30. *n*
ducit Maacha filiam Tholmai regis
Geſſur, muliere in religionem Hebræo- 2919
rum tranſeunte; ibidémque regnat an-
nis ſeptem & menſibus ſex *o*; dum Ab-
ner Princeps exercitus Saül, regit do-
mum Saülis, vt inſinuatur c. 3. v. 5. in-
ter quam & domum Dauid, longa fuit
concertatio. Et cùm aliquando in lo-
co qui dictus eſt ager robuſtorum duo-
decim viri vtrinque certaſſent; Ioab
fugat Abner, hicque illius fratrem
Aſaëlem curſorem velociſſimum ſe ob-
ſtinatius inſequentem transfodit. In
annum 4. ab vnctione Dauid in Regem 2924
Iuda, incidit annus Sabbaticus quin-
quageſimus ſeptimus; & in 5. Iubilæus
octauus. Hoc eodem anno, Abner Iſ- 2955
boſeth *p* quadragenarium, ſolúmque
ſuperſtitem è filiis Saül, & à morte
patris regio titulo gaudentem, iam
cum aliqua pompa conſtituit Regem
ſuper Iſraël vniuerſum, ac deinceps 2926
regnat duobus annis *q*: cumque ab eo
argueretur Abner quòd concubuiſſet
cum Reſpha concubina Saül patris ſui;
iratus Abner fœdus init cum Dauid;
remittit ei Michol; inducítque Iſraël

m 2. Reg. 1.
n cap. 5. v. 4.
o v. 5.
Sabbat. LVII.
Iubil. VIII.
p 2. Reg. 2. v. 9.
q cap. 2. v. 10.

vt

Anni Mundi

vt Dauidem à Deo electum ſuſcipiant
in Regem, ad quem venit in Hebron;
rediénſque in pace, à Ioab reuocatus,
dolo occiditur. Dauid, occiſore ma-
ledicto, occiſum plangit, ſepelit, ie-
iunat *a*. Baana & Rechab filij Rem-
mon, latrones clam ingreſſi domum
Isboſeth meridie dormientem, in le-
cto occidunt, & caput eius deferunt
ad Dauid; quos pro mercede iuſſit
interimi, & caput Isboſeth in ſepul-
chro Abner ſepeliri *b*: móxque ad
eum veniunt vniuerſæ Tribus Iſraël
in Hebron; & data, acceptáque fide,
vnxerunt in Regem ſuper Iſraël.

2927 Dauid iam tertiò vnctus in Regem,
anno 8. *c* regni ſui exeunte adit Ieru-
ſalem, arcem Sion obſidet, capit; pul-
1928 ſiſque inde Iebuſæis, reparat, inhabi-
tátque; & Ioab qui prior murum
aſcendit, Principem facit ſui exerci-
tus. Anno circiter nono *d*, Philiſtæos
ſe inuadentes bis, conſulto Domino,
cædit, ſemel in Baalpharaſim, com-
buſtis eorum ſculptilibus; ac poſteà
in valle Raphaim *e*. Túmque *f* tres for-
tes Dauid, caſtra Philiſthinorum inter-
iecta, in acceſſu, redituque irrumpen-
tes, aquam deſideratam è ciſterna
Bethleem ei deferunt, quam tamen
bibere noluit, ſed libauit eam Domi-
no. Habuit & alios viros fortes tri-
ginta, maximè in tres decades diſtri-
butos, quorum alius octingentos, alius
trecentos vna vice, alius gigantes, alius
leones occidiſſe referuntur *g*. Du-
ctis aliis vxoribus & concubinis, cre-
ſcit in prole *h*.

2930 Anno 11. regni Dauidis, occurrit
annus Sabbaticus quinquageſimus
octauus, quo, vt credidetim, Dauid
pace gaudens, conuocatis ex Iſraël
triginta mille viris electis, Arcam Do-
mini plauſtro nouo impoſitam, indè
de domo Abinadab reducit Ieruſalem,
ſed ob percuſſum à Deo Ozá *i* in area
Nachor ſeu Chidon perterritus, di-
uertit eam in domum Obededon Ge-
thæi, Leuitæ tamen *k*: vbi manet
tribus menſibus, cui proindè benedi-
cit Deus. Quo audito Dauid, iterum
conuocato omni Iſraël, eam humeris
Sacerdotum, cum Iubilo perferri fa-
cit Ieruſalem in Tabernaculum domi
ſuæ in Sion, ad id inſtructum. (Taber-
naculo Moyſis remanente in Ga-
baon *l*.) Rex ipſe, depoſito regio ha-
bitu, accinctus Ephod *m* lineo, totis
viribus coram Arca ſaltat, pſallitque,
vnde deridetur à Michol, quæ ob id
ſterilitate eſt percuſſa *n*. Mox conſti-
tuit Sacerdotes & Leuitas, qui iugi-
ter coram Arca, Deo miniſtrarent, ſa-
crificarent, & pſallerent *o*: cogitátque
de Templo Ieroſolymis conſtruen-
do *p*, & indicat prophetæ Nathan, qui
id primum laudat, ſed poſteà iuſſu
Dei, ob ſanguinem effuſum ei prohi-
betur: ſed promittitur filius Salomon,
id eſt pacificus nominandus, qui illud

a cap. 1. & 3
b cap. 4.
c cap. 5. v. 4. & 5.
d Vt conijci poteſt.
e 2. Reg. 5 & 1. Paral. 11. v. 14. 15.
f Ioſeph 7. Antiq. 10.
g 2. Reg. 23. & 1. Paral. 11 Vide Obſer. LXXI. circa catalogum virorũ fortiũ Dauidis, & ſatellitium Cerethi, & Phelethi.
h 2. Reg. 5. v. 13.
Sabb LVIII.
i Vide Obſ. LXXIII. De animaduerſione Ozæ Leuitæ.
k 2. Reg. 6. v. 10. & 1. Paral. 13. v. 13 14. Vide Obſeru. LXXIII De Arca fœderis à Dauide ex domo Obededon in montem Sion deducta.
l 2. Paral. 1. v. 3.
m Vide lib. 2. tr. 1. par. 2. art. 5. paulo poſt mediũ, quo iure Dauid vſus ſit Ephod lineo.
n 2. Reg. 6. & 1. Paral. 15.
o 1. Paral. 16.
p Abulenſis.

ædificaret; quare Domino gratias
agit *q*. Hoc tempore *r*, perfecta futu-
ræ fabricæ deſcriptio cælitus Dauidi
ſubmiſſa creditur, de qua libro 1. Pa-
ralipomenon *ſ*.
2934 Subſequentibus 4. *t* annis Dauid,
Philiſtæis nouá clade cæſis, vrbem
Geth, frænum tributi pendendi eri-
pit; victos Moabitas tributarios fa-
cit; ſubiugat Adarezer regem Soba,
inimicum Thou regis Emath, qui ideò
congratulatur Dauidi. Item Syriam
Damaſci, Idumæam, & Amalec, om-
némque prædam in auro, argento, &
ære conſecrat Domino *u*. Hoc tem-
pore, Dauid memor amici ſui Ionathæ,
fœderiſque inter ipſos initi, dat Mi-
phiboſeth filio eius claudo, omnes
agros Saül, quos colebat Siba; ſibi-
que commenſalem facit *x*.
Circa annum 16. *y* regni ſui, Dauid
2933 mittit legatos ad Hanon regem Am-
mon, vt conſolaretur eum ſuper mor-
te patris ſui Naas, qui ſe exceperat,
cùm fugeret Saülem, at ille raſit eis
dimidiam barbam, & veſtes præſcidit
vſque ad nates; quòd facinus vlciſ-
cens Dauid Ammonitas inuadit, Sy-
róſque eis auxiliantes bis victos, ſibi
ſeruire facit *z*.
2935 Anno 17. verè ineunte, dum miſſus
Ioab vaſtat Ammon, & Rabbath ſeu
Rabba vrbem regiam obſidet: Dauid
viſam è ſolatio Bethſabee *a* ſe lauan-
tem acceſſit, grauidat, vtque factum
celaretur, Vriam Hethæum eius vi-
rum ab exercitu euocat, inebriat, vt
cum vxore dormiat, quod vir fortis
ac pius renuit. Tum Dauid, datis ei
literis, remittit ad Ioab, vt in primo
loco pugnæ eum ponat, & occiden-
dum dimittat. Tum tranſacto viduæ
luctu, ducit eam vxorem *b*. Deinde
accerſitus à Ioab, expugnat Rabbath,
imponit ſibi diadema pretioſiſſimum
regis Hanon; populum eius ſerrauit
& circumegit ſuper eos ferrata car-
pentra, diuiſitque cultris, & traduxit
in typo laterum. Cúmque reuerſus
fuiſſet in Ieruſalem, parit ei filium
Bethſabee; ac tum demum audita à
Nathan parabolâ, in ſeipſum tulit ſen-
tentiam; & increpatus pœnitet facto-
rum: ideò culpa quidem remiſſa; ſed
multa mala ſibi obuentura denuntian-
tur. Percuſſo puero flet, ieiunat; at
eodem ſeptimo die mortuo, mutat
veſtes, vngit ſe, conſolatur Bethſa-
bee, ex quâ circa annum regni ſui 18. *c*
gignit Salomonem, qui amabilis Do-
mino dictus, & ab eodem Nathan eru-
2957 ditus eſt *d*: ac poſteà genuit tres alios
filios, qui 2. Reg. 5. v. 14. & 1. Paralip.
3. v. 5. præpoſtero ordine recenſentur;
Salomonem enim primogenitũ fuiſſe
patet *e*. In eundem annum incidit Sab-
baticus quinquageſimus nonus.
Poſthæc, immiſſa creditur fames illa
triennis, ob Saülis peccatum in Ga-
baonitas, zelo indiſcreto *f* percuſſos;

q 2. Reg. 7.
r Abulenſis.
ſ cap. 28. v. 11.
t Vt conijci poteſt.
u 1. Reg. 8 & 1. Paral. 18.
x 2. Reg. 9.
y Vt conijci poteſt.
z 2. Reg. 10. & 1. Paral. 19.
a Vide in lib. 2. tr. 1. par. 3. a 1. 1 ſect. 1 ex qua gente fuerint Bethſabee, & vir eius Vrias Hethæus.
b 2. Reg. 11.
c cap. 12. v. Vide lib. 2. tr. 1. par. 2. art. 5. circa finem, An merito Dauid de Ammonitis exegerit ſupplicia?
d Lyranus, Senenſis in libens Reg.
e 2. Reg. 12. v. 24.
Vide lib. 2. tr. 1. par. 3. art. 1 ſect. 2 an Salomon fuerit primogenitus Bethſabee?
f 2. Reg. 21

quibus

v.14. Vide in lib. 2. tr. 1. ſect. 2. Sabbat. LIX. a Vide Obſ. LXXIV. De trienni fame crucifigio filiorum Saül expiata.

Anni Mundi

quibus tradit Dauid duos filios Saül
ex Reſpha; quinque filios Michol ex
Hadriele crucifigendos; eorúmque ca-
dauera, pietate Reſphæ, à beſtiis in-
tacta, ſepeliri iubet cum oſſibus Saül
& Ionathæ: sicque placato Deo, pluit,
ceſſátque fames.

Per id temporis geſta ſunt quatuor
bella Philiſtinorum contra Dauid, in
quibus percuſſi fuerunt quatuor eo-
rum gigantes de genere Arapha in
Geth. Primum geſtum eſt in Gazer, in
quo Abiſai occidit Ieſbibenob niſum
interficere Dauid. Secundum in Gob,
in quo Sobochaj occidit Saph. Ter-
tium item in Gob, in quo Adeodatus
Bethleemites percuſſit Goliath Ge-
thæum, fratrem vtique alterius Go-
liath quem occiderat Dauid *b*. Quar-
tum in Geth, in quo Ionathan filius
Samea fratris Dauid percuſſit homi-
nem longiſſimum, ſenos habentem in
manibus pedibuſque digitos *c*. In an-
num autem Dauidis 25. incidit Sab-
baticus ſexageſimus.

b 1. Reg. 17.

c 2. Reg. 21. v. 15. & ſeqq.

2944 Circa annum Dauidis 28. *d* ſubortæ
2947 ſunt inter filios eius diſcordiæ. Am-
mon primogenitus conſtuprat ſoro-
rem Thamar, ac probrosè eiicit, quâ
2949 contabeſcente in domo fratris ſui vte-
rini Abſalom; hic biennio poſt *e*, vo-
catis vniuerſis fratribus ſuis ad conui-
uium, iuſſit Ammon temulentum oc-
cidi; fugienſque ad regem Geſſur
auum ſuum maternum, latet ibi tri-
2952 bus annis *f*, in quorum 2. incidit Sab-
baticus ſexageſimus primus. Tum ope-
râ Ioab, ſolertique Thecuitidis ora-
tione, Dauide placato, de Geſſur in
Ieruſalem reuocatus, biennio *g* faciem
patris non vidit, donec meſſe Ioab in-
censâ, eo mediante cum oſculo à pa-
2954 tre recipitur *h*.

Sabbat. LX. *d* Vt conncitur.

e 2. Reg. 13. v. 23.

f v. 38. Sabbat. LXI.

g 2. Reg. 14. v. 28.

h v. vlt.

Paulatim ſuâ formâ, blandis ver-
bis, & oſculis, ſolicitato ac concilia-
to ſibi populo, ſub ſpecie voti abiit
in Hebron, vbi cum Achitophel con-
ſiliario Dauid, aliiſque primariis mi-
niſtris conſpirat in patrem; & poſt
quadraginta annos *i* (nempè à mutata
reip. forma, & Regibus loco Iudicum
inductis, quæ dicebatur Æra Regum
vt ſupputant Rabbini *k*) ſub initium
veris, inſurgit in eum qui feſtinus fu-
git cum ſeruis ſuis, & legionibus Ce-
rethi & Phelethi, & Ethæi Getheo,
proſelyto; ſexcenti autem fidi viri Ge-
thæi pugnatores validi præcedebant
regem; qui flens nudiſque pedibus
(Abiathar & Sadoc ſacerdotibus cum
Arca; Chuſai quoque, vt conſilium
Achitophel diſſiparet, remiſſis) aſcen-
dit montem Oliuarum, vt ibi oraret:
móxque Abſalom cum ſuis Ieroſoly-
mam ingreditur; & Dauid tranſgreſ-
ſus montem, Sibæ deferenti cibaria,
herúmque ſuum Miphiboſeth accuſan-
ti omnia eius bona confert. Tum pro-
greſſus vſque Bahurim, Semei cogna-
tum Saül, ſe maledicentem occidi
vetat, laſſuſque in deſerto requie-
ſcit.

i cap. 15. v. 7.

k Rabbi Salomon, & Rab. Dauid. Abulenſis, & alij.

l 2. Reg. 15. v. 37. & 6. 16. v. 15.

1871 Intereà Abſalom publicè ingreditur
ad concubinas patris, conſilio Achi-
tophel *m*, cuius aliud conſilium, de
laſſo eâ nocte cum duodecim millibus
electis Dauide inſequendo, Chuſaj
diſſipat, quo indignatus Achitophel
ſe ſuſpendit. Dauid autem per Achi-
maas filium Sadoc: & Ionathan filium
Abiathar, de illis monitus, mox cum
ſuis tranſit Iordanem; venitque in
Mahanaim, vbi Sobi filius Naas, ac
Princeps Ammon, Machir, & Berzel-
laj primates Galaad, neceſſaria quæ-
que ei offerunt *n*. Tum Abſalom cum
omni Iſraël patrem inſequitur, quo in
vrbe detento, initur prælium in Saltu
Ephraim, & Abſalom cæſo, fuſóque
exercitu ſuo fugit; ſed eius mulo ſub
condenſa quercu tranſeunte capillis
adhæſit ramis, eique ſic ſuſpenſo Ioab
tres lanceas in corde infigit, occidit,
& in foueam proiicit, comportato ſu-
per eum aceruo lapidum.

m v. 21.

n 2. Reg. 17. v. 28.

Dauid auditâ morte parricidæ, eum
amarè deflet *o*; nempè quia in pecca-
to ſuo mortuus erat: ſed Ioab incre-
patione commotus, ſedens in por-
ta exercitum excipit, & ab omni Iſ-
raële reuocatus in regnum, Iordanem
à Iuda traducitur iuxta Galgalam, vbi
Semei maledico veniam precanti, iu-
rat quòd non occideretur: auditáque
excuſatione Miphiboſeth, iubet vt
agros cum Siba diuidat. Berzellai octo-
genarium oſculatus, Chamaam eius fi-
lium ſocium retinet: ibidémque Iſraël
& Iuda pro rege contendentibus *p*,
Seba filius Bochri de tribu Beniamin,
omnem Iſraël ſeditiosè ad ſe trahit;
Rexque à ſola Tribu Iuda, reductus
Ieruſalem, decem concubinas ab Ab-
ſalom fœdatas recludit, vt in viduita-
te viuerent. Ioab cum Abiſaj Sebam
perſequens obuiúmque Amaſam oſ-
culatus doloſe interficit, quòd ſecum
exercitui à rege præfectus eſſet: per-
génſque Sebam in Abela obſidet, ſed
eius capite ſuadelâ mulieris per mu-
rum proiecto reuertitur in Ieruſa-
lem *q*.

o cap. 18. v. vlt.

p cap. 19. v. 21. &c.

q cap. 20. & 21.

Tandem Dauid ab omne hoſte li-
ber, cantico gratias agit Deo *r*; varios
componit pſalmos *ſ* in quibus per
modum Diuinæ laudis plurima com-
memorat Dei miracula, multa pro-
phetat de Chriſto, & Eccleſia eius,
déque Iudæorum abiectione & gen-
tium electione. Poſteà tamen ſpiritu
ſuperbiæ motus, iuſſit numerari po-
pulum, Ioab licet obſiſtente *t*, & in-
uenta ſunt de Iſraël 800000. virorum
fortium; & de Iuda 50000. pugnato-
rum. Mox facti pœnitens, & à Gad
Propheta correptus, ex tribus pœnis
oblatis nempe fame trienni, bello tri-
meſtri, & peſte triduana, vltimam eli-
git, qua 70000. extinctis, Dauid videns
Angelum in aëre cum extento gladio

r cap. 22.

ſ cap. 23.

t Vide Obſerua. LXXV. De deſcriptione totius Iſraëlis, iuſſu Dauidis à Ioab facta.

Anni Mundi

in Ieruſalem, orat Deum vt populo parcens, ſe puniat; & à Gad admonitus, in area Areuna ſeu Ornam Iebuſæi, datis pro pretio 600. ſiclis auri, altare erigit, & ignis è cœlo hoſtiam abſumit; ac peſtis ceſſat *a*. Tum intelligens eo in loco Templum Deo ædificandum, præparat impenſas *b*. In annum Dauidis 39. incidit Sabbaticos ſexageſimus ſecundus.

a 2. Reg. 24. v. 16. & 1. Paral. 21. v. 15.
Sabb. LXII.
b 1. Paral. 22. v. 34. &c.

2958 Dauidi iam ſeni ac frigido, & fortè annorum 69. datur Abiſag Sunamitis vxor, quæ in ſinu eius dormiens, ac virgo manens ipſum calefacit. Adonias verò filius eius ſenior, ope Ioab & Abiathar Sacerdotis, inſtructó conuiuio iuxta lapidem. Zoeleth], rex ſalutatur; quod Bethſabee, de concilio Nathan Prophetæ, Dauidi indicans, rogat Salomonem filium ſuum, prout ſibi iurarat, conſtitui Regem, qui mox ſuper mulam regis ductus in Gihon, ibi à Sadoc Sacerdote, & Nathan vngitur; ac cum iubilo reductus, ſedet ſuper ſolium Dauid. Quo audito Adonias fugit ad cornu altaris, ſed inde eductus à Salomone, domum remittitur *c*. Hoc anno Salomon duxit vxorem Naaman nomine, ex qua ſub initio ſequentis anni ſuſcepit filium Roboam, regni ſucceſſorem, hic enim quadraginta & vnius anni fuit, cum ſucceſſit Salomonis, qui 40. annis regnauit.

c 3. Reg. 1. v. vlt.

Dauid conuocatis omnibus Sacerdotibus ac Leuitis, diſtribuit Sacerdotes in viginti quatuor claſſes, quæ & ſortes, & Ephemeriæ, & vices dicuntur; earum ſex decim deſumpſit ex familia Eleazar, quæ numeroſior erat; reliquas octo ex familia Ithamar: eiſque nomen impoſuit ab eo qui tunc in vna quaque claſſe gerebat principatum *d*. Similiter diſtribuit Leuitas in Cantores, ex familiis Aſaph, Heman, & Idithum *e*. Item in Ianitores & cuſtodes theſaurorum; alióſque miniſtros *f*, qui omnes per vices hebdomadatim à Sabbato in Sabbatum diu noctéque manentes in Templo à Salomone ædificando, in ſuo quique ſeruirent officio.

d 1. Paral. 23. 24.
e cap. 25.
f cap. 26.

Conuocatis etiam omnibus Principibus Iſraël, exercitum ſuum in duodecim turmas diſtinguit, vnaquaque earum viginti quatuor millia militum continente, ſuum cuique Ducem præficiens, vt ſuo quiſque menſe Regi miniſtraret. Cuique etiam Tribui principem attribuit; idoneóſque officiarios paſſim conſtituit; omnéſque primates Iſraël conuocatos alloquens, ait eis Salomonem à Deo ad regnum & ædificationem Templi eſſe electum, ipſum alióſque hortatur, vt Deo corde perfecto ſeruiant. Dat Salomoni deſcriptionem Templi, ſicut de manu Domini acceperat: in cuius ædificium parauerat auri talenta centum millia; & argenti mille millia talentorum *g*. Tunc & Principes offerunt auri talenta quinque millia, & argenti centum millia; ipſique adhuc, aliſque alia donaria. Vnde Dauid lætus benedicit Domino; oratque pro Salomone & populo. Poſtridiè Salomon ſecundò vngitur in Regem, cùm eſſet annorum circiter viginti duorum *h*, eique Sacramentum fidei præſtant fratres eius, & Principes, & omnis Iſraël *i*. Paulò poſt Dauid moribundus Salomoni iniungit vt legem Dei cuſtodiat; Ioab ob cædem Abner & Amaſiæ puniat, & Semej, ob maledicentiam; Berzellaj filios commenſales habeat. Et ſic moritur, anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo, & regni *k*. 40. & ſepelitur in monte Sion, illatis etiam in monumentum eius maximis diuitiis *l*.

g cap. 22. v. 14.
h Lyranus, Sanctius, in lib. Reg.
i 1. Paral. 29. v. 24.
k cap. vlt. v. 22.

2959 Salomon, initio regni ſui, fratrem ſuum Adoniam; interceſſione Bethſabee, petentem ſibi Abiſag in vxorem, occidit; exauctorato Abiathar *m*, Sadoc loco eius Pontificem conſtituit *n*; Ioab ad cornu altaris iubet interfici, & pro eo Banaiam de ſemine Aaron, principem exercitus ponit; Semej maledicum, quia contra præſcriptum, Ieruſalem ingreſſus eſt, occidit *o*; ducit filiam Pharaonis; profectus cum Primatibus Iſraël in Gabaon Beniamin *p*, ibi in Tabernaculo Moyſi, ſuper altare æneum, mille hoſtias offert; poſtulatam à Deo, ſibi in ſomnis apparente, ſapientiam vnà cum diuitiis & gloria ſuper omnes reges accipit; reuerſus Ieruſalem, oblatis & ibi coram Arca victimis, ſapientiam ſuam in dirimenda, ſuper infante viuo, meretricum lite primùm patefacit *q*; & prudenter gubernat.

l Ioſep. 7. Antiq. 12.
m 3. Reg. 2. v. 27.
n 1. Paral. vlt. v. 22.
o 3. Reg. 2. v. vlt.
p Abulenſ. Adrichom.
q 3. Reg. 3.

Tùm miſſis pluſquàm centum quinquaginta tribus millibus operariorum; impetratiſque ab Hiram rege Tyri multis artificibus; lapides dolari, & ligna pro Templi fabrica in Libano monte cædi, atque ratibus per mare in Ioppen, ac inde terrâ Ieroſolymam aduehi facit *r*. Et anno quarto *ſ* regni ſui, menſe ſecundo cœpit
2963 ædificare Ieroſolymis in monte Moria, & Area Ornæ, Templum Domini, abſque vllo mallei, ſecuriſue ſonitu aut ſtrepitu.

r cap. 5. & 2. Paral. 2.
ſ 3. Reg. 6. v. 1.

Anni Mundi | *Anni Mundi*

HISTORIA SACRA,

QVINTA MVNDI ÆTATE,

excurrens ab anno quinto Salomonis ad ſolutam captiuitatem Babylonicam,

continet annos 454. *a*

Vide Obſeru. LXXVI. quomodo quinta Mundi Ætas contineat annos 454.

De mirabili Templi ſtructura, vide Torniel Villalpan. in Ezechiel.

2964 SALOMON anno regni ſui 5. cœptum opus proſeqoens, ędificat Templum Domini *b*, aureis laminis veſtitum, ſtratúm marmore pretioſiſſimo, & in omni ſupellectili ſplendidiſſimum. Facit ex auro altare thymiamatis, decem candelabra, decem menſas panum propoſitionis, quinque à dextris & quinque à ſiniſtris; fecit ex ære duas columnas nomine Iachin & Booz ſtantes ante porticum; mare æneum ſuper duodecim boues poſitum, decem conchas æneas. Hiram de Tyro, opifex ærarius, filius viduæ de Tribû Nephtali, fudit omne opus ex ære in Sochoth & Sarthan. Fecit quoque Salomon indumenta Sacerdotalia & pontificalia, & tubas pro Sacerdotibus & inſtrumenta muſica pro Cantoribus, vt ait Ioſephus *c*. Cúmque in his aliiſque illaboratum eſſet per annos ſeptem, (quorum tertio, eóque 6. regni Salomonis occurrit Sabbaticus ſexageſimus tertius.)

c 8. Antiq. 2. Sabb. LXIII.

d 3. Reg. 6. v. vlt. & 2. Paral. 34.

Salomon anno 11. *d* regni ſui, menſe
2970 octauo Bul in omni opere Templum complet.

e 3. Reg. 8. v. 2.

Tum conuocato vniuerſo Iſraël ab introitu Emath vſque ad riuum Ægypti, omnibúſque Sacerdotibus & Le-
2971 uitis, anno ſequenti *e*, octauo die menſis ſeptimi, celebrat dedicationem eiuſdem Templi, diebus ſeptem; & die decimo in feſto expiationis, Sacerdotes tollentes de Sion Arcam, in qua erant tantùm duæ tabulæ Moyſis, inferunt eam in Sancta Sanctorum, ſub alas Cherubim; vbíque manſit vſque ad captiuitatem Babylonicam; intulerunt etiam Tabernaculum fœderis, & omnia vaſa ſanctuarij, quæ erant in Tabernaculo. Cúmque Rex & populus immolarent boum viginti duo millia, & ouium centum viginti millia; & Sacerdotes ac Leuitæ iubilarent Deo, ecce nubes & gloria Domini impleuit Templum. Tunc Salomon flexis genibus & expanſis manibus benedicit Deo, quod promiſſionem Dauidi factam compleuerit, orátque, vt ſanctificet domum illam, omniúmque in ea, vel eò verſus pro quauis re orantium vota exaudiat *f*. Mox cunctis inſpectantibus, ignis deſcendens de cælo deuorat ſacrificium; omnéſque proni adorant Deum. Die decima quinta, cœpit feſtum Tabernaculorum, quod & ipſum celebrant diebus ſeptem; & octaua fit collecta, ac poſtridiè populus lætos dimittitur.

f cap. 8. & 2. Paral. 5. 6.

Eodem anno, peracta Templi dedicatione, conſtituit Salomon omnibus Sacerdotibus & Leuitis, (qui omnes eò ob ſingularem illius ſolennitatem, iubente rege, conuenerant) vt deinceps miniſtrarent in Templo, ſinguli in ordine vicis ſuæ, iuxta diſtributionem à Dauide patre ſuo factam; quod & ipſi mox cœperunt exſequi *g*. Eodem quoque anno vndecimo regni ſui, Salomon ad ædificia domeſtica ſe conuertens, ædificauit ſibi palatium è candido marmore, & lignis cedrinis, aliúdque filiæ Pharaonis vxori ſuæ, ex pretioſis & politis lapidibus; & domum ſaltus Libani pro conſeruandis armis & aromatibus, animíſque recreandis; fortè ſic dictam, quia in erat colle, Libano monti perſimili. Inter hæc, anno Salomonis 13. occurrit Sabbaticus ſexageſimus quartus, & 15. Iubilæus nonus: & vigeſimus, Sabbaticus ſexageſimus quintus.

g 2. Paral. 8. v. 14. 15.

Sabb. LXIV. Iubil. IX. Sabbat. LXV.

Omnia autem illa ædificia perfecit 2984
Salomon anno 13. *h* à Templo condito, putà anno 24. regni ſui; dedítque Hiram regi Tyri in remunerationem, viginti oppida, ſeu ciuitates in Galilæa, ſed eas ſpreuit; & terram Chabul, id eſt diſplicentiæ vocitauit. Crediderim tamen quòd eas ſibi retinuerit, reſtaurauerítque: ſicut & Salomon eas quas ab eodem Hiram acceperat *i*. Eodem anno 24. regni Salomonis, Dominus ſecundò apparens ei, dixit: *Elegi locum iſtum in domum ſacrificij*: ac exinde ceſſauit licentia ſacrificandi Deo alibi, quàm in Templo Ieruſalem, niſi ſpeciali Dei diſpenſatione: iubétque ſua ſeruari præcepta, ſub pœna Templi exſcindendi, & Iſraël exterminandi.

h 3. Reg. 7. v. 1.

i 2. Paral. 8. v. 2.

Salomon ædificat Gazer, datum

ſibi

Anni Mundi

ſibi à Pharaone in dotem filiæ ſuæ;& Bethoron ſuperiorem & inferiorem; & Palmiram &c. ac reſiduos Chananæos facit ſibi tributarios;longè latéque dominatur ; aliâ pace , quamdiu Deo ſeruiuit fruens;magnificus in apparatu ciborum , famulorum , equorum,Equitum, quadrigarum, habens quadraginta millia equorum in ſtabulis ; miſſáſque de Aſion-gaber claſſem in Ophir , plurimum auri inde recipit *a*. In annum eius 27. incidit
2986 Sabbaticus ſexageſimus ſextus.

a 3. Reg. 9. & 2 Paral. 8. v. vlt.
Vid: Obſeru. LXXVII. De Chryſopœia, ſeu lapide Philoſophico , ignoto Salomoni , & an is poſſit confici?
Sabb. LXVI.

Regina Saba venit de finibus terræ *b* ad Salomonem,eiúſque miratа ſapientiam,magnificentiam,regimen;datis ei amplis muneribus,& acceptis amplioribus, recedit.

b Vide Obſ. LXXVIII. ex qua parte Regina Saba iter ad Salomonem ſuſceperit.

Salomon tributa ac dona plurima à variis recipiens , ducenta ſcuta aurea equitum , trecentas peltas aureas peditum & magnificum Thronum conſtruit : omnia eius vaſa erant aurea : locutus eſt tria millia parabolarum , & quinque millia carminum *c*. Probabile eſt quòd magna eorum pars extat in quatuor libris *d* , quos ſapientiales vocant , in quibus ſapientiam præ omnibus ſectandam , ſtultitiam deteſtandam,multis modis hortatur ; aptóque ordine id agit. In prouerbiis inſipientes erudit,inculcás eis Dei timorem,ac pios mores;illecebras verò peccatorum fugiendas. *e* In Eccleſiaſte vniuerſa vana expertus, proficiétes docet fluxis his rebus,quaſi in tranſitu vtendum; ad æterna enitendum. In Cantico Canticorum, dulce canens Epithalamium per modum dialogi,mutuum Chriſti erga ſponsá ſuam Eccleſiam,& Eccleſiæ erga Chriſtum ſpõſum amorem exprimens; perfectam animam mouet ad ſuauiſſimos Chriſti amplexus. *f* In libro Sapientiæ (qui à Philone Iudæo Sacerdote Alexandrino ex ſentétiis Salomonis cõpilatus creditur) ſapientiá cultúque Dei ſummè commendás; Chriſti à Iudæis, piorúmque ab impiis paſſiones , & illorum ſubſecuturas in cœlo felicitates; horum verò ſeras in inferno lamentationes deſcribit. Calluit quoque Salomon omnes òmnino Philoſophiæ partes *g*,quin & poteſtatem in dæmones exercuiſſe vult Ioſephus *h*. In an-
2993 num eius 34. incidit Sabbaticus ſexageſimus ſeptimus.

c 3. Reg. 4. v. 32.
d cap. 10. & 2 Paral 9.
e Vide lib. 3. art. 4. ſect. 8. De his quatuor libris, & à quo ſinguli conſcripti ſint.
f Adrich. p. 130.
g Colligitur ex 3. Reg 4. v. 30. 31.
h Antiq 2.
Sabb. LXVII

Adamauit autem Salomon mulieres alienigenas multas; Moabitas,Ammonitidas, Idumæas, Sidonias, Hethæas, eíſque amore ardentiſſimo copulatus eſt. Erantque ei vxores quaſi reginæ ſeptingentæ, & concubinæ trecentæ,à quibus infatuatus,anno circiter regni
2994 ſui 35.& vitæ ſuæ 58,cùm iam eſſet ſenex , non tam ætate quàm debilitate, ob vigorem venereis voluptatibus abſumptum,adorat ipſarum idola,& ædificat eis fana : in ipſo monte Oliueti conſtruit fanum Aſtarthe *i* Deæ Sidoniorum ; & Chamos *k* idolo Moab, & Moloch idolo Ammon. Vnde iratus Dominus ſuſcitat illi tres aduerſarios, Adad Idumæum ,Razon Syrum , qui occupauit Syriam , de principe Latronum factus rex in Damaſco , & Ieroboam de Tribu Ephraïm : huic occurrens Ahias Silonites Propheta , ſciſſo pallio ſuo nouo in duodecim partes, dat eis decem ſciſſuras, denuntians Salomonis regnum diuidendum ; ipsúmque regnaturum ſupra decem Tribus.

i Vide in lib. 2. et 7. par 2. art. 7. De Aſtarthe.
k & de Chamos, &c.
De Chamos ſeu Beelphegor art. 4.& de Moloch art. 6.
Vide etiam eodem libro tract. 1. par. 3. art. 1. ſect 3. & 4. de peccato, & pœnitentia Salomonis.

Anni Mundi

Moritur Salomon,cùm regnaſſet an- 2999
nis 40. *m* Rohoam eius filius, vir rudis, & corde pauido *n*, progreſſus in Sichem, vt ibi Rex conſtitueretur; derelicto Senum conſilio de minuendo tributo, iuuenúmque ſecutus impulſum, patitur regni diuiſionem; Sola Tribu Iuda, initio: ac paulo poſt etiam Tribu Beniamin,ei adhærente : aliæ verò decem Tribus facto ſchiſmate, Ieroboam ſibi in regem eligunt conſtituunt,& in Sichem: adeóque pertinaciter à progenie Dauidis receſſerunt, vt non modo placari vnquam potuerint; verùm etiá Aduram quæſtorem regium , vt de aliqua tributorum moderatione cum ipſis ageret,à Roboam miſſum,ne audire quidem ſuſtinuerint, ſed illico lapidibus eum obruerint. Fugiens autem Roboam in Ieruſalem vt tribus illas re- 3000
belles ad ſe reduceret,anno 1. regni ſui, quo & iniit Sabbaticus ſexageſimus octauus, congregat centum & octoginta millia bellatorum;ſed per Semeiam Prophetam præliari vetatur,illúdque ſchiſma factum audit , Dei voluntate. Duo exinde fuere regna in populo Dei. Primùm dicebatur Iuda ; aliud communi nomine Iſraël, quia plures , nempe decem Tribus continebat: è quibus Tribus Simeon, quæ olim acceperat hæreditatem in medio Tribus Iuda *o* , propriis ſedibus relictis, inter nouem alias Tribus diſperſa eſt, iuxta vaticinium Iacob *p* : *diuidam eos in Iacob , & diſperdam eos in Iſrael.* Vnde & poſteà Iudith , quæ erat de Tribu Simeon , & vir eius Manaſſe habitabat in Bethulia , quæ ponitur in Tribu Zabulon. Et in illa Hebræi regni diuiſione , ex finitimis populis, qui ſubditi fuerant Dauidi & Salomoni, Idumæi regibus Iuda , vſque ad tempora Ioram filij Ioſaphat , paruere. Tunc enim rebellauit Edom ne eſſet ſubditus Iudæ *q* ; Moabitæ verò adhæſere regibus Iſraël , vſque ad Ochoziam filium Achab ; tunc ſiquidem non multò poſt mortuum Achab, præuaricatus eſt Moab in Iſraël, facto fœdere *r*.

m 3 Reg. v. 52. & 2 Paral 9. v 30.
n 2 Para. 13. v. 7.
Sabbat LXVIII.
o Ioſue 19. v 9.
p Geneſ. 49. v. 7.
q 2. Paral. 21. v. 8.
r 4. Reg. 1. & cap. 3. v. 4. 5.

Porrò omnes Reges Iſraël Idololatræ fuerunt. Ieroboam namque habitans in Sichem , veritus ne populus ſuus , ex more , pro feſtis ac ſacrificiis Ieroſolymam frequentans, reuerteretur ad domum Dauid , erigit duos vitulos aureos , vnum in

Anni Mundi

Bethel, alterum in Dan: conſtituit vtrobique Phanum, altare, & Sacerdotes de eatremia populi, qui non erant de filiis Leui; feſtúmque dedicationis eelebrari fecit ſieut Ieroſolymis, decima quinta die menſis octaui, quo die cùm ipſe Ieroboam ſuper altare thus adoleret vitulo *a*, eò de Iuda miſſus Propbeta innominatus; Prophetat de altaris illius per Ioſiam deſtructione, dato ae ſubſecuto ſigno ſciſſi illiua altaris; manúmque quam Rex in eum extenderat arefactam, oratione ſanat; ac rediens, eò quod à Pſeudo-ptopheta deceptns, eontra Dei interdictum, ibi eomediſſet, à leone oeeiditur; anima tamen à tartareo ſupplicio ereptâ, vt ſeribit D. Auguſtinua *b*. Ioroboam autem factus deterior *c*, Sacetdotes ac Leuitas eiicit, quos alióſque Dei cultores ex eunctis Tribubus ad ſe confugientes Roboam ſuſcipit; hiſque roboratus, piè beatéque viuit tribus annis *d*.

a 3.Reg.12.
b De cura pro mortuis c.7.
c 3. Reg.13.
d 2.Paral.11. v.17.

3002
3003
3004

Anno autem quarto, Roboam abiit cum Iuda poſt Idola, & abominationes gentium. Quare in quinto anno *e*, aſcendit Seſac rex Ægypti & captis munitiſſimis ciuitatibus Iuda, peruenit vſque in Ieruſalem, vbi dipit theſautos Templi. Crediderim quod & candelabra aurea, & menſes panum propoſitionis, præter vnum vnamque abſtulerit; nam dehine in ſeriptura de vno tantùm candelabro, mensaque fit mentio *f*. abſtulit quoque theſauros palatij, & ſcuta autea, quæ fecerar Salomon, pro quibua Roboam fecit ænea. Et quia ipſe & Iuda ad inerepationem Semeiæ Prophetæ humiliari ſont, non ſunt penitùs deleti. In annum 8. Roboam incidir Sabbatieua ſexageſimus nonus; & in 15. ſeptuageſimus.

e cap.12.v.2.
f 3.Reg. 13. v.11.& 2. Paral. 29. & 18.& 1.Machab.1.v.23.
Sabbat. LXIX. & LXX.

Sub hæc vxor Ioroboam miſſa è Therſa in Silo ad Ahiam Prophetam, vt eum conſuleret ſuper filio ſuo Abia natu minimo ægrotante, audit filium moriturum; & domum Ieroboam penitua delendam; & Iſraël diſpergendam traus flumen, ſcilicet Euphratem *g*.

g 3.Reg. 14. v.21.

3016 Mortuo Roboam, cùm regnaſſet annis 17. *h* ſuecedit filius eius Abia, vir ſapiens, ae initio pius; qui eum quadringentis millibus virorum electorum pugnat eontra Ieroboam, habentem octingenta millia, qui & ipſi electi erant, & ad bella fortiſſimi: Ee inerepato eaercitu Iſraël de ſehiſmatica eiua à veri Dei eultu ad idololatriam defectione, & Saeerdotibus in exercitu Abia ſacris tubis clangentibus, omníſque Iuda vociferante; fugit Iſraël perterritus à Domino, quem Abia inſecutua, cædit ex eo qoingenta millia virorum fortium; capit Bethel, Ieſana, Ephron, & earum vicos: & tam grandi parta victoria, vouit Domino de hoſtium ſpoliis aurum, argentum, & vaſa, quæ non tamen ipſe, ſed poſteà filius Aſa in Templum intulit *k*. Obiit autem Abia, cùm regnaſſet annis tribus *l*. 3019 Succedit filius eius, pius Aſa, qui abſtulit idola, & Maacham matrem ſuam in ſacris Priapi antiſtitem depoſuit imperio; turpiſſimum ſimulachrum comburit: idcóque in pace regnat prioribus decem annis *m*: munit ciuitates Iuda, habens exercitum paratum quingentorum & octaginta millium virorum forti om.

h 2.Paral.13.
k 3. Reg.15.
l 2.Paral. 13. v.2.
m cap. 14.v.1.

3021 Anno eius ſecundo *n*, (quo & occurrit Sabbatieus ſeptuageſimus primus) Ieroboam Rex Iſraël extinctus eſt, cui ſuccedit filius eius Nadab, quem Baaſa de Tribu Iſſachat obſideutem Gebethon vrbem Philiſtinorum occidit, omnémque domum Ieroboam delet, regnátque in Therſa eò tranſlata è Siebem ſede regia In anoum 5. Aſæ incidit Iubilæus decimus; & in annum 9. 3024 Sabbarieus ſeptuageſimus ſecundus.

Sabb. LXXI.
n 3.Reg. 15. v.25.
Iubil. X. Sabbat. LXXII.

Aſa autem Zaram cum decies centum millibus Æthiopum, Africanorum, & curribus trecentis, Domino quem inuocarat, cædente, conterit in vallæ Sepbata; redeunti Ieroſolymam oceurrit Aaarias Propheta, cuius verbis eonfortatus, aufert omnes reliquias idolosum; & anno 15 *o* regni 3034 ſui immolat de præda, fœdúſque populi cum Deo renouat.

o 2.Paral. 15. v.10.
Sabbat. LXXIII.

3035 Anno 16. regni Aſæ, (eóque Sabbatico ſeptuageſimo tertio, qui erat 36. *p* regni Iuda à ſchiſmate decem Tribuum) Baaſa rex Iſraël ædificat Rama, vt inde Iudæos infeſtaret: ſed Aſa miſſis theſauris Templi, Benadab regem Syriæ in auxilium vocat, *q* ideóque corripitur ab Hanani Propheta, quem miſit in neruum, & interfecit plurimos de 3042 populo *r*. In annum autem eius 23 incidit Sabbaticus ſeptuageſimus quartus. Per id temporis Iehu Propheta filius Hanani nuntiat Baaſæ regi Iſraël totam eius progeniem euertendam; ideóque à rege occiditur *ſ*.

p 2.Paral.16. v.1.
q Vide lib. 2 tr.5. art. 4 An iuſto in bello liceat implorare auxiliũ infidelium cõtra fideles?
r 2.Paral.16.
Sabbat. LXXIV.
ſ 3.Reg.16. v.7.
t v.8.

Baaſa extincto, anno 26. *t* Aſæ ſucce-
3045 dit Ela eius filius, quem poſt bien-
3046 nium anno 27. *u* Aſæ eacunte, occidit Zambri ſeruus eius, & ſeptem diebus regnans, totam illius delet progeniem; ſéque cum domo regia comburit obſeſſua ab Amri, qui ædificata Samaria, ſedem regiam è Therſa in eam transfert. In annum autem 30. Aſæ incidit Sabbaticus ſeptuageſimus quintus; & in 37. ſeptuageſimua ſextus.

u v.10.
Sabb. LXXV. LXXVI.

Anno 38. *x* Aſæ cœpit regnare 3057 peſſimus Achab filius Amri, cui conregnauit biennio; ac deinde ſolus, annis 22. ducta vxore Iezabel filia regis Tyri; vnde & Baal idolo Tyriorum, in Samaria templum ædificat, lucum plantar; vtrobique Pſeudo prophetas conſtituens: & dum Iezabel

x 3. Reg. 16. v.29.

Propbetas

Anni Mundi

Propheras Dominī inrerficir, Abdias diſpenſator domus Achab centum ex eis in duabus ſpeluneis abſcondir, paſcitque *a*.

a cap. 18. v. 4.

Per temporis, Hiel de Bethel auſus eſt reædificare Iericho, in cuius fundatioue iuxta maledictionem Ioſue *b*, obiir Abiram primogenitus eius, aliique deinceps; & Segul nouiſſimus dum portas pouerer *c*.

b Ioſue 6. v. 26.

c 3. Reg. 16. *d* 2. Paral. 16. v. 12.

Anno 39. *d* regni ſui, Aſa ægrotat
3058 dolore pedum vehemenriſſimo, iuſto Dei indicio, quia in neruum miſerat Hanani Prophetam; uec iu infirmitate ſua quæſiuit Duminum, plus iuſto confiſus arri medicorum; nec dolorem illum in peccati ſui pœnam, ſibi à Deo miſſum attendeos: alioquin cor eius rectum fuiſſe cum Deo dicitur omoibus diebus ſuis *e* : qoia licet quandoque quoad mores peccaris, nuſquam tamen quoad fidem, verùmque Dei cultum. Cæterùm non conualuit quamdiu vixit,
3060 ſed bienoio poſt moritur cùm regnaſſet annis 41. *f*

e 3. Reg. 15. v. 14.

f 2. Paral. 16, v. 13.

Succedit piiſſimus Ioſophat, filius eius, qui excelſa abſtulit *g*, ſcilicet idolis erecta, non autem excelſa Deo dicata, ſed loco indebito: regnat in pace, diuitiis potens & armis. Habet ſub quinque Ducibus vndecies centena & ſexaginta millia bellatorum fortium, præter alios, quos poſuerat io vrbibus muratis in vniuerſo Iuda, & anno 3. *h*
3063 (qui fuit Sabbaricus ſeptuageſimus ſeptimus) mittit Sacerdotes cum libro legis, vt in cunctis ciuitaribus Iuda inſtrueteut populum: idcóque rimetur à cunctis & honoratur, Ipſe primus fuit è Regibus Iuda qui amicitiam & affinitatem contraxit cum Rege Iſtaël, accepit enim Athaliam filiam Achab & Iezabel in vxorem filio ſuo Ioram.

g cap. 17. v. 6.

h v. 7. Sabbat. LXXVII.

Per id temporis Elias Thesbites Propheta, zelo iuſtitiæ, ob idololatriam Achab, orauit vt noo plueret ſuper terram *i*; quam ſiccitatem vt cognouit futuram, dixit eidem Achab: *nec ros, nec pluuia erit, niſi iuxta oris mei verbum*: móxque, iuſſu Dei, ſeceditad Torrentem Carith, vbi paſcitur à coruis; eóque exſiccato, abiit in Sareptam Sidonis; alitúrque apud viduam, hydriâ farinæ non deficiente, nec lecytho olei minuto; cuius filium poſteà ſuſcitat, ter menſus ſe ſuper eum *k*. Paruulus hic Ionas Propheta fuiſſe dicitur *l*.

Iacobi 5. v. 17.

k 3 Reg. 17. *l* Adrich. p. 233. idque referente D. Hieronymo. tradunt Hebræi, quod non eſt probabile, maximè quia Ionas Propheta erat filius Amathi de Geth. quæ eſt in Opher. lib. 4. Reg. 14. v. 25. hic verò paruulus de Sarepta Sidonis.

Anno tertio ſiccitatis exacto, vrgente fame, Elias primum occurrens Abdiæ diſpenſatori domus Achab, deinde ipſi Achab, iumentis ſuis herbam quærenti, exprobrat ob ipſius idololatriam Iſraëlem affligi. Tum omnibus Baal ac Luci Pſeudo-prophetis numero octingentis & quinquaginta in monte Carmeli, iuſſu Achab congregatis, & Baal *m* fruſtra inclamantibus; Elias impetrato de cœlo igne iuxta conuentionem, Dominum eſſe Deum verum comprobat: móxque illos omnes Pſeudo-prophetas ad Torrentem Ciſon occidi iubet; & pluuiâ à Deo obtentâ, venit Iezrahel *n*; hinc fugiens Iezabelem, ipſum quoque ob occiſos prophetas occidere volentem, venit iu Berſabee Iuda, vbi laſſus obdormit ſub Iuniperos biſque ab Angelo excitatus comedit, & bibit, & ambulauit quadraginta dies ac noctes in fortitudine cibi illius vſque ad montem Dei Horeb. Cúmque ibi conquereretur ſe ſolum Domini Prophetam relictum ad necem quæri, audit ſeptem millia virorum eſſe io Iſraël qui nou curuauerant genua ante Baal *o*: iubérque reuerti verſus Damaſcum vt vngat Hazaël in Regem Syriæ, & Iehu in Regem Iſraël, & Eliſæum filium Saphat in Prophetam: profectúſque Elias repertum in Abelmeula Eliſæum, iniecto ſuper eum pallio ſuo, de aratro ſibi aſſumpſit in ſocium ac miniſtrum *p*. Crediderim & quod tunc vnxit eum in Prophetam ac ſucceſſorem, alióſque diſcipulos qui filij Prophetarum dicuutur, collegit io monte Carmeli, & ad vitam religioſam traduceodam inſtituit. Hazaël autem & Iehu oon per ſe immediatè vnxit Elias; ſed priorem per Eliſæum *q*; & hunc per vnum de filiis Prophetarum *r*.

m Vide lib. 2. tr. 7. par. 1. art. 2. de nomine Baal cunctis falſis Numinibus communi.

n 3. Reg. 18. v. 40. 45. 46.

o cap. 19 v. 18. Rom. 11. v. 4.

p 3. Reg. 19.

q 4. Reg. 8. v. 12.

r cap. 9. v. 3.

Sub hæc Benadab rex Syriæ, adductis ſecum triginta duobus regibus, obſidet Samariam; eóque inſoleſcente, Propheta promittit regi Achab victoriam per ducentos & triginta duos pediſſequos primâ fronte præliaturos, quorum Rex ipſe dux foret; præmonétque Syros ſequenti anno rediturus. Cæſi ergo fuſique Syri in montanis; in campeſtribus quoque anno altero cæduntur, numero 100000. reſidui 27000. ruinâ muri in Aphec oppreſſi moriuntur. Benadab ſupplex factus viuus dimittitur ab Achab, inito fœdere, idcóque à Propheta ſaucio arguitur *ſ*.

ſ 3. Reg. 20.

Poſt hæc Naboth Ieſrahelita, ob negatam regi Achab vineam palatio eius contiguam, iuſſu Iezabel falsò accuſatus blaſphemiæ, lapidatur *t* & Elias Achab ad eam poſſidendam properanti occurrens iuſſu Dei, ait: in hoc loco videlicet intrà cuius ambitum erat, & Piſcina Samariæ, & Piſcina Iezabel, in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quoque ſanguinem tuum, & comedent Iezabel in agro Iezrahel: multáque alia comminatur, quæ eo compuncto & humiliato, poſt mortem ip-
3070 ſius differuntur. In annum 10. *v*
3074 Ioſaphat incidit Sabbaricus ſeptua-

t cap. 21. Sabbat. LXXVIII. Iubil. XI.

Anni Mundi

geſimus octanus; & in 14. Iubilæus vndecimus.

Portò Ioſaphat affinitate iam coniunctus impio Achab conſentit aſcendere cum illo ad recipiendam à Syris Ramoth Galaad, priùs tamen conſulto Domino. Quadringentis ergo pſeudo-prophetis Achab vno ore bellandum eſſe reſpondentibus, ac ſolo Michæa Propheta Domini adiutario, vt verum diceret, contradicente, (qui propterea à Sedechia pſeudo-propheta, in maxillam percuſſus eſt, & ab Achab in carcerem truſus) aſcendunt in Ramoth; vbi Achab, mutato habitu, prælium ingreſſus; cùm ipſe ſolus, iuſſu Benadab regis Syriæ quæreretur, nec diſcerni poſſet: miſsâ à quodam gregario milite in incertum ſagittâ percuſſus, eadem die, ſole occidente occubuit: cúmque cruentus currus lauaretur in Piſcina Samariæ, canes eius ſanguinem lingunt. Succedit ei filius Ochozias impius, anno ſcilicet 17. *a* Ioſaphat, in

3077 quem conuenit Sabbaticus ſeptuageſimus nonus.

a 3.Reg. vlt. v.52. Sabbat. LXXIX.

Ioſaphat autem Ieruſalem rediens increpatur à Iehu Propheta, quòd impio Achab præbuerit auxilium. Circuit regnum, & conſtitutos vbique Iudices admonet de ſeruanda iuſtitia; & Sacerdotes de promouendo cultu Diuino *b*. Moabitis, Ammonitis, & Idumæis contra ſe congregatis in Engaddi, ipſe prædicato ieiunió ſupplex cum populo ad Deum confugit in Templum; dúmque in valle benedictionis laudes Deo canit, hoſtes mutuis concidère vulneribus; quorum immenſa ſpolia triduò vix colligit: Corripitur ab Eliezer Propheta quòd ſocietatem iniiſſet cum impio Ochoſia rege Iſraël: claſſe quam vnanimiter fecerant in Aſiongaber pro auro Ophir aſportando, ob id, à Deo contritá; vnde noluit ei iterum aſſociari *c*.

b 2.Paral.19.

c 2.Paral.20. *k* 3.Reg.22.

Porrò impius Ochozias Samariæ lapſus è cœnaculo, mittit nuntios ad conſulendum Beelzebub Deum Accaron, quibus occurrit Elias, regémque moriturum prædicit. At rex ad eum capiendum ſubinde mittit tres Principes quinquagenarios, quorum duo priores cum ſuis quinquaginta viris ad verbum Eliæ, igne cœleſti deuorantur. Vltimus ſuæ modeſtiæ intuitu, ſaluus euaſit; cum quo hortatu Angeli, ad regem deſcendens Elias, ei ob conſultum Beelzebub, mortem proximam denuntiat. Eo igitur ſine liberis extincto, ſuccedit Ioram frater eius, & filius Achab, anno 18. *d* Ioſaphat, & 24. occurrit Sabbaticus octogeſimus.

Vide lib. 2. c. 7. par. 2. art.8. De Beelzebub Deo Accaron.

d 4. Reg 1. Sabbat. LXXX.

Elias, Eliſæo comite indiuiduo, pergit de Galgalis in Bethel; inde in Iericho; tum Iordane ictu pallij diuiſo, ambo per ſiccum tranſeunt; & Elia *e* igneo curru per cœlum aërium in paradiſum terreſtrem rapto; Eliſæus in eum intendens, leuato pallio, duplicem eius ſpiritum quem petierat, accipit: ac rediens diuiſum Iordanem eo pallio tranſit; & habitat in Iericho, vbi aquas ac terræ ſterilitatem ſanat, immiſſo ſale. Inde aſcendens in Bethel à pueris (fortè pſeudo-prophetarum ac ſacrificulorum vituli aurei, quem Ieroboam ibi in Bethel erexerat, cuius propterea habitatores oderant Prophetas Domini) ſuper caluitie ſua irridetur; quibus cum maledixiſſet, mox duo vrſi quadraginta duos ex eis lacerant; hinc abiit in montem Carmeli, reditque in Samariam *f*.

e Eliæ laudes Eccleſ. 48. Vide Obſ. LXXIX De Elia Propheta ſupremo Carmeli Archimandrita.

f 4.Reg. 2.

Ioram rex Iſraël, eodem anno primo regni ſui, aduocato in auxilium Ioſaphat, & rege Edom, mouet bellum contra regem Moab, qui iam ſolita tributa fratri ſuo Ochoſiæ denegarat; nec ab eo ob repentinum caſum, mortémque ſubſecutam ſubiugari potuerat. Cúmque in deſerto defuiſſet aqua, rogatus Eliſæus (increpato prius Ioram) in gratiam Ioſaphat, pſalte canente, promittit eis aquam ſine pluuia, & de Moabitis victoriam; vtrúmque ſequenti die contigit, nam & Moabitas aquæ diuinitus adfluentis rubore deceptos tres illi reges cædunt; regémque Moab obſident, qui deſperans primogenitum ſuum offert holocauſtum ſuper murum; illi autem eo perciti ſpectaculo recedunt *g*.

g cap. 3.

Eliſæus viduæ pauperculæ oleum vaſis multiplicat, vt eo diuendito ſatisfaciat creditori, & de reſiduo cum filiis ſuis viuat. Cúmque ſæpe tranſiret per Sunam, ciuitatem Tribus Iſſachar *h*, hoſpitæ ſuæ diuiti ſed ſterili filium à Deo impetrat; ac poſteà mortuum, cùm Giezi præmiſſus baculo ſuo ſuſcitare non potuiſ-

h Ioſue 19. & 18.

2984 ſet, ipſe à matre de Carmelo adductus, ſua oratione & incubitu ſuſcitat, & prædicit famem mox ſubituram, ſeptémque annis continuis in Iſraël duraturam; ſuaſitque Sunamitidi vt in terram Philiſtinorum ſecederet, donec fames ceſſaret. Tum de Sunam in Galgala reuerſus, farinâ ollæ infuſa aufert amaritudinem, & viginti modicis panibus ſatiat centum viros, & adhuc ex eis ſuperfuit *i*; ferrum ſecuris Iordani immerſum immiſſo ligno ſupernatare facit *k*.

i 4 Reg.4.

k cap.6.

Idem Eliſæus ob ſecreta Banadab regis Syrię patefacta Ioram regi Iſraël ab exercitu Syrorũ in Dothain, vt caperetur, circũdatus, famulo ſuo perterrito oculòs aperit, cœleſtem circũ ſe exer-

Anni Mundi

citum videre faciens; & Syros omnes cæcitate percuſſos ducit in Samariam ad Ioram; cibat eos; remittit ad Benadab, quo poſteà Samariam obſidente caput aſini præ inedia venditur octoginta argenteis; quinque verò quarta pars cabi ſtercoris columbarũ: Matres coctos comedunt filios; quare Ioram mandat Eliſæum occidi, móxque pœnitens mandati, tanta mala iuſtè à Deo immiſſa fatetur coram Eliſæo *a*, qui craſtinam in Samaria frumenti abundantiam ei prædicit. Territis ergò eâ nocte, fuſiſque à Deo Syris, (quòd à quatuor leproſis annuntiatum, & à quinque equitibus compertum eſt) Dux Eliſæi verbo incredulus, à turba in Syrorum ſpolia irrumpente conculcatus obiit *b*.

a ibidem.

b cap.7.

Sunamitis, ſeptemni fame ab Eliſæo ei prædictâ, peregrinatur in terra Philiſtiim; ac poſt ſeptennium reuerſa interceſſione Giezi narranti Ioram regi Iſraël Eliſæi miracula, & quomodo filium eius ſuſcitarat, agros ſuos, eorúmque prouentus recipit *c*. Poſt hæc, probabile eſt contigiſſe mundationem Naaman leproſi, etſi per anticipationem his ſit propoſita *d*: neque enim rex Ioram Giezi iam leprâ infectum, tam comiter excepiſſet, vt eius commendatione reſtitueret Sunamitidi agros ſuos, eorúmque reditus. Summa hiſtoriæ hoc eſt.

c cap.8.

d cap.5. Vide Obſerv. LXXX De Naaman leproſo.

Naaman Princeps militiæ regis Syriæ, vir potens & diues; ſed leproſus, monitu ancillæ ſuæ Iſraëlitidis, venit ad Eliſæum vt curaretur, à quo per nuntium iubetur, vt lauet ſe ſepties in Iordane, quòd primò contemnens; mox famulorum conſilio exſequitur, & mundatur. Et reuerſus ad Prophetam, Deum Iſraël colere ſtatuit, offert munera Eliſæo, qui ea reſpuit, & Giezi famulum ſuum qui Naaman abeuntem conſecutus, conficto mendacio, argentum & veſtes ab eo acceperat, coarguit, (lepra Naaman Giezi eiúſque poſteris perpetuò adhærente.)

Eliſæus profectus Damaſcum, Hazaëli à ſe percontanti, an rex Benadab ægrotans conualeſceret? reſpondet: eum adhuc viuere poſſe, porrò morte violentâ moriturum, ipsúmque Hazaëlem pro eo regnaturum; fléńſque prædicit ei, quæ illaturus eſſet filiis Iſraël mala: Hazaël poſtridiè regem ſtragulo ſuffocat, & regnat pro eo *e*.

e 4.Reg.8.

3085 Mortuo Ioſaphat rege Iuda, cùm regnaſſet annis 25. *f* ſuccedit Ioram filius eius, conſortio vxoris ſuæ Athaliæ filiæ, idololatra, is occidit omnes fratres ſuos, & quoſdam de Principibus Iſraël. In pœnam ſceleſtum rebellant contra eum Edom, & Lobna. Et allatæ ſunt ei litteræ ab Elia Propheta ex paradiſo tranſmiſſæ, peſſimum alui morbum, mortémque ac domus ſuæ regníque direptionem prænuntiantes, quibus ſubſecutis, cunctíſque eius filiis, excepto Ioachas, ſeu Ochozia natu minimo, per Arabes occiſis; ipſe biennio alui languore cruciatus inteſtinis paulatim effluentibus interiit, cùm regnaſſet annis 8. *g* quorum 6. occurrerat Sabbaticus octogeſimus primus; ac ſine exequiis ſepelitur *h*. 3093

f 3.Reg.22. v.42.

g 4 Reg.8. 17.

h 2. Paral. 21. Sabbat. LXXXI.

Ioram defuncto, ſuccedit filius eius Ochozias, impulſu Athaliæ matris ſuæ Impius *i*, qui abiit cum Ioram rege Iſraël ad expugnandam Ramot Galaad; móxque redit Ieruſalem, & poſteà Ioram vulneratum ac Iezrahel reuerſum vt curaretur, inuiſit.

i Vide lib. 2. tr. 1 par 3. art. 2 Quare tres Reges Iuda, videlicet Ochoſias, Ioas, & Amaſias prætermiſſi ſint à D. Matthæo in Chriſti Genealogia?

Intereà Iehu filius Ioſaphat filij Namſi, Princeps exercitus Ioram ab Eliſæi diſcipulo in Ramoth Galaad vnctus in Regem Iſraël, iuſſúſque delere domum Achab, venit cum exercitu in Iezrahel, ac vtrumque regem in ſuburbio ſibi occurrentem occidit; ibi quidem Ioram egreſſâ per cor eius ſagitta, proiectóque in agrum Naboth cadauere; Ochoziam verò fugientem vulnerauit in aſcenſu Gauer; quòd ipſe etiam ex matre Athalia eſſet de ſtirpe Achab. Tum ingrediens portam Iezrahel è feneſtra Iezabelem præcipitari iubet, quæ ab equis conculcata, à canibus oſſe tenus comeditur *k*. Tum miſſis litteris ad Primates Samariæ, triginta filios Achab necari facit, eorúmque capita ſibi in Iezrahel tranſmitti: inde pergens in Samariam, obuios ſibi quadraginta duos Principes Iuda, filios *l* fratrum Ochoſiæ iugulat, quia & ipſi ex Athalia auia ſua erant, de ſtirpe Achab: iunctóque ſibi Ionadab filio Rechab à quo Rechabitæ viri religioſi *m*; ingreſſus Samariam, totam ſtirpem Achab delet, & quoſcunque eidem adhærentes inuenire potuit: deinde omnes Sacerdotes, Prophetas, & cultores Baal in eius templum callidè conuocatos trucidat; & de templo latrinas facit. Ob quæ promittit ei Deus filios regnaturos ſuper Iſrael vſque ad quartam generationem: Sed quia non abſtulit, imò coluit vitulos aureos; ideò Iſraël vaſtatur ab Hazaële rege Syriæ *n*.

k 2 Paral. 22. & 4. Reg. 9.

l 2. Paral. 22. v. 8.

m Ierem. 35.

n 2. Paral. 16

Porrò Ochozias rex Iuda cum vnico *o* tantùm anno regnaſſet; in aſcenſu Gauer à Iehu iam vulneratus, mortuus eſt in Mageddo *p*. Móxque Athalia mater eius interficit omne ſemen regium præter Ioas aniculum, quem Ioſaba, quæ & Ioſabeth ſoror Ochoſiæ, & vxor Ioiadæ Pontificis 3094

o 4. Reg. 8. v. 26.

p cap. v. 27.

Anni Mundi

clam tulit, & nutriuit in Templo Do-
mini ſex annis: *a* quibus tyrannicè re-
3100 gnat Athalia (quorum 4. occurrerat
Sabbaticus octogeſimus ſecundus.)

a cap. 11. v. 3. Sabbat. LXXXII.

Tum Ioiada Pontifex aſſenſu & ope
Primarum & Leuitarum, oſtenſum
eis in Templo Ioas iam ſeptennem,
vngit & coronat in regem. Et Atha-
liam ſuperuenientem; & extra ſepta
Templi eductam occidi iuſſit; pepigít-
que fœdus inter Deum & regem ac
populum. Templum Baal *b* deſtruit,
Mathan Sacerdote eius priùs ante aras
interfecto. Cultum Dei reſtituit *c*, eiúſ-
que diebus Rex Ioas fecit rectum, &
indictâ collectâ Templum inſtaurat.
In annum. 5. Ioas incidit Sabbaticus
octogeſimus tertius; & in 12. octoge-
ſimus quartus, & in 19. octogeſimus
quintus.

b Vide lib. 2. tr. 9. par. 1. art. 2. De nomine Baal cunctis falſis Numinibus communi.

c 4. Reg. 12. & 2. Paral. 23. Sabbat. LXXXIII. LXXXIV. & LXXXV.

3123 Anno Ioas 23. *d* mortuo Iehu re-
ge Iſraël, ſuccedit filius eius Ioachaz
impius, ac propterea Iſraël grauiſſi-
mè atteritur ab Hazaël, & Benadab
eius filio. In annum Ioas 24. conue-
nit Iubilæus duodecimus: & in 26.
Sabbaticus octogeſimus ſextus, & in
33. octogeſimus ſeptimus.

d 4. Reg. 13. v. 1. Iubil. XII. Sabbat. LXXXVI. & LXXXVII.

Anno eiuſdem Ioas regis Iuda 37. *e*
3137 obiit Ioachaz rex Iſraël, cùm regnaſ-
ſet annis 17. ſuccedit ei Ioas filius. De-
functo Ioiada Pontifice anno ætatis
ſuæ 130. *f* & cum regibus ſepulto, Ioas
rex Iuda, obſequiis Principum deli-
nitus, ſeruit idolis; & Zachariam Pon-
tificem filium Ioiadæ, ſe corripientem
lapidare facit in Atrio Templi, qui
moriens ait, *Videat Dominus & requi-
rat*, Quare reuoluto anno, Hazaël
captâ Geth cum modico exercitu Iu-
dæam vaſtat; cunctos Principes in-
terficit; acceptíſque Templi ac Pala-
tij theſauris recedit cum ignominioſa
exercuiſſet iudicia in ipſum regem
Ioas: qui in magnis languoribus reli-
ctus, tandem à ſeruis ſuis occiditur in
deſcenſu Sela, cùm regnaſſet annis
40. *g* quorum vltimo occurrit Sabba-
3140 ticus octogeſimus octauus: cui ſucce-
dit filius Amaſias pietate inſignis.

e 4. Reg. 13. v. 10.

f 2. Paral. 24. v. 15.

g 4. Reg. 12. v. 1. & 2. Paral. 24. Sabbat. LXXXVIII.

Ioas autem Rex Iſraël Eliſæum
ægrotantem inuiſens ac deflens, ſagit-
tâ per feneſtram iactâ, terráque ter
tantum iaculo percuſſâ, audit quòd
ter quoque percuteret Syriam. Eliſæo
ſepulto in Carmelo, proiectus in
eius ſepulchrum quidam mortuus re-
uiuiſcit *h*.

h 4. Reg. 13. v. 20. 21.

Pius Amaſias Rex Iuda cæſores pa-
tris ſuis iugulat. In annum eius 7. in-
cidit Sabbaticus octogeſimus nonus;
& in an. 14. nonageſimus. Monitu Pro-
phetæ, remiſſis Iſraëlitis, quos con-
duxerat, cum ſolis Iudæis Deo fidens,
decem millia Idumæorum necat in
valle Salinarum; totidémque è petra
præcipitat; ſed eorum Deos ſecum al-
latos colit; ac Prophetæ ſe corripien-
ti mortem minatur, ac propterea ſe
occidendum audit. Victoriâ namque
Idumæorum elatus, prouocat Ioas
regem Iſraël, qui iuxta Bethſames Iu-
dam cœdit, captum Amaſiam ducit Ie-
ruſalem, cuius murum deſtruit à por-
ta Ephraim vſque ad portam anguli,
Templum & regem ſpoliat.

Sabbat. LXXXIX. & XC.

Anno 15. *i* Amaſiæ, mortuo Ioas rege 3155
Iſraël, ſuccedit Roboam filius eius,
qui à Iona *k* Propheta filio Amathi de
Geth animatus, Syris, Dei ope deui-
ctis, liberat Iſraël, & recipit Dama-
ſcum & Hemath *l*. In annum 21. Ama-
ſiæ incidit Sabbaticus nonageſimus
primus; & in 28. nonageſimus ſecun-
dus. Tandem Amaſias, facta Ieroſoly-
mis contra eum coniuratione, fugit
in Lachis, vbi à ſuis occiditur, cùm
regnaſſet 29. *m* annos: ſuccedit pius 3169
Ozias, qui & Azarias.

i 4. Reg. 14. v. 23.

k Vide Obſ. LXXXI. De Iona Propheta filio Amathi.

l c. 4. Reg. 14. v. 25 Sabbat. XCI. & XCII.

m 4. Reg. 14. v. 2.

Ozia regnante, incipiunt propheta-
re Oſee, Iſaias, Ioel, Amos, Abdias, &
Ionas, qui ex D. Hieronymo *n* σύγ-
χρονοι fuere, quo anno Oziæ, quili-
bet eorum cœperit prophetare incer-
tum.

n in 1. Oſee

Ozee totus Patheticus ac conciſus
agit perſonam Dei, quaſi ſponſi ſpon-
ſam Synagogam depereuntis, eámque
in adulterio deprehenſam obiurgantis,
punientis, aliámque ſubinducentis;
vnde iuſſo Dei accipit ſibi vxorem
fornicariam, ideſt Gentilem *o*; Go-
mer nomine, ex qua tres ſuſcepit pro-
les: primum filium vocat Iezrahel,
filiam abſque miſericordia, filium al-
terum, non populus meus. Factis &
verbis prophetans ſanguinem Iez-
rahel breui puniendum ſuper domum
Iehu. Et Iſraelem ob iniquitates ſine
miſericordia vaſtandum, & in Aſſy-
riam transferendum. Synagogam Iu-
dæorum vt adulteram à Deo repudian-
dam; Eccleſiam verò ex Gentibus
Chriſti ſponſandam in perpetuum. Iu-
dæos diebus multis ſine rege, ſine ſa-
crificio Meſſiam expectaturos, ac no-
uiſſimè conuertendos ad *Chriſtum*.

Vide lib. 3. art. 4. ſect. 11. De libro Oſee.

o Adrich. pag. 237.

Iſaias regio natus ſanguine fuit
enim nepos Amaſiæ regis Iuda,
ex fratre patruelis, & ſocer Manaſ-
ſis; vt teſte Hieron *p*. Hebræi tra-
dunt: cœpit prophetare in Ieruſalem
tam apertè de imminente Iudæis, vi-
ciniſque gentibus excidio, támque cla-
rè de natiuitate, ceteríſque Chriſti,
& Eccleſia myſteriis; de reprobatione
Iudæorum & vocatione Gentium, vt
viſa narrare videatur: ideóque non
tam Propheta dicendus ſit, quàm
Euangeliſta.

p In 20. Iſaiæ. Vide lib. 3. art. 4. ſect. 10. de libro Iſaiæ.

Ioël prædicat Iudæis inſtare per
noxias beſtias & hoſtes, terræ deua-
ſtationem, hortatur omnes, maximè
Sacerdotes ad planctum, ieiunium; pro-
mittit doctorem iuſtitiæ, Spiritum
Sanctum effuſum iri ſuper credentes;
magna prodigia diem Domini terribi-
lem præceſſura; omnéſque in valle
Ioſaphat iudicandos, adiiciens cæle-
ſtis Sion felicitatem.

Vide eodem libro, & art. ſect. 12 de libro Ioëlis.

Amos

Anni Mundi

a Zachar. 14. v. 5. Vide lib. 3. art. 4. ſect. 11 de libro Amos.

Amos paſtor Thecuë biennio ante
terræ motum, qui contigit cùm Ozias
rex Iuda thus adoleret in Templo *a*,
prophetat de viſione Domini in Da-
maſcum, Iudam, & vicinas gentes:
maximè verò de captiuitate decem
Tribuum Iſraël; de tenebris, ipſo
meridie in paſſione Chriſti futuris.

b Ibidem de libro Abdiæ.

Abdias *b* de vaſtatione Edom, &
ſaluatione Iuda, futura in monte
Sion.

c Ibid. de libro Ionæ.
d Ionæ 3. v. 3.
e Diodorus Siculus l. 3. c. 1.

Ionas *c* miſſus à Deo ad prædican-
dum in Niniue Aſſyriæ Metropoli, iti-
nere trium dierum *d*, & tam grandi vt
ei par magnitudine nec fuiſſet anteà,
nec poſteà futura eſſet *e*: naui in Iop-
pe conſcensâ, fugit in Tharſis; ideó-
que ortâ tempeſtate, ſorte deprehen-
ſus, ſuomet conſilio in mare proiici-
tur, & à Ceto abſorptus, ibique exau-
ditus à Deo, tertia die viuus in ter-
ram euomitur: iterúmque iuſſus à
Domino abiit Niniuen ciuitatem ma-
gnam, prædicat vrbem poſt 40. dies
ſubuertendam. Niniuitæ, ipſo rege
iubente, & exemplum præbente, ri-
gidam pœnitentiam agunt: ignoſcit
Deus. Ionas autem ne falſa prædicare
videretur, orat mori; At Dominus
per hederam ſubitò productam & are-
factam, probat eum iniuſtè indigna-
ri; ſéque iuſtè parcere Niniue, in
qua ſint pluſquàm centum viginti
millia innocentium. Crediderim hæc
geſta eſſe circa initium regni Oziæ re-
gis Iuda: regémque illum Niniues
fuiſſe Sardanapalum, luxu ſuo notiſ-
ſimum; cuius indigna ſcelera punire
volens Deus, per Prophetam ſuum
præmonuit; actáque ab eo pœniten-
tia, vltionem diſtulit; ſed poſteà in
eadem relapſum crimina, vitâ priua-
uit & regno. Etenim ſub eodem Ozia,
Sardanapalus rex Aſſyriorum in regia
ſua Niniue, biennio iam obſeſſus,
cùm effugio nullus eſſet locus, nollét-
que hoſtibus eſſe ludibrio, erectâ py-
râ quadringentorum pedum, ſe in
ea, vxores, pellices, quindecim men-
ſas aureas, totidémque lectos, auri,
argentique myriades innumeras; &
quidquid pretioſum habuit in con-
ſpectu obſidentium flammis tradidit,
quæ tenuerunt totos quindecim *f*
dies. Sardanapalo extincto, Phul qui
eum obſederat, regnum Aſſyriorum
occupat *g*.

f Athenæus l. 12. c. 12. & Diodorus Siculus.
g 4. Reg. 15. v. 19. 29. & 1. Paral. 5. v. 26. Vide lib. 2. tr. 3. art. 1. ſect. 2. De inſtaurato Aſſyriorum regno.
Iubil. XIII. Sabbat. XCIII. XCIV. XCV XCVI. & XCVII.
h 2. Paral. 26.
i 4. Reg. 15. v. 8.

In annum Oziæ 5. incidit Iubilæus
decimus tertius; & in 6. Sabbaticus
nonageſimus tertius; & in 13. nona-
geſimus quartus; & in 20. nonageſi-
mus quintus; & in 27. nonageſimus
ſextus; & in 34. nonageſimus ſepti-
mus. Pius autem Ozias, Deo opitu-
lante Philiſtiim, Arabes, & Ammo-
nitas ſibi ſubiecit; & crebris clarus
victoriis, agriculturæ ſe dedit *h*; eiuſ-
3207 que anno 38. *i* mortuo Ieroboam,
Zacharias filius eius impiè regnat
menſibus ſex; quem, numero quar-
tum ac vltimum de ſtirpe Iehu, occi-
dit Sellum, regnátque vno menſe; oc-
ciſus & ipſe à Manahem, qui, ope Phul
regis Aſſyriæ, regnum inuaſit; factus
ei tributarius *k*.

k v. 19.
l Vt coniici poteſt.
m Amos 1. Zach. 14. v. 5.

Porrò Ozias elatus corde, anno cir-
citer 39. *l* regni ſui, ingreditur San- 3208
ctuarium, & accepto thuribulo, ſu-
per altare thymiamatis adolet incen-
ſum; cúmque Azariæ Pontifici, &
octoginta Sacerdotibus id prohiben-
tibus minaretur, mox facto terræ
motu maximo *m*, à Deo leprâ percu-
titur; & è Templo eiectus manet le-
proſus in domo ſeparata vſque ad
obitum ſuum: filio eius Ioatham, qui
natus fuerat circa annum 27. regni
ipſius, & decimum tertium ætatis ſuæ
attigerat, interim regnum admini-
ſtrante *n*. Anno Oziæ 41. occurrit
Sabbaticus nonageſimus octauus; &
48. nonageſimus nonus. Et anno 50. 3219
Phaceia *o* filius Manahem regnat in
Iſraël biennio, quem occidit Phacee
filius Romeliæ, & Dux eius; regnát-
que pro eo.

n 4. Reg. 15. & 2. Paral. 26.
Sabbat. XCVIII. XCIX.
o 4. Reg. 15. v. 23.
p v. 27.

Anno 52. *p* ac vltimo Oziæ; Iſaïas 3221
videt Dominum ſedentem ſuper ſo-
lium excelſum, ac Seraphim Triſa-
gion concinentes, & carbone ignito
purgatus, mittitur ad prædicandam
futuram, tempore Chriſti, Iudæorum
incredulitatem, & deſolationem; ac
eius, quæ derelicta erat, nempe Gen-
tilitatis, multiplicationem.

Sabbat. C. ſimul & Iubil. XIV. Sabat. CI.

Ozia defuncto, ſuccedit filius eius
Ioatham, qui tunc 25. annorum erat;
in eius annum 3. incidit Sabbaticus
centeſimus, ſimul & Iubilæus deci-
mus quartus; & in 10. Sabbaticus
centeſimus primus.

Sub Ioatham, ac deinceps ſub
Achaz, & Ezechia, Michæas Mora-
ſtites prophetat de Samaria ob ido-
lolatriam deſtruenda; Ieruſalem fun-
ditùs ſubuertenda; Iudæis in Babylo-
nem abducendis, & inde reducendis;
ac reliquiis Iacob exaltandis; *Chriſto*
in Bethleem Iudæ naſcituro.

q 4. Reg. 15. v. 33. & 2. Paral. 27. v. 1. 2.
Sabbat. CII
r Iſai. 7.

Ioatham cùm ſolus regnaſſet annis
16. *q* conregnat ei filius eius Achaz
idololatra, (cuius anno 1. occurrit
Sabbaticus centeſimus ſecundus) Hic
filium ſuum ſacrificat idolo Moloch
in valle Bennennon; propterea Raſim
rex Syriæ, captâ Ailà, Iudam depræ-
datur. Et Phacee rex Iſraël, vno die,
occidit ex Iudæis centum & viginti
millia bellatorum, abductis in Sama-
riam ducentis millibus mulierum ac
puerorum: ſed mox hortatu Obed
Prophetæ in domum remiſſis. Paulò
poſt duo prædicti reges ſtatuunt redi-
re contra Ieruſalem, quod tamen Iſa-
ias *r* prædicit regi Achaz non futu-
rum. Cúmque certum huius rei ſi-
gnum ei offerret, & rex illud recuſa-
ret, dat ei ſignum liberationis huma-
næ, nempè virginem parituram filium,
cuius nomen foret Emmanuël. His

Anni Mundi

tamen Achaz incredulus, miſſis the-
ſauris Templi, vocat Teglat-phalaſar
regem Aſſyriæ, qui veniens vaſtat
Damaſcum, eiúſque habitatores, oc-
ciſo Raſin rege, tranfert in Cyrenen.
In Aſſyriam verò Tribus Ruben &
Gad & dimidiam Manaſſe quæ eſt
trans Iordanem, Tribúmque Nephta-
lim, quin & ipſum Achaz tributo ſub-
dit. Hic occurrit illi in Damaſco, &
inde miſit exemplar altaris Damaſci
ad Vriam Sacerdotem, mandans vt
conſimile exſtruat in Ieruſalem; ac
reuerſus ſuper illud ſacrificat Diis
Syriæ; & ex altari Domini æneo fa-
cit horologium, clauditque oſtia Tem-
pli, vbiuis altaria erigens *a*.

Circa annum 4. Achaz corregnan-
tis cum Ioatham patre ſuo, cuius erat
3241 annus 20. *b* ac vltimus; Oſee occidit
Dominum ſuum Phacee, regnátque
tyrannicè annis nouem, nempè vſque
ad annum Achaz duodecimum *c*, quo-
3249 rum 8. occurrerat Sabbaticus centeſi-
mus tertius. Porrò ex illo anno 12.
regni Achaz, ſcriptura incipit compu-
tare annos Oſee; quia vel à populo
admiſſus, vel à rege Aſſyriorum intru-
ſus, pacificè tunc regnauit, tribuitque
ei alios nouem annos *d*.

Achaz in impietate ſua extincto,
cùm regnaſſet annis *e* 16. (in quorum
3253 15. occurrerat Sabbaticus centeſimus
quartus.) Succedit piiſſimus Ezechias
3254 eius filius, qui anno *f* 1. ac menſe pri-
mo regni ſui, Templum Domini mun-
dat; omnes idolorum ſordes proiicit
in Torrentem Cedron; Dei cultum
reſtituit. Ex omni Iuda & Iſraël, po-
pulum conuocat ad celebrandum Paſ-
cha, menſe ſecondo; & feſto bis ſep-
tem diebus cum ingenti lætitia pera-
cto: excelſa omnia, & altaria in vni-
uerſo Iuda, Beniamin, Ephraim &
Manaſſe demolitur; Serpentem æneum
Moyſis, cui populus ſacrificabat, con-
fringit *g*. Fertur & Zelo Dei combuſ-
ſiſſe libros Salomonis, de omni genere
morborum curando.

3257 Anno 4. *h* Ezechiæ Salmanaſar rex
Aſſyriæ, comperto quòd Oſee rex
Iſraël, miſſis ad Sua regem Ægypti
legatis, niteretur rebellare; obſeſſam
Samariam poſt triennium *i* capit, re-
gem, omnémque reſiduom Iſraël tran-
fert in Aſſyriam; & adhuc confœde-
ratam ſibi Mediam & collocauit eos
in Halan, & in Habor fluuiis Ga-
zan *k*, vbi perpetuam ſeruiere ſer-
uitutem. Sicque regnum Iſraël pe-
nitùs exciſum eſt. Vix tamen credi-
derim quòd omnes omnino è quali-
bet Tribu Iſraël tranſlati ſint; pro-
babile ſanè eſt quòd in ſingulis ſub-
ſtiterint aliqui, quódque alij ſubinde
è captiuitate in natale ſolum profu-
gerint; ac tandem quòd plurimi de
quacunque Tribu redierint, cùm po-
ſteà anno dehinc circiter 160. Cyrus
primus Perſarum Monarcha, traductâ

a 4. Reg. 15. 16. & 2. Paral. 28.
b 4. Reg. 15. v. 30.
c c. 17. v. 1. Sabbat. CIII.
d 4. Reg. 18.
e c. 16. v. 2. Sabbat. CIV.
f 2. Paral. 29. v. 3. Vide l. 2. tr. 1. par. 2. art. 2. An Achaz fuerit pater naturalis Ezechiæ?
g 4. Reg. 18. 2. Paral. 29. 30. & 31. Vide lib. 2. tr. 7. par. 2. art. 11. de ſerpente æneo.
h 4. Reg. 18 v. 9.
i v. 10.
k v. 11.

voce in omni regno ſuo, etiam per
ſcripturam, liberum vniuerſis Iudæis
permiſit reditum *l*.

Porrò inter alios à Salmanaſar
tranſlatos, Tobias cum Anna vxore
& Tobia filio vnico adductus in Ni-
niuem, etiam in captiuitate poſitus
Deum ſedulò coluit; ac propterea na-
ctus gratiam Salmanaſar circumiens
fratres concaptiuos conſolatur, eíſ-
que ſubuenit. Gabelo contribuli mu-
tuat decem talenta argenti *m*. Subſti-
tutæ in Samaria Aſſyriorum coloniæ,
delata ſecum idola *n* colentes, à leoni-
bus occiduntur; ideò mittit eis rex
Sacerdotem Iſraëliticum, a quo edocti
deinceps Deum colunt, ſimúlque ido-
lis ſuis ſeruiunt *o*.

In annum Ezechiæ 6. incidit Sab-
baticus centeſimus quintus; & in 13.
centeſimus ſextus. Cúmque Ezechias
negaſſet tributum quod Pater eius
pendebat Aſſyriis; anno 14. *p* regni 3267
eius Sennacherib rex Aſſyriorum ca-
pit ciuitates Iuda munitas, cui ſup-
plex factus Ezechias magnam auri &
argenti vim ei largitur *q*, ille nihilo-
minùs miſſo Rabſace blaſphemo ob-
ſidet Ieruſalem; ſcribítque litteras ad
Ezechiã plenas blaſphemiis, quas ip-
ſe ſacco indutus expandit in Templo
coram Domino eius opem implorans.
Tum Iſaias regem conſolans promit-
tit Deum vrbem protecturum, blaphe-
móſque vindicaturum. Eáque nocte
Angelus Domini percutit Rabſacem
ac centum octoginta quinque millia *r*
de exercitu Aſſyriorum, corpora re-
digens in cineres, ne aërem corrum-
perent *s*, armis tamen ac veſtibus illæ-
ſis, vt Iudæi ſpoliis ditarentur; móx-
que Sennacherib cum paucis fugit in
Niniuen, vbi iratus multos occidit ex
filiis Iſraël *t*, quorum corpora cùm
ſepeliret Tobias, iubet & eundem oc-
cidi, ſed nudus euaſit. Porrò rex ipſe
quadrageſima quinta die adorans *u* in
Templo Neſroch *x* idoli ſui à duo-
bus filij ſuis Adramelech & Sara-
ſar, quos volebat traducere per ignem *y*,
occiditur.

Eodem anno *z*, Ezechias ægrotans
audit ab Iſaia ſe moriturum; at cùm
flens oraſſet, ab eodem diſcit ſe intra
triduum eſſe ſanandum, vitámque ad
quindecim annos producendam; cúm-
que poſtularet ſignum, precibus Iſaiæ,
ſol retrocedit in horologio Achaz de-
cem gradibus: Tum maſſâ ficuum vul-
neri impoſitâ, rex tertia die Templum
aſcendit, & cantico Deum benedicit.
Berodach autem rex Babylonis *a* ſo-
lem retroceſſiſſe obſtupeſcens, mittit
legatos ac munera ad Ezechiam, vt
interrogarent eum de tali portento,
quâ legatione elatus Ezechias, oſten-
dit eis theſauros ſuos; quos, ac fi-
lios, ſeu nepotes, ab Iſaia corre-
ptus, audit transferendos in Baby-
lonem *b*.

l 1. Eſdræ 1.
m Tob. 1.
n Vide l. 2. tr. 7 par. 2. art. 10. de Numinibus Aſſyriorum qui Samariam miſſi ſunt.
o 4. Reg. 17. Sabbat. CV. & CVI.
p 4. Reg. 18. v. 13.
q c. 18. v. 15 16.
r c. 19. v. 35.
s Aug. ſerm. 25. ad fratres in eremo, & refert Adric. pag. 239.
t 4. Reg. 18. 15. & 2. Paral. 32. Iſa. 37.
u Tob. 1. 4. Reg. 19. v. 37.
x Vide l. 2. tr. 7. par. 2. art. 10. ſect. 9. de Neſroch aliiſque falſis Numinibus Aſſyriorum.
y Vt ait Rab. Salomon, & Lyran.
z 4. Reg. 20. v. 3.
a Vide l. 2. tr. 3. art. 1. ſect. 3. de ſuborto Babyloniorum regno.
b c. 20. & 2. Paral. 32. & Iſa. 38. 39.

Per

Anni Mundi

Per id temporis Nahum prophetat *a* Niniuen relapſam reſcindendam, & regnum Aſſyriorum deſtruendum. Eodem vergit Propheta Habacuc *b* agens de Chriſti aduentu, victoriâ aduersùs peccatum, mortem, diabolum, infernum. Quó præcisè tempore, & ſub quo rege prophetarit Habacuc incertum; probabile quòd ſub Manaſſe *c*, certúmque quòd ante Monarchiam Chaldæorum, vt patet ex illis Prophetæ verbis: *Ecce ego ſuſcitabo Chaldaos gentem amaram d.* Nec obſtat quòd Daniel poſt multos dehinc annos mentionem fecit *e* de Habacuc Propheta; hic enim alius eſt ab illo *f*.

Sub iiſdem quoque temporibus, Tobia *g* anno ætatis ſuæ circiter 56. mortuorum ſepulturâ fatigatus obdormiens, hirundinis ſtercore in patientiæ probationem excæcatur; ab Anna vxure & cognatis exprobratur, vnde ingemiſcens orat mori. Eodem tempore, Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum, ab ancilla improperium paſſa, ob ſeptem maritos à Dæmonio occiſos, Deum cum triduano ieiunio, fletúque deprecatur; ambóque ſimul exaudiuntur, Angelo Raphaële ad eos curandos miſſo, qui Tobiam iuniorem duxit & reduxit; à deuoratione piſcis eripuit; pecuniam à Gabelo recepit; & Saram, iecore eiuſdem piſcis, fugato dæmonio, vxorem habere fecit; Tobiæ Seniori, linitis felle eius oculis, lumen reſtituit, qui de his omnibus benedicens Dominum, prophetat de fœlicitate futura Ieruſalem; vixitque adhuc 42. an. viditque filios nepotum ſuorum. Demùm completis centum & duobus vitæ ſuæ annis, filium hortatur vt ſepultis parentibus migret è Niniue, quam euertendam prædicit: quibus obiciuatis, Tobias *h* iunior cum tota familia ſua ad ſoceros reuertitur; ac deinceps habitat cum eis, ibique anno ætatis ſuæ 99. moritur ſub Ioſia *i*. Anno Ezechiæ 20. occurrit Sabbaticus centeſimus ſeptimus; & 21. Iubilæus decimus quintus: & 27. Sabbaticus centeſimus octauus.

Ezechiâ defuncto cùm regnaſſet an-
3282 nis 29 *k*, Succedit Manaſſes filius duodennis ac impiiſſimus, qui reſtituit idola quæ pater diſſiparat: colit ſolem, lunam, & ſtellas; filios ſuos exurit idolo Moloch; miſſos à Deo Prophetas occidit; Iſaiam ſerra lignea medium ſcindit iuxta fontem Siloë *l*, ſanguine innocentium implet Ieruſalem vſque ad os. In horum vindictam ſcelerum, ab Aſſyriis (id eſt à Chaldæis, qui Aſſyriis iam præualentes, Aſſyriorum reges ſe dicebant) captus, vinctúſque catenis ac compedibus ducitur Babylonem, vbi in carcere pœnitens orat, exauditur; & à Deo regno reſtitutus omnia idola deſtruit; cultum Dei reſtaurat, ac piè viuit *m*. Et in 5. eius annum incidit Sabbaticus centeſimus nonus; & in 12. centeſimus decimus; & in 19. centeſimus decimus primus; & in 26. centeſimus decimus ſecundus; & in 33. centeſimus decimus tertius; & in 40. centeſimus decimus quartus: & in 42. Iubilæus decimus ſextus; & in 47. Sabbaticus centeſimus decimus quintus. Sub Manaſſe contigit hiſtoria Iudith *n*, cuius ſumma hæc eſt.

Arphaxad, qui & Deioces quintus ab Arbace Medorum *o* rex, exædificata Ecbatanis, vincitur & iaculis transfigitur à Nabuchodonoſor rege Aſſyriorum, qui dum reliquis quoque regnis inhiat, ac legati, quos ad ea transmiſerat, ſpreti fuiſſent *p*, Holofernem cum valido exercitu mittit versùs occidentem: vbi varias gentes ſuperat, exterminat *q*, terret cæteras, omnia fana deſtruit, vt ſolus Nabuchodonoſor Deus haberetur *r*. At ne hoc quoque faceret Ieruſalem, parant ſe Iudæi ad reſiſtendum; & hortatu Eliachim Summi Pontificis, prece, ac ieiunio Deum inuocant *s*. Achior Ammonitarum Dux ab Holopherne de Iudæis interrogatus, miranda Dei circa eos opera enarrat *t*; & transmittitur Bethuliam, vt eâ excisâ ſimul intereat *u*. Móxque Bethulia obſidetur, aquæ-ductus præſcinditur: obſeſſi præ ſiti deditionem vrgent; ſed Ozias Princeps populi ad quinque dies eam differt *x*. Quo audito Iudith vidua Manaſſe de Tribu Simeon, omnes increpat, & ad opem Dei implorandam hortatur *y*. Tum cinere, cilicio & oratione præmiſſis *z*, egregiè ornata excedit Bethulia cum Abra ſua, & ab exploratoribus deprehenſa, ducitur ad Holophernem, mox eius forma captum *a*; cui cauſam aduentus ſui expoſuit, & certam victoriam promiſit *b*, Tum in loco theſaurorum excepta, cum libertate egrediendi quoties vellet; quarto demum veſpere cum Holopherne conuiuatur *c*, noctúque ei præ ebrietate ſopito, proprio pugione caput amputat, & ad ſuos conciues Bethuliam defert *d*: Quo viſo Achior conuertitur à gentiliſmo ad cultum veri Dei. Capite Holofernis ad muros ſuſpenſo, Bethulienſes, orto iam ſole, irruunt in Aſſyrios, compertâ cæde Holophernis perturbatos *e*; & huc, illúcque diffugientes cædunt, omnéſque ſpoliis ditantur. Iudith ab Eliacim ſummo Pontifice, totóque populo collaudatur, benedicitur, epinicion canit, cuius victoriæ dies perpetuò celebrari iubetur *f*. Porrò defuncto Manaſſe,
cùm regnaſſet annis 51. *g* ſuccedit 3333
Amon filius ſecutus patrem peccantem, ſed non pœnitentem; quare à 3335
ſeruis ſuis interficitur; cùm regnaſſet duobus annis *h*.

a Vide l.3. art.4. ſect.11. de Nahum Propheta.
b ibidem de Habacuc.
c Ita Seder Olam.
d Habac.1. v.6.
e c.14. v.32.
f Ex Genebrando duo fuere Habacuc. duo Abdiæ. & duo Michææ.
g Vide l.3. art.4 ſect.5. de libro Tobiæ.
h Tob.2. vſque ad vltimum
i Hier. ſup. Ionam.
Sabbat. CVII. Iubil. XV. Sabbat. CVIII.
k 4. Reg.18. v.2.
l Adrich. pag. 164. Vide Obſeruat. LXXXII. De Iſaia Propheta per Manaſſen ſerra diſſecto.

m 4 Reg.21. 2. Paral. 33.
Sabbat. CIX. CX. CXI. CXII. CXIII. & CXIV.
Iubil. XVI. Sabbat. CXV.
n Genebrard. Salian. & alij. Vide Obſeruat. LXXXIII. circa hiſtoriam Iudith.
o Vide l.2. et 3. art.1. ſect. 1. De erecto Medorum regno.
p Iudith. 1.
q c. 2.
r c.3.
s c. 4.
t c. 5.
u c.6.
x c.7.
y c. 8.
z c. 9.
a c.10.
b c. 11.
c c. 12.
d c. 13.
e c. 14.
f c.15. & vlt
g 4. Reg.21
h 4 Ibid. & 2. Paral. 33.

Succedit

Sabbat. CXVI.

Anni Mundi

Succedit Ioſias filius eius octennis, ac piiſſimus; in cuius annum 1. incidit Sabbaticus centeſimus decimus ſextus. Ipſe autem adhuc puer cæpit
3345 quærere Dominum; anno ſcilicet 8. *a* regni ſui, in quem conuenit Sabbaticus decimus ſeptimus. Sub initium regni eius, Sophonias *b* prophetat Iudeæ, Philiſtiim, Moab, Ammon, Æthiopiæ, Aſſyriæ Diuinam imminere vindictam; mundúmque vniuerſum in illa die tremenda ſeuerè iudicandum.

a 2. Paral. 34. v. 34. Sabbat. CXVII. *b* Vide l. 3. art. 4. ſect. 11 de Sophonia.

3347 Ioſias an. 12. *c* regni ſui, omnia idols & excelſa vbique deſtruit, currus Solis comburit; Tophet, cultúmque Moloch euertit; fanum quod Salomon conſtruxerat in monte Offenſionis, diruit; altare Ieroboam in Bethel comminuit, & exhumata oſſa ſacerdotum, ſuper illud comburit *d*.

c 2. Paral. 34. v. 3.

3348 Anno 13. Ioſiæ *e* cæperunt ſeptuaginta anni deſolationis Babylonicæ cum imperio Chaldæorum; eo enim anno, Nabuchodonoſor ſenior iunctis viribus cum Cyaxare Medorum rege, excidit Niniuen, & dilabentem in dies à plaga Sennacherib Aſſyriorum Monarchiam tranſtulit ad Chaldæos.

d 4. Reg. 23. & 2. Paral. 34. *e* Clemens Alex. Hier. Auguſtin. Theodor. Vide Obſeruat. LXXXIV. de 70. annis deſolationis Babylonicæ: Et nec Ieremiæ Propheta.

Eodem anno Ieremias ex ſemine Aaron, de Anathot in Beniamin oriundus, & in vtero matris ſuæ ſanctificatus, ac virgo perpetuus, manu Domini ad os tactus, adhuc puer annorum circiter quindecim, accipit donum prophetiæ, & robur inuincibile. Palam deinceps prædicat Ieroſolymis, ob ſcelera commiſſa; Templum, vrbem, totúmque Iudam, à Babyloniis deſolandum; populum gladio, fame, peſte periturum; reſiduos Babylonem abducendos: varia interim immiſcens de *Chriſto* myſteria; vidit virgam vigilantem, ollámque ſuccenſam à facie Aquilonis *f*; quam virgam ac ollam poſt 23. annos explicuit *g*. Iudæis eſſe Nabuchodonoſor regem Babylonis; cui decurſu 70. annorum, tunc inchoatorum, cùm ab ipſo exciſa eſt Niniue, traditi ſunt puniendi non ſolùm Aſſyrij, ſed etiam Iudæi, omnéſque vicini populi, Moabitæ, Ammonitæ, Syri, Tyrij, Ægyptij: vbi verò completi fuerint illi 70. anni, etiam hanc ipſam virgam ſeu Monarchiam Chaldæorum exſcindendam. Eodem anno 13. Ioſiæ Nabuchodonoſor (licet ſuperſtite adhuc per 40. annos Nabo-pol-aſſar parente ſuo) inchoauit annos imperij ſui; illóque mortuo, cùm ipſe ſolus regnare cæpiſſet, nouam quoque æram imperij ſui exorſus eſt; ſecundùm quam, Chaldæis tunc familiarem, ſubduxit ſuos calculos Ezechiel; cùm capite 1. ait 30. annum, ſcilicet Nabuchodonoſor, fuiſſe quintum tranſmigrationis Ioachin regis Iuda. In annum autem Ioſiæ 15. incidit Sabbaticus centeſimus decimus octauus.

f Ierem. 1. *g* c. 25. v. 3.

Sabbat. CXVIII.

Anni Mundi

Anno 18. *h* regni ſui Ioſias inſtaurat Templum Domini. Tum ſuper re-
3353 perto ab Helcia Pontifice, in templo Deuteronomij libro, Holdam Propheriſſam conſulens; audit inducenda ſuper Iudam ſcripta in eo mala; ipſum tamen priùs in pace moriturum *i*. Mox conuocato omni populo, legit totum Deuteronomium, & fœdere, cum Domino renouato, maxima ſolennitate Phaſe celebrat *k*. In annum eius 22. incidit Sabbaticus centeſimus decimus nonus; & in 29. centeſimus vigeſimus.

h 4. Reg. 22. v. 3. *i* c. 22. & 2. Paral. 34. *k* 2. Paral. 35

Sabbat. CXIX. & CXX.

3366 Ioſias anno 31. *l* ac vltimo regni ſui, Nechao regem Ægypti, Dei iuſſu properantem contra regem Aſſyriorum ſeu Chaldæorum, bello laceſſit, & cum eo congreſſus in campo Mageddo, vulneratur, moritur, lugetur, maximè à Ieremia Propheta, cuius lamentationes ſuper Ioſiam in exequiis cantatæ ſunt. Relicti à Ioſia tres filij, Eliachim, Ioachaz, & Mathanias ſubinde regnarunt. Impius quidem Ioachaz conſtituitur rex à populo; ac poſt tres menſes rediens Nechao, victo Chaldæo, Ioachaz vinctum tulit in Ægyptum, vbi mortuus eſt; & tributo Iudæis impoſito, conſtituit pro eo fratrem eius Eliachim, vertitque nomen eius Ioachim. Hic occidit Vriam Prophetam, quòd prædicaret Ieruſalem deſtruendam *m*.

l 2. Paral. 35 v. 20. & 4. Reg. 23. v. 29.

3369 Anno 3. *n* regis Ioachim, Nabuchodonoſor Senior obſidet Ieroſolymam, captum regem, catenîſque vinctum, multos nobiles ac Principes (inter quos Daniel *o*, Ananias, Miſaël & Azarias) partémque vaſorum Templi, quàm citiſſimè potuit, abducit Babylonem; vbi vaſa ponit in Templo Dei ſui; Danielem autem & tres eius ſocios Ananiam, Azariam, & Miſaëlem, eò quòd ſemine regio prognati, cæteros forma & ingenio præcellerent, cibis regiis nutriri, & linguâ, literîſque Chaldæorum *p* erudiri iuſſit, vt poſt triennium ſtarent coram rege: at ipſi conſenſu præpoſiti Eunuchorum, abſtinentes à dapibus regiis, ſolîſque leguminibus & aquâ victitantes, vultus elegaoriam, ac ſapientiam ſuper cæteros coæuos ſuos qui cibo regio veſcebantur à Deo obtinent, ac Daniel præter ea ſomniorum intelligentiam; eóſque virginitatem illibatam ad mortem vſque conſeruaſſe, obſeruant Sancti Patres. Hócque nomine tres pueros à fornace Babylonica intactos, Danielem verò à dentibus leonum illæſum affirmat Damaſcenus *q*.

m 4. Reg. 23 & 2. Paral. 34. 35. & 36. *n* Dan. 1. v. 1. *o* v. 6. Iſai. 39. v. 7.

p Vide l. 2. tr. 6. part. 1. de ſapientia Chaldæorum, tum in Magis, vbi de Magia naturali, artificioſa, & ludicra.

3370 Anno 4. *r* Ioachim, Nabuchodonoſor ſocium accipit filium; qui dictus eſt Nabuchodonoſor magnus; cum quo regnauit adhuc annis 18. in Babylone, dum filius eius varias ſuſcipit expeditiones. Mox Nechao rex Ægypti venit vindicaturus ſe de Nabucho-

q l. 4. de fide c. 25. *r* Ierem. 25

Anni Mundi

noſor Seniore, quòd Iudæos vectigales ſuos abegiſſet in Babylonem, & commiſſo ad Euphratem prælio, occiditur; victórque Chaldæus recipit ab Ægyptiis quidquid illi abſtulerant Aſſyriis; reſtituitque Ioachim libertati ac regno, ſub conditione pendendi tributi. (Et hic eſt annus primus Nabuchodonoſor magni, qui ex hoc regnauit annis 45. cuius regni tres ſunt Æræ ſcripturarum, aſpectu primò diſſidentium, conciliatiuæ *a*.) Porrò Ioachim reſtitutus, eodem anno quarto regni ſui conijcit Ieremiam in carcerem *b*.

a Vide lib 2. tr.3. de quatuor Mundi Monarchiis, art.1. ſect.3.
b Ierem.36.
c v.9.
Sabbat. CXXI.

3371 Anno 5. *c* Ioachim (in quem conuenit Sabbaticus centeſimus vigeſimus primus) Baruc notarius Ieremiæ, Prophetias & minas ex eius ore ſcriptas legit in Templo coram omni populo; deinde coram Principibus, à quibus ſolui iuſſus eſt Ieremias. Ioachim verò paucis in libro lectis, eum ſcindit, comburit. At Ieremias alium ſcripſit, addens quod ob prioris combuſtionem, cadauer Ioachim proiicitur inſepultum *d*.

d Ierem.36.
e 4. Reg.24.

3373 Anno 7. *e* Ioachim, Ægyptiorum fiſus auxilio, tributum negat Nabuchodonoſor, quare immittit ei Dominus latrunculos, id eſt milites Chaldæorum, Syriæ, Moab, Ammon, vt diſperderent Iudæam, à quibus tan-

3377 dem Ioachim (cùm in annum eius 28. incidiſſet Iubilæus decimus ſeptimus) anno regni ſui *f* 11. finiente, occiſus, & extra portas Ieruſalem proiectus, ſepulturâ aſini ſepelitur *g*. Eóque mortuo, filius eius Ioachim, ſeu Iechonias 18. annos natus, regnat tribus méſibus & decem diebus *h*, intrà quos *i* Ieremias abſcondit in puteo alto & ſicco ignem perpetuum, Arcam verò, altare incenſi, & Tabernaculum in loco occulto *k*: ſicut enim Iechoniæ perſuaſit, vt ſe dederet; ita etiam, vt ſineret Arcam transferri.

Iubil. XVII.
f 4. Reg.23 v.36.
g Ierem. 22. v.19.
h 4. Reg.24 v.10.
i Epiphan. in vita Ierem.
k 2. Mach. 1. v.19. & c.2.

Poſt tres illos menſes, Nabuchodonoſor iterum obſidet Ieruſalem, cui, ſuaſu Ieremiæ, rex Ioachim *l*, mater, vxores, & Principes eius, Nobiles & Optimates Iuda, inter quos erat Ezechiel *m* Propheta, Mardochæus *n* nutritius Eſther, & Ioſedech Pontifex, vltrò ſe dedunt: eóſque ac omne ciuitatis robur, vnà cum cæteris vaſis, ac theſauris Templi & Palatij, Nabuchodonoſor transfert in Babylonem, vbi Ioachim miſit in carcerem, ac patruum eius Mathaniam filium Ioſiæ conſtituit regem, facitque iurare per Deum, quòd fideliter ſub tributo ſeruiret Chaldæis, in cuius ſignum, voluit vt nuncuparetur Sedecias, id eſt, Iuſtitia Dei; qui impiè regnat, æquè ac frater eius Ioachim, Ieremiæ incredulus.

l 4. Reg.24.
m Hier. Præfatione in Ezech.
n Eſth.2.v.6

3378 Anno primo *o* regni Sedeciæ, (qui coincidit cum anno primo tranſmigrationis Ioachim, & Sabbatico centeſimo vigeſimo ſecundo) Ieremias videt ficus optimas & peſſimas ante Templum poſitas, auditque priores ſignificare bonam Iechoniæ, aliorúmque tranſmigrantium; poſteriores miſeram Sedeciæ, cæterorúmque Ieroſolymæ remanentium ſortem *p*.

o Adrich. p. 243.
Sabbat. CXXII.

Sub id temporis *q* duo praui ſenes Achab & Sedecias Iudæi, ac Iudices in Babylone, caſtiſſimam Suſannam vxorem Ioakim, clam ſe lauantem in horto concupiſcentes, falsò adulterij accuſant: ſed cùm duceretur ad mortem, Deus orantem exaudit, ſuſcitato ſpiritu pueri Danielis, qui ſenes ſeparatim interrogatos proprio ore de falſo teſtimonio conuicit *r*; ac lege talionis lapidandos Nabuchodonoſor frixit *s* in igne.

p Ierem. 24.
q Adrich. p.263.
r Dan.13.

Anno 4. *t* regni Sedeciæ, ac tranſmigrationis Ioachin, Ieremias ſcribit in libro omnia mala quæ imminebant Babyloni, eúmque tradit Saraiæ Prophetiæ Principi proficiſcenti cum Sedechia rege in Babylonem; iubétque vt ibi coram Iudæis legat, deinde alligatum lapidi proiiciat in Euphratem, dicens ſic ſubmergetur Babylon. Eodē anno *u* Ieremias Hananiam Pſeudopropheram conuincit falſitatis, & pro lignea catena quam ab eo abſtulerat fregerátque, iuſſu Dei aſſumit ferream. Cùm reuerſus fuiſſet Sedecias, Ieremias mittit catenas ad quinque reges Edom, Moab, Ammon, Tyri, & Sidonis, per legatos ipſorum, qui venerant ad Sedeciam *x*, monens illos ipſúmque Sedeciam regem Iuda, ſi ſeruire velint regi Babylonis permanſuros in terra ſua, alioquin gladio, ac fame perituros. Conſtringit laguneulam teſteam in atrio Templi, docens, populum ſic conterendum *y*; quare mittitur in carcerem à Phaſſur Sacerdote, ac poſtridie educitur *z*. 3381

s Ierem.29. v.21.
Vide Obſeruat. LXXXV. Hiſtoriam Suſannæ veram eſſe ac Canonicam.
t Ierem. 51. v.59.
u Ierem.28.
x c.27.
y c. 19.
z c. 20.

Anno 5. *a* tranſmigrationis, ſiuéque deportationis in Babylonem, Ezechiel Sacerdos cœpit prophetare Iudæis cōcaptiuis in Babylone ſecus flumen Chobar, videt ſimilitudinem quatuor animalium, & effigiem hominis ſedentis in throno; iuſſuſque comedit librum ſcriptum intus & foris, continentem lamentationes, carmen & væ. Iubetur etiam depingere in latere obſidionem Ieruſalem; trecentis & nonaginta diebus cubare in latus ſiniſtrum, & quadraginta in dextrum: comedere panem in pondere confectū in ſtercore boum, & bibere exiguum aquæ in menſura. Pilos capitis & barbæ ſibi detonſos tripartitò conſumere: quibus ſignis aliiſque denunciat, ob ſcelera commiſſa futuram ruinam Ieruſalem *b*.

a Ezech. 1. v.2.
b Ezech. 1. vſque ad 7.

Anno 6. *c* tranſmigrationis, Ezechiel ſpiritu raptus in Ieruſalem, videt ibi in Templo Iudæorum abominationes, quibus Sodomam & Samariam ſuperabant; omnéſque non notatos 3383

c c. 8.

Per

Anni Mundi

Per ſigno Tau occidendos *a*. Sedeciam
conſœderatum regi Ægypti, ac periu
rum regi Babylonis, in Babylonem ad-
ducendum, eam tamen nou viſurum,
(nempè quia priùs excæcandus erat)
ibíque moriturum, & Deum filios Iſ-
3384 raël ad terram ſuam reuocaturum *b*.
Auno 7. *c* tranſmigrationis, Eze-
chiel Iudæis à ſe Diuinum reſponſum
quærentibus, refricat beneficia Dei
in Ægypto, deſerto, & terra promiſ-
ſionis exhibita *d*. Anno 8. occurrit
Sabbaticus centeſimus vigeſimus ter-
tius.
3386 Auno 9. *e* Sedeciæ ac tranſmigra
tionis, menſe primo, die decimo, Na-
buchodonoſor obſidere cæpit Ieruſa-
lem. Sedecias mittit conſuli Dominum
per Ieremiam de euentu obſidionis.
Reſpondet Sedeciam capiendum, vr-
bem exurendam, qui in ea manſerint
perituros, qui ad Chaldæos profuge-
rint victuros *f*.
3387 Anno 10. *g* Sedeciæ ac tranſmigra-
tionis, idipſum Ieremias enuntiat eidē
Sedeciæ, ideóque mittitur in carcerem
regium in Sion, ex quo emit à patruele
ſuo agrum, præcipiens Baruch, litte-
ras emptionis ſigillatas ſeruari in vaſe
fictili, præſignificans Ieruſalem quidem
deſtruendam & Templum captiuandū;
ſed poſteà reuerſiturum populum, agróſ-
que ſuos poſſeſſurum. Sedecias in ar-
cto poſitus, inſtante anno Sabbatico
dimittit Ieremiam, conuocat populum
iu Templum, facit pactum coram Do-
mino vt vnuſquiſque ſeruos dimittat.
Intereà rex Ægypti eis accurrit, ſed
Chaldæi, intermiſſa obſidione, eum
fugant. Iudæi ſe liberos rati, ſeruos
retrahunt. Ieremias fœdifragos in-
crepant *h*, & exire volens vt videret
agrum quem emerat, comprehendi-
tur in porta, quaſi transfuga; cædi-
tur, & in carcerem mittitur. Clam
conſultus à Sedecia, eum capiendum
ait, ac ſæpè iterata ei repetit: ideóque
fune dimittitur in lacum lutoſum, ſed,
conniuente rege, extrahit eum Abde-
melech Æthiops, qui ob id ſe à capti-
uitate diuinitùs liberandum audit. Ite-
tum Ieremias clam ad regem ductus,
conſulit ei vt ſe dedat Chaldæis &c.
quare recluſus carcere, manet ibi vſ-
que ad captam Ieruſalem *i*.
3385 Anno 11. *k* Sedeciæ ac tranſmigra-
tionis, die primâ menſis primi, Eze-
chiel Tyrum inclytam, in corde, id eſt,
in medio maris ſitam, (erat enim
tunc inſula ſeptuaginta paſſibus à
continente diuiſa *l*) quia ſuper affli-
ctione Ieruſalem exultarat, à Nabu-
chodonoſor euertendam prophetat;
regem Tyri ob ſuperbiam occiden-
dum; Iudæos verò reducendos in ter-
ram ſuam *m*. Die quinta menſis quarti,
Chaldæi irrumpunt exteriorem mu-
rum, & intrant vſque ad portam me-
diam *n*, quo viſo Sedecia nocte per
viam ſubterraneam fugit, & compre-

a c. 9.
b c. 10. vſque ad 19.
c c. 20.
d c. 20. 22. 23.
Sabbat. CXXIII.
e 4 Reg. 25. v. 1.
f Ierem. 21.
g c. 32. v. 2.
h c. 34.
i c. 37. 38. 39.
k Ezech. 26.
l Hieron. in Ezech. 26.
m Ezech. 27 28.
n Ierem. 39.

henſus in planitie Iericho, ducitur ad Na-
buchodonoſor in Reblatha, qui eum
de infidelitate & periurio obiurgat;
filios eius, Saraiam Pontificem, ac om-
nes nobiles Iuda coram ſe necat; de-
inde oculos ei eruit, & vinctum cate-
nis mittit Babylonem, vbi tandem in
carcere obiit. Et hic annus regis Se-
deciæ vndecimus, vltimúſque, eſt an-
nus primus triginta annorum deſtru-
ctionis ſeu ruinæ ciuitatis, de quibus
Eſdras meminit *n*. Die nono capitur
Ieruſalem cum ſtrage maximâ; nec
parcitur adoleſcenti, virgini, ſeni.
Menſe quinto, die ſeptima, Nabuzar-
dam Princeps exercitus combuſſit pa
latium regis, omnéſque domos Ieru-
ſalem: & die decimâ, Templum, cum
quo ſimul combuſti libri ſacri *o*, qui
paſſim in Scriptura citati, iam non
extant; nec poſteà ab Eſdra fuere re-
parati. Turres, muros, ædificia de
ſtruit; reſidua vaſa Templi cum trans-
fugis abducit in Babylonem; in quam
tribus vicibus ſubinde tranſlatæ ſunt
è Iuda animæ quatuor mille & ſexcen-
tæ *p*, relictis tamen aliquot pauperi-
bus ruſticis ad colendas terras, quibus
præfecit Godoliam *q*.
Ieremias, iuſſu Nabuchodonoſor,
è carcere eductus, optione ſibi data,
quò vellet abeundi, manet in Iudæa,
& impetrato Baruch ſibi ſocio, eius
operâ ſcribit epiſtolam *r* in vſum eo-
rum qui abducebantur captiui in Ba-
bylonem: alphabeto metrico lamen-
tatur ruinam Ieruſalem; myſticè *Chri-
ſti* paſſionem, mortem, &c. Godoliæ
commendatus habitat cum eo in Maſ-
pha; vbi Godolias Iudæos paſſim diſ-
perſos benignè recipit; ſed eum, ſep-
timo menſe, Iſmaël Iudæus proditoriè
occidit, fugítque ad Ammonitas: ob
eam necem reliquiæ Iudæorum ti-
mentes ſibi à Chaldæis *s*, conſulto per
Ieremiam ſpreto, tamen Dei oraculo,
fugiunt in Ægyptum; Ieremiam &
Baruch ſecum ire compellunt; habi-
tant iuxta vrbem Taphnis quæ & Ta-
nis; vbi Ieremias prædicit Ægyptiis
Nabuchodonoſor vaſtaturum Ægy-
ptum: cúmque Iudæos in idololatriam
lapſos arguere non deſiſteret *t*, ab eis
lapidatur *u*. Porrò Ieremias totâ vitâ
virgo perſeuerauit *x*, vt colligitur vel
ex illo quod illi dixit Deus, *non acci-
pies vxorem, & non erunt tibi filij & filiæ
in loco iſto y*; omnis etiam lethalis cul-
pæ expers fuit, *z* quod omnibus in vte-
ro ſanctificatis commune facit D.
Thomas *a*. Prophetias Ieremiæ diuer-
ſis temporibus editas, Scriba eius Ba-
ruch in vnum volumen collegit; ne-
glecto tamen ordine temporum *b*,
vt vel legenti patebit. Cæterùm Ie-
remiâ lapidibus obruto, Baruch in Ba-
bylonem prufugit, & ibi ſcribit li-
brum ſuum.
Anno 12. *c* tranſmigrationis (qui 3389
concurrit cum anno primo à ſuccenſa

n l. 4. c. 3. v. 29 & c. 9. v. 44.
o Adrich. pag. 245.
p Ierem. 52. v 30.
q 4. Reg. 25. Ierem 39.
r Habetur Baruch. c. 6.
s 4. Reg. 25. Ierem. 40. 41
t Ierem. 42. 43. 44.
u Martyr. Rom. 1. Maij.
x Ignatius epiſt. ad Philadelphos. & Hieron. contra Iouin.
y Ierem. 16. v. 2.
z Athanaſ. ſerm. 4. contra Arianos. Hier. Ambr. & alij.
a 3. p. q. 27. art. 6. ad 1.
b Ita ſacri Interpretes maximè verò Abulenſ. Toniel. Chriſtoph. à Caſtro. qui in Procemio ſuo exactam oraculorum Ieremiæ habet Chronotaxin.
c Ezech. 32. v. 1.

Anni Mundi

Ieruſalem; ſicque anni tranſmigra-
tionis ſunt vndecim ſuper annos de-
ſtructionis.) Ezechiel plangit caſum
Pharaonis à Nabuchodonoſor occi-
dendi: prædicit Idumæam vaſtandam;
Iudæos inſtar oſſium aridorum reui-
uiſcentium, in integrum reſtituendos,
ſub vno æternóque rege, ac vero Pa-
ſtore *Christo*. Multa vaticinatur de Gog
& Magog *a*. Sub hæc Baruch librum
ſuum vnà cum epiſtola, quam olim
ex ore Ieremiæ ſcripſerat, legit coram
Iechonia & Iudæis vniuerſis; inter
alia dicens: ob delicta ſua cum igno-
minia in captiuitatem actos, ſed cum
gloria Ieruſalem reducendos, ac per
Christum cum hominibus conuerſatu-
rum pleniùs redimendos, edocendos,
exaltandos. In annum 15. tranſmi-
grationis incidit Sabbaticus centeſi-
mus vigeſimus quartus.

a cap. 38. vſque à 39.

Sabbat. CXXIV.

3393 Anno 16. *b* tranſmigrationis, eó-
que quinto à ſuccenſa Ieruſalem, Ba-
ruch librum ſuum cum collectis pecu-
niis mittit ad Iudæos, qui aliò pro-
fugi redierant Ieruſalem, vbi in ruino-
ſis habitantes latitabant, monétque
vt in die ſolemni eum legant in area
Templi, oréntque pro Nabuchodono-
ſor & Baltaſſar filio eius. Eodē anno *c*
Nabuchodonoſor inuadit Cœleſy-
riam, Tyrum, Sidonem, Ammon,
Moab, Edom: In annum vero 22.
incidit Sabbaticus centeſimus vigeſi-
mus quintus. Per id temporis Nabu-
zardan ex reliquiis Iudæorum, qui
Ieroſolymis habitabant in ruinoſis,
transfert Babylonem animas ſeptin-
gentas quadraginta quinque.

b Baruch. 1. v. 2.

c Ioſeph. 10. Ant. c. 11.

Sabb. CXXV.

3402 Anno 25. *d* tranſmigrationis, eáh-
que 14. deſtructionis, die decimo
menſis, Ezechiel ſub figura ciuita-
tis, & Templi certà menſurà reæ-
dificandi ac glorià Dei replendi, vi-
det Eccleſiæ Dei ſacra Myſteria *e*.
Prophetauit autem Ezechiel ab anno
5. tranſmigrationis ac ſuæ deporta-
tionis in Babylonem *f* vſque ad an-
num 27. nempè per 22. annos, quo-
rum priores vndecim concurrunt cum
vndecim poſterioribus Ieremiæ pro-
phetantis in Iudæa: Et ſanè idem
eſt vtriuſque Prophetæ argumentum;
in hoc potiſſima varietas, quòd ea
quæ Ieremias clarè, & apertè Iudæis
Ieroſolymæ, eadem ipſis in Baby-
lonia Ezechiel ſub figuris & æni-
gmatibus proponit. Tandem ipſe
à Duce Iúdæorum quòd eum de cul-
tu idolorum argueret, per ſaxa rapta-
tus & excerebratus *g* equis diſtractus
eſt *h*.

d Ezech. 40.

e cap. 40. vſque ad 48.

f cap. 1. v. 2.

g Auctor operis imp. hom. 46. in Matth.

h Martyr. Rom. 4. Idus Aprilis. & Adrich. p. 246

i Ezech. 29. v. 17.

3404 Anno 27. *i* tranſmigrationis Na-
buchodonoſor accipit à Deô Ægy-
ptum in mercedem laboris quo ei
ſeruierat deuaſtando Tyrum, Sydo-
nem, aliáſque vrbes: & repertos
in Ægypto Iudæos partim occidit,
partim captiuos abducit Babylonē; in
quâ propagatâ iam ac cōpletâ Monar-
chiâ, triumphator reuerſus anno 2. *a*
regni ſui, (putà imperij iam completi,
at 36. eiuſdem cum patre inchoati, & 3406
29. tranſmigrationis) eóque Sabba-
tico centeſimo vigeſimo ſexto, vi-
det ſomnium ſtatuæ quadrimateria-
tæ, fitque eius immemor; quod ta-
men ſolus Daniel ei indicat, & in-
terpretatur de quatuor imperiis Chal-
dæorum, Perſarum, Græcorum, &
Romanorum, quibus ſuccedit *Christi*
regnum æternum; Ideóque præfici-
tur Babyloniæ cum tribus ſociis. Tum
Nabuchodonoſor ſtatuam ſuam au-
ream ab omnibus adorandam erigit,
quam ſociis Danielis Sidrach, Mi-
ſach, & Abdenago adorare renuen-
tes mittuntur in fornacem, ſed illæſi
educuntur; quo commotus Nabucho-
donoſor benedicit Deum Iſraël, &
edicto publico occidi iubet quiſquis
eum blaſphemauerit *b*. Eodem anno
videt ſomnium de excelſa arbore ſuc-
cidenda, quod ſolus Daniel inter-
pretatur de ſeptenni eius è regno
eiectione & habitatione cum beſtiis;
quod contigit anno ſequenti *c*, cùm 3416
rex præ ſuperbia verſus in amen-
tiam, è regno pulſus tanquam beſtia 3413
cum beſtiis ſyluas incolit ſeptem
annis *d*, in quorum penultimum in-
ciderat Sabbaticus centeſimus vige-
ſimus ſeptimus: tum precibus Da-
nielis menti & regno reſtitutus;
Deum cœli glorificat: eóque anno
moritur, vt opinio eſt *e*, timens ac 3414
colens Deum.

a Dan. 2.

Sabbat. CXXVI.

b Dan. 3. Vide Obſeruat. LXXXVI. De ſtatua aurea Nabuchodonoſor, & tribus pueris à fornace liberatis.

c Dan. 4. v. 26.

d v. 31. Vide Obſeruat. LXXXVII. De Nabuchodonoſor dementato, & cum beſtiis per ſeptennium victitante.

Sabbat. CXXVII.

e Pererius in Dan.

Nabuchodonoſor defuncto, ſucce-
dit filius Baltaſſar *f* qui & Merodach *g*
& Euil-Merodach *h*, hic timens ne
pater ſuus reuiuiſceret, ſicut de
amentia ad mentem redierat, fecit
corpus eius in trecentas partes diui-
di, & à totidem vulturibus *i* co-
medi, vt Iſaias videtur prædixiſ-
ſe *k*. Moxque eduxit Iechoniam de
carcere, & extulit ſuper omnes Prin-
cipes Babylonis *l*.

f Dan 8. v. 1.

g Ierem. 50.

h 4. Reg. vlt. v. 27.

i Adrich. pag. 246.

k c. 14 v. 11.

l 4. Reg. vlt. v. 27. Ierem. vlt. v. 31.

m Dan 7. v. 1.

Anno primo *m* Baltaſſar, videt 3415
Daniel in ſomno quatuor beſtias aſ-
cendentes de mari primam quaſi leæ-
nam, ſecundam ſimilem vrſo, tertiam
quaſi pardum, quartam terribilem at-
que mirabilem & fortem nimis, &
hæc comedens erat atque commi-
nuens & reliquas, pedibus ſuis con-
culcans; hæc habebat cornua decem,
de quorum medio, cornu aliud par-
uulum ortum eſt. Quæ beſtiæ deſi-
gnabant quatuor regna Chaldæorum,
Perſarum, Græcorum, & Romanorum,
ipſúmque Antichriſtum inde oritu-
rum, quem filius hominis diſperdet,
& regnabit in æternum. Scopus Da-
nielis eſt regnum *Christi* deſcribere,
idque ſolum æternum futurum aſſere-
re, cætera verò omnia peritura.

Sub id temporis contigiſſe videtur
hiſtoria Beli & Draconis, cuius ſumma
hæc eſt. Cùm rex Babylonis adoraret

Anni Mundi

Vide l.2.tr.7 part.2.art. 16 De Dracone Babyloniorum.

Bel idolum, Daniel commenſalis regis detegit ei dnlum ſeptuaginta ſacerdotum Bel, qui cum vxoribus & liberis quntidie appoſitos idolo cibos deuorabant, eiúſque conſenſu, idolum Bel ac Templum deſtruit, & draconem quem colebant Babylonij, iniectâ in os eius maſsâ ex pice, adipe, & pilis confectâ interfi cit, quare, inſtantibus Babyloniis, mittitur in lacum ſeptem Leonum, inter quos, etſi famelicos, à Deo ſeruatur diebus ſex, ab Habacuc Propheta illuc per Angelum è Iudæa deportato paſcitur die ſeptimo, vnde rex videns Danielem illæſum ſedere inter Leones, ipſo educto, coniecit eius aduerſarios, quibus mox deuoratis, iubet omnes timere Deum Danielis *a*.

a Dan.14.
b c.8.v.1.

3417 Anno 3. *b* eóque vltimo Baltaſſar, Daniel videt hircum pugnare contra arietem, ipsúmque deuincere; deinde cornu modicum ex hirco prognatum, multam in populum templúmque Dei exercere tyrannidem, audítque ab Angelo Gabriele ita regem Perſarum, nempè Darium Codomanum olim vincendum à rege Græcorum, nempè ab Alexandro magno; ex eóque oriturum regem impudentem, nempè Antiochum Epiphanem, figuram Antichriſti, qui ſanctos interficiet; templum violabit; cultum Dei abolebit; ac tandem ſine manibus conteretur.

Eodem anno, Cyrus Perſarum rex, iunctis viribus cum auunculo ſuo Dario Medorum rege, obſeſſam Babylonem capit, dum Balthaſſar, vrbis munitione fretus, vacat conuiuiis, bibit in vaſis Templi Domini; videtque manum ſcribentem in pariete: *Mane*, *Thecel*, *Phares*, quam ſcripturam ſolus Daniel perturbato regi interpretatur; prædicens eum mox regno deturbandum, quod à Deo Medis & Perſis datum ſit *c*. Ipsâ enim nocte, Perſæ & Medi fluxu Euphratis aliò ducto *d*, per alueum Babylonem ingreſſi, regem Balthaſſar, populúmque interficiunt; vrbem deſtruunt *e*; & imperium Chaldæorum, cùm ſteriſſet ſeptuaginta annos ab exciſa Niniue, in Perſas transferunt, anno Periodi Iulianæ 4183. & ante *Chriſtum* natum 531.

Anni Mundi

c c. 5t

d Adrich. p.247.
e Ierem 51.

Occupatâ Babylone, non ſolùm Chaldæi, ſcꝫ ipſi Iudæi qui illis iamdudum ſeruierant; ceſſerunt in prædam Dario, & Cyro; inter quos Daniel, qui aliquot horas ante captam vrbem, tertius in regno Babylonico à Balthaſſar declaratus fuerat, ita placuit Dario, vt pari eum poteſtate apud ſe eſſe voluerit, quam Balthaſſar ei anteà detulerat. Tunc Daniel intelligens ex libro Ieremiæ *f* inſtare terminum ſeptuaginta annorum deſolationis ſeu captiuitatis Babylonicæ, orat Deum vt promiſſa ſua complere dignetur, auditque ab Angelo Gabriele orationem ſuam exauditam; & quando vera libertas *Chriſtus* venturus eſſet, nempe ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Ieruſalem ſeptuaginta Hebdomadas annorum (id eſt annos 490. vnaquæque enim earum, ſcripturæ Phraſi, ſeptem annos continet) à Deo definitas; quarum ſexageſima nona *Chriſtus Sanctus Sanctorum* in ſuo baptiſmate cœlitus à Deo Patre per Spiritum Sanctum vngeretur Dux ac Doctor fidelium; confirmaret pactum ſuum, & legem Euangelicam multis doctrinis ac miraculis: & in medio einſdem Hebdomadæ occideretur; deficeret hoſtia & ſacrificium, & populus qui *Chriſtum* negaturus erat abiiceretur. Tuncque [*Suſcitauit Dominus ſpiritum Cyri Regis Perſarum*] qui ipſo initio Monarchiæ ſuæ ſoluit captiuitatem Iudæorum.

f c.25.v.12. & c.30.v.18 & ſeqq.

HISTORIA SACRA,

SEXTA MVNDI ÆTATE,

excurrens ab initio Monarchiæ Perſarum a ad Chriſtum natum,

Continet annos 530. *b*

a Monarchia Perſarum cœpit anno Periodi Iulianæ 4184. ante Chriſtum 530. De ea Vide lib. 2. tr. 3. art. 2.
b Vide Obſeruat. LXXXVIII. quomodo ſexta mundi ætas contineat annos 530.

3418 CYRVS edicto per totum regnum ſuum promulgato, anno 1. ſuæ Monarchiæ; remiſit in Iudæam quotquot exire vellent; eiſque præcepit vt regiis impenſis ædificent ibi Templum Deo Iſraël, reddens eis quinque millia & quinquaginta vaſa aurea & argentea, quæ olim abſtulerat Nabuchodonoſor *a* è Templo Salomonis: redeuntium numerus erat ferè quinquaginta millium *b*, qui Duce Zorobabel filio Salathiel, annos nato 17. *c* & Summo Sacerdote Ieſu, ſeu Ioſue filio Ioſedech, in Iudæam ac ruinas Ieruſalem reuerſi ſunt.

a Eſdræ 1.
b c. 2. v. 64. 65.
c Ex Philone Anaij in Breuiario Non me latet, Philonis hoc Breuiarium ſuppoſititium credi à nonnullis, & Anniũ qui illud exhibuit, impoſturæ inſimulari, Hũc tamẽ Auctorem Sixtus Senenſis in ſua Bibliotheca valdè commendat, & Adrichomius aliiſq; eum citant. Patiatur ergò Lector beneuolus, vt iſto quoque Auctore nõnumquam vtar, & ex eo (ſaltem defectu fide dignioris) repetam annos Ducum Iuda à Zorobabele vſque ad Iannem; maximè verò, quia hos Duces in ſacra Chriſti genealogia recenſet D. Lucas, illiúſque Breuiarij calculus ab Euſebij Chronico, Æriſque in quas penè omnes cõſentiũt, haud deerrat.
d Dan. 6.
e c. 9. v. 1.

Inter hæc, cùm Cyrus Babylone ſubſtitiſſet, Darius abiit in Mediam, & Danielem ſecum adductum in magno honore habuit. Cùm enim centum & viginti Satrapas conſtituiſſet in regno ſuo, tres eis præfecit Principes, quibus illi rationem redderent; inter hos eminebat Daniel; quem Diuino ſpiritu plenum obſeruans Darius [*cogitabat conſtituere eum ſuper omne regnum*;] vt ipſe vnus proximus eſſet à rege, vt olim Ioſeph in Ægypto: hinc inuidia Satraparum ita exarſit in Danielem, vt eum apud regem accuſarent, quòd contra eiuſdem edictum ter quotidiè Deum cæli oraret; renitente licèt rege, proiicitur in lacum Leonum, aduolutóque lapide, os lacus regio annulo obſignatur. Rex incænatus & inſomnis poſtridiè primo diluculo Danielem à Deo ſeruatum, & à Leonibus illæſum reperiens; eo educto accuſatores eius iniicit, quibus ſubito deuoratis, publico per totum regnum edicto, Deum Danielis timendum prædicat *d*.

Eodem anno 1. *e* Cyri ac Darij, Iudæi è Babylone in ruinas Ieruſalem reuerſi, ſtatim in loco Templi ædificant ſub dio altare holocauſti, ſuper quo cœperunt à prima die menſis ſeptimi, ac quotidiè deinceps iuxta legem offerre ſacrificia, & feſta celebrare; materiam præparantes ad ædificandum nouum Templum, quod anno 2. *f* ſui reditus fundant; 3419
laudántque Dominum cum gaudio ac fletu plurimorum, qui priſtinum Templum viderant *g*. Mox Samaritæ cùm ſimul ædificare non admitterentur, aſſiduis inſultibus ædificationem impediunt toto tempore Cyri.

f 1. Eſdr. 3 v. 8.
g c. 3.

Cæterùm cùm Darius anno ſuo climacterico 63. è viuis exceſſiſſet, ſolíque iam Cyro totum ſubeſſet Imperium, Daniel anno 3. *h* eiuſdem 3420
Cyri; eóque Sabbatico centeſimo vigeſimo octauo, poſt luctum, ieiunium, & orationem trium Hebdomadum, videt vigeſima quarta die menſis primi iuxta fluuium Tygrim virum lineis veſtitum, à quo confortatus edocetur de Michaële Principe Synagogæ, de variis bellis inter reges Perſarum & Græcorum, & inter reges Auſtri, id eſt Ægypti, & Aquilonis, id eſt Syriæ; de Antiocho Epiphane eiúſque antitypo Antichriſto, qui ſub finem mundi, Chriſtianos mille ducentos nonaginta per dies, id eſt tres annos & dimidium miſerè affliget; & de extremo iudicio *i*.

h Dan. 10. v. 1. Sabbat. CXXVIII.

Cyro à Scythis occiſo, Samaritæ 3421
ſcribunt ad Cambyſem (qui & Aſſuerus & Artaxerxes *k*) eius ſucceſſorem, quòd Iudæi ciuitatem rebellem ædificarent; quibus rex nimiùm credulus prohibet opus: & exinde vnuſquiſque rem ſuam curauit, neglecto templo; Zorobabel tamen & Ioſuë Babylonem reuertuntur, tempus opportunum expectantes quo concedatur eis repetere Templi fabricam; Intereà anno 4. regni Cambyſis ſolius regnantis, occurrit Iubilæus decimus octauus; & anno 6. *l* obiit Camby- 3426
ſes, cui ſucceſſit Darius Hiſtaſpis filius, In cuius annum primum, incidit Sabbaticus centeſimus vigeſimus nonus.

i Dan. 10. 11. 12.
k Eſd. 4. v. 6. 7. & Ioſeph. l. 11. Antiq. c. 2. Artaxerxis enim & Aſſueri nomina, Regibus Perſarum & Medorum erant communia.
Iubil. XVIII
l Euſeb. in Chron. Vide l. 2. tr. 3 art. 2 Sabbat. CXXIX.

Anno 2. *m* Darij Hiſtaſpis Zorobabel & Ioſuë repetendæ Templi fabricæ facultatem ab ipſo impetrant. 3428

m 1. Eſdr 4. v. vlt.

Anni Mundi

Hic enim cum fratre ſuo de impetio dimicans, monitu Zorobabelis amici ſui, vouet Deo cœli, ſi victoria potiretur, ædificaturum ſe Templum Domini in Ieruſalem *a*; quâ poritus, fecit cænam magnam omnibus præfectis ſuis Prouinciarum centum viginti ſeptem: eóque poſt cœnam dormiente, tres corporis eius cuſtodes quæſtionem mouent quidnam ſit fortius? primus ſcripſit forte eſt vinum, ſecundus fortior eſt rex; tertius qui eſt Zorobabel, fortiores ſunt mulieres, ſuper omnia autem vincit veritas: ac poſteà coram rege, eiúſque conſiliariis, quilibet eorum pro ſuo diſſeruit Symbolo: datâ verò veritati & Zerobabeli palmâ: Darius ab eo voti ſui opportunè admonitus, permittit ei ac ſociis eius redire ac perficere Templum Domini in Ieruſalem; redditque reſidua vaſa ſacra; ſcribens inſuper Præfectis Syriæ & Phœnicis, vt Iudæi liberi ſint à Tributo; ac de Tributis regiis dentur impenſæ in fabricam Templi & Ieruſalem *b*.

Philo in ... reu.

3. Eſdr. 3. 4.

Zorobabel ergo dux Iuda, & Ieſus Pontifex in Iudæam reuerſi, inueniunt populum, graui penuriâ in pœnam neglecti Templi, laborantem. Túncque eodem anno 2. *c* Darij, Aggæus & Zacharias prophetant in Iudæa hortantes populum ad ædificationem Templi. Aggæus increpat Iudæos, quòd neglecto Templo, propria ædificia curarent: ideóque ſterilitatem à Deo eis immiſſam: promittit maiorem futuram gloriam Templi huius nouiſſimi quàm fuerit prioris, eò quòd Chriſtus olim ſuâ præſentiâ, doctrinâ, miraculis, illud glorificaturus ſit. Tum 24. die menſis ſexti reperunt ædificationem templi, quod ex quadratis lapidibus & lignis imputribilibus annis 46. inſtauratum *d* eſt. Aggæus promittit eis frugum abundantiam, & *Chriſtum* de ſtirpe Zorobabel naſciturum. Die 24. menſis octaui audit Zacharias Sanctum Michaëlem orantem pro Ieruſalem & Iuda, vidétque ſub typo Ieſu Pontificis priùs veſtibus ſordidis, ac poſteà niridis & ſplendidis induti; *Chriſtum* poſt ignominiam gloriâ coronandum *e*.

Agg. 1 v. 1. ... ach. 1. v. 1. ... 1. Eſdr. 5. 1 ... de l. 3. art. ... ſect. 11. de ... gæo & Za... aria.

... Ioan. 2. ... 1.

... Zachar. 3. ... 1. &c.

Rurſus Samaritæ Templi ædificationem impedire nituntur, ſcriptâ ad Darium epiſtolâ, qui reperto in bibliotheca Cyri decreto *f* de templo exſtruendo, mandat opus cœptum ſumptibus regiis compleri, ac pro ſe quotidiè ſacrificium offerri Deo cœli; impedientes verò ſuſpendi; ſicque inſtanter ædificant. Interímque an-
3430 no 4. *g* Darij, quarta die menſis noni, Zacharias monet Iudæos facere iudicium & miſericordiam: vaticinatur *Chriſtum* regem ſuper aſinum ingreſſurum Ieruſalem, vendendum 30. argenteis, perfoſſis manibus cruci affigendum, aliáque de *Chriſti* nece, Gentium vocatione, diſperſione Iudæorum; de Antichriſto, & extremo iudicio.

... Eſdr. 5. ... &c.

... Zach. 7. ... &c.

Anni Mundi

Anno ſexto *h* Darij, die 3. menſis 3432
12. conſummatur Templum, & dedicatur Et per id temporis Malachias *i* Prophetarum vltimus increpat Iudæos, quòd vitioſas hoſtias offerrent, eorumque ob id ſacrificia reprobanda. Gentium verò oblationem mundam, quæ in omni loco ſacrificaretur, Deo gratam fore. Prædicítque Ioannem Baptiſtam præcurſorem primi aduentus Chriſti, Eliam poſtremi.

h 1 Eſdr. 6. v. 15.

i Vide l. 3. art. 4 ſect. 11 de Malachia.

Sub Dario Hiſtaſpe volunt aliqui *k* contigiſſe hiſtoriam Eſter, in qua Darius paſſim vocatur Aſſuerus, & ſemel Artaxerxes *l*; quæ nomina regibus Perſarum & Medorum erant communia. Summa hiſtoriæ hæc eſt. Anno ſecundo Aſſueri *m*, Mardochæus Iudæus olim tranſlatus in Babylonem cum Iechonia rege Iuda, vidit in ſomnis fontem paruum creſcere in fluuium, lucem, & ſolem; quo ſignificabatur humilem Eſter exaltandam. Anno 3. *n* imperij ſui Aſſuerus fecit grande conuiuium in Suſan regiâ ſuâ, in quo reginam Vaſthi accerſit, & venire dedignantem repudiat. Deinde ex multis virginibus ſibi adductis, Eſther Iudæam (genere tamen eius ignoto) neptem & alumnam Mardochæi, loco Vaſthi deligit, coronat, celebrátque nuptias anno 7. Porrò Mardochæus de Eſter ſollicitus, & ad oſtium Palatij obſeruans duos Eunuchos Bagathan & Thares vitæ regis inſidiantes aduertit, prodítque, quibus, re comperta, ſuſpenſis, factum Mardochæi Annalibus inſcribitur *o*.

k Lyran. Feuardent. & alij, in libr. Eſther.
l Eſter. 6.

m c. 11. v. 2.

n c. 1. v. 3.

Anno 12. *p* menſe 1. Aman de ſtirpe Agag (illius ſcilicet quem occidit Samuel *q*) ſecundus à rege, indignatus quòd ſolus Mardochæus Iudæus ipſum adoraret nolit: omnium Iudæorum exterminium, necémque ab Aſſuero impetrat, mittitque litteras annulo regio obſignatas ad vniuerſas 127. Prouincias imperij ſui, vt omnes Iudæi vtriuſque ſexus, decima tertia die menſis duodecimi, quæ miſsâ ſorte exierat, occiderentur. Cúmque ſtatim in Suſan pependiſſet edictum *r*; Eſter vt, iuſſu Mardochæi, Iudæorum neci, occurrat, etiam inuocata ad regem ingrediatur; iubet vt triduo omnes Iudæi pro ſe ieiunent, oréntque *s*; quod & ipſa ſimiliter faceret. Die ergò tertia ad regem ingreſſa, rogat eum, vt ipſe cum Aman ad ſuum veniat conuiuium, in quo à rege iam exhilarato de ſua petitione interrogata, rurſus vtrumque inuitat in ſequentem diem: Egreſſus autem è priori conuiuio Aman, viſo Mardochæo ſibi non aſſurgente, pa-

o Eſter. 2.
p c. 3. v. 7.

q 1. Reg. 15. v. 32. 33.

r Eſter. 3.

s c. 4.

Anni Mundi

rat illi crucem in domo ſua *a*: réxque
eà nocte inſomnis iubet annales ſi-
bi legi, audienſque fidelitatem Mar-
dochæi in detectis Eunuchorum inſi-
diis, mane iubet ipſum velut ſe-
cundum à rege per Amam honora-
ri *a*. Eſther verò in poſteriori conui-
nio, regem pro ſua & populi ſui vi-
ta precatur; & Aman, Iudæorum ho-
ſtem palam accuſat, quem mox rex
iubet ſuſpendi in cruce quam ipſe pa-
rauerat Mardochæo *b*. Tum ipſo Mar-
dochæo in locum Aman exaltato,
Eſther, conſenſu ac nomine regis,
veteres eiuſdem Aman litteras nouis
irritat: Iudæis ſecuritatem præbet
ac poteſtatem, vt eâdem die decima
tertia Adar, ipſi vice verſâ, occidant
omnes hoſtes ſuos: illa itaque die
ſuſpendunt decem filios Aman, paſ-
ſímque trucidant ſeptuaginta quin-
que millia. Conſtituítque Mardo-
chæos diem Phurim, id eſt ſortium,
annuatim celebrandum *c*; vixítque
annos 198. *d* Porrò anno 8. eiuſdem
Aſſueri, ſeu Darij Hiſtaſpis, iniit Sab-
baticus centeſimus trigeſimus: & 15.
centeſimus trigeſimus primus: & 22.
centeſimus trigeſimus ſecundus:
& 29. centeſimus trigeſimus ter-
tius.

Variæ fuerunt his temporibus Per-
ſarum in Græcos expeditiones, ex
hiſtoria prophana repetendæ. Perſi-
cum hoc bellum inchoauit Darius
3462 Hiſtaſpis vario marte, ac tandem
profligatus eſt; cùm regnaſſet annis
36. *e* quorum vltimo occurrit Sab-
baticus centeſimus trigeſimus quar-
tus.

Succedit Xerxes eius filius, cuius
anno 7. iniit Sabbaticus centeſimus
trigeſimus quintus: & 12. Iubilæus
decimus nonus. Hic filio ſuo Arta-
3475 xerxe Longimano in collegam impe-
rij priùs aſſumpto circa annum re-
gni ſui 13. (qui fuit primus eiuſ-
dem Longimani Patri ſuo corre-
gnantis) cum immenſo exercitu
3317920. hominum traiiciens Hel-
leſpontum, mouit in Græcos, ſed
& ipſe terrâ, maríque victus, fu-
git *f*. Anno eiuſdem 14. obiit Zo-
robabel primus Dux Iuda, cùm præ-
fuiſſet annis 58. eodémque anno oc-
3481 currit Sabbaticus centeſimus trigeſi-
mus ſextus. Cúmque Xerxes regnaſ-
ſet annis 19. *g* obiit.

Poſteà ſolus imperauit filius Arta-
xerxes Longimanus, cuius anno x.
3488 iniit Sabbaticus centeſimus trigeſi-
mus ſeptimus. Et anno 7. *h* Eſdras
Sacerdos & Scriba legis Dei doctiſ-
ſimus (qui libros veteris Teſtamenti
à Chaldæis exuſtos reparauit *i*; & ne
Samaritanis miſcerentur, nouis eos
characteribus conſcripſit) de Baby-
lone Ieroſolymam aſcenſurus vt po-
pulum inſtrueret, impetratis à rege
litteris magnæ libertatis ac poten-

a c. 5.
a c. 7.
b c. 7.
c c. 8. 9
d Adrich. ex Phil. p. 251.
Sabbat. CXXX. CXXXI. CXXXII. & CXXXIII.
e Euſeb. in Chron. Sabbat. CXXXIV. Sabbat. CXXXV. Iubil. XIX.
f Herodotus Sabbat. CXXXVI.
g Euſeb. in Chron. Sabbat. CXXXVII.
h 1. Eſdr. 7. v. 7. 8. 9.
i Vide l. 3. art. 5. Quomodo libri ſacri à Chaldæis cum Templo combuſti, reparati ſint ab Eſdra: veraque In-

tiæ, doníſque plurimis, cum ſociis
mille ſexcentis ſeptuaginta quinque,
die prima menſis quinti, venit Ieru-
ſalem, vbi die quarto, vaſa ac dona
ſecum allata in Templo Sacerdotibus
tradit *k*. Et menſe nono cùm audiſſet
Eſdras multos Iudæorum duxiſſe mu-
lieres alienigenas, indignatus euel-
lit ſibi pilos capitis & barbæ; orat;
mouet populum ad pœnitentiam;
vxores alienigenas cum liberis re-
pudiare *l* facit. Anno 9. iniit Sab-
baticus centeſimus trigeſimus octa-
uus.

3494 Anno 15. Longimani (eo tamen
20. *m* ex quo Patri corregnauerat, quo
calculo vtitur ſecundus liber Eſdræ)
Nehemias Iudæus pincerna regis im-
petrat ab eo conſenſum & litteras
eundi & reædificandi vrbem Ieruſa-
lem. Et quinta die menſis quinti, cæ-
pit ædificare muros, portas, & tur-
res Ieruſalem; adiuuantibus eum Elia-
ſib ſummo Pontifice, & Reſa Duce
populi, aliíſque pluribus, qui ob
varios hoſtium inſultus, armati ac-
cingunt ſe operi; quod, Deo proſ-
perante, intra dies 52. complent.
Deinceps Iudæi iuxta legem cele-
brant feſtum Tabernaculorum, Pal-
marum, & Collectæ; Eſdrâ ſingulis
diebus legente in libro legis. Et die
vigeſima quarta eiuſdem menſis ſep-
timi *n*, fœdus cum Deo percutiunt,
iurant, ac ſubſignant ſeruaturos ſe
legem Dei, feſta, annum ſeptimum
ſeu Sabbaticum, & alia *o*. Tum Ne-
hemias conuocatis vndique Sacer-
dotibus ac Leuitis magnificè cele-
brat dedicationem muri Ieruſalem
cum Canticis *p* & victimis, igne de
cœlo dato abſumptis *q*, tegítque ibi
populum.

Hinc ritè inchoari poſſunt ſep-
tuaginta Hebdomades Danielis *r*,
ſeu anni quadringenti & nonagin-
ta, vnaquaque illarum, Scripturæ
phraſi, ſeptem annos complecten-
te; adeò vt prima Hebdomas, pri-
muſue eiuſdem annus inierit, anno
illo Artaxerxis Longimani ſolius re-
gnantis 15. ſiue quod idem eſt, ex
quo cum Patre regnare cæperat, an-
no 20. eóque Periodi Iulianæ 4260.
& Mundi, iuxta calculum noſtrum
3494. & ante Chriſtum 454. Iniit 3494
autem ipſo initio menſis ſeptimi
Thiſri (is enim erat primus menſis
anni ciuilis, etſi ſeptimus eſſet an-
ni) cæpítque præcisè cum anno
quarto Sabbatici centeſimi trigeſi-
mi, octaui, ac deinceps primus an-
nus cuiuſuis Hebdomadæ Danielis
incipiet cum quarto Sabbatici ſe-
quentis, quartus verò eiuſdem Heb-
domadæ cum eodem Sabbatico con
curret, ſicque quilibet annus quar-
tus cuiuſque Hebdomadæ Sabbati-
cus erit, ipſam Hebdomadam (ſi ſo-
lum eius initium ſpectes) excedens

Ann Mundi

dæorum Rabala ſcripta mandata.
k 1. Eſdr. 7. & 8 & l. 3. cap. 8.
l 1. Eſdr 9. & 10. & l. 3. Sabbat. CXXXVIII.
m 2. Eſdr. 2 v. 1.
n c. 8. v. 1. & 9. v. 1.
o c. 9. & 10.
p 1. Eſdr. 3. v. 12.
q 2 Machab. 1. v. 22.
r Vide Obſeruat. LXXXIX. Quando cæperint, finierintque ſeptuaginta Hebdomades Danielis

Anni Mundi

centies trigeſies nouies. Adeóque primæ illius Hebdomadæ Danielis anno quarto, eóque Longimani ſolius regnantis anno 16. occurrit Sabbaticus centeſimus trigeſimus nonus: & anno 20. iniit Hebdomas ſecunda Danielis & 23. Sabbaticus centeſimus quadrageſimus: & 26. Hebdomas tertia: & 30. Sabbaticus centeſimus quadrageſimus primus.

3513 Anno 32. *a* Artaxerxis Longimani, Nehemias hucuſque in Iudæa commoratus, redit ad regem, ſicut ei promiſerat; ac paulò pòſt, eiuſdem conſenſu, in eandem reuerſus, quædam mala, eo abſente, ſubotta, corrigit; ibíque ſcripto libro eorum quæ geſſit, longæuus obiit. Anno 34. eiuſdem Artaxerxis cæpit Hebdomas quarta Danielis: & 37. Sabbaticus centeſimus quadrageſimus ſecundus. Cúmque ipſe regnaſ-
3521 ſet ſolus annis 40. *b* obiit. Poſt quem Xerxes II. præeſt duobus menſibus,
3522 & Sogdianus octo ambo ſimul vno circiter anno *c*, quo cæpit Hebdomas quinta Danielis. Sogdiano ſucceſſit Darius Nothus eius filius, cuius anno 2. occurrit Iubilæus vigeſimus: & 3. Sabbaticus centeſimus quadrageſimus tertius: & 7. Hebdomas Sexta Danielis: & 10. Sabbaticus centeſimus quadrageſimus quartus: & 14. Hebdomas ſeptima: & 17. Sabbaticus centeſimus quadrageſimus quintus. Cúmque Darius No-
3541 thus regnaſſet annis 19. *d* obiit.

Dario Notho ſuccedit Artaxerxes Memnon eius filius, cuius anno 1. Reſa ſecundus Ducum Iuda obiit, cùm præfuiſſet annis 66. *e* & anno 2. cæpit Hebdomas octaua Danielis: & 5. Sabbaticus centeſimus quadrageſimus ſextus: & 9. Hebdomas nona: & 12. Sabbaticus centeſimus quadrageſimus ſeptimus: & 16. Hebdomas decima: & 19. Sabbaticus centeſimus quadrageſimus octauus: & 23. Hebdomas vndecima: & 26. Sabbaticus centeſimus quadrageſimus nonus: & 30. Hebdomas duodecima: & 33. Sabbaticus centeſimus quinquageſimus, qui & ipſe Iubilæus erat vigeſimus primus: & 37. Hebdomas de-
3581 cima tertia: & 40. Sabbaticus centeſimus quinquageſimus primus, quo & Memnon Artaxerxes obiit, cùm regnaſſet 40. *f* annis.

Succedit ei Artaxerxes Ochus, cuius anno 4. iniit Hebdomas decima quarta Danielis: & 7. Sabbaticus centeſimus quinquageſimus ſecundus: & 11. Hebdomas decima quinta: & 14. Sabbaticus centeſimus quinquageſimus tertius; quo & Ioanna tertius Ducum Iuda obiit; cùm præfuiſ-
3595 ſet annis 33. *g*

Per id temporis Manaſſes frater Iaddi Pontificis Iudæorum ab altari pulſus, eò quòd alienigenam duxerat vxorem, filiam nempè Sanaballath Satrapæ Samariæ; adiit ſocerum, & contra legem extruit in monte Garizim Templum ſchiſmaticum, Ieroſolymitano ſimile, cuiúſque Pontifex conſtituitur *h*: & ad hoc ſchiſma alludit Samaritana loquens cum Chriſto. *i*

Sabbat. CXXXIX. Hebd. II. Dan. Sabb. CXL. Hebd. III. Dan. Sabb. CXLI.
a 2. Eſd. 13. v. 6.
Hebd. IV. Danielis. Sabbat. CXLII. *b* Euſeb. in Chron.
c Idem ib. Hebd. V. Iubil. XX. Sabbat. CXLIII. Hebd. VI. Danielis. Sabbat. CXLIV. Hebd. VII. Danielis. Sabbat. CXLV.
d Euſeb. in Chron.
e Philo in Breu. Hebd. VIII. Danielis. Sabbat. CXLVI. Hebd. IX. Sabbat. CXLVII. Hebd. X. Sabbat. CXLVIII. Hebd. XI. Sabbat. CXLIX. Hebd. XII. Sabbat. CL Iubil. XXI Hebd. XIII Sabbat. CLI. *f* Euſeb. in Chron. Hebd. XIV. Sabb. CLII. Hebd. XV. Sabbat. CLIII.
g Philo in Breui.

Anno Artaxerxis Ochi 18. iniit Hebdomas Danielis decima ſexta: & 21. Sabbaticus centeſimus quinquageſimus quartus: & 25. Hebdomas decima ſeptima. Et anno ſequenti obiit Ochus, cùm regnaſſet annis 26. *k* cui ſucceſſit Arſames filius, cu- 3607
ius anno 2. occurrit Sabbaticus centeſimus quinquageſimus quintus: obiitque Iuda quartus Ducum Iuda, cùm præfuiſſet annis *l* 14. Cúmque 3609
Arſames regnaſſet annis 4. *m* ſucce- 3611
dit ei Darius Codomannus eiuſdem filius, vltimuſque Perſarum Monarcha.

Interim Alexander Macedonum rex mouens in Perſas, captâ iam Damaſco, ac Sidone, Tyrum oppugnat, ſcripſitque ad Iaddum Summum Pontificem litteris petit auxilium *n*; Pontifice id recuſante, eò quòd Dario regi Perſarum fidei iuramento adſtrictus eſſet: Iratus Alexander, captâ mox Tyro, properat ad expugnandam Ieruſalem. At Pontifex indictâ populo ſupplicatione; Dei iuſſu, inductos ornamentis Pontificalibus, cum Sacerdotibus & populo in veſtibus albis obuiam procedit Alexandro; qui eo viſo, mox deſilit ex equo, pronúſque adorat Dei Pontificem, noménque veneratur, Obſtupeſcentibus ob id ſuis Principibus, reſpondet Deum hoc ipſo habitu ſibi apparuiſſe, cùm adhuc eſſet in Macedonia, & promiſiſſe Perſarum imperium. Ingreſſus autem Ieroſolymam, ac Templum; immolat victimas: oſtenſóque ſibi Danielis libro in quo Græcorum quemdam Perſas debellaturum ſignificatur *o*, hunc ipſum ſe eſſe interpretatus eſt: Iudæiſque magna priuilegia, tributorúmque immunitatem conceſſit. Et hinc mouet in Ægyptum, dum anno 2. Darij iniit Hebdomas Danielis decima octaua: & 5. Sabbaticus 3616
centeſimus decimus ſextus. Quo & obiit Ioſeph quintus Ducum Iuda, cum præfuiſſet annis 7.

Subactâ Ægypto, Alexander properat in Perſas; & Dario Codoman-
no anno 6. *p* regni eius; & ineun- 3617
te Hebdomade Danielis decimâ nonâ, victo & occiſo; Perſarum, Medorúmque Monarchiam *q*; cùm ſtetiſſet annis ducentis tranſtulit ad Græcos.

Alexander Macedo, cognomine Magnus, Græcorum *r* Monarchiam inchoat, anno Periodi Iulianæ 4384. ante Chriſtum 330. 3618

h Vt refert Adrichom. *i* Ioan. 4. v. 20. Hebd. XVI. Sabbat. CLIV. Hebd. XVII. *k* Euſeb. in Chron. Sabb. CLV.
l Philo in Breu. *m* Euſeb. in Chron.
n Ioſeph. 11. Antiq. 8.
o Dan. 8. v. 21.
Hebdom. XVIII. Dan. Sabbat. CLVI. Philo in Breu.
p Euſeb. in Chron. *q* 1. Mach. 1.
r Vide lib. 2. tr 3 art. 3. de Græcorum Monarchia Hebd. Dan. XIX. Sabb. CLVII.

eius

Anni Mundi

eius anno 3. iniit Hebdomas Danielis decima nona: & anno 6. Sabbaticus centeſimus quinquageſimus ſeptimus. Dicitur regnaſſe libro 1. Machabæorum a, annis duodecim: at ex his ſex tantùm integris, cæſo Dario, Imperator in ſummo faſtigio ſuperuixit. Et ſeptimo inchoato, eóque Periodi, Iulianæ 4390. quo & iniit Iubilæus
3624 vigeſimus ſecundus, Babylone veneno intoxicatus b anno ætatis ſuæ trigeſimo ſecundo c. Monarchiam quadripartitam diuiſit pueris ſuis d nobilibus. Alexandro, ſuo ex Rhoxane filio adhuc puero dedit Macedoniam: Antigono Aſiam minorem, ſeu Natoliam: Seleuco Aſiam maiorem ſeu Syriam, & Babyloniam: Ptolomæo Lagi filio, Ægyptum.

a v. 8

b Diodorus Siculus & Arrian. lib. 8. ex Ariſtobulo qui fuit Alexandri coæuus.

c Euſeb. in Chron. & Chronicô Alexandrin.

d Dan. 8. v. 21.22.

Ex his regnis Macedonia ſubinde impugnata, & ab Epirotarum regibus bis occupata; tandémque Perſeo vltimo Macedonum rege per Paulum Æmilium debellato, in Prouinciam redacta, à Romanis Præſidem accepit, anno Periodi Iulianæ 4546. ante *Chriſtum* 168. & ab orbe condito iuxta calculum noſtrum 3780. Antigono quoque poſt duodecim annos victo; Victor Seleucus Nicanor vtriúſque Aſiæ dominatum ſibi vendicat: ſicque Græcorum Monarchia ſtetit maximè in Seleuco totius Aſiæ Domino; & Ptolemæo Ægypti rege, eorúmque ſucceſſoribus, quorum nomina & annos refert Euſebius e. Quique Seleucidæ, & Ptolemæi vulgò dicuntur, & quibus Iudæi ſæpe vectigales facti ſeruierunt.

e In Chron.

Ptolomæus Lagi filius, Soter nuncupatus, initio regni ſui, ſpecie religionis venit Ieroſolymam, & multa Iudæorum millia captiua transfert in Ægyptum; ac in ſeruos vendit f: de eo
3627 prophetauit Daniel g. Anno eius 4. iniit Hebdomas vigeſima Danielis; eodémque obiit Semei ſextus Dux Iuda, cùm præfuiſſet annis 11. h & anno 7. iniit Sabbaticus centeſimus quinquageſimus octauus & Hebdomas Danielis vigeſima prima.

f Ioſeph. 12. Antiq. 1.

g cap. 11. v. 5. Hebdomas Dan. XX.

h Philo in Breu. Sabbat. CLVIII. & Hebdomas

Anno 13. eiuſdem Ptolemæi, Seleucus rex Syriæ, ab illuſtrioribus victoriis Nicanor dictus, debellato iam Antigono, anno itidem 13. regni ſui, primo menſe qui erat Niſan, anno Periodi Iulianæ. 4402. & ante *Chri-*
3636 *ſtum* 312. nouam Æram i inchoauit, cuius anni vocantur anni Seleucidarum, vel regni Græcorum, quibus vtitur liber primus Machabæorum: quâ proinde, & quia ipſa celeberrima eſt, & ſacris Iudæorum annis conſentanea, deinceps vtemur vſque ad annum Iulianum. Sex menſibus feriùs incipiunt anni Chaldæi, quibus vtitur eorumdem Machabæorum ſecundus liber, qui calculo Chaldaïco inſiſtens, eos inchoat à ſeptimo menſe Tiſri, vtrique tamen ſex menſibus ſimul coincidunt. Anno Græcorum, 2. iniit Sabbaticus centeſimus quinquageſimus nonus.

i Incipit Æra Seleucidarũ ſeu anni Græcorum. Vide lib. 2. tr. 2. art. 6. verſus finem.

Sabbaticus CLIX.

Anno Græcorum 4. obiit Matha-
3639 tias ſeptimus Dux Iuda, cùm præfuiſ-
3648 ſet annis 12. k & anno 6. cœpit Hebdomas Danielis vigeſima ſecunda: & anno 9. Sabbaticus centeſimus ſexage-
3658 ſimus: & anno 13. (quo & obiit Nahath octauus Dux Iuda, cum præfuiſſet annis 9. l) Hebdomas vigeſima tertia: & anno 23. (quo, & obiit Nagge nonus Dux Iuda, cum præfuiſſet annis 10. m) Sabbaticus centeſimus ſexageſimus ſecundus: & anno 27. Hebdomas vigeſima quinta: & anno 28. inchoato obiit Ptolemæus Lagi,
3663 cùm regnaſſet annis 40. n Succeſſit ei Ptolemæus Philadelphus anno Periodi Iulianæ 4429. Anno Græcorum 30. iniit Sabbaticus centeſimus ſexageſimus tertius: & anno 31. obiere Nicanor rex Aſiæ, cùm regnaſſet annis 43. o
3666 & Heſſi decimus Dux Iuda cùm præfuiſſet annis 8. p & anno 34. cœpit Hebdomas Danielis; vigeſima ſexta: & anno 37. Sabbaticus centeſimus ſexageſimus quartus. Et anno 38. Nahum vndecimus Dux Iuda, cum præfuiſſet
3673 annis 7. q & in annum 39. incidit Iubilæus vigeſimus tertius.

k Philo. in Breu. Hebdomas XXII. Sabbat. CLX.

l Philo in Breu. Hebdomas XXIII. Sabb. CLXI Hebdomas XXIV.

m Philo in Breuiar. Sabbat. CLXIV. Hebdomas XXV.

n Euſeb. in Chron. Sabbat. CLXIII.

o Euſeb. in Chron.

p Philo in Breuiar. Hebdomas Dan. XXVI. Sabbaticus CLXIV.

q Philo in Breuiar. Iubilæus XXIII.

r Adrich. p. 552.

Per id temporis r Ptolemæus Philadelphus litterarum amantiſſimus, innumeros libros vndique comparat ſibi Alexandriæ, in bibliotheca. Audiens autem Diuinam legem Hebraïcè ſcriptam eſſe Ieroſolymis, vt eam obtineret illicò centum viginti millia Iudæorum, qui à Patre ſuo capti in Ægypto ſeruiebant, redimit, ſolutis pro quolibet capite totidem drachmis argenti, & liberos remittit, miſsâque ad Eleazarum Summum Pontificem legatione, multiſque muneribus pro Templo Domini: obtinuit ab illo ſeptuaginta duos interpretes, ſelectis ex quauis Tribu ſex eruditiſſimis viris, qui ſacra Biblia aureis litteris tenui membranæ inſcripta deferentes, Alexandriæ intra 72. dies ex Hebræo in Græcum miro ordine tranſtulerunt ſ, vt refert Ariſtæas, qui tunc præſens erat, & fusè narrant Ioſephus t, Philo u, Tertullianus x, Athan. y, Epiphanius z, Auguſtinus a, & alij. Tandem bibliotheca illa cum quadraginta millibus voluminum à Iulio Cæſare exuſta eſt b. Per id etiam temporis obtinuerunt Iudæi propè Babylonem, inſignem de Galatis victoriam, in qua ſex millia Iudæorum peremerunt centum viginti millia hoſtium c.

ſ Vide lib. 3. art. 7. De tranſlatione 70. interpretum & aliis quinque veteris Teſtamẽti verſionibus Græcis.

t 12. Antiq. 2.

u Lib. 2. de vita Moyſis.

x In Apolog.

y In Synopſi.

z De menſ. & ponder.

a De ciuit. c. 42.

b Plutarch. in vita Cæſaris.

c 2. Machab. 8. v. 20.

3676 Anno Græcorum 41. cœpit Hebdomas Danielis vigeſima ſeptima: & anno 44. Sabbaticus centeſimus ſexageſimus quintus: & anno 48. Hebdo-
3685 mas vigeſima octaua: & anno 50. obiit Antiochus Soter rex Syriæ, cum regnaſſet annis 19. d Succedit Antiochus ὁ Θεὸς à Mileſiis ſic appellatus,

Hebdomas Dan. XXVII. Sab. CLXV. Hebdomas XXVIII.

d Euſeb. in Chron.

Anni Mundi

quòd Limatchum eorum Tyrannum expoliſſet huic tradidit Ptolomæus Philadelphus Berenicem filiam ſuam in vxorem, firmandæ pacis gratiâ, quam tamen diù obtinere non potuit,
3686 vt Daniel prophetauerat *a*.

3687 Anno Græcorum 51. iniit Sabbat. centeſimus ſexageſimus ſextus: & an. 52. obiit Amos Dux duodecimus Iuda, cum præfuiſſet annis 14. *b* & anno 55. cœpit Hebdomas Danielis vigeſima nona: & anno 58. Sabbaticus cen-
3697 teſimus ſexageſimus ſeptimus, & an-
3670 no 62. (quo & *c* obiit Mathatias decimus tertius Dux Iuda, cum præfuiſſet annis 10.) Hebdomas trigeſima: & anno 65. Sabbaticus centeſimus ſexageſimus octauus, quo & obiit Antiochus ὁ Θεὸς rex Syriæ, cùm regnaſſet annis 15. *c* cui ſuccedit Seleucus Cal-
3701 linicus eius filius; cuius anno 1. & Græcorum 66. obiit Ptolemæus Philadelphus Ægypti rex; cùm regnaſſet annis 38. *d* cui ſucceſſit Ptolemæus Euergetes eius frater.

3704 Anno Græcorum 69. cœpit Hebdomas Danielis trigeſima prima: & anno 72. Sabbaticus centeſimus ſexageſimus nonus: & anno 76. Hebdomas trigeſima ſecunda: & anno 79. Sabbaticus centeſimus ſeptuageſimus: & anno 83. Hebdomas trigeſima tertia: & anno 86. Sabbaticus centeſimus ſeptuageſimus primus. Cæterùm cum Callinicus Berenicen nouercam ſuam, cum infantulo interfeciſſet, Euergetes neptem ſuam vltus, ſpoliat regnum Callinici *e*; ac poſteà per duces ſuos occidit filium eius Ceraunium, ſic dictum, quòd fulmineo velocique eſſet ingenio. Audita autem Ceraunij nece frater eius Antiochus Magnus è Babylone properans debellat Duces Ægyptios, & Syriam recipit.

Tempore Ptolemæi Euergetis *f*, Ieſus filius Sirach aureas Sapientum ſententias ab auo ſuo Ieſu filio Sirach Hebraïcè collectas, Græcè transfert, ac ſub titulo ſapientiæ edit; quem librum, πανάρετον vocant, quaſi virtutum omnium receptaculum; nos verò Eccleſiaſticum *g* appellamus, in quo ad ſapientiæ virtutúmque omnium amorem, tum ſententiis, tum exemplis inuitat.

3724 Anno Græcorum 89. iniit Iubilæus
3727 vigeſimus quartus: & anno 90. Hebdomas Danielis trigeſima quarta: & anno 92. obiit Ptolemæus Euergetes *h*, cum regnaſſet annis 26. Succeſſit Ptolemæus Philopator, per antiphraſim ſic dictus; occidit enim Patrem[i], matrem, fratrem, ſororem, & vxorem. Anno Græcorum 93. iniit Sabbaticus centeſimus ſeptuageſimus ſecundus: & 97. Hebdomas trigeſima quinta: & 100. Sabbaticus centeſimus ſeptuageſimus tertius: & 104. Hebdomas trigeſima ſexta: & 107. Sabbaticus centeſimus ſeptuageſimus quartus. Porro Ptolemæus Philopator, debellato Antiocho Magno Syriam obtinet, & inde rediens, Ieroſolymæ in Templo ſacrificat, Maximo Deo gratias agens. At prohibentibus licèt Sacerdotibus, viſendi gratiâ ingreſſus Sācta Sanctorum, Simone Pontifice orante, à Deo flagellatur: Cúmque regnaſſet annis 17. *i* obiit anno Græcorum 109. Succeſſit Ptolemæus Epiphanes filius
eius. 3744

Anno Græcorum 111. cœpit Heb- 3746
domas Danielis trigeſima ſeptima. Sub hæc Antiochus Magnus iam pridem à Ptolemæo Philopatore victus, reparato exercitu, & Iudæâ ſibi ſociatâ, eius ope Scopam Ducem Ptolemæi Epiphanis regis Ægypti, qui Iudæam, Syriámque occupabat, ad fontes Iordanis ſuperat; fugátque: & ingreſſus Ieroſolymam, Iudæos magnis immunitatibus muneribúſque donat. Tum fœdere cum Ptolemæo Epiphane dolosè inito, Cleopatram filiam ſuam (quam Daniel *k* vocat filiam fœminarum, ideſt, formoſiſſimam, & à qua deinceps omnes reginæ Ægypti nomen Cleopatræ ſumpſiſſe videntur) ei deſpondet, vt Ægyptum liberiùs inuaderet, conceſsâ, dotis nomine, Cœleſyria, Phœnice, Iudæa, & Samaria. Ille verò, vt dolum ſenſit, cauit ſibi. Antiochus igitur alio ſe diuertens capit Rhodum, Samum, & alias Aſiæ Inſulas: poſteà tamen victus ipſe & captus à Scipione Romano, inde Aſiatico dicto, Aſiam Romanis ceſſit regnare iuſſus intra Taurum montem, ſub tributo annuo, pro obſide Romam miſſo filio ſuo iuniore Antiocho Epiphane *l*. Ac intereà anno Græcorum 114. iniit Sabbaticus centeſimus ſeptuageſimus quintus: & anno 118. Hebdomas Danielis trigeſima octaua: & anno 121. Sabbaticus centeſimus ſeptuageſimus ſextus. Et anno 122. obiit Ioſeph Dux Iuda penultimus, cum præfuiſſet annis 60. *m* Dux magnanimus fuit, ac genij præcel- 3757
lentis; ſicut & ſucceſſor ac filius eius Ianne *n*, qui à Ioſepho dicitur Hircanus.

Anno Græcorum 124. Antiochus 3759
Magnus ab Elymæis cum omni exercitu ſuo deletus eſt, cum regnaſſet annis 36. *o* cui ſuccedit filius ſenior Seleucus Philopator, qui iners, viliſſimus, & indignus decore regio dicitur à Daniele *p*. Anno 125. cœpit Hebdomas Danielis trigeſima nona: & anno 128. Sabbaticus centeſimus ſeptuageſimus ſeptimus: & anno 132. Hebdomas quadrageſima. Anno 134. obiit Ptolemæus Epiphanes rex Ægypti
cū regnaſſet annis 24. *q* cui ſuccedit 3768
filius Senior Ptolemæus Philometor. Et anno 135. iniit Sabbaticus centeſimus ſeptuageſimus octauus.

Tunc apud Iudæos Pontifex erat

Onias

a cap. 11. v. 6. Sabbat. CLXVI. *b* Philo in Breuiar. Hebdomas Dan. XXIX. Sabbat. CLXVII. Hebdomas XXX. Sabbat. CLXVIII. *c* Euſeb. in Chron. *d* Idem. Hebdomas Dan. XXXI. Sabbat. CLXIX. Hebdomas XXXII. Sabb. CLXX. Hebdomas XXXIII. Sabbat. CLXXI. *e* Dan. 11. v. 7. 8. *f* Adrich. pag. 253. *g* Vide lib. 3. tr. 4. ſect. 9 quo & qua lingua ſcript. ſit liber Eccleſiaſtes. Iubil. XXIV. Hebdomas Dan. XXXIV. *h* Euſeb. in Chron. Sabbat. CLXXII. Hebdomas XXXV. Dan. Sabbat. CLXXIII. Hebdomas XXXVI. Sabbat. CLXXIV.

i Euſeb in Chron. Hebdomas Dan. XXXVII. *k* cap. 11. v. 17. *l* 1. Machab. 1. v. 11. & c. 8. v. 6. 7. Sabb. CLXXV. Hebdomas XXXVIII. Sabb. CLXXVI. *m* Philo in Breuiar. *n* Vide lib. 1. tr. 1. par. 4. art. 2. de genio præcellenti Ioſephi & Ianne vltimorum Ducum Iuda. *o* Euſeb. in Chron. *p* cap. 11. v. 20. Hebdomas XXXIX. Sabbat. CLXXVII. Hebdom. XL. *q* Euſeb. in Chron. Sabbat. CLXXVIII.

Anni Mundi

a 2. Machab. 3.

Onias Sanctus ac pius *a*, ad quem
miſit legatos, litteraſque Atius rex
Spartiatarum, ſeu Lacedæmonum,
denuntians Iudæos ac Lacedæmonas
b 1. Machab. 12. v. 7.
ex vno patre Abraham ortos *b*. Túnc-
que reges ac Principes maximis Tem-
plum muneribus illuſtrabant. Ipſe
Seleucus Philopator initio regni ſui
omnes ſumptus ſuppeditabat ad mi-
niſterium ſacrificiorum pertinentes;
ſed poſteà Simon quidam præpoſitus
Templi, Oniæ Pontifici rebellis, pro-
dit ærarium Apollonio Phœnicis Du-
ci; & iſte Seleuco, à quo miſſus He-
liodorus, vt illud expilaret, ab Angelis
dirè flagellatur; & Oniæ ſacrificio ac
precibus à morte liberatus, renuntiat
c 2. Machab. 3.
regi magnalia Dei *c*. Porrò Seleucus
volens liberare fratrem ſuum Antio-
chum Epiphanem, qui Romæ obſes
erat mittit Demetrium filium ſuum
d Euſeb. in Chron.
in locum eius; poſteáque cùm regnaſ-
ſet annis 12. *d* anno Græcorum 136.
& 3. Ptolemæi Philometoris, occidi-
e Idem.
tur à prædicto Heliodoro, qui regnum
3771 inuadit, renuitque anno vno *e*, intra
quem

Dimiſſus Antiochus, qui Epipha-
nes, & illuſtris, & nobilis à rerum
geſtarum gloria dictus eſt: clam venit
in Aſiam; & pulſo, occiſóque Helio-
doro, ac fraudato Demetrio nepote
f 1. Machab. 1. v. 11.
3772 ſuo regnum Syriæ doloſè obtinet an-
no Græcorum 137. *f* De hoc prophe-
g cap. 8. v. 23. & cap. 11. v. 21.
tat Daniel *g*. Antiochum ſtatim adit
Ieſus frater ſancti Oniæ Pontificis,
petit ſibi fratris Pontificatum, ac po-
teſtatem viuendi more Gentium pro-
mittens regi quotannis argenti talen-
ta quingenta & nonaginta: conſen-
tit rex & Onia extruſo, & in exilium
Antiochiam miſſo; ſacrilegus ille oc-
h Ioſeph. 12. antiq. 6.
cupat Pontificatum, factuſque Gen-
tilis, Iaſonis nomen aſſumpſit *h*. Móx-
que omnem Dei cultum in ritus gen-
tilitios peruertit. Gymnaſium genti-
litatis, & Ephebiam ſeu proſtibulum
formoſorum iuuenum Ieroſolymis cõ-
ſtruit. Trecentas drachmas argenti
Tyrum mittit in ſacrificium Hercu-
i 2. Machab. 4. v. 19.
lis *i*. Eodem anno Ianne, qui dicitur
Hircanus à Ioſepho, vltimus Du-
k Ioſeph. 12. Antiq. 5.
l Philo in Breuiar.
cum Iuda, veritus ne in poteſtatem
Antiochi deueniret, manus ſibi intu-
lit *k*, cùm præfuiſſet annis 16. *l*

3773 Antiochus anno 2. regni ſui, &
m Conficitur ex 2. Machab. 4.
Græcorum 138. *m* inuadit regnũ Ægy-
pti, ſimulans ſe hæc agere, tutoris
titulo pro Ptolemæis, Philometore,
& Phiſcone, ſororis ſuæ Cleopatræ
filiis impuberibus: verùm cùm per
hæc eiſdem ſuſpectus fieret; omnia in-
n 2. Machab. 4. v. 21.
nocenter ſe feciſſe fingens, onuſtus
eorum ſpoliis *n* venit Ioppen, inde
Ieroſolymam, vbi à Iaſone magnifi-
Iubil. XX V. Hebdomas XLI.
cè ſuſceptus, exercitum in Phœni-
cen conuertit. Anno Græcorum 138.
3774 iniit Iubilæus vigeſimus quintus, ſi-
mul & Hebdomas Danielis quadrage-
ſima prima.

Anni Mundi

o 2. Machab. 4. v. 23.

Poſt triennium *o*, ex quo ſcilicet
Antiochus inuaſit Ægyptum, adeóque
3776 anno eius 5. & Græcorum 144. Iaſon
mittit Menelaum de Tribu Beniamin,
vt ferret ad regem pecuniam, qui lar-
giorem pollicitus, extruſo Iaſone, ob-
tinuit ſibi Pontificatum: ſed cum pro-
miſſam non citò perſolueret, eiicitur;
eiuſque frater Lyſimachus ſubroga-
tur. Tunc quoque Sanctus Onias Pon-
tifex inſtigante Menelao; à perfido
Andronico proditoriè perimitur, ſum-
mâ omnium indignatione: Antio-
chus ipſe fleſus ad miſericordiam la-
crymas fudit, recordatus defuncti ſo-
brietatem, & modeſtiam; & Andro-
nicum purpurâ exutum, & per totam
ciuitatem circunductum, in eodem
loco vbi Oniam occiderat, iuſſit inter
imi. Menelaus autem ſuam non fe-
rens eiectionem, concitata plebe,
fratrem ſuum Lyſimachum iuxta Æra-
rium opprimit: multáque pecuniâ
mediante à rege abſolutus reſumit
Pontificatum creſcens in malitia.

Anno ſequenti, & Græcorum 142. 3777
eóque Sabbatico centeſimo ſeptuage-
ſimo nono, Antiochus intelligens vr-
Sabbat. CLXXIX.
bes Ægypti à ſe defeciſſe; parat ſe-
p 2. Machab.
cundam expeditionem in Ægyptum *p*:
at Ptolemæi fratres Philometor &
Phiſcon deſtinarunt legatos ad Sena-
rum Romanum, à quo miſſus Marcus
Popilius præcipit Antiocho ab ami-
cis Romanorum recedere, cui Antio-
chus, deliberabo, inquit, cum con-
cilio meo. Tunc Marcus virgâ ſuâ in
arena eum circumſcribens, ait: Sena-
tus populúſque Romanus præcipiunt,
vt hîc reſpondeas. Quâ aſperitate ter-
ritus Antiochus, ait; ſi hoc placet Ro-
manis, recedendum eſt: ſîcque fratres
Ptolemæos in pace dimittens, furi-
bundus mouet in Iudæam.

Intereà Ieroſolymis viſæ quadra-
ginta diebus acies in aëre congredi,
cunctis orantibus in bonum monſtra
conuerti. Et Iaſon, Antiochũm prout
rumor erat, obiiſſe credens, cum mil-
le viris inuadit Ieruſalem, ciues cru-
q 2. Machab. 5.
deliter occidit, iterúmque profugus
periit inſepultus *q*.

Antiochus anno 7. regni ſui, & 3778
r 2. Machab. 5. v. 21.
Græcorum 143. *r* Ieroſolymam ingreſ-
ſus triduo occidit octoginta millia Iu-
dæorum, vendit quadraginta millia,
totidémque in carcerem trudit. Me-
nelao ductore, intrat Templum, au-
ferr altare aureum, menſam, Cande-
labrum, vaſa omnia, Theſauros om-
nes, & velociter Antiochiam reuerti-
tur. Sed brachia ex eo ſtetere iux- 3780
ſ cap. 1.
ta Danielis *ſ* vaticinium: reliquit
enim ibi præſidij loco, Præpoſitos
ſeipſo crudeliores. Et poſt duos an-
nos, nempè anno Græcorum 145. *t*
(quo & defecit regnum Macedonum)
miſſo Apollonio cum viginti duobus
millibus virorum, qui ſimulatâ pace,
Ieruſalem ingreſſus plurimos occidit

Sabbato

Anni Mundi

Sabbato, ædes ſpoliat, diruit, arcem Sion præſidio Gentium munit, tollit iuge ſacrificium, propoſitóque vbique edicto ſub mortis pœna mandat, vt Iudæi legem Dei relinquant, cultúmque ſolitum, & more Gentium in cunctis viuant. Et die 15. Caſleu ponit in Templo Dei, idolum Iouis Olympij *a*, cui ſacrificare cœperunt 25. die: & in Templo Garizim, idolum Iouis hoſpitalis: cogebantúrque hederâ coronati, Libero circuire: in legis autem obſeruantia perſiſtentes vbique crudeliter trucidantur.

a 1. Machab. 1. & lib. 2. cap. 6.

Tunc mulieres, eò quòd filios ſuos circumcidiſſent, infantibus ad colla ſuſpenſis per ciuitatem circumductæ, è muro præcipitantur. Alij ad proximas coëuntes ſpeluncas, & clam Sabbatum celebrantes, concremantur. Tunc Eleazarus ſcriba nonagenarius, quòd nollet porcinam carnem comedere, imò nec id ſimulare diris plagis perimitur *b*. Tunc ſeptem fratres Machabæi vnà cùm matre, ab Antiocho rege, poſt atrocia tormenta fortiſſime tolerata, martyrio conſummatur *c*.

b 2. Machab. 6.

c cap. 6.

Tunc etiam, vt crediderim, Onias ſancti Oniæ Pontificis filius, cum multis Iudæorum fugit in Ægyptum, ac demum permiſſu Ptolemæi Philometoris regis, Heliopoli Templum celeberrimum Ieroſolymitano æmulum ædificat; quod ab ipſo Ὀνίου; & à loco Heliopolitanum dici conſueuit; ſtetítque vſque ad Veſpaſianum, cuius iuſſu, anno altero ab exciſo Templo Ieroſolymitano, iſtud quoque funditùs eſt euerſum.

Tunc Mathatias Sacerdos in ciuitate Modin cum filiis ſuis, qui omnes dicti ſunt Machabæi, plangens Sanctorum profanationem, conſtanter reſpondet Antiochi ducibus; nec ſe, nec filios ſuos idolis ſacrificaturos; quin & Iudæum quemdam ſacrificantem, ducémque ad id eum compellentem occidit, aram deſtruit, cum filiis & amicis fugit in deſertum: vbi mille Iudæi nolentes Sabbato defendere ſe, trucidantur. His aliiſque perpentis, Mathathia Aſſamonæus *d*, cum iam vltimus Iudæorum Dux Ianne extinctus eſſet, & Sanctus Onias Pontifex occiſus; Zelo Dei arma capeſſens, Ducatum ſimul & Pontificatum ſuſcipit; & collecto piorum exercitu, Sabbatis quoque pugnans, Ducibus Antiochi reſiſtit; idola deſtruit, cultum Dei reuocat, ac poſt aliquot menſes moriturus hortatur filios, vt patrum
3781 exemplo, fortiter tueantur legem Dei; obiitque anno Græcorum 146. *e* quo & cœpit Hebdomas Danielis quadrageſima ſecunda.

d Vide Obſ. XC. Ce Aſſamonæorum, & Machabæorum denominatione.

e 1. Machab. 2. v. vlt. Hebdomas Dan. XLII.

Mathatiæ in Ducatu & Pontificatu ſuccedit filius eius Iudas, cognomine Machabæus, móxque perambulans ciuitates Iuda diù noctúque impios trucidans. Sequenti anno Apollonium Samariæ ducem, exercitu eius deleto, occidit; gladióque eiuſdem deinceps vtitur: Poſteà Saronem Syriæ Principem, cùm paucis Deo fidens, & validiſſimum eius exercitum, iuxta Bethoron conterit; quo audito Antiochus committit Lyſiæ bellum in Iudæos, vt eos penitus deleret, abiítque in Perſidem colligere tributa regionum *f*.

Anni Mundi

f 1. Machab. 3. & lib. 2. c. 8.

Anno Græcorum 147. *g* mittit Ly- 3782
ſias Ptolemæum Nicanorem, & Gorgiam cum quadraginta millibus virorum, & ſeptem millibus equitum in Iudæos. At Iudas facto in Maſpha ieiunio & oratione, Deo fretus, cùm tribus millibus, qui tegumenta, & gladios non habebant, iuxta Emmaum hoſtes inuadit, fugátque; ſpolia eorum debilibus, orphanis & viduis diuidit. Nicanor autem ſolus per mediterranea fugiens Antiochiam, prædicat Iudæos Deum habere protectorem *h*.

g 1. Machab. 3. v. 27.

h v. 28. & c. 4. & lib. 2. c. 8. v. 8.

Anno ſequenti *i*, puta Græcorum 3783
148. *k* venit Lyſias ipſe cum ſexaginta millibus virorum electorum, & equitum quinque millibus, quem Iudas, inuocato Dei auxilio, in Bethoron cum decem millibus profligat. Lyſias autem fugit Antiochiam nouum reparaturus exercitum: & Iudas aſcendit Ieroſolymam, recipit ciuitatem, aras in plateis extructas deſtruit; contra arcem Sion pugnari curat, dum ipſe Templum à ſordibus idolorum purgat; reficit altare thymiamatis, Candelabrum, menſam, vnum autem, vnámque more Moyſis, non plura, pluréſve more Salomonis: ceteráque omnia renouat, ornat; altare holocauſti prophanatum deſtruit, nouúmque conſtruit: & de ignitis lapidibus igne excepto, qui durauit vſque ad exciſá per Titum Ieroſolymá, offert ſacrificium: cultum Dei reſtituit. Hoc eodem anno Græcorum 148. *l* 25. die menſis Caſleu, triennio deſolationis præciſè expleto, celebrat dedicationem altaris, & Templi, ſtatuitque vt ſingulis annis id feſtum ageretur: montem Sion, id eſt Templum, muris altis ac turribus firmat *m*.

i 1. Machab. 4. v. 28.

k v. 52.

l v. 52.

m cap. 4. v. 59. & lib. 2. cap. 10.

Poſt hæc Iudas à fratribus ſuis adiutus debellat Galilæos, Idumæos, Galaaditas, aliáſque Gentes finitimas, Iudæis infeſtas. Timotheum Ammonitarum ducem bis vincit; variáſque ciuitates expugnat: idola ſuccendit, & integro numero omnes reuerſi in montem Sion, læti Domino ſacrificant *n*.

n cap. 5. & Ioſeph. 12. Antiq. c. 2. & lib. 13. cap. 6.

Anno Græcorum 149. *o* eóque Sab- 3784
batico centeſimo octogeſimo ineunte Antiochus tentans ſpoliare opulentiſſimum Templum Elymaidæ, quæ & Perſopolis dicitur, fugatus à ciuibus abit Babyloniam, vbi audiens ſuo-

o 1. Machab. 6. v. 16.

rum

Anni Mundi

rum cædem, Iudæorúmque proſperitatem; furibundus properat, vt Ieruſalem faceret ſepulchrum Iudæorum; ſed mox percuſſus à Deo *a*, diris torquerut viſcerum doloribus, ita vt è corpore eius vermes ſcaturirent, cum fœtore ſuis, ſibique intolerabili; ſimnlatâ pœnitentiâ promittit emendationem: hæc ſe pati fatetut ob mala quæ in Iudæos exercuerat; ad quos ſupplices ſcribit literas, vt filio ſuo Anriocho ſubditi perſiſtaut; & vermibus conſumptus eſt *b*, iuxta vaticinlum Danielis *c*. Quo cognito Lyſias filium eius Antiochum Eupatorem adoleſcentem, regem conſtitnit *d*.

a Vide Obſ. XCI. De Antiocho Epiphane, à Deo percuſſo.
b 2. Machab. 9. v.9.
c cap.8. v.25.
d 1. Machab. 6.

Iudas autem primò Gorgiam, ac deinde, poſt pœnitentiam & orationem publicam, Timotheum, Duces Eupatoris, Iudæam inuadentes vincit, quiuqne equitibus de cœlo ſibi auxiliantibus, & vltra ſexaginta ſex millia hoſtium occidit; Gazaram præſidium munitum, ad quod confugerat Timotheus, eo perempto, diruit *e*. Vide & Lyſias cum octoginta millibus peditum, & 80. Elephantis, & equitatu vniuerſo venit in Iudæam; dúmque Bethſutam expugnat, eum Iudas cum ſuis, poſt fletum & orationem, Equirem de cœlo habens adiutorem armis aureis haſtam vibrantem, vincit.

e 2. Machab 10.

Lyſias intelligens, Iudæos, Dei ope, inuictos eſſe: pacem petit ab eis, quam accipit; obtinétque per literas ab Eupatore, vt liceat Iudæis ambulare in legitimis ſuis: (idipſum eis confirmant per literas Romanorum legati *f*) poſteà abiit Antiochiam, & Iudei agriculturæ operam dant. Cúmque infeſtarentur ab aliis nationibus, Iudas, inuucato iuſto Iudice Deo, Ioppitarum perfidiam, qui ducentos Iudæorum alto mari ſubmerſerant, vendicat; Iamnitarum quoque portum & naues ſuccendit; Caſphin ſe maledictis laceſſentem, ſtagno ſanguinis interfectorum, inuudat. Timotheum, alium ſanè à priori qui in Gazara peremptus eſt) habentem centum & viginti millia peditum, Equitumque vigintl qulnque millia, Deo iuuante, cum tribus millibns peditum, & equitibus quadraginta, vincit: & Gorgiam præpoſitum Idumææ, iuxta Odollam debellat, dúmque ſepelit interfectos, repetit ſub tunicis cauſam mortis eorum, quia ſcilicet ſuſtulerant de donariis idolorum, quare facta collatione duodecim millium drachmarum argenti, mittit Ieroſolymam, curans pro ipſorum peccatis offerri ſacrificium *g*.

f cap. 11.
g cap. 12.

3785 Anno Græcorum 150. *h*. qui Sabbaticus erat *i*,) Sabbatiſmo anni præcedentis priori ſemeſtri huius anni perſeuerante) Iudas arcem in Ieruſalem obſidet, quo audito Eupator iratus venit cum Lyſia, & exercitu centum viginti millium virorum; & triginta duorum Elephantum, turres cum militibus in tergo geſtantium. Menelaum pſeudo-pontificem principatum quoque ambientem, ſuggerente Lyſiâ, è turri in cinerum aggerem deiicit ac necat. Iudas autem cum Eupatore bis congreſſus multa millia hoſtium cædit. Tunc Eleazarus filius Saura & frater Iudæ *k*, caſtra hoſtium penetrans Elephantem loricatum occidit, & ab eo opprimitur. Eupator tamen per deditionem Bethſuram capit, multíſque diebus obſidet & impugnat arcem Sion, id eſt Templum, vbi Iudas ſe munierat. Sed audiens Philippum dominari Antiochiæ, poſtulat à Iudæis pacem, concedens eis vt ambulent in legitimis ſuis, iuránſque ſe nihil mali facturum. Ingreſſus Templum offert ſacrificium, Iudámque amplexatus, fecit eum Ducem à Ptolemaïde vſque ad Gerrenos, ſed contra iuramentum ſuum deſtruit murum in gyro Templi; properat Antiochiam, Philiſpum fugat *l*.

h 1. Machab. 6. v.20.
i v.49.53. Sabbat. CLXXX.
k Ioſeph. 12. Antiq. 14.
l 1. Machab. 6. v.15. & lib. 2. cap.13.

3786 Anno 151. *m* Demetrius Soter, Seleuci Philopatoris filius, pro Antiocho Epiphane iam pridem datus obſes, clam Româ profugus occupat regnum Syriæ ſibi iure debitum Antiocho Eupatore & Lyſia occiſis: cúmque ſtatim adit Alcimas, & falſis accuſationibus & muneribus petit occidi Aſſidæos, eorúmque Principem Iudam, addens, eo ſuperſtite, nunquam futuram pacem. Miſſus illicò Bacchides cum exercitu magno, multos Iudæorum perfidè occidit; datíſque Alcimo militibus vt Iudam debellaret, redit ad regem. Alcimus autem à Iuda debellatus, & ad Eupatorem quoque reuerſus, impetrat nouum exercitum, ducèmque Nicanorem. At hic timens cum Iuda confligère, initâ cum eo pace intrat Ieruſalem, hortatur vt ducat vxorem, nuptiis intereſt: quibus ab Alcimo delatis regi, iratus rex ſcribit Nicanori vt Iudam capiat; ſed Iudas tempeſtiuè ſubtrahit ſe, quo iratus Nicanor extensâ manu in Templum, iurat Sacerdotibus ni tradant Iudam, ſe Templum euerſurum, & Deo Libero, ſeu Baccho conſecraturum: quare Sacerdotes Dei opem implorant.

m cap 7. v.1

Tunc Senex Razias Iudæus à quingentis militibus Nicanoris comprehédendus gladio ſe petiit, eligens nobiliter mori potiùs quàm ſubditus fieri peccatoribus, iámque poſt varios conatus heroicos, exſanguis effectus, complexus ſua inteſtina proiecit ſuper turbas *n*.

n ibid. & lib. 2. cap. 14.

Iudas, expoſito ſuis ſomnio quo viderat Oniam Pontificem extenſis manibus orare pro populo Iſraël, & Ieremiam Prophetam anteum ſibi tradere gladium, in quo aduerſarios deil-

Anni Mundi

ceret ; ita tribus virorum millibus qui
cum ipſo erant addit animos ; vt iis,
etiam pugnando,orantibus, Nicanoré
contemptâ Dei potentiâ , Sabbato ſe
aggredientem, vnà cum omnibus ſuis
ad internecionem,cæderet,caput blaſ-
phemi Nicanoris ac dexterá præciſam
ſuſpendẽs Ieroſolymis contra Templũ
linguámque particularim auibus dat;
conſtituitque prædictum diem quot-
annis feſtiuè celebrari *a*.

a 1. Machab. 7. v. 4. & lib. 2. cap. vlt.

Tum auditâ Romanorum potentiâ,
fœdus ſocietatis mutuíque auxilij cum
eis iniit,qui remittunt Iudæis icti fœ-
deris reſcriptum in Tabulis æreis,móx-
que ſcribunt ad Demetrium , ne vltra
moleſtaret Iudæos *b*.At intereà Deme-
trius rurſùm miſerat Bacchidẽ & Al-

b 1. Machab. 8.

3787 cimum cum nouo, electóque exercitu,
contra quos, Iudas poſitis caſtris in

c cap. 9. v. 3.

Laiſa,menſe primo anni 152.*c* cũ octin-
gintis tantùm viris(cæteri enim,mul-
titudine hoſtium territi , receſſerant)
fortiter à manè vſque ad veſperam cõ-
fligens , dextrúmque cornu hoſtium,
quod fortius erat contritum, perſe-
quens vſque ad Azotum, altero cornu
à tergo inſtante cecidit, lugetur,ſepe-
litur:eiuſdem fuere plurima alia bella,
actáque heroïca, quæ ſcriptis non
ſunt mandata *d*.

d v. 22.

Iudâ mortuo,faméque vrgente,Iudæi
paſſim tradũt ſe Bacchidi, cuius ſæua
fuit in amicos Iudæ perſecutio:ac ho-
rũ rogatu,Ionathas frater IudæDucatũ
& Pontificatum ſuſcipit;& quæſitus à
Bacchide,nec adhuc inſtructus copiis,
fugit cum ſuis in deſertum Thecuæ:
Ioannis fratris ſui necem, interceptis
Iambritarum nuptiis,vindicat:Bacchi-
dem ſe aggredientem , tranſnatato
Iordane vincit. Bacchides autem Iu-
dææ arces, maximè Bethſuram & Ga-
zaram munit, filióſque Principum in
obſides acceptos ponit in arce in Ie-
ruſalem, & ad regem redit.

3788 Anno 153.*e* (quo & cœpit Heb-
domas Danielis quadrageſima tertia)

e v. 54. Hebdomas Dan. XLIII.

menſe ſecundo, Alcimus pſeudo-pon-
tifex muros interioris Templi deſtrue-
re incipiens,paralyſi percutitur,& di-
3790 ris doloribus vexatus moritur , ſiluit-
que terra annis 2.*f* Sed reuocatus Bac-

f 1. Machab. 9. v. 57.

chides à prauis Iudæis, & impugnans
Bethbaſſen,expugnatur ipſe , factáque
pace cum Ionatha recedit : ceſſátque
gladius ex Iſraël *g*. Anno Græcorum
156.iniit Sabbaticus centeſimus octo-
3791 geſimus primus.

g v. vlt. Sabbat. CLXXXI.

Anno 160. *h* (quo & cœpit Heb-
3795 domas Danielis quadrageſima quarta)

h 1. Machab. 10. v. 1. Hebdomas Dan. XLIV.

Alexander nobilis;ſeu Veles Antiochi
Epiphanis,ſaltem communi opinione
filius,occupat Ptolemaïdem,ibíque re-
gnat;contra quem mouens Demetrius,
veritúſque ne Ionathas ei adhæreret,
mox reddit ei omnes munitiones præ-
ter Bethſuram,dat poteſtatem congre-
gandi exercitum, fabricandi arma, re-
ſtituit obſides qui erant in arce , ma-
gna largitur, mira promittit. Alexan-
der quoque vt eundem in ſuas partes
trahat,conſtituit illum Pontificem Iu-
dæorum,miſsâ ſtolâ purpureâ & coro-
nâ aureâ; huícque adhærens Ionathas
induit ſe ſtolâ ſanctâ , ſeptimo menſe
in feſto Scenopegias,cõgregat exerci-
tum. Porrò Alexander, victum Deme-
trium cùm regnaſſet annis 10. *i* occi-
dit. Aſſumptóque Syriæ regno, obti-

i Euſeb. in Chron.

nuit à Ptolemæo Philometore Ægy-
pti rege filiam eius Cleopatram,quam
anno Græcorum 152.*k* adducit Ptole-
maidem , vbi celebrantur nuptiæ , ad

k 1. Machab. 10. v. 57.

quas vocatus Ionathas,ab vtroque re-
ge valde honoratur ; indutúſque pur-
pura aſſidet Alexandro , confuſis eius
calumniatoribus ; & anno 193. iniit
Sabbaticus centeſimus octogeſimus 3798
ſecundus.

Anno 165. *l* Demetrius ſecundus, 3800
prioris filius,venit è Creta in Syriam,

Sabbat. CLXXXII.
l 1. Machab. 10. v. 67.

vt debellaret Alexandrum;ſed impedi-
tus eſt à Ionatha,qui Apollonium eius
ducẽ deuicit,obtinuit Ioppen & Azo-
tum ; ac templum Dagon ſuccendit: &
in præmium accipit ab Alexandro fi-
bulam auream quæ dabatur cognatis
regum,& Accaron cum finibus ſuis in
poſſeſſionem *m*.

m v. vlt.

Anno 167.*n* quo & cœpit Hebdo-
mas Danielis quadrageſima quinta, 3805
Ptolemæus Philometor , congregato

n 5. cap. 11. v. 19. Hebdomas Dan. XLV.

Immenſo exercitu,dolo occupat regnũ
Alexandri generi ſui ; filiámque ſuam
ei ſublatam tradit Demetrio ſecundo.
Alexander autem victus à ſocero,fugit 3803
in Arabiam , vbi anno ſequenti , Zab-
diel Arabs caput ei abſcindit,miſitque

o Euſeb. in Chron.

Philometori;qui illo viſo poſt triduũ
moritur : cùm regnaſſet annis 35.*o* ei-
que ſuccedit Ptolemæus Euergetes.
ſeu Phiſcon,eius frater,fuere ambo fi-
lij ac mariti Cleopatræ Antiochi ma-
gni filiæ,quæ vt generat vtrũque, vtri-
que etiam nupſit.Tunc ergo cœpit re-
gnare Demetrius ſecundus ; & Iona-
thas obſidere arcem in Ieruſalem , ſed
prohibitus à Demetrio , & Ptolemaï-
dem vocatus, ibi exaltatur à rege &
confirmatur in Pontificatu , aliíſque
quæ prius habuit : accipit literas im-
munitatis à tributis.

Demetrius pace fruens,dimittit exer-
citus ſuos nolens dare eis ſtipendia
diebus pacis,quo indignatus Tryphon
eorum dux,abiit in Arabiam,ad Antio-
chum puerum , Alexandri filium , vt
eum regem conſtitueret,manſítque ibi
diebus multis *p*. Intereà Ionathas ro-
gatus à Demetrio mittit ei ter mille

p 1. Machab. 11. v. 39. 40.

viros auxiliares, qui regem ab Antio-
chenis liberant,occiſis,vno die,centum
millibus ciuium regem inuadentium;
vrbémque ſuccendunt , at rex libera-
tus , & pace gaudens mentitur Iona-
thæ.Tandem reuerſus Tryphon & eum
eo Antiochus adoleſcens fugat Deme-
trium;& Ionathæ ducatum & Ponti-
ficatum confirmat ; (& de hac confir-

Anni Mundi matione intelligendus eſt Ioſephus,
eùm dicit Ionathan mortuum Duca-
tus & Pontificatus ſui anno quarto
nempè ab illa confirmatione) Simo-
nem fratrem eius conſtituit ducem à
terminis Tyri, vſque ad fines Ægy-
pti.
Ionathas alienigenas debellat, &
per Simonem fratrem ſuum Bethſu-
a cap. 11. ram capugnat & capit *a*, Tum miſſis le-
gatis renouat amicitias cum Roma-
nis, & Spartiatis: Principes Deme-
trij ſe inuadentes fugat, Arabes per-
cutit; Iudæam munit; reparat mu-
rum Ieruſalem Caphetetha: ac tandem
à Tryphone regnum Antiochi inuade-
re cupiente, in Berſan dolo circum-
b cap. 12. uentus, ductúſque Ptolemaidem com-
prehenditur, mille viris qui cum ip-
ſo remanſerant interfectis *b*.
Simon pro fratre Ionatha, mox à
populo Dux electus, Tryphoni Iu-
dæam inuadenti occurrit in Addus;
tum petitam pecuniam; ac duos filios
Ionathæ in patris redemptionem ei
mittit. Perfidus autem Tryphon acce-
ptâ pecuniâ, patrem cum filiis propè
Baſcaman occidit, quorum oſſibus
receptis Simon magnificum extruit
ſepulchrum in Modin; poſuítque ſe-
ptem pyramides, patri ſcilicet, matri,
quatuor fratribus, ſibíque adhuc ſu-
perſtiti.
Poſt hæc munit præſidia Iudææ;
miſsíſque legatis ad regem Deme-
c 1.Cap.13. 3805 trium, ac impetratis ab eo literis com-
munitatis & fœderis. Anno Græco-
Sabbat. rum 170. *c* eóque Sabbatico centeſimo
CLXXXIII. octogeſimo tertio, qui fuit primus
annus Simonis, ablatum eſt iugum
gentium ab Iſraël. Simon Gazam ex-
d v.51. pugnat, parcens ciuibus, & mundat
ab idolis. Cuſtodes arcis Ieruſalem
ad deditionem compellit. Et anno
3806 171. *d* vigeſima tertia die menſis ſecun-
di, in arcem, ab idolorum ſordibus
prius mundatam, intrat cum palmis,
hymnis, canticis, &c. Statuítque cum
diem quotannis lætè agendum; filiúm-
e v. vlt. que ſuum Ioannem, qui à Ioſepho
f cap. 14.v.1. dicitur Hircanus, Ducem militiæ con-
ſtituit *e*.
3807 Anno 172. *f* Rex Demetrius ab Ar-
ſace rege Perſidis & Mediæ captus,
mittitur in cuſtodiam; & tunc An-
tiochus adoleſcens, Alexandri filius
g cap. 13. v. 32.33. paciferè regnare cœpit: ipsúmque po-
ſteà Tryphon eius tutor cum pupillo
ſuo iter faciens, dolo occidit, & re-
gnum inuaſit *g*.
Intereà Simon, altâ pace fruens,
accipit Ioppen in portum; & fecit
introitum in inſulis maris; gloriâ & fa-
mâ vbique clarus. Renouat ſocietatem
cum Spartiatis, & Romanis mittens
his clypeum aureum mnarum mil-
le, qui remittunt ei libertatem in ta-
bulis æreis, ſcribúntque literas cun-
h cap. 14.15. ctis regibus ac regionibus, ne fœde-
ratos impugnent *h*.

Anni Mundi
Anno 174. *i* (quo & cœpit Hebdo- *i cap. 15. v. 10.*
mas Danielis quadrageſima ſexta) An- *Hebd. Dan.*
tiochus Sedetes, fratre ſuo Demetrio 3809 *LXVI.*
à Perſis detento, oblatum ſibi à Cleo-
patra fratris vxore regnum & coniu-
gium capeſſere volens; ne Iudæi ſibi
obſiſterent, cum Simone fœdus iniit,
ſcriptâ ei ab inſulis maris officioſâ
epiſtolâ, adiiciens ad indulta ſuorum
Anteceſſorum proprij numiſmatis
percuſſuram. Deinde cum centum &
viginti octo millibus Tryphonem per-
ſequens, in Doram compulſum terrâ,
marique obſidet; miſſum à Simone
auxilium recipit: ruptóque fœdere,
repoſcit ab eo reſtitutionem arcis Ie-
ruſalem & Ioppes, & Gazaræ, ac tri-
buta. At his ipſi denegatis, immittit
Cendebæum, quem Ioannes pri-
mus torrentem transfretans, & Iu-
das filij Simonis iam ſenis profli- *k 1.Machab. 16.v.14.*
gant.
Anno 177. qui Sabbaticus *k* erat 3812 *Sabbat.*
centeſimus octogeſimus quartus inieś, *CLXXXIV.*
menſe vndecimo Sabbat, Simon pe-
rambulans ciuitates Iudææ, à Ptole-
mæo genero ſuo Abobi filio, & Duce
Iericho, prædiniſe excipitur in Caſtro
Doch, & poſt conuiuium proditoriè
occiditur, cum duobus filiis ſuis Ma-
thathia & Iuda *l*. De quo Ioannes cer-
tior factus, parricidæ volenti regio- *l Ioſeph. 13. antiq.16.*
nem tradere regi, loco patris con-
ſtanter ſe opponit, interfectis iis
qui ſe occiſuri venerant: móxque è
Gazaris pergit Ieroſolymam, popu-
lum confortat; Ducatum ac Pontifi-
catum ſuſcipit.
Eius anno primo, & Græcorum 3813
178. Antiochus Sedetes Ieroſolymam
multiplici vallo circumdat, demum-
que Iudæis legitima concedit, ſub his
conditionibus, quod arma traderent,
tributa ſoluerent, & loco cuſtodiæ *Hebd. Dan.*
arcis, trecenta argenti talenta præbe- *LXVII.*
rent. Anno Græcorum 181. cœpit
Hebdomas Danielis quadrageſima 3816
ſeptima. Poſt hæc Antiochus abiit
in Perſidem, vbi cùm diriperet tem-
plum, à Sacerdotibus lapidatur; *m 2. Math. 1.v.13.*
membratimque diuiditur *m*: & dein-
ceps inter Gryphum Demetrij, & Cy-
zicenum Sedetis ex prædicta Cleopa-
tra filios, horumque poſteros variis
ſubinde cædibus per annos 65. de re-
gno Syriæ diſceptarum, donec à Ma-
gno Pompeio in Prouinciâ Romano-
rum ſimul cum Iudæa redactum eſt,
cum ab obitu Alexandri magni ſtetiſſet
in Seleucidis, annis circiter 267.
Porrò Ioannes miſit Romam, de fa-
cta ſibi ab Antiocho violentia conque-
rens; & decreto Senatus inter amicos
refertur. Samariam obſidione captam,
ſolo adæquat; Templum montis Ga-
rizim deſtruit, quod ſteterat ducen-
tis circiter annis; Idumæos cir-
cumciſionem ac Iudaiſmum reci-
pere compellit, qui proinde ex eo
tempore fuere proſelyti. Primus Iero-

nni
Mundi

ſolymæ Xenodochia pauperum inſti-
tuit. Anno Græcorum 184. iniit Sab-
819 baticus centeſimus octogeſimus quin-
823 tus: & anno 188. Hebdomas Danielis quadrageſima octaua.

3814 Anno 188. *a* ac iuſta calculum libri primi anno 189. quo & iniit Iubilæus vigeſimus ſextus, Iudæi habitantes Ieroſolymis compilant ex quinque libris Iaſonis Cyrenæi ſecundum librum Machabæorum *b*, quem per modum epiſtolæ mittunt Iudæis commorantibus in Ægypto, adhortantes eos vt celebrent duas feſtiuitates à ſe recens inſtitutas, nempè feſtum dedicationis Templi per Iudam Machabęum;
3826 & diem ignis de cœlo datic. Anno Græcorum 191. iniit Sabbaticus cen-
3830 teſimus octogeſimus ſextus: & anno 195. Hebdomas quadrageſima nona.

3832 Anno Græcorum 197. obiit Ptolemæus Phiſcon rex Ægypti, cum regnaſſet annis 29. *d* ſuccedit Ptolemæus Lathurus, eius Cleopatra filius, à matre per decem annos expulſus; ſed ob eiuſdem matris tyrannidem reuo-
3833 catus. Interim anno Græcorum 198. iniit Sabbaticus centeſimus octogeſimus ſeptimus: & anno 202. Hebdomas Danielis quinquageſima: & anno
3843 205. Sabbaticus centeſimus octogeſimus octauus. Tandémque anno 208. obiit Ioannes, cum præfuiſſet Iudææ annis 31. *e* Et in eo tota veteris Teſtamenti finitur hiſtoria; quæ ergo deinceps ad ſacram vſque Hiſtoriam noui Teſtamenti dicenda ſunt, aliondè deſumentur maximè verò ex Ioſepho, *f* & Euſebio *g*.

Hircano ſeu Ioanne defuncto, ſuccedit ei filius Ariſtobulus, qui & Iudas à Ioſepho *h* dicitur. Hic non contentus parentum gloria, vt Dux & Pontifex diceretur, primus poſt captiuitatem Babylonicam, regium nomen & diadema aſſumpſit; fratrem ſuum Antigonum occidit, alióſque fratres & matrem propriam mittit in carcerem, quæ ibi ſame interiit: cúmque
3844 regnaſſet anno vno *i*, Græcorum 209. quo & cœpit Hebdomas Danielis quinquageſima prima, laceratis viſceribus, ore ſanguinem vomens extinctus eſt. Cui ſuccedit Alexander eius frater minor Iannæus dictus, & Crucida cognominatus; qui varia bella cum variis, variâ fortunâ geſſit, matrem, fratrémque & plurima millia ciuium occidit: octingentos Iudæos, cóiugibus ac liberis coram ipſis priùs iugulatis, crucifigit in foro magno, eò quod dixiſſent: *Non aliter quàm tua morte conciliabis tibi animas populi*: & hoc fieri lætus inter epulas cum concubinis ſuis, ex arce Antonia proſpectat. Intereà anno Græcorum 212. iniit Sabbaticus centeſimus octogeſimus nonus: & anno 216. Hebdomas Danielis 52. & anno 220. Sabbaticus centeſimus nonageſimus: & 223. Hebdomas quinquageſima tertia: & 226. Sabbaticus centeſimus nonageſimus

Anni
Mundi

primus: & 230. Hebdomas quinquageſima quarta, quo & anno Ptole- 38.5
mæus Lathurus obiit, cum regnaſſet annis 33. *k* ſucceſſit ei Ptolemæus Auletes.

Anno Græcorum 233. occurrit Sab- 3868
baticus centeſimus nonageſimus ſecundus: & anno 237. Hebdomas quin-
quageſima quinta: & 229. Iubilæus vi- 3876
geſimus ſeptimus: & 240. Sabbaticus centeſimus nonageſimus tertius: & anno 241. Alexander morbo ex temulentia contracto extinctus eſt, cùm crudeliſſimè regnaſſet annis 27. *l* hic duos reliquit filios Hircanum & Ariſtobulum, qui poſteà ad Herodis vſque tempora de regno diſceptarunt *m* Priùs enim Alexandra Alexandri defuncti vidua. quæ à Ioſepho Salome, ab Euſebio Salma dicitur, ope Phariſæorum regnum ſibi vſurpat: & Hircanum filium natu maiorem præficit Sacerdotio. Anno Græcorum 244. cœpit Hebdomas Danielis quinquageſima ſexta: & anno 247. Sabbaticus centeſimus nonageſimus quartus. Et anno 250. Alexandra cùm 9. *n* annos pa-
cificè regnaſſet, obiit: & anno ſequen- 3888
ti iniit Hebdomas Danielis quinquageſima ſeptima.

Defuncta Alexandra, Ariſtobulus II. eius filius natu minor fratrem ſuum Hircanum Pontificatu ſpoliat, & 3. *o* annis per vim regnat; hinc anſa Romanis Iudæam inuadendi. Hircanus enim adit Damaſcum, & de violentia conqueritur apud Pompeium *p*, qui ſtatim cum exercitu in Iudæam properat; Ariſtobulum ſibi occurrentem ſecum detinet; Ieroſolymam obſidet, & à ſautoribus Hircani in eam receptus; fautores Ariſtobuli in Templo ſe continentes oppugnat, ac tertio demum menſe, vi capto, ingreditur cum ſuis vſque ad Sancta Sanctorum; theſauros ac vaſa Templi intacta reliquit; ſacra fieri præcipit: Hircano Pontificatum confirmat; Ariſtobulum autem; filióſque eius Antigonum, & Alexandrum captiuos Romam adducit: Iudæam ex eo tempore Romanis tributariam facit, eiúſque procuratorem conſtituit Antipatrum Idumæum, obſcuro loco natum, ſed virum induſtrium, & Herodis Aſcalonitæ Patrem. Inter hæc.

Anno Græcorum 252. iniit Sabbaticus centeſimus nonageſimus quintus: & anno 258. Hebdomas Danielis quinquageſima octaua. Sub hæc Alexander Ariſtobuli ſecundi filius, natu minor, Româ profugus Iudæam inuaſit, ſed exacto triennio, ſe dedere coactus Gabinio, iuſſu Pompei ſecuri percutitur. Gabinius autem Iudæam, in quinque Toparchias, ſiue Curias partitur, & ſua cuique aſſigna-

ta

bbat.
LXXXV.
c d Da
^h VII.
Machab.
.o
bil. XXV
Vide lib. 3
t. 4 ſect. 12
duobus l.
1c Mach
zorum.

a. Machab.

abbat
LXXX VI.
Iebdom
XIX.

Euſeb. in
Chron.

abbat.
LXXXVII.
Iebdom. L.
abbat.
LXXXVIII.

Ioſeph. 10.
ntiq. c. 8.

lib. 13. 14.
15.
in Chron.

13. Antiq.
9.

Ioſeph ibi-
dem.
Hebdomas
LI.

Sabbat.
CLXXXIX.
Hebd. LII.
Sabb CXC.
Hebd. LIII.

Sabb. CXCI.
Hebd. LIV.

k Euſeb. in
Chron.

Sab CXCII.
Hebd. LV.
Iub. XXVII.
Sabbat.
CXCIII.

l Ioſeph. 13.
antiq. 23.

m cap. vlt. &
D. Hieron. in
cap. 9. Dan

Hebdomas
Dan. LVI.
Sabbat.
CXCIV.

n Ioſeph. 13.
antiq. 24.
Hebd. LVII.

o Ioſeph. 13.
antiq. 24.

o lib 14. cap.
5. 6. &c.

Sabbat.
CXCV.
Hebdomas
Dan. LVIII.

Anni Mundi

ta eſt Metropolis, nempè Ieruſalem, Dora, Amathuntis, Ierico, & Sephorim quæ dicitur Sephora à Ioſepho *a*. Per id quoque temporis Marcus Craſſus Conſul, Româ mouens contra Parthos, intrat Ieroſolymam, & (acceptâ, licet ab Eleazaro theſauri cuſtode trabeâ aureâ immenſi pretij *b*) ſpoliat Templum, ac tranſgreſſus Euphratem à Parthis in Perſide cum filio, totóque exercitu perit.

a Ioſeph 14 antiq. 10.

b cap. 15.

3898 Anno Græcorum 260. Ptolemæus Auletes rex Ægypti, cùm regnaſſet annis 30. *c* ſuccedit Cleopatra eius filia, quæ fratre ſuo Ptolomæo Dionyſio adhuc puero, & regnandi minimè capaci, ac poſt decem annos ſubmerſo, regnum capeſſit. Anno 264. iniit Sabbaticus centeſimus nonageſimus ſextus: eodem quoque anno, vt crediderim Iulius Cæſar perpetuus Dictator proclamatus poſt obitum Pompeij Pontificatum Hircano confirmauit, & procurationem Antipatro, qui ſeniorem ex filiis ſuis Phaſelum Iudææ, Herodem Aſcalonitam Galilææ præficit. Ipſe cunctis inuigilans, tandem à Malcho Iudæo veneno necatur: ipſéque Malchus ab Herode perimitur. Anno Græ-

c Euſeb. in Chron.

Sabbat. CXCVI.

Hebdomas LIX.

3902 corum 265. cœpit Hebdomas Danielis quinquageſima nona: & anno 268. Sabbaticus centeſimus nonage-

3903 ſimus ſeptimus: eodémque anno prædictus Iulius Cæſar Calendarium *d*, emendauit, incepítque annum à primo die Ianuarij; (& hic annus Iulianus dictus, vbique receptus eſt, eóque Eccleſia iam vtitur, noſque deinceps in hac ſacra vtemur chronologia, eiúſque annos vſque ad Chriſtianam Æram vulgatem vſurpabimus) cumque in dictatura præfuiſſet annis quinque, vulneribus viginti tribus in Senatu confoſſus occubuit, anno ſuo Iuliano ſecundo, & 25. Martij. Ab hac die Octauia-

Sabbat. CXCVII.

d Vide lib. 2. er 2 art. 7. De emendatione Calendarij à Iulio Cæſare, & correctione anni ciuilis. à Gregorio XIII. & art 8. & 9. de ſeriendis, Iuliana potiſſimû, & de Æris.

394 nus *f* Auguſtus filius eius adoptiuus, Romanæ Reipublicæ clauum tenuit.

Hebd. LX.

3907 Anno Iuliano 5. cœpit Hebdomas Danielis ſexageſima. Porrò cum Hircanus Pontifex volubili variante fortunâ præfuiſſet aliquot annis, Antigonus Ariſtobuli 11. filius, natu maior, fraterque illius Alexandri quem Pompeius ſecuri percuſſerat, Parthorum ope, regnum Iudææ, & Pontificatum ſibi vendicat *e*, & patruum ſuum Hircanum Pontificem antequam à Parthis captiuus abduceretur, auribus mutilat, ne vltra Pontificatui eſſet idoneus. Phaſelus etiam vinctus à Parthis, & abductus, cum manus liberas non haberet, colliſo ad ſaxum capite, ſeipſum necidit. Herodes verò eius frater, Parthorum vix manus effugiens aſperâ licet hyeme, abiit Romam Auguſto Senatuſque clades

e Ioſeph. 14 antiq. 24. 25.

ſuas exponit: creatur rex Iudæorum, acceptíque Duce Soſio, auxiliaribus copiis ad debellandum Antigonum; ſtatim reuerſus in Iudæam nititur omni modo ſuſcipere regnum: ſed Iudæis, quòd alienigena eſſet, pertinaciſſimè rei renitentibus, anno demum tertio, ac Iuliano 8. qui erat Sabbaticus *f* centeſimus nonageſimus octauus; Agrippa & Canimo Coſſ. in die Sabbati, vi armorum captâ Ieroſolyma, inultis Iudæis, regnat tyrannicè: 3910 Antigonum captum, cum præfuiſſet, annis 4. *g* datis pecuniis multis, curat à M. Antonio ſecuri percuti *h* Antiochiæ, éique ſubſtitui per tres an- 3913 nos *i* Ananelum de ſemine Aaron, è Babylone euocatum: Poſteà tamen, vt Iudæorum animos ſibi conciliaret, duxit vxorem Mariamnen filiam Hircani à Parthis capti, & Ariſtubulum tertium, filium eiuſdem Hircani extruſo Ananelo, declarat Pontificem. Et vt ſibi nomen Meſſiæ vendicaret, inſtaurat Templum Domini in Ieruſalem, occaſione bellorum, confractum. Samariam, Turrim Stratonis, ſeu Cæſaream Paleſtinæ, & Antipatridam vrbes operoſis ædificiis ampliat; Herodium caſtellum exſtruit, aliáque præclara facinora, vir aliàs induſtrius, prudénſque operatur. Intereà anno Iuliano 12. cœpit Hebdomas Danielis ſexageſima prima. 3914

f Ioſeph. 14. antiq. c. 28. Sabbat. CXCVIII.

g Euſeb. in Chron

h Ioſeph. 15. antiq. 1.

i Euſeb. in Chron.

Hebdomas Dan. LXI.

Porrò cum Hircanum à Parthis reuerſum Herodes aduerteret, more priſco regem ſalutari, illum ſibi ſocerum, filiúmque eius Ariſtobulum *k* III. Pontificem à ſe creatum, cum præfuiſſet annis 3. *l* necat; totámque in eo Aſſamonæorum familiam extinguit, iterúmque intruſit Ananelum Babylonium. Ac deinceps, Sacerdotio Aaron iam ſeneſcente ac delirante, Pontifices ſæpe intruſi, ſæpius extruſi; facto ſubinde tranſitu è familia Eleazar ad familiam Ithamar.

k Ioſeph. 15 antiq. 3.

l Euſeb. in Chron.

Anno Iuliano 15. & Periodi Iulianæ 4683. (quo & iniit Sabbati- 3917 cus centeſimus nonageſimus nonus) cum primo apud Actium, & rurſus ad Pharum die Auguſti vigeſima nona, victus occiſúſque fuiſſet M. Antonius Triumuir & Amaſius Cleopatræ; ipſa ne in Auguſti victoris poteſtatem viua veniret, aſpidis morſu necem ſibi intulit, cùm ſceptrum tenuiſſet annis 22. *n* ſicque extinctâ Cleopatrâ, vltimâ à ſanguine Ptolemæorum reginâ, vltimiſque Græcæ Monarchiæ excrementis, deſiit & Monarchia, cùm ſtetiſſet in Ptolemæis Ægypti regibus annis 300. tunc enim tota Ægyptus Romanis nondum planè ſubactâ, Auguſto victori ceſſit: qui propterea ſibi liberum, plenúmque dominium adeptus, tunc propriè Romanæ Monarchiæ anno ſequenti initium fecit. 3918

m Ex his Pontificibus excrementitiis tres tantum in Scriptura memorantur videlicet Annas & Caiphas, ſub quibus Chriſtus baptizatus eſt, & crucifixus. Et Ananias, cuius iuſſu Paulus in os percuſſus eſt.

Sabbat. CXCIX.

n Euſeb. in Chron.

Anno Iuliano 19. cœpit Hebdomas 3921

Anni Mundi

Danielis ſexageſima ſecunda: & anno 22. Iubilæus vigeſimus octauus, ſimúlque Sabbaticus ducenteſimus: & anno 26. Hebdomas Danielis ſexageſima tertia: & anno 29. Sabbaticus ducenteſimus primus: & ann. 33. Hebdomas ſexageſima quarta: & ann. 36. Sabbat. ducenteſimus ſecundus: & anno 40. Hebdomas ſexageſima quinta: & anno 43. Sabbaticus ducenteſimus tertius.

Inter hæc Herodes multis ſubindè calamitatibus Iudæos opprimens, quidquid ſeminis regij reperit crudeliter necat *a*: libros omnes in quibus ſcripta Regum genealogia in Templo ſeruabatur, comburit: Sanhedrin, ideſt concilium 70. Iudicum è domo Dauid delet *b*; illúdque ex Proſelytis qui magis in lege videbantur eruditi, ſupplet *c*. Feſſi tandem Iudæi longa eius tyrannide, vltrò ei, eiúſque poſteris, regnum offerunt, & ſacramentum fi-
1941 dæi præſtant, circa annum Iulianum 39. vnde cùm anteà tyrannicè regnaſſet annis 31. deinceps regnat legitimè. Et tunc, vt ſentiunt aliqui, ablatum eſt ſceptrùm *d* de Iuda, quòd primo datum fuerat Dauidi: nec tantùm ſceptrum, ſed & legitima Summi Sacerdotij inſtitutio, per hæc tempora defecit, dùm illud è familia Aſſamonæorum Herodes ad alios tráſtulit; pro libito promouens, amouéſque qui plùs, minúſve gratiâ, vel pecuniâ apud eum pollerent. Poſtremò & ipſa rectorum dogmatum ſincera doctrina plurimis erroribus ſcatet obſcurata, vigentibus apud Hebræos variis ſectis inter ſe diuerſis, maximè verò Phariſæórum, Sadducæorum, Samaritanorum, Herodianorum.

Sic igitur concuſſis ſtatus Iudaïci tribus firmiſſimis columnis, Regno, Sacerdotio, & Lege; eóque ſtatu iam corruente, venire debuit, qui collapſum Regnum, Sacerdotium: & Legem, Ipſe Rex, Sacerdos, & Legifer noſter reſtitueret. Ipséque via, veritas, & vita, à rectu tramite deuios reuocaret in viam gratiæ; cunctóſque per veritatem errores auferens, omnes perduceret ad vitam gloriæ. Cúmque iam poſt varia bella, deuictis hoſtibus Romam ingreſſus, templum Iani, quod ab annis iam ducentis ad indicandum bellum patuerat, clauſiſſet, in ſignum ſummæ tranquillitatis, toto Orbe terrarum in pace compoſito, *Rex Pacificus Chriſtus Dominus natus eſt*, in Bethlehem Iudæ, anno Iuliano 45. Imperij Auguſti 30. Periodi Iulianæ 4713. & mundi iuxta calculum noſtrum 3947.

Anni Mundi

HISTORIA SACRA
NOVI TESTAMENTI
EXCVRRIT A CHRISTO NATO,
AD OBITVM IOANNIS EVANGELISTÆ Hagiographorum vltimi;

Et continet annos 1C1.

Anni Christi

IESVS CHRISTVS Deus & homo, vtriúſque Teſtamenti veteris ac noui complementum, & lapis angularis faciens vtraque vnum: ex patte ſine matre ab æterno genitus, & in tempore ex matre *a* ſine patte; auum maternum habuit, qui à D. Luca vocatur Heli, vulgò Ioachim, pattiâ Nazarenus, ortus de ſtirpe Dauid per lineam Nathan. Cúmque eſſet annorum 20. *b* ducit Annam, annorum 16. Bethleemitidem, & de eâdem ſtirpe Dauid oriundam per lineam Salomonis *c*, ſimúlque ſanctè viuentes, ſubſtantiolæ ſuæ tertiam partem Templo, ac Miniſtris eius, alteram pauperibus erogant, reliquam victui ſuo ſeruant; ſicque per annos viginti ſine prole viuentes, vouent Domino, ſi daret ipſis ſobolem, eam ei conſecrarent: Cúmque vno Encæniorum feſto Ioachim Ieroſolymis cum oblatione ſua altari appropinquans à Pontifice ſterilitatis exprobaretur, pudore ſuffuſus ſecedit ad caulas, vbi Angelus Gabriel apparens ei, ac deinde Annæ, annuntiat filiam ipſis naſcituram, cui nomen Mariæ imponendum.

a Luc 3. v. 23. Vide lib. 2. tract 1. de ſacra Chriſti Genealog à, prout recenſetur à D Matthæo & Luca; maximè verò part. 4. art. 1. 4. & 5.
b *Hieron.* de ortu B Mariæ vt refert Adrich. p. 259
c Menologiũ Græcorum octauo ſeptẽbris. Galatin. lib. contra Iudæos, Lyran Caiet. & alij in 3. Luc.

Concipit igitur Anna, octauo Decembris; & poſt nouem menſes, octauo Septembris, Mariam; quæ tertio ætatis ſuæ anno ablactata, iuxta votum præſentatur Ieroſolymis in Templo, vbi cum aliis virginibus vſque ad annos nubiles Domino ſeruiens, ſanctitate Illuſtris, prima omnium virginitatem ſuàm vouet Deo; ibique manet, vſque ad 14. *d* annum ætatis ſuæ, quo deſponſata eſt Ioſeph fabro, de ſtirpe *e* Dauid per lineam Salomonis, reditque Nazareth.

d Hieron. de ortu B. Mariæ vt refert Adrich.
e Matth. 18. & 20. Vide lib. 2. tr. 1. par. 4. art. 3. De patre naturali & legali Ioſeph ſponſi Deiparæ.

Anni Christi

Tunc Angelus Gabriel Zachariæ Sacerdoti ſeni, in Templo thymiama adolenti apparens, ſtánſque à dextris altaris incenſi, nuntiat ex vxore Elizabeth ſterili & anu naſciturum filium, qui matris in vtero ſanctificandus, & Ioannes appellandus, Præcurſor Chriſti foret. At Zacharias incredulus oraculo mutus efficitur. Elizabeth paulò pòſt concipit, ipſo æquinoctio autumnali.

Sexto dehinc menſe, æquinoctio vernali, vigeſimo quinto Martij. Idem Gabriel in Nazareth annuntiat Virgini Mariæ *Ieſum Christum*, illæſa eius virginitate, ex ipſa naſciturum; cui illa aſſentiens, mox virtute Spiritus Sancti concipit; abitque in montana Iudææ, ac domum Zachariæ & Elizabeth cognatam ſuam inuiſit, & apud eam menſes ferè tres commorata, domum repetit. Die 24. Iunij ſolſtitio æſtuali; Elizabeth parit Ioannem, qui in deſerto habitat vſque ad diem oſtenſionis ſuæ ad Iſraël *f*.

f Lucæ 1.

Ioſeph Mariam à ſe ſtractam, grauidam aduertens, clam dimittere vult, ſed nocte ab Angelo de Diuino myſterio inſtruitur *g*. Cúmque, Cæſaris Auguſti edicto, deſcriberetur vniuerſus orbis; aſcendunt ſimul in Bethlehem ciuitatem Dauid, ex qua ambo erant oriundi, vt nomina ac cenſum darent. Ibi Maria *Chriſtum* parit; anno 4947. ab orbe condito, iuxta calculum noſtrum, & Periodi Iulianæ 4713. ipſo ſolſtitio hyberno, quod tunc incidit in 25. diem Decembris 4713. Quâ die, quâue hora, diſſentiunt Chronologi *h*. *Chriſtum* natum, & in præſepio reclinatum Paſtores ab Angelo moniti circa Turrem gregis, confeſtim inuiſunt; ac paſſim prædicant.

g Math. 1.

h Vide Ob XCIII. Qu tépore Chr ſtus cõceptu natur. (vbi d Æra Chriſti baptizatus S crucifixus fi ac reſurrexit

Octauâ poſt natiuitatem die, eâque prima Ianuarij (quæ primo anno

Anni Chriſti

giariæ, ſeu Æ:æ Chriſtianæ initium dedit; anno Iuliano 46. Periodi Iulianæ 4714. mundi, iuxta calculum noſtrum, 3948.) *Chriſtus* circumciſus eſt à S. Ioſeph, ſi Ephrem *a* credimus, in ſtabulo *b*, & vocatus eſt *Ieſus*; & à Sentio Saturnino, vice Quirini, Syriæ tunc præſidis, deſcriptus *c*. Hoc anno huiuſce deſcriptionis occaſione, Iudas Galilæus, indignum ratus, Iudæos alienigenis tributum pendere; populum ad defectionem ſolicitat *d*; habuitque ſectatores, qui conſtantiſſimo libertatis amore flagrantes, credebant ſolum Deum Dominum eſſe ac Principem *e*, faciliùs vel exquiſitiſſima pœnarum genera laturi, quàm mortalem aliquē appellaturi Dominum *f*: & ex ea ſecta fuerunt illi *g*, quos Pilatus ſacrificantes interfecit, quorumve ſanguinem miſcuit cum ſacrificiis eorum *h*. Et quia *Chriſtus* & Apoſtoli natione Galilæi erant, in ſuſpicionem poſteà adducti ſunt, ne eadem ſentirent cum Galilæis hæreticis; ideóque Phariſæi tentarunt *Chriſtum*, an liceret cenſum dare Cæſari *i*.

a Homil. de transfiguratione. *c* Epiphanius, lib. 1. de hæreſ. *e* Tertullian. de Pallio. *d* Act. 5. v. 37. *f* Ioſeph. 18. antiq. 2. *g* ibidem. Oecumenius. *h* Luc. 13. v. 2. *i* cap. 20. v. 22.

Porrò *Chriſtus* iam circumciſus die 13. ab ortu ſuo, eáque ſexta Ianuarij, in ſtabulo adoratur à Magis, qui vel ex Perſide, vt aliqui volunt *k*, quæ orientalis eſt Iudææ, & vbi genus id hominum præcipuè degebat: vel ex Arabia, vt aliis placet *l*, dromedariis ſuis, paucis diebus in Bethlehem facilè potuerunt aduenire. Tum Diuino oraculo in ſomnis præmoniti, ne redirent ad Herodem, ipſos aſturé præſtolantem, aliâ viâ ſedes ſuas repetunt.

k Clemens Alexandr. 1. ſtrom. Chryſoſt. in Matth. *l* Epiph. in expoſit. fid. num 8. Tertul. lib. contra Iud. c. 9 vide lib 6. in Sacro Onomaſtico de Arabia lit. A

Quadrageſimo ab ortu, die purificationis, puerperæ lege præſcripto, eóque ſecundo Februarij, *Chriſtus* Ieroſolymis in Templo præſentatur; vlnis Simeonis excipitur; eiúſque ſicut, & Annæ viduæ, anuſque piiſſimæ propheriis inclareſcit *m*. Inde Nazareth conſedit cum parentibus, à quibus paulò poſt (rumore eorum quæ mox geſta erant in Templo ad aures Herodis delato) Angeli monitu, defertur in Ægyptum, cuius ſimulachra corruunt à facie eius *n*. Commoratur circa Heliopolin, vbi adhuc oſtenditur fons *Ieſu*, ſeu, B. Mariæ; ex quo ipſi & Ioſeph ſæpe biberunt, ab incolis venerationi etiamnum habitus, paruus quidem, ſed vberrimè fluens, & irrigans hortum balſami *o*. Quantum ibi hæſerit, *Chriſtus* incertum; biennio tantùm ait Epiphanius *p*.

m Luc. 2. *n* Iſa. 19. *o* Vide lib. 6. in ſacro Onomaſtico, Engaddi, lit. 3. *p* In Panario.

Porrò Herodes ſe deluſum videns à Magis, ac prædicto rumore percitus; cùm vellet *Chriſtum* perdere, nec ſciret vbi eſſet, omnes pueros à bimatu & infrà occidi iuſſit in Bethlehē, ac finibus eius *q*, in quibus olim obierat, & ſepulta erat Rachel. Huius immanitatis, aliorúmque ſcelerum ac tyrannidum luens pœnas, morbo intercute, exulceratione viſcerum, neruorum contractione, verendorum putrefactione, aliiſque diris malis, & cruciatibus, ac ſcatentibus toto corpore vermibus, ad extremum adigitur; iámque moriturus è tota ditione ſuâ nobiliores *ſ*. Iudæorum, minaci edicto pœnam capitis non parentibus intentante, conuocatos, in hippodromo fecit occludi, ſuíſque diſtrictè præcepit, vt ſtatim atque ipſe expiraſſet, omnes ibi occiderentur, vt ſaltem hoc facto, tota Iudæa volens nolens ſibi mortuo illacrymaret: verùm eo extincto, necdum interim propalato, coniux eius Alexas induſtria cunctos dimiſit. Superſtites autem Herodis filij de regni ſucceſſione litem mouent; quæ ſic deciſa eſt ab Auguſto, vt neutri regnum cederet, ſed diſſectum in quatuor Tetrarchias *t* adminiſtraretur. Sicque Archelao Iudæam, hoc eſt Paleſtinæ partem illam, cuius caput erat Ieroſolyma, itémque Samariam & Idumæam, Herodi Antipæ Galilæam, Philippo Trachonitidem & Gaulonitidem; Lyſaniæ (quem aliqui *u* Herodis filium volunt) Abilinam dedit adminiſtrandas *x*. Anno 1. init Hebdomas Danielis ſexagima ſexta.

q Geneſ. 35. v. 19. Ierem. 31. v. 15. *r* Matth. 2. *ſ* Ioſep. 17. antiq 8. 10. Vide Obſ. XCIV. De Herodis Aſcalonitæ proſapia, nec nō de triplici Herode, quorum in nouo teſtamento fit mentio. *t* Ioſeph. 17. antiq. 9. cap. 13. *u* Nicephor. & Beda, non autē Ioſeph. *x* Luc. 3.

Herode mortuo, aliiſque eius fautoribus, qui quærebant animam
Chriſtus anno 3. die 7. Ianuarij *y*, 3
monente Angelo regreditur ex Ægypto *z*. Ioſeph autem audito quòd Archelaus, qui paſſim ab adulatoribus rex dicebatur, regnaret in Iudæa, admonitus in ſomnis, ſecedit in Galilæam ſub Antipa, mitioris animi viro; habitáque in Nazareth. Anno 5. init Sabbaticus ducenteſimus quartus. Et anno 9. Hebdomas Danielis ſexageſima ſeptima.

Hebdomas Dan. LXVI. *y* Vt diximus antiq Martyrologia. *z* Matth. 2. S. bbat. CCIV. Hebdomas Dan. LXVII.

Anno 11. Archelaus à Iudæis ac- 11
cuſatus inſolentiæ apud Auguſtum, Viennam Galliæ relegatur, miſſo Quirino *a* Præſide in Syriam, & Coponio procuratore in Iudæam: ac deinceps Iudæa a Romanis Præſidibus gubernatur *b*. Vode.

Anno 12. inſtante iam Paſchate, 12
quum expulſo, Archelao, nihil metuendum eſſet *Chriſto*, aſcendit cum parentibus *c* Ieroſolymam, ſecundum conſuetudinem diei, conſummatiſque diebus, cùm parentes redirent, remanſit in Ieruſalem, quod illi minimè cognoſcentes, & poſt iter vnius diei requirentes eum inter cognatos & notos, nec inuenientes; regreſſi in Ieruſalem inuenerunt eum poſt triduum in Templo, ſedentem in medio Doctorum, audientem eos & interrogantem, ſtupentibus omnibus: & ab ano 12. vſque ad 30. Delituit, artem fabrilem

a Ioſeph. 17. ant. c. 15. *b* Vide lib. 2. tr. 4. in fine, Appendicem de Syriæ Præſidibus, qui Romanorum Imperatorū, nomine Iudæam adminiſtrarent. *c* Ioſeph 5 1. *d* Luc. 2. v. 41 v. 51

exercens

Anni Chriſti

Sabbat. CCV.

exceens, ſubditúſque parentibus. Eodem anno init Sabbaticus ducenteſimus quintus.

14 Anno 14. Auguſto Imperatore in Campania defuncto, menſis ſibi cognominis die 19. anni, Iuliani 59. Succedit Tiberius Cæſar, in cuius gratiam Herodes Antipas Tiberiadem condidit. Anno 16. init Hebdomas Danielis ſexageſima octaua. Anno 19. Aſtrologi, Magi, ac Diuini, grauiſſimo Tiberij edicto, Româ, totáque Italiâ exterminati ſunt *a*. Anno 19. init Sabbaticus ducenteſimus ſextus; & anno 23. Hebdomas Danieli ſexageſima nona; & anno 26. Sabbaticus ducenteſimus ſeptimus: & anno 27. Iubilæus vigeſimus nonus.

Hebd. Dan. LXVIII.

a Vigenerius anno 17. Sabb. CCVI. Hebd. Dan. LXIX. Sabbat. CCVII. Iubil. XXIX.

29 Anno 29. & Tiberij 15. *b* ineunte, Ioannes Baptiſta qui hactenus in deſerto vitam egerat, in cunctis ſummè rigidam; iuſſu Dei, incipit prædicare pœnitentiam in deſerto Iudææ, & circumquaque in omni regione Iordanis, obiurgat peccatores; Baptizat in aqua, conteſtans inſtare regnum cælorum, & iam iam fortiorem ſe venturum qui baptizaret Spiritu Sancto & igne. Itaque multi vndique ad baptiſmum eò confluunt *c*.

b Luc. 3. v. 1. Anno Tiberij computat Lucas more Romanorũ, qui à Calendis Ianuarij annos Principum ſemper exordiebantur etſi in medio anni decurſu (ſicut Tiberius) ſuum inchoaſſent imperium.

c Matth. 3. Luc. 3.

30 Anno 30. *d* ineunte, venit eodem & *Chriſtus*; & à Ioanne, etſi renitente, baptizatur in Iordane, ſexto Ianuarij, ipſa die Epiphaniæ, id eſt apparitionis; Pater namque apparuit in voce, Filius in carne, Spiritus ſanctus in columba *e*. Baptizatus autem *Chriſtus* mox impetu eiuſdem Spiritus ſancti ſecedit in deſertum Quarantanæ *f*, vtque ſe ad opus prædicationis præpararet; 40. dies, noctéſque ieiunat *g*, cum beſtiis habitans. 15. Februarij completo ieiunio, & tentatore ter ſuperato, accedentes Angeli miniſtrant victori *Chriſto*, qui poſteà reuertitur in Galilæam, ac diebus quindecim manet in Nazareth *h*.

d Matth. 3. v. 13. Luc. 3. v. 23.

e Matth. 3. Mar. 1. Luc. 3.

f Adrichom. in Theat.

g Matth. 4. Mar. 1.

Die 56. à Baptiſmo, ait Epiphanius *i* eáque prima Martij, (erat enim ille annus biſſextilis) multis exiſtimantibus Ioannem Baptiſtam eſſe *Chriſtum*; mittunt Iudæi ab Ieroſolymis Sacerdotes ad Ioannem in Bethania, quæ eſt trans Iordanem, vt interrogarent quiſnam eſſet: quibus reſpondet, ſe non eſſe *Chriſtum* nec Eliam, nec Prophetam; ſed vocem clamantis in deſerto, &c. In medio autem eorum ſtare quemdam ſe priorem, digniorémque.

h Epiphan. hæres. 51. *i* Ibid.

Alterâ die *k*, eáque ſecundâ Martij, Ioannes venientem ad ſe *Ieſum* digito demonſtrans populo, ait *Ecce Agnus Dei*. Sequenti die, eaque tertia Martij, *Ieſum* ambulantem oſtendens duobus ex diſcipulis ſuis, quorum vnus erat Andreas frater Petri, ait iterum, *Ecce Agnus Dei*; qui duo mox ſecuti ſunt *Chriſtum*. Et Andreas eiò fratrem ſuum Petrum ei adducit; cum quibus poſtridiè *Chriſtus* abiens in Galilæam, obuium ſibi Philippum vocat; & per eum Nathanaëli innoteſcit *l*, quem tamen in Apoſtolum non aſſumpſit, quia erat legis doctor *m*.

k Ioan. 1. v. 31.

l Ioan. 1. *m* Aug. tr. in Ioan. *n* Ioan. 2. v. 1

Tertiâ die *n*, ſcilicet à vocatione Andreæ & Petri, eáque quintâ Martij, & ſexageſimâ à Baptiſmo *Chriſti*, nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ; quò vocatus *Ieſus*, Matre interpellante, primum edens miraculum, ſex hydrias aquę in vinum optimum conuertit. Inde cum matre, cognatis, & Diſcipulis deſcendit Capharnaum. Tum inſtante Paſchate *o* aſcendit Ieroſolymam, factóque de funiculis flagro, eiicit vendentes è Templo, rogatúſque ſignum vendicatæ autoritatis, ait: Templum corporis ſui ab ipſis ſoluendum, idémque à ſe intra triduum excitandum: & pleriſque eò loci, in die feſto Paſchæ, editis miraculis, multi in eum credunt *p*, ex quibus fuit Nicodemus Phariſæus Princeps Iudæorum, quem nocte ad ſe venientem docet regenerationis ex aqua & Spiritu ſancto, & fidei in Chriſtum crucifigendum, ac inſtar ſerpentis Moyſis exaltandum, neceſſitatem. Hinc abiens moratur in Iudæa, vbi baptizat per diſcipulos; Inter hęc & primâ die ſeptimi menſis Iudæorum nomine Tiſri, iniit vna illa, id eſt ſeptuageſima ac vltima Hebdomas Danielis, quæ multis Diuinum pactum erat confirmatura *q*.

o v. 13.

p v. 23.

Hebd. Dan. LXX.

31 Anno 31. erat Ioannes baptizans in Ennon, & diſcipulis ſuis conquerentibus, quòd plures ad *Ieſum* confluerent, ſuo quaſi defunctus officio, reſpondit *Illum oportet creſcere, me autem minui r*. Et ſanè quandiu Præcurſor *Chriſti* Ioannes baptizauit, prædicauítque, *Chriſtus* non ita palàm ſe Meſſiam prodidit: vnde & prætermiſſa ſunt acta, nec non illa quæ intereà ipſe edidit miracula *s*. Sub finem autem anni Herodes Antipas à Ioanne correptus de inceſto cõiugio cũ Herodiade, vxore Philippi fratris ſui adhuc viuentis, miſit illum in carcerem in Machero caſtro, vbi erat regia Herodis *t*.

q Dan. 9. v. vlt.

r Ioan. 3.

s c. 4. v. 45.

32 Anno 32. ineunte, *Chriſtus* Herodem fugiens, ac Phariſæos, indignè ferentes quòd ipſe plures diſcipulos faceret & baptizaret quàm Ioannes; relictâ Iudæâ, repetit Galilæam, & tranſiens per Sichar Samariæ, colloquium habuit ad fontem Iacob cum Samaritana *u* (ſanè ex verſu 35. vbi dicitur adhuc quatuor menſes ſunt & meſſis venit, colligitur id contigiſſe ſub initium anni.) poſt biduum peruenit in Galilæam, vbi prædicat; & in Capharnao edit miracula. Inde venit Nazareth patriam ſuam, vbi cum Sabbato legiſſet, & in ipſo completam eſſe dixiſſet Prophetiam Iſaiæ *x*; & populares incredulitatis argueret; indignati eum

t Ioſeph. 18. antiq. 10.

u Ioan. 4.

x Iſa. 61.

Anni Christi

expellent, vt è ſupercilio montis præcipitarent: At ille tranſiens per medium illorum reuertitur Capharnaum, Galilææ emporium; ibique deinceps docet in Synagogis, & magnificatur ab omnibus *a*.

a Luc. 4.

Sub initium Februarij, venit iterum in Cana Galilææ, vbi filium teguli, abſens licèt, in Capharnao graui morbo laborantem, ſolo verbo liberat à morte; & patrem ab incredulitate *b*. Ambulans iuxta mare Galilææ, Petrum & Andream piſcantes, itémque Iacobum & Ioannem reficientes retia ſua vocat *c*, & ingreſſus cum illis nauim Petri, ex ea, turbas docet; cúmque iuſſiſſet mitti rete, capitur ingens vis piſcium, quo miraculo diſcipuli illi relictis omnibus ſecuti ſunt eum *d*. Ipſe verò cum eis Capharnaum reuerſus, docet in Synagoga, & ſpiritum immundum qui eum Sanctum Dei profitebatur, è dæmoniaco pellit.

b Ioan. 4.
c Matth. 4. Mar. 1.
d Luc. 5.
Vide in l. 2. tr. 9. De Dæmoniacis. Et tr. 10. De ſpiritibus & ſpectris vi-uos infeſtantibus.

Hinc ingreſſus domum Petri ſocerum eius à febri liberat: veſperè omnes malè habentes curat; diluculò ſecedit in deſertum, ibique orat: ac poſteà prædicat in Synagogis, in omni Galilæa ſanans omnem languorem, & dæmonia eiiciens *e*, vnde & ſecutæ ſunt eum turbæ multæ; abiitque opinio eius in totam Syriam *f*. Hac famâ permotus Abgarus, ſeu Abagarus rex Edeſſæ in Syria ægrotans ſcripſit ad *Chriſtum*; Chriſtúſque ad eum reſcripſit *g*, miſitque imaginem ſui non manu factam *h*.

e Mar. 1. Luc. 4.
f Matth. 4.
g Euſeb. l. hiſtoriæ 13.
h Damaſc. 4. de fide orthodoxa c. 17.

Menſe Martio, *Chriſtus*, tribus ſe ſequi volentibus, primum monet de paupertate Euangelica, ſecundum verò de ſepeliendi patris, tertiúmque de rei domeſticæ cura anxia reprehendit *i*. Sedat tempeſtatem maris dum dormiret ſubortam; appulſus regionem Geraſenorum duos dæmoniacos ſæuiſſimos liberat, quorum alter obſeſſus erat legione dæmonum, qui *Chriſti* permiſſu migrant *k* in porcos. Redit Capharnaum, vbi paralyticum per tectum antè ſe demiſſum ſanat. Prætereiens telonium, Matthæum vocat; à quo conuiuio excipitur; ibique à Ioannis diſcipulis reprehenſus, quòd ſui non ieiunaturos *l*. Hæmorrhoiſſam curat *m*, filiam Iairi Archiſynagogi duodennem ſuſcitat; duos cæcos illuminat; & dæmonium mutum eiicit *n*.

i Luc. 9. v. 57
k Matth. 8. Luc. 8.
l Matth. 9 Luc. 5. Mar. 2.
m Vide Obſeruat. XCV De miranda imagine. n erecta Chriſto, Matth. 9.

In feſto Paſchæ, quod incidebat in diem Sabbati, aſcendit Ieroſolymam; ſanat paralyticum ad probaticam piſcinam, iubens ei vt grabatum ſuum tolleret, quo offenſi Iudæi, *Chriſtum* perſequuntur *o*. Sabbato ſecundo primo, id eſt ſubſequenti poſt Paſcha, cùm tranſiret per ſata, diſcipuli eius eſurientes vellunt ſpicas, eóſque, contra Phariſæos murmurantes, quia hoc facerent in Sabbato, excuſat exemplo

o Ioan. 5.

Dauidis, & eorum qui cum ipſo erant, qui eſurientes comederunt panes propoſitionis, quos ſolis Sacerdotibus licebat edere. Alio rurſum Sabbato manum aridam ſanat in ſynagoga, probans licere Sabbatis benefacere; vnde indignati Phariſæi de perdendo *Chriſto* cum Herodianis conſultant: At ipſe cum diſcipulis ſecedit ad mare Galilææ, & turba multa à Galilæâ & Iudæâ ſecuta eſt eum. Dæmones ipſum Dei filium confitentes coërcet *p*. Tum exit in montem, vbi pernoctat in oratione Dei, & manè eligit duodecim Apoſtolos *q*; ibidémque prolixo ſermone, qui in monte cognominatur, ac ſummam vitæ Chriſtianæ & perfectionis Euangelicæ complectitur, eos inſtruit: inter alia octo proponit beatitudines *r*; & deſcendens cum illis, ac ſtans in loco campeſtri, coram multitudine copioſa, ſummatim pleraque repetit *s*. Hinc progreſſus leproſum tactu mundat; mox intrat Capharnaum, vbi à Centurione rogatus, ſeruum eius paralyticum & abſentem verbo ſanat *t*: Tum ob populi confluxum, ſecedit in deſertum, ibique orat *u*. Poſteà pergit Naim, ad cuius portam filium vnicum viduæ ſuſcitat *x*.

p Matth. 12. Mar. 13. Luc. 6.
q Matth. 10. Luc. 6.
r Matth. 5. v. 7.
s Luc 6. v. 17
t Matth. 8. Luc 7.
u Mar. 1. Luc. 5.
x Luc. 7. v. 11.

Hæc audiens Ioannes Baptiſta circa menſem Iunij, duos ex diſcipulis è carcere ad *Chriſtum* mittit rogatum, *tu es qui venturus es?* quibus digreſſis incipit *Chriſtus*, & Ioannis prædicare dignitatem, & Iudæorum exprobrate obſtinatum animum: & væ dicit Corozain, & Bethſaidæ, & Capharnaum. Arguit ſcribas & Phariſæos quòd nec Ioanni, nec ſibi crederent; eiſque præfert Publicanos ac meretrices pœnitentes *y*. Sub hæc mulier peccatrix ingreſſa domum Simonis Phariſæi, lacrymis rigat pedes *Chriſti* recumbentis, capillis tergit, oſculatur; & quia dilexit multum, indulgentiam accipit peccatorum *z*.

y Matth. 11. Luc. 7.
z Luc. 7. v. 36.

Circa menſem Iulij, dæmoniacum cæcum & mutum curat; vnde turba miratur; cognati exeunt, vt ipſum ceu furioſum comprehendant; & Phariſæi eum in Belzebub eiicere dæmonia calumniantur. Scribæ ſignum petunt; ſed *Chriſtus* ſignum non dat, niſi ſignum Ionæ Prophetæ, obteſtatus Iudæos, Niniuitarum & reginæ Sabæ collatione, in iudicio condemnandos. Tunc mulier è turba beatam proclamat tanti magiſtri genitricem; & mater ac fratres eius quærunt ei loqui *a*. Inde egreſſus ad mare Galilææ, iterum de nauicula docet turbas in parabolis ſeminantis, zizaniorum, ſinapis, fermenti, theſauri, margaritæ, & ſagenæ, quas egreſſus Capharnaum Apoſtolis priuatim explicat. Poſteà tranſit in Nazareth patriam ſuam, vbi populares ſcandalizantur de eius tanta ſapientia, cùm eſſet fabri fi-

a Matth. 12. Luc. 11.

lius.

Anni Christi

a Math. 13.
b Luc. 8.
c Math. 10. Luc. 9.
d Luc. 9.
e Math. 11.
f Adrich. p. 128.
g Ibid.
h Math. 14.
i Ibid. Mar. 6. Luc. 9.
k Ioan. 6.
l Math. 15.

lius *a*. Deinde perambulans ciuitates, & vicos Galilææ, docet vbique, comitantibus ipſum Apoſtolis, & mulieribus aliquot, quæ ab ipſo ſanatæ, miniſtrabant ei de facultatibus ſuis *b*.

Poſt hæc, mittit Apoſtolos binos quoquò verſùm aptis admonitionibus prius inſtructos *c*, qui ibant per caſtella Euangelizantes, ægros oleo vngentes, & curantes vbique *d*; quos ipſe ſequens per ciuitates prædicat *e*. Interea 29. Auguſti Herodes Antipas die natalis ſui ad petitionem ſaltatricis, filiæ Herodiadis, Ioannem Baptiſtam decollari iubet in Machero *f* caſtro, vbi vinctus ſeruabatur; & capite puellæ dato in diſco, corpus à Diſcipulis ſepelitur Samariæ inter Abdiam & Eliſeum Prophetas *g*.

33 Anno 33. audiens Herodes Antipas famam *Ieſu*, cupit eum videre; ſuſpicatur ipſum eſſe Ioannem paulò antè à ſe occiſum, iámque à mortuis ſuſcitatum; quod cùm renuntiatum eſt *Chriſto*, (cui vtique Herodes inſidiabatur) ſeceſſit in deſertum locum *h*; quò reuerſi è ſua miſſione Apoſtoli, narrant ei quæcunque feciſſent: ibidemque ex quinque panibus hordeaceis & duobus piſcibus ſatiat quinque millia hominum, qui cùm vellent eum facere regem, fugit in montem ſolus vt ibi oret, diſcipulis nauicula tranſfretare iuſſis; ad quos ipſe quartâ noctis vigiliâ periclitantes acceſſit, ambulans ſupra mare, & Petrum ad ſe venientem, ſed fide titubantem, ac mergi incipientem tenuit, & tempeſtatem ſedauit; & appellens in terram Genezareth omnes ægros tactu fimbriæ ſanauit *i*.

Poſtridie multis eum ob multiplicationem panum ſubſequentibus, in Capharnaum inuentus eſt, vbi à deſiderio cibi corporalis ad ſpiritualem eos euocans, de ſe pane viuo diſſerit *k*; & quia Iudæi quærebant eum interficere, verſatur in Galilæa, dum feſtum Paſchæ celebratur Ieroſolymis. Vnde aduenerunt Scribæ & Phariſæi calumniantes diſcipulos eius, quòd illotis manibus manducarent; quos ipſe excuſat, docens non quæ intrans in os, ſed quæ de corde exeunt hominem coinquinare. Circa menſem Maium abit in partes Tyri & Sidonis, vbi filiam Chananææ; & ad mare Galilææ ſurdum & mutum, digitos in aures eius immittens, & linguam ſaliuâ contingens, pluréſque alios ſanat; ac miſertus turbæ ſe ſequentis, ſeptem panibus & paucis piſciculis ſatiat quatuor millia hominum: ac dimiſsâ turbâ, conſcenſaque nauiculâ, venit in fines Magedan & Dalmanutha *l*, vbi Phariſæos ſignum de cælo quærentes reiicit. Rurſum transfretans commonet diſcipulos vt caueant à fermento, id eſt doctrina Phariſæorum *m*; & Bethſaidam veniens, extra vicum cæco viſum, priùs imperfectum, poſteà perfectum ſputo reſtituit *n*.

Menſe Iulio expirante, venit in partes Cæſareæ Philippi, vbi Petrus Diuinitatem *Chriſti* confeſſus, prædicitur fore caput Eccleſiæ *o*: móxque cæpit docere diſcipulos, quoniam oportet *Chriſtum* pati, ac poſteà reſurgere; & Petrus eum à morte deterrens, increpatur *p*.

Sexto Auguſti, *Chriſtus* transfiguratur in monte Thabor, coram Petro, Iacobo, & Ioanne, & cum Moyſe & Elia de ſua morte colloquitur; acceſſit vox Patris, *Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipſum audite.* Poſtridie deſcendens de monte ad turbas, ſanat lunaticum, quem diſcipuli ſanare nequiuerant, eò quòd genus illud dæmoniorum non eiiceretur niſi in oratione & ieiunio: & omnibus mirantibus quæ faciebat, prædicit paſſionem ſuam & reſurrectionem. Cúmque veniſſet Capharnaum iuſſit Petro, vt ex ſtatere in ore piſcis inuento, pro ſe, ipſóque ſoluat didrachma *q*. Apoſtolos de primatu contendentes, propoſitâ pueri humilitate, compeſcit, ordinem fraternæ charitatis præſcribit; commiſerationem commendat, adductâ ſimilitudine ſerui immiſericordis tortoribus traditi, à quo herus omne debitum iam remiſſum repetiit *r*.

Menſe ſeptimo, iniit Sabbaticus ducenteſimus octauus: eodémque menſe migrat è Galilæa in Iudæam, cúmque non reciperetur à Samaritanis, idcóque Iacobus & Ioannes vellent eos igne cœleſti abſumi; docuit ſuum ſpiritum non eſſe vltionis, ſed charitatis *s*: móxque in eodem itinere occurrunt ei decem viri leproſi, qui omnes mundati ſunt, ſolo Samaritano gratias rependente *t*.

Tum *Chriſtus* aſcendit Ieroſolymam ad feſtum Scenopegiæ, idque quaſi in occulto, Iudæi enim quærebant eum in die feſto *u*, iámque die feſto mediante, puta quarta die feſtiuitatis, aſcendit in Templum, vbi inter alia ait eis: *me quæritis interficere, quia totum hominem ſanum feci in Sabbato*, nempe Paralyticum ad probaticam piſcinam, quem curarat in ſecundo Paſchate; ab illo enim tempore hucuſque non legitur veniſſe Ieroſolymam. In nouiſſimo autem die feſtiuitatis, ſcilicet in octaua Scenopegiæ, tantâ gratiâ concionatus eſt, vt miniſtri ipſi ad eum capiendum miſſis, caperentur verbis eius, nondum enim venerat hora eius; vnde nihil deterritos, veſpere exiit in montem Oliueti, ex quo poſtridie in Templum regreſſus, mulierem in adulterio deprehenſam, pudefactis ſcribis eam accuſantibus abſoluit. Ibidem in Gazo-

Anni Mundi

m Math. 16. Mar. 8.
n Ibid.
o Math. 16. v. 13. Luc. 9. v. 18.
p Math. 16. v. 22.
q Math. 17.
r Math. 18. & Luc. 9.
s Luc. 9. v. 55
t Luc. 17. v. 18.
u Ioan. 7. v. 11.

phylacio

Anni Christi

phylacio docet ſe eſſe lucem mundi, eóſque ex patre diabolo; & cùm eum lapidare vellent quaſi blaſphemum, auferens ſui conſpectum exiit è Templo *a*: & prætериens videnſque cæcum à natiuitate ſanat *b*; & in Sabbato docet ſe eſſe oſtium, & paſtorem bonum, Phariſæos mercenarios *c*. Poſt hæc, deſignauit alios 72. ac ritè monitos, miſit binos ante faciem ſuam; quibus reuerſis, & de ſubiectis ſibi dæmoniis gloriantibus, humilitatem inculcat; & legiſperito charitatem, exemplo Samaritani, qui à latronibus vulneratum ac ſemiuiuum curauit.

a Ioan. 8.
b c. 9.
c c. 10.

Circa menſem Nouembrem intrat Bethaniam, excipitur à Martha & Magdalena, ac pium huius orium, noxio illius miniſterio præfert *d*. Docet diſcipulos orare, & à Phariſæo inuitatus quodque illotis accumberet manibus reprehenſus, væ *e*, dicit Phariſæis; docetque Phariſaicam hypocriſim cauendam; mortem corporis parui pendendam; Dei nomen palam confitendum; inuehitur in auaritiam & inanem ſollicitudinem, exemplo diuitis qui cogitabat de nouis horreis exſtruendis *f*.

d Luc. 10. v. 38.
e c. 11.
f c. 12.

Occaſione Galilæorum qnos Pilatus cùm ſacrificarent, occiderat; ac decem & octo quos ruina turris Siloë oppreſſerat, hortatur ad pœnitentiam, alioquin omnes inſtar ficus quarto iam anno infrugiferæ exſcindendos. Tum mulierem contractam ab annis 18. Sanat in Sabbato, & ipſum Archiſynagogum, alióſque ob id indignantes pudefacit, præpoſteram eorum religionem confutans.

Iter faciens in Ieruſalem docet intraodum per anguſtam portam; & monitus à Phariſæis vt recederet, quia Herodes Antipas vellet eum occidere, ait non niſi Ieroſolymæ ſibi necem decretam; eámque vrbem ob ſuam crudelitatem & incredulitatem deſertum iri *g*. Ingreſſuſque Sabbato domum cuiuſdam Principis Phariſæorum ſumere cibum, curat Hydropicum, & profert parabolas de loco nouiſſimo in nuptiis deligendo; de cœna magna ad quam, diuitibus ſe excuſantibus, vocati ſunt pauperes vndequaque collecti; de turri ædificanda, de bello committendo *h*.

g Luc. 13.
h c. 14.

Menſe Decembri, in feſto Encæniorum dum ambulat in porticu Salomonis, rogantibus Iudæis vt palam dicat, an ipſe ſit *Christus*? Reſpondet opera ſua ſatis teſtari ſe Dei filium: cúmque vellent eum lapidare vt blaſphemum, ac poſteà apprehendere, exiit de manibus eorum, & abiit trans Iordanem, vbi omnes ad ipſum conuenientes docet & ſanat *i*, & obmurmurantibus Phariſæis quòd peccatores reciperet, profert parabolam de drachma, & filio prodigo perditis, & cum gaudio inuentis; oſtendens quàm grata ſit Deo & Angelis peccatorum conuerſio *k*. Tum proponit diſcipulis parabolam de villico, qui de bonis Domini amicos ſibi parauit; Phariſæis verò qui erant auari, hiſtoriam de diuite Epulone *l*; vbi & agit de indiſſolubilitate matrimonij; commendatque cœlibes propter regnum Dei.

i Ioan. 10.
k Luc. 15.
l Luc. 16.

34 Anno 34. eóque vltimo prædicationis *Christi*, menſe Ianuario, monet diſcipulos de cauendis ſcandalis; diſſerit de fide, & grano ſinapis, de ſeruo arante, & regreſſo de agro; de die iudicij inopinatò superuenturâ, docens ſemper orandum; proponit parabolas de iudice iniquo, viduáque ei importuna, de Phariſæo & Publicano qui aſcenderant in Templum vt orarent; oblatos ſibi paruulos amplexatur, benedicit. Cúmque adoleſcens diues ac probus, & ad perfectionem aſpirans iuſſus omnia dare pauperibus, abiiſſet triſtis; *Christus* relinquentibus omnia ac ſe ſequentibus promittit centuplum *m*, ſubdítque regnum cælorum ſimile eſſe patrifamilias diuerſis horis diei conducenti operarios eandem tamen mercedem veſpere perſoluenti *n*.

m c. 18.
n Matth. 20.

Tum venit Bethaniam, diſſuadentibus licet diſcipulis, ibíque ſuſcitat Lazarum, quo audito Phariſæi cum Pontificibus colligunt concilium, vbi Caiphas prophetans ait, *Expedit vt vnus homo moriatur pro populo*; certò definiunt *Christum* perdendum, qui ideò ſecedit in ciuitatem Ephrem; ac paulò pòſt, inſtante feſto Paſchæ *o*, aſcendens Ieroſolymam ſecretò, prædicit Apoſtolis mortem ſuam & reſurrectionem. Mater filiorum Zebedæi fit ſupplex *Christo*; & *Christus* cæcum mendicum inſtanter miſericordiam implorantem ſanat, cùm appropinquaret Iericho *p*, vbi excipitur à Zachæo; proponítque parabolam de decem mnis. Egreſſus autem Iericho ſanat duos cæcos mendicos, quorum alteri nomen Bartimæus *q*.

o Ioan. 11.
p Matth. 20. Luc. 18.
q Mar. 10.

Menſe Martio, die 17. & Niſan menſis primi Hebræorum, die nona, ante ſex dies Paſchæ Sabbato venit Bethaniam, cœnatque in domo Simonis leproſi, vbi Maria vnxit pedes eius *r* & caput *s*, quod auarus Iudas indignè ſciens, obloquéoſque, corripitur à *Christo*, túncque vendendi magiſtri concepit voluntatem *t*. Poſtera die nempe prima Sabbati, nobis Dominica Palmarum, venit Bethphage, & vectus aſinâ, turbâ, Ozanna, acclamante, ingreditur Ieroſolymam, flens ſuper illam, & expellit è Templo vendentes; cæcos & claudos ſanat: & dum quidam Gentiles eum videre quærunt ipſo rogante, Pater, voce è cœlo iam tertiò miſſâ, filium clarificat. Tum veſpere circumſpectis omnibus, & nemine eum tecto

r Ioan. 12.
s Matth. 26.
t Mar. 14. Ioan. 12.

aut

Anni Chriſti

aut cœnâ inuitante, reuertitur Bethaniam.

Sequenti die, Iudæis ſecunda Sabbati, nobi feriâ ſecundâ, mane redit Ieroſolymam, & in via eſuriens maledicit ficui carenti fructu. Docet in Templo, profertque parabolam filiifamilias à vinitoribus occiſi; lapidis angularis ab ædificatoribus reprobati *a*; & nuptialis conuiuij inuitatis iam parati, quibus venire dedignantibus, vocati ſunt pauperes apertè indicans regnum Dei à Iudæis ad Gentes transferendum *b*, veſpere Bethaniam, repetit.

a Matth.2.

b c. 21.

Altera Die, Iudæis tertiâ Sabbati, Chriſtianis feriâ tertiâ, diluculo rediens Ieroſolymam, diſcipulis mirantibus, ficum aruiſſe; declarat fidei & orationis efficaciam rurſum in Templo cum ſummis ſacerdotibus, ſcribis, & ſenioribus agit de Baptiſmo Ioannis *c*. Tum Phariſæis & Herodianis inſidioſè ab eo percontantibus, an cenſus Cæſari ſit dandus? ex denarij imagine & inſcriptione perſoluendum eſſe comprobat; aliáſque captioſas quæſtiones de reſurrectione contra Saducæos, & de maximo mandato in lege prudentiſſimè reſoluit; ac viciſſim eis quæſtionem de Chriſto Dauidis filio *d* proponens, os illis occluſit; ſubdit tamen Scribas & Phariſæos audiendos, etſi non imitandos: ne em tamen Zachariæ eis exprobrat *f* veſpere egreſſus è Templo, pernoctat in monte Olìueti.

c Mar. 11. v.20.

d Matth.22.

f c. 22. Vide Obſeruat. XCVI. Quis ſit iſte Zacharias occiſus inter Templum & altare.

g Mar.12.

Die ſubſequenti, Iudæis quarta Sabbati, nobis feria quarta, docet in Templo viduam offerentem duo minuta laudat, præfértque cæteris *g*. Egreſſus de templo, diſcipulis ſtructuram eius admirantibus, id funditus deſtruendum prædicit, & ſciſcitantibus tempus & ſignum huius deſtructionis, ſimul ac conſummationis mundi, ſedens in monte Oliuarum, de vtriuſque excidij ſignis fusè diſſerit *h*: ideóque vigilandum monet, adducens exemplum de ſeruo fideli & vigili, intempeſtiuum domini ſui aduentum iugiter exſpectante, ſubdénſque parabolas de decem virginibus euntibus obuiam ſponſo, & de talentis diſtributis, de forma extremi iudicij *i*: prædicit ſe poſt biduum, putà in die Paraſceues crucifigendum. Ipſomet tempore Principibus in atrio Caiphæ conſultantibus de *Ieſu* capiendo, Iudas triginta argenteis paciſcitur ſe eum ipſis traditurum.

h Math 24.

i c. 25.

Poſterâ die Hebræis quinta Sabbati, nobis verò feriâ quintâ, præmittit Petrum & Ioannem in vrbem, vt parent neceſſaria ad cœnam agni Paſchalis, quem ad veſperam comedit cum duodecim Apoſtolis in amplo ac ſtrato Cœnaculo Sion *k*, Surgens dein à cœna, lauat pedes eorum in humilitatis exemplum & myſterium puritatis *l*: Menſæque iterum accumbens Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum ac Sacrificium inſtituit; & Apoſtolos conſecrat in Sacerdotes; mox proteſtatur ſe ab vno eorum tradendum, quem, à Ioanne rogatus, datâ Iudæ buccellâ, demonſtrat, quâ ſumptâ, traditor exiit *m*. Ac poſteà *Chriſtus* longum ſermonem amore & ſpiritu æſtuantem, ad alios habuit, eos ad mutuam exhortatur dilectionem; prædicit eâ nocte, ſe relicto, fugituros, ipsúmque Petrum priuſquàm gallus bis cantet, ſe ter negaturum Mæſtos variis modis conſolans, ait ſe eſſe viam, veritatem, & vitam; Spiritum Sanctum promittit; pacem ſuam dat *n*: Deinde hymno dicto, ſurgit à cæna, & ſtans ſe vitem, eóſque palmites eſſe docet. Contra perſecutiones præmunit, & orans Patrem, ſe ſuóſque, necnon omnes in ipſum credituros commendat *o*. Tum hymno gratiarum actionis dicto, inde egreſſus trans torrentem Cedron, receſſit in hortum, ac ſeorſim coram Petro, Iacobo & Ioanne ex viua apprehenſione inſtantis paſſionis, cæpit pauere & tædere, & mæſtus eſſe; térque orans factus in agonia, ſudat ſanguinem, & confortatur ab Angelo; ac tertiò ad ſuos dormientes rediens, vltrò hoſtibus obuiam venit. Iudâ duce ac proditore, capitur: Petrus amputat aurem Malcho, quam illicò *Chriſtus* ei reſtituit *p*, & ligatus ducitur primò ad Annam ſocerum Caïphæ, vbi alapâ cæditur *q*; inde trahitur ad Caïpham illius anni Pontificem; vbi in concilio ſacerdotum & Seniorum falsò accuſatus nihil reſpondet; adiuratus tamen ſe filium Dei confitetur, ideóque quaſi blaſphemus, reus mortis acclamatur, mox à miniſtris conſpuitur, obuelatur, & tota noctè variè illuditur, dum Petrus ibidem ter eum abiurat, ſed mox ad *Chriſti* intuitum pœnitens, ac inde egreſſus, fleuit amarè *r*.

k Matth. 26. Mar.14. Luc.22.

l Ioan.13. Vide Obſeruat. XCVII. Qua die Chriſtus comederit vltimum Paſcha.

m Matth.26. Mar.14. Luc.22.

n Ioan.13.14

o c.15.16. 17.

p Matth.26. Mar.14. Luc.22. Ioan 18. Vide l. 2. tr 5. art.6. Poteſtatibus ſublimioribus reſiſtere, prohibitum eſſe, præſertim Chriſtianis.

q In domo Annæ Chriſtiani poſteà SS. Angelorum templum ſtruxere ita Adrich. p.151.

r Matth. 26. Mar. 14. Luc.22.

Sequenti die, (quæ Hebræis Paraſceue, ſeu Ante-Sabbatum) eáque 23. Martij, manè collecto rurſus concilio, & iterata condemnatione, ducitur ad Pilatum Præſidem, quia reum læſæ maieſtatis Cæſaris eum faciebant. His viſis, Iudas fatetur coram Principibus Iudæorum ſe tradidiſſe ſanguinem iuſtum, & proiectis in Templo argenteis, ex quibus Principes emerunt in ſepulturam peregrinorum agrum figuli, deſperans laqueo ſe ſuſpendit *s* è ſycomoro *t*, & crepuit medius *u*. Pilatus autem auditis accuſationibus *x*, *Chriſtum* innocentem pronuntiat; & variis modis, tribus maximè, dimittere ſatagit. Primùm cognito quòd Galilæus eſſet, ad Herodem Antipam Galilææ Tetrarcham, quaſi illi ſubditum, amandat. Herodes autem ſignum aliquod à *Chriſto*

s Matth.27.

t Adrich. in Theat.

u Actor.1. v.18.

x Vide l.2. tr.4.par.3. De conciliis & iudiciis Hebræorū, & pœnis apud eorum Tribunalia infligi ſolitis.

exſpectans

Anni Chriſti

exſpectans, nihilque tale agentem, nec quicquam, etſi pertinaciter accuſaretur, reſpondentem ſpreuit, indutumque veſte albâ remiſit ad Pilatum, ſicque ambo mutuò ſibi inuicem deferentes reconciliantur *a*. Pilatus iterum, præpoſito Barabbâ ſeditioſo & homicidâ, Chriſtum liberare niſus, damnauit eum ad virgas, hâc ſententiæ formulâ *b*: *Ieſum Nazarenum, virum ſeditioſum, & Moſaicæ legis contemptorem, per Pontifices ſuæ gentis accuſatum exſpoliate, ligate, & virgis cædite: I, lictor, expedi virgas.* Sicque dirè cæſum vſque ad plagas 6666. vt aliqui piè volunt chlamyde purpureâ indutum, ac ſpinis coronatum, variiſque modis illuſum exhibet Iudæis, vt vel hoc ſpectaculo ſatiari deſiſterent; ſed cùm magis inſultarent, & de læſa Cæſaris maieſtate acclamarent, *Chriſtum* (etſi paulò antè ab vxore monitus ne ſe morti viri tam iuſti immiſceret) crucifigendum tradit, his iudicij conceptis verbis *c*: *Ieſum Nazarenum ſubuerſorem gentis, contemptorem Cæſaris, & falſum Meſſiam, vt maiorum ſuæ gentis teſtimonio probatum eſt, ducite ad communis ſupplicij locum, & cum ludibrio regiæ maieſtatis in medio duorum Latronum cruci affigite; I, lictor expedi cruces.* Mox *Chriſtus* propriis indutus veſtibus educitur in montem Caluariæ, baiulans ſibi crucem; quæ poſteà ne ei ſuccumberet mortuus, etiam Simoni Cyrenæo portanda imponitur. Inter eundum, vt traditio maiorum eſt, B. Maria, cum Ioanne & piis mulieribus *Chriſto* obuiam ſtetit, & cruenta eius veſtigia ad crucem vſque ſecuta eſt. Tum Veronica lineum capitis ſui peplum ei dedit, quò faciem ſuam tergeret, cui *Chriſtus* faciei ſuæ imaginem perfectè imprimit eique in amoris ſui pignus reddidit *d*. Piis mulieribus ſe ſequentibus ac plorantibus iubet non ſuam mortem, ſed imminens ſibiipſis exitium deplorare *e*.

a Luc. 23.

b Adrich. ex vetuſtis. Annal. pag. 155.

c Id. p. 563.

d Adrich. p. 154.

e Luc. 23.

Progreſſus in Montem Caluariæ nudatur veſtibus, ac myrrhato vino, felle permixto potatus, cruci affigitur, ipſóque meridie inter duos latrones, velut eorum Princeps ſuſpenditur. Crux ſic erecta eſt, vt *Chriſtus* haberet à tergo Ieruſalem *f*, ac ſi eum vrbis aſpectu indignum reputaſſent; & faciem verſam ad Occidentem, iuxta illud, *Oculi eius ſuper gentes reſpiciunt g.* Hoc ſitu *Chriſtus* tribus horis in cruce pendens intentiſſimos ſuſtinet cruciatus & ludibria; variéque à variis inſultatur, ab ipſis etiam latronibus *h*. Ipſe verò patrem ſuũ pro omnibus illis deprecatur, vt ipſis ignoſcat. Latroni qui à dextris pendebat reſipiſcenti, eúmque Meſſiam confitenti promittit paradiſum. Matrẽ Ioanni commendat, Ioannémque viciſſim matri: factiſque tenebris ſuper vniuerſum orbem, ab hora ſexta ſeu meridie, vſque ad nonam ſeu tertiam poſt meridiem; à Deo ſe derelictum conqueritur: ſitit, potatur aceto. Ac tandem conſummatis omnibus, & abolitis tunc legis Moſaïcæ ceremoniis, cum clamore valido & lacrymis *a*. orans expirat horâ nonâ, in medio ſeptuageſimæ ac vltimæ Hebdomadæ Danielis *b*.

f Vide adhuc Obſeruat. XCII. Qua die Chriſtus cruci affixus ſit.

g Adrich.

h Pſ. 65. v. 7.

i Mar. 15. v. 7.

a ...

b Dan. 9. v. vlt.

Interim ſol obſcuratur, terra concutitur, hiſque commotus Centurio, viſo maximè quòd *Chriſtus* ſic clamans expiraſſet, eum filium Dei veri, vtique à cælo irradiatus confitetur.

Mox vero vt *Chriſtus* emiſit ſpiritum, anima eius ad eum deſcendit inferorum locum, qui limbus dicitur *c*. (Diuinitate tamen nec à corpore, nec ab anima vnquam demigrante.) Et ecce mox velum Templi quod pendebat ante Sancta Sanctorum, ſciſſum eſt medium; petræ ruptæ; (maximè inter *Chriſtum* & latronem blaſphemum à ſiniſtris pendentem, quæ ſciſſura adhuc viſitur *d*.) monumenta aperta, Sanctis poſteà cum Chriſto reſurgentibus *e*. Latronum crura franguntur: *Chriſti* latus lanceâ aperitur, ex quo profluit ſanguis & aqua. Tum ad veſperam Ioſeph ab Arimathæa, & Nicodemus, permiſſu Pilati, corpus *Ieſu*, cùm iam in cruce tribus horis pependiſſet, deponunt ac ſepeliunt. Principes Sacerdotum ſepulchrum obſignant; cuſtodes adhibent *f*.

c Pſal. 55.

d Adrich. p. 179.

e Matth. 27 Mar. 15. Luc 23.

f Matth. 27 Mar. 15. Luc 23. Ioan. 19

Cùm tranſiſſet Sabbatum, ac tribus diebus, ſynecdochicè ſumptis, iacuiſſet in ſepulchro, lapidem quo ſepulchrum claudebatur, per dotem ſubtilitatis penetrans ſurrexit ſummo diluculo, vnâ, id eſt primâ Sabbati; quam Chriſtiani diem Dominicam vocant. Lapidem deinde reuoluit Angelus. Interimque Maria Magdalena, & Maria Iacobi & Salome, paratis aromatibus, valdè manè pergunt ad monumentum & quidem in vrbis egreſſu adhuc tenebræ erant *g*, albeſcente tamen cœlo, ait Auguſtinus, ſed ortus iam erat Sol cum ad illud læto pede peruenerunt *h*, cúmque vidiſſent ab oſtio monumenti reuolutum lapidem, Magdalena, relictis ſociis, ad Apoſtolos currens, corpus Chriſti furto ſublatum nuntiat, dum reliquæ mulieres intrant ſepulchrum, & in anteriori parte vnum Angelum lapidi inſidentem videntes *i*, in poſteriori duos *k*, perterruæ fugiunt; & dum ad Apoſtolos & ipſæ properant, *Chriſtus* apparuit illis in via, & pedes contrectandos præbuit *l*.

g Ioan. 20.

h Mar. 16.

i Matth. 28.

k Luc. 24.

l Matth. 28. v. 9.

Mox Petrus & Ioannes, audito Magdalenæ nuntio, currunt ad monumentum, ſola linteamina in ſepulchro vident, abeuntque mirantes: redux Magdalena ſola ibi permanſit, eique duo Angeli primum, dein & *Chriſtus*, hortulani ſpecie apparuit *m*. Eodémque die, & Petro *n*; & duobus diſcipulis

m Ioan. 20.

euntibus

Anni Christi

ſub veſperam domi ſimul, tamen ſine Thoma, collectis in cænaculo Sion cùm fores eſſent clanſæ, eiſque manus, latus, ac pedes palpandos præbet; comedit eum eis, dat poteſtatem quorũcumque peccata dimittendi, retinendique *a*. Intereà milites cuſtodes ſepulchri, aſpectu Angelico perterriti, *Chriſtum* reſurrexiſſe nuntiant Principibus Iudæorum, à quibus acceptâ pecuniâ copiosâ, ipſis dormientibus nocte ſublatum à diſcipulis, perſuadent *b* populo.

a Ioan. 20.

b Matth. 28.

Octauo die, iterum ianuis clauſis ingreſſus ad diſcipulos, in cœnaculo Sion cum Thoma congregatos, apparet eis; & Thomæ ſua vulnera contrectanda exhibet *c*. Poſteà cùm Petrus, Thomas, Nathanaël, Iacobus, & Ioannes, duoq; alij ex diſcipulis totâ nocte in mari Tiberiadis fruſtrà piſcati eſſent; manè Chriſtus ſtans in littore; iubet mitti rete ad dextrã nauigij, mox capiunt centũ & quinquaginta tres piſces magnos, eóque miraculo Dominũ agnoſcunt, qui cum eis prandet in littore. Petrum an ſe diligat ter ſuſcitatus; eidem, id ter profitenti, ter ſuas oues paſcendas committit, ipſumque in cruce, Ioãnem verò placidè moriturum ſignificat *d*. Hinc in monte Galilææ pluſquàm quingentis fratribus apparet, & vndecim Apoſtolis, vbi dat eis poteſtatem prædicandi Euangelium vbique Gentium *e*; deinde viſus eſt Iacobo *f*.

c Ioan. 20.

d c. 21.

e Matth. 28. Mar. 16. 1. Cor. 15. v. 6.

f v. 7.

Quâ die, tres iſtæ apparitiones contigerint: incertum; certum quòd per quadraginta dies præbuit ſepſum viuum poſt paſſionem ſuam in multis argumentis, loquens de regno Dei *g*. Tandémque 40. die à reſurrectione, feria quinta, conueſcens eis in Cænaculo Sion, aperuit eis ſenſum vt intelligerent ſcripturas; iuſſitque vt Spiritum ſanctum ibi exſpectent; & à menſa deduxit eos in Bethaniam ad montẽ Oliueti, vbi eleuatis manibus benedixit eis, & ipſo meridie aſcendit in cœlũ, & nubes ſuſcepit eũ ab oculis eorũ, & ſedet ad dextris Dei *h*, ſedebitq; ad tempora reſtitutionis omniũ *i*. Diſcipuli autem adorato Domino, in Cænaculum Sion regreſſi, perſeuerant ibi vnanimiter cũ piis mulieribus, & cognatis, ac Maria Matre Ieſu: miũ, Quòd nulla ampliùs, in ſacris literis, de illa, fiat mentio.

g Act. 1. v. 3.

h Mar. 16. Luc. 24. Act. 1.

i Act. 3. v. 21

Petrus Apoſtolus vniuerſo militantis, Eccleſiæ regimine à *Chriſto* iam pridem ſibi commiſſo, ſtatim poſt eius aſcenſionem primatu ſuo fungens, aliquem in locum Iudæ ſubrogandum proponit; eóque præſide Matthias ſorte eligitur *k*. Tandemque decimâ die ab aſcenſione *Chriſti*, & quinquageſimâ ab eiuſdem reſurrectione, eâque Dominicâ, cùm eſſet Iudæorum dies Pentecoſtes, Spiritus ſanctus, horâ tertiâ, in Apoſtolos, alioſque vtrinſque ſexus fideles, centum & viginti numero deſcendit. Eademque die D. Petrus primâ ſuâ concione conuertit & baptizat circiter tria millia hominum. Et plures quotidiè perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione ac fractione panis, habentes omnia communia *l*. Paulò pòſt occaſione claudi ſanati in nomine *Ieſu* *m*, conuertuntur ad ſecundam Petri concionem, alia quinque millia *n*. Poſteà Petrus & Ioannes mittuntur in carcerem, & examinati in Concilio ſeu Synedrio, intrepidè profitentur in ſolo *Ieſu* lapide angulari eſſe ſalutem. Et poſt comminationem dimiſſi, & ad ſuos reuerſi vnanimiter orant: factóque terræ motu, denuò repleti ſunt omnes Spiritu ſancto; viuunt in communi; venditis poſſeſſionibus, quod fecit Barnabas è Tribu Leui *o*; Ananias autem & Sapphira coniuges, Spiritui ſancto mentiti, increpante eos Petro, exſpirant *p*.

k Actor. 2.

l Actor. 2.

m c. 3.

n c. 4.

o ibid. v. vlt.

p c. 5.

Tunc creſcente admodùm numero fidelium, publico carceri ciuitatis mancipantur plerique Apoſtoli, ſed ab Angelo liberantur: rurſuſque à Pontificibus apprehenduntur, & in prædicto Concilio 70. Seniorum examinantur, cauſam eorum agit Gamaliel, adductis Theodæ & Iudæ Galilæi exemplis, vnde virgis cæſi dimittuntur; nec ceſſant *Chriſtum* vbique annuntiare *q*.

q ibid.

r Euſeb. in Chron.

34 Eodem anno 34. *r* Iacobus Alphæi frater Domini ordinatur Epiſcopus Ieroſolymorũ Eccleſiæ à Petro, Ioanne, & Iacobo; datâ tunc à Petro formâ, vt non minùs quàm à tribus Epiſcopis electos Antiſtes conſecraretur. Eodemque anno creantur ſeptem Diaconi, Stephanus, Philippus, Procorus, Nicanor, Timon, Parmenas, & Nicolaus; quorum primarius Stephanus plenus Spiritu ſancto, ſubmiſſis falſis teſtibus, lapidatur, 26. Decembris, extra portam Sterquilinij, ad fontem Draconis, Saulo adoleſcente lapidantium veſtes cuſtodiente *s*; ibidémque cum planctu magno ſepelitur.

s Act. 6. 7.

t Rom. 11.

35 Anno 35. occiſo iam Stephano, Saulus de Tribu Beniamin *t* in Tarſo Ciliciæ Romanorum municipio, quò parentes eius migrauerant, natus, ciuiſque Romanus, Ieroſolymis à Gamaliele ſacris diſciplinis eruditus *u*, deuaſtat Eccleſiam, viros ac mulieres trahens in cuſtodiam: factáque eſt perſecutio magna fidelium, qui omnes penè præter Apoſtolos, per regiones Iudææ, Samariæ, Phœnicis, Antiochiæ, Cypri, &c. diſperſi, diſſeminant verbum Dei. Ananias diſcipulus profectus Damaſcum ibi colligit Eccleſiam. Philippus Diaconus conuertit & baptizat Samaritanos, ipſúmque Simonem Magum; ad quos, aliorũ conſilio, ſuaſuque Apoſtolorum, profecti Petrus & Ioannes ſacramento Confirmationis eos communiunt; & Simone, qui

u Act. 22. v. 3. & c. 22 v. 9. 4. 28.

Anni Chriſti

poteſtatem dandi ſpiritum Sanctum
emere voluit,increpato,multis oppidis
Samaritanorũ Euangelizantes reuerſi
ſunt Ieroſolymam. Philippus verò ab
Angelo miſſus Eunocho Candacis re-
ginæ Æthiopum Proſelyto,& ab Iero-
ſolymis vbi Deum adorauerat,in curru
reuertenti. & Iſaiam legenti euangeli-
zat *Ieſum*, & baptizat in fonte ſibi ob-
uio ; ac inde raptus à Spiritu in Azo-
tum, paſſim prædicat donec veniret
Cæſaream Paleſtinæ *a*. Eunuchus au-
tem ille reuerſus in Æthiopiam,*Chriſtum*
ibi annuntiat *b*, tandémque Martyr
obiit.

a Actor. 8.

b Hier. in Iſai. 53.

Saulus adhuc ſpirans minarum &
cædis in diſcipulos Domini , & com-
pellans fideles ad *Chriſtum* blaſphemã-
35 dum , eodem anno *Chriſti* 35. die 25.
Ianuarij appropinquans Damaſco cir-
ca meridiem , luce è cœlo fulgurante,
proſtratus,voce *Chriſti* in propria per-
ſona apparentis conuertitur ; mox à
ſuis comitibus introductus Damaſ-
cum, triduò cæcus ieiunúſque orat, ac
Deo reuelante docetur Euangelium ,
deinde Ananiâ ad ipſum miſſo per im-
poſitionem manuum viſum recipit ,
baptizatur , repletur Spiritu Sancto ;
móxque cœpit Damaſci in Synagogis
prædicare *Ieſum* filium Dei *c* : Inde
abiit in Arabiam ; deſertam an feli-
cem ? incertum,fortè in vtramque,ite-
rúmque redit Damaſcum.

c Actor. 9. Vide l. 6. in ſacro Onomaſtico , de Arabia, littera. A.

36 Circa annum 36.Pilatus ſcripſit ge-
ſta *Chriſti* ad Tiberium Imperatorem *d*,
qui omnia retulit Senatui , petens vt
Chriſtus Deus haberetur , ciúſque reli-
gio ſuſciperetur. Senatus autem indi-
gnatus non ſibi priùs iuxta morem id
fuiſſe delatum, apotheoſim *Chriſti* re-
cuſat,edictóque conſtituit Chriſtianos
vrbe exterminandos, quapropter Ti-
berius vehementer iratus edicto con-
trario accuſatoribus Chriſtianorum
mortem comminatur,ſæuitque in Ro-
manos. Quapropter anno ſequenti ,
Chriſtiani in tota Iudæa , Galilæa , &
Samaria pacificè degunt *e*;quorum Ec-
cleſias pertranſiens Petrus , venit Lyd-
dam vbi Æneam Paralyticum verbo
ſanat, ibique moratur apud Simonem
Coriarium *f*. Inde à Cornelio Centu-
rione, iuſſu Angeli , Cæſaream Paleſti-
næ acceſſitus,terque cœlitus per lintei
omnis generis animantia continentis
viſionem admonitus , gentes ad Euan-
gelium eſſe admittendas ; *Chriſtum* ei,
ſuiſque prædicat , cúmque Spiritus
ſanctus viſibiliter deſcendiſſet , eos
baptizat *g*. Reuerſus Ieroſolymam , &
quòd ad Gentes diuertiſſet reprehen-
ſus, ſe id Deo auctore feciſſe ait. Hoc
tempore Iacobus Zebedæi , vt fertur,
excurrit in Hiſpaniam.Hoc eodem an-
37 no Chriſti 37. die vltima Elul menſis
ſexti Hebræorum finiuntur 70. Heb-
domades Danielis.

d Euſeb. l. 2. Hiſt. Eccleſ. c. 2. Epiſtolæ exemplum refert Sixtus Senenſis l. 2. Biblioth. Sanctæ.

e Actor. 9. v. 31.

f Actor 9.

g ... c. 10.

...e his ra. ...ebd. Vide- ... poteſt ad- ...æ obſer- ...tio ...XXXVIII. ...uando vi- ...licet cæ- ...rint, finie- ...ntque ...ebd. illæ.

38 Anno 38. aduentante in Syriam Vi-
tellio Præſide , Marcellus Iudææ præ-
ficitur, Pilatus exautoratur , Romám-
que mittitur dicturus cauſam; & anno
ſequenti, mortuo Tiberio, à Caligola
exilio damnatus, Viennam Allobro-
gum amandatur , vbi angoribus preſ-
ſus,ſeipſum occidit, anno *h* *Chriſti* 41.
Caïphas ab eodem Vitello exautora-
tur *i* ; & Caïphæ ſocer Annas malè pe-
riit *k*. Eodem anno 38. Saulus qui &
Paulus , cùm triennio prædicaſſet in
Arabia , & Damaſco ; inſidiíſque In-
dæorum à Præfecto Aretæ regis quæ-
reretur ad necem , nocte à diſcipulis
per murum ſportâ demiſſus venit Ie-
roſolymam ; & à Barnaba ductus ad
Petrum & Iacobum , manſit apud Pe-
trum dies quindecim, fortiter diſpu-
tans cum Iudæis in Græcia natis *l* , qui
cùm niterentur ipſum occidere, à fra-
tribus Cæſaream Paleſtinæ mittitur ;
dehinc Tarſum patriam ſuam & Cili-
ciæ Metropolim. Porrò diſcipuli à
morte Stephani diſperſi peragrantes
vſque ad Phœnicen , Cyprum , & An-
tiochiam , ſoliſque Iudæis euangeli-
zantes,florentiſſimam,Antiochiæ con-
gregarunt credentium Eccleſiam ; quo
audito Eccleſia Ieroſolymitana mittit
ad eos Barnabam.

h Ado. in Chron. Euſ. *i* Clement. Rom. 8. conſtitut. *k* Niceph. lib. 2. c. 10.

l Actor. 9. ad Gal. 1. v. 17. 18.

Anno 39. Petrus , expletis à morte 39
Chriſti annis quinque , quibus ſederat
in Iudæa , ſuam in Antiochiam tran-
ſtulit Cathedram, eóque Barnabas ad-
duxit Paulum è Tarſo , ſimulque per
annum totum docent , vnde magna ex
Gentibus ad Eccleſiam facta eſt ac-
ceſſio. Eodem anno , Calendis Apri-
lis , defuncto Tiberio , ſucceſſit Caius
Caligula vir ſceleſtiſſimus , & à rerum
natura editus , ait Seneca , vt oſten-
deret quid ſumma vitia in ſumma for-
tuna poſſent ; qui mox Herodem
Agrippam Seniorem à Tiberio (quòd
ei celerem mortem precatus eſſet , vt
Caius imperaret) in vincula conie-
ctum, liberat ; pro ferrea catena quo
vinctus erat ; dans ei auream eiuſdem
ponderis , & Tetrarchiæ Philippi pa-
trui ſui defuncti regem conſtituens ;
ad quam vbi ſequenti anno appulit,al-
terum patruum ſuum Herodem Anti-
pam, initæ cum Parthis amicitiæ apud
Caium accuſat , qui eum cum impia
Herodiade exilio damnatum , Lugdu-
num relegat ; vbi vterque mœrore
contabuit. Saltatrix verò filia Hero-
diadis ſtupendo caſu interiit, vt videre
eſt apud Nicephorum *m*. Caius autem
vt Deus vbique vult adorari ; ſtatuam
ſuam ponit in Templo Ieruſalem;iuxta
vaticinium Danielis *n* , & *Chriſti* Do-
mini *o*.

m Niceph. lib. 1. Hiſt. Eccl. c. 22.

n c. 9. v. vlt. *o* Matth. 24. v. 15.

Anno 41. Matthæus primus om- 41
nium ſuum Hebraicè , præcipientibus
Apoſtolis , conſcripſit Euangelium ,
quod Sanctus Bartholomæus ſecum
detulit ad Indos ; & Sanctus Barnabas
ſemper apud ſe habuit , & cum eius
corpore defoſſo repertum eſt , ſub Ze-
none Imperatore. Deinde Æthiopiam

Anni Chriſti

prædicando peragrauit; ac tandem ad altare, die Dominica, celebrans interficitur.

43 Circa annum 43. Chriſtianorum nomen fidelibus, (qui paſſim Galilæi vocabantur) primò Antiochiæ impoſitũ eſt *a*, ad eoſdem ab Ethnicis diſtinguendos; ſicut & poſteà Catholicorum appellatio ab ipſis etiam Apoſtolis, vt nonus eorum Symboli articulus planum facit, adinuenta eſt, nempè vt veri Chriſtiani à falſis, id eſt hæreticis diſtinguerentur. Eodem anno, superuenerunt Antiochiæ ab Ieroſolymis Prophetæ, quorum vnus nomine Agabus prædixit famem magnam toto orbe futuram, quæ cœpit ſub Claudio, diuque durauit. Quare Barnabas & Paulus mittuntur Ieroſolymam ad Seniores, vt exhiberent collectam eleemoſynam in ſubſidium pauperum fidelium contra venturam famem *b*; & expleto miniſterio, reuerſi ſunt Antiochiam *c*. Eodem anno 43. Thadæus vnus ex 72. diſcipulis Edeſſam Syriæ miſſus, Abgarum regem ſanat; & poſt multa alia miracula, totum eius populum ad fidem conuertit. Eodem anno, Calendis Februarij, Caligulâ à militibus prætorianis occiſo; Claudius, eorumdem factione, capeſſit Imperium; móxque Samariam, Iudæam, & Abilinam, quæ fuerat Tetrarchia Lyſaniæ *d*, adiecit regno Herodis Agrippæ ſenioris.

44 Anno 44. Idem Agrippa, vt Iudæorum ſibi gratiam magis conciliaret, Iacobum Zebedæi ex Hiſpania, vbi prædicauerat, reuerſum, capite truncari *e* iuſſit in foro rerum venalium; cuius corpus feris expoſitum, ſublatum eſt, & poſteà Compoſtellam tranſlatum: ferunt & ſpiculatorem qui eum ad mortem ducebat, cum ipſo martyrium ſubiiſſe *f*. Idem Herodes Agrippa in diebus Azymorum fluente octauâ Paſchæ, miſit in carcerem Petrum catenis duabus vinctum, qui reuerſus erat Ieruſalem; ſed Eccleſia inceſſanter pro eo orante, nocte eius diei quo occidendus erat, ab Angelo liberatus, migrat iterum Antiochiam Syriæ. Et multi dicunt tunc tantùm Petrum tranſtuliſſe ſedem Epiſcopalem è Iudæa in Antiochiam. Cæteri quoque Apoſtoli, huius perſecutionis causâ, Iudæâ excedentes, per vniuerſum Orbem diuiſi, & ad ſuas ſinguli Prouincias profecti ſunt; compoſito priùs ſuo Symbolo, quaſi communi omnium fidei teſſerâ *g*.

Petrus ad primariam Orbis vrbem, nempè Romam, primus Epiſcopus Romanus, ſimulque totius Eccleſiæ Paſtor à Deo conſtitutus proficiſcitur. Ioannes migrat in Aſiam minorem, eáſque Eccleſias quas Petrus ibi iam erexerat excoluit; aliáſque ſeptem ad quas in Apocalypſi ſcribit, fundat, Epheſinâ exceptâ, quam à Paulo fundatam volunt *h*. Andreas miſſus in Scythiam Europæ; in Græciam verò inde deſcendit, & in Epirum venit. Nazianzenus *k*, Chryſoſtomus *l*, Sophronius *m*, & Dorotheus *n* ſcribunt ipſum quoque miſſum ad Sogdianos, Sacos, & Æthiopas; quidquid ſit, venit tandem in Achaiam Peloponneſi; & Patris martyrio coronatus eſt. Philippus Aſiam ſuperiorem, & aliquam partem Scythiæ peragrauit, ac vnà cum Bartholomæo, aliquo temporis ſpatio Euangelium annuntiauit. Thomas ad Parthos *o* profectus, ad Indos penetrauit *p*, tranſiitque in Æthiopiam *q*; fertur tres Magos, qui *Chriſtum* iam pridem adoratum venerant baptizaſſe, & ſocios in prædicatione habuiſſe. Bartholomæus in maiorem abiit Armeniam; Lycaonas, & Albanos ad fidem conuertit. Matthæus in Æthiopiam miſſus eſt. Iacobus Alphæi frater Domini Ieroſolymorum Epiſcopus iam pridem ordinatus, ibi ſubſtitit; tanta enim effulſit ſanctitate, vt licèt Iudæorum Magiſtratus in cæteros ſæuirent Apoſtolos, ipſum tamen honore proſequerentur. Simon Chananæus qui & Zelotes in Meſopotamiam & Perſidem proficiſcitur, fertur etiam in Ægyptum, & Africam vſque pertexiſſe. Iudas Thadæus ac frater Iacobi, & ipſe in Meſopotamia prædicaſſe fertur; & in Arabia, & Idumæa, aliiſque adiacentibus regionibus. Matthias in locum Iudæ proditoris ſubrogatus, in Æthiopiam abiit. Ea tamen Apoſtolorum diſtributio, & eorum acta, tempúſque quo martyrium ſubiere, inueſtigatu difficilia ſunt.

44 Eodem anno 44. & Claudij x. Petrus venit Romam cum Marco vt expugnaret Simonem magum, cui Senatus in inſula Tiberina ſtatuam erexerat cum hac inſcriptione *r*: *Simoni Deo ſancto*. Et domo excipitur à Pudente Senatore patre Nouati, & Timothei, ac Praxedis & Pudentianæ virginum; qui cum vxore Priſcilla & omni familia, in Chriſtum credidit *s*. Eodem anno, Paulus & Barnabas, iubente Spiritu Sancto, poſt ieiunium & orationem per manuum impoſitionem dimittuntur ad opus apoſtolatus *t*, & abierunt Seleuciam. Eodemque anno, Paulus *u* raptus in tertium cœlum, audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui, iiſque roboratus eſt ad Apoſtolicum munus obeundum, relicto tamen ei, in virtutis profectum, carnis ſtimulo.

45 Anno 45. & Claudij 3. Petrus, 18. Ianuarij, Cathedram Epiſcopalem, Euodio Antiochiæ Epiſcopo ſibi ſubrogato, fixit Romæ; ex qua (eam Babylonem vocans) ſcribit ſuam primam epiſtolam ad Iudæos conuerſos, & diſperſos in Ponto, Galatia, Cappadocia, Aſia minori, & Bithynia, exhortans eos vt conſtanter ferentes aduerſa, Chriſtianam fidem dignis

a Actor. 11. v. 26.
b Actor. 11. *c* c. 12.
d Luc. 3. v. 3
e Actor. 12.
f Euſeb. & Niceph.
g Beda.
h Irenæus.

i Orig. l. 3. in Gen. Euſeb. l. 3. hiſt. c. 1.
k Oratione in Arian.
l Homil. de 12. Apoſt.
m apud Hieron. de ſcrip. Eccleſ.
n in Synopſ.
o Orig. l. 3. in Gen. Euſ. l. 3. hiſt. c. 1.
p Greg. Nazian. hom. ad Arian.
q Chryſ. de 12. Apoſt.
r Euſ. Hier. Baron.
s 2. Timoth. 4. v. 21.
t Actor. 13.
u Ait enim in 2. ad Cor. c. 12. id contigiſſe anno decimo quarto, antequam illam ſcriberet, quam ſcriptam eſſe conſtat anno Chriſti 58. & 2. Neronis.

Anni Chriſti

moribus honeſtent;monétq; in fine vt
ſalutent ſe in oſculo ſancto, vt nempè
quod in ſacris conuentibus adhiberi
conſueuerat cum his verbis,*pax tecum*:
& quia arte diabuli, aliqua fians illis
irrepſit oſculis, ſacram oſculari tabel-
lã, maioris poſteà pietatis cautio ſub-
ſtituit. Eodẽ anno,Marcus ſuum priùs
Latinè, deinde Græcè ſcripſit Euange-
lium,prout audierat à Petro, qui illud
approbans, Marcum ad Alexandriam
miſit Epiſcopum, vbi cum 25.an.præ-
dicaſſet, & rexiſſet Eccleſiam, laqueo
ſtrangulatus eſt. Latinus Euangelij
eius archetypus, Aquileiæ multorum
annorum ſpatio aſſeruatus, Venetias
tandem tranſlatus eſt.

46 Anno 46.Petrus ad cæteras Occiden-
tis partes cœpit diſcipulos amandare:
ſicque à Sede Petri, vt à fonte riui, à
ſole radij, fides Chriſtiana longè late-
que manauit. Hoc anno, Herodes
Agrippa rex Iudæorum, qui Iacobum
occiderat, cùm Cæſareæ Palæſtinæ
concionaretur pro tribunali, quia ab
adulatoribus Deus conclamatus,impiã
illam adulationem non repreſſit, mox
ab Angelo percuſſus poſt quinq; dies,
in ſummis doloribus,conſumptus ver-
a Actor. 12. mibus interiit *a*. Eodem anno, Paulus
& Barnabas Seleuciâ nauigant Cypriũ.
prædicant in Salamina, & cùm peram-
bulaſſent vniuerſam inſulam, vſque
Paphum, Elymam magum Iudæum eo-
rum prædicationibus reſiſtentem Sau-
lus ad tempus excæcat; & Sergium
Paulum Cypri Proconſulem conuertit
ad fidem. (Et ab hoc vt volunt aliqui,
dictus deinceps Paulus,relicto nomine
Saulis.) Inde nauigant Pergen Pam-
phyliæ, & pergunt Antiochiam Piſi-
diæ,ex qua poſt lectionem,ſecundam-
que ſubſequenti Sabbato prædicatio-
nem, à Iudæis expulſi, excuſſo pedum
c.13. puluere, connectunt ſe ad Gentes *b*.
Quo præcisè anno geſta ſint ea quæ
recenſentur vſque ad Concilium Iero-
lymitanum anno Chriſti 51. & Clau-
dij 9. incertum eſt.

c.13. v.vlt. 47 Circa an.47. Paulus & Barnabas ve-
nerunt Iconium *c* Lycaoniæ, vbi plu-
rimos conuertunt, tum Gentiles, è
quibus fuit Thecla virgo, iam viro
deſponſata, ac poſteà protomartyr:
tum etiam Iudæos: ac multo tempore
ibi commorati, lapidantur;fugiuntque
in alias ciuitates, vbi euangelizant.
Cùm autem Lyſtris claudum ſanaſſet
Paulus, Mercurius acclamatur, & Bar-
nabas Iupiter:ſed mox ibidem lapida-
tus Paulus, penéque occiſus,profectus
eſt Derben cum Barnaba: Inde reuerſi
ſunt Lyſtram, Iconium, Antiochiam
Piſidiæ, confirmantes vbique fideles,
ac prætergreſſâ Piſidia & Perge Pam-
c.14. philiæ deſcenderunt in Attaliam *d*.

50 Circa an. 50. Paulus, peracto pere-
grinationis circulo,redit cum Barnaba
Antiochiam Syriæ,ibique tempus non
v.26. modicum commoratur *e*; ac poſteà
Claudio imperatore Româ Iudæos
expellente,Petrus vadit Ieroſolymam,
quò (exorta Antiochiæ controuerſiâ,
Iudæis dicentibus quòd Gentes ad
Chriſtum conuerſæ deberent circumci
di) Pauls & Barnabas mittuntur ad
Apoſtolos & Seniores, qui

Aono 51.Præſide Petro,Concilium 51
ibi celebrant: & aſtantibus Iacobo
Alphæi, & fortè Ioanne qui facilè ex
Epheſo aduenire potuit, item Paulo,
Barnaba,aliiſque,in eo Concilio, defi-
niunt legales cæremonias non eſſe à
Chriſtianis obſeruandas; cautum ta-
men eſt, vt fideles Iudæi faciliùs vni-
rentur Gentilibus,quòd hi abſtinerent
ab idolothytis,ſuffocato, & ſanguine;
(id tamen, prædictâ compaginationis
ceſſante causâ, poſteà conſenſu Eccle-
ſiæ antiquatum eſt.) Præceptum verò
eſt, vt, fornicationem quam putabant
licitam,vitarent. Decretum illud Con-
cilij deferunt Antiochiam Silas & Iu-
das, cognomento Barſabas, vnà cum
Paulo, & Barnaba;quò Petrus eos ſub
ſecutus, eùm, occaſione Iudæorum
quorum gerebat protectionem,ſe ſub-
traheret a conuentu Gentilium,palàm
reprehenditur à Paulo,horum viciſſim
protectore.

Tum Paulus diſcors factus eſt à Bar-
naba,qui aſſumpto Ioanne Marco con-
ſobrino ſuo; ex Antiochia pergit Cy-
prum,Paulus verò cum Sila perambu-
lat Syriam,& Ciciliam *f*, cúmque per f Actor. 15. ad Gal. 2.
Derben veniſſet Lyſtram, Timotheum
patre Gentili natũ circumcidit propter
Iudæos, & cum eo tranſiens per Phry-
giam & Galatiã vetatur à Spiritu San-
cto in Aſia prædicare. Cùm autem per-
tranſiiſſet Myſiam,eſſetque Troade,per
viſum in Macednniã vocatus, nauigat
in Samothraciã cum Luca medico An-
tiocheno,qui ordinatus eſt ab Eccleſia
comes peregrinationis Pauli *g*. Inde ve- g 2.Cor.8.
nit Neapolim & Philippos, vbi Lydiã
purpurariam conuertit;& Pythonem à
puella expellit, cuius causâ virgis dirè
cæditur cum Sila,& carceri mancipan-
tur,vbi dum mediâ nocte orant, facto
terræ motu,apertiſque oſtiis, carceris
cuſtos conuertitur & baptizatur, &
manè Paulus ciuis Romanus agnitus
dimittitur *h* & per Amphipolim & h Act. 16.
Apolloniam venit Theſſalonicam,Ma-
cedoniæ Metropolim,vbi Sabbatis do-
cet in Synagoga. Tum ſeditione à Iu-
dæis excitata, noctu à fratribus Be-
rœam dimittitur, vbi relictis Sila &
Timotheo.

Anno 52. venit Athenas, ibique in 52
Areopago prædicans,cõuertit aliquos,
ex quibus fuerunt Dionyſ.Areopagita,
& Damaris *i*. Et poſt aduentum Silæ i Act. 17. Vide lib. 2.
& Timothei, ſcribit priorem ad Theſ- c. 7. par. 2.
ſalonicenſes; & anno ſequenti poſte- art. 18. De
riorem,confirmans eos in fide,pleniuſ- ignoto Deo.
que inſtruẽs de reſurrectione mortuo-
rum,& aduentu Chriſti,& Antichriſti.

Anno 54.Paulus Athenis pergit Co- 54

rinthum,

Anni Chriſti

rinthum,vbi conuertit Criſpum Principem Synagogæ ; & accuſatus coram Gallione Proconſule Achaiæ , & vt aiunt , fratre Senecæ Philoſophi , ac Neronis Magiſtri,dimittitur : & abiturus in Syriam,tondet ſe ex voto Nazaræorum in Cenchris , portu Corinthi *a*. Fortè hoc anno contigit illud quod affirmat Dionyſius *b*,ſe vnà cum Apoſtolis Petro & Paolo,aliiſque Sanctis fratribus Ieroſolymam veniſſe ad contuendum corpus quod auctorem vitæ,Deúmque receperat,nempè Beatiſſimam Virginem Mariam, vt omnes Græci intelligunt. Eodem anno, Philippus Apoſtolus apud Hierapolim Aſiæ,cruci affixus, lapidibus obruitur.

a Act.18.
b l.1. De diuinis nominibus.

55 Anno 55.Paulus Epheſum appulſus, relictis ibi Aquilâ & Priſcillâ, aſcendit Cæſaream ; indéque deſcendit Antiochiã;& regrediens in Galatiã & Phrygiam , confirmat diſcipulos. Apollo vir eloquẽs , & ab Aquila fortè inſtructus in fide,primò Epheſi,deinde Corinthi,conuincit Iudæos *c*,rigans quæ Paulus plantauerat. Paulus ergò peragratis ſuperioribus Aſiæ partibus , tendit Epheſum , vbi per trienniũ prædicat,beſtiis obiicitur *d*:per ſudaria curat quoſuis languores, dæmones expellit , aliáq; agit quæ recenſentur Actor.c.9.

c Act.18.19
d ita Ambr. & Theodor. in illud 1. Cor.15. v. 32.ad beſtias pugnaui Epheſi,quod tamen D. Chryſ. explicat de hominibus ferinos habentibus animos.

56 Anno 56.nouâ occaſione ſeptem filiorum Sceuæ Principis Sacerdotũ,qui in nomine *Ieſu*,quem Paulus prædicabat,dæmones eiicere tentabãt, in quos & dæmon inſiliit multi credentium timore perculſi veniunt confitentes & annunciantes actus ſuos;pluréſque ad *Chriſtum* conuertuntur , libris curioſis combuſtis,magiæ ſcilicet, cui Epheſios addictiſſimos refert Hieron. *e*. Die 13, Octobris , mortuo Claudio , ſuccedit Nero,artibus Agrippinæ matris ſuæ.

e Præfat. in Epiſt ad Epheſ.

57 Anno 57.Paulus tertium iam annum agens Epheſi , ſcripſit priorem ad Corinthios quos de Baptiſmo contendentes,& in diuiſionem abeuntes,contendit vnire *Chriſto* : inceſtuoſum tradit Satanæ : Inſtruit eos de matrimonio, virginitate,viduitate, idolothytis, cœna Domini,donis ſpiritualibus, charitate, &c. Et ſublato iam, morte Claudij, edicto de Iudæis Româ abigendis; cogitat,tranſitâ Macedoniâ,& Achaiâ, ex Iudæa Romam venire : vnde concitatâ Epheſi per Demetrium argentariũ ſeditione *f*, relicto ibi Timotheo primo Epiſcopo , tranſit in Macedoniam , ex qua primam ſcribit epiſtolã ad eundem Timotheum , quem , quia adhuc iuuenem conſtituerat Epheſi Epiſcopum,inſtruit quomodo epiſcopali munere fungatur. Inde venit in Cretam inſulam , vbi Titum ordinat Archiepiſcopum ; nam centum in ea ciuitates fuiſſe refert Adrichomius. Hoc tempore Sanctiſſima Deipara obiit Ieroſolymis, die 15. Auguſti, in domo ſua,anno ætatis ſuæ *g* 72. præſentibus , vt fertur Apoſtolis , Hierotheo,ipsóque Dionyſio Areopagita;& & ſepulta eſt in medio vallis Ioſaphat *h* : tertio autem die , ſepulchrum eius explorantes,& vacuum inuenientes , ipſam corpore ſimul & animâ in cælum aſſumptam piè crediderunt;ipſáque Aſſumptionis eius feſtum celebrando catholica profitetur Eccleſia.

f Actor.19.
g Epiphan. presbyter & Cedrenus :
h Adrich. pag. Vide Obſeruat. XCVIII. De obitu & & ſepulchro B.Virginis.
i Idem.pag. 278.

58 Anno 58.Paulus peragrans Græciã , hyemat Nicopoli Thraciæ ; vnde ſcriptâ ad Titum Epiſtolâ , vocat eum ad ſe , priùs tamen per ſingulas ciuitates conſtituit Epiſcopos & Presbyteros; quales illi eſſe debeant oſtendit. Ibidem videtur ſcripſiſſe *i* poſteriorem ad Corinthios , qua fornicariũ anteà excommunicatum , ſed iam emendatum, in gratiam recipi hortatur,ac iubet.Ad eleemoſynam eos inuitat;refert quanta ob Euangelij prædicationẽ perpeſſus ſit mala:eoſdẽ Corinth. mox adit.

Tum è Cenchris inſignem illam Epiſtolam ad Romanos miſit per Phæben miniſtram Eccleſiæ Cenchrenſis , in qua primò oſtendit , Dei gratia iuſtificari hominem per fidem in *Chriſtũ*, abſque operibus legis Moſaïcæ.Secundò diſſerit de vocatione Gentium , & reprobatione Iudæorum ; ac demum moralia quædam ſubiicit præcepta , aitque ſe venturum Romam,ac deinde profecturum in Hiſpaniam,è Cenchris abiit Philippos & poſt Paſcha Troadem Phrygiæ , vbi Eutychum adoleſcentẽ è feneſtra delapſum,mortuúmq; ſuſcitat. Inde pergit Aſſon, Mitylenen, Chiũ,Samum,Miletũ, quò vocatis maioribus Epheſi vltimũ vale eis dicit *k*,

k Actor.20.

A Mileto nauigat Coum,Rhodum ; Pataram Lyciæ,Tyrum, Ptolemaïdem, Cæſaream Palæſtinæ , vbi diuertit in domum Philippi Euangeliſtæ, qui ſcilicet diſſeminabat Euangelium,erátque vnus ex ſeptem Diaconis,habens quatuor filias virgines prophetantes,quas Hieronymus *l* ait poſt crucem *Chriſti* conſecratas eſſe primitias virginitatis. Cumque Cæſareæ ageret Paulus, præmonetur ab Agabo Propheta de vinculis quæ eum Ieroſolymis expectarent; nec tamen diſſuaderi , potuit à diſcipulis apud quos ſeptem dies manſit, eò properare.

l l.1. contra Iouin,

Sub Pentecoſte quæ tunc die Dominica ſemper occurrebat *m* Paulus venit Ieruſalem quarta quintáue iam vice, vbi,quantumuis licèt purificatus, in Templo occiſſus fuiſſet à Iudæis, nĩ eum eripuiſſet Tribunus Lyſias, à quo duabus alligatus catenis *n*, & impetratâ dicendi facultate ſtans in gradibus Arcis Sion,refert quomodo conuerſus ſit ad *Chriſtum*;Tum loris adſtringitur flagris examinandus;ſed ſe ciuem Romanum eſſe indicans , ſoluitur *o*. Poſtridie productus in Concilium Sacerdotum , iuſſu Ananiæ Summi Pontificis , in os cæditur : & cùm ſe Phariſæum diceret, & ob fidẽ reſurrectionis iudicari, ortâ ob id inter Phariſæos &

m Vide Obſeruat. XCIX. De die Dominica & Paſchate in ea celebrando.
n Act.21.
o c.22,

Anni Chriſti

Sadducæos ibi præſentes diſſeuſione, teducitnt iu caſtra, ponitúrque in carcere Sion, & noƈte à Deo eouſortatur.

Tum inſidiis Iudæorũ per filiũ ſororis Pauli Tribuno detectis, ſequẽti noƈte quadringentis & ſeptuaginta militibus ſtipatus mittitur Cæſaream Paleſtinæ ad Felicẽ totius Syriæ Præſidẽ *a*. Ac poſt dies qninque, obiecta ſibi à Tertullo Oratore Iudæorum, crimina ſtrenuè diluit: ac poſteà diſſerens de fide in *Chriſtum*, de iudicio futuro, eoram Feliee & Druſilla eius vxore, Præſidi terrorem incutit. Felici biennio functionis ſuæ ſub Neroue expleto; ſuccedit Portius Feſtus *b*, qui cùm Paulum ſtrenuè de ſe rationem reddentem deducere Ieroſolymam propenderet, vt ibi iudicaretur; Paulus Cæſarem appellat; & poſteà coram iuniore Agrippa rege, & Berenice eius ſorore, cauſam dicit *c*; Romámque à Feſto mittitur. traditus Iulio Centurioni cohortis Auguſtæ, humanè eum eo agenti, & perſeuerantibus ſecum Luca & Ariſtarcho nauigat Sidonem, Cyprum, Lyſtram Lyciæ. Tranſpoſitus in nauim Alexandrinam appellit contra Gnidum; poſteà venit iuxta Salmonem Cretæ Inſulæ, inde Boni-portum, vbi conſulit hyemandum. At conſilio eius à nautis ſpreto, nauigat Phœniceu Cretæ portum; & cùm ſuſtuliſſet. De Aſſon Cretæ, vi tempeſtatis fertur in Caudam Inſulam; deinde per Adriaticum mare iactatur, perſeuerante quatuordecim dies noctéſque tempeſtate. Demum nauis alliſa arenis enm omnibus numerò ducentis ſeptuaginta ſex à Deo ſibi donatis, euadit incolumis in Melitam Inſulam, *d* vbi humanè exceptus, viperam illæſus excutit in ignem; (& exiude ſerpentes Melitæ carent veneno) ibique hyemans patrem Publij Iuſulæ Principis, cæteróſque ægrotos ſanat.

a c. 23.
b c. 24.
c c. 25. 26.
d c. 27.

59 Anno 59. tranſactâ hyeme in alia naue, Alexandrina, cui inſigne erat Caſtorum *e* nauigat Syracuſas Siciliæ, inde Rhegium Calabriæ, deinde Puteolos Campaniæ, vbi rogatus à Chriſtianis manet dies ſeptem; vnde tandem itineri terreſtri, pluribus Chriſtianis vſque ad Appij forum & tres tabernas ſibi occurrentibus, peruenit Romam, vbi die tertiâ, conuocatis Iudæorum primoribus, catenâ circumdatus, ſuæ appellationis coram Nerone cauſam, & fidei rationem reddit, & ab omnibus derelictus eſt. Sed *Chriſtus* ei aſtitit, & ab ore Leonis, id eſt Neronis liberauit *f*; & biennio ſolus cum cuſtodiente ſe milite in domo conducta manẽs, accedentibus ad ſe libere *Chriſtum* prædicat *g*. Scribit tunc epiſtolam ſecundam ad Timotheum, rogans eum vt Romam venire feſtinet ante Hyemẽ, & ſecum ferat penulam (volnmen veteris Teſtamenti, aiunt aliqui; planetam ſeu Caſulam dicunt alij) quam ipſe Paulus reliquerat Troade. Eo quoque tempore ſcripſit *h* ad Galatas, oriundos ex Gallis, qui Brenno Duce, minorem Aſiam, Thraciam, & Græciam deuaſtantes, ibi ſedes fixere; dictique ſunt Galatæ, ſeu Gallogræci, regio verò Galatia ſeu Gallogræcia. Eos Paulus à ſe recte inſtitutos, cùm intellexiſſet à Pſeudo-apoſtolis ad circumciſionem adductos, per epiſtolam ad fidem Chriſtianam reuocat: variis argumentis probans hominem iuſtificari, non ex operibus legis, Moſaicæ ſcilicet, iam abolitæ, ſed ex fide *Chriſti* per charitatem operante.

e Vide l. 2. c. 7. par. 2. art. 19. De Numine caſtorum.
f in 2. ad Timoth. c. 4. v. 17, 18.
g Actor. vlt.
h Ex Athanaſio in Synopſi.

Anno 60. Paulus ſecundum annum agens in vinculis, ſcripſit epiſtolam ad 60.
Philippenſes, per Epaphroditum *i* eorum Epiſcopum, per quem & ipſi ei miſerant vitæ neceſſaria; & in ipſa indicat *k* aliquos Neronis domeſticos ad fidem conuerſos. Scripſit etiam ad Epheſios, & ad Coloſſenſes per Tychicũ, monet eos ne ſeduci paterentur in humilitate & religioue Angelorum, alludens ad dogma Cerinthi, qui tam humiliter de *Chriſto* ſentiebat, vt eum hominem tantùm fateretur, & ſuper illum Angelos extolleret, per quos, aiebat mundum eſſe creatum. Scripſit quoque ad Philemonem Phrygem, cui remittit Oneſimum ſeruum olim fugitiuũ, quem Romæ in vinculis genuerat *Chriſto*. Itémque ad Hebræos, idque Hebraicè, licet cætera omnia Græcè: in qua epiſtola fuſiùs diſſerit de abrogatioue Sacerdotij, ac ſacrificiorum legalium, & ſucceſſione ſacerdotij æterni, ac vnici ſacrificij *Chriſti*, Per id quoque temporis Lucas Acta Apoſtolorum, ſicut ipſe præſens viderat, abſoluit. Poſteà Romà in Græciam reuertitur; Dalmatiam, Galliam, Lydiam peragrat Euangelizando: & cùm cælebs vixiſſet *l*, anno vitæ ſuæ 84. Apoſtolatum martyrio concludit. Nicephorus *m* ait, Ipſum in Græcia ex olea ſuſpenſum.

i ex Theodoreto in epiſt. ad Philipp.
k c. 4. v. 22.
l Hier. de ſcript. Eccl.
m l. 2. . 43

Anno 61. Paulus, biennio in vinculis exacto, dictâ iterum ſuæ defenſio- 61
nis cauſa à Nerone dimittitur, & per annos decem euangelizat inter gentes, maxime in Hiſpania, vt fertur, Gallia, & reliquis Occidentis partibus. Epiphanius *n*, Chryſoſtomus *o*, Hieronymus *p* tradunt, ipſum profectum in Hiſpaniam, ſicut propoſuerat *q*. Conſtat etiam ex iis quæ ſuperiori anno ſcripſerat ad Philippenſes, & Hebræos, in animo habuiſſe redire in Orientem. Potuit ſane vniuerſum Romanum Orbem, & exteras nationes peragraſſe tot annorum decurſu, quo tes eius geſtæ ad martyrium vſque, ignotæ ſunt.

n hæreſi 27.
o in epiſt. ad Hebr.
p in Iſaiam.
q ad Rom. 15. v. 24. 25.

Ioſephum ab Arimathæa, anno 62. 62
in Angliam cum aliquot ſociis ſe contuliſſe, dicunt aliqui, ibique Euangelium prædicaſſe *r*.

r Vigneriur an. 62. ex hiſtoria Anglicana.

Anni Chriſti

Anno 63. & Neronis ſeptimo *s*, Iacobus mioor frater Domini, re, & nomine iuſtus, cùm annos 29. Ierosolymitanam rexiſſet Eccleſiam; ſcriptáque ad duodecim Tribus paſſim diſperſas epiſtolâ, declaraſſet non niſi per pia fidei opera hominem iuſtiſicati; è pinna Templi præcipitatur, fractiſque cruribus, orans pro perſecutoribus, fullonis vecte in capite percuſſus, Martyr obiit.

Euſeb. in Chron. & Hieron. de Script. Eccl.

64 Anno 64. Barnabas in Cypro martyrio coronatnr. Marcus Alexandriæ. Simon & Iudas Apoſtoli in Perſide *a*. Iudas ſcripſit breuem epiſtolam omnibus Chriſtianis, in qua, metu diſtricti Dei iudicij, deterret à peccato.

a Ex Onufrio.

65 Anoo 65. Ruſticus quidam *Ieſus* oomine, ante obſidionem Ieroſolymæ, anno octauo in ſumma eius pace, clades vrbi imminentes prædicit, nec flagellatus à Magiſtratu ceſſauit inclamare, væ væ, Ieroſolymis: ipsóque demum octauo anno, in mœnibus conſiſtens, & inclamans væ, væ, ciuitati, væ Templo, væ populo, denique & mihi væ, lapide, è Romanorum tormento bellico, emiſſo, occiſus eſt *a*.

a Ioſeph. lib. 9. belli Iudaici.

66 Anno 66. Nero vt ſimilitudinem ardentis Troiæ conſpiceret, Romam incendit; & ſex dies, noctéſque ardentem ſpectat, habitu tragico Iliadem Homeri decantans: cuius incendij poſteà Chriſtianos inſimulans, alios ferarum tergis contectos, laniatibus canum expoſuit: alios crucibus affixit: alios pice ac ſulphure delibutos, incendio tradit; vt ibi defeciſſet dies, In vſum nocturni luminis deſeruirent, Erant hi omnes Apoſtolotum Diſcipuli; Martyrúmque primitiæ, quas Romanæ Eccleſiæ fertilis ager, ante Apoſtolorum necem tranſmiſit ad Dominum. De hac vrbis conflagratione, ac Chriſtianorum cruenta ſtrage, extat Epiſtola Senecæ Philoſophi, ac Neronis Magiſtri ad D. Paulum, cui ipſe Seneca fuit familiaris, vtinam què credulus.

67 Anno 67. Nero primam perſecutionem publico edicto mouet in Chriſtianos: móxque Petrus & Paulus vt afflictatæ Eccleſiæ ſuccurrerent, Romá repetunt, vbi Petrus Simonem magum, Neroni magicis dedito chariſſimum, ac volare pollicitum; & in altum iam ſublatum, fusâ oratione præcipitat. Paulus ſubtractam Neroni pellicem, Chriſto adiungit: & his de cauſis, vterque á Nerone carceri Mamertino traditur. Inde Petrus ſecundam epiſtolam ſcribit; quæ magnam habet cum epiſtola Iudæ affinitatem: & Paulus ſecundam quoque ad Timotheum, quem ſuo exemplo hortatur ad verbum Dei inſtanter prædicandum, & martyrium ſtrenuè pro Chriſto ſubeundum; eundemque ad ſe vocat. Hoc etiam anno Iudæi ob Ceſtij Flori Præfidis Romani tyrannidem rebellant; multáque futuri excidij præcedunt præſagia, viſæ in aëre bellatorum acies ac cometa gladio ſimilis toto ferè anno micare ſuper Ieruſalem: valuæ Templi mediâ nocte apertæ, auditúſque ſtrepitus ac voces dicentium; migremus hinc. Quare fideles memores monitorum *Chriſti* fugiunt inde, & aliò ſe recipiunt *b*. Et anno 69. Veſpaſianus ex Achaia à Nerone mittitur in Iudæam ad rebelles comprimendos.

b Ioſeph de bello Iudai. Matth. 24. Luc. 21.

Anno 70. & Neronis 14. & à morte Chriſti 27. Petrus capite obuerſo, vt poſtularat crucifigitur, cùm ſediſſet in vniuerſum annos 36. Paulus verò, quia ciuis Romanus gladio truncatur *c*. Cui Linus natione Tuſcus ſuccedit: Nero autem publicus hoſtis à Senatu iudicatus, Româ profugus, ſeipſum interficit; totáque in eo extincta eſt Augusti familia. 70

c Euſeb. in Chron. Hieron. & alij.

Anno 71. Galba, Otho, Vitellius, variis in locis ſubinde Imperatores acclamati, per annũ imperitãt. Inter hæc Veſpaſianus Ieruſalem obſidet; cúmq; fortiſſimum Iudæorum belli Ducem Ioſphum, Sacerdotem, hiſtoriographũ captum ligaret, audit ab eo: quem nunc ligat priuatus, mox ſolues Imperator; nam Nero mortuus eſt, & te Senatus Romanus Imperatorem elegit: móxque Cæſar ſalutatus, dat vitam Ioſepho; & Romam nauigaturus pergit cum Tito filio Alexandriam, vbi præſtigiis Apollonij Tyanei ſibi coniunctiſſimi, viſus eſt ſecum illuminare, & manum ægro reſtituere *d*. 71

d Adrich. pag. 252.

Anno 72. Titus ex Alexãdria ad obſidionem à patre remiſſus; cum inſtantis Paſchatis occaſione *e*, Iudæi vndequaque Ieroſolymam ex more confluxiſſent, caſtra poſuit in monte Oliueti, eo loci quo *Chriſtus* olim videns ciuitatem fleuit ſuper illam *f*. Tandémque captâ Arce Antoniâ, cùm iam pro vicino ei Templo pugnaretur, miles quidam Romanus etſi Titus iuſſiſſet conſeruari Templum, ignem ei admouit, qui nulla diligentia valuit extingui: ſicque Templum illud celeberrimum, eodem menſe *g*, diéque, quo olim à Chaldæis exuſtum eſt. Demúmque octauo die Septembris, Mons Sion, totáque vrbs capta, in vltionem necis *Chriſti* combuſta & exciſa eſt; tantáque ſtrages edita, vt pleráque incendia largiſſimus ſanguis extingueret. Ferunt vndecies centena millia toto bello periiſſe: centum millia vili vendita, triginta capita vno denario: ſexdecim millia Alexandriam ad opera ſeruilia tranſmiſſa: duo millia præſtantibus formæ à Tito in triumphum Romam abducta, & feris obiecta. Et ex eo tempore diſperſi Iudæi ſeruierunt vbique ſine Duce, ſine Rege, qui Chriſtum regem habere noluerunt; noluntque; in ſua ſemper nequitia pertinaces. 72

e Ioſeph lib. 6. de bello Iudaico.

f Luc. 19. v. 41.

g Ioſeph. de bello Iud. Vide Obſ. C. De excidio Hieruſalem per Titum & de Iudæorum Reipublicæ ext⁻⁻minio.

h Adrich. pag. 282.

Anno 73. Titus cum manubiis Iu- 73

Anni Chriſti

dæorum, ac ſacris vaſis & pretioſiſſimis ſpoliis Templi, cum ipſa lege Moyſis, triumphator Romam ingreditur; ac poſt triumphum, Veſpaſianus, Iano clauſo, pace vbique compoſitâ, cœpit conſtruere Templum pacis: Eodémque anno, Iudæis qui erant in Ægypto tumultuantibus, mandat deſtrui eorum Templum, ab Onia, Sancti Pontificis Oniæ filio, ſub Ptolemæo Philometore olim extructum, & Oniū dictum. Hucúſque Ioſephus ſuam de bello Iudaïco deduxit Hiſtoriam. Addit Euſebius *a*, Veſpaſianū iuſſiſſe, vt omnes ex Dauidis ſemine prognati diligenter conquirerentur, & exterminarentur: audierat enim prædictum eſſe à Prophetis, ex ſtirpe Dauid aliquem regnaturum, cuius Imperium æternum foret, vnde & noua clades in Iudæos ſuborta.

a Lib. 3. hiſt. cap. 11.

His temporibus Nicolaitæ à Nicolao Antiocheno, vno ex ſeptem Diaconis *b* per Apoſtolos ordinatis, propagati, vt cætera bona, ſic & vxores communes habendas docent *c*. Ebion quoque & Cerinthus Hiereſiarchæ Diuinitatem *Chriſti* negant; quibus ſe opponit S. Ioannes, cum Dionyſio, Ignatio, & aliis viris Apoſtolicis.

b Actor. 6. v. 5.

c Apocal. 2. v. 6.

79 Anno 76. D. Thomas apud Indos martyrium ſubiit *d*.

d Onuphr.

77 Anno 77. Veſpaſianus *e* Templum pacis dedicat, inferens ea quæ de Templo Ieroſolymitano ſublata fuerant præter legem Moyſi, & vela purpurea, quæ in Palatio ſuo ſeruari voluit. Imperator hic omnia quæ de *Chriſto* dicta erant à Prophetis (adulatoribus, Ioſepho potiſſimum, id ſibi ſuggerentibus) in ſe transferens, Chriſtúmque pacis Principē nominandum audiens *f*, pacíque nullum futurum eſſe finem *g*, paci æternæ Templum dicauit.

e Dio in Veſpaſ.

f Iſa. 9. v. 6

g v. 7.

80 Anno 80. Linus cum ſediſſet annos vndecim, menſes duos, diebus 23. Saturnini Conſularis iuſſu, occiſus coronatur martyrio 23. Septembris; ſubrogatur ei Cletus Romanus.

81 Anno 81. Veſpaſianus anno Imperij ſui decimo moritur: Succedit filius Titus, amor & deliciæ generis humani; imperat annis duobus, cui ſuccedit Domitianus frater, ſed moribus diſſimilis, naturâ ſæuus, ingenio va ſer; virginis, id eſt Palladis, filius dici voluit.

92 Anno 92. Ioannes Apoſtolus qui Aſianas Eccleſias, Epheſi degens regebat, vt reus impietatis à Proconſule Aſiæ ad Domitianum, Romam miſſus; ibi antè portam Latinam, in dolium feruentis olei iniicitur, ſed nihil læſus, relegatur in inſulam Pathmon, vnam ex Sporadibus & Epheſi proximam, eiúſque incolas ad fidem conuertit.

93 Anno 93. Cletus martyrio coronatur, cum ſediſſet annis 12. ſubrogatur Clemens Romanus, antiquus Apoſtolorū Petri & Pauli diſcipulus, cuius fit mentio ad Philip. 4. Híſque exordiis, Ioannis ſcilicet exilio, & Cleti nece, ſecunda in Chriſtianos à Domitiano perſecutio eſt excitata: & Antipas Pergami in Aſia paſſus eſt *h*.

h Apoc. 2. v. 12. 13.

Anno 97. Ioannes ſuam exul in Pathmo *i* Inſula videt ac ſcribit Apocalypſim, ſub typo Babylonis myſticè cōtinentem afflictiones Eccleſiarum vniuerſo Orbi obuenturas, maximè in fine mundi, & præmia iuſtis parata: mittitque ſeptem Eccleſiis minoris Aſiæ, Smyrnæ, Pergami, Thyatiræ, Sardis, Philadelphiæ, & Laodiceæ; vt & ſic fideles contra venena Ebionis & Cerinthi communiret; & ad reliquas octo ſubſequentes Imperatorum perſecutiones roboraret. 97

i cap. 1. v. 9.

Anno 98. Domitianus XVI. Cal. Octobris, à Stephano Clementis exconſulis liberto confoſſus eſt: eóque ipſo tempore Apollonius Tyaneus magus *k* perorans Epheſi, & in media oratione ſubſiſtens, clamare cœpit, percute Tyrannum, percute Tyrannū: ac paulò poſt ſubdidit; confidite ô viri, Tyrannus occiſus eſt hoc ipſo temporis momento. Sublato igitur Domitiano, ſuccedit Nerua Cocceius, qui mox edicto vetuit *kk* ne liceret aut impietatis, aut Iudaicæ ſectæ, id eſt Chriſtianæ Religionis, quempiam dehinc inſimulare: cunctos exſules reuocat; cuius edicti indulgentia, inter alios Ioannes Apoſtolus Epheſum redit *l*; & Apollonij Tyanei præſtigias, verbis, veriſque miraculis confundit. 98

k Id peculiare magorū eſt, vt per Paredros, quos vocant familiares dæmones, imaginē rerum, etiam longè diſtātium phantaſiæ repræſētatam inſpiciant, qua arte Iulianus Apoſtata in Oriente degens, quæ in Occidentali Imperio fiebant noſſe perquiſiuit.

kk Dio. in Nerua

l Ex Euſeb. lib 3. hiſt c. 15.

Anno 99. Idem Ioannes, lectis & approbatis Matthæi, Marci, & Lucæ Euāgeliis ſuum, indicto priùs ieiunio creditur ſcripſiſſe, ab illis omiſſa ſupplens; ac *Chriſti* Diuinitatem præ cæteris declarans *m*, contra Cerinthum, Ebionē, & Marcionē, aſſerentes *Chriſtum* ante Mariam non fuiſſe. Volunt aliqui illud conſcriptum in Pathmo Inſula, ſed euulgatum Epheſi. Scripſit etiam tres epiſtolas contra Baſilidem *n*: & alios qui dicebant *Chriſtum* non verè carnem ſumpſiſſe, ſed corpus phantaſticum, omniáque in imagine facta. 99

m Hier. de Scrip Eccl. in Ioanne.

n Epiph. hær. 31.

Anno 100. Neruá ſenio, morbíſque conſumpto, ſuccedit Traianús Plutarchi diſcipulus, probitate adeò ſpectatā, vt poſteà quoties Imperator deſignaretur, publicis votis ei acclamari ſoleret fœlicior Auguſto, melior Traiano. In Chriſtianos tamen inſtigante Senatu tertiam perſecutionem inchoauit; collegia & ſodalitia eorum prohibens. In ea perſecutione Clemens Papa, vt copioſi ſodalitij Princeps, vltra Pontum in Cherſoneſum relegatur. 100

Anno 101. & à Chriſti paſſione 68. S. Ioannes Apoſtolus iam ſenio confectus, Epheſi obiit *o*: & in eo tanquam Hagiographorum vltimo, tota noui teſtamenti, nec non vniuerſæ Scripturæ ſacræ finitur Hiſtoria. 102

o D. Hieron. de ſcrip. Eccl. in Ioanne.

OBSERVATIONVM SELECTARVM CENTVRIA.

TVM IN SCRIPTVRAM, TVM IN Hiſtoriam ſacram, per ſeptem mundi ætates expenſam.

HISTORIA ſacrâ quo breuiori fieri potuit compendio iam exaratâ, centum ad eius calcem adiicere placuit obſeruationes, eâdem quâ & ipſa Hiſtoria ſeriè diſpoſitas, vt ab illius anguſtiis ſtudioſus Lector cùm apud ſe ſubortum plenioris intelligentiæ affectum ſentiet, opportunum ad iſtas explanationes habeat acceſſum, perſimilis ductu numeri ad marginem eiuſdem Hiſtoriæ ſacræ cuilibet obſeruationum adiuncti.

OBSERVATIO I.

Mundum à Deo non ab æterno, ſed initio temporis fuiſſe conditum.

MVndum hunc, quem omnes oculis corporis; & ſapientiores oculis mentis intuentur, ab aliquo ſupremo ente, Deo ſcilicèt productum, tota etiam per infideles ipſos profitetur antiquitas. Poëtæ, Sybillæ, Philoſophi, mundi auctorem Deum ſolius luminis naturalis radiis illuſtrati, mille locis enunciant: Quin & Orpheus mundum ab ipſa ſanctiſſima Triade, cuius opera ad extra ſunt indiuiſa, conditum fuiſſe inſinuat, dum à tribus Diis fabrefactum myſtico poëmate decantat. Et quamuis antiqui Poëtæ, imò & Philoſophi ad iſtam per manus acceptam veritatem occultandam falſa non pauca protulerint; ea tamen opinio quâ Deus huius mundi auctor aſſeritur; adeò communis in orbe fuit, tamque altas in hominum mentibus egit radices, vt non potuerit non eſſe certiſſima. Nam opinio in quam omnes conſentiunt, vix poteſt eſſe falſa, vt Auctor eſt Ariſtoteles *a*, qui licet auitam illam de productione mundi in tempore veritatem ſupprimere conatus ſit, aſſert & quibus potuit argumentis commendatâ, & vt putauit, probatâ mundi æternitate: ipſe nihilominus (eâdem veritate, vtpote radiis ſolaribus aſſueta ex imo putei emergente) Deum mundi conditorem agnoſcit; dum ait, *b eſſe quoddam principium mouens immobile, atque actu omnique ratione neceſſarium*, ſubdítque ex tali principio, *cælum ipſum naturámque pendere*, adeò inſita eſt omnium hominum mentibus illa de Deo rerum omnium opifice notio, quæ niſi ex ipſa ratione naturali aut originem, aut ſtabilitatem habere nequaquam potuit.

a Lib. de diuinat. per ſomnia cap. 2.

b Lib. 12. Metaph. c. 7. v. 38.

Equidem infirmiſſimi, ne dicam dementiſſimi eſſet cerebri, tam admirabilem in rerum natura diſtributionem & ordinem, qui ſui ſpeculatores in ſtuporem agit, caſui, alteriue, quàm primo enti tribuere; ſi nauim, horologium, aut aliud quoduis arte factum, nemo ſanus niſi perito artifici adſcribit: Quomodo ſapientiſſimæ opus induſtriæ, quale èſt totus hic Mundus, alteri quàm ſupremo opifici tribuatur? Adde quòd ſi cunctorum mortalium animis innatum eſt Deum, vt omnium rerum perfectiſſimum, cunctarúmque perfectionum abundantiſſimum fontem credamus; ſanè niſi Deus eſſet cauſa rerum creatarum, potior illi de perfectionibus deeſſet, quas in ipſis agnoſcimus creaturis, nimirùm eſſe cauſam; quod abſque dubio eminentiſſimam quamdam excellentiam ſecum trahit.

At inquies, eſto quòd mundus à *Deo ſit* conditus, non propterea tamen eum in tempore, ſed ab æterno fuiſſe productum cenſandum eſt, alioquin vbinam fuiſſet Deus ante mundum conditum? quidve innumeris illis egiſſet ſeculis? His conciunè reſpondet Tertullianus *c ante omnia erat Deus ſolus, &*

c Lib. contra Praxeam.

ipſe

pſe ſibi & mundus, & locus, & omnia, ibi erat vbi nunc eſt, infinitam pro ſua immenſitate replens ſpatiorum inanitatem, omni prorſus circumferentiâ carentem, in cuius tamen centro, quod vbique eſt hunc mundum condidit: innumeróſque alios creare potuiſſet, ac etiamnum poſſet, ſi vellet. Ipſe in ſeipſo annis illis æternis ſuâ ſapientiâ, ſuâ pulchritudine, ſuâ beatitudine fruebatur. Intuebatur ſummo cum gaudio infinitas perfectiones ſuas, & in earum contemplatione generabat Verbum, producebat Spiritum ſanctum, cogitabat de mundo condendo, initio temporis; de reparando, per incarnationem Verbi, humano genere, & in meliorem ſtatum reformando; electos ſuos, & ſeipſum, ſi de eorum ſis numero ſigillatim intuens, ac benedicens, ſummo amore complectebatur. Hæc aliáque id genus erant opera eius, has cogitationes per annos æternos in mente habuit: nulla planè re extra ſeipſum ad ſummam beatitudinem indigens: ſicut nec factus eſt rerum omnium creatarum acceſſione beatior. Mundus itaque à Deo, initio temporis conditus eſt, & ſex dierum interuallo elaboratus.

OBSERVATIO II.

Aliquot ex operibus ſex dierum nomenclaturam, & proprietates attingens.

SEx dierum opera quæ Patres Græci Hexameron vocant, ipſo Hiſtoriæ ſacræ aditu ſummatim attigimus, quorum in ſcripturis ac ſacris Interpretibus frequentior mentio eſt, nomenclaturam, & proprietates obſeruare viſum eſt: Id enim vtile erit, vt ipſa Scriptura, eiuſque expoſitores, qui copioſos de illis Tractatus ediderunt, faciliùs intelligantur, ſuppeditatâ plurium terminorum minus familiarium notitiâ. Vtilitati accedet iucunditas apud aliquos, nonnulláque ex occurſu genuinorum, ac cuique rei propriorum nominum, animi remiſſio. In id ſtudij plures his temporibus incubuere, propriam cuiúſque rei denominationem Latino Græco & vernaculo celebriorum gentium idiomate aſſignantes, ex quibus aliiſve lexicis quod ſuo (ſcripturæ videlicet elucidandæ) ſeruiet inſtituto, Clauis noſtra petere, haud dedignabitur. Eminuero, ſi primus Hagio-
In Gen. graphorum Propheta Moyſes [demittit ſe] inquit S. Chryſoſtomus; & teſte Theodore-
In Gen. to [metiri ſolet diuina ſcriptura doctrinam ſuam pro viribus erudiendorum, & perfectis quidem perfecta, imperfectis autem velut elementa tradit] idipſum abſque vlla peritorum offenſione, Clauis Dauid eiuſdem ſcripturæ aperiundæ, & intelligendæ accommodata poterit præſtare, quandocunque tandem conueniens fuerit.

Quod ſpectat ad primæ ſecundæ, & quartæ diei opera, noſtris ſenſibus magis expoſita: Informe ſub cœlo Chaos primò diuiſit Deus in quatuor ſimplicia corpora, ſeu elementa, ex quibus mixta conſtant, ac demum in eadem reſoluuntur. Tenuiſſimum ſubtiliſſimumque, lucidum fuit & calidum, nempè Ignis: aliud iterum tenue, pellucidum & humidum, ſcilicet Aër: Tertium, fluidum ac frigidum, nempè Aqua: Vltimum infimúmque, craſſum & aridum, videlicet Terra; cuius ſuperficies hic vda eſt & vliginoſa; ibi arida & petroſa; alicubi montes & valles, ac conualles, tumulíque; alibi hiatus, antra, & ſpeluncæ conſpiciuntur: colles & cliui cacumen versùs euntibus, accliues ſunt, decliues retrò. Glebam ſi teris, & frias, puluis erit: ſi diluis lutum.

De Aquis.

E laticibus ſcatentes ſaliunt fontes, è quibus riui manant, & ex iis colliguntur fluuij: deinde flumina iugiter intra ripas ſuas defluentia, quæ ſicubi profluuio careant, tument, & in ſtagna ſe diffundunt. Paludes ſunt ſcaturigines ſine fluxu. Torrentes rapidè defluunt, & ſi pluuiales ſunt aquæ, fiunt exundationes & diluuia. Aqua vbi fluit, fluentum; vbi gyrat, gurges & vortex, vbi ſeipſam abſorbet, vorago; vbi expers fundi eſt, abyſſus dicitur; bulla fit à ſtillante gutta.

Ex aquis perpetuò vapores in aërem ſurſum feruntur; è terra exhalationes: & ex vtriſque varia generantur Meteora. Exhalationes ſulphureæ incenſæ edunt fulgura, & chaſmata: & ob caloris cum frigore pugnam tonitrua cient cum fragore terribili, emicans inde flamma, fulmen nuncupatur, & quidquid eo icitur, corruit. Cometa nunquam arſit, quin infectionem, aut ſterilitatem terris inureret. Ex vaporibus aquoſis denſatis fit nubes, aut ſi hæc deorſum trahitur, nebula; inde pluit, ningit, grandinat. Pluuia diſtillat lentè, imber densè, nimbus impetuosè, &, ſi gelaſcit, fit grando; ſi nimiùm incaleſcit, vredo. Pruina eſt congelatus ros: ſtiria, ſtilla rigens. Iris matutina, vt & halos, nubiloſam; veſpertina ſerenam tempeſtatem ſeu ſudum nuntiat. Ventus vehemens cùm flat, quatit, proterit quoquò ſe vertit: turbo & Circius in gyrum ſe circumagunt.

Quidquid ignem concipit, id primùm gliſcit, tum ardet, deinde flagrat & flammat; poſtremo crematum redigitur in fauillas; cineréſque. Lignum ardens torris eſt, extinctum, titio; particula eius carbo, & quamdiu ardet, pruna. fumus ardens, flamma eſt; camino adhærens, fuligo.

Supra ſphæram ignis ſunt Orbes cœleſtes, in quibus aſtra ſunt veluti lampades in æthere ſuſpenſæ, vt luce ſuâ tenebras illuminent, curſúque temporum vices, dies & annos dimetiantur. Aſtrorum, aliæ ſunt ſtellæ fixæ, alii planetæ. Stellæ octauæ ſphæræ ſeu firmamento circumſecus affixæ, cum eo æqualiter progrediuntur, ſed inæqualiter coruſcant; numerantur mille & viginti duæ. Primæ magnitudinis ſunt 15. ſecundæ 45. tertiæ 108. quartæ 474. quintæ 21–. ſextæ 49. nebuloſæ 5. obſcuriores 9. earum tamen minima eſt Sole maior: ſitæ ſunt vel in Zodiaci ſignis duodecim, vel extra Zodiacum.

Planetæ ſeptem, purà Satutnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna: quiſque in peculiari ſuo Orbe ſitus: Ex his duos, nempè Solem & Lunam, luminaria magna Scriptura vocat; non quod maiora ſint cunctis aſtris: ſtellarum enim minima longè maior eſt Luna, ſed quia maxima viſuntur à nobis. Sol medius eſt inter Planetas; Luna infima. Sol iubare ſuo coruſco radians, ab oriente per meridiem in occidentē mirà celeritate intra viginti quatuor horas reuolutus prætervolat; ortum eius præcedit aurora, & diluculum cùm dieſcit, occaſum ſequitur crepuſculum, cum veſperaſcit. Imus ſol dat brumam, ordiúrque Hiemem; & ſummus Æſtatem. Vterque vero ſolſtitium facit: declinans ad Tropicum Cancri conſtituit Ver; ruſúmque ad Tropicum Capricorni deſcendens, Autumnum: & vtrobique Æquinoctium. Miranda prorſus de his Aſtrologi, quibus gloria Dei iugiter enarrarut. Hæc de cœlis ac Elementis annotata: primæ, ſecundæ & quartæ dici eorum operum, quorum mentio frequentior eſt, exhibeur nomenclaturam.

Quod ſpectar ad aliarum dierum opera. Tertia die, Terra ab aquis ſeparata germinauit herbas, & arbores cum ſuis fructibus, & in ſuis viſceribus concepit metalla, aliáque foſſilia.

Herbarum aliæ ſunt hortenſes, ſeu ſatiuæ, aliç agreſtes & erraticæ. Herba excreſcēs cauli vel ſcapo innititur. Napus, Siſer ſeu Raphanus maior, Raphanus minor ſeu Rapum, Paſtinaca, Braſſica ſeu Crambe, Lactuca, Aſparagus, Scolymus ſeu Carduus altilis, Apiū ſeu Petroſelinum, Naſturcium, Intubus ſatiuus, Spinachium, Bulbus edulis, Portulaca; olera ſeu oluſcula vocantur.

Fruges ſunt quæ in culmum ſeu calamum aſſurgunt; & ſpicas, ſiue ariſtas, ſiue muticas ferunt: ambæ glumis granum fouent, illæ ariſtis præmuniunt, purà Triticum ſeu far, Zeam ſeu ſpeltam, ſemen adoreum, Milium, Panicum, Frumentum ſaracenicum, Frumentum indicum. Legumina ſiliquis & valuulis implexa ſunt: vt Fabæ, Piſum, Cicer, Lupinum, Vicia, Lens. Triticum in Secale, imò in Zizania, & Lolium; Hordeum in Ægylopem; Auena in Auenam fatuam degenerant.

Bulboſa, ſeu bulbis turgida, ſunt Allium, Cepa, Porrum, Squilla, Hyacinthus, Martagum, &c.

Aromata ſunt; Piper, Zinziber, Cinnamomum, Nux myriſtica, Cariophylla, Acorum, Coriandrum, Aniſum, Anethum, Cuminum, Fœniculum, Sinapi. Herbæ coronariæ, è quibus ſerta plectuntur ſunt, Roſa, Amaranthus, Caryophyllus coronarius, Roſmarinus, Tulipæ, Lilia, Violæ, &c.

Gramini accenſentur Muſcus, Carex, Scirpus ſeu iuncus (ex quo matræ, ſtoreæ, & tegetes) Millefolium, Conuoluulus, Conſolida, Calendula ſeu Caltha: & aquatiles, videlicet Alga & Lens paluſtris. Aconitum, & Cicuta, venenaræ ſunt, ideóque radicitus extirpandæ & eruncandæ: Papaueris inciſum capitulum diſtillat Opium, quod vim habet ſoporandi & ſtupefaciendi in terra latitat Tuber eſcarium, Fungi ſeſe produnt. Inter herbas medicinales, Cephalicæ calidæ & ſiccæ, ſunt Betonica, Pæonia, Amaracus, Saluia, Roſmarinus ſeu Libanotis coronaria, Spica, ſeu Spica nardi, Lauendula Origanum, Lilium conuallium, Viſcus quercinus, Serpillum, &c. Cephalicæ frigidæ, & humidæ ſunt Flores Nymphææ, ſeu Clauæ Heraclis, Semperuiuum, Mandragora, &c. Ophthalmicæ ſunt Fæniculum, Euphraſia, Chelidonia ſeu Hirundinaria. Pectorales ſunt Scabioſa, Pulmonaria, Pimpinella, Hyſſopus, Capilli Veneris, Tuſſilago. Glycyrrhiza, Iris, Pulicularia. Cardiacæ calidæ; Flores tres cordiales, purà Chamæmeli, Meliloti, & Anethi; item Cariophylli hortenſes, Flores Calendulæ, Veronica, Scordium. Cardiacæ frigidæ; Flores quatuor cordiales, purà Violarum, Roſarum, Bugloſſæ, & Boraginis. Stomachicæ pepticæ ſeu digeſtiuæ ſunt calidæ quidem, Abſynthium, Galanga, Calamus aromaticus. Zinziber, Piperitis, Iberis, Semen Aniſi, & Cumini, Nardus, Benedicta. Frigidæ verò Acetoſa ſeu Oxalis, Acetoſella, Ribes, Berberis, Fraga.

Hepaticæ: ſunt Apium, Agrimonia, Hepatica, Spica nardi, &c. Spleneticæ; Aſplenum, ſeu ſcolopendrium (Arabicè ac vulgo Ceterach.) Fumaria, Centaurium, Chamædrys, Chamæpitis, Tamariſcus, &c.

Nephriticæ, Ruta, Ononis, Saxifraga, Fœniculum, Petroſelinum, Vrtica, Milium ſolis, Eruca, Ruſcus, Parietaria, &c. His & aliæ innumeræ ex Botanicis, ac Medicis addi puſſunt herbæ tam ſatiuæ, quàm erraticæ; earúmque nec non & præcedentium proprietates accuratius inueſtigari, Sambucus, Rubus, Hedera, Liguſtrum, Balſamum, Arundines intermedia habentes, Sentis, Dumus, & ſimiles, frutices dicuntur; qui medij ſunt inter herbas & arbores, neque enim ad iuſtam arboris magnitudinem aſſurgunt. Loca verò vbi vbertim progerminant, fruticeta ſunt.

Arbor, ſeu planta fibris radicum humorem imbibens, aleſcit, viget, frondeſcit, & floret: eo deſtituta, languet, marceſcit, areſcit illicò: Stirps dicitur quatenus ſe in ramos & frondes pandit: his deſectis, trunci, caudicis &, ſtipitis nomen habet. Termes eſt ramuſculus cum fructibus decerptus: ramale autem ſunt rami ab arbore reſecti. Extrinſecus cortex: intrinſecus liber eſt; qui dùm viret, glubi poteſt: medulla eſt intima. Arboribus folia delabuntur, præterquàm gummoſis, quæ continuò vernant, vt Laurus, Buxus, &c. Pomus, ſeu Malus, Pirus, Ceraſus, Prunus, Oliua ſeu Olea, arbores ſunt ſatiuæ, & fructiferæ: Fraxinus, Ornus; Fagus, Populus alba, & nigra, &c. Silueſtres, & vt plurimùm ſteriles. Quædam exuberante frondium luxurie, vmbriferæ ſunt, vireta quibus innaſcuntur opacantes; præ ceteris Platanus, Vlmus, & aliæ latifoliæ. Salix dat vimina, quorum contextu corbes & crates fiunt. Abies Picea, Cupreſſus, Cedrus proceræ ſunt. Palma ſi curuetur, eò validiùs in ſublime nititur. Gemma dehiſcens florem, ſed in Fico groſſulum protrudit; Flos fructum, qui vbi poſteà matureſcit, car-

pitur, aut decutitur, aut flacceſcens per ſe decidit. Fructuum alij ſunt præcoces, alij ſerotini; quidam perennes, vt baccæ Iuniperi: eduntur autem vel recentes, vel vieti, vel fracidi: aſſeruantúrque in opotorheca. Ceraſa oblongis petiolis pendent: Meſpila ſunt lanuginoſa: Pyra ſucculenta: Pruna Damaſcena, Armeniaca, Perſica, Cerina, Nana, Silueſtria, oſſiculata ſunt. Putamen amoueat, & nucem frangat oportet, qui nucleum eſſe vult; ſiue ſit iuglans, ſiue auellana quam fert Corylus. Suber & Ilex glandes; Quercus etiam gallas; Caſtanea caſtaneas echinatis operculis conueſtitas; Pinus ſtrobilos; Cornus corna; Laurus, & Sorbus baccas ferunt. Sorba, Siliquæ, Cydonia ſeu Cotonia, Aurantia, Citrea, Limonia, & mala Punica ſtipant & adſtringunt: ficus fraga, mora mori, mora rubi, mora rubi Idæi, mora myrti, & myrtilli laxant, lubricántque. Lotos deguſtata obliuionem inducit. Thus Myrrha, Maſtiche, Camphora, Sarcocolla, Therebinthina, reſina, pix, gummi certarum ſunt arborum: quin & Succinum ſeu Electrum.

Metalla è fodinis eruuntur, è quibus, quia liqueſcunt, & rurſus conſiſtunt varia admodùm conflantur. Aurum cæterorum omnium perfectiſſimum eſt præſertim, obryzum, quia puriſſimum, ac ponderoſiſſimum: ſemel expurgatum, tum catino immiſſum, atque clibano vel centies recoctum nihilum, quidem ſubſtantiæ deperdit. Auro proximè accedit argentum cùm purum eſt: ſed ſcorias habet, quæ comburantur, exuſto autem intertrimento emundatum fit ductile. Ferrum vt vt duriſſimum, ferrugine arroditur: depurgatum & aliquoties induratum, Chalybs dicitur. Cupro adhæret ærugo, ob viuidam viriditatem ad tincturas expedita. Orichalcum peruulgata vſurpatione eſt cadmia tinctum æs: fundi ſolum poteſt non tenuari in lamellas ob friabilitatẽ. Electro ſtamnum, & iſto Plumbum mollius & vilius eſt. Hydrargyro, ſeu argento viuo nihil mirabilius; liquidum eſt, nec tamen madet. Sal, alumen, vitriolum, nitrum, ſulphur, bitumen ſeu Aſphaltites, Naphta, cinnabaris, arſenicum, ſtibium; ſeu antimonium, Ocra, Chryſocolla, creta, plumbago, rubrica, & his ſimilia ſucci metallici dicuntur: Ceruſa, & minium adulterinum, & artificum glutinum factitia ſunt.

Inter foſſilia cenſentur etiam lapides, lapis comminutus, arena eſt, quæ ſi craſſior ſit, ſabulom dicitur, & glarea ſeu ſcrupulus qui calceo illapſus moleſtè vrget. Rudus ſunt aſſulæ, ſeu fragmina pertarum. Saxa humi iacent, ſiue appareant, ſiue deliteſcant: ſcopuli & cautes ſragoſæ & inacceſſæ eminent, crepido prominet: Cote acuimus obtuſa, ſilice ignem elidimus, Lydio lapide probamus metalla. Tophus arenoſus, ſcaber & friabilis eſt: pumex ſpongioſus, exeſus & bibulus, lotioni & frictioni ſubſeruiens. Alabaſtrites, candidiſſimum eſt marmor. Magnes eíque aſfricta lingula Pyxidis nauticæ, Septentrioni rectà ſe obuertit. Lapides pretioſi, quamuis è terra effoſſi non ſint, dicuntur gemmæ, quarum pretioſiſſima eſt carbunculus ſeu propus: tum Adamas, Etanus, Sapphirus, Smaragdus, Iaſpis, Hyacinthus, Onyx, Sardonyx, ac ſimiles, qui angulati micant, & ſcintillant. Bezoat, & Lacryma ceruina, peſtiferum virus, ac venenoſa quæque diſpellunt. Hæmatites, alectoria, aëtites, buſonius, ſarda, viliores ſunt. Margaritæ & vniones, qui grandiuſculi ſunt, in conchis reperiuntur; hos luxuriantes mulierculæ perforatis auribus alligant. Corallia ſunt arbuſculæ marinæ ramuli. Vitrum tranſlucidum cryſtalli ſimilitudinem habet, non duritiem: ſcinditur ſmyrta; ſamio lapide nitidatur.

Quinta diei opera ex aquis producta, ſunt Piſces & Volucres; hæ volant; illi natant; iſti pinnis, illæ pennis. Inter piſces, mares habens lactes, fœminæ oua: omnes lymphā ore immiſsā brāchiis emittunt. Fluuiatiles vt plurimū sūt Sturio, Huſo, Anquilla lubrica (quā ſi capeſſis, elabitur) Capito, Mullus ſeu Barbus, Trutta, Mugil, Albutnus, ſimiléſque. Piſcinales ſunt, Carpio, Lucius, Perca, Tinca, &c. Marini, Salmo, Muræna, M tremula, Fluta, Congrus, Raia, Oſtrea, & ſimiles; variáqve monſtra. Haleces ſalitæ in tinis, paſſæ verò in faſciculis, vt & paſſeres, ſole toſti deferuntur. Aſellus niſi probè conſtuſus, eſui non eſt. Cancer & cammarum cum chelis ſuis prorsùm & retrorsùm gradiuntur. Delphinus pernicitate, Balæna ſeu cetus magnitudine, omnibus anteit. De murice ſeu conchylio, purpura comparatur.

Volucres bipedes ſunt, plumatæ, & roſtratæ, excepto Veſpertilione, qui piloſus & dentatus eſt. Inter aues quædam præpete ac concitato, volatu aërem penetrant; quædam languiori, quaſi ſulcant: nulla mingit. Roſtro legentes grana ingluuiem referciunt: Procreationis cauſa nidos ſtruunt, Halcyon, quidem in ipſo pelago, inuſitatā eius tranquillitate, quæ & Halcyonis dies dicitur: tum pariunt oua, ſub teſta albumen, & vitellum, ſeu luteum occultantia; iiſque donec animentur incubant, &, ſi ea hypenemia, id eſt ſubuentanea aut vrina non fuerint; pullos excludunt,

Rapaces ſunt Vultur, Miluus, Accipiter, Falco, Niſus, ac ſimiles, quæ in alias innocuas ſęuiunt, captáſque dilaniant. In Accipitrum appellatione, generis nomen à fœmina perpetuò ducitur, mares enim exiliores ſunt. Inter Accipitres non omnes ad illicium inſtruuntur, Sabbuteo enim ac Perchos mannarij ſunt receptus. Quando Falconi plumæ defluunt, dicitur vernatio, quæ quotannis accidit. Aues nocturnæ interdiu cæcutiunt, noctu non ſubluſtri ſolum, ſed & illuni cernunt, vt Noctua, Eubo, Aſio, ſeu Nycticorax, Scops, Vlula, Strix, Caprimulgus. Phaſiani, Otides, Vrogalli, Gallopauones, Capones, Attagenes, Perdices, & Coturnices, lautitiæ ſont: & Ornitotrophiis incluſæ, opimātur. Olor, Fulica, Mergus, Onocrotalus ſeu Pelicanus, & aliç aquaticç palmipedes ſunt: nulla pennipes. Sturni gregatim ſed abſque ordine; Grues valdè congruè; Ardeæ admodum excelsè volant. Canoræ ſunt Luſcinia ſeu Philomela, Acāthis, Alauda, Carduelis, Fringilla, Galgulus, Linaria, Citrinella. Palūbus & Liuia ſunt colūbæ feræ. Vpupa, Picus, Rubecula, ſimiléſque vermibus veſcuntur. Trochilus, paruuſque Parus, auium

minimæ

minimæ ſunt; Struthio maxima. Coturnix breuem habet caudam: Motacilla ſuam indefeſsè motat; ocellatam diſpandit ſuperbiens Pauo: Caſſita cirrum, Gallus criſtam erigit, Gallina gracillat glocitat & gluctit: Anſer ſaginatus gingrit, Anas tetrinnit; Coruus crocitat, Pica garrit, Cornix cornicatur; Aquila clangit, Ciconia crepitat: Cuculus cuculat: Monedula ſeu Graculus frigulat: Hirundo rtinſat; Paſſer fritinnit: Pſittacus articulatas voces formare aſſueſcit. Phœnix, Gryps, Harpiæ, inter figmeura à nonnullis cenſentur: Turdus ſibi ceteriſque exitium parare dicitur, quia ex eo quod conſpurcat in viſcum & auiculum gluten lenteſcit quo implicantur & capiuntur auiculæ.

Sextæ ſeu vltimæ diei opera è terra producta, ſunt iumenta, & feræ; reptilia, & homo. Iumenta animalia domeſtica ſunt, hominem haud parùm iuuantia. Camelus giboſus vehiculi vicem præſtat. Equus iuba inſignis, ſi ferox ſit indole, domatur freno, vt ſeſſori obtemperet: Effrenis eum peſſumdat, & calcitrando ferit: dum pullus eſt, vngulis eius ſoleæ non applicantur; hinnit niſi Canterius fiat. Aſellus rudit: Bos cum paleari pendulo boat, mugitque: Bubalus & Vrus, feri boues ſunt. Agnus balat. Veruex ſeu Aries cui ſcrotum ademptum, vexatus arietat; Caper balat, Porcus grunnit, nec ruminat, biſulcus licet; nondum exſectus, dicitur Verres, exſectus, ſus Maialis. Porcelli ſumen ſcrofæ ſugunt. Canis cum catulis ſuis allatrat aduenant, ſi irrites, deſtento rictu ringitur; ſi percutias, quiritatur; rabie correptus diſcurrit. & ſi quem mordeat, hydrophobum reddit.

Ferarum princeps generoſus Leo, armis hirtis formidosè rugit: Elephas ſeu Barrus, belluarum maxima, barrit, & quia crura ſine flexu habet proboſcide, ad omnia ductuli, flexiſque vtitur, & pabulum attrahit. Rhinoceros, oſſeis ſquamis indutus eſt. Monoceros ſeu Vnicornu, abditiſſima deſerta, inhoſpitáque incolit. Aper ab ortu ſuo omnes dentes habens, qui dumtaxat maiores fiunt, poſtica pedum veſtigia anticis infigit, & directo ac continuo limite pabulatur, ſpumans & frendens in cubilia ſua proruit. Alcis tergus ſectioni impenetrabile gerit: Villoſus Vrſus murmurat & vncat, Vulpes gannit, & vere ineunte glabeſcens depilis fit, & alopeciam patitur, nunquam curatur. Pardus, quod terno ſaltu non prehendit, dimittit. Tigris ferocitate omnes ſuperat, Lynx maculoſa viſu pollet. Bienni Ceruo vnicaulis cornua erumpunt, tùm quoque ſeptennio multiplicantur, quod ea præfert caulis eſt, ſcapus, thyrſus, truncus, nec tamen Ceruum grauant, etſi grandia; Is enim agilis eſt, æuique longiſſimi, quandóque rancet: Ceruo ſimilis eſt Dama, ſed minor: Item Caprea ſeu Dorcas, cuius maſculus Hinnulus eſt. Ibex & Rupicapra præruptas rupes ſcandunt. Lepore nihil timidius; quidquid ſtrepit, aures arrigit, aut ſe proripit, & ad dumeta confugit, dum capitur vagit. Cuniculus fodicando cuniculos, Talpa grumos facit. Herinaceo & Hyſtrici, aculei ſunt pro pilis, quibus ora vrgentium figunt canum. Glire & Mele nihil ſomnolentius. Viuerra, Muſtela, Martes, Mus ponticus, & ſimiles pelliceis conueniunt. Sciurus, & Sorex, &c. Foramina ſibi cauant a ſæpè mus penuaria felibus aut muſcipuli præda fit.

Reptilium, alia in terris, alia in aquis, ali, vtrobique degunt, & ideò amphibia dicuntur quaſi duplicis vitæ. Huius generis ſunt Crocodilus, Caſtor, Lutra, Teſtudo, Rubeta, Bufo, &c. Serpentia exuuiáſque deponentia ſunt Anguis ſibilans, ſeu Coluber, Vipera, Hydra, Aſpis, Dipſas, Pryas, &c. Draco ipſo halitu, Baſiliſcus obtutu necat. Lacerta, Stellio, Salamandra, Scorpio pedibus ambulant. Ad reptilia, Inſecta reducuntur, quæ ſunt animalcula exſanguia; partim terreſtria, vt Scolopendræ, Stelliones; partim volucria, vt Apes, Veſpæ; partim cum vtróque participantia, vt Formicæ, partim pennis & pedibus carentia, vt varij vermes, è quibus Erucæ plantas; Teredines ligna; Tineæ veſtes; Blattæ libros; Conuoluuli vites; Gurguliones frumenta; Lumbrici fimeta corrodunt. Pediculi, Pulices, Culices, Cimices, Acari, homines infeſtant, Ricini, canes; Hirudines ſeu ſanguiſugæ cuti mordicùs adhærent. Bombyces ſericum conficiunt: & Apes bombilantes fauos mellis, quod Fuci depaſcunt; prætereà, examen vt nouam coloniã emittunt. Crabrones & Veſpæ acuto ſunt aculeo. Oeſtro ſeu Tabano percitum pecus ſubſilit. Scarabæorum, & Locuſtarum plurima ſunt genera, & ex iis quædam edulia, Bruchi, Canthari, Cantharides, Scarabæi cornuti, Papiliones, Pyrauſta, Cicindelæ ſeu Lampyrides, volatiles ſunt. Gryllus domi, Cicada furis cantillant. Formica ſolers eſt & actuoſa, Aranea araneum nexat.

Homo totius vniuerſi Epitome, omniumque Princeps animantium, rectus ac perfectus, & in ſtatu innocentiæ à Deo creatus eſt, & in plenitudine ætatis Chriſti conditus, à primo lapſu vagiens naſcitur, faſciis inuoluitur, & in cunas reponitur: à cunabulis ad ſerperaſtra traducitur, vbi infans inceſſum ſibi format, ac balbutire incipit, crepitaculis & crepundiis ludens: Impubes cum pubeſcit, ſonoram vocem alterat, hirquitallitque. Adoleſcens ephebus dicitur, adultus iuuenis. Virilis ætas, labores & ærumnas; ſenilis rugas & canos affert, decrepita delirat. Adeóque Infantia ſeipſam ignorat; Pueritia ludicris trãſigitur; Iuuẽtus vanis; Virilitas laborioſis; Senectus ad priora relabitur, ſenes enim bis pueri.

Homo in vniuerſum conſtat corpore & mente. Corporis humani ſtructura alia exterior eſt, interior altera. Quoad exteriorem; eius compages ex oſſibus, cartilaginibus, tendinibus, neruis, carne, muſculis, cute triplici, membranis ſeu variis inuolucris coagmentata eſt. Membra cohærent nexibus perpetuis, in proportione decentiſſimâ. Nam quæ bina ſunt, ex oppoſito ſibi ad latera locantur; quæ ſingula, per medium. In vultuum lineamentis ſtupẽda eſt varietas. Frons anguſta, ſuilla; gibboſa, aſinina dicitur: rugoſa animi anxij; erugata & exporrecta, effrontis; caperata, iracundi, nota eſt. Pupilla oculi, albugini hærens, ſpeculi inſtar, obiectarum rerum imagines in ſe recipit. Hanc palpebræ nictando humectant: cilia verò & ſupercilia communiunt; ſed hirqui lacrymas ſudant. Inter tempora & naſum ſunt genæ ſiue malæ, iiſque ſubſunt

G maxillæ.

maxillæ. Per nares mucus demanat, quem vibriſæ detinent, ne exſudet niſi mungatur. Virorum mentum, barbâ; labrum ſuperius, myſtace regitur. Anterior pars, colli, iugulum eſt; poſterior, ceruix. Thorax mâmis turgidus, infernè ventrem habet, vtrimque latera. Coſtæ ab axillia cœptæ in hypochondria deſinunt. Infrà coſtas, femora; ſub genibus, tibiæ; ſuræ, ſub polite. A ſuffragine planta pedis eſt, talos, calcem, & cum digitis hallucem continens. Tergum supernè habet, ſcapulas, poſt lombos: ſpina dorſi totam fulcit ſtructuram, vt erecti ſtent homines, ſed conſtituitur è triginta quatuor vertebris contignis, vt incuruati poſſint. Manus lacertoſum in ſe brachium cuntinet, cubitum & volam, quæ diducta, palma eſt; contracta, pugnus. Digiti quinque ſunt, ſinguli articulos tres, condylos totidem habent. Pollice premimus; Indice monſtramus; Verpus ſeu Medius prominet; inter quem & Minimum, Annularis eſt. Vnguibus ſcabimus, ſcalpimus, laceramus: ſiniſtra tenet, dextera operatur: Ambidexter præ ſcæuola multum habet.

Quod ſpectat ad interiorem humani corporis ſtructuram; Alimentum dentibus tomicis ſeu primoribus inciſum, molaribuſque cominanſum, per Oeſophagum ſeu gulam ad ſtomachum demittitur, vbi fit prima concoctio: Hinc venæ meſaraicæ chylum exſugunt, cúmque (excrementis per inteſtina foras egeſtis) deferunt ad iecur; vbi denuò fit ſeparatio: ſeorſum enim per vreteres ad renes meat, ac indè veſicæ inſtillatur, & fit lotium quod meiendo emittitur: Pinguior verò pars ab hepate rubedinem contrahit, & fit ſanguis, qui per venas diſtribuitur. Lien interim attrahit, & rurſus eiicit melancholiam; & fel, bilem: Pituita per omnia diffluit. Cor ſitum in pectore, primum eſt viuens, & vltimum moriens, proinde caloris plenum, ac indeſinenter palpitans, vitalem ſpiritum progenerat, & per arterias quaquauerſum diſpenſat, dum ab adiacente pulmone refrigeratur, reſpirando per arteriam aſperam; quâ læſâ, raucedo fit, vt tuſſis. Præcordia hæc ab inferiore ventre, ſepto tranſuerſo, quòd ideò Diaphragma dicitur, diſiunguntur. Omentum verò, ilia; & Meſenterium, lactes obuoluit.

Mens humana intellectu, & voluntate conſtat, ſenſus tamen habet ſubminiſtros; horum alij externi, alij interni: quod ſpectat ad externos; Viſu colores diſcriminamus: Auditu ſonos diſcernimus; Olfactus odores internoſcit: Guſtus ſapores: Tactus primas qualitates; caleat an frigeat quid? tangendo; humidum an ſiccum ſit? penſando; durum an molle? comprimendo; læue an aſperum? attrectando graue an leue? tollendo percipitur. Quod ſpectat ad internos, vt ſentire te ſentias, Interni ſenſus dati ſunt tres, qui in cerebro reſident, nimirùm ſub ſincipite ſenſus communis, qui rei viſæ, auditæ, olfactæ, guſtatæ, & tactæ, ſimulachrum apprehendit, & in ſomno vaporibus obſtruitur; hinc inſenſibilitas. Sub vertice habitat Phantaſia, quæ diſcrimina rerum diiudicat, & in perpete eſt agitatione: hinc multifariæ imaginationes, ſomnia & inſomnia. Sub occipite memoria eſt, quæ apprehenſa, & diiudicata in futurum vſum recondit: ea nuper aut dudùm impreſſa reſumere, reminiſcentia eſt; ſi obliterata ſint, obliuio: Quorùm ergò conſtanter meminiſſe vis, eorum crebiò recordare, vel qui memor eſt, tibi commemoret. Immoderatæ vigiliæ fatigant, quia cerebrum exſiccant: Sopor recreat, quia irrigat, dormituriens oſcitat; dormitans nutat capite; dormiens ſtertit & rhonciſſat.

Intellectu & voluntate cætera animalia excedit homo; Angelis, ipsique Deo hac in parte perſimilis. Intellectus in rerum diſpoſitione rationem conſulit, cui eximium acumen eſt, citò rem perſpicit: Qui multa inquirit: induſtrius eſt; qui, noſcit gnarus; qui excogitat, ſolers; qui notitiam vſu firmauit, expertus; qui vti nouit, prudens; qui apte vtitur, ſapiens, qui abutitur, fraudulentus. Vera rei apprehenſio, ſcientia eſt, falſa, error; debilis, opinio; ex coniecturis nata, ſuſpicio; vacillans, dubitatio; impedita, hallucinatio; nulla, inſcitia aut ignoratio. Cùm alterius relationi credimus, fides eſt; cùm veriſimilibus rationibus cedibus, perſuaſio; cùm ſufficienti demonſtrationi, aſſenſus; quæ pernoſcere optamus, rimamur; quorum rationem non intelligimus, miramur.

Voluntatis eſt amare, ac velle bona; mala odiſſe, & nolle. Ex accidenti eſt, ſi hæc placent, illa verò diſplicent, tunc enim falſa eam decipit apparentia, vt eligat deteriora, aut ſpernat ea, quorum ignorat bonitatem. Hinc innumeris ſubiecta manet affectibus, quibus identidem pertubatur. Abſunt quæ ei apparent bona; deſiderat ea, optat, anhelat, molitur quidquid poteſt, & antequam adipiſcatur, cum tædio fert moruke intercapedinem. Adſunt, geſtit, gaudet, oblectat ſe iis fruendo, amittere ſemper metuens. Eripiuntur; triſtatur, dolet, queritur. Magis verò mala eam inquietant, & diſtrahunt, Imminentia enim formidat: aduenientia pauet, horret: quum obuenerunt; iraſcitur, mœret. Secus agitur in alienis bonis & malis; ibi gratulatur, aut inuidet. hic commiſeraſcit; aut exultat ſi peruerſa eſt: à lapſu enim primi parentis, nihil in nobis integrum, omnia mutila, manca, lacera, intemperata, effrenata, diſſoluta.

Si quis peccat incogitantià, delictum eſt; ſi voluntariè, facinus; ſi ſtudio, nequitia; ſi malitiosè, ſcelus; ſi enormiter, flagitium; ſi vi ægrè faciat aliqui, peruerſitas. Porrò conſuetudo vitioſa ſenſim irrepit; & poſtquam inualuit, ſero ei obſiſtitur, ſiquidem radicata, raro extirpatur.

OBSERVATIO III.

Ar Chronologica quácumque certitudine polleat, certum tamen ab orbe condito ad Chriſtum natum annorum calculum ſuppeditare nequit.

PLenique Chronologiæ ſcriptores, eruditi quidem, ſidereæ tamen artis quæ in ea à nonnullis obſeruatur, imperiti, nullam ad ordinem temporum methodum aliam requiri cenſent, quàm authoritatem, ac teſtimonia veterum cum aliqua in iis dirigendis induſtria, quæ indicij potiùs, & ingenij, quam artis ſit, ſcientiâ verò aut demonſtratione aliquâ nullo modo conſtare valeat; adeò vt quicquid ex cyclis Solis, ac Lunæ ab aliis petitur, id velut ad Chronologiam otioſum ac ſuperfluum ſugillent.

Alij diſciplinam aſtronomicam rectè callentes, obſeruatis ſiderum Phænomenis Chronologiam (ſi eius ſpectetur theoria, debitáque artis ſuæ procedat methodo) ſcientiam eſſe affirmant Aſtronomiæ ſubordinatam; eámque ſic definiunt Chronologia ars eſt quæ certis ex notis ſeu characteribus, & ex authoritate probata præteritarum rerum memoriam ſuis temporibus conſignat. Duo námque ad Chronologiam concurrunt principiorum genera. Alia, quæ per cauſas intelligimus; alia, quæ nulla cauſarum notitia conſtant. Priora ab Aſtronomia, cui Chronologia ſubeſt, depromuntur; inter quæ primum locum obtinent illi quos characteres, ſeu characteriſmos annorum viri docti nuncupant. Eſt autem character apud Chronologos, certa quædam nota, quâ annus quiſpiam ab aliis ſecernitur; horum autem characterum cœleſtes ſunt nobiliſſimi, eorumque præcipui parentes habentur luminaria illa magna, quæ Deus poſuit in cœlo, vt diuiderent diem ac noctem, eſſénique in ſigna & tempora, dies & annos *a*, nempe Sol & Luna. Vtriúſque enim cycli notas illas ac differentias pariunt annorum. His proximè accedunt eiuſdem Solis ac Lunæ coniunctiones in nouilunio, mutuæque in plenilunio oppoſitiones. Tum vtriuſuis ſideris defectio; nec non Æquinoctia, & ſolſtitia. His enim cœleſtibus phænomenis, velut indubitatis characteribus notati anni fiunt inſignes.

a Gen. 1. 7. 14.

Et horum ſtudio, ductúque characterum ex innumeria quæſtionum ambagibus expediet ſe peritus Chronologus, nec omnibus numeris perfectus vnquam erit, niſi ex illius artis regulis, & cœleſtium peritia characterum, cùm hi ſuppetent, tempora ſua, annóſque conſignet. Eâ ſanè arte ac methodo plerique Chronologorum, quorum pronunciata tanquam certiſſimum, temporum Canonem ipſi quoque viri eruditi aſſumpſerunt, errores patefacti ſunt, qui, ſi longius propagati forent, vniuerſæ Chronologiæ fuiſſent exitiales; ſicque præſtantiſſimæ diſciplinæ oitor periiſſet. Et hæc quoad priora, quæ per cauſas intelliguntur, & ex Aſtronomia promuntur Chronologica principia.

Quod ſpectat ad poſteriora; quæ nullâ ſcilicet cauſarum notitiâ conſtant illa bifariam ſunt diuiſa; alia enim aſſumuntur ex hypotheſi, & poſtulata nuncupantur v. g. Ætam Chriſtianam; ſiue vulgare Chriſti annorum initium cœpiſſe anno abhinc 1648. poſtulatum eſt, ſolóque vſu & communi omnium conſenſu nititur. Alia ſola ſcriptorum fide dignorum authoritate, & teſtimonio fulciuntur, vt Romam ſitam eſſe in Italia, & ſimilia, quæ, qui non vidit oculis, ſolà famâ & auditione didicit; quæ tamen eàdem tenet firmitate, quâ ea, quæ ſæpiùs viſu percepit. Huiuſmodi plurima à Doctoribus & Hiſtoricis accepimus, vt de iis ambigere non dicam litterati viri, ſed vix hominis eſſe eſſe videatur, quæ quia confeſſa ſunt apud omnes, nec ea quiſquam, niſi aut communis ſenſus aut pudoris expers inficiari poteſt, meritò inter Chronologiæ principia deputatur.

Illâ itaque optima cenſeri debet Chronologia, quæ ex vtroque genere principiorum temperata ſit, vt cœleſtes characteres vbi ſuppetent annis excurrentibus adhibere nouerit, & vbi materiæ conditio eos indagari, non feret, ſolâ ſe poſtulatæ veritatis firmitate ac probatorum ſcriptorum authoritate ſuſtentet.

Nec obſtat, quòd nonnunquam peccent Chronologi eiuſmodi artis eruditi, atque in nonnullis characteriſmo ſuo affectis Epochis ſæpiùs errauerint; non enim ars ipſa ſed artis vſus, haud æquæ ſemper perſpicax, in culpa eſt. Nec cæterorum vlli artificum, quamuis artis ſuæ peritiſſimi, omnem prorſus errorem cauent; minimè tamen affirmabis, quod vel artium illarum principia nulla ſint, vel quod ad euitandum errorem nequaquam valeant. Optima itáque quæuis ars erit, ſi certa habeat principia, debitáſque ſuppeditet regulas, quarum accuratus vſus nullum falſitati locum relinquat: quod quidem, vt iam ſatis explicatum eſt, conuenit Chronologiæ, quæ proptereà, ſi theoriam eius attendas ſcientia eſt.

Porrò, licèt Chronologia certa ſit ſcientia; certum tamen ab orbe condito ad Chriſtum natum annorum numerum, cui conſentiant vniuerſi (id quod maximè ſcire peroptaret ſacer Chronologus) ſuppeditare non poteſt: ſiquidem in eorum ſtatuendo calculo tantus eſt Chronologorum diſſenſus, vt 79. inter ſe diuerſas vnus ex neotericis recenſeat opiniones, ſuis ſingulas Authoribus ſtipatas, extremarum vnâ 3983. altera 6984. annos ſupputando; & ipſe, qui eas recenſet, nullam ex eis ſecutus, ſuam ſibi cudit propriam.

Harum tamen tot opinionum legitimæ non deſūt cauſæ; duæ præſertim; vna eſt, quia cū nō omnia, ſub quibus res ſingulæ geſtæ ſunt, ſed aliqua tantùm ſubinde obſeruata ſint phænomena, haud etiam valet ars Chronologica ex cœleſtibus his characteribus, illas omnes, ſed aliquas tantùm, ſuis tēporibus conſignare. Altera, quia totus ille, valdéque productus ab orbe condito ad Chriſtū natū annorū calcu-

lus , ex ſingulatum mundi æratum ritè deductis ſupputationibus conſurgit , illiúſque certitudo computi ex harum certa ſupputatione dependet ; cúmque incerta ſit ſuppntatio iſta , variæque circa Chronologiam in ſingulis mundi ætatibus occurrant difficultates , plurimúmque diſſideant Authores in deſignando cuiuſuis illarum calculo ; mirum non eſt , ſi in toto illo annorum , qui ab orbe condito ad Chriſtum natum fluxerunt , computo magis inter ſe diſſideant.

Quod autem plures ac diuerſæ in ſingulis mundi ætatibus , quæ in toto Scripturæ decurſu obſeruari ſolent , occurrant difficultates circa Chronologiam ; id manifeſta ſingularum patet inductione , v. g. in prima ætate , quæ ab orbe condito ad diluuium excurrit , tranſlatio ſeptuaginta Interpretum , ſecundum quam olim Chronologi, putabant tempora , ponit annos , 2242. Hebræi verò Codices , Editióque vulgata, cui hodie inſiſtit Eccleſia tantùm 1656. vnde vulgaris iſte calculus à priori diſſidet in vna ſola ætate annis 586. In ſecunda ætate , quam nos à diluuio ad annum Abrahæ 75. quo primùm facta eſt ei promiſſio de *Chriſto* , perducimus , duplex occurrit difficultas ; vna eſt circa iuniorem Cainam , altera circa annum vitæ Tharæ , quo ipſe genuerit Abraham ; vnde qui iuniorem Caïnam cum ſeptuaginta Interpretibus admittunt , affirmántque cum ipſis illum anno trigeſimo vitæ ſuæ genuiſſe Sale , dicúntque prætereà Thare anno vitæ ſuæ 130. genuiſſe Abraham, hi ſanè (reliquo annorum calculo ex Scriptura *a* , ſatis manifeſto ,) affirmare debent, quod ætas illa continet annos 457. Qui verò iuniorem Caïnan excludunt , eóſque ex conſequenti triginta annos , quibus expletis genuerit Sale è ſua expungunt Chronologia , aiúntque inſuper Thare anno ipſo 70. ætatis ſuæ genuiſſe Abraham , aſſerere debent eamdem ſecundam ætatem continere tantum annos 367. Sicque hi ab illis in ea ætate integris 90. annis non incongruè diſſident. Qui denique eundem Caïnan admittunt , tenéntque nobiſcum , Abraham natum eſſe anno 70. Thare , fateri debent , eandem ſecundam Ætatem complecti annos 397.

a Gen. 11. v. 10.

Item in tertia mundi ætate , ſcilicet 375. anno Abrahæ vſque ad exitum filiorum Iſraël ac Ægypto , ea maximè ſeſe offert difficultas , à quo termino computandi ſint anni 430. quibus in Exodo *b*, filij Iſraël , dicuntur habitaſſe in Ægypto; ideóque qui eos numerare incipiunt ab anno illo 75. Abrahæ *c* , quo ſanctus Patriarcha , in cuius lumbis erant filij Iſraël , deſcendit in Ægyptum *d* , affirmant ætatem illam tertiam conſtare illis 430. annis. Qui vero ipſos ſupputant ab anno 130. vitæ Iacob , ſeu Iſraël ; quo ipſe , cum filiis deſcendit in Ægyptum , *e* in qua deinceps habitarunt ; hi ſanè coguntur affirmare , ætatem illam conſtare annis 645. vt magis explicabitur infrà *f*. Sicque hi ab illis in hac ætate integris 215. annis diſſident ; alias aliis in ætatibus occurrent legitimæ diuerſarum inter Chronologos opinionum cauſæ , quas in additis pro cuiuſque ætatis probando calculo Obſeruationibus explicabimus.

b Exod. 12. v. 40.
c Gen. 12. v. 4.
d v. 10.
e Gen. 47. v. 9.
f Obſ. 19.

In quo quidem variarum occurſu ſententiarum nullus offendi , déque ipſarum Authoribus obloqui delet , cùm innumeræ ſuper his iam motæ ſint quæſtiones , celebriorum Doctorum argumentis ventilatæ , è quibus pleríque audaciores fortè, quia iuniores , minúſque periti nullo ſe negotio explicare præſumunt , quæ cum tamen viri graues temperent calamo , & inſcitiam ſæpè fateri ſuam malint , quàm expreſsè Scripturæ verba , firmaſque , ert ſibi pugnantes , Doctorum rationes imbecillioribus argumentis impugnare.

Neophyti eſt in re Chronologica apertas vndique diſſenſionibus ianuas non videre parum modeſti , quicquid ab ea , quam ſemel elegerit, annorum ſerie diſcordat , vt falſum repellere , vt abſurdum ſugillare , nimium de ſe præſumentis in re tam Incerta , & in qua doctiſſimorum virorum deſudauit induſtria , frequenti obnoxia correctioni , certa velle profari , & indubitata. Sanè ſicut quicquid à quouis iam dictum , ita & quod deinceps ab vllo dicendum , ſuis laborabit incommodis. Demum inquieti eſſet animi , circa modicaquæque & inutilia Chronologiæ torqueri , & exagitari : licet enim ſana ac ſobria quæ de ipſa haberi poteſt notitia iuuet plurimùm , ad ſacram hiſtoriam meliùs percipiendam , anxia tamen illa , vſque ad minutias vltimas temporum ſcrutatio , parùm ei vtilia eſt , multúmque moleſta.

Moleſtior illa , quæ de his nonnumquam inter ſacros etiam Chronologos ſuboritur vſque ad ſannas muliebris contentio , indigna viro pudenda Chriſtiano: eâ ſiquidem animi pace , ac modeſtiâ verborum de his Scripturæ ſacræ Chronologicis rebus , ceteriſque quæſtionibus problematicis philoſophandum venit , vt omnis rixa procul exſulet. Chriſtianum eſt, imò & humanum , quòd ſibi mutuò indulgeant viri literati , vt alter alterius onera portent , ac benegnitate Chriſti ſuper omnia imbuti , ſibi inuicem impendant officia charitatis , vt liberiùs dicat quis , quid ſentiat , & ingenuus Lectoriis , qui ſibi magis placuerint , vti valeat Authoribus. Id ergo vt certiſſimum , & ex dictis in hac Obſeruatione comprobatum tenemus; artem Chronologicam, quacumque tandem certitudine polleat , & ipſius etiam ſacræ Scripturæ computi opem imploret : certum tamen ab orbe condito ad Chriſtum natum annorum calculum ſuppeditare nequaquam poſſe.

OBSERVATIO IV.

Quomodo prima mundi ætas continet annos 1656.

CErtum eſt quod Editio 70. Interpretum, ſecundùm quam olim Eccleſia putabat annos, & notat Baronius *a*, ponit ab orbe ad diluuium annos 2242. nempè 586. ſupra vulgarem calculum, additis ad ſingulas propè generationes aliquot annis; ſed id mendum credunt aliqui arithmeticis Græcorum notis, quarum facilis eſt commutatio, irrepſiſſe, etiam à priſcis temporibus; vt innuit D. Auguſtinus *b*, dum ait: *Credibilius ergò quis dixerit, cùm primùm de Bibliotheca Ptolemæi deſcribi iſta cœperunt tunc aliquid tale fieri potuiſſe in codice primitùs inde deſcripto, vnde iam latiùs emanaret.* Quicquid ſit de ratione illius mendi, quo tempore, quóue contigerit caſu; communis iam omnium ſententia eſt, ab orbe condito ad diluuium cœptum, vel exactum (eodem enim anno deſiit aquis diminutis, quo cœpit *c*) fluxiſſe tantùm annos 1656. qui ex communi Doctorum ſenſu ſolares ſunt, cùm Hebræi, omnéſque ferè nationes, quæ ad nouilunia menſes ſuos componerent, annos lunares ad ſolares debitâ intercalatione reducerent; & completi cenſentur, cùm eos vt tales Scriptura recenſeat: hîcque & alibi paſſim, vbi Patres dicuntur genuiſſe filios, verbum (*genuiſſe*) nihil addit ad Chronologiam: licèt enim præcisè ſumptum connotet tempus, quo proles in vtero concipitur, à quo vſque ad natiuitatem fluunt vt plurimùm nouem menſes, vulgò tamen refertur ad tempus, quo proles in lucem emittitur.

a In Annal. Eccleſ.
b 15. De ciuit. c. 13.
c Gen. 8. v. 3.

OBSERVATIO V.

Quâ die, & quâ tempeſtate mundus ſit conditus.

EVidens eſt ex ipſa ſcriptura, mundi natalem fuiſſe primam Sabbathi Hebræorum: poſtquam enim dictum *d*, eſt Deum operatum fuiſſe omnia ſpatio ſex dierum, additur *e*. [*Et requieuit die ſeptimo ab opere quod patrarat, & benedixit diei ſeptimo & ſanctificauit illum.*] quia ſcilicet inſtituit, vt obſeruaretur in Sabbathum, quo homo ab omni opere ſeruili quieſcens, Deum peculiari cultu coleret; hæc verò dies Sabbathi in ipſo hebdomadæ, ſeptémque dierum in ſe redeuntium cyclo, præcedit eam quâ primùm Deus cœpit operari; & quæ ab Hebræis dicitur prima Sabbathi, id eſt hebdomadæ, & à Chriſtianis dies Dominica, quia *Chriſtus* Dominus tunc reſurgens, mundum reparauit eâdem die, quâ ipſum condidit.

d Gen. 1.
e c. 2. v. 2.

Difficultas verò eſt, quâ anni tempeſtate mundus fuerit conditus; & quia non omnibus terræ partibus eodem tempore, Ver, Æſtas, Autumnus, & Hiems eſſe poteſt. De noſtro hemiſphærio in vniuerſum eſt quæſtio, quod quidem oppoſito hemiſphærio imperiorum, & rerum publicarum adminiſtratione illuſtrius, & *Chriſti* præſentiâ, & ſalutis noſtræ myſteriis multò ſanctius extitit.

Nemo quidem eſt, qui hiemem ex ſe aſperam & emortuam huic diuino operi natalem eſſe velit; cum Scriptura tunc arbores fructibus onuſtas fuiſſe inſinuat, dum Deus dicit Adæ: [*Ex omni ligno Paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas f*;] Illud autem hiemi quâ pauci, aut nulli fructus vigent, non conuenit. Æſtate vero vnus Mercator mundum conditum ſubindicat, tota ergo de Vere & Autumno eſt difficultas, in quo videlicet ſigno Sol primùm conditus fuerit? an in Ariete, ſub quo incipit ver? vel in Libra, ſub qua inchoatur Autumnus?

f Gen. 2. v. 17.

Multi graues Authores pro vere ferunt ſententiam, inter eos Salianus recenſet *g* Athanaſium, Baſilium, Ambroſium, Baſilium, Ambroſium, Auguſtinum, Gregorium Nazianzenum, Theodoretum, Irenæum, Damaſcenum: quæ ſententia vt grauiſſimorum Doctorum pondere firmata, licèt ſit probabilis, illa tamen quæ in Autumnali Æquinoctio, mundum conditum aſſerit videtur probabilior, quia ſacris Codicibus magis conſentanea, eamque tenent plurimi quos refert, ac ſequitur Torniellus *h* Probatur autem ex Scriptura, quæ tunc arbores, non floribus vt verno tempore ornatas, ſed fructibus vt Autumnali oneratas fuiſſe aſſeuerat: vel ex eo quod Eua dixit ſerpenti, *De fructibus lignorum quæ ſunt in Paradiſo veſcimur de fructu verò, quod eſt in medio Paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus i.* Confirmatur ex eadem Scriptura, dum Moyſes agens de menſe exitus Iſraël ex Ægypto, in quo menſe occurrebat æquinoctium Vernum, quique poſt captiuitatem appellatus eſt Niſan *k*, ait: *Menſis iſte vobis principium menſium primus erit in menſibus anni*, putà ſacri ac ceremonialis. Alium ergo menſem primum anni ſui communis ſeu ciuilis habuerunt Hebræi ad id vſque tempus, alioquin fruſtra ſtatuerent, vt penès ipſum primum menſem verni æquinoctij eſſet menſium principatus. ille verò quem primum habuerunt Hebræi, non poteſt eſſe alius quam menſis Thiſris, occurrens etiam cùm primo menſe Ægyptiorum nomine Toth, qui quidem menſis Thiſri, licèt poſt exitum de Ægypto fuerit ſeptimus, anteà tamen erat primus, & ab eo filij Iſraël annum ſuum communem ac ciuilem exordiebantur, vt manifeſtè patet ex illo Exodi loco *l*, in quo feſtum Tabernaculorum, (quod 15. die menſis ſeptimi iuxta anni ſacri calculum occurrebat) dicitur celebrandum in exitu anni, vel vt alibi dicitur expreſſiùs *m*, redeunte anni tempore, putà anni ciuilis; imò quia annus Sabbaticus & Iubilæus, etſi ſacri, plures contractus ciuiles venditionis, locationis, & mutui inuoluebant, à menſe ſeptimo inchoabantur, vt ait Ioſephus *n*; & de Iubilæo quidem exprimitur in Leuitico *o*. Et quia eo in menſe occurrebat Æquinoctium Autumnale inde ſequitur, mundum Autumnali potiùs, quàm verno tempore fuiſſe conditum *p*.

g In Annal.
h In ſexta die mundi.
i Gen. 3. v. 2. 3.
k Exod. 12 v. 2.
l cap. 23. v. 16.
m Exod. 34. v. 22.
n 1. Antiq. 3.
o cap. 25. v. 9. 10.
p Vide infra Obſer. art. 5.

OBSERVATIO VI.

De luce Primigenia.

SEntentia illam, quæ ait lucem primigeniam fuiſſe ipſum Solem, ſed adhuc imperfectum, qui per tes motum raptus primi mobilis, efficeret diem ac noctem, haud improbamus, cum eam approbet Doctor Angelicus *a*, eique faueat D. Dionyſius *b*: Non deſunt tamen qui dicunt lucem illam, quæ primo die facta memoratur, verum accidens fuiſſe, corporeámque qualitatem, à Deo in aquis productam, & ex aquis velut proprio eductam ſubiecto: hæc enim ſententia ipſis Scripturæ verbis, in ſimplici ac hiſtorico loquendi vſu acceptis, maximè quadrat.

a 1. p. q 67. a.4.& q. 70. a.1.
b De diuin. nomin. p 1. c.4.

Hanc lucem multò minorem ſolari fuiſſe manifeſtum eſt, vnde & eam crepuſculis confert Ambroſius *c*, & Auguſtinus *d*; minus fulgentem diem appellat. Huius lucis ortum, curſúmve explicatu difficilem eſſe atteſtatur ingenua confeſſio D. Auguſtini, profitentis ſe ignorare, quomodo lux vel circuitu ſuo, vel contractione, & emiſſione, vices diurnas, nocturnáſque peregerit. Verùm quia huius lucis progreſſus à Scriptura dicitur dies, ſicut & reliqui, quos Sol dierum opifex produxit, conſentaneum fuit eam ab aliquo Orientis puncto exortam gyraſſe per meridiem, & itinere verſus Aquilonem reflexo, in occaſu occidiſſe, vt mox ad ortum renaſceretur; ſicut de ſole ſcripſit Salomon *e*: At quoniam huius vbique ſucceſſiuo luminoſi corporis motu ortus, & meridies, occaſus, & media nox obueniunt, vnam aliquam neceſſe eſt deſignari regionem, ratione cuius omnes iſtæ poſitiones inter ſe differant; Eam Abulenſis *f*: credit eſſe Palæſtinam, ſeu Terram ſanctam, quia in ea Adam eſt conditus: Quidquid ſit, ſiue ea regio fuerit Palæſtina, ſeu quæuis alia, ſi ea fuerit ſub æquatore, dici poteſt quod ab oriente duodecim horis à creatione cœli & terræ, lux illa primigenia exorta, totidem horis noſtrum Hemiſphærium emenſa ſit, atque ita factus eſt dies primus naturalis, cuius priorem partem tenebræ, poſteriorem ſuborta lux occuparit. Tempus enim ex Philoſopho eſt menſura motus, ſecundum prius & poſterius: atque ita ſine vlla Scripturæ tortura verum eſſe demonſtratur, quod ait Moyſes; *factúmque eſt veſperè & manè dies vnus.* Idque confirmat Hebræorum conſuetudo, qui dies ſuos, & feſta ſua, iuſſu Dei à veſpera ordiebantur, & in eadem terminabant, iuxta illud Leuitici. *A veſpera ad veſperam celebrabitis Sabbatha veſtra* γ.

c Lib. 1. hexam. c. 10.
d Lib. 1. De Gen. ad litt. c.11.
e Eccl. 1. 5.6.
f In Gen.
Leuit. 23 .32.

OBSERVATIO VII.

De firmamento aquas ſuperiores ab inferioribus diuidente.

OPus ſecundæ diei his à Moyſe deſcribitur verbis. *Dixitque Deus, fiat firmamentum in medio aquarum, vt diuidat aquas ab aquis, & fecit Deus firmamentum, diuiſitque aquas quæ erant ſub firmamento; ab iis quæ erant ſuper firmamentum, vocauitque Deus firmamentum cœlum h.*

h Gen. 1. v. 8.

Qui aquas illas ſuperiores ſupra cœlos poſitas non ferunt, in violentas interpretationes hæc verba detorquent: aliqui enim firmamentum infimam aëris regionem interpretantur, in qua coguntur nubes, quum tamen nihil mollius liquidiuſve aëre ſit. Clariſſimis vtique verbis expreſſit. Moyſes, iuſſiſſe Deum in media aquarum abyſſo, quæ à cœlo Empyreo ad terram vſque protendebatur, expandi ſolidum aliquod corpus, quod Septuaginta Interpretes ςερέωμα, Vulgata editio firmamentum appellauit. Eodémque ſenſu accipit firmamentum Regius Propheta, cùm dicit, [*Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum*,] vbi Hieronymus cœlum idem eſſe docet, quòd firmamentum i; ſic quoque vſurpauit, & ſapiens, dum Solem in firmamento collocat; Et Moyſes toto Capite primo Geneſeos, vbi & Solem & Lunam, & ſtellas in firmamento ponit: quod quidem arguit, firmamenti nomine intelligi, tam cœleſte illud corpus, in quo ſtellæ fixæ ſunt, quæ eodem a ſe inuicem ſemper interuallo diſtant, quàm ſeptem Planetarum orbes, quorum infimus Lunam, ſupremus Saturnum denehit.

i Pſal. 18.

Super hos cœlos fuiſſe aquas Moyſes aſſeuerat; idipſum expreſsè aſſerit Regius Pſaltes, dum ait, [*Extendens cælos ſicut pellem, qui tegis aquis ſuperiora eius, k*] Item *Laudate eum cæli cælorum, & aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Domini, l*] Et tres pueri in ſuo. Cantico, dum è medio ignis exclamant. [*Benedicite aquæ omnes quæ ſuper cælos ſunt, Domino, m*] Quæ expreſſiſſima Scripturæ verba, Auguſtinum eò compulerunt, vt mentem ſuam huiuſce rei, modúue neſciam fidei ſcripturarum libens ſubiecerit, dicens, *Quomodo, aut qualeſlibet aquæ ibi ſint, eas eſſe ibi minimè dubitemus; maior eſt quippè Scripturæ huius authoritas, quam omnis ingenij humani capacitas.* Adde Sophronij Epiſtolam, quæ in ſexta Synodo Conſtantinopolitana actione vndecimà recitatur: móxque in decima tertia ab vniuerſis Patribus approbatur: in qua inter errores Origenis numeratur ſupercœleſtium, aquarũ creaturam improbare. In quem autem finem ſunt aquæ illæ ibi collocatæ? ipſe nouit, qui talem illis aſſignauit locum, cuius prouidentiæ rationem in aliis quoque multis ignoramus? vt tota

k Pſal. 113. v.3.
l Pſal. 148. v. 4.
m Dan. 3. v. 60.

influentiarum

influentiarum virtus ad hæc inferiora quaſi repercuſſa adigatur, dicunt aliqui.

Porrò firmamentum *a* illud cum ſubiectis ſibi orbibus ex aquis factum aſſerunt Patres. Cyrillus Ieroſolymitanus, Chryſoſtomus, maximè verò Theodoretus, dum ait [*Prius cœlum ex nihilo creauit, poſterius autem ex aquis fecit. b*] aquarum ſcilicet fluidâ ſubſtantiâ condenſatâ & conſolidatâ, vnde & firmamentum *c* eſt: quod aſtruit Chryſoſtomus dum ait, [*Olim ipſe firmum ac ſolidum firmamentum fabricatus eſt, & illud quidem è fluxa ac fluente aquarum natura.*] Et quia firmamentum hoc, eique ſubiecti orbes, ex aquis addenſatis, vt ſoliditatem reciperent, facti ſunt; ne illarum aquarum condenſationem ſequeretur vacuum (quod natura ſummâ refugit contentione) id ſpatium aëre, & igne, quæ ſunt corpora ex aquis inferioribus producta, repletum eſt; quod quidem ſpatium Scriptura cœlum non rarò vocat, dum ignem deſcendiſſe de cœlo; terram de cœlo expectare pluuias, dicit, & volucres cœli, ſigna cœli, nubes cœli, characteres cœli nuncupat.

a Cath. c. 9.
b q. 11. in Geneſ.
c Ibid.

OBSERVATIO VIII.

Quo tempore, quoque loco Paradiſus terreſtris ſit Plantatus.

HVius acceſſum Paradiſi Cherubinus ille flammeo ac verſatili gladio obarmatus prohiberet, ſi attentaremus ſumere de ligno vitæ: ſed quia tantùm doctrinæ gratiâ tempus quo productus ſit Paradiſus ille inquirimus; & locũ in quo plantatus de longinquo ſpeculamur, ſecurus vtique nobis ad eum erit acceſſus. Paradiſum terreſtrem productum ante plaſmatum hominem indicat Moyſes; nam poſt expoſitam hominis formationem ait [*Plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio d.*] At quo præcisè tempore, quóve die productus ſit non exprimit; Eum tertiâ die productum volunt Auguſtinus *e*, Beda *f*, Rupertus, & alij, quando ſcilicet iuſſit Deus terram germinare herbam virentem, atque omne plantarum genus, quibus maximè amœniſſimus ille deliciarum hortus conſitus erat. Quæ ſententia omninò probabilis eſt, & maximè Patronorum, quibus nititur, auctoritate ſubſiſtit.

d Gen. 2. v. 8.
e l. 8. de Gen. ad litter. c. 3.
f in ſum ſexam.

Quod ſpectat ad locum Paradiſi; plurima de eo referuntur à Doctoribus ſententiæ minùs probabiles, quibus dimiſſis, illâ maximè, quæ ipſum propè Lunæ globum collocat, conſtat ex ſeptuaginta Interpretibus, Paradiſum ad orientem reſpectu Palæſtinæ, in qua formatus eſt Adam, ſitum eſſe. Vbi enim vulgata Editio habet *g*. [*Plantauerat enim Deus Paradiſum voluptatis à principio*,] ipſi legunt. [*Et plantauerat Deus Paradiſum in Eden contra Orientem.*] Vt habet antiqua verſio Hieronymi: ſeu vt alij legunt ad Orientem: nec immeritò: indè enim eſt principium diurnæ lucis, & motus primi mobilis, omnium cœleſtium Sphœrarum moderatoris. Verùm quid ſonet illud in Eden, difficile eſt ſcire; & ſi natale indicat Paradiſi ſolum, difficilius eſt intelligere, in quo præcisè Orientis loco Eden ſeu Paradiſus ille ſit. Vnde non incongruè D. Auguſtinus, Tertullianus, & alij, quibus libenter ſubſcriberem, eum in loco mortalibus planè ignoto fuiſſe dicunt. Nonnulli tamen certum aliquem Paradiſo illi aſſignant locum; purà in finibus Meſopotamiæ, in quibus Tygris & Euphrates trahunt originem: ita Torniellus in tertiam diem; Genebrardus in ſua Chronologia, & alij eo nixi fundamento, quòd Moyſes aſſerat, fluuios illos Tygrim & Euphratem è Paradiſo effluere. Verùm hæc ſententia ſuis laborat incommodis; neque enim Tygris & Euphrates tantùm ex illo oriri memorantur, ſed & alij duo, nempe Phiſon, & Geon; qui quidem, ſi iidem ſint ac Ganges & Nilus, vt quidam volunt, longiſſimè diſtant à finibus Meſopotamiæ, in quibus ſuam Tygris & Euphrates trahunt originem.

g Gen. 2. v. 8.

An autem extet adhuc Paradiſus ille? Aquis diluuij iam pridem obrutum defeciſſe, cenſent viri graues *h*. Illi verò omnes qui Enoch & Eliam ibi viuere tradunt, ex quibus eſt Irenæus, Athanaſius, Hieronymus & alij, tenent quoque Paradiſum adhuc ſubſiſtere; & ne obrueretur aquis diluuij, Angelorum cuſtodiâ circumcinctum. Quicquid ſit, illud vt certum crediderim; ſi Paradiſus ſubſiſtat, ſubſiſtere miraculo.

h Eos refert Perer. in Gen.

OBSERVATIO IX.

An Deus bina tantùm animalia cuiuſque ſpeciei, ſicut & humanæ creauerit, an plura?

ANtiquorum Patrum non pauci *i* cenſuerunt Deum ab initio bina tantùm animalia cuiuſque ſpeciei, nempè maſculum & fœminam, ſicut & in humana ſpecie creaſſe. Alij tamen, quod videtur probabilius, tenent plura Deum in multis ſaltem ſpeciebus bruta produxiſſe, ita Gregorius *k* Nyſſenus Auguſt *l*. Ephrem, & alij. Sanè de piſcibus id dici poteſt; ſunt enim quædam maria ab Oceano penitùs ſeiuncta, lacúſve ab inuicem longiſſimè diſiuncti, in quibus eædem piſcium ſpecies plurimæ inueniuntur, quæ non potuerunt per ſe ab vno ad alterum tranſire, aut ab hominibus tranſportari. Si dicas quod tempore diluuij eò peruenerunt, ſubſtiteruntque, Reſpondeo omnino improbabile eſſe quòd ante diluuium per annos 1656. maria illa lacúſve piſcibus caruerint.

i Iuſtin. q. 46 Baſil. hom. 7. Theod. q. 17 in Gen. Lactant l. 2. c. 11. Procop. in Geneſ.
k De opificio mundi.
l l. 11. de ciuit. c. 21.

Pro terreſtrium quoque animalium ſpeciebus illis quæ vſibus humanis neceſſariæ eſſent, ratio ſuggerit plura in quacumque ſpecie fuiſſe producta, vt iis vel ſaltem illorum pellibus homo vti poſſet ad indumenta, & Tabernacula ſibi conficienda: vrgétque Scriptura aſſirmans Deum ipſo mundi initio, tunicis pelliceis protoparentes poſt peccatum ipſa ſua productionis die commiſſum induiſſe: alioquin ſanè neceſſe fuiſſet illam

ſaltem animalium ſpeciem ex quorum pellibus factæ ſunt eiuſmodi tunicæ ſine propagatione periiſſe, quòd eo tempore quo non putuerant alia progenuiſſe, occiſa ſunt ea animalia ex quorum pellibus factæ ſunt tunicæ illæ. Adde quod ſi ab initio duo tantum animalia cuiuſque ſpeciei creaſſet Deus, carniuora quæ ſcilicet ex naturali complexione carnibus etiam ab initio mundi veſci conſueuerant, vt vult D. Thomas *a*, nihil omninò comediſſent, donec cætera animalia, quorum carnibus alerentur, forent multiplicata; alioquin ſi iam tunc lupus v. g. ouem depaſtus fuiſſet, & aquila columbam hortum, ſimiliumque animalium ſpecies exterminaræ mundum ipſum imperfectum reliquiſſent.

a 1. p. q. 96. art. 1.

OBSERVATIO X.

Quâ ratione homo dicatur ad imaginem Dei factus?

FIlius Dei naturalis, eſt imago & ſplendor Patris, & figura ſubſtantiæ eius *b*; filij verò adoptiui videlicet Angelus & homo, non imago, ſed ad imaginem & ſimilitudinem Dei dicuntur eſſe, propter gradum intelligendi quo bruta antecedunt, & proximè ad Deum accedunt, qui naturam habet intelligentem, in qua quidem imago & ſimilitudo generaliter conſiſtit.

b Hebr. 1. v. 3

Specialiter autem hæc imago in homine cernitur, primo in dominio quod ei datum eſt in ceteras animantes; idque ſatis indicat Deus ipſe, cùm enim dixiſſet. *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram c.* Quaſi explicans in quo ea ſita eſſet, ſubdidit. [*Et præſit piſcibus maris & volatilibus cæli.*] Subſcribunt Patres Baſilius *d*, eiuſque frater Gregorius *e* Nyſſenus, Ambroſius *f*, Auguſtinus *g*, Chryſoſtomus *h*.

c Gen. 1. v. 26

d Hom. 10.
e lib. de opificio hominis.
f l. 6. c. 7.
g l. 3. de Gen. ad lit. c. 20.
h Hom. 8. & 21. in Gen.

Secundò hæc imago in ſimilitudine diuinarum eſt ſita virtutum vt rite Gregor. Nyſſen. explicat Pictoris exemplo. Quemadmodum Pictores, inquit coloribus quibuſdam figuras humanas in tabulis exprimunt, omnique ſtudio colores proprios & conuenientes addere picturæ ſuæ conantur, vt pulchritudinem eius quod exprimunt exemplaris accuratè in ipſam imaginem transferant, ſic noſtrum etiam conditorem exiſtimabis indentem virtutes animis noſtris iiſdem veluti coloribus imaginem ſuam ad ſimilitudinem propriæ pulchritudinis ornaſſe, vt principatus ſui imago in nobis perſpiceretur *i*. Huc ſpectat illud Ambroſij. Illa anima à Deo pingitur quæ habet in ſe virtutum gratiam renitentem, ſplendorémque pietatis, illa anima bene picta eſt in qua elucet diuina operationis effigies.

i l. de opificio hom. c. 5.

Tertiò ſita eſt hæc imago in modo exiſtendi in rebus. Teſtis Ambroſius cùm de hac agens imagine ait, Quæ imago diligentiùs ex interioris hominis nobilitate conſideranda eſt, quia ſicut Deus vnos ſemper vbique totus eſt, omnia viuificans, mouens, & gubernans, ſicut Apoſtolus confirmat, quia in eo viuimus, mouemur, & ſumus *k*, ſic anima in ſuo corpore vbique tota viget, viuificans illud, mouens, & gubernans neque enim in maioribus corporis ſui membris maior, in minoribus minor eſt, ſed in minimis tota, & in maximis tota *l*.

k Actor. 17. v. 25.

l Amb. lib. de dignitate conditionis humanæ.

Quartò cernitur hæc imago in animæ comprehenſione. Teſtis idem Ambroſius dum ait, Ea igitur eſt ad imaginem Dei quæ non corporeo æſtimatur, ſed mentis vigore, quæ abſentes videt, trans maria viſu obit, percurrit aſpectu, ſcrutatur abdita huc atque illuc vno momento. Senſus ſuos per totius orbis fines, & mundi ſecreta circumfert, quæ Deo iungitur Chriſto adhæret, deſcendit in infernum, atque aſcendit, libera verſatur in cœlo *m*. Huc ſpectat illud Gennadij: Hominem ad imaginem Dei hac ratione intelligendum eſt, Deus incircumſcriptus eſt, & omnibus præſens adeſt, & homo per cogitationem momento temporis, vbi vnque voluerit, præſto *n* adeſt.

m Amb. l. 6. c. 8.

n Gennad. in catena.

Quintò conſiſtit hæc imago in cogitatione, amore, & cultu Dei. Ita Bernardus dum ait, nihil eſt tam ſimile illi ſummæ ſapientiæ quam mens rationalis, quæ per memoriam, & intelligentiam & voluntatem in illa Trinitate ineffabili conſiſtit, conſiſtere autem in illa non poteſt, niſi eius meminerit; eumque intelligat, diligat, & colat; cum quo poteſt ſemper eſſe beata *o*.

o Bernard. l. 1. medit.

Vltimò ſita eſt hæc imago, in arbitrij libertate. Ita Gregorius *p* Nyſſen. Damaſcenus *q* & alij, maximè D. Bernardus, qui cum triplicem in homine libertatem poſuiſſet, arbitrij, conſilij, & complaciti; ſubdit; puto enim in his tribus libertatibus ipſam ad quam conditi ſumus conditoris imaginem, atque ſimilitudinem contineri, & imaginem quidem in libertate arbitrij, in reliquis autem duobus bipartitam quamdam conſignari ſimilitudinem *r*. Libertatem conſilij ponit Doctor mellifluus in poteſtate non peccandi, & libertatem complaciti vt poſſit non turbari, quæ dum ait per peccatum perdita, libertate arbitrij integra permanente.

p l. de opificio hominis, c. 4.
q l. de fide orthodoxa c. 12.

r l. de grat. & libero arbitrio.

OBSERVATIO XI.

De arbore vitæ, & arbore ſcientiæ boni & mali.

DVas maximè Paradiſi terreſtris arbores commendat Moyſes *s*, nempe arborem vitæ, & arborem ſcientiæ boni & mali: Arbor vitæ in medio Paradiſi collocata fuit, vt fructus eius ad reſtaurandam vitam omnibus inculis deſeruiret, ac ſemel *t*, aut ſubinde *u* ſumptus hominem in iuuentutis flore conſeruaret, atque à naturali mortis neceſſitate prohiberet, donec Deo placuiſſet, ipſum ad beatorum vitam in cœlum transferre.

s Gen. 2. v. 9

t Chryſoſt. Hom. 18. in Gen. Auguſt. 13 de ciu. 21.
u D Th. 1. p. q. 97. art. 4. Scot. in 2. ſent. d. 19. qu. 1.

Quænam autem fuerit in illo fructu, à nemine vnquam deguſtato vis effectrix immortalitatis: ſupernaturalem fuiſſe inſinuat D. Auguſtinus *x*; naturalem Torniellus, Cornelius, & Pererius *y*, qui ſuos referunt authores, maximè verò D. Thomam *z*, ſimi-

x l. 13. de Ciu. c. 20.
y lo Geneſ.
z 1. p. q. 97. art 4.

lemque

lemque ei quæ eſt in aliis fructibus & arboribus, medendi vim. Placet hæc opinio, & & fauet ratio; quia virtus illa etiam poſt peccatum perſeuerauit, & ne eâ vti valeret Adam, excluſus eſt à Paradiſo, & poſitus Cherubinus cum gladio flammeo; & verſatili ad cuſtodiendam viam ligni vitæ *a*. Equidem ſi ſupernaturalis fuiſſet illa virtus, & à ſpeciali concurſu Dei dependens, non durаſſet poſt peccatum & ſine effectu à peccatore ſumptus fuiſſet ille cibus.

a Gen. 3. v. 22. 23. 24.

Quod ſpectat ad aliam arborem Paradiſi, eam Deus futuri præſcius euentus, arborem ſcientiæ boni & mali nuncupauit; nam quia homo poſt prohibitionem ex illa comedit, per experimentum pœnæ didicit, quid intereſſet inter obedientiæ bonum, & inobedientiæ malum, ait Auguſtinus *b*. Arborem illam ficum fuiſſe, coniecturam faciunt noua illa ex foliis ficus contexta perizomata: alij eius fructum non ficum, ſed ceraſa malunt, quæ primo vere paſſim veniunt, & ob figuram orbicularam & colorem rubicundum pulchra ſunt viſu & aſpectu delectabilia; at hæc valdè incerta ſunt; certiùs crediderim quod arbor illa diuerſæ ſpeciei fuerit ab aliis nobis vſitatis & cognitis.

b l. 8. de Gen. c. 6.

Gen. 3. v. 7.

OBSERVATIO XII.

De fonte, ac quatuor fluuiis Paradiſi.

DE hoc fonte dicit Moyſes: *Non enim pluerat Dominus Deus ſuper terram, ſed fons aſcendebat è terra irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ c.* Fontem hunc vaporem exponunt aliqui, ſed refellit eos tempus, cùm enim hæc tota narratio pertineat ad diem mundi tertium, quo Deus Arbores & plantas *d* produxit, quomodò vapor aſcendebat è terra cùm nulla adhuc eſſent in cœlo luminaria quorum virtute extraherentur è terra, & loca ſuperiora capeſſerent; ipſi quoque textui qui dixit *nondum pluerat*, contradicit illa expoſitio, eóque redit ac ſi dicas nondum pluerat, ſed pluere ſolebat vapore in altum ſublato.

c c. 2. v. 5. 6.

d c. 1. v. 11. 12.

Hoc ergo vapore diſſipato, fontem cum 70. Interpretibus, & Hieronymo in Editione vulgata, aliiſque retineamus, qui propter aquarum ſuarum abundantiam, & violentam è gurgite ſuo eruptionem, mox vocatur fluuius *e*, qui diffluens per diuerſos circumquaque alueos, Paradiſum totum irrigabat, tumque pluribus alueis pro loci vicinitate in vnum fœderatis in quatuor capita confluens, in quatuor mundi plagas eo modo quo refert Lipomanus *f*, quo Rhenus, Padus, Rhodanus, Danubius ex vna ferè Rhætia, profluebat, efficiebatque quatuor fluuios qui irrigabant vniuerſam ſuperficiem terræ *g*, putà Hebræis, quibus Moyſes tunc loquebatur, cognitæ. Primus dicitur Phiſon, ſecundus Gehon, tertius Tygris, quartus Euphtates. Phiſon eſſe Gangem qui circuit omnem terram Heuilath, ſeu Indiæ Orientalis, & Gebon Nilum qui circuit omnem terram Ægypti, volunt grauiſſimi Doctores, antiqui & recentiores, Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, & alij quorum catalogum exhibent moderni Interpretes *h*.

e c. 2. v. 10.

f in Gen.

g Gen. 2. v. 6.

h Cornelius à lapide in 2. Gen. v. 3.

Verùm ingens ibi in Geographia occurrit difficultas, quomodo Ganges & Nilus, à Tygri & Euphrate remotiſſimi ex eodem ac communi eis fonte fluuióve naſci poſſint; nam Ganges oritur ex Caucaſo Indiæ monte. Nilus in fontibus Lunæ, verſus Promontorium bonæ ſpei. Tygris & Euphrates in montibus Armeniæ. Hæ autem Origenes à ſe inuicem ac conſequenter à flumine Paradiſi remotiſſimæ ſunt. Reſpondent Auguſtinus *i*, Theodoretus *k*, & alij *l* fluuios illos è terreſtri oriri Paradiſo, ſed ſubterraneis cuniculis, & meatibus abſcondi, & longiſſimis Mæandris alibi rurſus emergere, Deo ſic occultante primam originem, ne locus Paradiſi hac viâ mortalibus innoteſcat. Chriſtianæ ſimplicitati, candidóque Lectori grata foret hæc reſponſio, minimè verò contentioſo; omnes enim vno conſenſu Geographi inter Gangem & Nilum, item inter Tygrim cum Euphrate, eumdemque Nilum duos ſinus Oceani nempe Perſicum & Arabicum medios ponunt. Sanè perſuaſu difficile eſt, quod ſubterranei illi meatus ſub duplici mari pertranſeant, & tam longe ſe extendant, neque veroſimile eſt, niſi dicamus inundatione diluuij Oceanum in illos, aliósque ſinus exundaſſe, illorúmque fluuiorum origines vno loco obrutas in aliis longè diſſitis erupiſſe, & Moyſem illum ſitum, deſcribere, quem habuerunt à principio, non autem quem habebant dum hæc ſcriberet, nongentis circiter annis à diluuio: quicquid ſit, quieſcat hoc loco, necne Geographi, aut Lectoris animus,

i l. 8. de Gen. ad lit. c. 7.

k q. 29. ſuper Gen.

l Rupertus.

Sententia eſt omnium ferè Interpretum probata conſenſu, fluuium, qui nominatur Phiſon, non eſſe alium quam Gangem Indiæ flumen. Ita Ioſephus *m*, Epiphanius *n*, Auguſtinus *o*, maxime verò Hieronymus *p*. Ganges fluuius inquit, quem Phiſon Sacra Scriptura commemorat, qui circumit totam terram Heuilath, & multa genera pigmentorum de Paradiſi dicitur fonte deuehere. Et Iſidorus *q* ait Phiſon, ſignificare cateruam, quia decem magna flumina in ipſum ſe ſe exonerant, à Græcis, Latiniſque vocari Gangem, à Gangæo Indorum Rege: terra autem Heuilath in regionibus Indiæ ab Oriente longo interualli tractu ſeptentrionem versùs porrecta, ſic appellata videtur ab Heuila filio Iectan *r*, qui primus eam regionem incolens hoc ei nomen impoſuit: propinquas ei ſedes tenuit, coluitque frater eius Ophir. Ioſephus *s* affirmat Ophir fuiſſe regionem Indiæ; quam eius tempore vocabant terram auream, ſeu auream Cherſoneſum, nunc vulgò dicitur Malaca; Idem confirmat Hieronymus *t*. Conſenſus quoque eſt omnium fere Interpretum per Gehon Nilum à Moyſe ſignificatum, ipſe enim eſt qui peragrat terram Æthiopiæ, putà meridionalis ſeu Occidentalis, cui dominatur Præto-Ioannes, & quam incolunt Abiſſini. Epiphanius *u* non ſolùm affirmat eſſe Nilum, ſed contendit

m 8. Antiq.

n in Anchorato.

o l. 8. de Gen. ad lit.

p Epiſt. 4. ad Rubicum.

q 13. Etym. c. 21.

r Gen. 10. v. 29.

s 8. antiq.

t Epiſt. 133. ad Marcellã & 140. ad Principiam virg.

u in Anchorato. & in Epiſt. ad Ioan. Ieroſolym.

t

idipſum

a c.2.v.15.

idipſum tradi apud Ieremiam *a*, dum ait, [*Quid tibi vis in via Ægypti vt bibas aquam turbidam?*] pro quo 70. habent vt bibas aquam Gehon, loquitur quippe eo loco Propheta de aqua Nili.

De Tygri, & Euphrate non eſt contentio. Tygris à celeritate curſus rapidi ſic dictus, ductâ ſimilitudine à Tygri animalium velociſſimo, vel potiùs à velocitate ſagittæ, quæ linguâ Medorum tygris appellatur, vt vult Plinius *b* & Strabo *c*. Apud Danielem *d* appellatur magnus fluuius, forte à Niniue ciuitate magna, quam præterfluebat, olim nobiliſſima, oritur in regione Armeniæ maioris, & infertur in mare Perſicum, ait Plinius *e*, in mare rubrum, ait Hieronymus, citans Ioſephum *f*; nec in hoc inter peritos vlla contentio, quia vtrumque mare, ſeu vterque ſinus, ad mare rubrum pertinet *g*; Euphrates alueo flexuoſus, nomine magnus fluuius, vel magnum flumen, aut flumen abſolute, aut fluuius appellatur, vſque in Armeniam minorem quam à dextris habet in parte Tauri boreali, ait Strabo *h*; fluit ad occidentem per Armeniam quæ maior appellatur vſque ad Armeniam minorem quam à dextris habet. Deinde ad Auſtrum flexus Babyloniam per medium diuidit, & Tygri coniunctus Meſopotamiam regionem inter duos fluuios mediam facit, denominatque, & in ſinum Perſicum influit.

b l.6.c.27.
c lib.11.
d c.10.v.4.
e l.6. c.27.
f de locis Hebræor.
g Plin. l.6. c.25.26.
h lib. 11.

OBSERVATIO XIII.

Quare Deus interrogatis Adæ & Euæ, ſerpenti verò non interrogato, ſuam cuique pœnam inflexerit?

ADam & Eua primo inobedientiæ peccato commiſſo tortoris conſcientiæ preſſi ſtimulis, ac pudore ſuffuſi, inter denſiores arbores confeſtim ſe abdiderunt, móxque coram Domino adſtare coacti, inquiſitione factâ, nec reatum, vt par erat, fatentur, nec veniam de eo deprecantur. Enimuerò ſi culpam ingenuè confeſſi fuiſſent, diuinámque miſericordiam ſuper cómiſſo peccato ſupplices implorаſſent, quis ſcit an Deus ipſis, eorúmque poſteris pœnam temperaſſet: eò forſitan benigna illa ſuper peccato Adæ & Euæ Dei inquiſitio dirigebatur, quæ ſuper delicto ſerpentis minimè facta eſt, ſed ei inaudito, & abſque illa interrogatione præuia pœna inflicta eſt, quia ſerpens animal rationis expers abſente iam Dæmone quicquam reſpondere non poterat, nec Sathan, qui eo abuſus fuerat, in peccato ſuo obduratus vſquam reuocandus erat ad pœnitentiam.

Triſtâ autem Deus ſerpentem maledictione feriit, eúmque ſuper pectus reptaturum, terramque comeſturum, & cum homine perpetuas habiturum inimicitias pronunciauit, quæ licèt, præſertim duo priora, ſicuti & habere in ſe virus homini noxium, etiam anteà eſſent ei inſita à natura, eam tamen eidem homini, qui hæc illi ſciebat eſſe naturalia, nec vllum ab iſtis pati poterat detrimentum, nequaquam reddebant abominabilem: at quia poſt inflictam maledictionem potuit ſerpens veneno ſuo inficere hominem, propterea factus eſt illi adeò execrabilis, vt vix eum ſine horrore ob malignam eius naturam, & ſine ſtomacho intueri ſuſtineat, propter alias eius viliſſimas qualitates, eas maximè, quod ſuper pectus ſuum gradiatur, terramque comedat, quæ deinceps vi diuinæ illius maledictionis apud homines probro eſſe cæperunt.

Porrò quamuis maledictio hæc, iuxta ſenſum hiſtoricum, ad naturam ſerpentis pertineat, nihilominùs iuxta myſticum, hoc loco principaliter intentum, referri debet ad Diabolum, qui huius maleficij auctor fuit, qui quidem præ ceteris damnatis maledictus exiſtens, vitamque hominis appetitiuam potentiam, iraſcibilem quæ in pectore, & concupiſcibilem quæ in ventre eſſe dicitur, circumagendo commouens, homines terrena ſapientes depaſcitur, & ad mala perpetranda perducit, ac niſi homo eius caput & initia tentationum animosè conterat, importunus ille Valcanei, extremæque vitæ inſidiator repelli vix poterit.

Mulctato ſerpente, Euæ quoque Deus triplicem inflixit pœnam, nempè multiplicationem ærumnarum, & conceptuum, hoc eſt ærumnarum in conceptibus, ſeu liberis in vtero gerendis, qui fuiſſent in gaudiorum & conſolationum multiplicationem, ſi Eua non peccaſſet, dolorem partus qui in ſtatu innocentiæ prorſus abfuiſſet, & ſubiectionem ac dominium viri, dum ſcilicet, ita ſub poteſtate viri mulierem eſſe denuntiat; vt eum tanquam dominum perpetuò habere teneatur, & viri dominium quod antea rectum erat & ſuaue, poſt peccatum cæpit in pleriſque durum & oneroſum eſſe.

Denique duplex Adamo inflicta eſt pœna, prior vt victum ſibi magnis laboribus toto vitæ ſuæ tempore compararet, quæ iugis miſeria eſt. [*Maledicta terra in opere tuo b*,] hoc eſt in cultura, mox ei neceſſariò per te magno labore adhibenda; quæ etiam culta fructus aliquando non feret, aut malignè feret: poſterior eſt condemnatio ad mortem, non quidem illicò ſed poſt multa tempora ſubeundam, tametſi certum ſit primos parentes ſtatim vt peccauerunt morti obnoxios redditos fuiſſe, & quodammodò mori cœpiſſe; hoc eſt irreparabili quodam fluxu ad interitum paulatim tendente; & ideò ſcitè Eccleſiaſticus mortem appellauit, [*defluentem*, i] quod ſenſim in corpora noſtra defluat, dixitque Sapiens nos natos continuò deſinere eſſe. Sanè licèt mors ſit naturalis homini (habet enim homo in ſe ipſo naturales moriendi cauſas, putà quatuor primas qualitates, ſibi contrarias ac perpetuò inter ſe pugnantes, donec vnâ præualente ipſa corporis humani compoſitio diſſoluatur) quia tamen ſi homo non peccaſſet, vſu ligni vitæ, Deique gratiâ mortem deuitaſſet, ideò mors fuit homini in pœnam peccati.

h Gen.3.v.17

i Eccleſ. 51. v.17.

OBSERVATIO XIV.

De Eccleſia eiuſque ritibus in ſtatu Naturæ.

DEus ſupremum & independens caput omnis Eccleſiæ; viſibili, viſibile & homogeneum caput, cui ipſa obediret, ſemper dedit, eius capita in ſtatu Naturæ, in quo primogeniti naſcebantur Sacerdotes, fuere ſancti Patriarchæ: in ſtatu Legis ſcriptæ, ſummi Sacerdotes de ſemine Aaron; in ſtatu Gratiæ, Chriſtus Dominus, ipſoque in cœlum aſſumpto, eius Vicarij Romani Pontifices, quorum primus Petrus, aliique qui ei ſucceſſerunt vſque ad Alexandrum VII.

Patriarchæ Eccleſiam Dei adminiſtrabant abſque alia lege quàm illa naturali, quæ ſcripta eſt in cordibus noſtris, quod naturæ dictamen ſignatumque ſuper nos lumen diuini vultus poſt legem à Moyſe datam filiis Iſraël, inſtar legis fuit apud alias gentes; ſicut etiamnum hodiè eſt, in lege Gratiæ à Chriſto tradita, apud eos qui nihil potuerunt audire de Chriſto. De hoc lumine naturali dicit Apoſtolus [Gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis ſunt faciunt, eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex *a*.] Et iſta lex, ſi ſtudioſè & exactè cuſtodiretur (Deo, qui nulli deeſt, de vlterioribus auxiliis gratiæ ſemper prouidente) ad ſalutem ſuo modo perduceret.

a ad Rom. v. 14.

Quod ſpectat ad Eccleſiæ ritus in Naturæ ſtatu vigentes; certum eſt ab Adamo, eiuſque primogenito Cain, vtroque agricola *b*, in frugibus terræ *c*, optimoque frumento inchoatum, & poſteà in vino à Melchiſedech perfectum panis & vini *d* ſacrificium incruentum: cruentum verò ab Abel paſtore ouium, oblatis Deo de primogenitis, ac pinguioribus gregis ſui; & à Noë poſt diluuium, de cunctis pecoribus & volucribus mundis *e*. Bis *f* ab Abrahām oblata leguntur holocauſta, & ab eodem aliiſque ſanctorum Patriarcharum, ædificato ſæpiùs altari ſeu tumulo, nomen Domini inuocatum, vota pluries emiſſa, erecti in titulum lapides, oleumque deſuper effuſum *g*. Hi quidem aliique perſimiles religionis actus, ſatis ex ſacris litteris innoteſcunt. At quinam magis expreſſi, ab initio mundi vſque ad legem cæremonialem datam Moyſi, fuerunt Eccleſiæ ritus; quæ ſacrificia; quæ feſta; quæ Templa; quæ cæremoniæ; ſcitu admodùm difficile eſt: frequens enim affectata Moyſis breuitas circa illa quæ ſuo tempore nouerant Hebræi, plurima reliquit conjicienda; alio volumine *h* (prout ex ipſis ſcripturis ſacris licebit colligere, vel in probatis auctoribus indagare) ſtudioſiùs à nobis inueſtiganda: ſufficiet iam annotaſſe quod ſequitur.

b Gen. 4. v. 2.
c v. 3.
d c. 14. v. 18.
e c. 8. v. 20.
f c. 12. & 7. & c. 22. v. 13.
g c. 28. v. 18.
h in quo Eccleſiæ facies in triplici ſtatu Naturæ, Legis, & Gratiæ repræſentatur.

Adam primus homo, primumque Eccleſiæ viſibilis, in ſtatu Naturæ, caput viſibile; ac primus Antiſtes, qui iam per peccatum ſuum tantam humano generi cladem intulerat, ad ſui ſuorumque cum Deo reconciliationem (quam ante peccatum raptus in extaſim cum ſuo præuiderat connubio *i*) primus omnium obtulit Deo ſacrificia. [Credimus, inquit Hugo à ſancto Victore, Deum docuiſſe Adam cultum diuinum, quo eius beneuolentiam recuperaret, quam per peccatum tranſgreſſionis amiſerat; ipſumque docuiſſe filios ſuos dare Deo decimas, & primitias.] Et ſanè ex illo, quod de filiis eius Cain & Abel refert Moyſes, [factum eſt vt offerret Cain de fructibus terræ, munera Domino; Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui *k*.] Colligimus vtriuſque patrem, duplicis maximè generis obtuliſſe Deo ſacrificia, nempè frugum, fructuumque terræ, & animalium: Priora quidem, eo quod ab impio Cain oblata, à Deo ſint deſpecta, non ita in vſu poſteà fuiſſe comperiuntur, ſicut poſteriora: verùm illa non diſplicuere Deo, niſi inquantùm perſona diſplicuit offerentis. Eaque ab Adamo in vſu habita inde comprobatur, quòd Cain primogenitus, ac proinde Sacerdos, eiuſmodi ſacrificia, non niſi exemplo patris ſui, cui in ſacerdotio ſuccedebat, obtulerit; à quo ſicut arare terram, ita ex eius frugibus, munera Deo offerre didicerat. Adam quidem triticum, in primis, non ſolùm quale in meſſe colligebatur, ſed etiam in farinam attritum, & in maſſam ſubactum, ac denique in panem decoctum obtulit. Deus enim primum hominem à loco deliciarum eiectum, vt ex terra defoſſa panem educeret, quo inter labores ac ſudores cor ſuum confirmaret *l*, molendi ac pinſendi artem edocuit, cum ei dixit [in ſudore vultus tui veſceris pane *m*.] vt idem optimus Pater, cui per peccatum nudato veſtes non dedignatus eſt dare pelliceas, panem quoque tribueret eſurienti, iuxta illud Eccleſiaſtici [Initium vitæ hominis aqua & panis, & veſtimentum, & domus protegens turpitudinem *n*.] Præter id autem panis ſacrificium, alia quoque ex animalibus Adam offerebat ſacrificia, vt ſic Chriſtus modo incruento in prioribus, & cruento in poſterioribus, foret agnus occiſus ab origine mundi *o*.

i Epheſ. 5. v. 31. & 32.
k Gen. 4. v. 3. 4.
l Pſal. 103. v. 15.
m Gen. 3. v. 19.
n Eccl. 29. v. 28.
o Apoc. 13. v. 8.

At quonam tempore, quibuſve diebus, illa Adam ac filij offerebant ſacrificia? crediderim, quòd plerumque, prout pietate impellente, vel holocauſta, vel hoſtias pro peccato, vel pacificas pro collatis ſibi, vel impetrandis beneficiis offerre iudicabant opportunum; ſed præſertim in duobus, quæ ab illo inſtituta ſunt, nempè in die Sabbati, qui mundi iam completi natalis erat; & in anniuerſario cuiuſque filiorum ſuorum, die natalitio.

Sabbatum à Deo iam inde à principio ſanctificatum, euidens eſt ex illo Geneſeos. [Et benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum, quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo *p*:] & apertiùs denotatur, cùm dicit Moyſes in Exodo: [Memento vt diem Sabbati ſanctifices *q*.] Hoc enim non eſt Sabbati ſanctificationem inſtituere, ſed quæ iam diù in vſu erat, ne negligeretur, admonere. Accedit illud quod de hoc feſto ait Philo: [Poſtquam vniuerſus hic mundus perfectus eſt, iuxta perfectam naturam ſenarij noſtri, ſequenti diei Sabbati Pater honorem addidit, quem vbi laudauit, mox ſanctum appellare digna-

p Gen. 2. v. 3.
q Exod. 20. v. 8.

tus eſt: eſt enim feſtus, non vnius populi, regioniſve, ſed vniuerſorum omnium: quæ ſola digna eſt, vt dicatur popularis feſtiuitas, & mundi natalis *a*.] His ſimilia alibi repetit *b*.

a l. de hominis opificio. *b* l. de Decalogo & vita Moyſis.

Aliud feſtum, nempè diem natalem filiorum, in quo ſingulis annis Adam pro filiis, & quiſque eorum pro ſe gratias agerent Deo, eique offerent ſacrificia, ab Adam inſtitutum, obſeruatumque indicat Moyſes, cùm de natiuitate Cain, & Abel agens, ſubdit: [Factum eſt autem poſt dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino: Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui *c*.] Vbi per dies, annos intelligunt nonnulli *d*; voluntque ſingulis annis, certo & ſtatuto tempore fratres iſtos munus ſuum, ad certum locum cultui diuino publicè exhibendo dicatum, attuliſſe. Equidem tunc maximè dies ſumi valet pro anno, cùm de anniuerſaria ſolemnitate eſt quæſtio; vt cùm de annuo azymorum cultu ait idem Moyſes: [Cuſtodies huiuſmodi cultum ſtatuto tempore à diebus in dies *e*.] Pagninus vertit quotannis. Quòd autem ſit ibi ſermo de eo natali die, quem Cain & Abel oblationibus & ſacrificiis annuatim celebrarent, ſuadet pia illa Euæ matris in natiuitate Cain gratiarum actio: [Poſſedi, inquit, hominem per Deum *f*.] Idipſum quaſi de more fecit in natiuitate Seth, [poſuit mihi Dominus ſemen aliud pro Abel *g*.] Id nimirum ex ſola Dei bonitate ſibi conceſſum beneficium agnoſcens, & filios ad gratias de ipſo agendas inuitans. Illa porrò diem natalem, cum ſacrificiis & oblationibus, aliiſque cæremoniis, celebrandi à Gentilibus obſeruata conſuetudo, non ex ſolo lumine naturali, ſed maximè à primis parentibus per traditionem accepta eſt. De quo die natali intelligitur illa filiorum Iob per ordinem vniuſcuiuſque diei ſacrificiorum, & conuiuiorum celebritas, cùm dicitur [& faciebant conuiuium per domos vnuſquiſque in die ſuo; cumque in orbem tranſiſſent dies conuiuij mittebat ad illos Iob, & ſanctificabat illos, conſurgenſque diluculo offerebat holocauſta pro ſingulis *h*.]

c Gen.4.v.3.4. *d* Pagius & Aben-Ezra. *e* Exod.13.v.10. *f* Gen.4.v.5. *g* v.25. *h* Iob.1.v.4.

OBSERVATIO XV.

Aliquot artium mechanicarum, quarum in ſcriptura ſit mentio, nomenclaturam attingens.

INter cæteras artes mechanicas, quas filij Cain inuenerunt, & de quibus ſcriptura mentionem facit, aliqua ſunt de quibus nonnihil circa nomenclaturam obſeruare operæ pretium erit, vt & ipſa ſcriptura diuina, & ſacri eius interpretes meliùs intelligi valeant, ſi lectoris curioſitati, par vocum difficilium, in lexicis inueſtigandarum, accedat diligentia.

Nota eſt vniuerſis artium illa in liberales & mechanicas (Ciceroni illiberales) diuiſio: Mechanicæ ἀπὸ τῆς μηχανῆς quod inuentionem ſignificat, vocitatæ, ſunt quæ manu exercentur, adeoque & manuariæ dicuntur, & quibus victum & amictum inquirimus. Nec pudebit ſcripturæ ſacræ ſtudioſum artificum officinas inuiſere, ipſaque opificia, conſiderare, cum Prophetarum eminentiſſimus Ieremias à Deo iuſſus ſit deſcendere in domum Figuli qui faciebat opus ſuper rotam, vt ibi audiret verbum Domini *i*; totaque ſcriptura, quæ ruſticam vt plurimum concionem inſtruit, & doctrinam ſuam pro viribus erudiendorum metiri ſolet, plena ſit inſtitutionibus è mechanica deſumptis; reſque manuarias vtpote vſitatiſſimas commemorat; quin & ipſa ſapientia diuina Chriſtus Dominus, dum in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus, multis vtique è re mechanica deſumptis parabolis loquebatur eis verbum prout poterant audire *k* & ſine parabolis non loquebatur eis *l*. Inter Mechanicas prior in ſacra pagina ſeſe offert hortorum agrorumque cultura, mox enim vt Adam formatus eſt, tulit illum Dominus & poſuit eum in Paradiſo, id eſt in horto voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum *m*, eademque die poſt peccatum commiſſum [emiſit eum Dominus Deus de Paradiſo voluptatis vt operaretur terram *n*.] Hortus igitur vel pomarium eſt, vel viridarium, vel viuarium: ſepitur vel aggere, vel maceriâ, vel plancis quæ è palis ſudibúſve, longuriis ac viminibus aliiſque flexibilibus plectitur, & opere topiario exornatur. Olitor ſeu Hortulanus, ligone & rutro, bipalioque ſeu paſtino fodit & ſarrit, & per puluinos priùs marra exherbatos ſpargit ſemina, & plantariis plantaria inſert.

i Ierem.18.v.2.3. *k* Marc.4.v.34. *l* Matth.13.v.34. *m* Geneſ.2.v.15. *n* c.3.v.23.

Arborator ſeminario vel taleis vel viuiradicibus conſito ſurculos inſpicatos inſerit, ſcalproque germina putat, ſtolones nocuos amputat. Oleum ex oliuis ab Oleario exprimitur; dein ſæpius decapulatur, deplerutque (ſubtus amurca ſidit, & fraces abiiciuntur) depurgatumque lecythis inditur.

Agricola eſt qui agrum colit prouentuque annonæ ſe ſuſtentat; cui fundi & prædia locantur manceps; cui villa concreditur, villicus & colonus: aruum ſubactum, & à cæſpitum radicibus repurgatum, vt ſit feracius, ante ſementem ſtercoratur fimo vel marga. Nouale & requietus ager, fertilior eſt reſtibili. Arator iunctos boues ſtimulo concitans, agrum ſobarat; iterat, tertiat, ſeminat, & occat, per liras & verſuras; alterâ manu tenens ſtiuam ne deliret; alterâ rallum: & culter, cum vomere proſcindit ſulcos, donec abſoluatur iugerum. Porca fit tranſuerſim ad deriuandam in colliciàs per per elices vliginem. Occa in argilloſo ſolo ferrea ſit, in arenoſo lignea. Vbi ſegetes fructicant ſarritione & runcatione egent, ne à zizaniis ſuffocentur. Maturis frugibus meſſores immittuntur, qui falce metunt, eò alacriùs quò meſſis vberior, manipularimque diſponunt; ſpicilegio inopibus relicto. Colligunt poſtmodum in mergitea, & vomicibus colligant relicta in campo ſtipula: tum vehibus in horrea conuehunt; vel mergis in cumulos congerunt. Tritores in area

idipſum

flagellis tritiuant, vel tribula tribulator: linquitur ſtramen & acer, exinde ventilabro ſubiactant, vt palea ſecernatur, ſi quid adhuc ſupereſt cribro cernunt, vt frumentum purum concumeris atque granariis inferant: vſtrinis interdum torretur. Olim tundebatur tantum piſtillis in mortario; fiebantque priſana triticea & hordeacea, pultes & alica. Tandem excogitatæ ſunt molæ trutatiles, ſeu verſatiles primùm, poſteà aſinariæ & iumentariæ, tum aquatiles; ac demum alatæ ſeu ventoſæ. Subcerniculo ſeu ſacco cilicinio farina excutitur, furas ſparſis furfuribus. Piſtor maſſam in mactra depſit, in furno excoquit, & panem efficit: fermentatus habet medullam intus poroſam; azymus compactam.

Cr diderim ipſo quoque mundi initio, vitem (quam Deus tertia die ac cæteras planta è terra eduxit *a*) à Cain fuiſſe excultam, etſi ſolus Noë eam plantaſſe memoretur *b*, quia videlicet aquis diluuij eradicatam, & limo obſitam reſtaurauit. Vinitor ergo vites nouellas plantat, traducibuſque propagat: vineam bidente paſtinat, palmites ridicis ſeu pedamentis palat, paulò poſt pampinat; tum vindemiat, racemos abſcindendo, racematione pauperibus relictâ, vuor ex acinis vuis orcâ preſſis, torcularí exprimitur, & è lacu in cadum tranſlatus, muſtum eſt; poſtquam fuerit defæcatus & eliquatus, vinum (annotinum quidem optimum; hornum nonnihil fæculentum) exoletum vappa; defrutum eſt ſepa ex vinaceis ſeu floribus confit lora ſeu poſca. Infundibula minora ad lagenas, maiora verò & caudata, ad dolia pertinent.

a Gen. 1. v. 11.
b c. 9. v. 20.

Agriculturæ proxime acceſſit Pecuaria: è duobus enim primis Adæ filiis, Cain agricola fuit, & Abel paſtor ouium *c*. Opilio fiſtula, pera & pedo inſtructus, agmen ſibi concreditum agit, dum lupus famelicus vlulat, & gregibus inſidiatur, quos moloſſi tuentur, hi s autem ab illo, millus. Vagi paſtores mapalia ſeu magalia ſua carris circumuehunt, ſicut & mandras quæ ſunt mobiles & tranſlatitiæ caulæ. Bubulci è bobilibus boues, ſubulci ex haris porcos buccinâ paſtoritiâ euocant; hi in aqualiculis, illi in præſepibus & cratibus paſtum præbentes; & vtrique ſtabula palâ expurgant, & feretro fimum exportant. Vitulus, & ſubrumus agnus coloſtram ſugunt. Paſtor lac mulget, & mulctra excipit. Lactaria è cremore lactis, butyrum conficit (in miliario illud clauâ condenſans) & è lacte coagulato caſeum, quod autem ſupereſt, ſerum eſt. Vacca nondum fæta ionix ſeu iuuenca dicitur; prægnans forda ſeu horda; effœta, mactationi eſt. Lanius altilia in laniena clunado mactat, iugulat, deglubit, diſſecat, in macello venum exponit. Inteſtina ſanguine vel pulpa effarciens, varij generis farcimina conficit. Adeps non concreſcit æquè ſpiſsè vt ſebum, quia opinior eſt. Coquus lebetibus ex caccabis carnes elixat, rudicula deſpumat, coctaſve fuſcina extrahit; alias verubus infixas aſſat, cucumellâ ſuppoſitâ, quæ adipem guttatim ſtillantem excipiat, alias ſartagine frigit aut

c Gen. 4. v. 2.

craticula torret. Aues deplumantur; piſces deſquamantur, vtrique exenterantur, & interdum exoſſantur. Aſſati ſalubriores ſunt quam elixi, niſi probè condiantur. Salſamenta & infumata, quamuis macerata, debilior ventriculus ægre concoquit.

Prædictæ quidem artes Mechanicæ ſpectant ad victum, qui prior ac potior eſt amictu poſt peccatum inſtituto. Primi namque parentes carne, aduerſus ſpiritum iam Deo rebellem, inſurgente, eam turpitudinem erubeſcentes conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata *d*. Quin & Deus ipſe [fecit Adæ & Euæ tunicas pelliceas & induit eos.] Veſtis ergo ad obtegendam nuditatem primis parentibus è Paradiſo eiectis data, ſtultè ad faſtum adhibetur: Alij namque laxa, ac ſyrmate ponè ſerpente, alij ſtricta & ſuccisa; hi prætexta, illi trabea, quidam raſa, nonnulli pexa, aliqui amphimalla, alij heteromalla pro more gaudent, Galli quotidie innouatâ. Veſtitus virilis eſt, vt plurimùm, thorax cum manicis, braccæ ſeu caligæ, ſubligaculum ſiue femoralia, toga talaris, lacerna, abolla, ſagum, læna, chlamys, paludamentum, colobium: Fœmineus ſtola, theriſtrum, pepla, præcinctorium, vitta, mitra, paropides ſeu buccalæ, innumera alia ornatui ſunt, gynæceum enim ſuum ſibi mundum habet: Communis, induſium, interula ſeu ſubucula, tiara, pallæ, chirothecæ, tibialia, periſcelides, ſocci, crepida, ſandalia, & vtriuis pedi quadrantes cothurni: Omnia hæc aciculis, vnciunulis, fibulis ac nodulis ſeu globulis connectuntur. Veſtibus adduntur ornamenta, annuli maximè in quorum vmbonibus ſeu palis gemmæ niteut in baculas ſeu valuulos eleganter inſertæ. Ii ſicut & torques, inaures, armillæ ſeu brachialia, aurifabrorum ſeu gemmariorum opera ſunt.

d Gen. 3. v. 7.
e v. 21.

In opificiis veſtiariis. Linum & cannabis macerantur in lacunis, & exſiccata frangibulo tunduntur, tum carminantur, remanente ibi flocco, hic ſtupa. Dehinc nerrices penſo ad collum applicato fila trahunt, ſiue girgillo ſiue fuſo cum verticillo. E ſpira filacea rhombo impoſita, glomerantur glomi, & fit tela. Textor in textrina ſtamini ſubtegmen, ſeu traman ſubtexens, pectine, radioue linteum & carbaſum conficit; Bilix duplicatum, & trilix triplicatum licium requirit. Iam propemodum in lanificio fit, pectitur lana, aut goſſipium, & carminatur à lanario, netur à lanifica: dein texitur, & panni tranſeunt in pannum: quem, ſi leuidenſis eſt, fullo conſtipat, tinctor inficit coloratque, pannarius diuendit; Sartor forcipe ſcindit, acu & digitali conſuit, cauetque ne ſuturæ notabiles ſint. Qui vetera ſarcit & reſarcit, veteramentarius eſt, qui interpolat & interpolata venum exponit, mango eſt. Coriarius lixiuio coria concinnat, è quibus ſutor calceamenta ad modulum, ſubulâ, ſeta, & filo picato in ſutrina conficit. Pellio pelliceа; Pileo pileos conſtruit & hi omnes per contemptum cerdones audiunt.

Victu & amictu inſtructus homo contra temporis iniuriam & aëris intemperiem habitaculum poſtulat, vnde extructæ domus & vrbes. Primitus quidem in cryptis, frondeis tabernaculis, & cæſpititiis tuguriolis habitarunt primi parentes, mox tamen inuenta ſunt ædificia. Cain namque priori ex filiis ſuis genito [ædificauit ciuitatem vocauitque nomen eius ex nomine filij ſui Henoch] Architectus deſtinata ædificat adiuuantibus fabris malleo vt plurimum & ſecuri, quæ tamen audita non ſunt in Templo Salomonis, cum ædificaretur *a*. Faber Cæmentarius e lapidibus à latomo paratis, aut ex lateribus & cæmento, ad libellam & perpendiculum fabricatur, & trullâ cruſtat, gypſator gypſat. Faber Lignarius ad amuſſim trabes aſciat, ſegmentis & aſſulis auolantibus, vectibus tollit, palangis voluit, trochleis eleuat, forat ſeu terebrat, clauis compactis contra conſolidat. Ligna ne cariem ſentiant, aut vermiculentur, poſt pleniluuium ſuccidi debent, lignator ea truncat. Serratius ſerrat, ſcoba decidente, & tudite cuneum adigens findit, tardiùs nodoſum quam fiſſile. Tectum columinibus incumbit, tignis & tigillis tegulæ. Arborum ſtructuræ inſeruientium potiores ſunt abies & quercus; Abies quia multum aëris igniſque continet, & parum humiditatis, vtpote è ſublimioribus elementis confecta, magni roboris eſt, nec facilè cedit ponderi, ſed quia multum in ſe complectitur caloris, verminat & corruptioni fit obnoxia. Econtra verò Quercus multum terræ parumque aëris igniſque comprehendit, & ideo dum in pedamina ac palos inſtruitur, terræ infixa, minime corrumpitur.

Gen. 4. v.17.

a 3. Reg. 6. v.7.

Domui inſtruendæ laborant & alij fabri. Seriniarius enim ſeu arcarius aſſeres runcina & dolabrâ edolat, planat, læuigat, ſi bſeudibus enadunat, collâ conglutinat & vernice illinit. Ferrarius, quorum primus Tubalcain [malleator & faber in cuncta opera æris & ferri *b*.] in vſtrina ferrum follibus inſufflat, emollitumque ac forcipe prehenſum cudit ſuper incude, inde ſtrictutæ exiliunt: in laminas, & bracteas diducit, & in ferrariam aquam inicit. Polio limâ limat, ramentis auolantibus, planulâ leuigat, vt niteat. His accedunt ær[illegible]rij, ſtannarij, vitrarij, imo & figuli qui ex argilla ollas, fidelias, aliaque figlina fingunt, vt omni ſuppellectili inſtructum ſit domicilium. Habent hi aliique opifices collegia ſua in quibus Noui[illegible]us, opificium profeſſus, cenſoribus ſpecimen dare cogitur. Sicque domus affabrè extr[illegible]cta, & alte fundata, diutiſſimè perſtat incolumis: alias ruit, fiuntque ruinæ, ac rudera: vacillantem itaque pilis fulciri, labentem refici, collapſam inſtaurari neceſſe eſt.

b Gen. 4. v.22.

Porr[illegible] ex pluribus domiciliis ædibuſque apte diſpoſitis ciuitas componitur, quam muniunt mœnia, aggeres, valli, valla & propugnacula, ſuburbia ampliant, pomœrium intrò eſt, quà ad mœnia patet acceſſus. Portæ habent clauſtra ſua valuas repagula, & pontem verſatilem; Forum ſuas porticus; Angiporti tranſitu deſtituuntur, & impetuij ſunt. Non omnes incolæ priuilegiati ſunt, ſed indigenæ & municipes: ex his quidam à cenſu & oneribus publicis ſunt immunes; inquilini verò, ſicut & peregrini vectigales Diuerſoria, cauponæ & popinæ pro aduenis parantur; aſyla pro ſontibus; Xenodochia & Noſodochia pro pauperibus. Ærarium, Armentarium, horrea ciuitatis robur ſunt; Curia, firmamentum: in ea quippe Senatus conſeſſus ſuos agit; aſſeruatur ibi matricula ciuium, & tabulæ publicæ; Conſul deliberanda proponit, Conſulares & Senatores ſententiam dicunt pedarij annuunt; ille concludit; Notarius acta conſignat; Apparitores, ac lictores miniſtrant.

Ars nautica ſacris codicibus ſæpè commendatur, maxime in ſapientiſſimo Salomone, cuius claſſis, [per mare cum claſſe Hiram ibat in Tharſis, deferens inde aurum.] Nautæ ab oris tranſmarinis merces a portaturi Nauarchi auſpicio pontum nauigant. Nauclerus in puppi ad clauum ſedens gubernat: alij per foros curſitantes, ſe inuicem inclamantes & exhortantes, ad antennas vela explicant, vel contrahunt; cuiuſmodi ſunt artemon, dolon, & epidromus: apluſtria ſupra galeam ſeu corbem mali appendunt. Tranquillo ſalo velificatio non procedit; tunc remiges ad ſcalmos conſidentes remigant, ſed flabra velociùs lembum impellunt, quam remi triremem. Aliquando opus eſt contis; nauigium à breuibus & ſcopulis nautæ propellunt: nam huc ſi incidant naufragio periclitantur, ni rerum iacturam faciant, ideò profunditatem bolide explorare ſolent. Procellâ obortâ ne abripiantur à fluctibus, anchoram rudenti annexam iaciunt, figuntque. Primò & ſecundò nauigans, etiamſi aurâ ſecundâ, nauſeam vix effugit. Nauis vacua, quo firmiùs innatet, ſaburrâ oneratur, ſed ſi plus nimio peſſum ibit. Fatiſcit identidem, perque hiſcentes rimas nautea illabitur, ac in carinam confluens, ſentinam facit, inde antlia exanthlatur. Nauigatione peracta, nauigia in portum appellenda; aut certe in opportunam ſtationem deducenda.

OBSERVATIO XVI.

Quibus de cauſis homo poſsit ab homine rectè puniri.

VNiuerſi generis humani primogenitus Fratricida Cain, ab obuio quocunque puniendum ſe timens exclamat. [*Omnis igitur qui inuenerit me, occidet me d.*] Nil in Scriptura ſacra frequentiùs quàm hominum ab inuicem exactæ pœnæ, quæ

d Gen. 3. v.22.

an iuſtæ ſint, vel iniuſtæ, non ita facile iudicatur; adeóque obſeruandum eſt, quibus de cauſis homo poſſit ab homine rectè puniri.

Multis nocentibus plurima & Deúm, & homines condonaſſe, cóque nomine laudari ſæpe legimus. Enimuero nemo prudens punit, inquit Seneca *a*, quia peccatum eſt, a lib.1. de Clem.c.16. ſed ne peccetur; reuocari enim præterita non poſſunt, futura prohibentur] nec vnquam, vt idem ait, ad præteritum, ſed ad futurum pœna refertur, non enim iraſcitur, ſed cauet.] Idcóque quæcumque à nonnullis in iræ indulgentiam dicta ſunt, putà: dolorem pœnâ mitigari. Læſo doloris remedium, inimici dolorem eſſe, & his ſimilia; ea naturæ, quam homo cum beſtiis habet communem, propriè congruunt; eſt enim ira, vt in brutis, ita, & in homine feruor ſanguinis circa cor, ob appetitum reponendi doloris, qui appetitus adeo impotens eſt, vt ſæpe feratur in ea quæ non læſerunt, canis inſtar, lapidem quo ictus eſt, mordentis; ac propterea per ſe ſpectatus, haud conuenit parti rationali, cuius eſt affectibus imperare, & nihil agere quo noceatur alteri, niſi aliquo bono fine propoſito. In ſolo autem inimici dolore, nudè ſpectato, nullum eſt bonum niſi imaginarium, & in hoc ſenſu, vltionem improbant, non modo Chriſtiani, ſed & Ethnici [inhumanum verbum eſt, ait Seneca *b*, & b l.11. de ira c.32. quidem pro iuſto receptum, vltio, & à contumelia non differt, niſi ordine; qui dolorem regerit, tantùm excuſatiùs peccat.] Et Dion qui ſapientiam Platonicam in actus ciuiles conuertit, ait apud Plutarchum [vltionem legis arbitrio, iuſtiorem cenſeri illatâ iniuriâ: at ſi natura ſpectetur, ex eodem animi morbo naſci.] Vnde & nocenti nocere, ſicut & mordentem mordere, feræ eſt, non hominis, cuius profecto humanitati repugnat, alieno dolore, qua dolor eſt, ſatiari: Liquet ergo hominem ab homine non rectè puniri, tantùm puniendi cauſâ; ſed ob eas rationes & vtilitates, quæ rectam faciant pœnam: eas Seneca attigit, vbi ait *c*: [in vindican- c De Clem. l.1.c.21. dis iniuriis, hæc tria lex ſequuta eſt, quæ Princeps quoque ſequi debet: vt aut eum quem punit emendet; aut vt pœna eius ceteros meliores reddat; aut vt ſublatis malis, ſecuriores cæteri viuant] eaſque & nos, compendij gratià, ad duas reducemus, vnam eius qui peccauit, alteram eius, eorúmve, quorum interfuit non peccatum eſſe.

Ad priorem vtilitatem conducit pœna conſtituta in emendationem, diciturque animi mediatrix, quæ hoc agit, vt eum qui peccauit reddat meliorem, ſolito medendi modo, qui eſt per contraria. Nam quia omnis actio deliberata, aliquam ſui gignit procliuitatem, & ſi frequens fit, tranſit in habitum, ideo quam primum fieri poteſt, adimenda eſt ei illecebra, quod fieri rectius nequit, quàm ſi dolore quodam ſubſequente, ſuæ ſaporem dulcedinis amittat. Atque hoc ſenſu dixere Platonici: grauius & acerbius eſt omni ſupplicio, ſi noxio impunitas differatur, nec hominum interim animaduerſione plectatur. Adeoque iubet Deus paſſim in vtroque Teſtamento, vt peccantes corrigamus, ne nimiâ indulgentiâ, in vitiis enutriantur, quod puniendi genus, ſi quando criminis naturâ id exigente, ad mortem pertingat, iniuſtum non eſt, ingeniis enim inſanabilibus, magis expedit mori, quàm impiè viuere, nec pœnâ mortis, quidquam eis accidit vtilius, cùm à piis magiſtratibus habetur ratio, ne ad ſupplicium rapiantur, niſi priùs dato tempore; quo peccata ſua recogitare, ac ſeriò deteſtari poſſint: qualem pœnitentiam, etiamſi opera bona, obitu interclusâ, ſubſequi non valeant, acceptam tamen Deo eſſe poſſe, vel latronis cum Chriſto crucifixi probat exemplum.

Poſterior vtilitas: eius ſcilicet, eorumve, quorum intererat, non peccatum eſſe; in eo ſita eſt, ne deinceps tale quid ipſi patiantur, aut ab eodem, aut ab aliis. Ne ab eodem, duobus modis caueri poteſt, videlicet, ſi è medio tollatur qui deliquit: & ſi vires nocendi ei adimantur. Ne ab aliis, obtinetur punitione apertà atque conſpicuà, quæ ad exemplum pertinet. Ad hos ergo fines, & intrà æqui terminos, cùm dirigetur vindicatio, etiam priuata, ſi ius naturæ reſpicimus, non eſt illicita: ſiue fiat ab ipſo, qui læſus eſt, ſiue ab alio, quando hominem ab homine adiuuari, naturæ conſentaneum eſt, quo nomine Machabæos laudat D. Ambroſius *d*, d de offic.l.1 c 40. quòd etiam Sabbatho innocentium fratrum ſuorum cædem vlti ſunt. Verùm quia in rebus noſtris, noſtrorumque proprio affectu facilè corrumpimur, ſolis iudicibus, auctoritate publicâ, ad id conſtitutis, data eſt poteſtas vindicandi læſos, ademptâ cæteris, quam natura indulſerat, libertate, quæ tamen remanet vbi ceſſant iudicia, velut in mari, in quo laudabilis ſanè eorum mos eſt, qui nauigaturi, magiſtratus muniuntur poteſtate: vt ſi quos inuenerint piratas, non quaſi ſuopte auſu, ſed vt publicè iuſſi perſequentur, remanet etiam eadem naturæ libertas in exceptis quibuſdam caſibus, in quibus delicti ratio, iudicia conſuli non ſinit. Sic Hebræus à Deo, Deique legem deficiens, ac ſe ducem ad falſos cultus præbens illicò à quouis homine poterat occidi *e*. Iudicium Zeli vocant Hebræi e Deut. 13. v 9. illud, quod Phinees filius Aaron exercuit in Zambri Principem Tribus Ruben, & Coſbi Madianitidem filiam principis Sur, cum pugione in partibus genitalibus ambos perfodit *f*, quodque poſteà edidit in f Num. 25. v.8. Iudæum quemdam ſe ritibus Gentium polluentem, Mathathias Aſſamonæus, cùm, vt loquitur Scriptura. [*Accenſus eſt furor eius ſecundùm iudicium legis, & inſiliens trucidauit eum ſuper aram; ſed & virum, quem rex Antiochus miſerat, qui cogebat immolare, occidit in illo tempore, & aram deſtruxit, & zelatus eſt legem, ſicut fecit Phinees g.*] g 1.Mach.2. v.24. 25.26.

Suboriuntur hoc loco tres potiſſimum quæſtiones. Prima, an omnes actus vitioſi

iure ab hominibus puniri poſſint? reſpondetur, actus merè internos, etiamſi caſu aliquo, putà per confeſſionem ſubſecutam, ad notitiam aliorum perueniant, puniri ab hominibus nequaquam poſſe, quia naturæ ac ſocietati humanæ quæ circa exteriora maximè verſatur, congruum non eſt, vt ex actibus merè internis ius aut obligatio inter homines naſcatur; & hoc ſenſu dicunt leges Romanæ, cogitationis pœnam neminem mereri. Id tamen non obſtat, quominus actus interni, quatenus in exteriores influunt, in æſtimationem veniant; non ratione ſui propriè, ſed actuum externorum, qui inde meriti, ſui accipiunt qualitatem. Neque etiam punienda ſunt peccata, quæ nec directè, nec indirectè ſpectant ad ſocietatem humanam, aut ad hominem alterum; ea namque relinquuntur Deo punienda, qui & ad ea noſcenda ſapientiſſimus, & ad expendenda æquiſſimus, & ad vindicanda potentiſſimus eſt: excipiendæ tamen ſunt pœnæ emendatoriæ, quæ infliguntur, vt qui peccauit melior fiat, & ex iis potentiæ exercendæ ſumat argumentum.

Secunda quæſtio eſt. An interdum liceat ignoſcere delinquenti? Reſpondetur ante legem pœnalem alicui delicto conſtitutam, difficultatem non eſſe, quin veniæ locus eſſe poſſit; quia exactio pœnæ pendet ex connexione finium, ob quos pœna inſtituta eſt, qui ſi morali æſtimatione, per ſe neceſſarij non ſint, aut aliâ viâ obtineri poſſint, nihil eſt quod ad pœnam exigendam præcisè obliget. Prioris exemplum eſt in peccato pauciſſimis noto, cuius proinde publica traductio neceſſaria non ſit, ſed potiùs periculoſa: Poſterioris, in eo qui verbis emendatus eſt, aut parti læſæ fecit ſatis ita vt ad eos fines, pœna iam opus non ſit. Etenim quia omnis pœna, præcipuè grauior, aliquid habet, quod per ſe ſpectatum, non quidem iuſtitiæ, ſed charitati repugnat, facilè patitur ratio eâ abſtineri, niſi maior aut iuſtior obſtat charitas: iuſtitiæ quidem pars illa, quæ contractus ad æqualitatem reducit, omninò reſpuit omne gratiæ genus: At ea pars quæ circa delicta occupatur, ſuauem & blandam gratiarum faciem minimè recuſat. Maior eſt difficultas: an poſt pœnalem legem conſtitutam, ea remitti poſſit delinquenti, quia legis auctoritas, quam ſeruati vtile eſt, ad cauſas puniendi acceſſit. Sed reſpondetur, eum qui legem tulit, poſſe pœnam remittere, quia cùm natura legis humanæ ſit, vt à voluntate humana pendeat, non in origine tantùm, ſed & in duratione; ſicut poteſt legiſlator totam legem tollere, ita & vinculum eius circa perſonam aut factum ſingulare, manente nihilominùs ipsâ lege: peccaret tamen contra regulam iuſtitiæ gubernatricis, ſi abſque cauſa probabili id ageret.

Tertia quæſtio eſt. An ſi non omninò remittendæ, minuendæ ſaltem ſint pœnæ? Reſpondetur homines ad minuendam pœnam promptos eſſe debere, & in eo ſita eſt pars clementiæ, [quia difficile eſt temperamentum, ait Seneca *a*, quicquid æquo plus futurum eſt in partem humaniorem præponderet] & alio in loco *b*, [pœnam ſi tutò poterit, donet; ſin minùs, temperet.] Alterius eſt dictum, oportere leges quidem conſtitui rigidas, ſed pœnas exigi legibus mitiores. Et Iſocratis eſt monitum, vt pœnæ infligantur infrà peccati modum. Et D. Auguſtinus Comitem Marcellinum officij ſui ſic admonet [Mihi ſolicitudo maxima incuſſa eſt, ne fortè ſublimitas tua cenſeat eos tantâ legum ſeueritate eſſe plectendos, vt qualia fecerunt, talia patiantur, ideoque his litteris obteſtor fidem tuam quam habes in Chriſto, per ipſius Domini noſtri miſericordiam, vt hoc non facias, nec omninò fieri permittas.

a lib. 1. de Clem. c. 1.

b c. 20.

OBSERVATIO XVII.

Quomodo ſecunda Mundi Ætas contineat annos 397.

SEcunda Ætas excurrens à fine diluuij ad annum Abrahæ 75. quo primùm facta eſt ei promiſſio de vniuerſis cognationibus in ſemine eius, nempè Chriſto benedicendis *c*; dicitur continere annos 457. euidens erit huius Ætatis calculus, ſi admittamus iuniorem Caïnan, quem LXX. Interpretes interſerunt in Chriſti linea, & aiũt eum anno trigeſimo *d* vitæ ſuæ genuiſſe Sale: dicamuſque Thare anno vitæ ſuæ ſeptuageſimo genuiſſe Abraham: His enim duobus ſuppoſitis, prout alibi *e* ponenda eſſe oſtendemus, patet ex cap. 11. Geneſeos (vbi dicitur, quo vitæ ſuæ anno quilibet Patriarchatum à Sem vſque ad Thare genuerit filium ſuum) ætatem hanc continere annos 397 De his ſuprà *f*.

c Gen. 12. v. 3.

d c. 11. v. 26.

e libr. ſequenti tr. 2. de ſacra Chriſti Geneal. par. 1. art. 6. par. 2. art. 1.

f Obſeru. 1

OBSERVATIO XVIII.

An matrimonium in veteri Teſtamento fuerit in præcepto.

NEc naturali, nec Diuino præcepto, ſinguli in veteri Teſtamento ad matrimonium fuerunt adſtricti: non naturali, quia hoc in totam communitatem generaliter fertur, quæ æquè, modò ac tunc, tenetur conſeruare ſe per prolis procreationem, & conſequenter per matrimonium *f*: nec Diuino, nullum enim tale extat in ſcripturis, quod ſingulos obliget ad matrimonium; nam illa verba, creſcite & multiplicamini, quæ bis leguntur dicta, ſemel primis parentibus in paradiſo: & ſemel Noë & filiis eius poſt diluuium, (vtriuſque tamen poſt matrimonium iam apud ipſos contractum) non continet præceptum ſed benedictionem, vt copioſam ſobolem procrearent, ad multiplicandum genus humanum, quod tunc valde exiguum erat; patet ex ipſo Scripturæ textu [*Benedixit Deus Noe & filiis eius, & dixit ad eos, Creſcite & multiplicamini & replete terram g*. Nec obſtat, loco igno-

f D. Thom. ſuppl. q. 41. art. 2.

g Gen. 9. v. 1.

miniæ fuiſſe io veteri Teſtamento non habere prolem : hæc enim ignominia non proueniebat ex virginitate, vel cælibatu, (Ioſuë enim, Helias, Heliſæus, Ieremias, Ioannes Bapriſta, aliique viri illuſtres fuere cœlibes *a*) ſed ex ſterilitate matrimonij cùm enim Deus coniugatis, ſi legem Dei cuſtudirent, promiſiſſet fœcunditatem : ſoſpicio erat, illos tamquam legis præuaricatores, ſterilitatis pœnâ, à Deo mulctari, ſicut Michol, quòd deſpexiſſet Dauidem eoram Arca Domini ſaltantem *b*. Vnde inualuit illud dictum: *Maledictus qui non reliquerit ſemen in Iſrael*. Cæterum plutes fuere ſanctæ fœminæ, vt Sara, vxoi Abrahæ, & mater Iſaac; Rebecca, mater Iacob; Rachel, mater Iuſeph; Anna, mater Samuelis; Elizabeth, mater Ioannis Baptiſtæ; aliæque plores quæ abſque ſui culpa vlla, plurimis annis ſteriles fuere; vt Deus nouo miraculo, prolem de illis naſeitutam, non naturæ viribus, ſed ſingulari ſuo conceptam beneficio palam faceret.

a Ignatius in epiſt. ad Philadelph.

b 2. Reg. 6. v. 23.

OBSERVATIO XIX.

Quomodo tertia mundi ætas contineat annos 430.

TErtia hæc Ætas excurrens à ſeptuageſimo ſexto vitæ Abrahæ anno ineunte, quo ipſe ingreſſus eſt Ægyptum, vſque ad eum diem, qui exitum Iſraëlis ex eadem Ægypto anteceſſit, dicitur continere annos illos 430. de quibus in Exodo *c* fit mentio; quique ab Apoſtolo numerantur in Epiſtola ad Galatas *d*, vbi eum Abrahæ ſemini promiſſam diuinitus terram dixiſſet, poſt annos inde triginta ſuper quadringentos ait legem datam fuiſſe.

c c. 12. v. 40.

d c. 3. v. 17.

Calculus hic, probatu difficilis eſt : facile quidem eſt, ex ſcriptura computare annos à 76. Abrahæ, ad ingreſſum filiorum in Ægyptum : nam Abraham anno dehinc 25. putà centeſimo vitæ ſuæ *e*, genuit Iſaac, & Iſaac, anno 60. *f* genuit Iacob, qui, anno *g* 130. vitæ ſuæ, ingreſſus eſt Ægyptum, ex quibus conſurgunt anni 215. ſed difficile eſt, ex eadem Scriptura oſtendere, quot fluxerint anni ab illo ingreſſu, ad egreſſum; ſeu quod idem eſt, quot annis filij Iſraël manſerint in Ægypto; plurimumque in hac difficultate enodanda ſudant interpretes.

e Gen. 21. v. 5.

f c. 25. v. 26.

g c. 47. v. 9.

Ex Scriptura videtur primò, quòd filij Iſraël manſerint in Ægypto annos 430. nam in Exodo *h* dicitur. [*Habitatio filiorum Iſrael, qua manſerunt in Ægypto fuit 430. annis, quibus expletis, eadem die, egreſſus eſt omnis exercitus Domini de terra Ægypti.*] Et ad hunc locum reſpiciens D. Paulus ait : [*Hoc autem dico, teſtamentum confirmatum à Deo, quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt lex, non irritum facit ad euacuandam promiſſionem* i.] Secundò ex eadem Scriptura videtur quòd filij Iſraël manſerint in Ægypto annis 400. nam in Geneſ. dicit Deus Abrahæ : *Scito prænoſcens quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubiicient eos ſeruituti, & affligent 400. annis k.* Idem habetur in Actis *l*; & in libro Iudith, Achior dux Ammonitarum loquens Holoferni de filiis Iſraël ait; *Cumque operuiſſet omnem terram fames deſcenderunt in Ægyptum, illicque per 400. annos ſic multiplicati ſunt, vt dinumerari non poſſet eorum exercitus m.*

h c. 12. v. 40.

i ad Galat. 3. v. 17.

k Gen. 15. v. 13.

l Act. 7. v. 6.

m Iudith. 5. v. 9.

Ex eadem tamen Scriptura manifeſtè patet, effluere non potuiſſe 350. annos ab ingreſſu filiorum Iſraël in Ægyptum, ad egreſſum ex eadem Ægypto; quia Caath ſecundus filiorum Leui (qui deſcendit in Ægyptum cum fratre ſuo Merari natu minimo *n*) vixit 133. *o* annis : & Amram primogenitus eius vixit annis 137. *p* genuitque Moyſem anno 80. ante Exodum *q*, qui omnes anni ſimul iuncti efficiunt tantùm annos 350. certum autem eſt, quòd Caath aliquid ætatis habebat, quando ingreſſus eſt Ægyptum cum fratre ſuo natu minimo; quodque idem Caath ante ſenectutem ſuam *r* genuerit Amram primogenitum ſuum; ipſeque Amram *s*, Moyſem. Aliunde ergò quàm ex prædictis Scripturæ locis (quæ tamen explicanda erunt, ac conciliandа) diſcendum, quot annos manſerint filij Iſraël in Ægypto.

n Gen. 46. v. 11.

o Exod. 6. v. 18.

p v. 20.

q c. 7. v. 7.

r an. ætat. ſuæ 69. ait Epiphan.

s an. 70. ait Euſeb.

Communior ſententia eſt eos 215. annis ibi manſiſſe, ita Ioſephus *s*, Euſebius *t*, Auguſtinus *u*, Ephiphanius & alij ex veteribus; ex modernis verò Lyranus, Toſtatus, Torniellus & alij. Hâc poſitâ ſententiâ, conſtat excurriſſe tantùm 430. annos à 76. Abrahæ, ad Exodum. Et probatur, primò, ex verſione ac explanatione 70. Interpretum, qui locum citatum Exodi 12. v. 40. ſic vertunt : *Habitatio autem filiorum Iſrael, quâ manſerunt in Ægypto, & in terra Chanaan, ipſi & Patres eorum, fuit 430. annorum.* Quorum lectionem ſequuti Patres, per filios Iſraël, intelligunt etiam Abraham, Iſaac, & Iacob; & per Ægyptum, etiam terram Chanaan; ita vt prædicta loquutione Moyſis ſit duplex Synecdoche, qua pars ponitur pro toto. Prima eſt in eo quòd Moyſes tantùm memorat filios Iſraël, ſeu poſteros Iacob, cùm etiam memorandi eſſent Patres eorum, ſcilicet Abraham, Iſaac, & Iacob. Secunda, in eo quòd nominat tantùm habitationem in Ægypto; cùm etiam memoranda eſſet habitatio trium illorum Patriarcharum in terra Chanaan : ratio vtriuſque Synecdoches eſt, quia manſio illa filiorum Iſraël in Ægypto, fuit inſignis propter tria; primò quia Ioſeph *x* per 80. annos totius Ægypti Prorex fuit; eoque viuente, cæteri filij Iſraël ibi proſperè vixerunt. Secundò quia ibi contigit ſtupenda illa multiplicatio, quæ afflictioni Ægyptiacæ fomitem miniſtrauit. Tertiò quia inde in manu potenti, & brachio extento, ſunt educti. Adde quòd eiuſmodi habitatio in Ægypto poteſt dici 430. annorum, non quia tot præciſè annorum in ſola Ægypto fuit, ſed quia intra illos durauerit, & in fine illorum completa fuerit, & hoc modo explicat D. Auguſtinus loca prædicta Geneſis 15. v. 13. & Actor. 7. v. 6.

s 1. antiq. 6.

t in Chron.

u 16. de Ciu. c. 16. & 24.

x vt patet ex Gen. 41. v. 46 & ex c. vlt. v. vlt.

Probatur item ex D. Hieronymo, quòd fluxerint tantùm anni 430. à 75. Abrahæ ad Exodum. D. Hieronymus in locum citatum ad Galaras *a*, ait: Supputandi ſunt iſti anni 430. ab eo tempore quo Deus ad Abraham loquutus eſt, dicens: *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes*, vſque ad legiſlatorem Moyſen, id eſt legem datam Moyſi, ipſomet Exodi anno: & patet ex propoſito D. Pauli, qui vt probet, benedictionem & ſalutem omnium gentium, non à lege Moyſi, ſed à Chriſto ſperandam, & petendam eſſe; ita eo loco argumentatur: Deus promiſit Abrahæ fore vt in ſemine eius, hoc eſt in Chriſto benedicerentur omnes gentes, quæ promiſſio facta eſt annis 430. priuſquàm daretur lex; nec lex tandiù poſteà data, potuit irritam facere promiſſionem illam; ergo benedictio & ſalus omnium gentium, non à lege, ſed à Chriſto ſperanda, ac petenda eſt: vides quòd vis argumenti pendet à tempore promiſſionis factæ ipſi Abrahæ, minimè verò à tempore habitationis Hebræorum in Ægypto. cuius nec vllam ibi mentionem facit D. Paulus, nec ad eius propoſitum vllatenus conducit. Porrò cùm bis eadem promiſſio facta ſit Abrahæ, vna in Haran ſeu Charan *b*, cùm eſſet 75. annorum altera in Chanaan *c*: Euſebium, Bedam, alioſque Auctores ſequimur, qui à priori promiſſione incipiunt computare annos illos 430. Et ex dictis iam factis conſtat, quòd à 76. anno vitæ Abrahæ vſque ad Exodum, fluxerint anni 430. quos tertia mundi Ætas continet.

a ad Galar. 3. v. 17.
b Gen 12. v. 4.
c c. 15.

OBSERVATIO XX.

De Pharaone ob raptam Sarai à Deo flagellato.

QVis fuerit iſte Pharao prorſus incertum, maximè cùm omnes Ægyptiorum reges vſque ad Cambyſen Cyri filium, qui Ægypti regnum adiunxit Perſarum Imperio, appellati ſunt Pharaones: ſicut & olim omnes reges Paleſtinæ, Abimelech, vt teſtatur D. Hieronymus *d*: ſicut etiam apud Romanos omnes Imperatores Cæſares, & Auguſti, à primo Cæſare & Auguſto nuncupantur. Cæterùm quiſquis fuerit ille Pharao raptor Sarai, flagellauit eum Deus, plagis maximis, ac domum eius; eos potiſſimùm, qui nunciatâ ac laudatâ apud ipſum Sarai pulchritudine, ad eam rapiendam excitarant: quæ autem fuerint hæ plagæ maximæ? peſtis & bellum, inquit Ioſephus *e* tam acerbi dolores, ait Philo, vt non potuerit, ſicut decreuerat, Sarai vxorem ducere, iique ſtatim poſt eius raptum & antequàm eam attingeret, inflicti ſunt, & forſan dum illa, ex more Ægyptiorum ac Perſarum per ſex menſes vngeretur, & ornaretur, vt factum eſt in Eſter *f*.

d lib 9. in Ezech.
e Ioſeph. 1. antiq. c 9.
f Eſth. 2. v. 12. Aug. q. 7. ad Dulcitium tom 4.

Commenta eſſe crediderim, quæ apud Euſebium *g* referunt duo hiſtorici: ſcilicet Abraham in Ægypto per viginti annos remanſiſſe, & in Heliopoli Sacerdotes Ægyptios Aſtrologiam docuiſſe; nec obſtat, quòd idipſum inſinuare videatur Ioſephus *h*, dum ait, Abraham magnam ſibi exiſtimationem comparaſſe apud ſacerdotes Ægyptios, eos docendo Aſtrologiam, & ceteras diſciplinas. Hæc enim, primum maximè, minus conſentiunt Scripturæ, quæ inſinuat Abraham ſtatim poſt redditam vxorem, & comparata proculdubio frumenta & cibaria, quæ ſecum in terram Chanaan, vbi erat fames, tranſportaret, rediiſſe ex Ægypto & veniſſe in Bethel, & ad altare paulò anteà ibi à ſe conſtructum, inuocaſſe nomen Domini *i*.

g Euſeb. de præpar. Euang. c. vlt.
h Ioſeph. l. 1. antiq. c. 9.
i Gen. 13. v. 3

Non tamen inficiamur, ſed potius aſſerimus cum Ioſepho, quod Abraham, natione Chaldæus, & in omni ſapientia & diſciplina Chaldæorum probè eruditus, per id temporis quo commoratus eſt in Ægypto, docuerit ſacerdotes Ægyptios Aſtrologiam, cæteraſque diſciplinas, ſi non completas, potiora ſaltem earum principia & elementa, ex quibus illi, eorumque poſteri, labore improbo, ſtudioq; ſolicito, ad perfectam earumdem notitiam tandem peruenerunt. Imò crediderim, de huiuſmodi diſciplinis, intelligendum eſſe quod dicitur, Moyſen à filia Pharaonis adoptatum, eruditum eſſe omni ſapientia Ægyptiorum *k*, cuius ſcilicet principia, ſacerdotes Ægyptij olim didicerant ab Abraham *l*.

k Actor. 7. v. 22.
l Vide in ſequenti l. ex. 6. part. 2. de ſapientia & hieroglyphis Ægyptiorũ.

OBSERVATIO XXI.

De Bigamia, & Polygamia.

BIgamia ex vi nominis, duarum vxorum, ſicut Polygamia, plurium eſt acceptio: vtraque illi primæ, quæ à Deo facta eſt in Paradiſo terreſtri, repugnans inſtitutioni, vt aſſerunt Patres *m*, docentes matrimonium initio inſtitutum fuiſſe inter vnum & vnam, vt patet ex his Scripturæ locis, *Maſculum & fœminam creauit eos* *n*; *Relinquet homo patrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna* *o*. Vbi non dicitur in plurali maſculum & duas vel tres feminas creauit, nec etiam adhærebit vxoribus ſuis, eruntque plures in diuerſa carne, ſed vbicunque de vxore eſt mentio, ea fit in ſingulari; nec vllus ab initio mundi vſque ad diluuium per annos 1656. plures ſimul vxores habuiſſe præter Lamech *p* legitur, qui ideò ex Nicolao Papa, in epiſtola ad Lotharium regem, reprehenditur, vocaturque adulter *q*.

m Hieron. Chryſoſt. Theod. Beda Anſelm. in c. 19. Matth.
n Geneſ. 1. v. 27.
o c. 2. v. 24.
p Geneſ. 4. v. 19.
q c. an non 24. q. 3.

Repugnat etiam Polygamia ex parte, legi naturæ; cum enim triplex ſit finis matrimonij, primus & principalis propagatio prolis (huic quidem fini non obeſt, imò ſubſeruit Polygamia) ſecundus, mutuum obſequium coniugum in domeſtica viuendi ratione, tertius remedium concupiſcentiæ: & his duobus finibus ſecundariis repugnat Polygamia; priori quidem, quia nihil magis repugnat mutuæ charitati & obſequio coniugum in domeſtica viuendi ratione, quàm æmulationes, rixæ, & contentiones quæ facilè inter plures vxores ſuccenduntur;

a Gen. 16. v.5 6.
b c.30. v 1.
c 1.Reg.1.6.

tur; Sara eam ipſam, quam Abrahæ dederat, ancillam ſuam Agar diu ferre non potuit a, Rachel inuidebat Liæ b; Phenenna affligebat Annam c. Poſteriori verò quia qui plures haberet vxores, ſingularum concupiſcentiæ vix faceret ſatis.

Deus tamen ad primarium attendens finem matrimonij, vitâ hominis poſt diluuium ad pauciores annos redactâ, & ſterilitate in fœminas irrepente, vxorum conceſſit pluralitatem: conſtat enim Abraham & Iacob, Danidem, alióſque viros ſanctos habuiſſe plures vxores, quas proculdubiò non accepiſſent, niſi fuiſſet illis à Deo conceſſum. Nec obſtat quòd Agar, aliæue vxores ſecundariæ, interdum vocentur concubinæ, hoc enim nomen, ſcripturæ phraſi, ſæpè ſumitur pro veris vxoribus, ſed ſecundariis & ignobilibus; nam inter plures vnius viri vxores, ſolebat vna eſſe primaria, quæ erat domina, & familiæ gubernatrix, cui reliquæ deferebant; quod concordiæ domeſticæ multùm conducebat; quin & ipſe Deus, ſingulari ſuâ prouidentiâ, æſtum libidinis in fœminis temperabat, vt à frequenti abſtinerent vſu matrimonij; nec ex libidine, ſed pro Chriſto, cuius vnaquaque veteris Teſtamenti ambiebat eſſe mater, potior inter eas erat de viro contentio, & laudabilis ille, ac honeſtus prolis appetitus.

c Ita Trid. ſeſſ. 24 can. 2.c ótra Lutherum.

Cæterùm hæc de vxorum pluralitate Diuina conceſſio reuocata eſt à Chriſto c, qui matrimonium in Euangelio ad primam ſui reduxit inſtitutionem, duas, ex indulgentia, Iudæis factas, reuocans conceſſiones: prior erat, vt poſſent plures ſimul habere vxores: poſterior, vt dato libello repudij, eas dimitterent. Vtrumque à Chriſto reuocatum d. Subſcribit Apoſtolus, ſcribens ad Romanos e, & ad Corinthios f.

d Matth.19. v.3.&c.
e cap.7. v.3.
f Corinth.7. v.2.

OBSERVATIO XXII.

De Circumciſione.

g Gen.17.v. 10.11.
h c.3.v.10.

Circumciſio, pro Abraham, totáque eius poſteritate maſcula, à Deo inſtituta, factâque in carne præputij g, qua Adam primùm ſuæ inobedientiæ ſenſit effectum, nempè rebellionem carnis h, debuit fieri octauo die, nec poterat citiùs, quia ob infantis teneritudinem, fuiſſet periculum mortis; poterat tamen iuſta de cauſa, differri poſt octauum diem, ſicut dilata eſt in deſerto per quadraginta annos, ob continuam peregrinationem i. Quia enim ſæpè mouenda erant caſtra, ægrotorum imbecilitas, ex recenti vulnere, moram inieciſſet perfectioni. Ob varios autem fines inſtituta eſt, primò ac principaliter, vt eſſet ſignum fœderis ſeu pacti, inter Deum, & Abraham cum ſuis poſteris k: hoc autem fœdus ex parte Dei, his exprimitur verbis, [*vt ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te:*] ex parte verò Abraham [*& tu cuſtodies pactum meum, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis l.*] Vno verbo Deus promittebat Abrahæ & poſteris eius perpetuam protectionem, hi viciſſim promittebant Deo obedientiam & legis obſeruationem. Secundò inſtituta eſt, vt eſſet ſignum fidei Abrahæ & iuſtitiæ per fidem adeptæ m. Tertiò vt eſſet Typus, ſeu figura Baptiſmi n; nam ſicut Baptiſmus eſt ſignum quo Chriſtiani diſtinguuntur ab infidelibus; ita Circumciſio fuit ſignum, quo Iſraëlitæ diſtinguerentur ab aliis gentibus, & ſicut nulli niſi prius baptizato, ad alia ſacramenta nouæ legis datur acceſſus; ita nec vlli, niſi priùs circumcio ad alia legis veteris ſacramenta patebat aditus: denique ſicut iam ſuſceptio baptiſmi eſt quædam Chriſtianæ fidei proteſtatio; ita olim ſuſceptio Circumciſionis, fuit quædam fidæi Abrahæ legiſque Moſaicæ proteſtatio.

i Ioſuè 5.
k Gen.17.v 11.
v.7.
l v.9.
m Romam. 4.v 11.
n Coloſſ. 2. v.11.

An etiam Circumciſio fuerit inſtituta in remedium peccati originalis, adeóque iuſtificantem contulerit gratiam, longa inter Patres ac Theologos diſputatio in ſcholis dirimenda. Partem negantem tenent, Iuſtinus, Irenæus, Chryſoſtomus, imò & ipſi Iudæi, maximè Philo o, & Ioſephus p, ambo rerum Iudaïcarum periſſimi. Exiſtimo tamen probabilius eſſe, Circumciſionem inſtitutam eſſe in remedium peccati originalis, non vt per ipſam conferretur gratia iuſtificans, ſed vt poſitâ Circumciſione, Deus illam conferret. Vt autem variis contrariæ ſcotentiæ rationibus, obiectionibuſque fiat ſatis, obſeruandum eſt, Circumciſionem non fuiſſe adhibitam in remedium peccati originalis ante octauum diem à natiuitate pueri, ſed octauo tantùm die poſt eiuſdem natiuitatem: ante quem diem ſi periculum eſſet de vita pueri, vtebantur illo remedio peccati originalis, quod fuerat ante Circumciſionis inſtitutionem, ac poſt eam perſeuerauit pro fœminis, quæ non circumcidebantur, ſed aliquâ ceremoniâ fidem in Chriſtum venturum, proteſtante, à parentibus Deo offerebantur, quæ quidem ceremonia, nobis ignota, Hebræis per traditionem vsúmque erat notiſſima, & in deſerto exercita, in quo per quadraginta annos perigrinationis à Circumciſione fuit ceſſatum: quamquam ſacri Codicis contextum acriùs inſpectantes nihil obſeruent, quod ſuggerat aliquos in deſerto periiſſe, qui nati ibidem eſſent.

o lib de Circumciſ.
p lib.1.antiq. 12.

OBSERVATIO XXIII.

De Monetis Hebræorum.

Etſi Antiqui monetâ appensâ vſi ſint, non ſignatâ; pondere æſtimantes æs, argentum, & aurum non figurâ: tempore tamen Abrahæ videtur fuiſſe aliquis vſus monetæ ſignatæ, dum ipſe dedit Ephron 400. argenti probatæ monetæ publicæ: quod etiam inſinuatur, cum dicitur q, Iacob emiſſe partem agri centum agnis: nam ſanctus Stephanus r exponit emiſſe pretio argenti; erat enim agna, nummus figurâ agnæ

q Gen 33. v.16.
r c.23.v.9.

ſignatus, pondere ſat magno: & vbi dicitur cognatos Iob dediſſe ei ouem vnam *a*; Hebræi paſſim vertunt nummum vnum, nempe formâ ouis ſignatum; quin & pecunia in genere videtur ſic dicta à pecude nummis impreſſa. Et ſanè cùm pondus æris nimiùm grauaret, & moleſtum eſſet ſemper adhibere bilancem; conueniens fuit, inualeſcente mercaturâ, loco æris appenſi, vti ſignato, quia hoc leuius erat, & formâ planâ atque rotundâ, vt patet ex nummis antiquiſſimis; & quia ſic pretium cuiuſque nummi, non tam à materiâ, quæ paulatim deperibat, quàm à figura nummo impreſſa deſumebatur.

a Iob. vlt. v. 11.

Inter monetas Hebræorum magis in vſu fuerunt, As, Obolus, Drachma, Denarius, Siclus, Argenteus, Stater, Mina, Talentum. As generaliter dicebatur pondo neutrius generis & indeclinabile, vel pondium & declinabile, & conſtabat libra æris, quam Romani ſecuerunt in duodecim partes, quas vocarunt vncias. Duo Aſſes dicebantur dupondium, quod erat eiuſdem valoris cum obolo Hebræo, qui eſt quinta parte maior Attico: Hebræa enim pondera, quibus Iudæi vtebantur, ſemper ſuperabant Attica, quibus Græci, aliæque nationes ferè omnes, etiam Romani vti ſolebant: imò in Drachma, Mna, & Talento, exceſſus erat in duplum; quod tamen in Siclo, & vncia locum non habebat: hæc enim duo vt potè mundo coæua einſdem ponderis erant.

Dupondium cum Semi-Aſſe, ſeu duo Aſſes cum medio faciunt vnum Seſtertium maſculini generis. (Seſtertium enim neutrius generis continet mille Sexſtertios.(Octo Seſterrij, ſeu decem Oboli faciunt Drachmam Hebræam, ſeu Denarium.

Duæ Drachmæ, quæ & Didrachma & Didrachmum, ſeu Denarij faciunt vnum Siclum, qui & Argenteus & Stater dicitur; dimidium Sicli, ſeu Drachma, vel Denarium, iuſſu Dei, Exodi 30. v. 30. capitatim conferebant ſinguli filiorum Iſraël in vſum Tabernaculi, ac poſteâ in vſum Templi, eiuſdem pretij erat numiſma cenſus, quod Cæſari pendebant: Stater enim qui inuentus eſt in ore piſcis, datus eſt pro Chriſto & Petro.

Quinquaginta Sicli faciunt Mnam, ſeu Minam, quam tamen multiplicis generis ac valoris fuiſſe probant Doctores, eámque Ioſephus vſurpat pro Siclo, cùm dicit, Ioſeph venditum Iſmaëlitis pretio 20. Minarum, id eſt Siclorum, in vulgata enim eſt 20. Argenteis.

Quinquaginta Minæ faciunt Talentum, Argenteæ quidem Argenteum, Aureæ, verò Aureum, quod diuerſi fuiſſe ponderis, & valoris antè & poſt tempora Dauidis, quidam affirmant, negant alij. Crediderim Doctores in aſſignando hocce monetarum pretio (æquè olim ac modò ad libitum Principum ſubinde tranſmutato) facilè decipi: nobíſque imponeret qui mobile illorum pretium cum monetarum quibus hodie vtimur pretio æquè mutabili ſæpiuſque tranſmutato, apprimè conferre vellet.

Si tamen ſcire vellet curioſus Lector, quanta fuerit illa mille argenteorum, quos Achimelech dedit Abrahæ, ſumma ad noſtram in Gallia pecuniam, æſtimata; vt iuxta hanc æſtimationem & valorem Argenteos deinceps ſeu Siclos, aliáſque monetas peregrinas, in noſtrates transferat, conſulat recentiores inter alios Salianum, qui in hunc Scripturæ locum ait, id facilè reperiri poſſe, ſi conſtituamus valorem vnciæ Argenteæ, quæ communiter ſtatuitur ſolidorum, ſiue Aſſium noſtrarium 55. quoniam octo vnciæ, ſiue marca eſt 22. Francorum, vulgò librarum. Mille ergo Argentei ſunt quingentæ vnciæ reſpondéntque mille trecentis ſeptuaginta quinque Francis Gallicis; aureis autem ſexaginta ſolidorum ſeu Aſſium, quadringentis quinquaginta octo & vni trienti, hac ille.

OBSERVATIO XXIV.

Quandonam inceperint illi 400. anni ſeruitutis & afflictionis Ægyptiacæ de quibus Geneſ. 15. v. 13. & Act. 7. v. 6.

DIctum eſt iam *b*, illam afflictionem, iuxta D. Auguſtinum *c*, dici 400. annorum, [quia hic numerus in ea afflictione completus eſt, non quia ibi vniuerſus peractus eſt] ſed quæri poteſt, vndénam, iuxta Chronologiæ noſtræ calculum, initium illorum 400. annorum ſeruitudis, & afflictionis Ægyptiacæ, rite deſumi poſſit. Reſpondetur *d*, anno quinto Iſaac iam exacto *e*, quo Iſmaël ei cœpit inſultare; Iſmaël enim erat filius Agar Ægyptiæ *f*, ac proindè hîc adeſt aliqua ſeminis Abrahæ afflictio Ægyptiaca; & ab illo anno quinto, facilè reperiuntur 400. anni vſque ad exitum filiorum Iſraël ex Ægypto; vt patet ex dictis in prima Obſeruatione huius ætatis, nam à 75. anno Abrahæ ad 100. quo genuit Iſaac, excurrunt 25. anni, qui cum illis quinque, quos Iſaac ablactatus compleuit, conſtituunt 30. annos, quos ſi demas ex illis 450. annis, de quibus fusè in prima Obſeruatione, ſuperſunt 400. anni. Habet hæc ſententia noſtra, ſuum in Scriptura fundamentum, dixerat enim Deus Abrahæ, [*Sciro prænoſcens quod peregrinum futurũ ſit ſemen tuum, in terra non ſua, & ſubiicient eos ſeruituti, & affligent 400. annis g.*] eidémque poſteà dicit Deus, iubens eiici Iſmaëlem, [*in Iſaac vocabitur tibi ſemen h*] qui locus reſpõdet priori, putà ſemen ſemini: videtúrque Iſaac hoc locu declarari ſeu reputari à Deo, ſemen Abrahæ, ab illo ſolùm tempore, quo ablactatus eſt.

b Obſ. XIX
c lib. 16. de ciuit. c. 24.
d Ita Maſtæ in lib. 3.
f Geneſ. 21. v. 9.
g Gen. 15. v. 12.
h cap. 21. v. 12.

At inquis, quo præcisè anno ex illis 400. cœpit illa dura ſeruitus in Ægypto, cùm defuncto Ioſeph, eiuſque fratribus, exortus nouus Pharao, timens regno ſuo ob nimiam Hebræorum multiplicationem, cœpit eos opprimere? Reſpondet, non potuiſſe quidem citiùs duram illam ſeruitutem inchoari, quam poſt annos 23. à morte Ioſeph, tot

enim

enim ei ſuperuixit Leui qui vixit ann. 137. *a* etátque quadriennio ſenior tamùn ipſo Ioſeph, ſed quia à morte Leui ad Exudum fluxere anni 121. quo præcisè ex iſtis exeperit, valdè incertum eſt. Subſcriberem libenter illis Auctoribus qui dicunt duram illam ſeruitutem cœpiſſe 92. anno ante Exodum, qui erat 29. poſt mortem Leui.

a Exod. 6. v. 19.

OBSERVATIO XXV.

De iure & religione ſepulturæ.

MEritò pius Abraham inter filios Heth aduena, & peregrinus, defunctâ ſibi Sacra vxore ſuâ ait illis [*date mihi ius ſepulchri, vt ſepeliam mortuum meum*] humum enim porrigere humano cadaueri, naturæ ius appellant Hebræi *b*. Alij terrarum leges, & mundi fœdera: inſignia quoque virtutum nomina huic officio tribuunt Auctores probatiſſimi: miſerationem communis naturæ vocat Philo; miſericordiam & religionem Quintilianus *c*; miſericordiam & humanitatem Seneca *d*. Donatiſtas, qui Catholicorum corpora ſepeliri vetabant, impietatis accuſat Optatus Mileuitanus *f*: eámque rem Liuius *g*, ſæuitiam vocat, vltrà humanarum iratum fidem.

Quæ primùm cauſa fuerit, vt humana cadauera tegerentur humo, (ſiue condita priùs, vt apud Ægyptios; ſiue cremata, vt apud Græcos, pluréſque alios:) ea eſt, vt ſic homines velut ſpontè ſoluerent debitum demortuis, quod alioqui vel ab inuitis repetit natura. Nam hominis corpus ex terra deſumptum, terræ reddendum, non Deus tantum Adamo edixit, ſed & Ethnici paſſim agnoſcunt. [redditur terræ corpus, & ita locatum ac ſitum, quaſi operimento matris obducitur] ait Tullius *h*. Plinius quoque ſcripſit terram nos naſcentes exeipere, natos alere, ſemélque editos ſuſtinere ſemper, nouiſſimè complexam gremio, iam à reliqua natura abdicatos, vt matrem operire.

Sunt & aliæ rationes humanæ ſepulturæ. Certè cùm homo ceteris animantibus præſtet, indignum viſum eſt, ſi eius carnibus alia animantia paſcerentur, quod vt caueretur, inducta eſt ſepultura, [non enim patiemur, ait Lactantius *i*, figuram & figmentum Dei feris ac volucribus in prædam iacere] quam pœnam Deus ſceleratis, & inuiſis ſibi, etiam ipſis regibus, interminat per Prophetas, futurum comminans, vt aſini ſepulturam *k* habeant, & canes eorum ſanguinem lingant: & lex Diuina Hebræis data, vt omnis virtutis, ita & humanitatis magiſtra, ipſos facinoroſos ad patibulum damnatos, ante ſolis occaſum tolli ac ſepeliri iubebat *m*, adduntque Hebræi exhibitam hanc reuerentiam Diuinæ imagini, ad quam homo fit conditus.

Sunt qui reſurrectionis ſpem à primis humani generis parentibus, hoc veluti monumento poſteris conſignatam putant. Equidem Chriſtiani morem honeſtè condendi corpora, ad hanc ſpè referunt. Hinc eſt quòd officium ſepeliendi, non tam homini, id eſt perſonæ, quàm humanitati, id eſt naturæ humanæ præſtari dicitur. Cui conſequens eſt, vt ne inimicis, nec hoſtibus inuideri, aut negari ſepultura debeat. Et licet apud Iudæos, ſummus Pontifex vlli rei funebri intereſſe vetaretur, repertum tamen hominem inſepultum, ſepelire etiam iubebatur, iuxta veterum Hebræorum interpretationẽ. Chriſtiani verò tanti fecere ſepulturam, vt eius causâ, ſicut ad pauperes alendos, aut ad captiuos redimendos, vaſa Eccleſiæ etiam ſacra conflari, aut vendi licitè exiſtimarint.

Cæterùm, tanta ſepulchrorum ſemper, & apud omnes religio fuit, vt plures in eis theſauros, opéſque recondi iuſſerint, vt velut inacceſſæ locique reuerentiâ tutæ eſſent: teſtis Darius, qui riſum omnibus excitauit, cùm Semiramidis monumentum, cuius inſcriptio theſauros promittebat, intraſſet, & nihil intus inueniſſet, niſi tabellam, quæ homini ſacrilego malam rem precabatur, quòd mortuorum loculos, expectando ſcelere temeraſſet. Dauidis ſepulchrum, oſſáque filius eius Salomon, opibus per cellulas diſpoſitis affluere voluit, quarum quæ ſumma fuerit, facilè coniiciet, & qui cogitauerit Hircanum poſt mille circiter & trecentos annos, tùm ab Antiocho pio eſſet obſeſſus, conditorium illud adiiſſe, ex eóque ter millena talenta exemiſſe.

b Philo, Ioſephus.

c Lib. 12. inſtit c. vlt.

d De benef lib. 5. cap. 20.

f lib. 6.

g lib. 8.

h de legibus.

i Lib. 6.

k Ierem. 22. 3. Reg. 21 v. 19.

m Num. 25. Deut. 21. v. 23. Reg. 21. v. 26.

OBSERVATIO XXVI.

De iuramentis; & duplici iurandi ceremonia in veteri Teſtamento.

IVrare nihil aliud eſt, quàm Deum, qui falli aut mentiri non poteſt, in teſtem inuocare *n*. De iuramento, hæ in veteri Teſtamento datæ ſunt leges. Prima *per nomen Domini Dei iurabis o*. Secunda, *per nomen exterorum Deorum non iurabis p*. Tertia *non periurabis in nomine meo q*. Quarta, *non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum r*: Et hæc quarta lex videatur ſimilis tertiæ; diſſert tamen ab ea, quæ tertia ſolum periurium, quarta non ſolum periurium, ſed generaliter omnem Diuinis nomini abuſum prohibet, & irreuerentiam *ſ*.

In nouo autem Teſtamento, hanc Chriſtus de iuramento præſcripſit legem, [*Ego autem dico vobis non iurare omnino, neque per cœlum, quia thronus Dei eſt neque per terram t*] *ſit autem ſermo veſter eſt, eſt; non; non; quod autem his abundantius eſt, a malo eſt*. Idem repetit Iacobus in Epiſtula ſua Canonica: quibus quidem verbis, iuramentum non eſt abſolutè prohibitum Chriſtianis; ſed tantùm abuſus iuramenti. Prior pars manifeſtè patet, quia D. Paulus ſæpè legitur iuraſſe, & ſub hac formula, *teſtis mihi eſt Deus u*; *teſtem inuoco Deum in animam meam x*; *teſtificor coram Deo Chriſto Ieſu y*. Imò & ipſe affirmat omnem controuerſiam finiri per iuramentum: Hæc-

n Vide D. Thom. 2. 2. q 89.

o Deut. 6. v. 13.

p Exod. 23 v. 13.

q Leuit. 19. v. 12.

r Exod. 20. v. 7.

ſ Theod. in Exod.

t Matth. 5. v. 34.

u v. 37.

x cap. 5. v. 12.

y Rom. 1. v. 9

z 2. Corinth. 1. v 23.

que

a. Timoth. . v. 1.
b Hebr.6. v. 16.

queapud Chriſtianos in iudiciis & Tribunalibus viget quotidiana praxis: quando enim reus ſuam innocentiam per teſtes probare nequit, iubetur illam iuramento confirmare. Poſterior pars ſic explicatur. Abuſus iuramenti in eo conſiſtit, quòd aliqui abſque neceſſitate, & in rebus nihili, Deum in teſtem vocent, ſicut faciebant Iudæi, quod eſt peccare contra reuerentiam Deo debitam, & ecquis noſtrûm auderet Principem ſine neceſſitate, & in re flocci in teſtem adducere: hunc abuſum prohibet Chriſtus. Vtrique autem parti ſubſcribit Auguſtinus dum ait: Iurauit autem ipſe Apoſtolus in Epiſtolis ſuis, & ſic oſtendit quomodo accipiendum eſſet, quod dictum eſt, *dico vobis non iurare omnino*, ne ſcilicet iurando, ad facilitatem iurandi perueniatur, & ex facilitate iurandi ad conſuetudinem, atque ita ex conſuetudine in periurium decidatur, & adeò non inuenitur iuraſſe, niſi ſcribens vbi conſideratio cautior non habet linguam præcipitem *c*.

c August. lib de mendacio. cap.15 circa medium.

Quod ſpectat ad iurandi ceremoniam, duplex maximè in veteri Teſtamento reperitur iurandi ceremonia, vtráque in perſona Abrahæ exhibita; vna quidem leuare manum in cœlum, ſic Abraham iurans ait, *leuo manum meam ad Dominum meum excelſum d*; id eſt, iuro leuando manum meam in cœlum quaſi ad Deum, quem teſtem inuoco: altera ponere manum ſubter femur illius cui iurabatur, quam ceremoniam exigit Abraham à famulo ſuo ſeniore iurante; dum ait, *pone manum tuam ſubter femur meum, vt adiurem te*, (id eſt, iurare te faciam) *per Dominum cœli & terræ e*. Vbi femur, ſumitur eo ſenſu quo filij Iſraël dicuntur egeſſi de femore Iacob *f*, huius ceremoniæ duplex eſt ratio, vna naturalis, quia femur eſt cauſa generationis & vitæ; itaque qui iurabant tangendo femur, teſtabantur Deum auctorem vitæ, ac ſi dicerent, ſi verè ac ſincerè iuro, Deus det mihi longam vitam, ſin ſecus peream *g*, altera myſtica, quia per hanc ceremoniam, pater credentium ſignificabat, ex ſuo femore naſciturum Meſſiam à Deo ſibi promiſſum *h*.

d Gen. c. 14. v. 22.
e Gen. c. 24. v. 2.
f cap. 46. v. 26.
g Cornel. in Gen.
h Ambr. lib. 1. de Abrah. c. 9.

Quæ ſit hoc tempore Iudæorum praxis circa iuramentum; non audent Iudæi expreſsè iurare per nomen Dei, Tetragrammaton, quòd hoc nomen ſit ineffabile, ſed ſub hac formula, per illud iurant, iuro per Iod, He, Vau, & He, quæ ſunt quatuor litteræ nominis Tetragrammati; & hoc iuramentum habetur apud eos ſanctiſſimum *i*; nec propterea tamen tutum, dum fit contra Chriſtianos, cùm Iudæi putent ſe nullo obligari iuramento, niſi iurent, mano ſuper librum legis Moſaicæ impoſita: ſed neque hoc etiam modo præſtitum, omninò tutum crediderim; quia Iudæi in feſto expiationis à Rabinis ſuis abſoluuntur ab omnibus votis & iuramentis, quæ malitioſè facta ſunt: & huius fiducia abſolutionis facilè præſumunt falſum iurare, & Chriſtianos ſibi exoſos decipere.

i Cornel. in 6. Exod.

OBSERVATIO XXVII.

Quæ fuerint olim primogenituræ priuilegia.

PRæter ea quæ noſtris temporibus primogenitis communia ſunt; vt quod reliquis, honore & loco, in publicis conſeſſibus, præferrentur *k*, Sex potiora olim fuiſſe primogenituræ priuilegia, colligunt ex ſcripturis Doctores *l*, quæ ferè omnia in illa, quem Iſaac dedit Iacob, benedictione inſinuantur.

k Gen 43. v. 33.
l Abul. in Gen & alij.

Primum priuilegium erat ius ſacerdotij, quod tandiù ſoli primogenito competebat; quamdiù fratres eius ei cohabitabant; nam ſi quis emigraret, aliámque familiam conſtitueret, vti caput fiebat nouæ illius familiæ, ita & iure ſacerdotij illi annexi ſtatim gaudebat. Sic Abraham de Vr Chaldæorum eductus in terram Chanaan, illicò ſacerdos fuit, etſi, vt admodùm probabile eſt, non fuiſſet *m*.

m Id oſtenditur lib. 2. c. 1. par. 2. art. 2.

Secundum, primogeniti veſte pretioſa in feſtiuitatibus & actionibus ſolemnioribus vtebantur, vnde dicitur de Iacob, quòd Rebecca veſtibus Eſaü valdè bonis, quas apud ſe domi habebat, induit eum *n*; ſed hoc fortè ſacerdotium potiùs reſpiciebat, quàm primogenituram: cæterorum enim filiorum veſtes poterant eſſe pretioſæ; qualis videtur fuiſſe illa Ioſeph Polymita *o*: ea tamen ſtola ſacerdotalis, primogenitorum propria exquiſitis etiam odoramentis perfuſa erat, vt indicant illa verba; *ſtatímque vt ſenſit veſtimentorum fragrantiam, benedicens illi, ait*, &c. Quaſi ex hac ſola peculiari fragrantia, ſecurus foret Iſaac, quòd iis indutus, primogenitus eſſet, vtpotè, cui ſoli talia, támque fragrantia competebat veſtimenta.

n Gen. 27. v. 15.
o c. 37. v. 3.

Tertium, primogeniti redimebantur quinque ſiclis *p*, quaſi ſpeciali ratione Deo dicati, & ad Deum pertinentes; vnde in ſtatu legis ſcriptæ, Tribus Leui, loco primogenitorum omnium, ex filiis Iſraël ad Sacerdotium cultúmque Dei aſſumpta eſt, totáque Diuinis obſequiis mancipata:

p Num 18. v. 16.

Quartum, primogenitus, peculiari benedictione, à patre morituro benedicebatur, iuxta illud Iſaac ad Eſaü primogenitum ſuum, *vt benedicat tibi anima mea antequàm moriar q*; quæ benedictio vt magnæ efficaciæ apud Deū, ita magni momenti erat apud homine: ea autem non niſi poſt epulum vel conuiuium, in quo comederetur panis, biberetúrque vinum, dari fuit ſolita, ex illo [*quos ſcilicet* panes *cùm oblatos comediſſet Iſaac, Iacob dedit ei vinum, quo hauſto*, &c. *r*] Idque aliquam ſanè cum inſtitutione Euchariſtiæ, quæ in pane & vino, poſt eſum Agni Paſchalis, facta eſt, habuit analogiam. Auſim dicere, ſi beneuolus Lector indulgeat, quòd præcipua illius benedictionis primogenitorum forma, in his maximè ſubſiſtit verbis, *det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini ſ*, id eſt panis & vini: etenim cùm poſteà Eſaü de ſubrepta ſibi à fratre

q c. 27. v. 4.
r c. 27. v. 25.
ſ v. 28.

benedi

benedi[illegible] apud patrem lamentaretur, ac ſe qu[illegible] ne[illegible] obſcuraret, reſpondet Iſaac, [illegible] *& [illegible] ſtabiliui eum, & tibi poſt hæc, [illegible] quid faciam a*: ac ſi diceret [illegible] pane & [illegible] eum conſecraui & [illegible] tiam [illegible] ſacerdotem ſecun[illegible] ordinem Melchiſedech.

a v. 37.

Quintum [illegible] primogeniti priuilegium erat, vt maxime mortuo [illegible] ente, dominium in fratres haberet, vt [illegible] ex [illegible] *eſto Dominus fratrum tuorum, [illegible] ante te filij matris tuæ b.* Item, *D[illegible] eum illum conſtitui, & omnes [illegible] eius [illegible] ſubiugaui c.*

b v. 29.
c v. 37.

Sextum, [illegible] in hæreditate paterna portio[illegible] [illegible] [*agnoſcet primogenitum, d[illegible] que ei de [illegible] quæ habuerit cuncta dup[illegible] d.* [illegible] de [illegible] Tribus, duæ[illegible] pr[illegible] in poſſeſſione Terræ ſanctæ [illegible] Ioſeph, dum [illegible] primogenita Ruben tra[illegible] ſlata fuiſſe & [illegible] Ioſephe, de his prim[illegible] naturæ priuilegii videri poſſunt Doctores *f*.

d Deuter. 21. v. 17.

e 1. Paral. 5. v. 1.

f Hier. epiſt. ad Euagrium & in tradit. Hebræ. in Gen c. 27. D. Tho. in cap. 12. Hebræ.

OBSERVAT. XXVIII.

Ex quo genere ſit ſanctus Iob patientiæ Prototypus.

IN ortu ſancti Iob indagando pleriqne antiquorum, recentiorúmque deſudarunt. Omiſſis opinionibus, quæ obſcuros, ac paucos habent Auctores, probabilitatem nullam; duas tantùm refe[illegible]am: Prior quæ ipſum Iob ex [illegible] mine Nachor fratris Abrahæ natum vult inuentores habet Hebræos, pr[illegible] pugnatorem Hieronymum [illegible] primo[illegible] inquit, Nachor fratris Abrahæ, de Melcha vxore eius, fili[illegible] Aran, natus eſt Hus, de cuius ſtirpe Iob deſcendit, ſicut ſcriptum eſt in exordio voluminis eius. *vir fuit in terra Hus [illegible] nomine Iob*, hæc [illegible]: verùm argumentum quo nititur hæc opinio parum efficax eſt, quia ſupponit terram H[illegible], in qua regnauit Iob dictam à primogenito Nachor; cùm [illegible]. Interpretes illam velint nuncupatam ab [illegible] nepote Seir [illegible] fatetur ipſe Hieronymus *h*. Oleaſter ver[illegible] ab Hus filio D[illegible]an qui fuit vnus de Du[illegible]ibus Horræorum qui imperauerant in [illegible]erra Seir, ad quam terra Hus omnino pertinet, vt patet Thren. 4. Præterea licet ab Hus filio Nachor denominata fuiſſet terra Hus, ibíque ſuum obtinnerit principatum, non ideò ſequeretur ipſum Iob, qui in eadem terra poſteà regnauit, ex eius [illegible]nere fuiſſe, neque enim ibi patribus filij ſuccedabent in regno, vt patet Gen. 36. v. 33. & potuit Iob, aut pat[illegible]r eius aliunde in terram Hus commigraſſe.

g Ad Paulinum diſp. 2. & 3.

h in cap. 10.

Poſterior ſententia, eáque communis, quam ſequimur, eſt Iob fuiſſe Idumæum de ſtirpe E[illegible] [illegible] Iacob, ita 70. Interpretes Gen 36. *prius* in[illegible]iunt, *erat ei nomen Iobab, & cum a[illegible] vxorem Ab[illegible]ſſam; genuerat filium Ennon, erat autem ipſe ex patre La[illegible] de filiis E[illegible]*] ita etiam omnes antiqui Patres, quos [illegible] & refert S[illegible]ianus i, inter alios Idor[illegible] [illegible] introducit. Iob fi[illegible]us Zaræ [illegible] B[illegible] a Re[illegible] Idumæorum, quartus poſt E[illegible] ſucceſſor Balæ [illegible] Beor, homo Gent[illegible] [illegible] ſtabilis, hum[illegible]itate ſummus, &c.] [illegible]: huic ſententiæ cog[illegible]nina *k* [illegible]trium amicorum Iob, quæ peri[illegible]unt ex vrbibus Idumeæ, nam Theman ex qua Eliphaz Themanites, in Idumæa eſt, teſte Ieremia *l*, & Sue, [illegible] Sueta, ex qua Baldad Subitez, ad terram Hus pertinet, ſicut & Naamat[illegible] *m* ex qua Sophar Naamathites.

i Ad in mundi 2319.

k Iob. 2. v. 11.

l Ierem. cap. 49. v. 20.
m Adrich. in Theat. ter. ſanc.

Por[illegible] fabula videtur, quod dicunt aliqui *n*, Iob habuiſſe Dinam filiam Iacob vxorem, neque enim probabile eſt, quòd vir ille magnus inter omnes orientales *o*, dignatus fuerit accipere vxorem [illegible] ſtupratam, ac cauſam ruinæ Sichimorum *p*.

n Ex Rabino quodam Philone.
o Iob. 1. v. 3.

p Gen. 34. v. 26.

OBSERVATIO XXIX.

De nouo Pharaone, duráque Hebræorum ſeruitute in [illegible]gypto.

EX[illegible] nouus, ſi non ex n[illegible]ua familia, [illegible] Ægypt[illegible] demigraſſe[illegible], [illegible] Io[illegible] *q*, [illegible] & ma[illegible] Hebræos [illegible], Amenophis nomine acceptorum a Patriarcha I[illegible]ph, olim prorege, beneficiorum [illegible] Ægypti ab exte[illegible]minio famis v[illegible] [illegible] & Pharaonibus acqui[illegible]itæ [illegible] obliterata memoria, cùm cerneret filios Iſraël in immen[illegible] mu[illegible]tiplicari, opprimere, eos cogitat. Equidem [illegible] hæc [illegible] Hebræorum multiplicatio diuinæ potiſſimum benedictioni *r*, tribui debeât: ei tamen, non parum ſubſeruiebat ipſius Ægypti feraciſſima regio, in qua Ariſtoteles, non geminos tan[illegible]ùm, ſed ternos, quaternoſque [illegible] lucem [illegible] refert, [& quædam, inquit, quatuor partubus viginti e[illegible]dit, maiórque pars eorum nutriri & adoleſcere potuit *ſ*] ne[illegible] ipſa tyrannum [illegible]ſideratio, [illegible] ratione, cohibuit, quin multiplicatos Hebræos, quibuſ[illegible] is modi[illegible] [illegible] op[illegible] interetque, in [illegible] homines ſerui[illegible] mancipat, populum h[illegible] [illegible] ſp[illegible] [illegible] ac ter[illegible] inh[illegible] [illegible] con[illegible] tra [illegible] omne, pl[illegible]giarius [illegible] libertate [illegible]poliat, & in eos quaſi ergaſtula, ad meta[illegible]la damnata, ſæuit. [inhumane inquit Ioſephus *t*, tractabant Iſraëlitas, & variis laboribus atterebant, nam & flumen in multas foſſas deducere ſunt iuſſi, & mœnia ædificare, & aggeres extruere, quibus inundationes fluminis arcerentur, pyrami[illegible]um etiam inanis ſubſtructionibus vexabant gentem noſtram] quæ, [illegible] plura paucis perſtringit Moyſes d[illegible] ait, [*ad amaritudinem perducebant vitam eorum, operibus duris luti & lateris, omnique famulatu, quo in terra operibus premebantur u.*

q 2. Antiq 5.

r Gen. 22. v. 1[illegible].

ſ Ariſtot. lib. [illegible] de hiſt. anim. c. 4.

t Antiq 5.

u Exod. 1. v. 14.

OBSERVATIO XXX.

De Moyſis natiuitate & educatione.

CVm Ægyptiæ tyrannidis ſæua tempeſtas pop[illegible] [illegible] iactaret vehementiùs, &

receens edictum Amenophis regis de ſubmergenda omni prole maſcula, extremum Hebrææ genti minaretur exitium, nouus ſpei fulgor in terra Geſſen, naſcente Moyſe, cœpit exoriri, tum ex præconio illius vatis Ægyptij, qui Moyſem prædicebat, virtute excellentiſſimum, gloriáque per omne æuum celebrem fore; tum Oraculo Diuino parentibus eius iam facto, vt ait Ioſephus *a*. Natum puerum & octauo die circumciſum, vocatum Ioachim, obſeruat Clemens Alexandrinus *b*, poſteáque ex aquis eductum, Thermuth filia Pharaonis, Ægyptiaco quodam nomine, appellat, quod Hebraicè redditur Moyſes; ſicut & anteà Ioſeph ab alio Pharaone, nomine Ægyptiaco, quod Latinè ſonat ſaluatorem mundi, nuncupatus eſt. Paruulum Moyſem Ægyptiarum omnium mammillam auerſatum refert Ioſephus *c*: ablactatum Thermutis ſibi in filium adoptauit, oblatúmque Pharaoni oſtentabat, qui filiæ gratificaturus, comitet diadema ſuum eius capiti impoſuit; at Moyſes capiti ſuo, puerili manu detractum diadema, & in humum prælapſum, pedibus etiam conculcauit: quod regno nihil boni portendere viſum eſt. Móxque illle ſacrorum ſcriba (Sacerdotem Heliopoleos vocat Comeſtor) qui natiuitatem eius Ægypto cladem allaturam prædixerat, occidere puerum volebat, Thermutis verò confeſtim eum eripit, rege quoque non inuito, cui Deus talem animum indiderat, Moyſis ſaluti prouidens, qui educatur in aula regia accuratiſſimè. Hæc ex Ioſepho *d*. Singulari id factum prouidentia, quia regali cura & dignitate educatus, euaſit in virum non agreſtibus, ſed vrbanis & elegantiſſimis præditum moribus, animi magnitudine, liberalitate, aliíſque virtutibus regiis præſtantem, qualem decebat inſtrui ampliſſimæ gentis moderatorem.

a Lib. 2. antiq. cap. 5.
b Lib. 1. ſtromat.
c Lib. 2 antiq. cap. 5.
d ibid.

Poſtquam adoleuit Moyſes, & ad florentem peruenit ætatem, breui ſuæ virtutis ſpecimen edidit; maximè in illa expeditione militari in Æthiopiam, de qua ſic Ioſephus *e*, Moyſes Thermutidis ſimul ac Regis rogatu, libenter hoc negotium ſuſcipit, quod factum gentis vtriúſque Vatibus lætitiam attulit, Ægyptij poſt partam, eius virtute, de Æthiopibus victoriam, occaſionem ſibi per dolum tollendi eum, non defore ſperabant; Hebræi quoque Moyſe copiis præpoſito adfore ſibi facultatem euadendi ex Ægyptia ſeruitute. Hæc ille, illam tamen expeditionem, fabulam vocant Theodoretus *f*, Rupertus, & alij. Cùm autem 40. annorum tempus *g*, ſubiit eius animum deſiderium inuiſendi fratres ſuos Iſraëlitas, qui partim habitabant in terra Geſſen, partim in aliis Ægypti locis erant ad opera diſperſi; ſi Ioſephum audias, dicet, Moyſem pertæſum inuidiæ & inſidiarum, quas ei à reditu belli Æthiopici, Rex & Ægyptij ſacrificuli ſtruebant, fratres inuiſiſſe, quos verbis, inquit *h* Philo quantum poterat ſublenabat; Præfecto ſubinde admonens, vt moderarentur, laxarentque nimiam in vrgendo duritiam: operarios verò, vt præſentem ſtatum, ferrent fortiter.

e Lib. 2. antiq. cap. 5.
f q. 22. in Num.
g Actor 7. v. 23.
h De vita Moyſis.

OBSERVATIO XXXI.

De decem plagis Ægypti.

Hebræi *i*, ſeptem diebus Deum cum Moyſe in rubu locutum, volunt. Septimum autem incidiſſe in decimum quintum Niſan, quo die, anno proximè ſequenti, Iſraëlitæ egreſſi ſunt de terra Ægypti, & percuſſos decem plagis Ægyptios per ſpatium duodecim menſium, Comeſtor de occiſis animalibus agens, ait; fortaſsè has plagas multo tempore contigiſſe, vt interim animalia aliunde adduci potuerint: difficile enim eſt intelligere, quòd omnes Equi, Aſini, Cameli & Boues, qui erant in agris Ægypti peſte perierint, vt dicitur in Exodo *k*, & tamen per paucos dies, ſexcenti iungerentur currus tantóque equitum armaretur copia, quæ ſexcentis millibus Hebræorum armatorum terrori eſſet. Et ſanè ſi quis haſce plagas attente conſideret, prout à Moyſe in Exodo, & à Dauide in pſalmis referuntur, inueniat quæ veri, quæ æſtati, quæ omnibus anni temporibus conuenire videantur.

i In maiori Chronog. c. 5.
Cap. 19. in hiſt. Exod.
k cap. 9. v. 6.

Harum plagarum effectrix cauſa virga fuit, quæ iam tertio verſa erat in colubrum, ſemel in Sina, iterum coram ſenioribus Iſraël *l*, poſtremò coram Pharaone, totidémque vicibus in priſtinam redierat naturam: quæ virga & Moyſis *m*, & Aaron *n*, & Dei *o* ſubinde dicitur, quòd ſinguli ea ad miracula perpetranda vterentur, Moyſe mandante, Aaron exſequente, Deo autem virtutem impertiẽte.

l Exod. 4. v. 3. & cap. 7 & 10.
m Exod. 4 v. 3. 27.
n cap. 7. v. 12.
o c. 4. v. 30.

Prima plaga qua Ægyptus afflicta eſt, fuit conuerſio aquæ in ſanguinem, in quo mortui ſunt piſces, ſanguis enim natura craſſior atque calidior, piſcium temperamento aduerſatur: idipſum à maleficis Pharaonis factitatum. At vnde habuerint hi malefici aquas, quas in ſanguinem verterent? reſpondet Iuſtinus, aquis omnibus ſuper terram in ſanguinem verſis, neceſſe habebant Ægyptij circa flumen puteus fodere, & inde aquam & potum ſibiipſis & animalibus pecudibuſque ſuis præbere; ex ea ipſa aqua de puteis hauſta malefici verum ſanguinem fecerunt, quod crediderim potiùs, quàm aliundè à dæmonibus adductum & ſuppoſitum. Fauet Auguſtinus *p*, concedens quædam miracula, intellige improprié dicta, magicis artibus fieri, quibus annumera quæ à Magis Pharaonis perpetrata ſunt, docétque dæmones applicando actiua paſſiuis, è poteſtate materiæ educere quæ producuntur ab ipſis, ita enim D. Thomas *q* Auguſtini ſententiam eruditè exponens ait, miraculum ſi propriè accipiatur, à ſolo Deo fieri poſſe, quia id propriè miraculum dicitur, quod fit præter ordinem totius naturæ creatæ, ſub quo ordine omnis virtus creata continetur: ſi vero miraculum dicatur quod excedit humanam facultatem, ſic dæmones poſſunt facere miracula, quæ ſcilicet homines mirantur, & quæ eorum facultatem & cognitionem excedunt: & quamuis eiuſmodi opera dæmonum, ad veram rationem miraculi non pertingant, ſunt tamẽ quandoque veræ res; ſic magi Pharaonis per virtutem dæmonum veros ſerpentes & ranas fecerunt: & quando ignis de cœlo cecidit, &

p Lib. 3. de Trinit. c. 7. v. 8. & lib. 73. qq. q. 79
q 1. p. q. 14. art. 4.

familiam Iob cum gregibus pecorum, vno impetu conſumpſit phantaſmata non fuerunt. Hæc D. Thom. quod ſpectat ad modum productionis: Idem Auguſtinus vult ex veris virgis putrefactis, velut ex ſubiecto conuerſionis, veros ſerpentes & ranas prodiiſſe: cùm enim animalia hæc inſecta ſint, haud implicat dæmonem applicando actiua paſſiuis, quæ nouit ad hoc efficaciora poſſe exiguo tempore, quod ſolis calor multis diebus efficeret. Cæterùm prima illa plaga ſeptiduò durauit, vt innuit Scriptura, & aſſerit Philo Iudæus *a*.

a Lib. 1. De vita Moyſis.

Reſpirantibus per aliquot dies Ægyptiis à plaga ſanguinis & ſitis, & iactura magna piſcium corruptorum, quos Ægyptius Nilus eiecit in mare, nouis ab Æthiopico ſuccedentibus, Dei verbera breui renouata ſunt.

Secunda plaga, eaque moleſtiſſima fuit ranarum: cùm Ægyptij nec foras prodire poſſent, omnibus viis, ranarum examinibus, conſtratis, nec manere domi, eadem lutulentarum beſtiarum lue tecta omnia peruadente; non edere liceret, non bibere, non dormire, nec quicquam agere, quin ranæ in eos inſilirent, vultus turpi limo fœdarent, in os ipſum, in interiora veſtium importuniſſimè inuaderent lectos turmatim peterent, nec ignem quidem formidantes, in furnos & bullientes ollas, ſaltu adirent, lances, cyathos edentium ac bibentium peterent; auras perpetua coaxatione, nares fœtore, manus pedéſque horrore putredinis intolerabiliter cruciarent. Putat Abulenſis præter eas quæ erant in flumine, Deum ſubitò produxiſſe alias magis tumentes, & colore & membrorum mole & figura deformiores, (bufones videtur deſcribere) quæ multam Ægyptiis vexationem inferebant; eáſque, ceſſante plaga, interiiſſe, reliquas æquatiles in ſuas ſedes rediiſſe.

Tertia plaga è puluere terræ educti cyniphes. Qui ſint iſti cyniphes, docet Philo, cùm ait *b* (vbi terram virga percuſſit, tot ſenipes, id eſt cyniphes, ex ea profuſi ſunt, vt velut extenſa nubes totam obtinerent Ægyptum. Id animal moleſtiſſimum, quamuis minutum admodum, non ſolùm ſuperficiem cutis lædit prurito noxio, verum etiam interiora per aures naréſque penetrat, inuolat & in oculos, niſi quis caueat: ſed qui caueri poterant tam dira examina? addit Origenes *c*, [hoc animal pennis ſuſpenditur per aëra volitans, ſed ita ſubtile eſt atque minutum, vt oculi viſum, niſi acutè cernentis effugiat: corpus tamen cùm inſederit acutiſſimo terebrat ſtimulo, ita vt quem volitantem videre quis non valeat, ſentiat ſtimulantem, hæc ille. Eiuſmodi cyniphes, artibus ſuis, non potuerunt producere magi non quia, vt ridiculè fabulantur Hebræi *d*, dæmones non poſſint producere animal minus grano hordei, vel lenticulæ; ſed quia diuinitus eorum potentia impedita fuit, quod ipſimet ſignificarunt dicentes, digitus Dei eſt hic, impediens ſcilicet iam noſtras magicas artes, veráque per Moyſem & Aaronem edens miracula.

b ibid.

c In hunc Exod. locum

d Liranus vt refert. Abul.

Quarta plaga, prioris vtcumque continuatio, ſeu ampliatio eſt; cùm omnis generis muſcarum examina, quaſi auxiliares legiones cyniphibus adfuerunt, quæ per domos, vicos, plateas, agros, Ægyptúmque vniuerſam effuſa, incredibile dictu eſt, quantum moleſtiæ & doloris, hominibus & iumentis & armentis intulerint, adeò vt pleráque in rabiem egerint. Ægyptios flammis contra hæc animalia, ſed irrito certamine, decertaſſe innuitur *e*. Quibus Pharao adactus malis, Moyſe & Aaron ad ſe vocatis, permiſit ſacrificare intra Ægypti fines: cui Moyſes, non poteſt ita fieri, abominationes enim Ægyptiorum immolabimus Domino Deo noſtro: filij namque Iſraël exemplo Abrahæ, cui Deus mandarat ſibi ſumi in ſacrificium, Vaccam, Capram, Arietem, Turturem, Columbam *f*, eadem animalia Deo ſacrificabant; iſta enim Ægyptij colebant, ideóque eorum cædem execrabantur: Vaccam enim Iſidis nomine colebant; Arietem, quaſi Ammonicum Iouem, arietinis inſignem cornibus, venerabantur; omnium autem maximè, Taurum qui erat eorum Apis Ægyptiorum Deorum maximus: Capras denique, quod earum ſpecie, dæmones in montibus, ipſis plerumque apparerent.

e Sapient 16. v. 15. & c. 19. v. 19.

f Gen. 15. v. 9.

Quinta plaga, fuit peſtis ſuper omnia Ægyptiorum animantia, quorum plurima periere.

Sexta, eáque grauiſſima fuit vlcerum plaga, quam Philo *g*, deſcribit his verbis: Deo iubente cinerem è fornace hauſerunt manibus, quem ſolus Moyſes iactauit in aërem, moxque puluis excitatus, & longè latéque diſperſus, hominibus brutiſque dira per totam cutem iuſſit vulnera, carnibus ſimul intumeſcentibus & fœdis puſtulis ſcatentibus, ac ſi ſucceſſu clam efferueſcerent, quo cruciatu, ſicut par erat in exulceratione atque inflammatione oppreſſi, non minùs animo laborabant quam corpore, miſerè vexati doloribus: videbatur enim vnum vlcus à vertice vſque ad imos pedes, his quæ membratim ſparſæ erant, ſerpigine in vnum coëuntibus. Hæc ille. Addunt aliqui, excitatos in corporibus hominum & iumentorum tumores ardenti pure turgidos; qui furunculi & carbunculi, aut etiam bubones appellantur, qui non rarò in peſtem degenerant: & Ioſephus non in ſumma cute afflictos ait, ſed corruptis intus corporibus, grauiter exulceratos. Et fortè nulla deinceps Magorum fit mentio, vlceroſi quippe & ipſi, iam non poterant ſtare coram Moyſe de ſimili confuſione certi ſunt quicumque reſiſtunt veritati, ait Rupertus *h*.

g Lib. 1. De vita Moyſis.

h Lib. 1. cap. 36.

Septima & octaua plaga fusè & clarè habentur in Scriptura.

Nona plaga, tenebræ triduanæ palpabiles & horribiles, fuerunt enim tam denſæ, vt palpari poſſent, non ratione ſui, ſunt enim priuatio, quæ in tactum non cadit; ſed in cauſa ſua, aëre ſcilicet, vſque adeò addenſato ac conſtipato, humidis ac frigidis vaporibus infuſis, vt in aqueam ſoliditatem declinaret, lumini ac flammis, Scriptura atteſtante, impenetrabilem, & ignis quidem, inquit, nulla vis ei poterat eis lumen præbere *i*.

i Sap. 17. v. 5.

Fuerunt etiam tenebræ illæ horribiles, ſiue quia ſemper tenebras comitatur horror; & quanto minùs diſcernit quis quæ circa ſe ſunt, tanto magis metuit, vndique aduerſa pauitans: ſeu potiùs propter horrendas viſiones, quas Moyſes ipſe in Deuter. *a*: memorat. Aitque, Deum pro Iſraële contra Ægyptios dimicaſſe, de quibus clariùs Sapiens [*perſonas triſtes illis apparentes, pauorem illis præſtabant b*] dæmones ſcilicet, eis prodigioſa phantaſmata obiiciebant, quibus formidoloſo horrore concutiebantur. Somnus etiam terrificis interrumpebatur viſis ac ſpectris, quibus ingruentibus præ timore tabeſcebant, animo deficiebant: & quoquiſque loco, ex eo timore decidiſſet, immobilis ibi reddebatur, quaſi carcere concluſus *c*: metuebat ſi ſe loco moueret, ne priùs aliquid offenderet, aut penitùs ab ea caligine abſorberetur: fortè etiam antiquum Chaos & mundi confuſionem metuebant: in illa quoque horrida ac producta noctæ, auditus Ægyptiorum horrificis percellebantur ſonis, ſiue quos ſpectra illa edebant, ſiue qui quoquo modo intra illam remugiebant caliginem; neque enim, ait Sapiens, quæ continebat illos ſpelunca, ſine timore cuſtodiebat, quoniam ſonitus deſcendens, perturbabat illos. Accedebat ſceleratæ tortor conſcientiæ, oppreſſio pauperum, tam dira, tam diuturna; improbi namque, propriæ conſcientiæ torti verbere, nihil niſi ominoſum aut terrificum cogitare poſſunt, & deſperatione fracti, miſerè languent, omninóque conturbantur: nec leue erat illius cladis incommodum, quòd nemo vidit fratrem ſuum *d*, vt ſcilicet aliquid ad eo poſſet aut conſilij accipere, aut ſolarij. Vltima huius mali periſtaſis eſt eius diuturnitas: vno verbo, plaga hæc expreſſa fuit inferorum imago.

a c.4.v.34.
b c.17.v.4.
c v.13.14.15.
d Exod. 10. v.23.

Vltima plaga, eſt cœdes omnium Ægypti primogenitorum maſculini ſexus, tam hominum quàm iumentorum; neque erat domus, in qua non iaceret mortuus *e*: imò & in eadem domo plures, quia nomine primogenitorum, veniunt etiam vnigeniti, & contingere poterat, quòd pater & filius eſſent primogeniti, aut plures in eadem naſcerentur familia, aut vir, vel vxor bis aut ter fuiſſent iuncti coniugio, & ex vnoquoque liberos ſuſcepiſſent, quorum primogenitus è ſingulis coniugiis occidebatur, ſicque fieri poterat, vt in eadem domo plures mortui reperirentur, Primogenitos peſte periiſſe ait Ioſephus; acutiſſimo peſtis genere, addit Genebrardus: videtur in Scriptura appellari gladius, qui vtique de quolibet vindictæ genere ſolet vſurpari: nec vnum ſolum, ſed plures fuiſſe Angelos percuſſores inſinuatur Pſal. 77. & ſuadet amplitudo Ægypti, eadémque hora, noctis media. Qui vnicus, tam breui tempore, in tam ampla regione, tot domibus, oppidis, ciuitatibus, tot primogenitos inquiſierit & occiderit, eſto vnicus aliquando 70000. Hebræorum exterminarit, ſed triduo *f*, vnicus Aſſyriorum 185000. at per noctem, & in eodem exercitu, locóque *g*: & ritè Genebrardus, dum dicitur in ſingulari, Dominus percutiens & percuſſor *h*, eamdem agnoſcit numeri Synecdochen quàm alibi, cùm Bruchus, Rana, locuſta, muſca, ſuper vniuerſam terram Ægypti dicitur aſcendiſſe: & ad veritatem illius locutionis, ſatis eſt vt non fuerint plures in vna eadémque domo percuſſores.

e c.12.v.30.
f 2.Reg. 24.15.
g 4.Reg. 19.35.
h Exod.12.v.23.

Si ergo plures erant: boníne an mali? malos fuiſſe, omnéſque plagas illas immiſſas per Angelos malos, videtur exiſtimaſſe Dauid, dum ait, *miſit in eos iram indignationis ſuæ, indignationem & iram & tribulationem, immiſſiones per Angelos malos i*. Idem ſentit Auguſtinus *k*, & iſtos Angelos aggregat illi qui decepit Achab, & fuit ſpiritus mendax in ore Prophetarum eius. Idipſum tenet Hieronymus *l*. Idémque ſentiunt in prædictum pſalmi locum, Genebrardus, Lyranus, Toſtatus: crediderim tamen, & hanc & omnes Ægypti plagas, à bonis Angelis ipſis Diuinæ iuſtitiæ adminiſtris editas eſſe; pro hac ſententia refert Lorinus *m*. Baſilium, Chryſoſtomum, Nicephorum, quibus plurimi ſubſcribunt recentiores, maximè Caietanus, Torniellus, & Lipomanus, qui notat hic, Angelum percutientem proprio Dei nomine & incommunicabili appellari, quia Dominum repræſentabat, eiúſque iudicium explebat.

i Pſal. 77. v. 49.
k In hunc locum.
l In Iſai. c.24.
m In illum Pſal. locum.

Nec nouum eſt, aut inſolens in Scriptura, per bonos Angelos vexari improbos ac puniri. Bonus Angelus erat qui præuaricatorem Adam excluſit paradiſo: Angeli boni erant, qui Sodomitas & Gomorrhæos, igne cœlitùs demiſſo perdidere. Angelus bonus erat, qui Dauidis curioſam dinumerandi populi vanitatem, qui ſuperbiam Sennacherib, Deíque contemptum tanta cæde caſtigauit, qui Herodem Agrippam, diuinum ſibi aliquid arrogantem, vermibus excarnificandum dedit. Angelus erit, princépſque Angelorum, qui omnium mortalium ſceleſtiſſimum Antichriſtum aliquando profligabit & perdet. Quid ergo mirum Ægyptios cruentiſſimos electæ plebis & ſanctis Angelis peculiariter commiſſæ vexatores, ab iiſdem bonis Angelis hac ipſa plaga, aliiſque nouem contrucidatos? qui ideo mali dicuntur à Pſalmiſta *n*, inquit Euthymius, quia pœnas inferunt & ſupplicia.

n Pſal. 77. v. 49.

Acceſſit quaſi Epimetron decimæ plagæ, quod eadem clade percuſſi ſunt Ægyptiorum Dij, & Dominus, vt fuerat ante comminatus, in cunctis Diis Ægyptiis iudicia fecit *o*. Hanc Hebræorum traditionem ſic refert Liranus: dicunt Hebræi, quod illa nocte, omnia idola Ægypti lignea ſubitò fuerunt putrefacta, & omnia metallica reſoluta, & fuſa in terram, & omnia lapidea comminuta in deteſtationem idololatriæ, & quia eo tempore ſuper omnes Deos Ægypti præcipuo cultu & honore colebatur Serapis, ſiue Apis bos; non temerè putabimus cladem iſtam Deorum Ægypti præcipuè ad Apim bouem pertinuiſſe.

o Exod. 12. v.12.

OBSERVAT. XXXII.

Quomodo quarta mundi ætas contineat annos 48.

EXpreſſa verba ſunt, quibus quarta mundi ætas, ſeu interuallum ab Exodi ad Templú Salomonis condi cœptum definitur ann. 480. [*factum eſt ergo quadringenteſimo & octogeſimo anno egreſſionis filiorũ Iſrael de terra Ægypti*] hęc tam diſerta Hiſtoriæ ſacræ verba, nemo eſt qui aliter interpretari valeat; verum quidé eſt, quód ex aliis Scripturæ locis perplexa naſcitur controuerſia, verùm accuratus ſit & exactus ille numerus, aut commodâ aliquâ interpretatione explicandus. Plures enim annos teipſa quam qui eo exprimuntur loco, in illud interuallum incurrere comperiet, qui in primum Iudicum, nec non in primum ac ſecundum Regum (vbi totum illud ſpatium per partes deſcribitur, eorúmque qui populo præfuere tempora dinumerantur) apprimè intendat. Adeóque cúm ex ſingulorum ſpatiis in vnam ſummam collectis, multò plures anni efficiantur quàm prædicti 480 ſunt qui corruptum hunc numerum auſi ſint affirmare, & pro 480. annis adeò diſertè ibi expreſſis 580. annos ſubſtituerint. At facilior hæc ſimiliſve in Scripturam expreſſam agendi licentia coërcéda eſt; nec vlla ratione numerus ille ann. 480. in dubium reuocandus. Atque ita quòd quarta mundi ætas integra contineat annos 480. non eget probatione, ſingulæ tamen illius partes ſeorſim ſpectatæ eam deſiderant.

Et quidem quod ad primam attinet, quæ præfecturam Moyſis & Ioſuë complectitur, quámque quinquaginta ſeptem annos, ſcilicet quadraginta Principatus Moyſis, & decem & ſeptem Ioſuë. Priores 40. annis Principatus Moyſis patét ex Exodo *a*, & Deuteronomio *b* ſimul iunctis: priori quidem Exodi loco dicitur, quod Moyſes octoginta erant annorum cùm locutus eſt ad Pharaonem vt dimitteret Hebræos: poſteriori verò dicitur, quòd idem Moyſes 120. annorum erat, quando mortuus eſt: ſanè ab 80. vſque ad 120. excurrunt an. 40.

a cap. 7. v. 7.
b cap. 44. v 7.

De aliis decem & ſeptem annis qui tribuuntur principatui Ioſuë, eſt difficultas: variæ enim ſunt Doctorum ſententiæ. Adrichomius ſeptem annos ei aſſignat, Mercator 14. Beda, Arias, Genebrardus & alij 17. Ioſephus *c* 25. Euſebius 27. *d* quem ſequitur Auguſtinus *e*. Iſidorus & Hebræorum plurimi dant ei annos 28. In hac tanta Doctorum varietate, illa ſola, quæ principatui Ioſuë 17. annos tribuit, ſententia commodiùs ſubſiſtit, quia iuxta illam ſolam, auſim dicere, quadringenteſimus & octogeſimus annus ab exitu Iſraël ex Ægypto, erit quartus Salomonis, ſeu primus à Templo condi cœpto: omnéſque Iudicum anni conſtabunt, prout in Hebræis codicibus, & Editione vulgata digeſti ſunt; ſuppoſita ſemper communi hac Chronologorum obſeruatione, quòd Inter regnorum, aut ſeruitutum, aut bellorum, anni qui in libro Iudicum paſſim recenſentur, in Iudicum annis, quibus terra quieuiſſe, ibidem dicitur, comprehenſi ſunt; nec ſeparatam faciunt Chronologiam: verbi gratiâ, cum capite 3. v. 11. dicitur, *quieuitque terra 40. annis*: in ipſis 40. ann. quibus Othoniel iudicauit Iſraël comprehũduntur 8. anni quibus Iſraëlitæ dicuntur ſeruiiſſe Chuſanraſathaim regi Meſopotamiæ, verſ. 8. & tempus quo bellum egit Othoniel v. 10. Item cum v. 30. dicitur, *quieuit terra 80. annis.* In his 80. annis quibus Aod iudicauit Iſraël comprehenduntur 18. anni quibus dicitur ſeruiiſſe Eglon Regi Moab verſu 14. Et tempus quo bellum egit Aod verſ. 15. His ac ſimilibus vbique ſic obſeruatis, vt nullum inter annos Iudicum, ſeu quietis ſit interregnũ, & anni illi 17. principatui Ioſuë aſſignentur; facilis erit prædictus 480. annorum ab Exodo ad Templum condi cœptum calculus, quartá conſtituens mundi ætatem; cuius prima pars ab Exodo ad obitum Ioſuë 57. annos contineat, ſecunda verò ab obitu Ioſuë ad initium regni Dauidis, Saüle iam extincto, 379. annos complectatur, vt videre eſt, in noſtra Scripturæ ſacræ Synopſi Proſopochronica. Tertia denique ab initio regni Dauidis ad quartum Salomonis annum, quo Templum condi cœpit, 44. perſtringat annos, qui clarè patent ex 2. Regum, vbi dicitur Dauidem regnaſſe 40. annis, quibus ſi addas quatuor priores filij eius Salomonis, conſurgent anni 44.

c 5. antiq. 1.
d in chron.
e 18. de ciuit c. 11.

OBSERVAT. XXXIII.

De columna nubis, & ignis.

DVas aliqui *f* columnas aſtruunt, vnam nubis, ignis alteram: eamdem tamen fuiſſe columnam nubis & ignis communis ſententia eſt; patet ex illo Exodi, *tollens ſe Angelus Domini, qui præcedebat caſtra Iſrael, abiit poſt eos, & cum eo pariter columna nubis priora dimittens poſt tergum, ſtetit inter caſtra Ægyptiorum, & caſtra Iſrael, & erat nubes tenebroſa & illuminans noctem, ita vt ad ſe accedere inuicem non valerent g*: vni, eidémque nubi dat munus illuminandi Hebræos, & obtenebrandi Ægyptios, ait Caietanus *h*. Nec dicas vtrámque Columnam tunc condenſatam; quia qui duas ponunt eas ſibi ſemper alternatim ſucceſſiſſe putant: accedit quòd in prædicto Exodi loco mox ſubditur: *reſpexit Deus ſuper caſtra Ægyptiorum per Columnam nubis & ignis i*: certè ſi duæ eſſent, ſufficiebat per eam reſpicere, quæ erat propinqua Ægyptiis. Hîc clarè narratur, ait Caietanus, quod vna & eadem Columna fuit, quia vtrumque tunc actu exercebat, ignis quidem ad illuminandum Iſraëlitas, nubis autem ad impediendum ne lux illa videretur ab Ægyptiis; ſecundum autem ſolitum curſum, die quidem exercebat officium nubis, nocte autem officium ignis. Hæc ille *k*. Equidem difficile non fuit Deo vel Angelo, eiuſdem Columnæ anteriorem partem, illuſtrem, poſteriorem verò tenebroſam, lucíque impenetrabilem efficere; ſicut contigit in nona plaga tenebrarum, in quibus demerſi erant Ægyptij; nec vicinam lucem in qua erant Iſraëlitæ percipiebant, etſi tanta foret aliquando eorum propinquitas, vt ſe inuicem exaudirent, ac etiam contingerent; plures námque ex Hebræis famulabantur Ægyptiis.

f Salianus in annal.
g Exod. 14. v. 19.
h in Exodum
i Exod. 14. v. 24.
k in Exod.

I 2 Protectrix

Protectrix illa, ductrixque columna, ſimilis vtique erat columnæ, quantum ad figuram; & nubi, quantum ad candorem & lucem & materiæ qualitatem cæteris tamen purior & lucidior nubibus, denſior & ſolidior; ac ita conſiſtens, vt more nubium, minimè deflueret aut diſſipsretur: excelſa erat, vt longè latéque qua ſe cumque porrigebant caſtra videri poſſet: cúmque eam modò ignem & columnam ignis, modò quaſi ſpeciem ignis, Scriptura appellet *a*, ſtatuunt Interpretes *b*, illam non fuiſſe verum ignem, ſed rutilantem fulgorem, qualis apparet in nubibus denſioribus, in quas ſeſe opportunè radij ſolares inſinuant; qui fulgor, ſole exoriente, deficiebat, recedente illuceſcebat, & profundâ nocte coruſcabat.

a Numer. 9. v. 15.
b Abulen. Perer.

Huius officium columnæ multiplex fuit. Primum præire, deducere & traducere populum Dei per deſertum, inquit Ieremias, per terram inhabitabilem & inuiam, per terram ſitis & imaginem mortis, per terram in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo *c*. in Sarracenis illis deſertis, ait Genebrardus *d*, viarum nulla extant veſtigia, ob arenas, leui ventorum flabello, mobiles: idcóque viatores in illis, vt nautæ in mari, vti coguntur inſtrumentis quibuſdam, quaſi nauticis quadrantibus ad indicandas mundi plagas, & dirigendas profectiones.

c Ierem. 2. v.
d In Pſal. 104. v. 10.

Alterum eiuſdem columnæ officium fuit, tenebras noctis, lucis ſuæ fulgore diſpellere; vſque adeò longè latèque fundebat radios, vt cuncta Hebræorum caſtra vſquequaque colluſtraret, nec indigerent Hebræi lucernis, æquè ac in die vniuerſa clarè obſeruantes *e*: nec ſolum illuminabat omnia caſtra; ſed etiam vltra primum vexillum, quod in anteriore parte exercitus ferebat Tribus Iuda, per aliquod ſpatium porrectus fuit ſplendor eius; adeò vt medias inter tenebras, luminoſam quamdam viam, qua progredi ſemper poſſent, efficeret.

e Ita Abulen. Perer. in Exod.

Tertium illius columnæ officium fuit, motu & quiete ſua alternis, monere populum Dei quando progrediendum eſſet, vel ſubſiſtendum; quando mouenda caſtra, vel figenda tentoria; imò & quando cibus capiendus, aut ſomnùs, ignita quippe lux, quæ noctis vſui erat, quieti aut operibus quietem requirentibus, non officiebat, ſed potiùs deſeruiebat, ſomnúmque blandienti quodam influxu conciliabat, nec vſquam Hebræi à tranſitu maris rubri, cùm iam liberati eſſent ab Ægyptiis inſequentibus, leguntur noctu iter feciſſe.

Quis autem fuerit illius columnæ motor, adeóque prouidus? eum fuiſſe Angelum, Scriptura expreſsè aſſerit, dum ait; *tolléns que ſe Angelus Dei qui præcedebat caſtra Iſraël, abiit poſt eos, & cum eo pariter columna nubis*: Deus enim eductis ex Ægypto Iſraëlitis, quaſi tenellis adhuc filiis, ſapientem dedit cuſtodem ac ductorem, cui nubis ac lucis circumdedit amictum: ſicque populus Dei, angelica vallatus cuſtodia, diuiſo ſub noctis initium mari rubro, ſæculis omnibus inauditum, per profunda maris, iter confecit.

Obſeruat Comeſtor, Moyſem aduocaſſe ſingula Tribus ſecundùm ordinem natiuitatis ſuæ, hortatúmque eas vt ſe præeuntem ſequerentur, & cunctantibus præ timore Rubenitis, Simeonitis, & Leuitis; Iudam, priori itineri ſe dediſſe poſt Moyſem, & inde regnum promeruiſſe. Mirum quòd tribus circiter horis filij Iſraël, inter quos, tot erant ſenes & mulieres, tot paruuli, tot armenta, tot greges, tot ſarcinæ, traiecerint mare, quod ex communi Topographorum commenſuratione, minimùm 25. horarum ſpatio traiicitur, ſi quis tantundem itineris terra conficere velit. At Deus qui tot, tamque ſtupenda, vt populum ſuum electum educeret ex Ægypto, ediderat prodigia, hoc quoque vt eumdem ab inſequentibus tueretur Ægyptiis, edidit miraculum; & miro quodam impulſu, tum Angeli in columna nubis & ignis à tergo inſtantis, tum venti illius vehementis flantis tota nocte, in aliud littus citiſſimè perduxit; nonnullas quoque tardioribus, ſubſequentis Pharaonis timor addidit alas.

OBSERVATIO XXXIV.

De vaſis Hebræorum, ſeu menſuris vaſorum tam pro rebus liquidis, quàm pro aridis.

MEnſuræ vaſorum, diuerſi fuere generis; alia enim vaſa erant pro rebus liquidis alia pro aridis; alia modo pro his, modò pro illis. Ideóque parum intereſt, vt eorum, loco ſuper his obſeruetur diſtinctio, maximè cùm de ſola cuiuſque capacitate, in hacce vaſorum obſeruatione ſit quæſtio.

Minimum ex vaſis apud Hebræos, erat cochlear, ſeruiens in menſis ad iuſcula & liquidiores cibos hauriendos. Quatuor cochlearia faciunt Cyathum.

Vnus cyathus cum medio facit Acetabulum, ſic dictum quod in huiuſmodi vaſculis acetum, ſimiliáque condimenta in menſis apponi ſolerent. Octo Cyathi faciunt ſextarium Hebræum, qui dicitur Log: nouem verò, Atticum; & duodecim, Romanum, ſeu Italicū: Quatuor ſextarij Hebræi faciunt Cauum Hebræum; erat autem Cauus, menſura victus diurni, ſed hominis parcè victitantis. Duo Caui faciunt Gomor, quem quotidie ex manna colligebant Hebræi, *Exod.* 16. erátque menſura tanta, quantam quis valdè edax, vno die poſſet aſſumere. Tres Caui, ſeu duodecim ſextarij Hebræi faciunt Hin, duo Hin faciunt vrnam, duæ vrnæ, ſeu tres modij, vel tria ſata, faciunt Ephi *f*.

f Ruth. 2. v. 17.

Ephi, vel Epha, Batus communis, Metreta, Amphora Romana, pes cubicus Romanus, hæc quinque, æqualis erant capacitatis; dixi Batum communem ſeu vulgarem; nam Batus ſacer erat capacior, adeo vt tres vulgares non facerent niſi duos ſacros, vt colligitur ex 2. *Paral.* 4. *v.* 5. vbi dicitur mare æneum continuiſſe tria millia Metretas ſeu Batos, nempè vulgares, & ex 3. *Reg.* 7. *v.* 26. dicitur cepiſſe duo millia Batos, nempè ſacros.

Tres vrnæ, ſed vnum Ephi cum medio, faciunt Cadum, ſeu Hydriam æqualem amphoræ Atticæ, ſeu pedi cubico Græcorum Quinque Ephi faciunt Lethec; Lethec autem idem eſt, quod eleuatio, eſt enim onus quod fortis viribus eleuare poteſt, & iumento imponere. Duo Lethec faciunt Homer, maximam Hebræorum menſuram, cui æquiualet Corus Græcorum. Duo autem Cori Græcorum, ſeu Lethec Hebræi faciunt Culeum, maximam Romanorum menſuram. Erant & alia incertæ vaſa menſuræ, vt Cophinus, *Matth.* 14. Syriacè Cupha, nempè Caniſtrum, nunc maioris, nunc minoris menſuræ: & aliud quoddam vas nomine Miſpal, ex palmarum foliis, aut alia plicatili materia contextum, quod iumentis ad aridorum onera portanda imponebatur.

OBSERVATIO XXXV.

De fonte educto è Petra Horeb.

a Gen. 10.

TRaditio eſt Hebræorum *a*, petram Horeb, quatuor milliaribus abfuiſſe à Raphidim vbi erant caſtra; quodque fons ex ea eductus, non modo inſtar fluuij aquas fuderit totis 40. annis: ſed etiam Iſraëlitas quocumque tandem demigrarent, perpetuò per deſertom comitatus ſit. quod innuere videtur Apoſtulus dum ait, *bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra b*: ac ſi diceret, bibebant de aqua petræ, quæ erat rei ſpiritualis figura quæ aqua eos ſequebatur, vt ſcilicet primùm versùs Raphidim flueret, indéque versùs montem Sinai, vbi mox caſtra fixuri erant, curſum dirigeret: vtrùm autem & per alias manſiones decurrerit, hand abſurdum videtur, Deum qui hunc fontem in vſum populi ſui produxit, ei etiam ſuum in alias manſiones dediſſe profluxum.

b Cor. 10 v. 4.

Quod autem petra illa reipsâ mota, aut ſuopte nutu, vt columna nubis, aut ſupra currus Iſraëlitarum tranſuecta fuerit, Hebraïcis deputandum eſt nugis; veritati autem quòd copioſa fuerit & perennis, vt patet ex illo pſalmo, *interrupit petram in eremo, & adaquauit eos velut in abyſſo multa; & eduxit aquam de petra & deduxit tanquam flumina aquas c*: Vnde Rabini vocauerunt miraculum permanens; & aquas fideles & ſtabiles. Equidem quòd miraculum hoc fuerit permanens, ſuadetur ex penuria aquarum, quæ erat in illa terra deſerta & inuia & inaquoſa; & ex neceſſitate quæ alias tot hominum: tótque iumentorum millibus indies ſingulos imminebat: & comprobatur ex permanentia aliorum quatuor miraculorum, quæ minùs neceſſaria videntur. Primum, nullus fuit, ſpatio quadragiuta annorũ in Tribubus eorum infirmus *d*, ſed quotquot in deſerto perierunt, vel à Domino ſubinde percuſſi, vel ſenio conſumpti ſunt, Secundum, nuſquam defuit columna nubis per diem, & columna ignis per noctem. Tertium, nec manna defuit ex illo die quo, deficiente farina Ægyptiarica, cœpit depluere vſque ad ingreſſum terræ promiſſæ, cùm eius fructibus abunde ſuppetentibus veſci cæperunt. Quartum, nec calcei, aut veſtimenta in tam producta 40. annorum peregrinatione attrita ſunt, quin & creſcentibus paruulis, ipſa quoque eis accreſcebant.

c Pſal. 77. v 15. 16.

d Pſal. 104. v. 37.

OBSERVAT. XXXVI.

De Amalecitis, orante Moyſe à Ioſuë debellatis.

AMaleticæ, Arabiæ Petrææ populi ſunt, ad Amalec *e*, nepote Eſaü oriundi, vt conſtat ex Geneſi: vbi dicitur Eliphaz primogenitus Eſaü genuiſſe Amalec ex Thamna *f*. concubina; præcipui huius contra Moyſem expeditionis inſtigatores erant, qui Gobolitidem regionem, id eſt Idumæam ſuperiorem, & vrbem Petram incolunt; inter eas gẽtes pugnaciſſimi ait Ioſephus *g*. Conſtat ex Scriptura, eos ſub Regibus viuere ſolitos *h*, nam poſteà eorum Regem à Saüle captum, Samuel interfecit; meminitque Philo *i*, illius regis, quo duce Amalecitæ inuaſerunt Iſraëlitas, etſi eum non nominet.

e Ioſeph. 3. antiq. 2.

f Gen. 36. v. 12. Hieron. in tradit. Hebr. in 2. Regum.

g 3. Antiq. 2.

h Gen. 36. v. 31.

i Lib. 1. de vita Moyſ.

Quæ fuerint huius populi vires, quódve robur; deſcribit Eliachim ſacerdos magnus, dum ait: *Memores eſtote Moyſis ſerui Domini, qui Amalec confidentem in virtute ſua, & in potentia ſua, & in exercitu ſuo, & in clypeis ſuis, & in curribus ſuis, & in equitibus ſuis, non ferro pugnando, ſed precibus ſanctis orando k, deiecit*. Contra hos Amalecitas, ſelectis ad pugnandum idoneis, Moyſes præfecit Ioſuë, agentem iam annum 54. Virum naturum conſilio, manu promptum, pietate inſignem, & à Moyſe Præceptore ſuo in hac parte non degenerem: ipſe verò Moyſes; ad quærendum maius auxilium, properauit ad montem, quo aſcendit & Aaron frater eius, quem ſummo Sacerdorio deſtinatum, decens erat ab humano ſanguine fundendo abſtinere; potiùs ſuis precibus Deũ pro bellatoribus exorare, accedebat ætas 84. annorum, ferendo Martis oneri parùm idonea: aſcendit & Hur vir Mariæ *l*, & ipſe iam ætate prouectus, vt colligitur ex ætatis vxoris, quæ tunc octogeſimum octauum circiter agebat annum, quadriennio ſenior fratre ſuo Aarone, ſeptennio Moyſe.

k Iudith. 4. v. 15.

l Ioſeph. 3. art. 2. Abul Caiet.

Cæterùm in illo conflictu, quando Moyſes totus pendebat à Deo, ait Lippomanus, & intentiſſimè orabat, magna animi contentione, vincebat Iſraël; quando verò remittebat preces, vincebant Amalacitæ: manus illæ exaltatæ contentionem orationis ſignificant, remiſſæ verò, remiſſionem orationis adumbrant; hæc ille; ad eam eleuationis brachiorum ceremoniam voluit Deus obligare victoriam, ſicut poſteà ad eleuationem clypei Ioſuë contra ciuitatem Hay *m*: adeóque incruenta fuit hæc victoria, vt ne vnus quidem ex Hebræis deſideratur, cùm hoſtium cadauerum numerus præ multitudine incompertus manſerit ait Ioſephus *n*. In pridiana tamen Amalecitarum inuerſione, cuius in Deuterononio *o*, fit mentio, nonnulli Hebræorum ab illis occiſi ſunt.

m Ioſuë 8. v. 18.

n 3. Antiq. 2

o c. 25. v. 18

Hebræorum victoriam ſubſecutum eſt mandatum Dei, de Amalicitis exterminandis, quod poſt annos 39. iterat *p*; ac etiam iure iurando per ſolium ſuum interpoſito, aſſeuerat bellum ſibi fore

p Deut. 25. v. 18.

contra Amalecitas in ſempiternum. Hæc eſt ènim vis illorum verborum, quia manus ſolij Domini, & bellum Domini erit contra Amalec à generatione in generationem *a*. Mitum vſque adeò cordi fuiſſe hanc vltionem Domino, vt poſteà Saüli ita diſtrictè mandaret, *vade & percute Amalec, & demolire vniuerſa eius, non parcas ei, & non concupiſcas ex rebus ipſius aliquid, ſed interfice à viro vſque ad mulierem & paruulum atque lactantem, bouem & ouem, camelum & aſinum b*, quin etiam ob eam vltionem non exactè exercitam, à ſe electum Regem abdicarit, eúmque cum tota ſua poſteritate repulerit. Adeò exoſi Deo ſunt potentes ſæculi, qui in aduenas & peregrinos, omnéſque miſerabiles perſonas ſæuiunt.

a Exod. 17. v. 16.

b 1. Reg. 15. v. 3.

OBSERVAT. XXXVII.

De facto, ac peccato Aaronis ob conflatum vitulum

EXiſtimabat populus Moyſem tantùm dies aliquot abfuturum, cùm autem viginti ac triginta iam abiiſſent, mitúmque eſſet in monte ſilentium, nullúſque de eo in caſtra deferretur nuntius, illum nunquam reuerſurum rati omnes, ſimúlque à tam formidabili Domino, qualem paulò antè experti fuerant, ſibi metuentes, & mitiorem aliquem, qualem in Ægypto viderant, ac fortè coluerant affectantes, & à proſelytis Ægyptiis cultui Apis à teneris annis deditis, proculdubiò inſtigati, poſtulant ſibi fieri deos conflatiles, qui forent ſibi duces itineris.

Id prius, vt volunt aliqui expoſcunt ab Hur, qui vnà cum Aarone Iudex fuerat à Moyſe relictus; at ille ſcelus detrectans, cùm animosè reſtitiſſet, inſurrexere in eum omnes, &, horrendum dictu, ſputis in guttur eius certatim ingeſtis conſtantem virum ſuffocarunt. Stupendum hoc, ſi foret verum, nec Rabinorum ſit figmentum.

Poſteà aduerſus Aaronem congregati, dixerunt [*ſurge, fac nobis Deos qui nos præcedant: Moyſi enim, huic viro qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quod acciderit c.*] Aaron vim penè paratam animaduertens, nec ſeditioſos increpauit, neque negauit ſe facturum quod ipſi poſtulabant, ſed ſuaſit aliquot adhuc expectari dies, intra quod ſi Moyſes minimè appareret, voti compotes fierent; ſperans quòd intereà tumultuoſus ille furor reſideret. At citò impatientes moræ, quaſi coniuratione factà, frequentes ad Aaronem redeunt, precibus, miniſque vrgent: at is rei diſturbandæ, vt ſperabat, nouam comminiſcitur viam: [*tollite*, inquit; *inaures aureas de vxorum, filiorúmque & filiarum veſtrarum auribus, & afferte ad me d.*] Vt diſſenſione domeſtica tres exitum non haberet.

c Exod. 32. v. 1.

d v. 2.

Addunt aliqui *e*, quòd poſtularit etiam virorum anulos, ratus videlicet, inaures ſimul annulóſque nunquam impetraturum iri, ſed vicit exſpectationem improbitas, negotium domi ſeu ægrè, ſeu facilè expediunt, & ad Aaronem poſtulata deferunt. Hoc deiectus præſidio, aliud occupat, in operis ipſius, artificúmque lentitudine poſitum; ſi quomodo intereà Moyſes appareat, & nefarium diſſipet conſilium. Quæruntur artifices, præſcribitur opus, paratur fornax, & typus ex argilloſa materia exſiccatur, liquefit aurum, & in typum infunditur, & poſtridiè refrigerato metallo, vitulus apparuit, quo celeriter expolito, (vrgebat quippe opus noui Dei auida multitudo) exclamant omnes [*iſti ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti f*] quod amaro animo intuens Aaron, moras item traxiſſe videtur in ædificando altari, aut certè in differendo in alterum diem ſacrificio, qui fuit quadrageſimus à diſceſſu Moyſis, quo redux Moyſes de monte cum Ioſue, viſo vitulo, conſpectáque idololatria, tabulas legis, digito Dei conſcriptas, ad radicem montis confregit.

e Torniel. ... 1. contr. ... dæos c. 1. ... mbroſ. ... iſt. 56.

f Exod. 32. v. 8.

Sanè quidquid excuſationis in gratiam Aaron proferatur, certum eſt eum grauiter peccaſſe, mortémque potiùs oppetere debuiſſe, quàm vllo modo cooperari tanto ſceleri, vnde & mox à Moyſe reprehenſus eſt. [*quid tibi*, inquit, *fecit hic populus, vt induceres ſuper eum peccatum maximum g?*] [aduersùs Aaron quoque (ait idem Moyſes,) vehementer iratus Dominus voluit eum conterere, & pro illo ſimiliter deprecatus ſum *h*.]

g v. 21.

h Deut. 9. v. 20.

Peccauit autem populus grauiſſimè, primáque vltio de eo ſumpta, fuit tabularum confractio, ſecunda, ipſius vituli vſque ad puluerem contritio, quem Moyſes ſparſit in aquas, quæ ex petra Horeb, iugi miraculo, defluebant; cúmque aliam potandam non haberent, fecit vt ſuum ipſi vitulum, vel inuiti ebiberent. Obſeruant aliqui *i*, hoc ad examen & manifeſtationem reorum pertinuiſſe, ne temerè mox à Leuitis, innoxij pro noxiis occiderentur, ſed ſigno aliquo externo dignoſcerentur: referunt autem *k*; aquas illas, inflationem reis & languorem intuliſſe: alio indicio, proditos reos habet Rupertus *l*. Et hoc pacto, inquit, qui auctores fuerunt ſceleris: aureis prominentibus labiis, publicati vel deprehenſi; ita demùm percuſſoribus de porta vſque ad portam per medium caſtrorum euntibus & redeuntibus, non indiſcretè cæſi, ſed cum iudicio fuerint puniti, qui ex potione, colore vel ægritudine notati, vel ipſo adhuc tripudantium ornatu geſtientes, vel temulentia madidi erant. Hauſit quoque aquam Aaron, vt putat Abulenſis, ſed ſibi reo licet innoxiam: quia enim ad ſummum Pontificatum erat deſtinatus, voluit eum Dominus ſola fratris obiurgatione, & priuato animi dolore caſtigari; maximè cùm eum populus noxium non crederet, qui inuitus, motúque impulſus deliquiſſet. Et hæc ſatis de nefando vitulo, quem ſacrilega excogitauit impietas; timiditas ignaua conflauit, diuinis honoribus affecit temulentia; & Zelus diuinæ gloriæ redegit in puluerem.

i Lyran. & Abulen. in Exod.

k Ex Abul. Esra & Salomon.

l Lib. 4. in Exod. c. 24.

OBSER

OBSERVATIO XXXVIII.

Quod, & quale fuerit tranſlatum illud extra caſtra, Moyſis, ſeu fœderis Tabernaculum?

DE hoc fusè Interpretes, maximè Abulenſis, cum quo, dico breuiter non fuiſſe hoc nouum quoddam ac recens caciatum Tabernaculum, id enim non extructum, ſed tranſlatum, iuſſu Moyſis, Scriptura affirmat; nec fuit etiam tabernaculum, ſeu tentorium, more aliorum, in quo ipſe Moyſes cum vniuerſa familia degere conſueuerat, & ex quo identidem ad illud extra caſtra proficiſcebatur, non enim opus fuiſſet alium quæri cuſtodem; cùm vxor, liberique illud vtique cuſtodiiſſent, abſque miniſterio Ioſuë: multò minùs fuit magnum illud Tabernaculum ea Diuina deſcriptione à Bezeleel & Ooliab conſtructum, nondum enim de eo conſtruendo, verba fecerat ad populum, quòd rem totam vituli idololatria diſtuliſſet. Fit ergò quóddam tabernaculum priuatis Moyſis precibus, Diuiniſque colloquiis, ſeorſim à familia, deſtinatum. (Exigunt enim huiuſmodi exercitationes ſpiritus, ſolitudinem ac ſilentium.) Vel potiùs tabernaculum communibus ac publicis populi deprecationibus dicatum, in quod Seniores populi conueniunt ad conſultandum de publicis negotiis, iuxta illud, *Et omnis populus qui habebat aliquam quæſtionem egrediebatur ad Tabernaculum fœderis, extra caſtra.* Vis Hebræi, Græcique textus habet, omnes qui quærere, aut conſulere vellent Dominum, eò ſe contuliſſe; pro conſuetudine videlicet iam ab egreſſu ex Ægypto vſurpata. Suffragatur vocabulum ipſum, vocatur quippe in Editione Vulgata, Tabernaculum fœderis, id eſt, in quo fœdus inibatur cum Deo, reconciliatis cum eo peccatoribus. Hebræi fontes habent conuentionis, ſiue conuentus, quòd eò populus, quaſi in locum ſacrum conueniret, quem Ioſuë miniſter Moyſis, quaſi ædituus obſeruabat. Hoc ergò Tabernaculum fuit in quo Aaron manna reſeruandum poſuit coram Domino *a*, & Moyſes tabulas legis in arcula, dùm Bezeleel alteram magnificentiſſimam conſtrueret, & in quo Iethro obtulit holocauſta, & cum cognato ſuo comedit coram Deo *b*; in quo Moyſes Dei leges, ac præcepta dabat populo, eiuſque ad Deum deferebat petitiones, ac poſteà Dei reſponſa referebat populo; vbi Deus cum Moyſe facie ad faciem loquebatur, ſicut ſolet homo loqui ad amicum; in quod denique ſicut poſteà in maius illud & auguſtius Tabernaculum nubes inſidebat, abductum à caſtris huiuſmodi tabernaculum bis mille cubitis Thalmudici Rabini arbitrantur.

a Exod. 16. v.33.

b c.18.v.12.

OBSERVATIO XXXIX.

De triplici Moyſis quadrageſima, ſeu quadragena mora in monte.

TRes dierum quadragenas Moyſem in monte ſubinde egiſſe, tenet vniuerſa Hebræorum Schola *c*: ſubſcribunt Hugo Cardinalis, & Caietanus *d*, aliique non pauci *e*, & comprobatur, maximè ex libro Exodi, qui ſecundùm ipſam geſtarum rerum ſeriem contextus eſt. In eo namque ponuntur, primùm 40. dies, quibus à promulgata diuinitùs lege, cum Domino manet Moyſes, à quo & tabulas accepit plurimaque de tabernaculo mandata à cap. 24. Exodi, ad 32. quando quadrageſima die deſcendit de monte cum tabulis, quas ad radicem eiuſdem montis confregit, & idololatras cœdi iuſſit.

c in Seder. Olam.

d in cap. 10. Exod.

e Genebr. Adrich.

Quod ſpectat ad ſecundam quadrageſimam, dicitur eodem 32. Capite [*Facto autem altero die, locutus eſt Moyſes ad populum: peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominum, ſi quomodo quiuero eum deprecari pro ſcelere veſtro*:] Neque enim omnes ſceleris rei perempti ſunt, ſed præcipui auctores impietatis. Poſtridiè ergò à confracto vitulo, cæſiſque idololatris, reuerſus eſt Moyſes ad Dominum, vt veniam populo impetraret, quò pertinet finis 32. Capitis Exodi, ad caput 33. in quo quia tempus moræ prætermiſerat, illud in Deuter. ſicut & alia pleraque ſuppleuit, [*iacui*, inquit, *coram Domino 40. diebus ac noctibus quibus eum ſuppliciter deprecabar, ne deleret vos, vt fuerat comminatus f*,] & iterùm [*Ego autem ſteti in monte ſicut priùs 40. diebus ac noctibus, exaudiuitque me Dominus etiam hac vice, & te perdere noluit g*.] Patet ergò ea Scriptura ſecunda hæc 40. dierum in monte mora, quæ initium ducat à 18. die quarti menſis, & 28. quinti terminetur.

f Deut. 9. v.25.

g c.10. v.10.

Demùm quod attinet ad tertiam, ſeu vltimam quadrageſimam, Exod. 34. iubet Dominus parari à Moyſe duas tabulas, ſimiles prioribus, ſtatimque ad montem adſcendere; quod ille continuò executus eſt: eodemque Capite v. 28. dicitur. Fuit ergò ibi cum Domino quadraginta dies & quadraginta noctes. Sicut autem toto illo trium quadrageſimarum tempore, nihil manducauit, aut bibit, Deo vim & actionem caloris naturalis ſuſpendente, ne natiuum humorem conſumeret, ita & credibile eſt, nullo eum ſomno oppreſſum fuiſſe, qui maximè ob cibi digeſtionem requiritur, Deo non permittente corporis vigorem ac vires, iugi illa mentis contentione diſſipari.

At inquies, quo tempore, contigerunt illa quæ prædicto Cap. 33. Exodi continentur? de ornatu à populo, ex iuſſu Dei, depoſito in ſignum luctus & pœnitentiæ: de Moyſe tollente tabernaculum ſuum, & procul extra caſtra illud tendente. Plurimum vtique temporis exigunt res, illis verbis

enattatæ. Reſpondeo ea per quamdam, quaſi parenthefim, aur digreſſionem dici, ex oeeaſione quam dedit Doioinus alloquendo Moyſem, iubendoque vt populus in ſignum pœnitentiæ ornatum deponeret, quod contigit poſt ſecundum Moyſis è monte deſcenſum, ſen ſecundam quadrageſimam, vt ootar Abulenſis, qui huius ornatus nomine veſtes inrelligit pretioſiores; ea enim accepta occaſione, narrauit Moyſes quomodo populus ornatum depoſuerit, & quo ſe modo intercà geſſerit ipſe cum populo.

Quod autem ſubdit idem Moyſes de tranſlato Tabernaculo extra caſtra, id videtur contigiſſe poſt tertium è monte deſcenſum, tertiámve quadrageſimam, oempè ad cohibendam populi audaciam; ſic enim manebat quaſi inrerdictus ſactis, & communione ptiuatus. Ea verò quæ de eodem Tabetnaeulo illo, in quo excubabat Ioſuë dicuntur, pertinent ad totum illud tempus, quo magnum Tabetnaculum fœderis, totúſque apparatus Sanctuarij, poſterioribus huius anni menſibus, exſtruebatur. Similem habes digreſſioneo in Denteronomiu *a*, vbi inter confractas tabulas, & orationem quâ iaeuit coram Domino, vt veniam populo impetrarer, inſerit propter materiæ ſimilitudinem, ea quæ aliis in locis, maximè verò in Cadesbarne poſteà contigerunt.

c.9. v.23. 5.24.25.

OBSERVATIO XL.

De igne perpetuo, quo in ſacrificiis Sacerdotes vtebantur.

IGnis iſte à Deo de cœlo darus, qui primum illud quod Aaron obrulit in deſerto conſumpſit ſacrificium *b*, debuit perpetuò nutriti à Sacerdotibus in altari, ne vnquam deficeret *c*; nec alio quàm ipſo ad ſacrificia vti potuere Sacerdotes. Ideò namque Nadab & Abiu primogeniti Aaron, ſacro igui conſumpti ſunt, quòd alieno vſi fuiſſent *d*. De hoc igne prælatè Philo ait, vulgatis ignis tanquam contaminatus, ablegatus fuit ab altari ſanctiſſimo; & pro eo alter demiſſus eœleſti ex æthere, vt eſſet diſcrimen ioter ſancta & prophana, humana & diuina *f*. Ignis ille ſacer *g* à ſecundo anno exitus Iſraël de Ægypto, quo datus eſt, conſeruatus fuit in altari holocauſtorum vſque ad rempus captiuitaris Babylonicæ: tunc enim eùm in Perſidem ducerentur patres noſtri, ait Autot libri 2. Machab *h*. Sacetdotes qui tunc cultores Dei eraot, acceptum ignem de altari oeeultè, abſconderunt in valle vbi erat puteus altus & ſiccus, & in eo contutati ſunt eum, ita vt omnibus igoorus eſſet locus. Cùm autem prætetiiſſent anni multi, & placuir Deo vt mitteretur Nehemias à Rege Perſidis nepores Sacerdotum illorum qui abſconderant, miſit ad requirendum ignem, & ſicut narrauerunt nobis, non inuenerunt ignem, ſed aquam craſſam; & iuſſit eos haurire & affetre ſibi, & ſacrificia quæ impoſita erant, iuſſit Sacerdos Nehemias aſpergi ipſa aqua, & ligna, & quæ erant ſuperpoſita. Vtque hoc factum eſt, & tempns adfuit quo ſol refulſit, qui priùs erat in nubilo, accenſus eſt ignis magnus, ita vt omnes mitarentur. Hæc ille. Porrò diem illum, quo ignis hic diuinitùs accenſus eſt, habuerunt deinceps Iudæi ſolemnem, & dies dati ignis appellatus eſt, eoque igne (qui ſicut & prior, perpetuò enutritus eſt) poſteà in ſecundo templo, in ſacrificiis vſi ſunt.

Leuit. 9. v. 24. c.6.v.13. c.10.v.2. Philo de ita Moyſis. c.6.v.13. c.1.v.19.& 9

OBSERVATIO XLI.

De cauſa animaduerſionis Nadab & Abiu filiorum Aaronis.

CAuſam tam ſeueræ animaduerſionis, pluribus in locis prodit Scriptura *i*, nempe oblationem iguis alieni ſeu prophani, illius ſcilicet, quo in attio Sanctuarij carnes eoquebantur; cùm ex præcepto Dei, igne ſacro ac cælitùs dato, ex altari holocauſtorum vti debuiſſent. Huius criminis cauſam, Rabbi Simeon ait, fuiſſe *k* vinolentiam: Cùm enim Nadab & Abiu laxiùs bibiſſent, quo igne vti deberent minimè obſeruarunt; quod ſuadetur ex illis verbis Scripturæ (*arreptis thuribulis*) prior enim particula, irreligioſum & indiſeretum indicat impetum, qualis ex calote vini ſolet erumpere. Idipſum confirmatur, ex eo quòd proximè ab iſta clade prohibuit Deus, etiam mortis pœnâ propoſitâ, ne Pontifex, aliive Sacerdotes cùm ingreſſuri eſſent Tabernaculum teſtimonij, vinum, aut quidquid aliud inebriare poteſt, in potum acciperent; verum hanc illorum Sacetdotum violentiam ſuſpectam facit id quod Moyſes in Deuteronomio *l* vniuerſis Iſraëlitis dicit, eos 40. annis vinum & ſicetam non bibiſſe; quod ibidem confirmat Auguſtinus *m*. Plures alias cauſas alij ingerunt Rabini.

i Leuit. 10. & 16. Num. 3.v.4. & 16. v.6. *k* ita Lyrao. *l* c.29.v 6. *m* qu. 51.

Credidi vnam tantum, tam ſeueræ animaduerſionis cauſam fuiſſe, eámque ſolam quam Scriptura obſeruat, nempe quòd ignem ſactum ex altari holocauſtorum non acceperint, ad adolendum eotam Domino incenſum in altari thymiamatis, idque vel ex imprudentia, qualis ſolet contingere iis qui in aliquo munere obeundo noui ſunt, vel ex obliuione præcepti, vel fortè ex aliqua præſumptione aut contemptu, rati perinde eſſe quonis igne vterentur. Ita Abulenſis *n*, qui putat eos igne ex altari holoeauſtorum egreſſo occiſos, inter id altare & oſtium Tabernaculi corroiſſe, aotequàm offerrent incenſum. At Scriptura apertè indicat, id dum reuerà offerrent contigiſſe, cum ait, [*Poſuerunt ignem & incenſum deſuper, offerentes coram Domino ignem alienum, egreſſuſque ignis a Domino deuorauit eos, & mortui ſunt coram Domino o.*] Ex ipſo namque altari thymiamatis ante quod adolebant incenſum, vltor ille ignis erupit, & infractis veſtibus, puniuit ſacrilegium, non modo inchoatum, ſed opere

n quæſt. 4. in 10. Leuit. *o* Leuit. 10. v. 2.

perpetratus Caietanus putat hunc ignem, ſicut & illum ſacrum holocauſta conſumpſit, egreſſum è propitiatorio.

Porò illâ Nadab & Abiu animaduerſione, quæ humano iudicio, videri poſſet ſeuerior, voluit Deus palam facere quantæ curæ ſibi ſit, vt quæ ad ſacrum pertinent cultum, rite religioséque obeantur. Primogenitos Summi Sacerdotis diuinitùs ad Sacerdotium deſtinatos, totiſque iam ſeptem diebus Deo ritè conſecratos, viros dignos à Deo habitos, qui nominatim ab ipſo euocarentur in montem ſanctum, in quo viſionis diuinæ fierent participes, ſubita mors abſumpſit; abſumpſit inquam, ipſo primo miniſterij ſui die, & ob culpam in hoc genere primam, & humano iudicio leuem: nec tamen probabile eſt, quòd ob eam perierint morte ſecundâ, eluendo enim illi peccato, prima vtique videtur feciſſe ſatis.

OBSERVATIO XLII.

De Anno Sabbatico, & Iubilæo, & quando cæperint.

ANnus in lege Moſaïca dicitur Sabbaticus, quia ſicut Deus ſex diebus operatus eſt cùm mundum condidit, & ſeptima ſeu Sabbato; [*requieuit ab vniuerſo opere quod patrarat a*,] ſic voluit vt Iudæi ſex annis colerent terram, & ſeptimo ab omni prorſus cultura ceſſarent: dicebatur etiam annus ille ſeptimus, ſeu Sabbaticus, annus remiſſionis, quia eo anno, omnium debitorum fiebat remiſſio, putà ſi debitor genere Hebræus eſſet, minimè verò ſi peregrinus, aut gentilis, aut etiam proſelytus *b*. Item ſi debitum eſſet ex mutuo, aut ex vendito, non autem ex commodato; hoc enim propriè non eſt debitum ſed alienum, ſeu res ad alterum ſpectans *c*. Eo quoque anno fiebat remiſſio ſeruitutis; ſerui enim Hebræi manu mittebantur *d*, minimè verò alienigenæ, qui perpetuò manebant ſerui *e*, de hoc anno dicit Moyſes Iudæis. [*Quando ingreſſi fueritis terram quam ego dabo vobis, ſabbatizes Sabbatum Domini, ſex annis ſeres agrum tuum, & ſex annis putabis vineam tuam, colligeſque fructus eius, ſeptimo autem anno Sabbatum erit terræ requietionis Domini f.*] Voluit Deus vt ſeptimo quoque anno terra requieſceret, vt poſt quietem vnius anni quaſi reſumpto vigore fieret deinceps feracior, & vt pauperes ſeptimo anno gauderent fructibus agri qui ſpontè naſcebantur *g*. Hoc anno Sabbatico debebat à Sacerdotibus publicè legi coram omni populo Deuteronomium *h*.

a Gen. 2. v. 2.
b Deut. 14. v. 3.
c ita Abul.
d Exod. 21. v. 2.
e Leuit. 25. v. 46.
f Leuit. 25. v. 2. 3. 4.
g Exod. 23. v. 11. Leuit. 25. v. 5.
h Deut. 31. v. 10.

Quod ſpectat ad Annum Iubilæum. Annus iſte Iubilæus erat etiam annus remiſſionis; de illo dicit Moyſes. [*i Sanctificabis annum quinquageſimum, & vocabis remiſſionem cunctis habitatoribus terræ tuæ, ipſe enim eſt Iubilæus.*] Anni Iubilæi erant tria priuilegia; primum, quòd in eo ſicut & in Sabbatico, remittebantur omnia debita. Secundum, quod in eo ſerui manumittebantur, & libetius quàm in Sabbatico: nam ſerui qui in Sabbatico ob legitimam cauſam fuerant retenti, in Iubilæo fiebant omnino liberi. Tertium, idque Iubilæi proprium, quod in eo autæ poſſeſſiones quæ venditæ erant & alienatæ, redibant ad priſtinos, eorúmve legitimos hæredes, ſine vllo pretio aut compenſatione, quo vtique conſultum fuit pauperibus, ne ipſi perpetuò à bonis paternis excluderentur, ſed aliquando ab omnibus debitis, æréque alieno liberi, ad priſtinas redirent poſſeſſiones. Et hic Hebræorum Iubilæus typus fuit Iubilæi Chriſtianorum; in quo per Chriſtum liberamur ab omni ſeruitute Diaboli, & in perfectam filiorum Dei adſcribimur libertatem.

i Leuit. 25. v. 10.

Diſputant Auctores vnde primum ſumpſerint initium anni illi Sabbatici & Iubilæi: de menſe & die non eſt quæſtio: patet enim ex Scriptura annos illos decimo die menſis ſeptimi Tiſri inchoatos, vt dicitur in Leuitico. [*Clanges buccina menſe ſeptimo, decimo die menſis propitiationis tempore k.*] Id eſt feſto expiationis. Difficultas eſt de anno; quo ſcilicet anno ab ingreſſu filiorum Iſraël, Duce Ioſuë, in terram Chanaan, cœperint anni illi Sabbatici & Iubilæi.

k c. 25. v. 9.

Aliqui *l* volunt eos cæpiſſe à ſeptimo anno Ioſuë, ſeu à partitione terræ ſanctæ tunc plenè completa; alij à decimoquarto; alij aliunde. Crediderim ego illos cæpiſſe ab Autumno alterius anni, quo Iſraëlitæ, Duce Ioſuë, terram ſanctam ingreſſi eam colere cæperunt; ac ſerere potuerunt: nam in Leuitico, Deus exprimit tempus iſtius ingreſſus tanquam initium anni Sabbatici, dum ait Moyſi. [*Loquere filiis Iſraël quando ingreſſi fuerint terram quam ego dabo vobis. Sabbatizes Sabbatum Domino, ſex annis ſeres agrum tuum, ſeptimo autem anno Sabbatum erit terræ l.*] Hæc de anno Sabbatico. Mox de Iubilæo ſubdit, [*numerabis tibi*] vtique ab eodem primo in terram ingreſſu, [*Septem Hebdomadas annorum, id eſt, ſepties ſeptem, quæ ſimul faciunt annos 49.*] quibus finitis, [*Et clanges buccina menſe ſeptimo, decima die menſis in vniuerſa terra veſtra, ſanctificabiſque annum quinquageſimum, ipſe eſt enim Iubilæus m.*] Et ſanè nulla erat ratio diutiùs rem differendi, nam prima ab illo ingreſſu æſtate deuicti iam erant à Ioſuë Chananæi, & Reges regnis, vitáque orbati *n*; & vrbes, pagos, ac terras eorum iam occuparant Iſraëlitæ: agros ſaltem in communi conſerebant, vites putabant iis locis in quibus ſuas, tam cis, quàm vltra Iordanem, colonias collocarant cum vxoribus, liberis, & ſeruis, per quos poterant hæc commodè præſtare; dum reliqui bellum armati proſequerentur: alioquin vndenam victum ſibi paraſſent fuſis iam Chananæis, totáque eorum terrâ ſeptentrionali, vſque ad Libanum poſſeſſâ? Equidem quod ſpectat ad initium primi anni Sabbatici; cum certum ſit, Annorum Sabbaticorum (poſtquam ſemel ex Moyſis præcepto, Ioſuéque inſtituto, curſum ſuum habuerunt) ſeriem, dum in terra Chanaan morati ſunt Iudæi, minimè fuiſſe interruptam, de hoc enim dubitare foret temerarium: multúmque probabile ſit, Iudæis exciſa Hieruſalem, in Babyloniam tranſportatis, perpetuum annorum Sabbati-

l Scaliger de Emend. temp.
l Leuit. 25. v. 2.
m v. 8. 9. 10.
n Ioſuë 9. & 10.

corum ordinem, aut ſaltem conſtantem memoriam apud eos ſemper extitiſſe. Primus annus Sabbaticus, nonniſi per comparationem ad reliquos qui deinceps conſecuti ſunt, tutius inueſtigari, ac certius definiri poteſt. Duo autem ſunt anni Sabbatici poſt captiuitatem Babylonicam, de quibus vel ex Scriptura, vel Ioſepho, liquidò conſtat. Prior eſt is quo Antiochus Eupator Epiphanis filius Ieroſolymam obſedit, qui concurrit cum poſteriori, ſemeſtri anni Græcorum 149. & cum priori 150. *a* & Periodi Iulianæ 4550. & mũdi iuxta calculum noſtrum 3784. & ante Chriſtum 164. ait enim Scriptura [*eſca autem non erant in ciuitate, eò quòd ſeptimus annus eſſet b.*] Alter Sabbaticus ex Ioſepho *c*, eſt ille quo Simon generi ſui Ptolemæi inſidiis in caſtello Dog proditoriè occiſus eſt, qui eſt annus Græcorum 177. *d* Periodi Iulianæ 4578. & mundi 3812. ſi ergo per comparationem ad iſtos, primus annus Sabbaticus inueſtigandus ſit, non incongruè inchoabitur ab ipſo anno ſequenti quo filij Iſraël, Duce Ioſuë, ingreſſi ſunt terram promiſſionis; ab hoc enim ad illos, in noſtro ſaltem calculo, recta ſerie, gradatim peruenitur.

a 1. Machab. 6. v. 20.
b v. 57.
c 13. antiq. 16.
d 1. Machab. 16. v. 14.

Quod autem ſpectat ad initium primi anni Iubilæi, cum nulla de celebratione annorum Iubilæorum in ſacris hiſtoriis, vel apud Ioſephum extat memoria, difficillimæ quæſtioni relictus eſt locus quomodo annus Iubilæus eſſet quinquageſimus: circa quod certatur à Chronologis: vtrum nempe eſſet quinquageſimus, ita vt annus Iubilæus præcedens deberet numerari tamquam primus numeri quinquaginta annorum, & ſic omnis annus Iubilæus eſſet idem cum ſeptimo quoque anno Sabbatico; & Iubilæus eſſet quinquageſimus incluſis ambobus terminis, nempe priore Iubilæo, vtrnque Sabbatico ſeptimo, quemadmodum nonnulli volunt: aut ſicut communiter in contrarium aſſerunt Doctores *e*, ita vt annus Iubilæus non eſſet idem cum Sabbatico ſeptimo, ſed anni quinquaginta inciperent numerari à primo anno poſt præcedentem annum Iubilæum, & finitis ſeptem Hebdomadibus annorum, quæ faciunt 49. annos, annus ſequens ſuccedenſque immediatè ſeptimo Sabbatico eſſet quinquageſimus, & Iubilæus. Hæc vltima ſententia probabilior eſt, illi enim fauet & pro illa militat Scriptura: primò quia poſtquam ſeptem Hebdomadas annorum, id eſt quadraginta & nouem annos numerari iuſſit, ſubinde ambiguitati conſulens, dicit quinquageſimum annum eſſe Iubilæum; quinquageſimus autem eſſe non potuit niſi is qui proximè ſubſecutus eſt annos illos quadraginta nouem, ſeu Sabbaticum ſeptimum. Neque poſteà ſecundus annus Iubilæus, quinquageſimus ritè dici potuit, niſi hi quinquaginta anni incluſiuè numerari cœperint ab eo qui primum Iubilæum immediatè ſubſecutus eſt, & ita deinceps: adeo vt quilibet Iubilæus ſeptimus cum quinquageſimo quoque Sabbatico ſemper concurreret. Secundò poſtquàm quoniis in Sabbatico quietos ab agrorum cultura Iudæos eſſe iuſſit Dominos, poſteà de Iubilæo velut nouam ſanctionem edixit, [*non ſeretis neque metetis*] quod mandatum ſuperuacuè repeteretur, ſi nihil à ſeptimo quoque Sabbatico Iubilæus diſcreparet.

e Hug. Card. Scaliger.

Quod ad horum annorum cultum attinet, conſtat ex iterata ſuper ea re querela Prophetarum, illum ſæpè a pluribus nequaquàm fuiſſe obſeruatum, ſiue ob auaritiam potentiorum, agris quietem, ſeruis libertatem, pauperibus fruges ſpontè natas concedi non ferentium; ſiue ob legis contemptum, cùm ſubinde ad idola a vero Deo deficerent; ſiue ob bella crebráſque ſub vicinis populis ſeruitutes, captiuitates, exſilia, aliaque quæ vltore numine patiebantur. Illorum tamen annorum aliqualis religio viguit apud aliquos vſque ad Chriſtum, & vt ita dicam, in gratiam Chriſti: cum enim conſtaret eum de Tribu Iuda & familia Dauidis naſciturum, niſi per annos Iubilæos, poſſeſſiones ad priſtinos dominos rediiſſent; Tribuum vtique & familiarum poſſeſſiones fuiſſent confuſæ, nec probè ſciri potuiſſet quæ ad Iudam aut Dauidem pertinuiſſent; poſt aduentum verò Chriſti, quia tota illa diſtinctio fuit ſuperflua, ideò in lege noua antiquata eſt.

OBSERVATIO XLIII.

De incenſione, datiſque Coturnicibus ad Sepulchra concupiſcentiæ.

DVm poſt vnius ferè anni veternoſam populi in deſerto Sinaï quietem, triduò iter fieret versùs deſertum Pharan, exortum eſt murmur populi, quaſi dolentium præ labore contra Dominum *f*, qui ſcilicet populi ductor erat in nube, etſi hic vnius tantùm diei eſſet labor, iſque de more ad cibum capiendum alleuiatus. In huius vltionem ignauiæ accenſus eſt ignis Domini à Domino, nempè vt aiunt Hebræi, vel cœlitùs emiſſus, vel à terra excitatus vt vult Abulenſis, qui deuorauit extremam partem caſtrorum, eos ſcilicet qui tædio itineris è ſingulis tribubus ſubſtiterant, alioſque perſequens & ſtans à tergo accelerare iter cogebat.

f Num. 11. v. 1.

Triduo tranſacto ſubſtitit columna nubis, & ex fronte caſtrorum in medium agmen cum arca regreſſa ſignum vniuerſo populo caſtrametandi dedit, in loco qui ab euentu poſteà dictus eſt *Sepulcra concupiſcentiæ*: vix enim proximæ caſtigationis extincta erat flamma, cùm ſeditioſus populus, ac peruicax, ad conſueta murmura contra Deum & Moyſem conuerſus ait. [*Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? recordamur piſcium quos comedebamus in Ægypto gratis, in mentem nobis veniunt cucumeres & pepones, porrique & cepe & allia, anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi Man a.*] Facta autem à Deo promiſſione de largiendis affatim populo carnibus, [*Ventus egreſſus à Domino, arreptas tranſmare coturnices detulit, & demiſit in caſtra, itinere quantum vno die confici poteſt ex omni parte caſtrorum per circuitum b.*]

a v. 4. 5. & 6.
b v. 31.

Fuit autem ventus ille Africus, teſte Pſalmiſta, dum ait: [*tranſtulit auſtrum de cœlo.*] tunc ſcilicet flantem [*& induxit in virtute ſua Africum*;] ſi vlteriùs flaſſet Auſter, intuliſſet coturnices in mare mediterraneum, ſed Africus inter Auſtrum & Zephyrum medius. eas partim ex Africa, partim ex interiectis inſulis collectas, rectè deferebat in Arabiæ deſertum.

Pſ.77. v.26.

In Hebræis, Græcis, Chaldæiſque codicibus dicitur, coturnices eductas è mari, vel deuectas è mari, innuit fortè Scriptura, ea aqua diuinitus productas tunc coturnices, vt olim quinto creationis die, cuncta volatilia. Huic fauet expoſitioni immenſa ac penè incredibilis harum auicularum copia, quantum vix aliàs fortaſsè totus orbis terrarum ſimul habuit. Ait enim Moyſes, coturnices non ſolum demiſſas in caſtra, fatigatas ſcilicet & à vento derelictas ne longiùs auferrentur, ſed vndequaque in circuitu caſtrorum, itinere vnius diei diffuſas adeò vt quacunque parte caſtrorum quis iter faceret, ſpatio vnius diei, conferta coturnicum agmina offenderet. Immenſitatem quoque delicioſi, captuque facilis huius aucupij expreſſit Dauid, cùm has auiculas, pluuiæ guttis, & pulueri terræ, & arenæ maris comparat; dicens [*& pluit ſuper eos, ſicut puluerem carnes, & ſicut arenam maris volatilia pennata b.*] Nec ſolùm improbi qui carnes flagitarant, coturnicibus ſeſe ingurgitarunt, ſed etiam boni iis impunè vſi ſunt. Illud enim peccatum hominum fuit, hæc Dei liberalitas, & cùm alterum ab altero ſeiunctum ſit, potuerunt boni cum malis cibo communicare, non culpæ. In cuius rei ſignum, cùm omnes cibi participes fuerint, non tamen omnes ac ſinguli, inflictæ pœnæ: Auſim dicere, quòd nec mali, iis vt à Deo liberaliter datis ſobriè vtendo, peccauerint; licèt peccaſſent poſtulando.

b v.27.

Qualis autem fuerit illa plaga, quodve genus mortis quo interiere viginti tria millia, non explicat Moyſes; ſubindicatur tamen eos crapulâ periiſſe, datæ ſunt enim coturnices ad menſem integrum, donec verterentur in nauſeam c, & ab ingurgitatis per os nareſque eructarentur. Sanè iuſtum erat, vt per quæ peccauerant, per hæc & punirentur. Accedit nomen loco illi inditum, *ſepulchra concupiſcentiæ*, ſiue guloſorum, quorum ſcilicet gula punita fuerit, pœna guloſis debita: ſic (*ager robuſtorum d*) dictus eſt, in quo duodecim vtrinque robuſti milites, ſingulari certamine, more robuſtorum, defixo gladio in latus aduerſarij ſimul ceciderant.

c Num.11. v.20.

d 2. Reg.2. v.16.

OBSERVATIO XLIV.

De murmuratione Mariæ & Aaron, contra Moyſem fratrem.

L*Ocutaque eſt Maria & Aaron contra Moyſen*) ait Moyſes e, vbi copula illa, *que*, huic Capiti 12. dans initium, innuere videtur aliquam cum præcedentibus obtrectationibus culpæ ſimilitudinem; quaſi diceret, oblocutus eſt populus contra Moyſem, oblocuta eſt & Maria & Aaron, vt patientia mitiſſimi Moyſis domi, foriſque tentata, magis magiſque clareſceret. Huius occaſio obtrectationis fuit vxor Moyſis Æthiopiſſa, Sephora ſcilicet Madianitis, (nam terram Madian, Æthiopiam quoque dictam conſentiunt interpretes) minimè verò illa Æthiopiæ regina, quam Ioſephus, poſt expeditionem Æthiopicam, à Moyſe dum adhuc moraretur in aula Pharaonis ductam excogitauit. Delirant Rabini dum iurgij huius domeſtici inter ſororem, vxorémque Moyſis, occaſiones aſſignant, quæ nec Scripturæ, nec pudori conſentaneæ ſunt.

e Num.12. v.1.

Dicam ex Abulenſi cùm populus in Hazeroth decima quarta manſione ſubſtitiſſet, contigit vt abſente Moyſe, Maria, & Sephora, & Aaron inter ſe colloquerentur, & Sephora maritum ſuum Aaroni, ſeipſam Mariæ, muliebri quadam vanitate, anteferret, & in cauſæ ſuæ gratiam proferret quòd vir ſuus maximus eſſet Propheta, cui Deus loqueretur facie ad faciem. His laceſſita Maria, Aarónque, vt Sephoram ſuperbientem deprimerent, dixerunt, num per ſolum Moyſem locutus eſt Dominus? nonne & nobis ſimiliter eſt locutus? maiore in culpa fuiſſe Mariam, eoque Aaronem leuiter obſtrictum ſuadetur; tùm ex eo quòd illa in iurgio Sephoram contempſerit, & per contumeliam, Æthiopiſſam alienam ſcilicet à populo Dei appellarit; tum ex pœna quâ ipſa ſola eſt affecta; cùm Aaron leuiori tantùm fuerit reprehenſione à Deo perſtrictus. Crediderim, quòd Aaron vir maturus, vt grandæuus, ſummuſque Pontifex, illa quoque verba protulerit, vt iis Sephorâ caſtigatâ, ſororem animo ægram ſubleuaret: quidquid ſit, cauſam mitiſſimi Moyſis ſuſcipiens Deus, Mariam perfudit lepra, ſed ad preces Moyſis ſanata eſt. Putant aliqui eam mox ſanatam, & nihilominus ab aliorum conſortio ſeparatam, iuxta id quod præſcribitur, g vt qui à lepra mondatus eſt, maneat adhuc 7. diebus extra tabernaculum ſuum: communior tamen, veriorque ſententia h eſt Mariam non ante ſeptimum diem fuiſſe ſanatam; & fauet ratio; id enim conducebat, non ſolum ad Mariæ faſtum deinceps comprimendum, cum ea labes nullomodo poſſit celari, vtporè omnium oculis ſeptiduò expoſita, ſed etiam vt populus ipſe in ſuo erga Moyſem contineretur officio, cum cerneret culpam in eum admiſſam, in ſorore, eáque Propheriſſa, turpi leprâ caſtigatam. Sanè cum Maria hinc legiſlatoris ac Principis populi, inde ſummi ſacrorum Antiſtitis ſoror, fœdo per 7. dies maculata ſit ſupplicio, id inſtar communis caſtigationis fuit in populo, ne facilè in ſolitas obtrectationes & murmura proſiliret. Quòd ſpectat ad legis ceremoniam circa curationem leproſi, in cauſa Mariæ, iuſſio Dei inſtar omnium ceremoniarum fuit, vt docet Abulenſis i.

g Leuit.14.

h Hieron. Abul.

i q.44.

OBSER

OBSERVATIO XLV.

De virgis repoſitis cum virga Aaron coram Domino.

INcerti ſunt harum virgarum & numerus, & locus in quo repoſitæ ſunt. Quoad numerum, virgam Aaron duodecimam nominant Philo & Eugubinus: verùm vt notat Abulenſis, etſi tribus Leui non numeraretur vbi de hereditate terræ ſanctæ, aut re militari agebatur, quia neque ipſius erat militia, neque aliam à Deo habebat hereditatem: vbi tamen de Sacerdotio erat contentio, prima omnium veniebat in numerum; nec ratio eſt cur vlla reliquarum tribuum fuerit prætermiſſa. Neque Hebraïca, aliæve lectiones ei quam profert Editio Vulgata, aduerſantur numero: non enim habent virgam Aaron fuiſſe vnam de duodecim, ſed fuiſſe in medio earum, ita vt ſex virgæ eſſent ex vna parte eius, & totidem ex altera, vt ait Lyranus.

Nec locus etiam in quo virgæ reponendæ erant, dubitatione caret; an ſcilicet collocatæ ſint ante Arcam intrà Sancta ſanctorum, an extra velum, è regione tamen Arcæ vbi erat altare thymiamatis, vtrouis enim in loco fuiſſent coram Domino & in tabernaculo fœderis; Ioſephus *a* autem dubiam reliquit: Abulenſis & Caietanus repoſitas volunt intra Sancta ſanctorum, & fauet ratio, quia ibi plurimùm poſitæ fuerunt virgæ illæ quo poſtmodùm cælata virga Aaron: [*refer, inquit Dominus virgam Aaron in tabernaculum teſtimonij*] atqui hæc poſita fuit intra velum in ſancta Sanctorum, vt patet ex Apoſtolo *b*; ſanè quia hæc virga deinceps manſura erat in ſignum & teſtimonium electi generis Aaron in Sacerdotium, crediderim cum Abul. eam virgam perpetuò viridem cum foliis, fructibúſque permanſiſſe, vt eſſet ſolidum, perpetuumque teſtimonium: ſi enim poſteà foliis, fructibuſque emarcuiſſet, eam vllo vnquam miraculo, fructus floréſve protuliſſe, negare potuiſſet infida poſteritas.

a …l.4. Antiq. …4.

b Hebr.9. …4.

OBSERVATIO XLVI.

Quale fuerit ad aquas contradictionis Moyſis peccatum?

DIxerat Dominus Moyſi, [*Tolle virgam & congrega populum, tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas c*] norat Caietanus hanc eamdem eſſe virgam, quâ tot mirabilia ediderat in Ægypto, quaque petra Horeb olim percuſſa dederat aquas, quibus vniuerſus populus in Raphidim & in Sinaï vltrà vnum annum, imò ſi Hebræis credimus, ad hanc vſque diem, per annos 40. potatus eſt: attamen cùm Dominus dixiſſet, *loquimini ad petram, & illa dabit aquas*, non autem percutite petram, voluit vtique vt Moyſes iuberet rupem ad ſolum imperium ſuum, inuocato Dei nomine, aquas ſine percuſſione profundere, quas rupem illi abundè daturam promittebat. Nec iuſſio de accipienda virga, ſignum erat rupem eſſe percutiendam, tametſi olim petram Horeb virga percuti iuſſiſſet, [*Tulit igitur Moyſes virgam quæ erat in conſpectu Domini, ſicut præceperat ei, congregata multitudine ante petram, dixitque eis: audite rebelles & increduli; num de petra hac vobis aquam poterimus eiicere? cúmque eleuaſſet Moyſes manum percutiens virga bis ſilicem, egreſſa ſunt aquæ largiſſimæ d.*]

c Num 20. …8.

d v.9. 10. & 11.

Circa hoc factum Moyſis, multa Philoſophantur multi; vt rem paucis perſtringam, geminam inobedientiæ ac diffidentiæ cum probatiſſimis Auctoribus in hoc facto agnoſco Moyſis culpam. Non enim loquitur ad petram, vt Dominus iuſſerat, & percutit petram quod Dominus non iuſſerat: dubitat etiam an ipſa rebellibus & incredulis illis datura ſit aquas. [*Audite inquit, rebelles & increduli, num de petra hac poterimus vobis aquam eiicere e?*] Vix crediderim quòd tantus Propheta cui Dominus loquebatur facie ad faciem, incredulitate in ſeipſo peccaſſet, ac de Diuina potentia dubitaſſet, maximè cùm ipſe populum arguat incredulitatis; eum tamen de Dei erga populum tam peruicacem propenſione ac beneficentia minùs fidiſſe non abnuo: & hoc facile eſt intelligere, ſi verborum vis attendatur: ſunt enim verba dubitantis: quanquam D. Auguſtinus *f* Moyſem arguit incredulitatis, non circa potentiam Dei, ſed circa futurum euentum rei quam Deus promiſerat.

e c.10.

f q. 19. in Num.

Nemo ergo nimis ſe torqueat, vt Moyſen & Aaronem penitùs excuſet, & verba Scripturæ in mitiores & alienos ſenſus trahat: cùm, inquit Auguſtinus, inſpector cordium Deus vtrumque diffidentiæ & incredulitatis arguat, eiſque grauem admodum conſtituat pœnam, ſcilicet non intrandi, nec introducendi populum in terram promiſſionis, quæ pœna vehementiſſimè afflixit Moyſen, vt patet ex pluribus Deuteronomij locis, vbi paſſim coram populo, non ſine gemitu, refert ſe, eius cauſa, iram Dei incurriſſe, & à terra promiſſionis excluſum fuiſſe; cúmque æſtuaret eius deſiderio, Deum enixè ſæpinſque deprecatus eſt, vt hoc peccatum ſibi dimitteret, eámque pœnam benignè indulgeret, nec vſquam tamen placatus eſt ei Deus, vt exaudiret eum, ſed potiùs increpando ſuper hac petitione, perpetuum ei indixit ſilentium, dicens; [*ſufficit tibi, nequaquam vltra loquaris de hac re ad me.*] Triſte ſanè ac luctuoſum in tali, tantóque viro ſpectaculum; poſt tot, tamque ſingularia Diuinæ in ipſum beneuolentiæ argumenta; poſt tot, nondumque audita in cœlo, in igne, in aëre, in aquis, in terra, in inferis, in Ægypto, in mari rubro, in deſerto, in omnibus locis & elementis tam glorioſè perpetrata miracula. Obſtupeſcite cœli ſuper hoc!

OBSERVATIO XLVII.

De Balaam ariolo, eiuſque aſina obloquente.

DVbia ſunt huius atioli & genus & patria, & vita. Quod ſpectat ad genus, dicitur vbiq; *a* à Moyſe & à Ioſuë: (filius Beot) & à D. Petro *b*, ex Boſor ſcilicet genitus, vt dicunt pleriqne interpretum, de einſdem genere, Hieron. ait: ex huius, nempe Buz nepotis Abraham ſtirpe, eſt Balaam ille diuinus, vt Hebræi tradũt qui in libro Iob dicitur Eliu; primùm vir ſanctus & Prophetes Dei, poſteà per inobedientiam & deſiderium munerum, dum Iſraël maledicere cupit, diuini, id eſt Arioli vocabulo nuncupatur; diciturque in eodem libro, *& iratus Eliu filius Barachel Buzitas c.* Sanè quamuis non repugnet ætas, vt Eliu qui iuuenis erat cùm diſputaret contra Iob, ad hoc tempus viuendo peruenerit, obeſſe tamen videtur quòd ibi ab Hieronymo dicitur filius Barachel: Balaam autem paſſim dicitur filius Beor: fieri tamen potuit, quud ſicut & ipſe Balaam, ita & pater eius fuerit polyonymus.

a Num. 22. v. 5. & c. 31. v. 8. Deut. 23. v. 4. Ioſue. 13. v. 22.
b 2. Petr. 2. v. 15.
c Hieron. in tradit. ſuper Geneſ.

Quod ſpectat ad patriam. Rabbi Salomon & alij *d* dicunt eum fuiſſe Madianitam ipſe autem Balaam ait ſe veniſſe de Aran ex montibus Orientis *e*, quod Moyſes magis explicans ait: *Conduxerunt contra te Balaam filium Beor, de Meſopotamia Syria vt malediceret tibi f.* Sytia verò Hebræis eſt Aran, ſeu Aramæa.

d apud Lyram. & Maſiũ in Ioſue.
e Num. 23. v. 7
f Deut. 23. v. 4.

Demum quod attinet ad vitam. Vitum initio ſanctum & Prophetam Dei, vt vidimus, facit Hieronymus *g*: at Theodoretus eum vnquam veri Dei cultorem negat: Ille, inquit, non verum Deum interrogabat, reſpondit ei tamen Deus, non is qui rogatus fuerat, ſed quem ignorabat *h*. Planiùs Origen. Hic Balaam, inquit, famoſiſſimus erat in arte magica, & in carminibus noxiis præpotens, non enim habebat poteſtatem vel artem verborum ad benedicendum, ſed habebat ad maledicendum, dæmones enim ad maledicendum inuitantur, non ad benedicendum; & ideo velut expertus in talibus, in opiniune erat omnibus qui erant in Oriente: niſi enim experimenta eius plurima præſeſſiſſent, quòd frequenter hoſtem vertiſſet armatum, non vtique præſumpſiſſet Rex hoe poſſe fieri ſermonibus, quod ferro & acie vix poſſet impleri *i*. Notat hanc eius impietatem Sctiptura, cùm eum trium maximè criminum damnat, 1. Sordidæ auaritiæ, quæ ipſum ad illos, quos iuſtos & innoxios fatebatur, maledicendum impellebar. Hanc auaritiæ labem obſeruat D. Petrus agens de hæreticis ait: [*Pellicientes animas inſtabiles, cor exercitatum auaritia habentes maledictionis filij, derelinquentes rectam viam errauerunt, ſecuti viam Balaam ex Bezor qui mercedem iniquitatis amauit k.* Et Iudas Apoſtolus de iiſdem loquens ait: [*Væ illis qui in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effuſi ſunt l.* Secundò Scriptura damnat Balaam doctrinæ perditiſſimæ, vt qui doceret, proſtituto pudore, edere & fornicari *m*. Tertiò inobedientiæ ac pertinaciæ in nequitia ſua, quòd nominatim à Deo prohibitus maledicere Iſraëlitis, cum intentione tamen maledicendi profectus eſt ad Balac regem Moab, idque ſemel, iterum, ac tertiò exſequi conatus ſit, tametſi inaudito aſinæ loquentis prodigio, & periculo, Angeli mortem intentantis anteà conterritus. Contra pertinacem hunc iratus Deus armauit Angelum, putà Michaëlem Iudaici protectorem populi, qui euaginato gladio occurrit eius aſinæ, aperuitque Dominus os aſinæ, inquit Moyſes, & locuta: [*Quid feci tibi cur percutis me? ecce iam tertiò, reſpondit Balaam quia commeruiſti & illuſiſti mihi, vtinam haberem gladium vt te percuterem. Dixit aſina, nonne animal tuum ſum, cui ſemper ſedere conſueuiſti vſque ad præſentem diem, dic quid ſimile vnquam fecerim tibi:* at ille ait, *nunquam n.*] Stupendum ſanè & ad diem illam inauditum prodigium! Ariolum illum non expauiſſe, ac dum aſina ſubinde obloquitur, hominemque ratione conuincit non penitus obmutuiſſe. Apparet hinc, ait Caietanus, quòd cupiebat Balaam regi morem gerere, & quia ad hoc pronus ibat, ideo Deus iudex cordium iratus apparuit *o*. Tanta iſte cupiditate ferebatur, ait Auguſtinus, vt nec tanti monſtri miraculo terreretur, & reſponderet quaſi ad hominem *p* loquens. Aliam rationem affert aliquanto ſuperius dum ait, nihil hîc ſanè mirabilius videtur, quàm quòd loquente aſinâ territus non eſt, ſed inſuper ei, velut talibus monſtris aſſuetus, ita perſeueranter reſpondit *q*. Eamdem plenius rationem deducit Gregorius Nyſſenus, quòd ſcilicet aſſuetus eſſet animalium clamores & auium garritus obſeruare, cum quibus etiam dæmon ſenſibus eius ſolebat illudere.

g in tradit. ſup. Gen.
h qu. 4. in Num.
i Orig. hom. 13. in Num.
k 2. Petr. 2. v. 14. 15.
l Iudæ v. 11.
m Apocal. 2. v. 14.
n Num. 22. v. 23. vſque ad 30.
o Caietan. in Num. c. 22.
p qu. 50.
q qu. 48.

Nec ſis adeò rudis, ac Caietanus, vt putes per hoc colloquium inter Balaam & aſinam, intellexiſſe aſinam verba quæ dicebat; angelico ſiquidem miniſterio verba aſinino ore formabantur, quæ aſina ipſa non intelligebat, hæc ille. Sic diabolus per os ſerpentis allocutus eſt Euam, imò per idola gentium, quæ neque os, neque linguam propriè habent, dæmones dant reſponſa.

Cæterùm cùm Balac indignaretur ariolo ſuo Balaam, quod hoſtibus ſuis bene iam tertiò precatus eſſet, qui fuerat ad eos diris deuouendos vocatus, reſpondit vt ait Philo: quæ hactenus audiſti omnia ſunt diuina oracula, quæ verò iam dicam meæ coniectationes ſunt: tum dextrâ prehenſum ſeduxit à cæteris, & ſolus ſoli dedit conſilium, quibus rationibus ſibi cauere poſſit ab infeſto exercitu: & paulò poſt, ſciebat Hebræos per ſolum legum cõtemptum expugnabiles, & tentatos malo impotẽti libidinis, ideò voluptate ineſcatos conatus eſt ad grauiſſimum ſcelus impietatis pertrahere, ſicut & reipſa pertraxit: nam vt ait Moyſes [*Fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos*

ad Sacrificia ſua; & illi comederunt & adorauerunt Deos earum; initiatuſque eſt Iſrael Beelphegor, & iratus Dominus ait ad Moyſem, tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Iſrael dixitque Moyſes ad iudices Iſraël, occidat vnuſquiſque proximos ſuos qui initiati ſunt Beelphegor a.]

a Num. 36. v. 1. 2. 3. 4. 5.

Hic quidam putant cunctos Principes, Deo iubente, morti addici ob permiſſam ſeu etiam patratam fornicationem & idololatriam: alij dicunt hanc particulam, ſuſpende eos, referri non ad Principes, ſed ad idololatras, quos Moyſes mandat Iudicibus ſeu Principibus interfici, quamtumuis affinitate aut conſanguinitate coniunctos: & hæc ſana eſt interpretatio; ſic enim habet Chaldæus, Onkelos, tolle, id eſt conuoca omnes Principes populi, & iudica atque occide eum qui reus eſt, vt occidatur coram Domino contra ſolem. Cui ſuffragatur Hieroſolym. paraphraſis, quę talis eſt: & dixit verbum Domini ad Moyſem, tolle omnia capita populi, & ſtatuë Iudices eos coram Domino, & ſuſpendatur quicunque reus eſt mortis, & ad ſolis occaſū ponatur cadauer eius, & ſepeliatur; ſic enim fiet vt auertatur ira furoris Domini ab Iſraël. Cæterum cum fortè cunctarentur Iudices, ſiue propter reorum multitudinem, ſiue propter affinitatem; Deus Iudicum negligentiam ſupplens, peſte in reos ſæuiit, peremitq; 24. millia, & Zambri, ſingulari impudentia & ſcandalo, cum Madianitide peccans confoditur à Phinees, quo facto, plaga ceſſauit, Deo ob Zelum Phinees placato. Vnus enim ille publicæ iuſtitiæ actus, tam gratus fuit Deo, vt ſatisfecerit ei, ait Caietanus, pro omnibus actibus publicæ iuſtitiæ à Iudicibus exercendæ: putat tamen Abulenſis pleroſque poſt ceſſationem plagæ, Iudicum ſententia morte mulctatos, qui prædicto 2400. numero contineantur.

Porrò vt ad Balaam redeamus, ſcripta eius memorat Auctor Operis imperfecti *b*, à quibus Magi qui ad Chriſtum venerunt edocti fuerant de ſtella ex Iacob oritura; quod ille videtur ab Origene didiciſſe, qui ait: pro maledictis infert Balaam benedictiones & prophetias, quæ poſſunt ædificare non ſolùm Iſraël, ſed & reliquas gentes. Si enim à Moyſe Prophetiæ eius ſacris inſertæ ſunt voluminibus, quantò magis deſcriptæ ſunt ab iis qui habitabant tunc Meſopotamiam, apud quos magnificus habebatur Balaam, quoſque artis eius conſtat fuiſſe diſcipulos. Ex illo denique fertur Magorum genus & inſtitutio in partibus Orientis vigere, qui deſcripta apud ſe habentes omnia quæ Prophetauerat Balaam, etiam hoc habuerunt ſcriptum: quòd orietur ſtella ex Iacob, & exſurgeret homo ex Iſraël. Hæc ſcripta habebant Magi apud ſemetipſos; & ideò quando natus eſt Ieſus agnouerunt ſtellam, & intellexerunt adimpleri prophetiam, magis ipſi quàm populus Iſraël, qui ſanctorum Prophetarum audire verba contempſit: hæc Orig. *c* Fuit autem Balaam Propheta, ait Eugubinus, eo modo quo Mercurius Triſmegiſtus apud Ægyptios, & Sybillæ apud alias nationes; qui tametſi pleraque vera cecinerint, idololatriæ tamen & dæmonum cultores fuerunt, qualis Zoroaſtes apud Perſas; & Orpheus apud Græcos; apud Hyperboreos Abaris; & Zamelſis apud Geltas. Hæc *d* ille.

b apud Chryſoſt. in Matt. c. 2. hom. 2.

c hom. 13. in Num.

d in 22. Num.

OBSERVATIO XLVIII.

De promiſſo Phinees æterno Sacerdotio.

ZElum Phinees remuneraturus Deus, ait de illo ad Moyſem: [*Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipſi quàm ſemini eius pactum Sacerdotij ſempiternum, quia zelatus eſt pro Deo ſuo e*] & diſtinctiùs Mathathias: [*Phinees Pater noſter zelando zelum Dei accepit teſtamentum Sacerdotij æternum f.*] At inquies nullum videtur hic datum præmium Phinees, quia ei vt primogenito Eleazari debebatur pontificatus; præterea Sacerdotium eius æternum non fuit, imò neque perpetuū, ſed interruptum, perrarſit enim ad familiam Ithamar fratris ſui, in Heli & aliquot eius filios vſque ad Abiathar (vt videre eſt in ſynopſi Proſopo-chronica *g.*) Reſpondetur, quòd licèt Deus dederit Aaron & filiis eius Sacerdotium, poterat tamen mori Phinees, viuo Patre, & ſic non ei ſuccedere in Pontificatu; nunc ergo promittitur ei & vita & Sacerdotium, idque æternum, etſi non interruptum; quia in Chriſti Sacerdotio æterno transfuſum, Phinees Sacerdotium factum eſt perpetuum & æternum: ita D. Aug. *h* qui eodem modo philoſophatur de regno æterno promiſſo Dauidi eiuſque ſemini.

e Num. 25. v. 13.

f 1. Mach. 2. v. 54.

g Ætatis IV linea 1.

h lib. 17. de ciuit. c. 6.

Vt autem vtriuſque promiſſionis rationem meliùs intelligas, Obſerua: promiſſiones duplicis eſſe generis, abſolutas quaſdam, alias certa ex conditione ſuſpenſas. Priores, quocunque rerum caſu, effectum conſecuturæ ſunt: Poſteriores, ſi quid acciderit contrà quàm pacto cautum eſt, euentu carituræ ſunt, & deficiente pacti taciti conditione, liberatur Dei fides. Promiſſio illa celebratiſſima terræ Chanaan, dandæ filiis Iſraël, toties inculcata Patriarchis, nulla conditione mentione videri abſolutè poterat: reuerà tamen quoad aliquam ſui partem, certa ex conditione fuiſſe ſuſpenſam, euentu ipſo apparuit. Promiſſio fuit: [*Omnis locus quem calcauerit pes veſter, veſter erit: à deſerto & à Libano, à flumine magno Euphrate, vſque ad mare Occidentale erunt termini veſtri. Nullus ſtabit contra vos, &c. i*] dicit tamen Deus [*quia irritum facit gens iſta pactum meum, quod pepigeram cum patribus eorum, & vocem meam audire contempſit, & ego non delebo gentes, quas dimiſit Ioſue.*] Neque Dauidis quidem aut Salomonis Hebrææ reipublicæ florentiſſimis temporibus, ad præfatos terminos ditio Iſraëlitarum peruenit, vtique in illa promiſſione, iuxta totam ſuam latitudinem ſumpta, latuit aliqua probitatis ac fidelitatis conditio, quâ minimè impletâ, non præſtitit Deus, quæ ſub pacto, alienâ culpâ irrito promiſerat.

i Deut. 11. v. 24. 25. Ioſue 1. v. 3. Iudic. 2. v. 20.

OBSERVATIO XLIX.

An Duce Phinees, vel potiùs Ioſuë, deleſi Madianita.

DEcreta iam à Deo contra Madianitas expeditione, his verbis: [*Hoſtes vos ſentiant Madianitæ, & percutite eos a*] ſubiungitur ratio æquitatis belli ex iuſtitia vindicatiua: [*Quia & ipſi hoſtiliter egerunt contra vos, & decepere inſidiis per idolum Phogor & Cozbi filiam ducis Madian ſororem ſuam b.*] id eſt conciuem ſuam: vbi duæ aſſignantur cauſæ ſuſcepti contra Madianitas belli, altera ex iure gentium petita, qua hoſtiliter tractantur, qui hoſtiliter ſe gerunt: illi autem nullâ iniuriâ laceſſiti Iſraëlitas diris deuouere, & dæmonum infeſtationibus vexatos diſperdere voluerunt: altera ex iure Diuino, quo pro ſummis hoſtibus, ipſoque ſathan habendi ſunt, qui ad peccandum nos pertrahunt; animas noſtras occidunt, Deum nobis auferunt: quæ ergo fuerat decreta expeditio, modò executioni mandari præcipitur, his verbis: [*Locutus eſt Dominus ad Moyſem dicens, vlciſcere prius filios Iſrael de Madianitis, & ſic colligeris ad populum tuum c.*] Hæc enim vltima fuit expeditio Iſraëlitarum, viuo Moyſe, qui ex Dei præcepto armat millenos de ſingulis Tribubus, id eſt duodecim millia expeditorum ad pugnam, quos miſit cum Phinees filio Eleazari Sacerdotis, vaſa quoque & tubas ad clangendum tradidit ei *d*.

a Num. 25. v. 17.
b v. 18.
c Num. 31. v. 2.
d v. 5. 6.

Phinees huic expeditioni Præfectum, volunt Philo, Ioſephus, & alij plures *e*. Alij *f* verò non pauci exiſtimant Ioſuë fuiſſe in hoc bello ducem, & pro eo ratio militat, ipſe enim iampridem Dux fuerat in prælio contra Amalecitas; iamque inſtitutus, vel mox inſtituendus erat ſucceſſor Moyſis: nec ſacri Scripturæ fontes, vlláve eius verſio, Græca, vel Latina, aut Chaldæa paraphraſis vnquam prædictæ Phinees fauet præfecturæ. Nec eius vnquam meminerunt Hieronym. Auguſtin. Clemens Alexandrin. Rupert. Tertullianus: quin & ipſe Philo & Ioſephus apertè profitentur, Tribum Leuiticam à militia fuiſſe immunem; nec vſquam in Pentateucho leguntur militaſſe; ſed totum eorum munus in cultu ac miniſterio Tabernaculi conſtituitur. Eſto militarint Aſſamoozi, putà Mathathias, eiuſque filij Machabæi; at vt Duces, ſuſcepro in extremis reipublicæ periculis ducatu ſimul ac Pontificatu.

e Philo de vita Moyſis Ioſeph. 3. antiq. 6. Comeſtor, Lyran. Adrich. Torniel.
f Abul. Caiet. &c.

Crediderim ergo quòd & huius contra Madianitas expeditionis dux fuerit Ioſuë; Phinees autem miſſus, vt præeſſet vaſis ſacris, tubiſque, maximè verò vt eſſet fidus Arcæ Cuſtos, quam hoc loco ſacrorum vaſorum nomine Hebræi intelligunt *g*. Sanè qui eum Ducem faciunt non obſeruarunt Iſraëlitarum conſuetudinem deferendi Arcam Domini in bellum, vt & Diuinum præſentiùs haberent auxilium; idque manifeſtè patet, ex eo quod ſupra *h* dictum eſt, Arcam Dei non fuiſſe motam de loco ſuo, quando Iſraëlitarum non pauci poſt mortem exploratorum iniuſſu Dei aſcenderunt ad bellum; inſinuando ab oppoſito, ait Caietanus: quòd ſi bellum, Dei voluntate, geſtum fuiſſet, Arca quoque foret in prælium delata: Idipſum confirmatur ex aliis Scripturæ locis: ſuſcepta expeditione contra Iericho, iubentur Sacerdotes præcedere Arcam fœderis *i*. Vltimis temporibus Sacerdotij Heli *k*, Hebræi Arcam è Silo abduxerunt, quæ acceptam iam cladem in hoſtium capita conuerteret, conuertiſſetque; niſi iam fuiſſent acerbiore verbere caſtigandi: erat etiam in exercitu Saulis, itemque in caſtris Ioab Principis militiæ Dauid pugnantis contra Ammonitas; teſtis generoſus ille Vrias dum ait: [*Arca Dei, & Iſrael, & Iuda habitant in papilionibus, & Dominus meus Ioab, & ſerui Domini mei ſuper faciem terræ manent l, &c.*] Ethnici quoque ſua idola ad prælium deferebant, vnde Philiſtæi à Dauide victi. [*Reliquerunt ſculptilia ſua, quæ tulit Dauid & viri eius m.*] Delata igitur contra Madianitas Arca Dei, Sacerdotes eius geſtatores ac cuſtodes eſſe oportuit, maximè verò Phinees primarium ſub Pontifice patre ſuo Eleazaro Sacerdotem.

g Oleaſter. Lyran. Caiet.
h Num. 14. v. 44.
i Ioſuë 6. v. 7.
k Ioſuë. 5. 1. Reg. 4. v. 3.
l 2. Reg. 11. v. 11.
m c. 5. v. 21.

Exiſtimat Torniellus Moyſem antequàm in Madianitas exercitum mitteret, euocaſſe ad ſe Cinæos ſoceri ſui filios, ac nepotes, genere ac natione Madianitas, ne cum relicta natione perirent, quod valdè probabile eſt, & ex Scriptura conſtat, non fuiſſe eos eadem cum cæteris clade implicitos, ſed cum Iſraëlitis ingreſſos eſſe in terram promiſſionis, in eaque agrum Iericho fuiſſe ſortitos, & ex eo poſteà abiiſſe in deſertum Iuda *n*. Alij dicunt quòd Hobab cognomento Cinæus, qui, patre ſuo recedente, remanſerat cum Moyſe diuturnæ 40. annorum in deſerto ſocius peregrinationis, alios ad ſe de fratribus ſuis & conſanguineis paulatim euocaſſe, eáque ratione, calamitati fuiſſe ſubtractos, qua & nocentiſſimus Balaam inuolutus eſt, qui iampridem dato iniquiſſimo conſilio ad ſuos, in Meſopotamiam reuerſus eſt; iterumque ad Madianitas gemina legatione ſibi familiares regreſſus, fortè vt nouo quodam conſilio & & arte magica Hebræos affligeret; adeo ſequitur ſua pœna nocentem.

n Iudic. 1. v. 16.

OBSERVATIO L.

De vrbibus refugii, & aſylis Iudæorum.

EX quadraginta & octo vrbibus, quæ Leuitis & Sacerdotibus erant aſſignatæ, ſex erant refugij pro homicidio inuoluntario; tres primæ citra Iordanem, nempe Cades in Tribu Nephthali, Sichem in Ephraim, & Ebron in Iuda, tres aliæ trans Iordanem, nempe Boſor in Ruben, Ramatoth in Galaad, Gaulon in Manaſſe, omnes æquali ſpatio inter ſe diſtantes *m*; ſitæque in montibus vt eminùs videri poſſent, excepto Boſor, quæ ſola erat in planitie, patente tamen ac conſpicuo loco *n*. Ad quamuis ex his ciuitatibus, tanquam ad aſylum confugere poterant homicidæ, vt coram Senioribus

m Deut. 19. v. 7.
n Ioſuë 20. v. 8.

illius loei (qui omnes erant Leuitæ & Sacerdotes) probarent ſe abſque culpa homicidium feciſſe *a*; probatâ ſuâ innocentiâ, debebant in eadem ciuitate permanere vſque ad mortem ſummi Pontificis, quod ſi ante eius obitum extra illam inuenti fuiſſent, poterant interfici à parentibus illius quem illi interfecerant *b*. In vno tamen caſu quo homicida inuoluntarius gaudebat priuilegio aſyli, nempe cùm vim vi repellendo occidiſſet iniuſtum inuaſorem, ſtatim probatâ ſuâ innocentiâ, illicò ex aſylo remittebatur, quia non erat propriè homicida, ſed inculpatus vitæ ſuæ defenſor.

a v. 4.
b Num. 35. v. 27.

Præter autem illas ciuitates refugij, erat aliud aſylum, ad quod confugere poterant homicidæ, nempe altare & Tabernaculum. Eò confugit Ioab, qui proditoriè occidit Abner & Amaſian Principes militiæ; ſed quia non erat inoocens, imò nocentiſſimus, iuſſu Salomonis, ibi interfectus eſt *c*. Erat enim lex lata: *Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum & per inſidias, ab altari meo euelles eum, vt moriatur d.*] Porrò ſicut Iudæi poterant profugere ad aſylum, ſic etiam aduenæ & peregrini *e*, nec non Proſelyti, ait Abulenſis *f*, Quicunque etiam Gentiles in gentiliſmo perſiſtentes, ait Maſiea & Magalianus.

c 3. Reg. 2. v. 28 & ſeqq.
d Exod. 21. v. 14.
e Num 35. v. 15.
f in cap. 20. Ioſue.

Quid autem dicendum de eo, qui in ipſo aſylo, ſeu in ipſis refugij ciuitatibus homicidium perpetraſſet? Abulenſis *g* putat non habuiſſe ius aſyli, & militat ratio, aliàs enim data fuiſſet anſa frequentibus homicidiis eò loci tutiùs committendis.

g in cap 20. Ioſue.

OBSERVATIO LI.

An prohibitum Iudæis omninò fuerit alienigenas ducere vxores.

ETſi Iudæis prohibitum eſſet ob periculum ſubuerſionis & idololatriæ *h* alienas ducere vxores, id tamen licebat eis in tribus caſibus: primò ſi vxores relicto gentiliſmo ad cultum veri Dei conuerterentur, ſicut conuerſa fuit Ruth *i* priuſquam duceretur à Booz: tunc enim ceſſabat periculum ſubuerſionis; & hoc ſenſu conceſſum fuit ducere alienigenas in bello captas *k*; neque enim hoc erat licitum niſi priùs raſo capite, præciſis vnguibus, mutata veſte, defleto patre ac matre: quibus vtique ceremoniis inſinuatur, quòd priùs deberent eiurare ritus & mores patrios; maximè verò cultum idolorum.

h Exod. 34. v. 16 Deut 7. v. 3. Reg. 11 v. 2.
i Ruth. 1. v 16. & 2. v. 16.
k Deut. 21. v. 11.

Secundò, ſi motu Diuino Iudæus acciperet vxorem in gentiliſmo perſiſtentem, ſic Samſon accepit Philiſtæam, vt patet ex illo: [*Parentes autem eius neſciebant, quòd res à Domino fieret, & quæreret occaſionem contra Philiſtum l.*] Sic Eſther nupſit Aſſuero Regi Perſarum *m*, quia inde multa bona toti Iudæorum genti erant obuentura, quorum intuitu, non tam Mardochæi (quem loco parentis habebat) quàm Dei acquieuit voluntati. Quis enim eſſet ei affectus ad illas nuptias, ipſa poſtmodum, confitebatur Domino, dicens: [*Noſti Domine, quod oderim gloriam iniquorum, & deteſter cubile incircumciſorum, & omnis alienigenæ n.*] Neque enim ignorabat religioſa puella, niſi Deo has nuptias conciliante, illicitas forè lege Moſaica; niſi placeat illam prohibitionem à Deo factam ad illos tantùm ſeptem gentes referre, quæ eo loco memorantur, & erant ſubiectæ anathemati. Adde quòd ex illis nuptiis ſperabatur aliqua Regis Aſſueri conuerſio, nec vlla timebatur piiſſimæ Eſther à religione defectio. Tertiò licebat etiam alienigenas ducere vxores, ſi aliqua vrgens inſtaret neceſſitas. Sic Mahalon & Chelion acceperunt vxores Moabitidas; erant enim in terra aliena famelici, & in feruore ætatis, nullumque ſuppetebat remedium contra famem, aut fomitem, niſi ducerent loci illius vxores, à quibus ſuſtentarentur: vnde Rupertus ait *o*: [niſi neceſſitas illos excuſaret, nec ipſi vxores ducere debuiſſent Moabitidas *q*.] Peccarunt qui extra hos caſus alienigenas duxerunt vxores, maximè de terra Chanaan, vt plures fecerunt ex filiis Iſraël poſt mortem Ioſue *r*, quemadmodum Salomon *s*, & alij paſſim. Hebræas enim Hebræi ducere debebant.

l Iud. 14. v. 4
m Eſth. 2. v. 17.
n Eſth. 2. v. 15
o lib. 1. in Matth.
q Deut. 7. v. 1. & 23.
r Iudic. 3. v. 6.
s 3. Reg. 11. v. 5.

Verùm cùm Hebræis lata ſit lex iſta: [*Omnes viri ducent vxores de Tribu & cognatione ſua, & cuncta fœminæ de eadem Tribu maritos accipient, vt hæreditas permaneat in familiis, nec ſibi miſceantur Tribus, ſed ita maneant vt à Domino ſeparatæ ſunt t.* Hinc ſuboritur difficultas, an Hebræi extra ſuam Tribum & cognationem, potuerint vxores accipere? negant plerique *u*, excipiunt tamen Leuitas: ideò namque lex illa lata eſt, ne paternæ hæreditates per matrimonia diuerſarum Tribuum, de vna in aliam transferentur, Tribúſque ſubinde confunderentur. At Leuitæ paternas non habebant hæreditates, nec vllius alterius erant capaces. Alij *x* putant illam legem non fuiſſe generalem, ſed eas tantum obligaſſe fœminas, quæ ob maſculæ prolis defectum, in hæreditatem patris ſuccedebant: contigit in filiabus Salphaad, quæ ex ſua Tribu viros iuſſæ ſunt accipere, non ex aliena, ne in eamdem ſecum paternam transferrent hæreditatem *y*. Et hæc ſententia magis placet. Etenim Dauid de Tribu Iuda, vir vtique ſecundùm cor Dei, duxit Michol filiam Saülis de tribu Beniamin; & ex eo quòd filij Iſraël iurarunt ſe non tradituros filias ſuas Beniamitis *z*, colligere eſt, eos ſolitos, ſaltem aliquando, illas ipſis tradere.

t Num. 36. v. 7.
u Lyran. Abul. in illũ locum & Torniel. in an. 2583.
x Caiet. Oleaſt. Cornel. in 36. Num.
y Num. 27. v. 3.
z Iudic. 21. v. 1.

Cæterùm ratio matrimonij veteris teſtamenti melius diſcernetur, ſi conferatur cum Euangelico. Moſaïcum ſeu antiquum matrimonium non fuit ſacramentum, ſed tantum ciuilis contractus; Euangelicum, eſt ſacramentum à Deo inſtitutũ, & gratiam conferens: Moſaïcum poterat diſſolui per libellũ repudij *a*; Euangelicum ſemel conſummatũ eſt indiſſolubile: ſicut & ſynagoga quidem à Deo repudiata eſt, Eccleſia nunquam repudiabitur: Moſaicum admittebat Polygamiam, Euangelium non admittit; ſicut Deus in veteri teſtamento nõ ſolum habebat

a Deut. 24. v. 1.

filios

filiôs adoptiuos ex Synagoga, ſed etiam ex gentilitate; at in nouo, nullum habet niſi in Eccleſia, quam vnicam & ſolam ſponſam agnoſcit: in Moſaico duo tantùm gradus conſanguinitatis & tres affinitatis erant probibiti *a*; in Euangelio plures, modò quidem quatuor in conſanguinitate, & totidem in affinitate: Moſaicum debebat vt plurimum contrahi inter coniuges eiuſdem Tribus, fraterque debebat accipere vxorem fratris ſui ſine prole defuncti; in Euangelio neutra obligatio.

a Leuit. 18.

OBSERVATIO LII.

An vſura Iudæis fuerit licita?

HÆc maximè lex circa vſuram Hebræo data eſt populo: [*Non fæneraberis fratri tuo ad vſuram, pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, ſed alieno: fratri autem tuo abſque vſura id quod indiget commodabis, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere tuo in terra ad quam ingredieris poſſidendam.*] Quibus verbis videtur innui, quòd poſſent exigere vſuram ab alienis, ſicque etiamnum hodie intelligunt Iudæi, qui ab extraneis quibuſque Chriſtianis ac Gentilibus vſuram exigunt. Circa hæc duplex eſt doctorum explicatio. Prima, Iudæis toleratum tantùm ob duritiam cordis eorum, vt vſuram exigerent ab extraneis; vſura enim abſolutè & ſine vlla diſtinctione fratris vel extranei mala eſt & prohibita, ergò non potuit licitè concedi Iudæis; potuit tamen tolerari tamquam minus malum, ad maius euitandum; ne ſcilicet fratres ſuos per vſuras exhaurirent. Secunda, Iudæis conceſſum exigere vſuram à vicinis hoſtibus, nempe Chananæis, Amorrhæis, Amalecitis: Deus enim conceſſerat illis, vt ipſos occiderent, eorúmque bona diriperent. Ita apertè D. Ambroſius, inter alia dicens: cui iure inferuntur arma, huic legitimè indicuntur vſuræ. Item, ab hoc vſuram exige, quem non ſit crimen occidere. Item, vbi ius belli, ibi etiam ius vſuræ: quod intelligendum eſt, accedente ſcilicet legitima auctoritate.

OBSERVATIO LIII.

De libello repudij.

DE hoc repudij libello, dicit Moyſes Iudæis: [*Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem, ſcribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo ſua; cumque egreſſa alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudij, & dimiſerit de domo ſua, vel certè mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in vxorem, quia polluta eſt, & abominabilis facta eſt coram Domino b.*] Circa hæc verba Moyſis diſputatur, quomodo permiſſum ac indultum ſit Iudæis dimittere vxores per libellum repudij, an impunè ſolùm, aut etiam licitè? Tenent aliqui *c*, id tantùm impunè fuiſſe permiſſum, non autem licitè, adeò vt dimittendo peccarent, nec ſoluebatur vinculum matrimonij, & ſi dimiſſæ nouos ducerent maritos, non erat nouum matrimonium, ſed adulterium. Fauent huic ſententiæ prædicta Scripturæ verba, cùm de muliere repudiata quæ alteri nupſerit, ait: [*Non poterit prior maritus accipere eam in vxorem, quia polluta eſt, & abominabilis facta eſt coram Domino d.*] Et cum Chriſtus ipſe dicit Iudæis. [*Quoniam Moyſes ad duritiem cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras e.*]

b Deut. 24. v. 1. 2. 3. 4.

c Magiſter. l. 4. diſt. 33. D. Bonau. & Rich. ibid.

d Deut. 24. v. 4.

e Matth. 19. v. 5.

Alij *f*, quibus lubentiùs aſſentiter, docent: permiſſum fuiſſe Iudæis, etiam licitè, dimittere vxores, ita vt non peccarent dimittendo; datoque libello repudij; verè diſſolueretur matrimonium, ac conſequenter poterat tam vir cum altera, quàm fœmina cum altero contrahere. Et hæc ſententia (quantum ad id maximè quòd verè matrimonium diſſolueretur, in quo potior eſt difficultas) probatur ex ipſis verbis Moyſis, quibus ſatis clarè dicitur, quòd dimiſſa alteri à marito nubere poterat, & ab eo quoque ſicut à priori, dato libello, repudiari; ſicque repudiata, aut mortuo ſecundo marito, iam libera, non poterat ad priorem maritum redire: quæ omnia vinculum matrimonij verè diſſolutum arguunt; ipſamque dimiſſam æquè poſterioris, ac prioris mariti, fuiſſe vxorem. Hoc explicatur clariùs. Primò, ſi non fuiſſet ſolutum primum matrimonium, non potuiſſet dimiſſa alteri nubere; nunquam enim licuit vni fœminæ habere plures ſimul viros: vel ergo dimiſſa ad perpetuam continentiam fuiſſet aſtricta, (res nimium dura, & in veteri teſtamento protſus inuſitata) vel ſi cum alio viro cohabitaſſet, fuiſſet adultera, adeoque ſecundum legem Moyſis lapidanda *g*. Secundò quando dimiſſa nupſerat alteri viro, poterat iſte ſicut & prior dare illi libellum repudij *g*, ergo non minùs erat eius vxor quàm antea fuerat prioris, nam libellus repudij non fuit viro conceſſus, niſi ratione vxoris ſuæ. Tertiò prohibebatur ne repudiata poſt mortem ſecundi mariti rediret ad priorem. At ſi per repudium non fuiſſet ſolutum prius matrimonium, non erat prohibendum, ſed potiùs optandum vt vxor rediret ad ſuum legitimum maritũ. Quartò, lex vetabat Pontifici ne duceret viduam, aut repudiatam, aut ſordidam, aut meretricem, ſed tantũ virginem *h*, ergo & aliis licebat ducere repudiatas ſicut & viduas, & ſordidas & meretrices: vnde nec Moyſes ipſe, nec alius Prophetarũ vnquam reprehenderunt matrimonia cum repudiatis. Nec ideò Moyſes, (vt reſpódeatur locis in gratiã Auctorũ primæ ſententiæ citatis,) repudiatã vocat pollutã & abominabilem coram Domino *i*, quòd ipſa alteri viro nupſiſſet, ſed quia à priori, publicâ infamiâ erat notata, hoc ipſo quòd palàm & publicè erat repudiata; ac proinde indecens erat, vt ab illo acciperetur. Et licèt permiſerit Deus repudium Iudæis ob duritiã

f D. Thom. Scot. Duran. Palud. in 4. diſt. 33. Abul. in cap. 19. Matth. & alij.

g Leuit. 20. v. 10. Ioan. 8. v. 4.

g Deut. 24. v. 3.

h Leuit. 21. v. 13. 14.

i Deut. 24. v. 4.

cordis eorum, ne ſcilicet vxores ſibi exoſas quas repudiare non poſſent, occiderent: inde tamen non ſequitur eos peccaſſe, ex Diuina permiſſione vxores repudiando. Potuit enim Deus initum inter ipſos ciuilem diſſoluere matrimonij contractum; & dare poteſtatem repudianti, vt alteram duceret vxorem; & repudiatæ, vt alteri viro nuberet, maximè cum myſterio minimè careret illa permiſſio. Deus enim ſignificabat per illam, ſe repudiaturum Synagogam Iudæorum, & in eius locum, deſponſaturum ſibi Eccleſiam ex Gentilibus aggregandam.

At quæ fuerunt liciti illius repudij legitimæ cauſæ, Moyſes ſub vna particula, fœditatis, illas includit, dum ait: *Propter aliquam fœditatem.* Quòd plures eſſent eiuſmodi cauſæ, manifeſtè patet, ex eo quòd Phariſæi Chriſtum interrogant, *an quacumque ex cauſa liceret vxorem dimittere a*? ſupponebant enim varias eſſe cauſas, ſed an Chriſtus omnes approbaret? intelligere cupiebant. Vnde non placet Tertullianus *b*, dum per illam fœditatem, ſolum intelligit adulterium; adultera enim ſecundùm legem non dimittebatur, ſed vel lapidabatur, ſi in flagranti crimine fuiſſet deprehenſa *c*, vel per aquas Zelotypiæ examinabatur, ſi ſuſpecta eſſet de adulterio *d*. Alij *e* per illam fœditatem, quamcumque rem turpem matrimonio ſuperuenientem intelligunt, quæ poſſet bonum prolis impedire, ſiue in corpore, vt eſt ſterilitas, lepra, morbus caducus: ſiue in anima v. g. ſi vxor prauis eſſet moribus, rixis perpetuis aſſueta, vel ebrietati dedita, vel quid ſimile.

a Matth. 19. 3.
b l. 4. contra Marcion. c. 34.
c Ioan. 8. v. 4.
d Num. 5. v. 14.
e Lyran. Cornel.

Cæremoniæ, quibus libellus repudij ſolebat dari, vt refert Maldonatus ex Hebræis, erant potiſſimum iſtæ. Prima, vt libellus in manu vxoris traderetur. Secunda, vt ſubſcriberentur ad minimum nomina duorum teſtium; omnéſque teſtes ſuum quiſque ſigillum adhiberet. Tertia, vt exprimerentur tres generationes viri, totidémque mulieris. Quarta, vt ſcriberetur libellus literis rotundis, diſtinctis, atque perſpicuis, ita vt vna aliam non attingeret, ne aliquod Scripturæ vitium irreperet, adeò vt ſi inter ſcribendum aliqua atramenti guttula decideret, alius de nouo ſcriberetur libellus. Quinta, vt nullum raſuræ veſtigium in libello appareret, ne de vllo poſſet eſſe ſuſpectus vitio. Sexta, vt charta longior eſſet quàm latior. Septima, vt maritus diceret repudiatæ: *accipe libellum repudij, & eſto à me abiecta, & cuicumque viro permiſſa.*

Formula autem libelli repudij erat hæc *e*. [Ego Rabbi Simeon filius Rabbi Abraham filij Rabbi Dauid filij Rabbi Salomonis, die N. menſis N. anno N. à creatione mundi hîc, & in hac ciuitate N. ex animi mei conſenſu, & ſine vlla coactione repudiaui Rachel filiam Rabbi Moyſis filij Rabbi Ioſeph filij Rabbi Iacob; & dedi illi libellum repudij in manu ſchedam abſciſſionis, & ſignaculum diuerſionis; vt ſit à me abiecta, & abeat quocumque velit, & nemo poſſit illi prohibere, iuxta conſtitutiones Moyſis & Iſraël.] Crediderim quòd huiuſmodi libellus datus fuerit coram Iudice, & in forma iudiciaria, quo etiam modo repudium fiebat apud Romanos.

e ita referunt Vatablus, Oleaſter, & alij in 24. Deut. & Maldon. in 19. Matth.

OBSERVATIO LIV.

De morte Moyſis.

CVm Moyſes iubente Deo, aſcendiſſet de campeſtribus Moab in montes Abarim, quorum vnus, proprio nomine, Nebo dicebatur, & vertex eius Phaſga, & ex eo Dominus oſtendiſſet illi hæreditatem Iſraël *f*, [*ibi mortuus eſt iubente Domino g*.] Hebræorum aliqui, ex inordinata in Prophetam ſuum beneuolentia, negant eum fuiſſe mortuum, ſed translatum. Eum inquit Rabbi Moyſes, non tetigit mortis corruptio, ſed in ſublimis gloriæ montem, gaudiumque ſempiternum cõmigrauit *h*: quin & aliqui Sanctorum Patrum, de morte Moyſis ſubobſcurè loquuntur. [quidam inquit Iſidorus, eum viuere teſtantur, pro eo quòd ſepulchrum eius non reperitur, & quia apparuit Domino in monte cum Helia: mortuum autem illum eſſe, non raptum, ſacra Scriptura certiſſimè teſtatur *h*,] idque pluribus in locis *i*, ſuamque de morte Moyſis ſententiam in Martyrologio Romano, Catholica apertè declarat Eccleſia *k*, eique Menologium Græcorum, Syrorum quoque & Hebræorum conſentit Calendarium *l*.

f 2. Mach. 2. v. 4.
g Deut. vlt. v. 5.
h Proœmio in Miſna vt refert Genebrar. in Chron.
h Iſidor. lib. de vita & morte ſanctorum c. 25 & lib. 2. in Deut. c. 22.
i Deut 32. v 50. Ioſuë 1. 2. 4. v. 14.
k 4. Sept.
l Genebr.

Eum autem eodem die mortuum fuiſſe, quo fuerat natus, & circa meridiem, obſeruat Chronicon Hebræorum: quo autem die præcisè, quóve menſe, diſputatur. Quarto Septembris ait Martyrologium Romanum, Græcorumque Menologium: ſeptimo duodecimi menſis Adar, qui ex parte reſpondet Februario, inquit Hebræorum Calendarium; quo die propterea, quotannis ieiunium indictum fuiſſe Iudæis notat Genebrardus.

Et in hanc Hebræorum ſententiam, ſeries ipſa rerum geſtarum à Ioſuë prout à Scriptura refertur, non paucos inducit: mox enim poſt 30. dierum luctum, Hebræi, duce Ioſuë, tranſierunt Iordanem, factaque circumciſione, celebrarunt Paſcha, decima quarta die menſis primi, ad veſperam, in campeſtribus Iericho. Adde quòd cum mortuus ſit Aaron *m* menſe quinto, prima die menſis, eumque fleuerit triginta diebus vniuerſus populus *n*, ſupereſſet tantum ſextus menſis ad bellum contra regem Arad Chananæum, & reges Amorrhæorum, & Madianitarum, & ſecundam populi numerationem, legiſque expoſitionem, quæ omnia ſub Moyſe facta ſunt, & vix, ac ne vix quidem, vno menſe confici potuerunt: hæc namque legis explanatio, triginta ſex dies *o* tenuit; cumq; hæc inchoata dicatur prima die menſis vndecimi, ſtatimq; poſt explanatam legem, ipſo Deuteron. libro comprehenſam, quam velut teſtamentum filiis Iſraël moriturus relinquere voluit: conſequens eſt, vt duodecimo menſe, qui dicitur Adar, non autem ſeptimo, Moyſes ſit defunctus. Romano autem Calendario, poſſet reſponderi ſeptimum diem Adar

m Num. 33. v. 39.
n c. 20. v. vlt.
o Chron. Hebr. Genebrar. Adrich.

in ſeptimum menſem à Scribis fuiſſe commutatum; vel quòd quarto illo die Septembris, inſigne aliquod beneficium, Moyſis interuentu, ac ſuffragiis, fuerit Eccleſiæ à Deo collatum, cuius confusâ ſine ſcripto remanente memoria, piè creditum ſit eum eſſe diem dormitionis eius.

Quod ad modum mortis attinet, eam placidiſſimè inſtar ſomni obrepſiſſe, ſuadet illud ſcripturæ; [*mortuus eſt, iubente Domino a.*] Alij vertunt, in oſculo Domini, additque Chaldæus, nec mutatus eſt ſplendor vultus eius. Quod ſpectat ad eius ſepulchrum dicitur: [*ſepeliuit eum in valle terra Moab contra Phogor b*] id eſt in loco qui ſitus eſt inter montem Abarim & locum idoli Phogor, cui initiatus fuerat Iſraël. Omnia, inquit Caietanus, humana officia à ſepultura Moyſis excluduntur ex hoc quod Deus angelico miniſterio ſepeliuit eum: quod officij genus erga S. Catharinam ab iiſdem exhibitum Catholica profitetur Eccleſia. Addit idem Caietanus corpus Moyſis vectum à loco obitus ad vallem in qua ſepultus eſt, videntibus Ioſuë, Eleazaro, aliiſque Principibus, cum quibus in montem aſcenderat; qui tamen determinatum in valle locum minimè perceperunt, nube aliquantum terræ ſpatium obtegente, adeò vt nemo vnquam noſſe potuerit locum ſepulturæ eius, ne reuerentia ſacris eiuſdem lipſanis exhibita, ad idololatriam in populo, ad eam propenſiſſimo tranſiret, vt ſatagebat dæmon, ſed reſtitit ei Michaël Archangelus Hebræi cuſtos populi c.

a Deut. vlt. v.5.

b Ibid.

c Epiſt Iudæ v.9.

OBSERVATIO LV.

De Anathemathe vrbis Iericho, Rahab meretrice, Achan ſacrilego.

DEnuntiarat Ioſuë anathema Ierieho, his verbis: [*ſit hæc ciuitas anathema, & omnia quæ in ea ſunt Domino; ſola Rahab meretrix viuat, cum vniuerſis, qui cum ea in domo ſunt* (ſupple diſperdi) *quidpiam contingatis & ſitis præuaricationis rei, & omnia caſtra Iſrael ſub peccato ſint d*:] puta ſacrilegij & violati voti, ſiquidem omnia erant Domino quaſi in holocauſtum conſecrata; pergit Ioſuë:] *quidquid autem auri & argenti fuerit, & vaſorum æreorum ac ferri, Domino conſecretur, repoſitum in theſauris eius e.*] vt ſic primitiæ ciuitatum terræ promiſſionis offerrentur Deo, qui ſolus hanc expugnaret ciuitatem.

d Ioſu. 6. v 17.

e v. 19.

Itáque poſt varios ciuitatis per ſeptem dies circuitus, clangentibus tubis, & exercitu vociferante, muri eius illico corruerunt, & Archangelus Michaël, aut alij etiam Angelorum, Dei iuſſu, vim ſuam ex æquo circumquaque applicantes, eos in exterius pomœrium impulerunt, vt & foſſæ implerentur, & facilior per ruinas cuiuis Iſraëlitarum in vrbem pateret tranſitus. Deiectis muris [*aſcendit vnuſquiſque per locum qui contra ſe erat, ceperuntque ciuitatem, & interfecerunt omnia quæ erant in ea, à viro vſque ad mulierem, ab infante vſque ad ſenem, boues quoque & oues & aſinos in ore gladij percuſſerunt*] magnitudinem huius cœdis æſtimandam dedit Ioſuë, cùm poſteà ex ore Domini ſic locutus eſt. [*veniſtis ad Iericho, pugnaueruntque contra vos viri ciuitatis eius Amorrhæus, & Phereſæus, & Chananæus, & Hethæus, & Gergeræus, & Heuæus, & Iebuſæus, & tradidit illos in manus veſtras f*] omnes has nationes præſidiarios milites miſiſſe ſignificat ad defendendam ciuitatem, quin etiam pugnaſſe illos ait cùm proſtrati fuerunt muri, vt erant in armis ſe ſe defendentes.

v. 20.

f c. 24. v. 11.

Solam Rahab meretricem cum tota cognatione, & cuncta ſupellectili eductam, extra caſtra Iſraël manere fecerunt; idque ad dies aliquot purgatorios, vt ait Caietanus, intrà quos poſt inſtitutionem, in verbo Dei, maſculi circumciſi & mulieres ablutæ ſunt, ac deinceps inter Iſraëlitas tanquam Proſelyti habitarunt. Acceſſit & honor coniugij, quo Salmon filius Naaſſon Principis in Tribu Iuda, Rahab duxit, vetè meretricem, etſi fortè etiam cauponatiam, meretricem enim Scriptura nominat: cúmque ipſa ab exploratoribus de ſua, ſuorúmque ſalute iuſiurandum exegiſſet, neque mariti meminit, neque liberorum: haud obſcurum indicium eſt, eam hactenus communem quæſtum feciſſe.

Quòd ſi id coniugium inſolens videatur, nec ſuſtineri poſſit in muliere ſolerti, attendenda eſt in Rahab fides illa quam celebrat Apoſtolus g, cuius ope non periit cum incredulis; credidit enim proſcriptam à Deo, omnium Domino, ciuitatem ſuam, ciuéſque addictos interneccioni; Iſraëlitas verò, terra promiſſa donatos: vnde & ab omni proditionis purgatur culpa. Neque enim exploratoribus fauit, vt patriæ per iniuriam nocerent, ſed vt per eos voluntati Dei obtemperaretur. Attendendæ ſunt & fidei comites, pietas ac prudentia. Prudens & pia mulier, ſe ſuóſque in tuto ponere cupiens, ait exploratoribus: [*iurate mihi per Dominum, vt quomodo miſericordiam feci vobiſcum, ita & vos faciatis cum domo Patris mei, detiſque mihi verum ſignum, vt ſaluetis patrem meum, & matrem, & fratres ac ſorores meas, & omnia quæ illorum ſunt, & eruatis animas noſtras à morte h.*] Non vltra Deum Hebræorum vocat, ſed ſimpliciter Dominum, quod ipſa quoque eundem Dominum ad Deum habere vellet, quem iam cœli ac terræ Dominum confeſſa erat.

g Hebr. 11. v. 3.

h Ioſ. 2. v. 12

Demum attendendæ ſunt in illa muliere dotes animi; cùm lictores ciuitatis ad ſe miſſos deluſit; exploratores ſub ſtipula lini occultauit, & fune per feneſtram dimiſit, triduò in montanis latitarent conſuluit: parentes fratres, totámque cognationem, nec vno è conciuibus conſcio, in domum ſuam cautè admodum ſuſcepit: exterminium ciuitatis intrepida, fidéque roborata expectauit, ſuſtinuit, periculum euaſit. Quales & quantæ heroïcæ virtutes in ſexu fragili! ſi meretricem habes exoſam, ama fidelem; ſuſpice tot animi dotibus præditam, tot inſi-

gnem virtutibus, patete Salmoni principi Iuda coniugatam: noli vno verbo moleſtus eſſe huic mulieri, quam Chriſtus Dominus in ſuorum ſerie progenitorum habere non eſt dedignatus: ſi æmulati vis in malignantibus, indignare in ſacrilegum Achan.

Achan de nobili ſtirpe Iuda infamis ſurculus, in exterminio & deflagratione Iericho, turpe admiſit ſacrilegium; ſibi vſurpans qood Deo ſolemniter fuerat conſecratum. Vidit inter ſpolia pallium coccineum valdè bonum & ducentos ſiclos argenti, regulámque auream quinquâginta ſiclorum, & concupiſcens abſtulit, & abſcondit in terra in medio tabernaculi ſui. At miſer, Deo pateſaciente, citò in culpa deptehenſus eſt: Ioſuë enim & Senioribus Iſraël ob cladem acceptam in expugoanda Hai, coram Arca Domini lamentantibus vſque ad veſperam, eius cauſam Duminus aperit, admiſſum ſacrilegium, iobétque reum ſortitione indagari & puniri, alioquio [*non poterit Iſrael ſtare ante hoſtes ſuos a.*] Monet populum Ioſuë, vt ſe in diem craſtinum ad diuinum examen parer, quod ab Eleazaro Pontifice factum, ait Ioſephus *b*. In ea ſortitione, per tribus, per familias, per domos & per viros facta, inuenta eſt tribus Iuda, familia Zare, domus Zabdi, & perſona Achan: cui Ioſuë [*fili mi, da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere atque indica mihi quid feceris c*:] redundat enim ad gloriam Dei iſta confeſſio, qui cùm ſortibus quas ipſe temperat, nolentem prodidiſſet; reus rem totam, criménque aperit, ſuáque contritione, ſi adfuit, & pœna ſubſequenti ſuum reatum expiauit: miſsíque illico apparitores ad eius tabernaculum, inuenta omnia ad Ioſuë detulerunt, proiecerúntque ante Dominum *d*, quaſi reſtituentes ei quod furto ſublatum fuerat [*tollens itaque Ioſue Achan, argentumque, & pallium & auream regulam, filios quoque & filias eius, boues & aſinos, & oues, ipſumque tabernaculum & cunctam ſupellectilem*, (& omnis Iſraël cum eo) *duxerunt eos ad vallem Achar*. Vbi dixit Ioſuë, *quia turbaſti nos, exturbet te Dominus in die hac, lapidauitque eum omnis Iſrael, & cuncta quæ illius erant igne conſumpta ſunt e*.

At inquies: dixerat anteà Dominus de hoc ſacrilego, comburatur igni & omnis ſubſtantia eius *f*. Reſpondetur, ignis nomine ſæpè apud Hebræos, quamuis pœnam intelligi. Inſtabis incertum eſt, cùm nec ipſa id innoat Scriptura qood filij, filiæue conſenſerint ſacrilego patri; lege etiam lata *g*. Vetuerat Dominus ne filij punirentur pro patribus. Reſpondetur, id nefas conſcia familia perpetratum ex pœna coniici, ſin minus potuit Deus, ſupremus vitæ & mortis Dominus, ſuiſque ſolutus legibus, his etiam criminis non conſciis, vitam auferre, tàm in parentis pœnam, quàm in totiùs terrorem populi, & ſingulare poſteritatis exemplum.

a 7. v. 12.

b Lib. 5. antiq. 1.

c Ioſuë 7. v. 19.

d v. 23.

e v. 24. 25.

f v. 15.

g Ezech. 18. v. 20.

OBSERVATIO LVI.

De Gabaonitis à Ioſuë inito fœdere reſeruatis, & contra quinque Reges propugnatis.

GAbaonitæ, ab vrbe regia Gabaon ita dicti *h*, bellatores fortiſſimi peculiari gratia ab eo qui cuius vult miſeretur *i*, præuenti ſunt, ne vt cæteri omnes Chananæi contra Iſraëlitas hoſtiliter animum obfirmarent, & com illis bello fracti, in ſua quod peius erat perirent infidelitate, ſed ad veri Dei cultum, ceremoniáſque traducerentur. Hi iuſto vicini periculi timore perciti, ſibi quoquo modo conſulere ſtatuerunt *k*: cúmque nec armis quidquam, nec precibus ſe effecturos ſperarerent, vt ipſi poſteà humiliter faſſi ſunt; ad aſtutiam, fraudémque animos intenderunt: occurrerunt Ioſuë, amicitiam poſtulant, fœdus cum eo & Iſraelitis ineundum rogant, de terra loginqua ſe veniſſe mentiti ſunt, & ad id mendacij confirmandum panes duros & in fruſta comminutos, cibaria, veſtes attritas, & calceamenta peranti que callidè accommodarunt; memorant miracula iam pridem patrata in Ægypto, & anno ſuperiore trans Iordauem, receens aotem deletas vrbes protsùs tacent, quaſi ea fama nondom ad ipſos peruenire potuiſſet. Et ne fortè fœdus differendum videretur, ſe ad ineondum legitima ſui Magiſtratus, populíque poteſtate munitos affirmant,

Cæterùm quia Ioſuë ſuper his os Domini non interrogauit, quódque erat in promptu oraculum non conſuluit, ipſe & reliqui Principes Iſraël Gabaonitis nimium creduli, cum eis fœdus inierunt, iuſeiurando firmarunt, & de eorum cibariis deguſtarunt. Poſt tertium autem diem ab inito fœdere, fraode patefacta, bellatoribus in eorum terras appellentibus, & in auctores fœderis obloquentibus, nec non Gabaonitis delere volentibus, ob iuriſiurandi religionem prohibiti ſunt: exiſtimarunt quippe viri militares, armorum peritiores quàm iuris, propter Diuini numinis reuerentiam, fore obſeruandum; alioqui in ſe populúmque vniuerſum, tanquam periurij reos, Dei vltionem accerſerent.

Illud tamen iuſiurandom iure irritum viſum eſt Auguſtino *l*, non quòd eſſet contra legem Dei de exterminandis Chananæis, quæ ſi iſti ad veri Dei cultum tranſire vellent, minimè obligabat, ſed quia ioſiurandum ſub conditione datum fuerat, qua deficiente, irritum prorsùs reddebatur; fraudiſque ac mendacij ritè puniri poterant. Equidem attendenda eſt in hoc loco humilima Gabaonitarum ſubmiſſio, cum Ioſuë eos de fraude increpanti reſpondetoot: *In manu tua ſumus, quod tibi bonum & rectum videtur, fac nobis.* Ne autem impunè ſe peccaſſe gloriarentur pœna mortis in pœnam ſeruitutis commutatur, vt deinceps vice vniuerſæ multitudinis, in vſum domus Domini ligna cædant, & aquas

h 10. v. 2.

i Roman. 9. v. 8.

k Ioſuë 9.

l quæſt. 13 in Ioſuë.

comportent

comportent ; & hi poſteà Nathinæi dicti ſunt, quaſi douati in perpetuum templi famulatum.

Porró cùm Gabaonitarum ad Hebræos defectionem didiciſſent Chananæi, quinque vicini reges cum ſuis quiſque copiis obſident Gabaonem; malo territi Gabaonitæ, ad Ioſuë confugiunt *a*; at Ioſuë etſi ius, faſque exigere ſentiret, vt ſubueniret fœderatis, ne tamen iterum deluſus peccaret os Domini non interrogando, per Eleazarum Pontificem conſuluit Dominum, à quo non ſolùm de Diuina circa pugnam voluntate, ſed & de victoria certior factus, pro liberandis fœderatis contra quinque reges Gabaonem oppugnantes, cum vniuerſo exercitu properat, nocturnum occupat profectioni tempus, ne lux obuenientes copias hoſtibus patefaceret, in quos improuiſus irruit. At illi ordinibus, animiſque conturbati ex inopinato incurſu poſt multam cædem ad caſtra editam, in præcipitem ſe fugant proripiunt versùs deſcenſum Bethorum, erat enim Gabaon in loco edito.

a Ioſ. 10. v. 6.

Præbuit ſe Deus Ioſuë pugnæ ſocium, miſſis ſuper fugientes magnis lapidibus grandinis, vſque ad Azeca, ita vt ab Iſraëlitis tergo imminentibus punctim, cæſimque ferirentur, & à lapidibus ab alto deuolutis conquaſſerentur. Inter Bethoron autem & Azeca, quatuor horarum iter ponit Adrichominus *b*: inde autem ad Maceda, quo etiam fuga deleti ſunt, duarum horarum: ſed vlterius quoque palantes, dum quiſque ad munita loca ſe proripit, perſecutus eſt Ioſuë, qui timens, ne reſiduos, tenebræ gladiis Hebræorum eriperent, eam illi mentem iniecit Dominus, vt ſolem ac lunam in cœlo iuberet ſubſiſtere; *ſteteruntque ſol & luna donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis. Stetit ſol in medio cœli, & non feſtinauit occumbere ſpatio vnius diei. c*] Medium cœli nonnulli meridiem intelligunt; alij probabilius cenſent ſolem iam ad occaſum vergentem iuſſum fuiſſe ſubſiſtere, & medium cœli ſimpliciter, pro cœlo accipiunt; eo ſenſu quo Propheta dicit: [*non habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam d.*] Idque prædicta verba innuunt, non feſtinauit occumbere ſpatio vnius diei, tanto ſcilicet tempore, quanto ſol ab orto ad occaſum longioribus anni diebus peruenire ſolet, porrò 15. aut 16. horis: Hebræi enim id prodigij æſtiuo in ſolſtitio contigiſſe traduot. Sícque dies illa fuit circiter 30. horarum, vnde ſubditur. [*Non fuit anteà nec poſteà tam longa dies, obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Iſrael e.*] Nec etiam ſub Ezechia, quando ſol in horologio Achaz reuerſus eſt retrorſum decem gradibus *f*: Miror ego & aliud quid prodigij loco. Crediderim in hac expeditione, vires Iſraëlitarum æquè ac ſolem, agente Deo, integras ſubſtitiſſe, aut ſaltem diuinitùs fuiſſe corroboratas: qui enim tantò tempore per 30. horas geminati ferè diei laborem cædendi hoſtémque inſequendi, nullo cibo, potúque refocillati exantlare valuiſſent, præſertim cùm armati tota nocte præcedenti iter confeciſſent, & ex oriente die in hoſtes irruiſſent? Aliud inſuper obſeruo miraculum, quòd poſt tantam, támque diurnam de aduerſariis expeditionem, reuerſus eſt omnis exercitus ad Ioſuë in Maceda, in pace. Vt eſt in Hebræo, quod Hieronymus explicat, ſani & integri numero: ſícque Deo pugnante pro Iſraël [*percuſſit Ioſuë omnem terram montanam & meridianam atque campeſtrem, cum regibus ſuis, non demiſit in ea vllas reliquias, ſed omne quod ſpirare poterat, ſcilicet generis humani, interfecit, ſicut præceperat ei Dominus Deus Iſrael g.*] Dei ſententiam in hanc infidelem ac ſcelaratam gentem, pluribus anteà latam ſæculis, horrendíſque eorum criminibus imparem, ſupremo Iudice imperante, hoc anno, & ſubſequentibus mandauit executioni.

b Adrico in Theatro terræ ſanctæ.

c Ioſ. 10. v. 13.

d Pſal. 100. v. 7.

e Ioſuë 10. v. 4.

f 4. Reg. 20. v. 10.

g Ioſ. 10. v. 40.

OBSERVATIO LVII.

De verbis nouiſſimis, & obitu Ioſuë.

IOſuë duris bellorum laboribus impar tandem effectus, vrgente ſenectute poſtremam ad populum concionem habuit *h*, quâ eius verba nouiſſima & quaſi teſtamentum continetur fœdúſque populi cum Deo iteratò percuſſum eſt, in oppido Sichem, vt Hebræa, Chaldæa, Latináque ſeruant exemplaria. Græca quædam habent Silo, vt legit D. Auguſtinus *i*, ſed dici poteſt in Sichem conuentum habitum, fœdúſque percuſſum: indéque omnes ſolemni pompa in Silo ad Arcam Domini, eiuſdem confirmandi gratiâ fuiſſe profectos; parùm enim ea loca à ſe inuicem diſtabant, erántque ambo in tribu Ephraim.

h c. vlt. v. 2.

i qu. 10. in Ioſue.

Quod ad ipſam concionem attinet, inducit Ioſuë Dominum loquentem, ſuáque in Hebræos olim, recénſque collata beneficia commemorantem: nec vacat myſterio optio illa quam offert Iſraëlitis de ſeruiendo Deo, vel idolis; hæc enim diſſimulatio quædam eſt non paruæ induſtriæ, & ad effectum accendendum valde comparata, cúmque multiplici ſuadendi modo populi voluntatem magis ac magis in Deum inflammaſſet, teſtem appellat eorum conſcientiam, vt ſe ipſi poſteà ſi perfidi fuerint, ſine alio teſte, vel iudice condemnent.

Poſteà concludit. [*Nunc ergo auferte Deos alienos de medio veſtri k*] id eſt, qui ſunt; etſi enim non ſtudio idololatriæ ſimulachra illa apud eos reſiderent, ſed in ſpoliorum partem prædæque veniſſent, facilè tamen ipſis perperam abuſi fuiſſent.

k Ioſue. vlt. v. 23.

Demùm ad perpetuam rei memoriam duo ſigna fœderis huius inſtituit, alterum quod in ſcripta retulit, vt à peritis perpetuò conſuli poſſet; alterum in vſum illiteratorum, prægrandem erigendo lapidem, cuius tituli quoties cauſa requireretur, toties fœderis huius renouaretur memoria. Poſt hæc Ioſuë fato functus, appoſitus eſt ad patres ſuos ſub titulo, *ſerui Domini*, ſicut & Moyſes inſignitus. Dies mortis eius ponitur in Martyrologio Romano prima die menſis Septembris, puta circa initium ſeptimi menſi Tyſri, qui anno ciuili dabat exordium; ſicut & Moyſes initio anni ſacri imminanti obierat: nimi-

rum iſte Iſraëlitis initium rerum ſacrarum fuit, ille vero Dux terrenæ poſſeſſionis, & promiſſæ pridem hereditatis poſſidendæ.

OBSERVATIO LVIII.

De captis, amiſſiſque Chananæorum ciuitatibus.

OMnes ferè Chananæorum ciuitates à Ioſuë, eiuſve coæuis Iſraëlitis occupatas fuiſſe paſſim Scriptura teſtatur: ſed plures earum, reſumptis animis viribuſque, Iſraëlitarum poſteà iugum excuſſerunt: quarum nonnullæ iterum expugnatæ ſunt, vt Ieruſalem & Hebron, aliæ etſi valdè oppugnatæ fuerint, expugnari nequaquam potuerunt. Et ea hac obſeruatione multa ſibique primo obtutu pugnantia conciliantur Scripturæ loca, verbi gratiâ, dicitur in lib. Iudicũ [*cepitque Iudas* (ſcilicet cum Simeone) *Gazam cum fratribus ſuis & Aſcalonem atque Accaron cum terminis ſuis a.*] Et eodem tamen libro reperitur *b*, quòd Dominus reliquerit quinque Satrapas Philiſtinorũ non deuictos, alióſque populos, vt exerceret & erudiret in eis Iſraëlem. Itáque dicendum eſt illas vrbes in Iudæ ac Simeonis veniſſe poteſtatem, ſed non diu permanſiſſe, Philiſtæis eas non multo poſt ſibi vendicantibus *c*. Vnde ſi 70. Interpretes negant eaſdem à Iudæis captas aut poſſeſſas, explicandi ſunt, reputari non captas quæ quàmprimum amiſſæ ſunt, nec diu poſſeſſæ.

a Iudic. 1. v. 18.
b c. 3. v. 1. 2. 3.
c Ioſeph. 5. antiq. 2.

OBSERVAT. LIX.

De Debora Prophetide.

DE hac muliere celeberrima Scriptura ſic loquitur [*erat autem Debora Prophetis vxor Lapidoth, quæ iudicabat populum in illo tempore, & ſedebat ſub palma, quæ nomine illius vocabatur, inter Rama & Bethel in monte Ephraim; accedebántque ad eam filij Iſrael in omne iudicium d.*] Prophetis erat, quia cum ea Dominus, ſingulari priuilegio, colloqui dignabatur, ac per eam populum arguere, ac conſolari, fortè & futura ei prænuntiare. Non deerat id temporis ſummus Pontifex; vigebátque concilium Hebræorum, ſed ſæuientibus Chananæis perturbata erant omnia.

d Iudic. 4. v. 4.

Dicitur vxor Lapidoth, ſiue quæ tunc erat, ſiue quæ olim fuerat. Sic Berſabee dicitur vxor Vriæ etiam poſt mortem eius *e*. Illam vt viduam vbique celebrat D. Ambroſius, imò & Iudicem facit, ſicut & Auguſtinus, Hieronymus & alij, qui eam duxiſſe exercitum & quaſi nouam Amazonem pugnaſſe tradunt: alij tamen Iudicem tantummodo fuiſſe exiſtimant, dandis diuinitùs reſponſis cùm à ſuis conſuleretur, ademptis tunc per Iabin Chananæum populi rectoribus, à quibus vereri poterat conſilia defectionis, quæ à muliere parum metuebat. Facilis hoc loco erit Doctorum conciliatio, ſi dicamus, quòd cùm Debora ius dixit, litéſque compoſuit, id abſque iuriſdictione, ſed ea auctoritate quam ei prophetiæ prærogatiua conciliabat apud litigantes; cuius etiam prophetiæ intuitu, durante ſeruitute, viguit conſilio & auctoritate apud Barac, huius enim iudicis, ad arma capienda & pugnandum contra Siſaram; & datâ pace ad regendum populum, directria & adiutrix fuit. Ideóque Catalogo Iudicum adnumeratur.

e 2. Reg. 11. v. 15.

OBSERVAT. LX.

De iuſta Gedeonis in viros Soccoth & Phanuël animaduerſione.

CVm Gedeon, diuinâ potitus victoriâ, in expeditione Medianitarum ante ſolis ortum reuerteretur, memor debitæ ac promiſſæ viris Soccoth animaduerſionis, apprehendit puerum, famulum ſcilicet aliquem è Soccoth: (nam ætate puer, tot viros referre haud potuiſſet) interrogauitque nomina Principum & Seniorum Soccoth, quos ſcilicet in culpa fuiſſe conſtaret, & deſcripſit ſeptuaginta ſeptem viros, vrbémque ſub auroram improuiſus occupauit, & comprehenſis ex ſcripto viris, heſternam eis ſubſannationem exprobrans, ipſos cum ſpinis ac tribulis deſerti contriuit atque comminuit. Viros quoque Phanuël, eadem culpa implicitus *f*, occidit.

f Iudic. 8. v. 13. & ſeq.

Eam pœnam ipſa cogitatione horrendam, ne quis iniuſtam putet, attendat à Deo Gedeonem electum ducem, & inſigni iam clarum victoriâ, reliquis hoſtium exterminandis & communis patriæ bono inſudantem, ac petentem ab illis viris Soccoth & Phanuel, non grauia virorum vel armorum ſubſidia, non diuturnam apud eos moram; ſed tenuiſſimam ac neceſſariam in tranſitu, annonam panis; petentem inquam pro iis qui communem hoſtem inſequentes, nocturno iam, diuinóque martis grauamine, fatigati fame deficiebant. Itáque non in Gedeonem ſolum, eiúſque milites, ſed in rempublicam totam, Deúmque ipſum, cuius hæc erat expeditio, peccarant; pœnámque illam iuſtè promeruerant.

OBSERVATIO LXI.

De voto Iephthe, an vouendo, votúmque implendo peccarit.

VOtum Iephthe contra Ammonitas Iſraëlitarum hoſtes properantis, his deſcribitur verbis [*votum vouit Domino dicens, ſi tradideris filios Ammon in manus meas, quicumque primus fuerit egreſſus de foribus domus meæ, mihique occurrerit reuertenti cum pace à filiis Ammon, eum, holocauſtum offeram Domino g.*] Impletio voti in hoc conſiſtit, quòd ipſe filiam ſuam vnigenitam, quæ ei ea bello

h Iudic. 11 v. 31.

poſt,

poſt, victoriam reuerrenti occurrit prima, obtulerit Deo in holocauſtum : *& fecit ei ſicut vouerat.* E quidem ſi audiendi ſunt Rabbini quidam in hunc locum, nullus quæſtioni erit locus R. Dauid Kimchi & R. Bechai, explicant illud : *Holocauſtum offeram Domino*, cum hac modi præſcriptione ſi fuerit idoneum holocauſto ; ſin minùs conſecratum erit Domino illúdque : *Et fecit ei ſicut vouerat* pro filiæ conſecratione ſumunt, dicentes : fecit ei domum & introduxit in eam atque ibi remanſit ſeeluſa à filiis hominum, & à rebus ſæcularibus. Verùm, quia ſacrorum Interpretum communis ſententia eſt, Iephthe iuxta votum ſuum verè immolaſſe Deo filiam ſuam: Iam quæſtio eſt, an Iephthe vouendo, votúmue implendo peccauerit, nec ne? vtrámque partem probabilem ſtatuit Auguſtinus, & Caietanus *a*.

a In hunc locum.

Crediderim ego Iephthe non peccaſſe; quia quod fecit, id vtique ex inſtinctu Spiritus ſancti, vt docet Chryſoſtomus *b* & alij, & patet ex illo Iudicum [*factus eſt ergò ſuper Iephthe Spiritus Domini* & mox ſubditur [*votum vouit Domino* ;] & confirmatur, quia per illud votum impetrauit à Deo victoriam contra Ammonitas ; quod ſignum eſt placuiſſe Deo ipſius votum : quòd ſi votum placuit, etiam voti impletionem placuiſſe neceſſe eſt, maximè cùm à Deo non ſit impedita ; nec Scriptura huiuſmodi votum vnquam reprehendat, quin imò ipſum ſæpè laudat: & Apoſtolus Iephthe cum Dauide, Samuële, & Prophetis adnumerans, æquè de illo ac de his ait : [*Sancti per fidem vicerunt regna; operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones. c*] Subſcribit Hieronymus, dum ait *d*: [Iephthe obtulit virginem filiam, & idcircò in enumeratione Sanctorum ab Apoſtolo ponitur.] Illo námque facto heroico, fides Iephthe, & religio erga Deum magis inclaruit.

b Iudic. 11. v. 29.

c Hebr. 11. v. 33.

d Hier. epiſt. 34. ad Iulian.

Adde, quòd ſi Iephthe vouendo peccaſſet, vtique ab aliquo Propheta, vel ſacerdote, toto illo duorum menſium, quod intur votum, votíque adimpletione interceſſit, ſpatio, ne votum impleret fuiſſe admonitus ſed neque populus ipſe filiam vnigenitam Principis ac liberatoris ſui Iephthe, circumeuntem cum ſodalibus ſuis per montes, & plangentem virginitatem ſuam, occidi & immolari paſſus fuiſſet; niſi votum eius gratum ac Deo acceptum crediſſet, ſed eripuiſſet illam à morte, ſicut & poſteà eripuit Ionathan filium Saülis, quando pater ratione iuramenti quo ſe obſtrinxerat, voluit eum interficere : credidit enim populus iuramentum illud fuiſſe temerarium, ſaltem pro Ionatha, qui de tali iuramento nihil audierat.

Equidem votum illud, Spiritus ſancti impulſu, fuiſſe emiſſum, atteſtatur ipſa vnigenitæ generoſa conſtantia, qua heroïs illius filia heroina, Deo, non naturâ quæ mortem refugit, ipſam mouente, patri dicenti : *heu me filia mea, decepiſti me*, &c. conſtanti animo reſpondit : [*Pater mi ſi aperuiſti os tuum ad Dominum*] promiſſione ſcilicet facta ſacrificij, *fac mihi quodcumque pollicitus es, conceſſâ tibi vltione atque victoriâ de hoſtibus tuis e.*] Quibus verbis lubens illa & innocens victima laudatiſſimarum præbuit exempla virtutum ; religionis in Deum ; pietatis in Patriam ; reuerentiæ in parentem ; præcellentis magnanimitatis in ſemetipſam ; ad quam, vtique animi firmitatem, illa quoque petitio duorum menſium pertinet, ad deplorandam cum ſodalibus virginitatem, ſeu ſterilitatem ſuam, ob quam prole carens excludebatur, ne mater foret Meſſiæ, ad quam vtique prærogatiuam ſingulæ veteris Teſtamenti mulieres aſpirabant. Neque enim conſtantem decuit animam, quaſi amentem in aram aſcendere, ruere in gladium, in flammas inſilire ; ſed pacato, maturóque iudicio, rem tantam, nec vſitatam agere.

e Iudic. 11. v. 36.

Demum in re dubia, cùm neque Scriptura repugnat, nec recta obſiſtit ratio, æquius eſt rem huiuſmodi in bonam partem interpretari, maximè, vbi de viris illuſtribus, & ab eadem Scriptura commendatiſſimis, eſt quæſtio. Scriptura autem ad ſummum, rem dubiam relinquit, nec vſpiam Iephthe factum arguit ; ſed hominem vbique laudat. Cùm tamen ſi ſponte ſua, aut ex aliqua animi leuitate id voti edidiſſet, & mente parum maturâ poſteà exſoluiſſet, magnæ in vouendo temeritatis, maximæque in reddendo voto crudelitatis reus fuiſſet. Nec vlla apparet euidens ratio, quæ euincat, Deum ab hoc voto alienum fuiſſe ; & quæcúmque à Patribus contra hoc Iephthe votum afferuntur, explicari poſſunt de eo, ſi ſponte propriâ & non Diuinâ, quod nos contendimus inſpiratione nuncupatum fuiſſet.

Prædictis omnibus ſuffragatur, ſubuenitque ratio myſtica, quia ſicut Abraham offerendo filium ſuum Iſaac, expreſſit tantùm, quo ad voluntatem, typum ſacrificij quo in cruce oblatus eſt Chriſtus ; conſentaneum fuit vt eundem alius exprimeret, quo ad executionem. Et hoc fecit Iephthe, cuius filia optimè typum expreſſit Chriſti, & quoad promptam moriendi voluntatem, dùm reſpondit Patri : [*Pater mi ſi aperuiſti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcumque pollicitus es f.*] & quoad ipſam mortem, quam actu ſubiit *g*. Et ſicut prior typus fuerat in ſexu virili, ita poſterior foret in ſexu fœmineo, quia pro vtroque ſexu immolatus eſt Chriſtus *h*.

f Iudic. 11. v. 36.

g v. 39.

h Vide Obſeru. LXII. In quos Iudicum ann. ſeducendi ex pag. 52. A.

OBSERVATIO LXII.

An quadraginta anni, quorum mentio fit Actor. 13. v. 21. quibus dicitur Deum dediſſe Saül filium Cis virum de Tribu Beniamin, includant præfecturas Samuëlis ſimul & Saülis.

ET ſi D. Paulus dùm ait : [*poſt hæc dedit Iudices vſque ad Samuelem, exinde poſtulauerunt regem ; dedit illis Deus Saul filium Cis, virum de Tribu Beniamin, annis 40.*] Videatur iſtos 40. annos tribuere ſoli Saüli, excluſo Samuële ; communis tamen Docto-

Actor. 13: 4.

rum,

a 1.Reg.12. 15.16.19. 20. b 1.Reg.7.v. 16. d 3.Reg.6. v.1.

rum, quos citat, & ſequitur Salianus ſeſt ſententia, illos annos Samuëli ſimul & Saüli eſſe adſcribens, cum ex Scriptura conſtet Samuëlem diu cum Saüle vixiſſe *a*, eumdémque omnibus diebus vitæ ſuæ Iudicis dignitatem retinuiſſe *b*: illúdque ſolùmquo expreſsè aſſeritur *c*, non plures annos quàm 470. eſſe computandos ab exitu ex Ægypto, ad iacta Templi fundamenta, conuincit illos quadraginta annos vtrique eſſe attribuendos, ita vt & Samuëlis & Saülis ſimul includant præfecturas. Verùm quot annos ſolus præfuerit Samuël, quótue cum Saüle? & quot ſolus Saül, Samuële defuncto? diffi ilis ac moleſta eſt diſputatio.

1. Reg. 13. v. 1.

Noſſe ſufficiat, Hebræos Ariam Montanum, Adrichomium, & alios, duos tantùm annos dare Saüli ex quo vnctus fuit in regem, probántque ex illo: [*filius vnius anni Saul cùm regnare cœpiſſet*; & duobus annis regnauit ſuper Iſraël.] At locus iſte explicatur ab aliis de regno ſolius Saülis, Samuële iam defuncto: & perſuaſu difficile eſt, tot acta & prælia Saülis, quæ referuntur libro 1. Regum à cap. 10. vſque ad vltimum, potuiſſe biennio confici. Quare Interpretes aſſerunt Saülem regnaſſe ſolùm, multò plus quàm biennio, ſed quot annis præcisè non conueniunt.

Eam refert probatque Salian.

Placet præ cæteris opinio illa quæ ait, nempè ſolum Samuëlem 22. annis præfuiſſe; Saülem 18. quorum ſexdecim tranſegerit, viuo Samuële, duos autem, eo defuncto. Hæc enim ſententia rebus ipſis geſtis, ac rationi temporis conſentanea eſt. Nam à morte Heli Pontificis, Arca Dei vno circiter anno manſit, tam apud Philiſtæos *e*, quàm Bethſamitas, tum 20. *f* annis in Cariathiarim, aute renouatum fœdus in Maſphat; inde ſecutum eſt bellum contra Philiſtæos, quod 22. expleuit annum, eóque anno filiorum Samuëlis gubernatio, experimento iam probata, reprobata eſt; réxque petitus à populo atque impetratus eſt. Reliqui verò 18. Saülis anni rebus ab eo geſtis aptiſſimè quadrant, adeòut Samuële biennio ante Saülem defuncto, duobus annis ſuper Iſraël ſolus regnaſſe intelligendus ſit *g*.

e 1. Reg. 6. ſeq. 7. v. 2.

g Obſeruat. LXVIII. An Samuël. fuerit pag. 54.

OBSERVATIO LXIII.

De captura Samſonis & morte ſibi accerſita.

Iudic. 13. 7. vlt.

SAmſon Nazaræus Dei ab infantia *b* ſua, cui benedixit Dominus, inauditâ vſquam fortitudine, aliíſque Dei donis illuſtris, geſtíſque heroicis clarus; à vili ſcorto Dalida, fœta fraudibus, confuta mendaciis, plenâ hypochriſi, dementatus, & meretricis illecebris emollitus, ſecretum, in quo ſita erat ſua tanta fortitudo ei tandem aperit, quæ illicò vocauit tonſorem, vt caput totum commodiùs ipſa illud ſuſtentante ac moderante raderetur, quo facto violenter excuſſit Samſonem, vt qui profundi admodum ſomni eſſet, vt iam tertio probauerat, eumque Philiſtæi, æquè viribus ac crinibus iam deſtitutum capiunt, excæcant, vinctúmque catenis in Gazam trahunt; & in piſtrinum compingunt, vt molam aſinariam verſet, ac loris, ſtimuliſque ſeruilem in modum deſormatur; manúſque ille lacerandis leonibus, millibúſque hominum, ſolâ aſini maxillâ, conterendis habiles, ferreis manicis languidæ cruententur.

Ille interim iuſtiſſimam Dei in ſe animaduerſionem agnoſcens, Diuinam ſupplex miſericordiam implorat, eique præſentem calamitatem in ſuarum ſatisfactionem culparum contrito & humiliato offert animo, ſicque in gratiam illam recipitur quæ iuſtificat peccatorem. Aduentitia verò illa gratia, gratíſque data fortitudo, prout cæſaries repullulabat, paulatim inſtaurari cœpit, adeòut intra paucos menſes vtráque exercuerit priori ſimilis.

His elapſis, Principes Philiſtinorum, aliique innumeri conueniunt in téplum Dagon, vt magnificas ei hoſtias immolarent & epularentur, ſibi, deóque ſuo de victoria gratulantes, cibo, potuque exhilarati, Samſonem quaſi ridiculum de carcere educi iubent vt ludos ex aliena calamitate capiét: ſic vt partim luderet ipſe, & partim à Philiſtæis variè illuderetur. His ludis, ludibriiſque fatigatus Samſon, cùm inter duas ſtaret colūnas, quibus totā innitebatur domus, rogauit famulū qui ei regebat greſſus, vt ſineret ſe ad colūnas illas, quietis gratiâ, paululum reclinari, tùm exploratâ columnarum craſſitie & diſtantiâ, conſilio interim ſuo, viribúſque diſſimulatis, oratione quàm maximè ſupplici, Deum inuocat adiutorem. [*Domine Deus meus*, inquit, *memento mei*, *& redde mihi fortitudinem priſtinam Deus meus*, *vt vlciſcar me de hoſtibus meis*, *& pro amiſſione duorum luminum*, *vnam vltionem recipiam i*.] Potuit iuſtè vindictam expetere ac ſumere de idololatris, & publicis hoſtibus populi ſui, cùm ipſe ſummum gereret magiſtratum. Vindicare namque Samſonem, erat vlciſci totum populum Iſraël, cuius ipſe erat caput, quique in ipſo grauiſſimam acceperat iniuriam. Samſoni quoque iam adfuerat Deus cum Philiſtæis mentem abſtulit, ne renatam ei cæſariam raderent. i Iudic. 16. v. 28.

Facta oratione; [*apprehendens ambas columnas*, *alteramque earum dextera*, *alteram læua tenens k*,] ſicque brachiis in crucis morem extenſis exclamat: [*moriatur anima mea cum Philiſthiim l*] concuſſiſque fortiter columnis, crebróque brachiorum, humerorum, & totius corporis impulſu, ſub ruina periete vniuerſi & Principes Philiſtiim, & flos ipſe iuuentutis, & robut populi, & ipſe inter alios oppreſſus obiit. k v. 29. l v. 30.

Mortem hanc ſine peccato Samſonem ſibi accerſiuiſſe tradunt plerique ſanctorum Patrum, præ cæteris D. Auguſtinus, ſpiritum illum ſcilicet hoc latenter iuſſiſſe, qui per eum miracula faciebat; cuius rei argumentum eſt, quod Deum religiosè inuocauit, antéquam facinus aggrederetur; quòd Diuini ſpiritus ſolito interuentu id peregerit; quòd illius zelo motus & incenſus fuerit, cuius goriam Philiſtæi & idololatræ tribuebant Dagoni.

Adde

Adde quòd nec ſibi manus intulerit Samſon, neque inferre voluit, ſed infenſiſſimis verbi Dei populique ſui hoſtibus. Porrò ex accidente contigit vt ruinâ Templi eos obruente, eam ipſe vitare non poſſet; ſicque communi exterorum clade inuolueretur. Auſim dicere Samſonem vitam ſuam Diuinæ gloriæ, & ſui cui præerat populi libertati conſectando, magno apud Deum remuneratorem præmio affectum eſſe: huius rei teſtem voco Apoſtolum qui eum Sanctorum aggregat concilio: nec deeſt ex Doctoribus qui eum martyrem dicat.

OBSERVAT. LXIV.

In quos Iudicum annos reducendi ſunt illi quadraginta anni, quibus Iſraël traditus dicitur Philiſtæis.

HOs 40. annos qui poſt Abdon Iudicem, & ante Samſonem recenſentur, eorúmque annis interſeruntur non eſſe ab annis Iudicum ſeorſim computandos, conuincitur ex 3. Regum 6. qui locus, vt dictum eſt, nullum inter Iudices inſeri patitur interregnum. Sunt ergo anni illi in annos Iudicum refundendi: at in quorum annos Iudicum, anteriorum an ſubſequentium, diſſentiriunt Chronologi. Alij *a* námque totos illos 40. annos in ſubſequentes Iudices refundunt, dimidiam eorum partem cum 20. annis Samſonis, aliam cum 20. prioribus Heli connumerantes. Alij *b* verò priorem illam trahunt in anteriorum annos Iudicum, ſcilicet Abeſan, Ahialon, & Abdon: poſteriorem autem in 20. annos Samſonis reiiciunt; & huic ſententiæ ſubſcribere impellit nos Scriptura, ex qua patet primùm, annos illius ſeruitutis cœpiſſe ante natiuitatem Samſonis; Angelus enim Domini annuntians matri eius ſterili, futuram pueri conceptionem, ait [*Concipies & paries filium, & ipſe incipiet liberare Iſrael de manu Philiſtinorum c*] eademque perſeuerauit, Samſone iam adulto, eo enim tempore [*Philiſtiim dominabantur Iſraeli d*] & valde probabile eſt, morte Samſonis, finem ſumpſiſſe; cùm omnes Principes Philiſtinorum ſimul cum ipſo, ruina templi Dagon; oppreſſi fuerunt *e*, omnéſque pariter cum eis dominationis nerui præciſi ſunt; nec ad plures annos inuenti, quorum auctoritate, conſilio, viribúſque, Philiſtiim præualuerint Iſraëlitis. Equidem totis 40. annis, quibus à morte Samſonis Heli reipublicæ præfuit, nulla in Scripturis, ſeruitutis fit mentio, ſed in eius morte dumtaxat, duo populi viribus ſuppares, Iſraël & Philiſtiim ſub ſuis vterque Principibus ac Magiſtratibus depugnantes repræſentantur *f*. Et Ambroſius *g* apertè teſtatur, Samſonem, populum ſuum quem captiuum repererat morte ſua liberum reliquiſſe.

a Euſeb. in Chron. Abul. Genebr. Liran.
b Hebr. in ſeder. Ollam c. 12. Salian. & alij.
c Iudic. 13. v. 5.
d c. 14. v. 5.
e c. 16. v. 23. 30.
f 1. Reg. 4.
g 19. epiſt. c.

OBSERVATIO LXV.

Quo iure Anna non adierit ſanctuarium die 40. purificationis gratiâ.

PRofectionem in Silo cum bona coniugis venia, vſque ad ablactationem pueri Samuëlis, non immeritò Anna diſtulit; quia 40. die, vt cæteri primogeniti, redimendus non erat, ſed cultui Diuino, iuxta parentum votum, ſuo tempore mancipandus: & quamuis nullum interueniſſet votum, tamen hoc ipſo quòd Leuita fuit, erat Domino ſacer: aſſumpſit enim olim in deſerto Dominus omnes Leuitas pro primogenitis Iſraël *b*. At fueritne Anna immunis à culpa quæ quadrageſima die, purificationis ergò, ſanctuarium non adierit? anne etiam purificatio, cui mulier ex lege ſubiacebat, ſine culpa, atque adeò ſine ſcandalo vicinorum, aut cognatorum omitti potuerit? Reſpondet Abulenſis *i*: Legem purificationis ad mulieres Leuiticas non pertinuiſſe, ſicut nec redemptionem primogenitorum, quia illa ſacrificia purificatoria, erant iura à reliquo populo Leuitis debita, ideóque ab his, in quibus erat Anna, non debebantur; neque propterea opus fuit illam in Silo proficiſci; quæ cùm Elcana Leuites non ignoraret, nihil de mandato legis circa ipſius purificationem obiecit vxori, ſed [*fac*, inquit, *quod bonum tibi videtur, & mane donec ablactes eum k*:] exiſtimabat ipſe Annam ſecum, & cum omni domo, ſacrificij gratiâ, in Paſchate libenter aſcenſuram, ibíque iam matrem factam, iucundius epulaturam.

b Num. 3. v. 45.
i in hunc locum qu. 26.
k 1. Reg. 1. v. 23.

OBSERVAT. LXVI.

De Heli ſummo Sacerdote, & peccato filiorum eius Ophni & Phinees.

DVm puer Samuël proficit & creſcit in Templo placétque tam Deo, quàm hominibus *l*, improbitas filiorum Heli, maiora in dies incrementa capiebat. Eos quaſi impios & prophanos damnat Scriptura, cum nuncupat filios Belial. Deinde multiplicis ſacrilegij arguuntur, quòd non acciperent de ſacrificio pacifico id quod lege præſcriptum erat, ſed quod à tridenti fuſcinula, famuli ſacerdotis caſu raperetur. Item quod tempus accipiendi legitimum præuerterent, ſcilicet ante oblatum Domino adipem; carnem enim capiebant, non elixam, prout lex ferebat; ſed crudam, vt eam aſſarent pro arbitratu ſuo: denique quod hæc, non beneuole, ſed per vim, mináſque raperent, quæ omnia populum à ſacrificandos retrahebant. Damnantur etiam fornicationis & adulterij, quod mulieres quæ religionis ergò obſeruabant ad oſtium Tabernaculi

l 1. Reg. 2. v. 26.

& quaſi ſanctimoniales, relicta ſeculari vanitate, Dei templique famnlatui erant mancipatæ, cum magno populi ſcandalo polluerent.

Multa quidem fuit atque diuturna filiorum Heli improbitas, ſed mollis & tarda parentis correctio; vnde & illi [*non audierunt vocem patris ſui, quia voluit Dominus occidere eos a*] vbi particula; *quia*, non cauſam, ſed conſecutionem ſignificat: neque enim ſenſus eſt, quòd impœnitentiæ ipſorom, aut negationis gratiæ, ad obedientiam & conuerſionem neceſſariæ, cauſa fuerit decretum Domini de ipſis in tali ſtatu miſero exterminandis, ſed ſenſus eſt; filij Heli filij Belial, qui neque Deum timebant, neque homines verebantur; non audierunt vocem & admonitionem patris ſui; neque pœnitentiam egerunt, aut reſipuerunt, ex quo factum eſt vt Deus voluerit eos occidere.

a 1.Reg.2.v.25.

Accuſant Patres *b*, nimiam Heli in filios indulgentiam, quos molli reprehenſione, & leuibus tantum verbis arguere in grauiſſimis ſceleribus ſatis eſſe duxit, cùm & eos à miniſterio templi prorſus excludere debuiſſet. Et D. Chryſoſtomus *c* patrem cum filiis in æternùm periiſſe ſignificat.

b Hieron. l. 1. contra Iouin. Theodor. q. 10. in 1. Reg.
c Lib. 3. aduerſus vituperat. vitæ monaſticæ.

Crediderim tamen Heli aliundè pium ac virum bonum, qui auditâ à Samuële pœna ſibi imminente, Diuinæ ſententiæ humiliter acquieuit, dicens: [*Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis faciat d*] ea verba, contrito corde, & ad Diuinam animaduerſionem, pœnáſque huius vitæ parato protuliſſe, & ſibi in remiſſionem pœnæ æternæ valuiſſe. Horum teſtis eſt zelus ille domus Domini, quo vt audiuit captam à Philiſtæis Arcam Domini, ſtatim dolore corruit. [*Erat cor eius pauens*, ait Scriptura, *pro Arca Dei.*] Cúmque nuntius qui de acie fugerat dixiſſet, ruina magna facta eſt in populo; inſuper & duo filij tui mortui ſunt Ophni & Phinees; ſuſtinuit adhuc ſenex ſui compos: & cùm ille nominaſſet Arcam Dei, cecidit de ſella retrorſum, & fractis ceruicibus mortuus eſt. Inſigne profectò pietatis argumentum, & animæ Deo acceptæ prognoſticum.

d 1.Reg.3.v.18.
e c. 4.v.13

OBSERVATIO LXVII.

An Samuël fuerit Pontifex ſimul, & Iudex.

PLerique antiquorum Patrum *e* crediderunt Samuëlem non ſolùm populi fuiſſe Iudicem, ſed & ſummum Pontificem. Conſtat nihilominus, Samuëlem non fuiſſe Sacerdotem, nedùm Pontificem; quoniam ea dignitas vni ac ſoli Aaronis familiæ erat alligata. Ad illam autem Samuëlem non pertinuiſſe, ex Scriptura *f*, certiſſimè conſtat; ex qua idipſum profitetur S. Hieronymus *g*. Ipſe tamen vult, Samuëlem Diuino priuilegio factum eſſe Sacerdotem, qui & Sacerdoti ſucceſſerit, nempè Heli, & hoſtias obtulerit; & Sacerdos fidelis à Deo ſuſcitandus, diuinitùs promiſſus fuerit: ſicut & Paulus extra ordinem factus eſt Apoſtolus, licèt in duodenario illo numero non contineatur: & in hanc ſententiam interpretari poſſumus antiquos patres, qui Samuëlem Sacerdotem dixere, vel Pontificem. Samoëlem ergo officio Iudicem dicimus, pietate tamen & zelo Pontificem; qui difficillimis temporibus, rebúſque deſperatis, publicam rem ſuſceperit adminiſtrandam; quo agente, omnis à populo abdicatus atque eiuratus ſit prophanus cultus, Diuinus autem firmiter ſtabilitus. Audi myſticum Pontificem ad vniuerſam domum Iſraël perorantem: [*ſi in toto corde veſtro*, aiebat, *reuertimini ad Dominum; auferte deos alienos de medio veſtri, Baalim & Aſtaroth h.*] His nominibus idolorum quæ erant in Syria frequentiſſima, cætera quoque omnia intelligit: quacumque ex cauſa retinerentur. Et quia non ſolum declinandum eſt à malo, ſed faciendum etiam bonum, ſubdit: [*præparate corda Domino & ſeruite ei ſoli, & eruet vos de manu Philiſthiim i.*] Quæ verba; quia non obſeruatur quo loco ſunt dicta, crediderim cum Lyrano & Abulenſi; hoc fuiſſe commune quaſi argumentum exhortationum ad populum in ſingulis vrbibus, quas Samuel concionabundus ſingulis annis obibat.

e S. Ignat. Clem Rom. Cyprian. Chryſ. Aug. Greg. Ma. &c.
f 1. Paral. 6. v. 34.
g Lib. contra Iouinian.
h 1. Reg. 7. v. 3.
i Ibid.

Sublatis tandem idolis, & inclinatâ totius populi in Deum voluntate, indixit Samuël generalia Comitia in Maſphat, ciuitate Beniamin, vt ibi ſolemnis fieret abnegatio idolatriæ, & reconciliatio cum Deo. Ibi hauſerunt aquam, & effuderunt coram Domino, in ſignum effuſi penitùs de cordibus ſuis omnis idolorum amoris & cultus. Huius autem pœnitentiæ teſtis, imò & Iudex Samuël fuit & apud Deum populúmque mediator. Ideóque dicitur iudicaſſe filios Iſraël in Maſphat, quæ erat quaſi in medio Paleſtinæ: decétque Principem, quaſi in ſuæ ditionis centro commorantem, in totam vndique Prouinciam, prouidentiæ ſuæ lineas extendere.

OBSERVATIO LXVIII.

De Arca Domini à Philiſtæis capta, & in terras Iſraël remiſſa.

CVm quadraginta iam annis, impotentiâ magis, quàm voluntate, Philiſtæi ſe continuiſſent: inſtauratis tandem apud ſe rebus, perſoniſque ad vindicandam Principum ſuorum ac parentum, qui à Samſone ruinâ templi Dagon oppreſſi fuerant, cædem, deorúmque ſuorum dedecus, ſeipſos excitarunt, maximè cùm rem ſibi fore intelligerent, non cum aliquo Samſone, qui quacumque pergeret, terrorem ſecum, mortémque traheret; ſed cum laxiori decrepito, ac cæcutiente Sene, qui ne filios quidem continere, nec in domeſticos, ſuum qualecumque valeret commendare imperium.

Initur prælium in Aphec, non procul à Silo; vincuntur Iſraelitæ, conſilium capiunt deferendi Arcam fœderis Domini è Silo in caſtra. Rectâque de auxilio Diuino fiduciâ, ſi prius ipſi, eorúmque Sacerdotes, ad veram pœnitentiam confugiſſent, quâ nec

in

in mentem obueniente, maiorem cladem accipiunt, & deſertis caſtris, Arca ipſa ſuis propugnatoribus nudata capitur. Equidem ſi minimè rei ſunt ex fuga ſacerdotes Ophni & Phinees, ſed in Arca Domini contra idololatras fortiter defendenda obierunt, vt putat Abulenſis *a*, de eorum ſalute non deſperatem; quòd & tempus ad pœnitentiam habuerint ſatis diuturnum, vitámque in Arca, Deíque gloria propugnanda poſuerint: qui fortaſsè à principio ſibi fugâ conſulere potuiſſent. Eos tamen Gregorius Magnus in exemplum reproborum ponit, eorúmque qui in cordis impœnitentis proiiciuntur caliginem. Quidquid ſit de illis.

a In hunc locum q. 17.

Arcam Domini Philiſtæi reponunt in templo Dagon, quaſi Deum ſuum, eius oblatione, honorare voluiſſent, Deóque Hebræorum quodammodo inſultare. Verùm poſtridiè inuentus eſt Dagon iacere pronus in terra ante Arcam Domini *b*, quaſi eam inuitus adorare cogeretur; mox ſacrificuli Dagon, ne turpis ipſius deiectio vulgaretur, conſtituerunt eum in locum ſuum: ſed is idoli lapſus, factus eſt loculentior; nam die alterâ conſurgentes, inuenerunt Dagon, id eſt, ſuperiorem partem idoli quæ ſpeciem humanam referebat, iacentem ſuper faciem ſuam in terra coram Arca Domini; caput autem Dagon & duæ palmæ manuum eius abſciſſæ erant ſuper limen; porrò ſolus truncus Dagonis, id eſt, inferior pars in piſcem deformata remanſerat in loco ſuo; atque ita idolo mutilato, ignominia eius omnibus patefacta eſt, imò in poſteros propagata: dum limen templi ſui pedibus non audent attingere, ſed tranſilientes, tranſiliunt: vt 70. habent Interpretes, nimirùm ſaltu in fanum ſuum prophani ingrediebantur, eodémque ſaltu iterato deſcendebant, vt hac ſtultâ ceremoniâ lapſus plurimorum, ac nonnullorum cachinnus excitaretur.

b 1 Reg. 5.

Plurimis plagis ſubinde acceptis, conſultíſque ſuper his ariolis ſuis; Arcam Domini nouo plauſtro impoſitam, & ab indomitis vaccis trahendam, in terras Iſraëlitarum remittunt: quæ res multiplici claruit miraculo; nam nec vaccæ erant aſſuetæ iugo, ideóque verendum eas potiùs de eo excutiendo laboraturas, quàm de trahendo plauſtro, quod cùm nouum eſſet, nec ſemitis aſſuetum, difficiliùs quoque trahebatur: nec iter nouerant, nec ductorem aut ſtimulatorem habebant bubulcum, vt in biuio, aut triuio poſitæ legitimam adirent viam. Intereà vitulos habebant reclusos, quorum mugitu, nonniſi in ſtabulum retrahi poterant, materno eas amore ſtimulante; ibant nihilominùs in directum vaccæ per viam, quæ ducit Bethſames, habentes Arcam pro onere & auriga; neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram inconditè gradiebantur, vt ſolent indomita animalia, quæ viæ tritæ rarò inſiſtunt, & Diuina duce Prouidentiâ deduxerunt Arcam in terram Bethſames, quæ erat vrbs Leuitica.

Veníque plauſtrum in agrum Ioſuë Bethſamitæ, ibique ſtetit, vbi mox ſacrificatum eſt, loci opportunitate. Erat enim lapis magnus, & conciderunt ligna plauſtri, vaccáſque impoſuerunt ſuper ea holocauſtum Domino. Non exprimitur autem, à quibus oblatum ſit illud holocauſtum: probabilius eſt autem à Philiſtæorum Sacerdotibus, quàm Iſraëlitarum; ſiue quia victima erat contra præſcriptum legis Moſaicæ, ſiue quia lapis ille altare non erat, ſed prophanus lapis; ſiue quia ipſa textus litera eum videtur ſenſum exigere; cùm enim dicatur: [*Leuitæ autem depoſuerunt Arcam.*] Vtrique innuitur præcedentia, non Leuitis, ſed ab aliis, putà Philiſtæis, quorum erant vaccæ & plauſtrum, fuiſſe acta.

OBSERVAT. LXIX.

Circa vnctionem Saülis in regem, eiuſque optima exordia, prauáque nouiſſima.

Singularis eſt ac memoranda hiſtoria Saülis, è gregario in primum regem totius Iſraël à Deo aſſumpti: Diuinorum plena ſunt iudiciorum, prima eius & nouiſſima, adeóque in hac obſeruatione meritò attendenda.

Saül ſemotis arbitris, ipſo etiam eius famulo; primùm à Samuële vnctus fuit: intererat enim communis boni, neminem priuatæ huius inaugurationis eſſe conſcium, ne re euulgata, zelus inter proceres accenderetur, & Samuëlem cum Saüle haberent ſuſpectum colluſionis, quod eius electionem, de qua nondum publicè conſtabat, à Deo factam aſſeuerteret; debuit ergò illa Dei iuſſio de Saüle inungendo ſecretè impleri, donec palam per ſortitionem Diuinam, eius electio cunctis appareret, quæ frænum ambitioni, oríque ſilentium imponeret. Illa tamen ſecreta vnctio, ita fuit energica, vt Saül [*cùm auertiſſet humerum ſuum, vt abiret à Samuële, immutauit ei Dominus cor aliud c*] id eſt, cùm prius ingenio ac moribus ruſticanus eſſet, ſpiritum regium accepit ſpiritum fortitudinis ac magnitudinis animi, & latitudinis cordis.

c 1. Reg. 10 v. 9.

Ita Theodoret.

Indictis in Maſphat, ciuitate Beniamin, omnium Tribuum Comitiis generalibus, quia res agebatur grauiſſima, magníſque ſtudiis expetita, nempè priſtinæ gubernationis forma commutanda: congregatóque vniuerſo populo, & in Tribus ſuas & familias, ſeorſim diſtributo; prima Tribuum ſortitio facta eſt, tredecim ſchedulis ſingularum Tribuum nominibus inſcriptis & complicatis, & quidem omnino ſimilibus in vrnam coniectis, quâ agitatâ, puerulus, fortè aliquis innocens, iuſſus vnicam ex omnibus educere; Beniamin omnium nouiſſimâ extraxit; itâ ad familias, ſeu cognationes eiuſdem Tribus procedendo, ſingulæ ſuam ſchedulam miſerunt in vrnam, ex qua educta eſt familia Metri, inde domus Cis, poſtremo perſona Saülis, qui rei futuræ cóſcius præ ſua modeſtia non aderat, ſed latebat domi inter vaſa; non domi propriæ quæ erat in Gabaa, ſed in altera quæ erat in oppido Maſ-

Hieronym. ex Hebræo traditionib.

phar,& in qua Cis pater eius,ius habebat hoſpitij. Inde eductus Saül,& in Comitia perductus,ſtetit in medio populi,ſtaturâ tàm excelsâ,vt toto capite ſuperaret vniuerſos;cúmque eum Samuël hoc quoque nomine commendaret erupit fauſta populi acclamatio, *viuat Rex*; quâ vitam illi & felicitatem comprecabantur omnes. Móxque noua ei inunctio ſine dubio addita eſt,ſicut & poſteà contigit in Dauide. Cùm enim prioris ac ſecretæ vnctionis nulla fiat hoc loco mentio, ſatis apparet, tantam ceremoniam haud fuiſſe prætermiſſam, quæ Regem neque Tribu,neque familia inſignem, redderet auguſtiorem, maximè apud rudem populum,quem ſola propemodum externa ſigna afficiunt. Affirmat Sulpitius Saülem oleo pontificio,è ciuitate proxima Nobe,vbi tunc erat Tabernaculum Moyſis, petito, vnctum fuiſſe à Samuële, impoſitáſve eius capiti manus, fusáſque preces cum inuocatione Diuini nominis. Quod autem dicitur: *Samuel locutus ad populum legem regni, antequàm eum dimitteret.* Crediderim eum orationem habuiſſe de mutuis regis & populi inter ſe officiis: Samuël,ait Gregorius Magnus *a*,coram rege ad populum loquitur,vt rex ſciat à populo quid exquirat;ſicut populus quid exhibere ſuis regibus debeat:quæ lex in libro ſcribitur,vt futurorum memoria reſeruetur, & coram Domino ponitur, vt venerabilis habeatur.

a In c. 10. lib. 1. Reg.

His ita tranſactis, Samuël qui populum conuocarat, eum quoque dimiſit, annuente Saüle,cum quo & reliquo vitæ ſuæ tempore iudicauit Iſraëlem: dicitur enim iudicaſſe Iſraëlem cunctis diebus vitæ ſuæ *b*: Saül autem abiit domum in Gabaa, ad priuatam vtique vitam rediens,vt qui poſt vnum menſem boues de agro reuertentes ſequeretur. Mira in viro humilitas! quem Deus ſuffragio ſuo ad ſupremum extulerat apicem dignitatis: mira prudentia! cùm filij Belial, id eſt praui, & ad ſeditionem parati, deſpexeruut eum, & non attulerunt ei munera *c*, quibus ſcilicet ſuam in eum teſtarentur obſeruantiam: diſſimulauit enim ſe audire, aut noſſe, ſciens thronum regium clementia roborari *d*. At qui fuerint illi filij Belial? Ephraimitas, iurgiis ac ſeditionibus aſſuetos; non temerè ſuſpicabitur, qui ad Gedeonis & Iephthe attenderit hiſtoriam *e*. Potuerunt tamen eſſe aliqui de Tribu Iuda, cui regnum præ cæteris promiſſum, debitúmque videbatur; quicumque illi fuerint, Saül cunctis benefacere paratiſſimus, cùm poſt menſem audiſſet quòd Ammonitæ imminerent ciuibus Iabes Galaad, eiſque Naas rex dextros oculos, datis tantum ſeptem dierum induciis, vellet eruere, ſpiritu Domini accenſus *f*, vt qui ſciret hanc vltionem ad ſe pertinere, [*aſſumens vtrumque bouem concidit in fruſta, miſitque in omnes terminos Iſraël g*,] putà primarias vrbes ſingularum Tribuum, cum hac interminatione, [*Quicumque non exierit & ſecutus fuerit Saül & Samuel, ſic fiet bobus eius i.*] Quæ quidem pœna, nec ſumma fuit, nec capitalis, ne à principio Saülis principatus ſeuerior videretur; neque tamen erat exigua, cùm omnes ferè opes huius populi, gregibus & armentis conſtarent. Prudenter quoque Saül mentionem fecit Samuëlis, propter eximiam eius in populo auctoritatem, probatâ iam dudum vitæ ſanctitate,& rerum gerendarum peritiâ comparatam.

b 1. Reg. 7. v. 15.

c c. 10. v. 27.

d Prouerb. 20. v. 28.

e Iudic. 8. v. 12.

f 1. Reg. 11. v. 6.

g v. 7.

i 1. Reg. 11. v. 7.

Congregatis intra ſex dies ad condictum locum Bezech, ad ripam Iordanis, triginta millibus bellatorum de Tribu Iuda, cæteris verò trecentis millibus: ecce in vigilia matutina eius diei quo finiebantur induciæ,nec vltra expectabant Ammonitæ, vt quis obſeſſis ferret ſuppetias, eáque horâ quâ placidiſſimus ſomnus blanditur mortalibus, Saül hoſtem vndique inuadit, fundítque, & totam Ammonitarum regionem, irruptione facta, vaſtauit, vt vult Ioſephus, Naas tantùm rex euaſit, nam triginta circiter ab hinc annis miſit Dauid legatos ad filium eius Hanon, qui eum in recenti patris morte conſolarentur. His fauſtis noui regis auſpiciis, hoſte domito; populus, cui hæc victoria valdè Saülem commendarat, ait ad Samuëlem: [*quis eſt iſte qui dixit, Saül non regnabit ſuper nos, date viros & interficiemus eos k.*] At Saül non minore fortitudine, quâ hoſtem vicerat, appetitum vindictæ deuicit; victoríque Deo illatam iam pridem ſibi iniuriam condonauit, nec permiſit lætitiam victoriæ, ciuili ſanguine cruentari. Sic enim ait Hieronymus, innocens erat Saül, cùm regnare cœpit, ſicut eſt filius vnius anni *l*.

k 1. Reg. 11. v. 12.

l c. 13. v. 1.

Occaſionem propenſi in nouum regem populi captans Samuël, dixit ad populum: [*venite & eamus in Galgala, & innouemus ibi regnum, & perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saul coram Domino m.*] Ex quo quidem ſuaderi poſſet, eò tranſlatam fuiſſe Arcam Domini, maximè quia ſubiungitur: [*& immolauerunt ibi victimas pacificas coram Domino.*] Addit Ioſephus: ibi rurſum, inſpectante tota multitudine, Propheta vnxit Saülem ſacro oleo, atque iterum regem conſalutari fecit *n*. Plurima alia Saülis auſpiciis geſta perpaucis ſcriptura perſtringit, dùm ait: [*& Saül, confirmato regno ſuper Iſraël, pugnabat per circuitum aduersùs omnes inimicos eius contra Moab, & filios Ammon & Edom, & reges Saba; & quocunque ſe vertebat, ſuperabat o.*]

m c. 8. v. vlt.

n Ioſeph. 6. antiq. 6.

o 1. Reg. 14. v. 47.

Accidit inter alia, vt Philiſtæi ingentes cõtraherent copias, quibus Iſraëlitæ, gladiiſque & lanceis deſtituti animo conſternati ſunt, partimque trans Iordanem fugiunt; partim in ſpeluncis latitãt; ita vt pars modica cum Saüle remanſerit: timore in horas creſcente, & milite ſenſim defluente, id enim permittebat Deus, vt ſibi ſoli victoria tribueretur, nec populus de rege ſuo, prioribus laureis claro, inſoleſceret, vtque Saülis patientia & obedientia in re difficili probaretur. Quis enim explicet, quantos animi æſtus ſenſerit, dùm hinc videt exercitum ſuum ad paucos, eóſque inermes vltos redactum: etenim [*cum veniſſet dies prælij, non eſt inuentus enſis, & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saüle & Ionatha, excepto Saül & Ionatha p.*] Inde audit hoſtes, nullo obſiſtente, vbique locorum graſſantes, hinc expectat Samuëlem, quaſi de induſtria in tãtis rerũ anguſtiis, moras in Rhamatha trahentẽ; inde habet apud ſe Achiã Pontificẽ cũ Ephod qui & holocauſta & pacifica ex proprio ſacerdotij ſui officio offerre poſſet, & Deum con-

p cap. 13. v. 22.

c. 14. v. 3. & 18.

ſulere,

ſulete, ob quæ præſtanda tandiu expectatus eſt Samuël. Tandem ſub veſperam diei ſeptimi, ſibi à Samuële præfixi, ipſo aduentante Samuële iámque proximo; impatiens Saül: [*offerte mihi ait holocauſtum* (id eſt hoſtiam holocauſto conſumendam) *& pacifica, & obtulit holocauſtum*] non vtique per ſe, ſed per ipſum Pontificem, quem apud ſe habebat *a*, alioquin ſacrilegij accuſatus fuiſſet à Samuële. Ita recentiores Interpretes, & plurimi *b*. antiquorum Patrum, maximè verò Gregorius Magnus, cuius hæc ſunt verba; [tremendi corde conſiderandum eſt, quòd breuiſſimi temporis expectatione neglecta, repulſus ſit; ſi enim ſolo breuiſſimi temporis interuallo expectaſſet, quo obtulit ſacrificium, ſecurus iam regni ſui robur obtinere potuiſſet. [& infra] ecce ſeptem diebus, Prophetam ſuſtinuit, ſed dum præſtolari eum in fine diei definit, gloriã tãtæ dignitatis amiſit *c*.

a cap. 14. v. 17.
b S. Ignat. Hieronym. Theodoret. Procopius.
c Greg. Magnus in hunc locum.

Cùm ergo Saül compleſſet holocauſtum, adueniens Samuël dixit Saüli *quid feciſti d*] *quare ſacrificando peruenisti aduentum meum?* [*ſtultè egiſti e*] quia non cogitaſti Diuinam prouidentiam hoc belli negotium ad ſuam gloriam, & decus Iſraël; hoſtiúmque dedecus moderari. [*quod ſi non feciſſes, iam nunc præpararet Dominus regnum tuum ſuper Iſrael in ſempiternum f*,] id eſt, in tempus valdè diuturnum. Non fuit tamen prima hæc culpa, cauſa integra reiecti à Domino Saülis, ſed alia mox ab eodem commiſſa. [Regi Saüli, ait Gregorius, non multò poſt demoliri Amalecitas præcipitur, vt ſi mandatum Domini, eiuſdem gentis cæde perficeret, prioris inobedientiæ nexus enodaret *g*.] Voluit Dominus indulgenter agere cum Saüle, neque primã ob culpam eum exterminare, ſed expectare vt malefacta benefactis elueret. Accepit ergo hoc per Samuëlem à Deo mandatum: *Vade & percute Amalec, demolire vniuerſa eius, non parcas ei, & non concupiſcas ex rebus ipſius aliquid; ſed interfice à viro vſque ad mulierem, & paruulum atque lactentem, bouem & ouem, camelum & aſinum. h*] Confecto bello, Saül apprehendit Agag, regem Amalec, viuum, ſiue is in obſidione vitam pactus, deditionem fecerit; ſiue vanitate Saülem ſtimulante, vt duceret eum in triumphum, (quò ſpectat arcus ille triumphalis, quem mox erexit in Carmelo) ſiue etiam miſericordia incitante; nihil enim commiſeratione dignius, quàm ex præpotenti miſer, & ſupplex ex regali faſtigio.

d 1. Rg. 13. v. 11.
e v. 13.
f ibid.
g Greg. magnus in hunc locum.
h 1. Reg. 15. v. 3.

Portò quacumque de cauſa ſeruarit Saül Agag viuum, increpat eum Samuël grauiſſime, iſtámque pro illius ſceleris pœnam ſubiungit, dicens: [*pro eo quod abiecisti ſermonem Domini, ne ſis rex i.*] qua Dei ſententia amiſit Saül ius regni, ad Dauid mox deuolutum, regni tamen poſſeſſionem non amiſit. Dauid enim à Deo licèt regno deſtinatus, adoleſcentulus adhuc erat & contemptus *k*, & aliquot adhuc in eo deſiderabantur anni, vt rectæ gubernationis artibus inſtrueretur, interim regni curator erat Saül, quo quidem munere nemo rectius fungi poterat, quàm is qui ipſum huc vſque egregiè ſatis ac feliciter adminiſtrarat. Et conueniens fuit communi bono, retineri ab eo regni poſſeſſionem, quà, ſine grauiſſimis publicæ rei perturbationibus ſpoliari non poterat; neque dandum erat poſteris exemplum inſurgendi in reges ſuos, eóſque quocumque prætextu exauctorandi. [*lugebat autem Samuel Saulem l*] multis lacrymis ac precibus gratiam, imò & priorem dignitatem, iuſque regni, Deum inter & Saülem redintegrare conabatur; ratus ſupereſſe adhuc aliquem veniæ locum, donec à luctu eum reuocauit Deus, dicens: [*vſquequo tu luges Saul? m*] eique optimum patefecit ſucceſſorem, vnum ſcilicet ex filiis Iſai Bethelemitæ; quemcumque ei monſtraret vngendum. [*& non vidit Samuel vltra Saul*,] id eſt, non adiit, nec officij gratiâ inuiſit, vt priùs: etſi poſteà caſu eum viderit, putà cùm fugientem Dauidem in Naioth, perſecutus etiam ipſe cum ſuis, coram Samuële prophetauit.

i v. 23.
k Pſal. 118. v. 141.
l 1. Reg. 15. v. vlum.
m c. 16. v. 1.
cap. 15. v. vltim.

Cæterùm ex quo Samuël non vidit Saülem (*Spiritus Domini receſſit à Saul & exagitabat eum ſpiritus nequam à Domino n*,] ſcilicet immiſſus ſeu permiſſus. Communis eſt Doctorum *o* ſententia, Saülem fuiſſe vexatum à Dæmone, qui melancholicâ corporis eius diſpoſitione abuteretur: cúmque ægritudo ſæuiret in dies, ipsíſque medicorum artibus ac remediis potentior fieret, vt ait Ioſephus *p*; & tamen per muſices harmoniam, dæmonis eum affligentis tortura qui ſe corporeæ diſpoſitioni accomodabat, temperaretur. Euocatur à paſcuis Dauid egregius Pſaltes, annos circiter viginti natus, vt ſtaret in conſpectu Saülis, qui dilexit eum nimis, & factus eſt ei armiger vt maturè in aula verſaretur; neque enim cõſentaneum fuiſſet, mox ex caulis ad aulam, à paſcuis ad thronum regium proſilire; & pedum paſtoritium, in ſceptrum, ex improuiſo commutare. Remanſit itaque apud Saülem. Dauid, ſed non diù; decem circiter menſibus, ait Torniellus, pauciores dixerim, vt tãtò probabilior ſit anno ſequenti in Saüle, Dauidis obliuio.

n cap. 16. v. 14.
o Tertul. Clem. Alex. Auguſt. Hieron. & alij.
p 6. antiq. 9.

Philiſtæis expeditionem contra Iſraëlitas meditantibus, auditâ fortè Saülis ægritudine, ſpe victoriæ concepta de exercitu, ſub languido capite militante. Saül cum ſe morbo leuatum ſentiret, facilè remiſit Dauid in ſolamen patris ſuis Iſai, tam decrepiti, vt tres eius filios natu maiores ſecum haberet in caſtris. Itáque [*tribus maioribus ſecutis Saulem, reuerſus eſt Dauid vt paſceret gregem patris ſui q*] Cùmque ſequenti anno viciſſet Goliath, & Saül audiſſet illud pſallentium mulierũ epinicion: [*percuſſit Saul mille, Dauid decem millia r*] adeò exaſperatus eſt, taléſque in ſeipſo contra Dauidem ſenſit iracundiæ ſtimulos, vt ſæpius ſui, Deique immemor, ſotas eruperit. Teſtis illa, quæ excuſationẽ Ionathę excepit, contumelia; vocans eum filium [*mulieris virum vltrò rapientis ſ*:] id eſt proſtibuli; conuitium de triuio ſumptum. Teſtis illa, ſacrilega ad vnam Doëg Idumæi calumniam, ſummi Pontificis, & octoginta quatuor innoxiorum Sacerdotum, qui veſtiti erant Ephod lineo, imperata carnificina; & Nobe ciuitatis Sacerdotum, inauditâ crudelitate, in ore gladij percuſſio, vt nec mulieribus, nec paruulis, nec lactentibus, nec ipſis gregibus parceretur: (*tuncque è Nobe tranſlatũ fuit Tabernaculum fœderis in Gabaon*) quę Barbaries qualis impietas! quãta ob-

q 1. Reg. 17. & 14. 15.
r c. 18. v. 7.
ſ c. 20. v. 30.

ſtinati viri, qui certiſſimè ſciebat Dauid reu gnaturũ, vt ipſemet palam fatebatur *a*, animi peruerſitas: acerbiſſimus ille dolor amittendi regni, ita Saülem exagitabat, vt de Dauide perdendo, quem tamen à Deo protectum iri, certo ſciebat, mentem iugis ſubiret cogitatur; nec quidquam intentatum praua eius voluntas prætermitteret.

a 1.Reg. c.24, v.11.

Sub his omnia bellico apud Philiſtæos circumſonant apparatu, tumor defertur ad Saülem, qui pro periculi magnitudine æſtuans animo; & ad auxilia Diuina humanáque circumſpiciens, per Abner militiæ ſuæ Principem exercitum congregat; eúmque iam ſummum Pontificem, omnéſque contrucidaſſet ſacerdotes qui erant in Nobe, excepto Abiathar, qui cum Ephod profugerat ad Danidem, & Samuël iam defunctus fuiſſet: [*conſuluit Dominum, qui non reſpondit ei, neque per ſomnia, neque per Sacerdotes, neque per Prophetas b.*] Omnibus verò oraculis conticeſcentibus, ipſe qui olim extremis vſus ſuppliciis, eraſerat magos & ariolos de terra *c*; iam peccata peccatis accummulans, clam ac mutatâ veſte pergit in Endor ad Pythoniſſam, per quam de belli euentu certior fiat. Et licèt Endor à Gelboë quatuor horarum itinere tantùm diſtet, tota tamen die ambulauit, longóque vſus circuitu ad vitanda caſtra Philiſtinorum, quæ non longè aberant: in illud oppidum noctu peruenit, vt exerceret opera tenebrarum. Phytoniſſa, ipſo Saülis iuramento, de impunitate facta ſecurior, rogata ſuſcitat Samuëlem, eum enim Saül pro antiqua ipſius in ſe beneuolentia, ſummæ ſuæ neceſſitati putabat opem eſſe laturum. Suſcitatus Samuël irato ſimilis, ait: [*quare inquietaſti me, vt ſuſcitarer d.*] Sancti quidem poſt obitum ſunt in pace, nec aduentitiis caſibus perturbantur, ſed locutio ad viuentium modum eſt aptata, qui dicuntur inquietari cùm moleſtis implicantur negotiis. Samuële nil niſi infauſtum respondente: poſtridiè inito conflictu, [totum prælij pondus verſum eſt in Saül *e*] qui fugiens, & in ſummam rerum deſperationem adductus, præcepit armigero ſuo vt ſe occideret, ne viuus illuderetur ab incircumciſis; armigero autem illud facinus deteſtante, ipſe ſuper gladium ſuum irruit, eóque vulnere perfoſſus interiit. Ecce periiluſtrium Saülis exordiorum funeſta nouiſſima.

b 1 Reg. 28. v.6.
c v 9.
d v.15.
e cap.31.v.3.

Equidem cùm conſtet illum propriæ mortis nullo iure, nullâ inſpiratione Diuinâ, adminiſtrum fuiſſe; omnémque de Diuina bonitate & propria ſalute deſperationem, ſcelus eſſe maximum, &, ſi quidem vltimum fuerit, certiſſimum ad æternam damnationem parare aditum; Saülis vulgò deſperata eſt ſalus. Stupenda ac tragica cataſtrophe viri, antequàm regnare cœpiſſet innocentiſſimi: [*& non erat de filiis Iſrael melior illo f.*] Longè diuerſa fuit Ionathæ filij eius, vitæ & mortis ratio. Nequaquam ait venerabilis Beda, ibi Saül malus poſt mortem, vbi Ionathas bonus, potuit recipi; imò chaos magnum inter eos formatum eſt, quorum vnus in ſinu eſt Abrahæ cum Samuële receptus; alter cum diabolo in inferni flamma ſepultus.

f 1.Reg.9. v.2.

Hæc ex communi Doctorum ſenſu dicta ſunt. Si tamen Lectorum aliquis nonnulla commiſeratione feratur ſuper virum, qui dum priuatam vitam ageret, [*electus erat & bonus, & non erat de filus Iſrael melior illo,*] [*& eum regnare expiſſet, aquè innocens ac filius vnius anni.*] Aliqua fortè neci, quam ipſe ſibi attulit dari excuſatio poterit. Certum quidem eſt, mortem ſibi conſcire, grauiſſimum vltimæ deſperationis eſſe argumentum: adeóque exoſus olim fuit Iudæis, qui violentas ſibi manus inferret, vt ei ſepulturam, ipſis etiam facinoroſis ad patibulum licet damnatis, conceſſam *h* debitamque denegarent, vt docet Ioſephus *i*: nec in eos qui mortem pro ſupplicio non habent aliud ſupplicium conſtitui potuit. Hebræorum tamen nonnulli, à lege naturæ ſeipſum non interficiendi, vnam excipiebat cauſam, videlicet ſi quis videat ſe deinceps victurum in probrum Dei; nam quia non nobis, ſed Deo in vitam noſtram ius eſt, exiſtimant præſumptam Dei voluntatem ſatis eſſe, quæ mortis anticipandæ conſilium abſoluat: hícque referunt Samſonis exemplum, qui in ſeipſo verum Deum, veram religionem deriſui eſſe animaduertens, concuſſis fortiter ambabus columnis, quibus innitebatur templum Dagon, ſeipſum cum Philiſtæis occidit *k*. Nec omittunt Saülem, qui gladio proprio incubuit, occubuítque, ne ab incircumciſis, Dei hoſtibus, illuderetur; eúmque reſipuiſſe volunt, poſtquàm Samuëlis vmbra, mortem illi prædixerat, quam gnarus ſibi imminere ſi pugnaret, prælium tamen pro patria, & Dei lege non detrectauit, æternam inde laudem, ipſo quoque Dauidis præconio *l* promeritus; quo & viri Iabes Galaad, qui corpus Saülis cum honore ſepelierat, tectè facti teſtimonium tetulerunt. Si cruentus Saülis gladius horrorem incutit, habes & aliud exemplum in hiſtoria Machabæorum nempè Raziæ Senatoris Hieroſolymitani; viri probiſſimi, [*qui à quingentis militibus Nicanoris iam comprehendendus, gladio ſe petiit, eligens nobiliter mori, potiùs quàm ſubditus fieri peccatoribus*] ac demùm poſt heroicos auſus, ac ſtupendos generoſi animi conatus exanguis effectus complexus inteſtina ſua vtríſque manibus proiecit ſuper turbas, inuocans dominatorem vitæ & ſpiritus, qui hæc illi iterùm redderet, atque ita vita functus eſt *m*] Ariſta rara admodum, & niſi de Diuino inſtinctu conſtet, iuſtiſſimæ ſuſpicioni obnoxia. Tutius ſanè eſt, viâ regiâ gradi, quàm ad dexteram zelicum Razia, vel ad ſiniſtram timoris minùs approbandi, cum Saüle declinare.

g c.13.v.1.
h Num. 25. v.4. Deut. 21. v. 23. 2.Reg.21.v 26.
i Lib. 4. De bello Iud. c. 25.
k Iud. 16.v. 36.
l 2 Reg. 1 v.19.
m 2.Machab. 14 v. 37. & ſeq.

OBSERVAT. LXX.

De trienni fame per crucifigium filiorum Saül expiata.

CVm tertio iam anno perſeueraret fames in Iſraël, non credidit Dauid eam eſ-

cauſis

cauſis merè naturalibus eſſe profectam, ſed conſuluit Dominum: (purà per Abiathar ſummum Pontificem, apud Arcam fœderis, quæ erat in arce Sion) dixitque Dominus immiſſam famem propter Saül & domum eius ſanguinum, quæ ſcilicet multum ſanguinem effuderat in occidendis iniuſtè Gabanitis, illis nempe Amorrhæorum reliquiis, quibus Ioſuë, aliique Principes Iſraël iurauerant ſe eos conſeruaturos. Nihilominus [*Saul eos zelo pro filiis Iſraël & Iuda a.*] interfecit: indignum quippe exiſtimabat Iſraëlitarum ac Iudæorum nobilitate, ſuóque erga Deum, eiúſque legem zelo minùs diſcreto, reliquias Amorrhæorum, quos Dominus tam ſeuerè deleri iuſſerat, conſeruare. At ſufficiens in his facta fuerat exceptio, eorumque ſalus ſub conditione perpetuæ ſeruitutis hactenus inuiolata, & iureiurando firmata, in rem iudicatam tranſierat; atque adeo peccauerat Saül: vnde & Diuinum ſubdit Oraculum, ab ipſis Gabaonitis quid piaculi reperant, exquirendum eſt; quod Dominus in eorum poſuiſſe videtur arbitrio.

[a 2.Reg.21. v.2.]

Exiſtimant Hebræi, fauetque Scriptura, Dauidem eis vt pauperibus aliquam pecuniæ ſummam obtuliſſe, in expiationem peccati: [*vt benediceretur hereditati Domini b,*] ipſi enim cenſebantur mala quotidie Iſraëlitis imprecati, eamque ab is repudiaram fuiſſe: reſponderant enim: [*non eſt nobis ſuper argento & auro quæſtio c.*] Sed talionis pœnam contra familiam Saülis poſtularunt; vt quod in Gabaonitas Saül deliquerat, vt ipſe in ſua familia pateretur; adeò vt ne vnus quidem de ſtirpe illa regia remaneret in viuis. Hic mitiſſimus Dauid magnitudinem vltionis huius cœpit, deprecari: obiicere quoque iuſiurandum Saüli *d* atque Ionathæ *e* ſubinde factum, de non delendis eorum familiis. Facta itaque moderatione aliqua, de nouem qui ſupererant ex Saulis familia, ſeptem dumtaxat ſibi dari crucifigendos, impetrarunt: ſicque in duobus qui conſeruati ſunt, vtrumque Dauidis iuſiurandum ſeruaretur.

[b v.3.]
[c v.4.]
[d 1.Reg.24. v.22.]
[e 1.Reg 18. v.4. & lib.2. c.21. v.7.]

Dedit ergo Dauid Gabaonitis, tanquam piaculum famis publicæ, crucifigendos duos filios Reſpha concubinæ Saül, & quinque filios Michol filiæ Saulis, vel quos ſuſceperat ex Hadriele, vel qui erant reuerà filij Merob, ſed eos Michol ſterilis adoptarat *f*: quanquam alij *g* malior irrepſiſſe mendum in textum, ſcilicet Michol poſitam pro Merob. Fuerunt autem cruci affixi in colle Gabaa oppido Saulis: vt ex ipſo loco facilè intelligeretur, puniri Saulem in filiis ac nepotibus ſuis.

[f Hieron in tradit.]
[g Caiet.]

OBSERVATIO LXXI.

De Pythonibus & Pythoniſſis, & an Samuël verè apparuerit Saüli?

DE Pythonibus & Pythoniſſis, Pythonem videlicet, aut ſpiritum Pythonis habentibus, frequens in Scriptura *h* fit mentio: relicta prophanis ſcriptoribus, huius nominis etymologia, vſus inualuit apud Auctores ſanctos; vt illi qui ex inſtinctu dæmonis de rebus futuris præſagiunt, ac diuinant, vocentur hoc nomine dicanturque Pythones, Pythonici, aut Pythij, ſi viri ſint; ſi verò fœminæ Pythoniſæ, Pythoniſſæ, aut Pythiæ. Prædictio futurorum, quatenus humanum excedit captum, duplex eſt, & ex duplici obuenit principio: prima fit ex inſtinctu Dei, & vocatur prophetia, à qua Prophetæ: altera fit ope dæmonis, diciturque diuinatio, quæ ſi fiat per explicitam dæmonis inuocationem; de qua eſt quæſtio, variis modis contingit, prout variis modis dæmon conſulitur, aut reſpondet: vt ad nos ſpectat, quando conſulitur per Pythones, aut Pythoniſſas, tunc per eoſdem reſpondet; vel per os eorum humano more, vel per vmbilicum, aut inferiores partes, ideoque veteres eum ventriloquium paſſim appellant. Quando conſulitur per mortuos, aut quis petit à dæmone excitari mortuum, qui reſpondeat de aliquo futuro euentu, ſicut fecit Saül petens à Pythoniſſa, vt ope diaboli ſuſcitaret Samuëlem *i*; tunc per eoſdem, qui ſuſcitantur, illum reſpondere, arguit idem Samuëlis exemplum, qui Saulis craſtinam ſui, ac filiorum ſuorum necem prænuntiauit. Communis quippe ſententia eſt *k*, animam Samuëlis verè apparuiſſe Sauli, non quidem vero corpore ſuo reſumpto, ſed aëreo, ſatiſque ex ipſa Scriptura confirmatur, dum illum qui apparuit Sauli, abſolutè vocat Samuëlem; & de ipſo loquitur tanquam de vero Samuële: accedit quod alibi *l* inter geſta, laudeſque Samuëlis recenſet, ipſum poſt mortem prophetaſſe, regique vitæ ſuæ finem prædixiſſe. Nec tamen credas eum vi incantationis fuiſſe ſuſcitatum; certum enim eſt, nihil artes dæmonum poſſe in eos qui iam confirmati ſunt in gratia, niſi ex ſpeciali Dei permiſſione, ſicut permiſit Chriſtum à diabolo in montem, ac Templi pinnaculum transferri. De his vide D.Thom. 2. 2.q.95. art.1.& 2.& in ſequenti libro, tract.8.de magia dæmon. part.1. art.2. ſect.3. & part. 2. art. 2.

[h Deut.18. v.11. 1.Reg.18. v.3 7.8. 4.Reg.21. v.6. & c.23. v.24. Iſaiæ 19.v.3.]
[i 1 Reg.28. v.8.]
[k Ioſeph.6. antiq. 15. Iuſtin. mart. dial. cum Triphone Ambr.in 1. Lucæ. Aug. de cura pro mortuis c.15 Lyran. Abul. Chartuſ. Caiet. aliique.]
[l Matth.4. v.5.]

OBSERVATIO LXXII.

De Arca fœderis à Dauide ex domo Obededom in montem Sion deducta.

ANtequam Dauid educeret Arcam de Cariathiarim, parauerat ei locum in arce Sion, eique tetenderat Tabernaculum *n* (aliud vtique à Tabernaculo Moyſis, quod erat in Gabaon) in vicino palatij ſui loco; idque non obſcurè innuit Scriptura his verbis: [*Fecit quoque ſibi domos in ciuitate Dauid, & ædificauit locum Dei o;*] Domos, ait, vnam videlicet ſibi; Arcæ alteram: Et ſanè hic Arcæ locus in Scriptura ipſa, domus Domini *p*, non ſemel appellatur: ipſa Arca in arce Sion collocata, dicitur: Dauid reuerſus

[n 2.Reg 6. v.17. 1.Paral.15. v.1.]
[o c.16.v.35. 40.]
[p 1 Paral.6 v.32.]

in Domum ſuam,vt benediceret etiam domui
a c.16.v.vlt. ſuæ *a*. Erant ergò diuerſæ domus ; nec im-
meritò : nam locus Arcæ futurus erat inſtar
templi , ad quod non ſolùm plurimi Sacer-
dotum & Leuitarum , ſed magna etiam po-
puli multitudo conuentura erat,id autem re-
gio palatio parùm conueniebat , vel ex eo
ſolo , quòd regia ab omnibus paſſim aditi
nequit , nec debet ; ne ſub pietatis ſpecie ,
ac prætextu religionis , regis ſalus in diſcri-
men vocetur.

Exiſtimat itaque Abulenſis ; hunc Arcæ
locum,fuiſſe magnum quoddam palatium,in
cuius medio , aula quædam erat prægrandis,
quæ in extremo vno habebat Tabernaculum
ex pellibus hyacinthinis , quod Dauid Arcæ
in medio eius conſtitutæ tetenderat,ei quod
erat in Gabaon aliquo modo, reſpondens ,
circumquaque autem , multa erant cubicula,
& exedræ Cantorum, & Ianitorum,à quibus
v.37. ſtatis temporibus canebatur *b* ; & ianuæ op-
portuno tempore claudebantur , & aperie-
bantur, ne ad domum Dei aditus cuipiam pa-
teret immundo. Neque enim Dauid ipſe, eò
auſus ingredi , poſt mortem infantuli ex
adulterio cum Bethſabee progeniti,niſi priùs
2. Reg.12. purificatus , & demum [*ingreſſus eſt domum*
.20. *Domini, & adorauit c.*]

Erat ibidem altare coram Arca, in quo of-
3.Reg.1. ferebantur holocauſta,& pacifica,ibidemque
.50.51. ius aſyli fuiſſe Adonias *d*, & Ioab *e* , ſub ini-
c.2.v.28. tia regni Salomonis,ſuo atteſtati ſunt exem-
plo ; vterque enim confugit ad Tabernacu-
lum, & tenuit cornu altaris.

Illa igitur domo , ſeu aula , recipiendæ
Arcæ dudum parata , tertius iam menſis ab-
ierat, ex quo mœrebat Dauid , fruſtratum ſe
expectatione ſua, & propiore apud Arcam
fœderis communicatione cum Deo : & Obe-
dedom lætus & incolumis diuina benedictio-
ne fruebatur ; quod cùm Dauidi renuntia-
tum eſſet, exhilaratus , & ſancta æmulatione
commotus,ſtatuit Arcam Domini cum bene-
dictione inferre in domum ſuam , ad locum
in Arce Sion dudum paratum, intulitque eo
cultu,eaque pompa,quæ deſcribitur in lib.2.
c.15.16. Reg.& 1. Paralip. *f* Itaque conuocatur ite-
rum vniuerſus populus, Sacerdotes & Leui-
tæ , ad opus perficiendum , quod trimeſtri
ſpatio fuerat interruptum.

A quibus hac ſecunda vice delata fuerit
Arca ? dubitari poteſt. Certum quidem eſt ,
id oneris à Moyſe in deſerto , Caathitis im-
Num.4. poſitum fuiſſe *g* : eam tamen in celebritati-
bus à Sacerdotibus, honoris cauſa, geſtatam
fuiſſe, vſus ipſe docuit ; nam in tranſitu Ior-
danis quando Arca quaſi in ſupplicatione
deferebatur ad aperiendum Iordanem, à Sa-
Ioſuè 4. cerdotibus portatam legimus *h* in alia quo-
.10. que ſupplicatione, eaque ſolenniſſima, cùm
Arca quaſi debellatrix ſeptem ipſos dies cir-
c.6.v.6. cumferebatur , eam portarunt Sacerdotes *i*,
ſicut & poſteà ad montes Hebal & Gari-
zim *k* : ac demum cum magnifica pompa
tranſlata ex ciuitate Dauid, ſeu arce Sion ad
Templum Salomonis *l*. An igitur in hac ce-
Reg.8. lebritate, qua victrix Arca in arcem Sion,
3 6. quaſi in Capitolium Hebræorum deferreba-
tur , id ei honoris fuerit delatum ? affirmat
7.antiq.4. Ioſephus *m* , nec repugnat Scriptura , quæ
nomen Leuitarum hoc loco latiùs accipit ,
haud excluſis Sacerdotibus,qui & ipſi reuerà
erant filij Leui.

Porro Leuitæ diſtributi erant in ſeptem
Choros, quorum tres antecedebant Arcam,
quatuor ſequebantur, & variis omnes muſi-
cis inſtrumentis , vocibuſque , Dei laudes
concinebant. Tota pompa leniè procede-
bat, quod ſexto quoque paſſu , ſacrificia fie-
rent à ſingulis choris per Sacerdotes , qui in
illis erant. Vnde quod 2. Reg.*n* dicitur : im- n c.6.v.13.
molatus bos vnus cum Ariete. In 1. autem
Paralip. *o* ſeptem tauri & totidem Arietes , o 1.c.15.v.26.
nulla eſt repugnantia ; prior namque locus
dicit : quod id fieret in ſingulis choris ; po-
ſterior : quod in omnibus ſimul : cùm igitur
Arca Domini ſex paſſibus cum vniuerſa
pompa proceſſiſſet , Arca ſuper præparatam
menſam aulæo inſtratam imponebatur ; ſta-
timque ſuum à ſingulis choris fiebat ſacrifi-
cium in altari, quod in eum vſum commodè
circumferri poſſet , Boue vno (qui modò
Taurus , modò vitulus appellatur ,) & vno
Ariete immolato : ſicque Deus frequenti
colebatur ſacrificio ; tantoque populo gra-
tum & abundans, de tot pacificis hoſtiis pa-
rabatur epulum.

OBSERVATIO LXXVIII.

De animaduerſione Ozæ Leuitæ.

OZa & Ahio filij , aut nepotes Abina-
dab , de transferenda Arca à Dauide
rege moniti ; eam, vt erat ſuis obuoluta ve-
laminibus,de loco ſuo cum reuerentia ſubla-
tam, impoſuerunt ſuper plauſtrum nouum ,
quod ipſi deducebant ; ſic, vt Athio Arcam,
bouesque antecederet, Oza ſequeretur ; cùm
tamen ex præſcripto legis *p* eam humeris p Num.4.v.5
geſtare debuiſſent ; ſed fortè pigebat eos la-
boris,& didicerant impunè à Philiſtæis plau-
ſtro fuiſſe impoſitam : nec mirum , iſti enim
Moſaïca lege nequaquam tenebantur.Neque
tamen Dauid,aut populus , participes facti
ſunt Leuitici peccati ; non enim prohibere
tenebantur , rati non eſſe laïcorum , officiis
Leuiticis, aut Sacerdotibus ſe ſe immiſcere ;
Abiatharis potiùs ſummi Pontificis ea cul-
pa fuit, ſi interfuit ipſe & diſſimulauit.

Porrò cùm peruentum eſt ad Aream Na-
chon, cœperunt calcitrare boues,& Arca nu-
tabat ad caſum ; cùm Oza, viſo periculo, te-
nuit Arcam & caſum prohibuit , ſtatimque
percuſſus à Domino,interiit. At inquies : id
pietati potiùs quàm temeritati videbatur
adſcribendum. Sed reſpondeo : culpam iam
fuiſſe admiſſam : Deum autem diſtuliſſe pœ-
nam, donec effectus peccati palam fieret : ſi
enim ſuis portaſſent humeris, vt oportebat,
Arca non adiiſſet ruinæ periculum , nec
ſubitaneus , ac irreligioſus ille ſanctiſſimæ
rei contactus fuiſſet neceſſarius. Etſi autem
vterque erat in culpa; ille tamen ſolus pœ-
nam publicè luit , cuius culpa populo publi-
cè innotuerat. Crediderim tamen eum æter-
nâ morte minimè periiſſe, maximè cùm
Hieronymus *q* ſentiat eiuſmodi culpas, quæ q in cap.1.

tam ſeuerè caſtigatæ leguntur, præſenti ſupplicio compenſati, nec poſteà puniti æterno.

OBSERVATIO LXXIV.

Circa catalogum virorum fortium Dauidis; & ſatellitium Cerethi, & Phelethi.

a 1. Reg. 23. b 1. Paral. 11. 11. CAtalogus virorum fortium Dauidis, variè in libro Reg. *a* ac Paralip. *b* recenſetur; nec ſine aliqua numeri, ordinis, ac nominum diuerſitate: etenim qui pluribus in locis triginta fortes dicuntur, in aliis multò plures numerantur. Itaque quoad numerum dico: cùm Dauid eſſet in Geth, ac poſteà regnaret in Hebron, ex flore militum, triginta ſelegiſſe, in tres decades diſtributos; quarum ſingulæ ſuum haberent Principem, qui reliquos fortitudinis laude, meritiſque anteiret. Auctus eſt deinde fortium numerus, prout ſe quiſque ipſorum æmulatione inſigni quopiam facinore extuliſſet, perſeuerante nihilominus triginta fortium denominatione; ſicut & duodecim Apoſtoli ſemper dicti ſunt, etſi alij deinceps ad eum numerum adſcripti ſint.

c 2. Reg. 23. v. 17. 18. 19. 1. Paral. 11. v. 19. Quod ad ordinem ſpectat, geminam virorum Triadem ſcriptura *c* conſtituit, & à reliqua fortium multitudine ſepouit. Nam Abiſai frater Ioab dicitur [*inter tres nominatiſſimus, & inter tres ſecundos inclytus, & Princeps eorum, veruntamen vſque ad tres primos non peruenerat d.*] d 2. Reg. 23. v. 8. & ſeq. 1. Paral. 11. v. 11. v. 24. 25. Idipſum ferè de Banaia ſcriptum eſt: itaque Scriptura primum tres omnium fortiſſimos ponit, deinde tres alios fortitudine ſecundos, & prioribus ſuppares: rum reliquos fortes triginta & amplius: ſuſpicari autem licet priorem illam Triadē, fuiſſe tres Decuriones trium Decadum; poſteriorem autem quaſi Prodecuriones, qui illos repræſentarent. Primus autem in priore Triade fuit Ieſbaam, ſecundus Eleazar, tertius Semma filius Age. In altera Triade, Primus fuit Abiſai frater Ioab, ſecundus Banaias, qui fuit Dux regij ſatellitij Cerethi & e 2. Reg. 8. v. 18. Phelethi *e*, & poſteà à Salomone factus eſt f 3. Reg. 2. v. 35. militiæ Princeps *f* loco Ioab, tertius Ionathas filius Samma fratris Dauidis.

1. Paral. 11. v. 22. & ſeq. Cerethi, & Phelethi, quibus Præpoſitus erat Banaias filius Iuiadæ, communi Doctorum ſenſu, milites erant cuſtodiæ regiæ, quos g 2. Reg. 15. Dauid fugiens Abſalonem *g* opportunè cum aliis Gethæis pugnatoribus validis, in extremo diſcrimine ſibi adhibuit, eos plurimos fuiſſe conſtat, ex eo quòd eorum legiones h v. 18. i 7. antiq. 6. 11. ibidem *h* memorantur. Ioſephus *i* vocat cohortem regiam, quæ à latere regis nunquam diſcedebat. Potiſſimum illorum munus fuit, regem in bello cuſtodire, & ſtrenuè contra hoſtes dimicando vallare.

At quæ nomina hæc? officij, an gentis? Crediderim quod vtriuſque. Officij quidem, quia nomen Cerethi, à Carath, quod eſt abſcindere, eradicare, diſperdere, interficere, videtur deductum. Phelethi, à Phalath, quod eſt ſeparare, ſeligere, tanquam aliquid excellens præ cæteris, quaſi milites illi excellentes eſſent, & electi ad diſperdendos hoſtes, ſuumque Principem protegendum. Gentis verò, quia Ioſephus duas cognationes militum fuiſſe ait, quibus regij corporis cuſtodia commiſſa erat, quales ſunt hodie apud regem Chriſtianiſſimum, Scotorum & Heluetiorum præſidia. Et 70. Interpretes Ezech. 25. pro Cerethi Hebraicè, & interfectoribus *k* Latinè, Cretenſes legunt, qui k Ezech. 25. v. 16. olim milites erant fortiſſimi, exſcindentes in bello plurimos.

Sed quomodo ad meridiem Cerethi, ſeu Cretæ inſulæ peruadere poterat Dauid? vt dicitur 1. Regum *l*: aut quomodo Cerethi, l 1. Reg. 30. v. 14. ſeu Creta potuit eſſe vicina Tribui Iuda? m in Ezech. 25. Reſpondet Scholiaſtes Græcus *m*, per Cretenſes, intelligi Philiſtæos maritimos, ſeu Phœnices, ita nuncupatos, quòd eſſent Cretenſium colonia: quare ſubditur, [*Et perdam reliquias maritimæ regionis n*] iuxta illud n Ezech. 25. v. 16. Sophoniæ: [*væ qui habitatis funiculum maris, Gens perditorum o*] o Sophon. 2. v. 5. Hebraicè, Gens Cerethim; 70. aduenæ Cretenſium. Sunt tamen qui exiſtiment potiùs Cretenſes fuiſſe Phœnicum coloniam; & Cerethæos, illos Philiſtæos nomen dediſſe Cretæ Inſulæ, ſeu Coloniæ: quidquid ſit conſentiunt Auctores illi, Cerethi nomen eſſe gentis, aut totius Philiſtææ, aut certè alicuius Prouinciæ maritimæ.

At quomodo infenſiſſimis Iudæorum hoſtibus Philiſtæis, auſus eſſet Dauid committere ſui corporis cuſtodiam? Crediderim Philiſtæos illos fuiſſe ex eis qui grauati ære alieno, ſiſue inuiſi popularibus, confugerunt ad Dauidem, eique (plus ſtipendij, quàm patriæ ſibi exoſæ obſeruantiores) ſtrenuum ac fidiſſimum exhibebant obſequium.

OBSERVATIO LXXV.

De deſcriptione totius Iſraëlis, iuſſu Dauidis regis, à Ioab facta.

HÆc eſt illa deſcriptio *p*, Iſraëlitici populi inſigni clade, memoranda. Cùm p 2. Reg. 24. 1. Paral. 21. enim Deus vltionem vellet ſumere de rebellibus Iſraëlitis, qui, reiecto Dauide Rege optimo, primùm ad parricidam Abſalom, ac poſteà ad Seba m perditiſſimum virum deſciuerant; permiſit Sathanæ, vt Dauidis animum ſuperbiæ ſtimulis incitaret, ad recenſendam multitudinem populi ſibi ſubditam. Miſit igitur ad id muneris obeundum Ioab, (inuitum licèt) ſuæ militiæ Principem, qui poſt decimum ferè menſem reuerſus, attulit librum deſcriptionis vniuerſarum Tribuum, à Dan vſque Berſabee, in quo deſcripta erant mille millia & quingenta ſeptuaginta millia capita virorum fortium, bello aptiſſima; puta ex tribubus Iſraël mille millia & centum millia; & de Tribu Iuda quadringenta & ſeptuaginta millia, prout refertur, libro primo Paralipomenon *q*: q c. 21. v. 5. quamquam ſecundus liber Regum *r* multò r c. 24. v. 9.

minus

minorem ſummam annotauerit, nempè mille millia & trecenta millia capita pugnatorum, videlicet octoginta millia ex Iſraël, & quingenta millia ex Iuda; atque ad eam ſenſus diuerſitatem conciliandam, cenſent Rabbini, Ioab qui *a* ad eam deſcriptionem adeò inuitus perrexerat, vt nec Tribum Leui, nec Tribum Beniamin numerarit *b*: maiorem quidem illam ſummam quæ in libro Paralipomenon exprimitur, veriſſimè collegiſſe; alteram tamen minorem quam liber Regum commemorat, de induſtria Regi obtuliſſe, vt ei in ſuperbiam elato, minorem præberet intumeſcendi anſam. Poſt hanc vero deſcriptionem, grauiter commotus Deus, ſubitâ peſte ſuſtulit ex iis qui fuerant numerati ſeptuaginta millia virorum, omnes vnâ die ab ortu Solis vſque ad occaſum.

a 2. Reg.24. v.6. *b* 1.Paral.21 v.6.

OBSERVATIO LXXVI.

Quomodo quinta mundi Ætas contineat annos 454.

QUinta hæc Ætas excurrit ab anno poſt Templum condi cœptum, maximè ſequente, ad ſolutam captiuitatem Babylonicam, quando Cyrus, primus Perſarum Monarcha, remiſit Iudæos ad idem Templum reædificandum, & ſecundùm calculum noſtrum continet annos 448. quorum equidem annorum calculus probatu difficillimus eſt: duæque potiſſimùm in eo ſeſe offerunt difficultates. Prior eſt, in ſupputandis & conciliandis temporibus, quibus reges Iuda & Iſraël in libris Regum & Paralipomenon regnaſſe & corregnaſſe memorantur. Poſterior in aſſignando Babylonicæ deſolationis, ſeu captiuitatis ſeptuaginta annorum initio; & hæc quidem difficultas explicabitur infra, in Obſeruatione de ſeptuaginta annis deſolationis, vbi oſtendetur, annos deſolationis Babylonicæ cum ipſa Monarchia Chaldæorum, idque anno 13. Ioſiæ regis Iuda, vt graues Auctores *c* atteſtantur; & hoc iam loco ſupponendum eſt.

c Euſeb. in Chron. Hier. in 1. Zachar. Aug 18. de ciuit. c.25. & alij plures.

Quod ergò ad priorem attinet difficultatem, ſudant Chronologi in ſupputando conciliandoque annorum calculo, quibus paſſim in libris Regum & Paralippomenon, Reges Iuda, & Reges Iſraël regnaſſe, ac corregnaſſe dicuntur; & huc illucque diſcurrentes, vt ex huius labyrinthi occurſibus & recurſibus ſe ſe expediant, ad vltimum nonnunquam ſpiritum adiguntur. Arduum ſanè hoc negotium, & propter ſingularem eius obſcuritatem, variis modis à pleriſque ſæpius quàm felicius tentatum. Satius, opinor cautioſque nobis erit, ſi, iuxta tritum illud, quod in Scripturis interpretandis obſeruandum eſſe, Theologi docent, ſcilicet, vt earum, quantum fieri poteſt, expreſſis verbis inſiſtamus, nec ab eo ſenſu, qui natiua vocum ſignificatione retenta, obuius eſt, facilè recedamus: idipſum & nos in hac Regum hiſtoria, & annorum, qui ſingulis attribuuntur, obſeruemus. Verùm, cùm illi permiſſum exiſtiment, quoties ex litera, vt vocant, pugnans aliquid vel abſurdum, aut incommodum ſequitur, quod interpretatione nullâ mitigari poſſit, tum ab obuio illo ſenſu paululum deflectere, & oppoſitis, aſpectu primo, Scripturæ locis conciliandis illaborare: idem quoque, nobis illa in Regum ſerie factitare non denegabitur: vt ergo in ea pugnantes ſibi ſcripturæ concilientur, nonnulla obſeruari poſſunt, & in communi & in particulari.

Obſeruandum eſt in communi. Primò Scripturam ſacram, regnu Dauidis & Iuda magis intentam, breuiſſimo compendio, ac fortè minus accurata annorum diſtinctione, Regum Iſraël geſta complecti.

Secundò, eandem Scripturam ſacram, ſicut & ipſam hiſtoriam prophanam, nequaquam diſtinguere inter annos inchoatos & completos; ideoque nonnunquam anni labentes & inchoati, pro completis in numerum procedunt: nonnunquam è contra, prætermiſſis excurrentibus annorum particulis, ſoli integri, ac vertentes anni computantur. Nec inutile erit, hoc loco recenſere illud Magiſtrorum in Thalmudicis commentariis celebre decretum; Regum Iuda, & Iſraël annos vndecunque tandem inierint, à primo menſe Niſan incipere; exterorum verò Regum, à ſeptimo menſe Tiſri procedere.

Tertiò obſeruandum eſt, eandem Scripturam incipere annos Regum, modò à primo tantum, quo ſoli regnarunt, modò ab eo etiam, quo ſuis anterioribus corregnare cœperunt; eoſdemque modò terminare ad vltimum, quo ſoli regnarunt; modò extendere ad eum, quo tandem defuncti ſuis ſucceſſoribus corregnare deſierunt. Huius rei ſingulare habes exemplum in Iechonia, Ioakim filio ac ſucceſſore; nam lib.4. Reg.24. v.8. Iechonias, qui & Ioachim, decem & octo annorum fuiſſe perhibetur, quando regnare cœpit: at lib 2. Paral. c.36. v.9. octo dumtaxat annorum: quæ loca ſic conciliantur, vt oſtennis primùm à patre in regni conſortium aſſumptus, eo mortuo, cùm iam 18. annos natus eſſet, nouum regni primordium habuerit.

Quartò obſeruandum eſt, annorum numerum apud Hebræos & Græcos, Characteribus exprimi ac notis, quarum facilè, ob ſcribarum & librariorum incuriam, facta eſt commutatio; & quarum aliquæ exoleſcentes ceſſere vetuſtati: & propter hanc fortaſſe notarum aut literarum fugientium permutationem, irrepſit mendum lib, 2. Paral. *d* vbi Ochoſias Rex Iuda dicitur fuiſſe 42. annorum cum regnare cœpiſſet; ſi enim tunc quadrageſimum ſecundum annum attigiſſet, fuiſſet vtrique biennio ſenior patre ſuo Ioram, qui tantum quadragenarius erat cùm mortuus eſt, vt dicitur eodem libro Paral. *e* & lib. 4. Regum *f*: patet etiam hoc mendum ex verſu 26. eiuſdem Capitis, vbi Ochoſias expreſsè dicitur fuiſſe 22. annorum, cùm regnare cœpiſſet; facilè à numero 22. ad 42. factus eſt per Scribas tranſitus. Eademque facilitate poterunt diſſonantes anni, in ſacram irrepſiſſe Chronologiam, pluſque vel

d c.22. v.2.

e c.21. v.20. *f* c.8. v.17.

minus

minus lectuari: illud verò potius ſequendum videtur, quod exemplariorum multitudo in fidem traxit.

Duo quoque in particulari obſeruanda veniunt pro Regibus Iſraël. Primò poſt obitum iunioris Ieroboam, factum eſſe interregnum duodecim annorum inter ipſum, eiuſque filium Zachariam. Ieroboam enim
a 4.Reg. 14. v.23. regnauit annis 41. a cœpitque regnare anno
b ibid. 15. b Amaſiæ regis Iuda; cumque iſte regnarit annis 29. c regnum Ieroboam durare
c v. 2. debuit vſque ad Oziæ, filij eiuſdem Amaſiæ, annum 27. cumque ab hoc anno 27. vſque ad
d c.15. v.8. eiuſdem Oziæ annum 38. d quo Zacharias prædicti Ieroboam filius cœpit regnare in Iſraël, fluxerunt anni duodecim, quorum interuallo, Iſraël fuit abſque rege. Secundò obſeruandum eſt, Phacee rege Iſraël occiſo, Oſee tyrannicè vſurpaſſe ſceptrum annis ferè nouem, nempe ab anno quarto Achaz regis Iuda, vſque ad duodecimum; ex quo demum anno, quia vel à populo legitimè admiſſus; vel à Rege Aſſyriorum vi intruſus, pacificè regnum tenuit: Scriptura incipit annos Oſee 4.Reg.17. v.1. tribuitque ei nouem alios annos, vt patet ex c.18. v.1.9. & 10. vſque ad ſextum Ezechiæ annum, quo Salmanaſar obſeſſam triennio Samariam cœpit, & tranſtulit omnem Iſraël in Aſſyriam.

Pauca hæc dicta ſufficiant pro ſupputandis conciliandiſque temporibus, quibus Reges Iuda & Iſraël in libris Regum & Paralipomenon regnaſſe & corregnaſſe dicuntur. Si plura perquirere tentarem, in eoſdem ſorte, in quos & alij plures deerrant, abirem labyrinthos; quos vt caueam, huius Quintæ mundi Ætatis anno 454. putabo ſecundum illos, quibus reges Iuda ſucceſſiuè regnaſſe refert Scriptura, Dauidico huic computo potiſſimum intenta; iuxta quem ab anno quinto regis Salomonis, vſque ad duodecimum, inuenies annos 384. vt videre eſt in noſtra Synopſi Proſopo-chronica, quibus ſi addas 70. annos deſolationis Babylonicæ, qui cœperunt anno 13. eiuſdem Ioſiæ, deſieruntque cum Chaldæorum Monarchia, conſurgent anni 454. ex quibus quintam mundi Ætatem conſtare aſſeruimus.

OBSERVATIO LXXVII.

Quanam ex parte mundi Regina Saba iter ad Salomonem ſuſceperit.

CErtiſſimum eſt Reginam Saba, ex parte longiſſimè diſſita, itineri ſe dediſſe, dicente Chriſto: [*Regina Auſtri venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis e* :]
e Matth 12. v.42. Sabæam quoque regionem, longiſſimæ diſtantiæ nomine, reſpectu Palæſtinæ notari ſolere in Scripturis, iudicat illud Ioël:
f Ioëlis 3. v.8. [*venundabunt eos Sabæis genti longinquæ f.*] Illudque Ieremiæ: [*vt quid mihi thus de Saba affertis, & calamum ſuaueolentem de terra*
g Ierem.6. v.20. *longinqua g* :] Certum quoque eſt hanc regionem Sabæam, Auſtralem eſſe, ſeu meridionalem, reſpectu Palæſtinæ; eadem namque Regina Saba vocatur à Chriſto, Regina Auſtri *h*. h Matth. 12 v.42.

Verùm cùm diuerſæ fuerint huius nominis regiones, vrbeſque; duæ maximè; alia in Africa iuxta Ægyptum ad mare rubrum, in Æthiopia *i* Abyſſina, quæ dicitur Saba Æthiopica. (Vnde & in Iſaia *k*, hæc tria i Strabo. confundunturt, Ægyptus, Æthiopia, & Saba.) k c.43. v.3. & 45. v.14. Alia in Aſia, nempe in Arabia fælici, quæ dicitur Saba Arabica, quæ toti regioni Sabææ nomen dedit, & huius Sabæ, Sabæorum Metropoleos meminit Ptolemæus; ex eaque myrrham & caſiam haberi, aſſerit Theophraſtus. Cùm, inquam, duplex ſit Saba, Sabæorumque regio, diſputant Interpretes, è quanam ex illis venerit ad Salomonem Regina Saba.

Ex Africana veniſſe, plurimorum ſententia eſt; Ioſephi *l*, Hieronymi ſuper illud l 8.antiq.2. Iſaiæ *m* [*Æthiopiam & Saba*,] & Origenis *n*. m c.43. v.3. n hom. in Cant. Auguſtinus *o* ait veniſſe ex partibus Æthiopiæ, & alij ſimiliter ex recentioribus, Genebrardus *p*, Barradas *q*, Ortelius in ſuo Theatro *r*, vbi Præſto-Ioannis, qui ex Regina o Serm. 252. de temp. p in Chron q tom 2. l.8. concord Saba & Salomone oriundum ſe iactat, longè r tabula 68. lateque parens deſcribit Imperium; in cuius regione Abyſſina, habuiſſe olim ſedem, Reginam Saba, ac poſteà etiam Reginam Candacen, refert ex Itinerario Franciſci Aluarez, & Damiani Goës de rebus Æthiopicis. Alij Reginam Saba in Arabia fælici collocant, indeque vſque ad Ieroſolymam euocant: ita Pineda *s*, qui refert ſuos Auctores, s l.5. de rebus Salom. c.14. ipſum etiam Hieronymum & Nicephorum *t*, vbi ait regionem, quam Græci magnam, & t l.8. c.35. fælicem Arabiam nominant, eſſe Sabæam, & extremum Oceanum fines eius pertingere; cuius Metropolis & primaria vrbs eſt Saba; vnde ad Salomonem fama obtinet aduenisſe Reginam illam Auſtri, hæc Nicephorus. Sanè ſi verum eſt, quod Salmeron libenter admittit, nec alij abnuunt, Reginam Saba vtriuſque Sabææ Æthiopicæ, & Arabicæ habuiſſe dominatum quod ſuadetur ex inſignibus Presbyteri Ioannis Reginæ Sabæ ſucceſſoris, qui ſe Dominium Sabam, id eſt vtriuſque Sabææ, vtrorumque Sabæorum nominat, quodque vtraque Sabæa, Æthiopica & Arabica, ſolo ſinus Arabici ſeu maris rubri freto ſeu traiectu ſeparantur: ex vtrauis, aut etiam ex vtraque Sabæa, per Arabiam tamen fælicem magis peruiam, & Palæſtinæ propinquiorem, eam aduenraſſe dicendum eſt; ſicque conciliari poſſunt Interpretes.

Genebrardus *u* ex hiſtoria Æthiopica u in Chron. tradit Reginam Saba ex Salomone concepiſſe filium nomine Melic, ſeu Meilech. poſteà, mutato nomine, appellatum Dauid; idem affirmant Franciſcus Aloarez Victorius, Goës, Barrius, Luſitani Scriptores de rebus Æthiopicis quos ſecutus eſt Ortelius in ſua Abyſſinorum Coſmographiæ tabula, & Maluenda de Antichriſto *x*: huius rei veriſimilis coniectura eſt. x l.5. c.13. facile enim fuit Regem ad libidinem pronum, frequenti, Reginæ multis animi, corporiſque dotibus præditæ, collocutione, in turpitudinem prola-

bi.

bi. Verùm cùm nec Scriptura, nec Scriptores Hebræi, præſertim Ioſephus, qui ſuæ gentis antiquitates omnes perſerutatur, nullam tantæ tei mentionem faciant: ſaniorem de Salomone, hoſpitij nunquam violandi ſanctitas ſuggerit cogitationem, & caſtiorem de Regina Saba, ab ipſo Chriſto commendata *a*, & quæ venit de finibus terræ audire ſapientiam Salomonis; ſtudio vtique veri Dei, veræque religionis colendi gratia. Accedit quòd Salomonis aoimus, impuro fœminarum amore, nondum corruptus erat, vt generoſam Reginam & alta meditantem, intemperanti animi libidine deperiret, eandemque, turpiſſimo flagitio, ad impurum conſortium pelliceret. Sanè vbi neceſſitas non cogit, nihil minus puri, mundíve ſanctitati Scripturarum eſt affigendum.

a Matth. 12. 42. Luc. 11. 31.

OBSERVATIO LXXVIII.

De Chryſopœia ſeu lapide Philoſophico ignoto Salomoni, & an is poſſit confici?

ETſi omnis magiæ naturalis peritiſſimum fuiſſe Salomonem omoes aſſerant, idque ſacra pagina ſatis inſinuet, maximè vbi ait: [*Et diſputauit ſuper lignis à cedro quæ eſt in Libano, vſque ad hyſſopum quæ egreditur de pariete, & diſſeruit de iumentis & volucribus, & reptilibus; & veniebant de multis populis ad audiendam ſapientiam Salomonis.*] Eum tamen omnis artificialis magiæ, præſertim Alchimiæ, ſeu Chryſopœiæ notitiam, aut ſaltem praxim nequaquam habuiſſe ſubindicat illa claſſis, quam fecit in Aziongaber in littore maris rubri, vt aurum ex Ophir ſibi aſportaret. Si enim illud apud ſe confingere valuiſſet, haud aliunde ſibi comparare adeò fuiſſet ſolicitus, vt claſſem integram diſcrimini maris committeret. Et quidem quod ſpectat ad rationem Chryſopœiæ, ſeu lapidis Philoſophici, is Alchimiæ nobiliſſimus eſt effectus.

Alchimiæ nomen Arabicum eſſe volunt viri docti, idque ſatis indicare, aiunt nomini præfixum, Al, vt in Almanach, Almageſtum, aliique ſimilibus vocabulis: illud autem à χύω, ſeu χύνω, hoc eſt fundo, deduci obſtat Græcum hoc, υ, quod ab Alchimiæ nomine prorſus exulat. Alchimiæ nihilominus chimiæ ſpecies eſſe fertur, & pyrotechnica ſiue igniaria quædam ars, in extrahendo ac ſeparando auro ex aliis metallis occupata; diciturque Chryſopœia ſeu aurifactoria, quia ex adſperſis pauculi pulueris aurei ramentis aurum multiplicat, vel illud alio ex metallo verum producit; Spargiricam vocant aliqui, ἀπὸ τὸ σπᾶν ϗ ἀγείρειν, id eſt à ſegregando, & congregando: alij lapidem philoſophicum; quæ nomina vt plurimum malè audiunt. Chimica quidem quæ medicæ adminiculatur, laudatur ab omnibus, vt præſtantiſſimus Phyſiologiæ fœtus, & inuentrix auri potabilis, non minus vtilis ad ſanandum, quàm ad alendum, imò ad vitam propagandam; ſpiritus enim ſubtiliſſimos ex metallis, gemmis, plantiſque educens; quò ſubtiliora eò puriora, & quò puriora eò efficaciora remedia ſubminiſtrat: Chimica tamen aurifactoria, quæ lapidi Philoſophico elaborando, totieſque, tantumque fruſtrà inſudauit, haud immeritò à viris prudentioribus ſugillatur.

Chryſopœiæ originem aliqui valde antiquam faciunt, libellum quemdam Adami titulo inſignem obtrudentes, alioſque Triſmegiſti, & Moyſis, & Mariæ ſororis eius, & Salomonis, & Hermetis Triſmegiſti libros, abſque dubio pro impoſturis & ſomniis otioſorum habendos. Ea tamen ſoluenda eſt quæſtio difficillima, an aurum, hac arte, verum poſſit confici.

Circa hanc difficultatem plures ſunt opiniones, mirumque quàm hic in contrarium funis contentioſus trahatur. Prima eſt, non poſſe vllo modo ea arte verum aurum produci: ita vniuerſi oſores Chimicorum, quæcumque ea arte tentantur ludibria & præſtigia opinati. Secunda ex aduerſo eſt omnium Chimicorum contendentium ſe perfectius & purius aurum ſuis è fornaculis educere, quàm quod è terræ viſceribus natura gignit. Tertia eſt, poſſe aurum produci quoad externas qualitates, ſed quod ad intrinſecam auri perfectionem non pertingat, adeoque quod pro vero nec liceat vendere æquali pretio quo iſtud venditur, nec ad rem medicam adhibere: ita D. Thomas *b*, quem ſui ſequuntur. Alij aliter ſentiunt. In quo opinionum conflictu, cùm nullis idoneis argumentis Auctores primæ ſententiæ conuincant, verum aurum per Alchimiam fieri non poſſe; concedendum potiùs videtur, artem Alchimicam finem ſuum, ægrè licet, poſſe conſequi, quàm negandum, quia multarum rerum cauſæ naturales nos latent; multaque fiunt naturaliter, quæ quis ignoratis, vel neget facta, vel non facta naturaliter contendat. Adde quòd calor ignis vim habet transformandi metalla, per varias alterationes liquationis, ſeparationis, congregationis, aut ſimilium: ſicut & calor natiuus cibum varias in formas agit, priuſquàm incrementum præſtet alito. Nec minùs ſtupenda eſt, illa fructuum v. g. herbarum in carnem, quàm hydrargyri in aurum commutatio, minorem enim affinitatem habent herbæ cum carne, quàm habeat cum auro argentum, illud maximè quod Ariſtoteles fuſile ac liquidum, vulgus verò viuum, à motu nuncupat: præterea ſi ſingulæ alterationes, quas Chryſopœij requirunt, attentiùs conſiderentur, nullæ ſunt quæ vires ignis in materiam diſpoſitam agentis excedant. Demum ars poteſt concurrere ad generationem veſparum, ſcarabæorum ex ſtercore animalium, imo & ad ſcorpionum, ex herba Baſilico certis in locis ritè diſpoſita. At viuentia hæc, excellentiora ſunt metallis.

b in 2. ſent. diſt. 7. q. 3. ad 1.

Cæterùm quidquid ſit de ratione, aut certitudine artis Chryſopœiæ, ſeu aurifactoriæ, illud certum eſt, quod ſi Alchimicus, effectus verus non ſit, quia falſum eſt & apparens

dumtaxat aurum, Chryſopœia pertineat ad magiam præſtigiatricem. Si autem verus eſt effectus, & verum inde aurum educatur, idque fiat ope dæmonis, pertineat ad magiam dæmoniacam: ſi verò fiat ab ipſa facultate Pyrotechnica, tunc per ſe & propriè ſpectat ad magiam naturalem, per accidens ad artificioſam, actiua paſſiuis applicantem; in qua quidem arte, nihil mechanicum eſt, præter ipſam igniariam applicationem; eius verò ſpeculatio, æque ingenua eſt ac ſcientifica, quàm ſit Phyſica, cuius portio eſt haud ignobilis; aut Medicina, cui efficaciſſima remedia ſubminiſtrat: eoque nomine liberalibus, & acroamaticis diſciplinis, Chryſopœia annumeranda eſt. Quia tamen ratione periculi & expenſarum, ſæpius inutilis eſt, atque ob temporis, ſanitatiſque iacturam illicita; & dum in commerciis & ſolutionibus, adulterinam pro legitima conflatura ſupponit, maximè pernicioſa. Ideoque à Ioanne XXII. eſt prohibita. Fortè in foro conſcientiæ, ſi prædicta omnino ceſſarent incommoda, videretur permiſſa; vt in eo qui ſubtiliſſimi eſſet ingenij & valdè locuples, ſanus corpore, patiens, tenaxque propoſiti, & qui naturas metallorum, eorumque generationes & imperfectiones apprimè calleret: nec incongruè ſcripſit Caietanus hanc artem, vel nullorum hominum eſſe, vel Principum dumtaxat, audito ſapientum conſilio, & Magnæ Britanniæ lex eſt, eaque optima; ne cui ſub pœna capitis, abſque Principis permiſſu, liceat Alchimiam exercere.

OBSERVATIO LXXIX.

De Elia Propheta ſupremo Carmeli Archimandrita.

Elias natione Thesbites *a*, Prophetarum Coryphæus, & Anachoretarum in monte Carmelo, aliiſque ſacris Palæſtinæ locis religioſam vitam agentium ſupremus fuit Archimandrita, ac vir piloſus *b*; non ſolùm cæſarie, barbaque producta, ſed villoſa etiam veſte; quales deſcribit Apoſtolus, cùm hos ſimileſque veteris Teſtamenti viros religioſos indigitans, ait: [*Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti; quibus dignus non erat mundus, in ſolitudinibus errantes, in montibus & ſpeluncis, & in cauernis terræ d.*

a 3. Reg. 17. v. 1.

b 4. Reg. 1. v. 8.

d Hebr. 11. v. 37. 38.

Qualis quantuſque futurus eſſet Elias, deſignatum eſt, ſtatim ac natus; idque viſione patri eius exhibita, quam refert Epiphanius, his verbis: [Quo tempore illum mater peperit, Sabacho patri eius, certi homines candidati per viſum oblati ſunt, qui cùm infantem ſalutaſſent, eundem igne pro faſciis obuoluerunt, & flammam, pabuli loco, præbuerunt: quod cum ille Hieroſolymam profectus, Sacerdotibus renuntiaſſet, oraculum illud accepit: *Ne timeas, erit enim in luce, pueri domicilium, eiuſque ſermo decretum & iudicabit Iſraelem in gladio & igni e.*] Vnde nil mirum ſi ardentiſſimo Elias poſteà flagrauit Zelo; ſi tot, adultus excelluit prærogatiuis, inter quas Zelus ille prior ſe prodit.

e Epiph. de vitis Prophetarum, in Elia.

Zelus hic potiſſimum Eliæ ſtemma fuit, & ab eo Eccleſiaſticus *f* illud quod de ipſo protulit, auſpicatus eſt Elogium; dum eum ſurrexiſſe quaſi ignem, verbumque illius, ſicut faculam, arſiſſe affirmauit. Hunc verò Prophetæ Zelum, nulla non eius verba loquuntur, nullæ non exhibent actiones: hunc cœli annis tribus, & menſibus ſex, eius oratione, ne imbrem aut rorem darent, occluſi *g*: hunc intrepida impij regis Achab increpatio *h*: hunc conuocati in Carmelum montem Idololatræ, & euocati de cœlo, tum ad Sacrificij conſumptionem *i*, tum ad quinquagenariorum conſumptionem *k*, flammarum globi: hunc primum ſubſannati, tum iuſto gladio mactati quadringenti Pſeudoprophetæ Baal *l*: hunc denique mirabilis ille per aëra, curru igneo, ſpirat raptus; ac triumphus, huius namque raptus, cauſam, eximio Prophetæ zelo adſcripſit Mathatias, dum morti proximus generoſus pater filios haud degeneres ſic alloquitur: [*Elias dum zelat zelum legis receptus eſt in cœlum m.*] Cauſa verò ardentiſſimi illius zeli, haud vlla alia extitit, quàm flagrantiſſima eiuſdem charitas, quæ cùm igneæ ſit naturæ, fiebat vt ſurſum iugiter raperetur igneus ille Propheta, verbumque illius arderet quaſi facula.

f c. 48. v. 1.

g 3. Reg. 17. v. 1. Iacob. 5. v. 17.

h 3. Reg. 18. v. 18.

i v. 38.

k 4. Reg. 2. v. 10.

l 3. Reg. 18 v. 40.

m Mach. 2. v. 58.

Eliæ verbum, ait Baſilius Seleuciæ Antiſtes, ſicut facula ardebat. Vix enim videns Elias Iudæorum populum bonis, tàm è cœlo, quàm è ſolo patris, immodicè luxuriantem, alimenti auctorem, ignorantem, & Dei charitatem erga ſe, in impietatis materiam conuertentem, cultúmque Dei debitum in dæmonia transferentem, ira pietatis auxiliatrice adſumpta, vocem amiſit, & Iudæam terram continuò, ſiccitatis ſententiæ, & pluuiarum ſterilitati addixit *n*.] tunc, vt ait Chryſoſtomus, anhelat terra, ſiccatur cœlum, ſitiunt omnes, fontes areſcunt, omnis humor ima petit, ſupera deſerit, aër feruet, ſerenitas torquet, tranquillitas pœna eſt, æſtuant noctes, dies areſcunt, ſata torrentur *o*.

n Baſil. Seleuciæ Antiſt. orat. 11.

o Chryſoſt. ſerm. de Elia.

Ardentiſſimum Eliæ Zelum, vt ſuam effectiua cauſam, ſubſecuta eſt ſingularis, nondumque audita caſtitas; ipſe etenim primus omnium mortalium, votiua ſe caſtitate inſigniuit, & ad illius exemplum (ſi typus aliquis proponi poſſit ſummo Prototypo) Sanctiſſima Deipara, cunctarum fœminarum prima virginitatis voto ſe ſe adſtrinxit. Vtrumque expreſſis Ioannis Patriarchæ Hieroſolymitani, D. Hieron. coæui, teſtimoniis poteſt confirmari. Ideo, inquit *p*, Elias vt in ſpiritu perfectè Deo viueret, crucifixit carnem ſuam cum vitiis, & concupiſcentiis, mortificans membra peccati, quæ ſunt ſuper terram, altiori & quodammodo anteceſſoribus ſuis, quoniam vt per puritatem caſtitatis, & incorruptionem ſuæ carnis æquaretur Angelis, ad conuerſationis imitationem ſeipſum propter Deum virginitate perpetua primus hominum ſponte decorauit. Et alibi *q*; ſicut Elias primus præputium ſciuit à ſua carne, & mente prorſus circumcidere, dum primus inter homines ſtuduit virginita-

p l. de inſtit. Monach. c. 9.

q c. 34.

tem

tem, perpetuam ſponte inchoare; ita poſteà Beata Dei genitrix præputium impudicitiæ ſcindit exemplo Eliæ, à ſe penitus circumcidere, dum quaſi veſtigium hominis illius, elegit prima fœminarum, propter Deum, in virginitate perpetua viuere. His ſubſcribunt Ignatius *a* Martyr, Ioannes Damaſcenus *b*, & Epiphanius *c*.

a Epiſt. 5. ad Philadelph.
b l. 4. fid. Orth. c. 25.
c Hær. 79.

Elias Zelo plenus, ac virginitate clarus, ad quadraginta vſque dies, totidemque noctes, ieiunium ſuum, inſtar Moyſis, protraxit; in eo, ſicut & idem Moyſes, Chriſti typus, quæ prærogatiua tanti apud Patres eſt ponderis, vt D. Ambroſius omnia prodigia quæ patrauit Elias, ieiunij virtute ab eo patrata non ſemel agnoſcat. Hieronymus ait *d*: ieiunio, conſortium meruiſſe magnum Prophetam, vt in monte Thabor cum Domino in gloria appareret, eique teſtis adſtaret. Tertullianus ait, eum contubernalem factum ipſi Deo & parem pari; non ingrata erunt Lectori aurea illius verba. [Cùm Elias in ſpelunca diuertiſſet, quam familiari congreſſu Dei exceptus eſt? quid tu Elia hîc? multo amicior iſta vox, quàm Adam vbi es? illa enim paſto homini minabatur, iſta ieiuno blandiebatur, tanta eſt circumſcripti victus prærogatiua, vt Deum homini præſtet contubernalem, parem reuera pari. *d*] Baſilius Magnus, Eliam per ieiunium illud, ad claram & intuitiuam Dei viſionem perueniſſe in hac vita, videtur innuere, dum ait: [ieiunium Eliam magnæ viſionis ſpectatorem fecit, 40. namque dierum ieiunio cùm animam purgaſſet, in ſpelunca meruit, quantum eſt fas homini, Deum videre *e*.] Chryſologus denique, victoriam quam Elias de morte retulit, eidem adſcribit ieiunio. Elias, inquit, Dominici continuatione ieiunij, defœcatus à carnali pondere, mortis victor euolauit ad cœlum *f*.

d Hier. in Iouinian.
d Tertul. lib. contra Pſychicos c. 6.
e Baſil. hom. de ieiunió.
f Chryſ. ſer. de patre & duobus filiis.

Nec parum conducit ad Eliæ excellentiam, quod Præcurſor Chriſti Ioannes in ſpiritu & virtute Eliæ *g* venerit; prout ab Archangelo Gabriele Zachariæ prædictum eſt: quæ ſanè prærogatiua tanta eſt, vt ea maior Eliæ dari poſſe non videatur. Enimuerò quis, aut quantus Ioannes, & Præcurſor & Baptiſta Chriſti? nempe talis ac tantus, vt eo maiorem inter mulierum natos non ſurrexiſſe, ipſius veritatis ore & oraculo, conteſtatum ſit *h*: cumque pluſquam Prophetam eadem prima Veritas appellauerit; & tamen ipſe talis ac tantus venit in ſpiritu & virtute Eliæ, Eliamque ipſum victu, veſtitu, omnibuſque virtutibus adeò expreſsè repræſentauit, vt Ioannes à Iudæis Elias haberi potuerit.

g Lucæ 1. v. 17.
h Matth. 11. v. 11.

Ea quoque ſingularis fuit Eliæ prærogatiua, quod ipſe primus omnium legatur mortuum ſuſcitaſſe; quodque viuus, igneo curru, hoc eſt nube ſplendidiſſima, in currûs equorumque ſimilitudinem, ab Angelo efformata, per turbinem ſublatus eſt in cœlum: quo autem delatus? in paradiſum terreſtrem, vt vulgò dicitur: fertque communis ſententia Patrum *i* cum adhuc viuere, ſicuti & Enoch, amboſque venturos ſub finem mundi ad prædicandam fidem contra Antichriſtum: idque ſpeciatim de Elia ex Eccleſiaſtico *k*, & clariùs ex Malachia *l* Propheta intelligitur, dum ait: [*Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam antequàm veniat dies Domini magnus & horribilis, & conuertet cor Patrum ad filios.*] Et confirmatur ab ipſo Domino, qui ad prædicta verba Malachiæ alludens ait: [*Elias quidem veniet, & reſtituet omnia m.*] Nec obſtat quòd aliqui expreſſa Malachiæ verba de S. Ioanne Baptiſta expoſuerint, eiſque fauere videatur illud Angeli Gabrielis de Ioanne Baptiſta, dicentis: [*Ipſe præcedet ante eum in ſpiritu ac virtute Eliæ, vt conuertat corda patrum in filios n.*] Ex his enim tantùm poteſt colligi, quòd ſicut Ioannes Baptiſta in ſpiritu Eliæ primum Domini aduentum præceſſit, ita ipſemet Elias Theſbites præceſſurus ſit ſecundum.

i Tertul. de anima c. 50. Ambr. in c. 1. Cor. c. 4. Hier. Epiſt. 45. & 61. Aug. de peccat. Orig. c. 23. Irenæus, Ephr. & alij.
k Eccl. 48. v. 9. 10.
l Malach. 4. v. 5 6.
m Matth. 17. v. 11.
n Luc. 1. v. 17.

Illud etiam inſigne fuit Eliæ, quòd ſolus mortalium adhuc viuus, nondumque guſtata morte, diei feſti in illius memoriam celebratione, templorumque in eiuſdem honorem extructione, honoratus eſt: feſtum illud, officio proprio, ritu quo poteſt ſolenniori, cum Miſſarum oblationibus iterata ſummorum Pontificum approbatione, toto in ordine Carmelitarum concelebratur. De templis verò in eius honorem extructis, inſigne eſt illud teſtimonium referens *n*, extructam illi fuiſſe ædem, Dominicum, nuncupatam, quod factum fuiſſe à priſcis Carmelitarum Patribus in Carmelo tradit Sarracenus *o*; & de illo Dominico extat epigramma Gregorij Nazianzeni *p*, ſub hoc titulo: Epigramma in templum Eliæ, quod Κυριακὸν appellatur.

n Baron. in notis ad Martyrol. ad 20. Iulij.
o in Menologio Carmelit.
p tom. 2. pag. 595.

Demùm Eliæ dignitas ſplendeſcit in ipſius cum Chriſto, cuius Typus fuit perfectiſſimus, collatione; in qua exſpatiati ſunt nonnulli SS. Patrum: integrum in ea Doctor Africanus ſermonem *q* inſumpſit. Auguſtino accedit Drogo ex Abbate Laudunenſi, Oſtienſis Epiſcopus, vir (ſi creditur D. Bern. eius coæuo, cuius exſtat ad Drogonem epiſtola) non minùs ſanctitate quàm doctrina conſpicuus. Is ſermone *r* prorſus aureo de ſacramento dominicæ paſſionis, nonnulla quæ de Elia in libris Regum enarrantur, ſingulari pictatis ſenſu adaptat Chriſto. Plenam Chriſti cum Elia collationem referunt *s* recentiores.

q Serm. 201.
r extat to. 2. Bibliot. Patrum, cui ſermoni præmiſſa eſt epiſtola D. Bern. ad Drogon.
s Salian. ad ann. 3199 à num. 33. vſque ad 45.

Aſſerunt non pauci Eliam fuiſſe primum Ordinis Carmelitarum Patriarcham, quod & ipſi huius inſtituti Sectatores palam profitentur, id licèt probatu difficile non paucis appareat, ſuaderi tamen eis quoque poterit, ſi dicamus, quod ſicut Samuël, illius cœtus Prophetarum, ſeu virorum religioſorum, qui erant in Ramatha *t* extitit Auctor, ita Elias aliam ſimilis inſtituti congregationem erexerit in monte Carmelo, quæ deinceps ibidem vſque ad Chriſti tempora perſeuerauerit, mox verò Chriſtianis & Apoſtolicis ritibus imbuta per alias ſe ſe mundi plagas diſſeminauerit, primam ſui originem Eliæ, montique Carmelo ſemper referens; & poſteà Haimericus Patriarcha Antio-

t 1. Reg. 19. v. 20.

chenus

a Annal. to. 12. ann. 1181.

chenus (ex quo Baronius ait a : Carmelitarum Ordinem ſub Alexandro Papa tertio ſumpſiſſe originem,) illius congregationis promotor fuerit. Si hæc pauca ſummo notata calamo, Lectori beneuolo ingrata non ſint, gratum etiam, obſecro, ſit ei vt ea paulò fuſiùs exponantur, & Patriarchatus Eliæ vindicetur, & quando is cæperit, & qua ratione in ſæcula poſteriora propagatus fuerit, ſubiungatur.

Patriarchatus piiſſimi Carmelitarum Ordinis Sanctiſſimi Prophetæ Eliæ pluribus argumentis vindicari poteſt, & quia in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum b, duas diuerſorum teſtimoniorum claſſes in medium adducam, & in qualibet claſſe tres teſtes proferam. Prior claſſis erit Ordinum Religioſorum, qui aliud à Carmelitano profeſſi ſunt inſtitutum, quorum licet intereſſe vtcunque videri poterat, ne Carmelitæ peruetuſto illo originis gauderent titulo, tamque celebri Patriarcha gloriarentur, ipſi tamen ingenuo animi candore, id antiquitatis decus, ſuis calculis comprobarunt. Poſterior Claſſis erit virorum aliquot illuſtrium extra religioſos Ordines.

b Matth. 18. v. 16.

In primi Claſſe, Primus ſe ſe offert Ordo ille religioſus; qui in noua lege, apud Eccleſiam Occidentalem prior apparuit, ſcilicet Ordo D. Auguſtini, è quo tres teſtes prodeunt. Vnus Baptiſta à Glano in hiſtoria Pontificali, in vita Deodati c. Et in Honorio tertio ad annum 1216. Alter eſt Proſper Stellartius, in eo Opere erudito quod edidit de tonſuris & coronis gentium, Iudæorum & Chriſtianorum, in quo, libri ſecundi decimo tertio capiti hunc præfixit titulum: De Elia Thesbite Propheta, Religioſo, Nazaræo, Piloſo, Comato, Monachorum patre, & Ordinis à ſe denominati fundatore, eiuſque diſcipulo Eliſæo. Eodemque Capite, ait: [Eliam ſingulari quodam ſolitudinis amore, plurimos aſſeclas collegiſſe, quibus abbatiſſaret, qualis apparet in ſacro Scripturæ contextu: eidemque Archimandritæ per omnia ſuccenturiatum eſſe Eliſæum, qui ſibi ſuiſque, magno numero creſcentibus, Monaſteriola fabricatitus deſcendit ad ſolitudinem Ierichuntis.] Tertius Petrus Valderama, qui in Theatro Religionum, vbi de earum Patriarchis agit, concionem habet eximiam de Sancto Elia, cui hic præfixus eſt titulus: Concio de Magno Patriarcha fundatore Ordinis noſtræ Dominæ de Monte Carmelo. Qua in concione profert plurima de eo Patriarchatu; actioneſque glorioſas, ob quas, Elias raptus eſt recenſens; primam earum eſſe docet, quod fuerit Pater & fundator huius ſacræ religionis Montis Carmeli; & ſub finem ſic Eliam alloquitur: Ergo Illuſtriſſime Patriarcha, Anteſignane, & Primum caput Religionum, fœlices amici tui, &c. Beata Religio tua ſacra, quæ tali Patre fruitur & fundatore; quem nos omnes Patrem appellare poſſumus, quandoquidem vitæ monaſticæ initium dedit.

c ad annum 615.

Occurrit poſteà Ordo S. Benedicti, qui Auguſtinianum proximè conſecutus eſt, è quo tres quoque teſtes ſe ſe offerunt. Primus Abbas Mauſolienſis d, ſecundus Ioannes Trithemius etiam Abbas, virque doctiſſimus & & inſignis in recenſendis illuſtribus Eccleſiæ ſcriptoribus, eorumque monimentis poſteritati notificandis diligentia notiſſimus; hic librum de illuſtribus viris Ordinis Carmelitani edidit, in quo oſtendit Eliam & Eliſæum religionis Carmelitanæ ieciſſe fundamenta. Tertius eſt Gilbertus Genebrardus, inter primos Chronologos nominatiſſimus, linguarum Orientalium, Sacræ potiſſimùm, peritia adeò excultus, vt ſui ſæculi Hieronymus audiret, propriiſque meritis è clauſtro ad Aquenſem Archiepiſcopatum tranſlatus ſit: hic in ſua Chronologia e hæc habet: [Ordo Carmelitarum initium habuit in deſertis Syriæ, Almerici Antiocheni Antiſtitis operâ, vt ait Polydorus: ſed eorum origo altiùs repetitur, nempe à Propheta Elia & Eliſæo, qui Carmelum montem terræ ſanctæ primi conſecrarunt, & diſcipulos illic reliquerunt, quos Scriptura filios Prophetarum appellat f.

d in ſuo Martyr.

e l. 4. ad an. 1180.

f 4. Reg. 2. v. 3.

His ſuffragatur piiſſimus Charthuſianorum Ordo, cui libenter ſubſcribent Apoſtolicæ Seraphici Patris Franciſci, ac Societatis Ieſu familiæ, vno tantum ex vnoquoque trium horum Ordinum, breuitatis gratia, teſte prolato. E Carthuſianis prodit Eraldus Roleuinch, Auctor Faſciculi temporum, vbi Elias Propheta Auriga Iſraël & origo religionis Carmelitanæ, Eliſæo viuente rapitur. In Minorum Ordine, præſto eſt Ioannes Carthagena, qui librum integrum homiliarum ſuarum in explicandis ſacris arcanis Deiparæ de mõte Carmelo impendit. E Societate Ieſu, Franciſcus Suarez in opere quod de religione edidit, ait g: Carmelitarum Religio, quò antiquiorem creditur habere inſtitutionem, eò minùs certam & exploratam habet originem, ac perpetuam ſucceſſionem: eſt autem valde recepta, & ſatis antiqua traditio, religionem hanc à temporibus Prophetarũ, & ſignatim ab alia inſtitutione ſuam ducere originem, & quaſi hæreditariam ſucceſſionem in Monte Carmelo, à quo nomen etiam accepit: quã traditionem vt veram ſuſcipimus; præcipuè quia ſummi Pontifices, Sixtus IV. Ioannes XXII. Iulius III. Pius V. Gregor. XIII. Sixtus V. & Clem. VIII. Bullis huic Ordini conceſſis, de Profeſſoribus huius ſacris inſtituti ita loquuntur: tanquam Religionis ſpeculum & exemplar charitate fulgentes, ſanctorumque Prophetarum Eliæ & Eliſæi, & aliorum ſanctorum Patrum, qui montem ſanctum Carmeli iuxta Eliæ fontem habitarant, ſucceſſionem hæreditariam tenentes, &c. Vnde Sixtus V. huic Religioni conceſſit, vt Eliam & Eliſæum tanquam ſuæ inſtitutionis Patronos coleret; dies feſtos in eorum honorem celebrando; propriaque officia in eorum memoriam recitando; quod ipſa Religio ſtudioſè ſeruat. Hæc ille.

g l. 2. c. 10.

Sanè cùm ſeptem ſummi Pontifices in diplomatis ſuis, Ordini Carmelitarũ datis, eos ab Elia & Eliſæo hæreditariam ſucceſſionem tenere, verbis expreſſis aſſerant, ſatius eſt venerandæ eorum auctoritati deferendo, Eliam huiuſce ſacri Ordinis auctorem agnoſcere, quàm hoc negare, vel impugnare.

In poſteriori teſtimonium Claſſe,virorum ſcilicet aliquot illuſtrium extra ordines Religioſos. Prior occurrit Richardus Armachanus Epiſcopus Hibernus, qui in ſermone quodam Auiuiune habito coram Cardinalium cœtu in feſto Beatiſſimæ Virginis, hæc habet: [vt dicunt fide dignæ hiſtoriæ, à tempore Eliæ & Eliſæi, qui ſæpiùs morabatur in Carmelo, iuxta ciuitatem Dominæ noſtræ Nazateth, ad tria milliaria, ſecretiùs ſolebant homines inhabitare vſque ad tempora Saluatoris; & tunc eremitæ, prædicantibus Apoſtolis, in fide ſolidati, in latere vno montis ipſius primò Eccleſiam conſtruxerunt; in honorem B. Mariæ Virginis, in eo loco, in quo didicerant ipſam cum aliis ſodalibus in vita ſua, ſæpius moram traxiſſe: & ob hoc nimirum inter tot alios religioſos Dominæ noſtræ ſunt adſcripti, vt vocarentur Fratres B. Mariæ de Monte Carmelo] hoc Richardi teſtimonium quod inferunt plurimi, maximè verò Vualdenſis *a* & Nauarrus *b*, efficax eſſe duo potiſſimum conuincunt: vnum quidem, quia cùm Auctor iſte, in Religioſos ordines Mendicantium paulò acriùs ſe geſſerit, nullus ſuſpicioni relictus eſt locus, quòd illa, vt faueret Carmelitis, potulerit. Alterum, quia aſſerit ſe ea, non ex ſuo marte, nec ex Apocryphis minuſque probatis, ſed ex fide dignis hiſtoriis deprompſiſſe. His accedit Patrum purpuratorum, coram quibus ille concionabatur, grauitas & auctoritas, in quorum præſentia, maximè inter concionandum, res incertas, aut minùs ſerias ad inſtar veritatum proponere, prælato fuiſſet indigniſſimum.

a De Sacramentalibus t.9.c.89.
b De horis canon.c.1. num 27.

Secundus, ex huius claſſis teſtibus, erit Guillemus Piſengreoius in qua Eccleſiaſtica hiſtoria aduerſus Magdeburgenſes Centuriatores, in qua ſpecialem habet titulum de Monachis Carmelitis, & vbi aliqua potulit teſtimonia, quibus oſtendit aduerſus eoſdem Centuriatores, Carmelitarum familiam propbetarum temporibus floruiſſe, ſubdit: en quàm antiquiſſimus ſit Ordo B.Mariæ de Carmelo.

Tertius ſit Ioannes Molanus, qui in Martyrologio ſuo ad 17. Iunij diem, Eliæ raptum referens, ſic habet: [15. Calendas Iulij in Arabia raptus eſt Beatus Elias Ordinis Carmelitarum Patriarcha, qui tantam gratiam inuenit coram Domino, vt verbis clauderet & aperiret cœlum.] Et ex his fusè ſatis Patriarchatus Carmelitarum, Sanctiſſimo Prophetæ Eliæ vindicatus eſt. Quando autem is cœperit, aut qua ratione in ſecula poſteriora propagatus fuerit, pauciſſimis perſtringam.

Nongentis circiter annis ante Chriſti natiuitatem, (iuxta calculum noſtrum) Elias Propheta in Carmelo monte, quem cultu ſuo fecit inſignem, prima conſtituti Carmelitani iecit fundamenta. Erat Carmelus mons Phœniciæ in Tribu Zabulon, valdè excelſus & nemoroſus; nobiliſſimis vineis, oleis, arbuſtis, & frugiferis arboribus ita abundans, vt ob ſummam rerum omnium copiam, ipſiſſimæ fertilitati in Scriptura *c* compararetur; eiuſque paſſim apud Prophetas fit mentio. In hoc monte, Elias coram impio Achab rege Iſraël, & octingentis quinquaginta Pſeudoprophetis Baal, Dominum, verum Deum eſſe comprobauit, igne cœlitus impetrato in ſui conſumptionem holocauſti *d*. Ibidemque poſt extremam trium & ſemis annorum ſiccitatem, pluuiam à Deo obtinuit *e*.

c Iſai.35.v.2
d 3. Reg. 18. v. 38.
e v.46.

In huius montis Orientalis pede, ſpelunca eſt, vbi habitabant Elias & Eliſæus, & filij Prophetarum: cùm enim vir Dei euocatum ex agricultura primugenitum ſuum Eliſæum ſibi ſociaſſet, plurimos alios ſanctius aliquod, & a fluxis mundi curis exemptum vitæ genus ambientes, in agmine illo primæuo recenſuit, & hi poſt Patriarchæ ſui raptum, ſpeluncam illam in Oratorium, eius nomine inſignitum, dedicarunt.

Nec Palæſtinæ, Syriæue tantùm finibus, ea cœleſtis inſtitutio circunſcripta eſt: in Ægyptum enim, temporis excurſu, electiſſimæ huiuſce nouæ prolis culonæ deductæ ſunt; & quidquid Orientis Auſtrique priores Monachorum cætus tradidere; quidquid etiam ab Oriente in Occidentem extat inuectum, ex ſacra illa Eliæ inſtitutione, velut ex ſuo fonte profluxiſſe crediderim: ſiue enim contemplationis ſtudium, ſiue ſolitudinem, ſiue veſtitus victuſque auſteritatem expendas; hæc omnia cæteraque apud Cœnobitas commendatiſſima, ſic in eo Propheta ſplenduerunt, vt Ioanni Baptiſtæ, laudi Chriſtus ipſe verterit, imaginem Eliæ ad viuum expreſſiſſe; quaſi Eremus, aſperitas vitæ, caſtitas, oratio, animique ſuſpenſio, ſimileſque inſtituti Monaſtici notæ, quibus præcurſor ille Saluatoris claruit, totidem Eliæ dotibus harmonicè conſentirent. Sicque prædicti Prophetarum filij, variè à variis ſubinde nuncupati, putà Eſſeni, Aſſidæi, cœptam inſtitutionem vſque ad Chriſtum natum produxerunt: nec Chaldæorum, aliorúmve populi Dei hoſtium feritas, quæ vindictam ſpoliaque ſitiebat in homines innoxios, & nihil rerum curantes, vſquam deſæuiit, Deo ſic agente, vt tanti Prophetæ ſacrum inſtitutum, & diſciplina, ad eum cuius Typum prætulit, illæſa pertingeret. Cùm ergo ſocietas hæc in Carmelo diuinis rebus intentiſſimè vacaret, mox vt Chriſti ſplendor illuxit, bene comparata Chriſtianam fidem arripuit, vt atteſtatur Sacellum, quod in Beatiſſ. Virginis memoriam exædificatum, Auctores prodiderunt; & fortè vnà cum Apoſtolis, in opus prædicationis incubuit: nec decuit tanti Patriarchæ poſteritatem, ignauiâ torpeſcere, cùm denſas cœcutientis mundi tenebras, lux noua diſcuteret; ſed antiquum potiùs pietatis ſuæ cultum, cum nouo conciliare.

Noua igitur Chriſti agmina, ſub Euangelicæ veritatis vexillo, ac præſidio Deiparæ militantia, ita fortiter ac feliciter egerunt, vt Carmelus cœleſtibus iam viris quàm plantis fœcundior; ſolaque traditione inſtructus, vſque ad annum ab ortu Chriſti quater centeſimum perdurarit; cumque per id tempus mirum in modum excreuiſſet ſacra Virginis proles, & ſcapulare B.Simoni Anglicano donatum, cœlitus accepiſſet;

accepiſſet ; ſcriptis quoque legibus temperari debuit. Quamobrem Ioannes Ieroſolymitanus Patriarcha regulam ex Euangelicis conſiliis,& electiſſimis veterum Patrum, qui ab Eliæ tempore Carmelum ineoluerunt,inſtitutis contextam ei præſcripſit : & ſub hac regula ad annum Cbtiſti ſexcenteſimum numeroſa ptoles increuit. Poſthac verò grauiſſimis Eccleſia hoſtium perſecutionibus exagitata ,, in patrium montem , velut in aſylum tota ſe recepit ; ibique ad octingenteſimum vſque annum perſeuerauit : poſt quem ſummi Pontifices rerum aduerſarum ſtatum , gentemque afflictam commiſerati , variis eam priuilegiis ſubinde ſuſtentarunt , quibus cùm vitæ vigor temperatus fuiſſet , ſeneſcentis lapſu temporis , & ingenita naturæ prauitate , primus animi feruor defetbuit & & cœleſtis ille ignis Eliæ propemodum extinctus eſt.

Hanc Carmeli inſtitutionem , Haymericus Patriarcha Antiochenus , & Apoſtolicæ Sedis in Oriente Legatus , penè collapſam anno 1120. conſpicatus , deiectos animos , in auitam obſeruationem erigere ſtuduit ; ac prædicta regula Ioannis Ieroſolymitani , è Græca , in Latinam linguam exactiſſimè traducta , Carmeli Anachoretas ad communem vitæ rationem , Latinorum Monachorum moribus conſentaneam , induxit : at poſt aliquot annos , cùm multæ ex illa Ioannis regula naſcerentur difficultates , quæ explanatione indigebant , B. Albertus Ieroſolymorum Patriarcha , circa annum 1171. breuiorem edidit , compendio & perfectione laudatam ; ſub qua perſtitit Eliæ poſteritas , & vbi aliquandiu fortiter egiſſet , ſenſim elanguens , ab Innocentio IV. mitigationem impetrauit , neque in hoc (quæ mortalium imbecillitas eſt) conquieuit , ſed poſt exactos annos citeiter ducentos , eandem regulam adhuc delicatæ ſoboli nimis aſperam , ab Eugenio IV. leniri curauit , quæ vſque ad nouiſſimam reformationem , à Seraphica Thereſia præterito ſeculo inchoatam , prolata eſt.

OBSERVATIO LXXX.

De Naaman leproſo.

NAaman Syrus , Princeps militiæ Regis Syriæ , vir magnus apud Dominum ſuum & honoratus : per eum enim dedit Dominus ſalutem Syriæ a : quo bello id factum fuerit ? tacuit Scriptura , & totam hanc hiſtoriam , etſi prodigiis claram , Ioſephus prætermiſit. Syrus ille , præcepto Eliſæi , ſepties in Iordane ablutus , & lepra mundatus ; illicò reuertitur ad virum Dei , vt ſuam erga verum Deum , cuius potentiam in ſuo ipſe corpore expertus eſſet, fidem profiteretur , & de accepto beneficio ei, Deoque gratias ageret , & in ſignum grati animi , offerret munera , quæ Propheta reſpuit ; docens ipſum Proſelytum Diuina beneficia pecuniâ rependi , aut æſtimari nequaquam poſſe. Porrò munera illa à Propheta , qui pauper erat , alienaque vt plurimum viueret benignitate , paneſque primitiarum ab offerente nuper acceperat , potuere recipi ; maximè cùm illa liberalitas collatam ab eodem Propheta gratiam non antecederet , ſed omninò ſequeretur.

a 4. Reg. 5. v. 7. 1.

Cæterùm quia verebatur Naaman, quod non liceret colere Deum Hebræorum,niſi in terra ei ſanctificata : ideò vult ſibi dari de humo Iſraëlitica, quantum par mulorum ferre poſſet , vt ſcilicet altare concauum de lapidibus exciret,in quod eam homom immittat , & ſuper ipſam Deo vero Iſraëlitarum ſacrificet : neque propterea ritibus Moſaïcis ſe obligabat , ſed à legis oneribus liber , ſtatuebat verum Deum ſpirituali maximè cultu fidei,ſpei,charitatis colere,vt & alij viri iuſti in lege naturæ. Et ne vllam deinceps idololatriæ labem contraheret, petit ab Eliſæo, vt ſi licitum foret , liceat ſibi adeſſe Regi ſuo idololatræ,in templo Remmon ; ſeque in eo cum Rege adorante , in ſpeciem adorantis incuruare , quam illi poteſtatem Propheta facit ; quod minimè eſt idololatriam ſimulare , ſed eiuſdem famulatum, & conſuetum , ſubditi , Domino ſuo exhibere obſequium.

Nec dubium quin Naaman domum reuerſus tanti commemoratione miraculi, & vitæ priſtinæ commutatione , vxorem , propinquos, amicos , alioſque non paucos , ad veri Dei cognitionem traduxerit. Probabile eſt eius famulos,miraculi teſtes , qui Dominum ſuum ad ſimplicem Prophetæ obedientiam vt ſepties in Iordane lauaretur , fuerant cohortati, etiam cum Domino ſuo,iam ſanato, coram Eliſæo idololatriam eiuraſſe,fidemque vnius veri Dei profeſſos eſſe.

OBSERVATIO LXXXI.

De Iona Propheta , filio Amathi.

IOnam hunc, viduæ Sareptanæ filium fuiſſe , ab Eliſæo ſuſcitatum , volunt Hebræi, ſed immeritò ; eſſet enim is nunc Centenario maior , parumque ad regionem longinquam idoneus legatus. Præterea vnus idemque Propheta eſt , qui ad Ieroboam Regem Iſraël,& ad Niniuitas miſſus eſt , vt patris eius nomen Amathi ſatis atteſtatur : poſteriorem miſſionem ſubterfugit Ionas, veritus ne Deus exoratus Niniuitarum precibus , ſententiam mutaret , & ipſe qui imminentem ciuitatis ruinam prænuntiaſſet , mendax deprehenſus, populi ludibrio, fortè & verberibus ſubiaceret : dumque fugit à facie Domini, deſcendit Ioppen , mediterranei matis portum , inuentaque naui , quæ curſum dirigebat in Tarſis , pretio vecturæ ſoluto, vela facit : at ingenti tempeſtate exorta , deſcendit in inferiora nauis , vt minùs iactationem ſentiret ; néve vindices Dei fluctus aduerſum ſe intumeſcere , propriis cerneret oculis : ibique mœrens ſomno oppreſſus eſt , ſed eum excitatum , Nautæ

ad preces inuitant; cúmque illis veniſſet in mentem,eam venrorum vim & procellarum, ob alicuius culpam deſæuire, ſorte eam inueſtigant; quæ, Deo ſortes temperante, cecidit ſuper Ionam, qui faretnr peccatum, in pœnam conſentit, mittitur in mare: [*Et ſterit mare à feruore ſuo, & timuerunt Nautæ timore magno Dominum, & immolauerunt hoſtias Domino a*,] & ab Idolis vt aſſirmar Hieronymus *b*, conuerſi ſunt ad Deum.

ſ Ionæ.1. .16.

 in illum ocum Ionæ.

Ionas in venttem Ceti receptus, Denm oranit intentiùs, quo exaudiente, Cetus celeritate mirabili, vt quidam putant, rrium dierum ſpatio, totam mediterranei maris longitudinem, & cuncta Africæ littota peruaſit; & Ionam incolumem euomuit in aridam, ad oras Arabiæ, vel vt alij volunt Cetus, remenſo itinere retulit Ionam io Ioppen, vnde ſoluerat; vt inde traiecta latitudine terræ Chanaan, faciliùs ad Tygrim & Niniuen peruenire poſſet: quacumque porrò opinione accepta, dicendum eſt, iteratum fuiſſe præceptum, vr imminens exterminium annuntiet Ninioitis.

Ingreſſus Niniueo intonat Propheta: [*adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur c*.] Tertiamque eius partem concionabundus obambolauit; ctebrò in vicis & plateis ſubſiſtens: iodeque ad reliquos con feſtim prædicationis, ac prædicationis verba peruenerunt, & mirabili ſermonia Dei efficacitate: [*Crediderunt viri Niniuitæ in Deum, & prædicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis à maiore vſque ad minorem d.*] Rege præſertim, quem Sardanapalum fuiſſe ferunt, ſolenni edicto pœnitentiam indicentè. (Nec mireris hominem luxu perditum, qualem omnes Antiqui Sardanapalum prædicant, pœnitentiam egiſſe; ea enim ad principium regoi eius pertinet, cùm nondum ita deprauarus eſſet.) Fuit autem tanta eius, ac Niniuitarum pœnitentia, vt Deum qnoque, ἀνθρωποπαθῶς loquendo, ſententiæ ſuæ ſceleratis intentatæ pœniteret, non quidem facta Diuinæ voluntatis, ſed vitæ Niniuitarum mutatione; quâ (ab ipſo Deo vtique præuiſa) eos terrere ſtatuerat, non perdere. Tunc igitur Rex, ſuique, imminentem propriis ſceleribus effugerunt calamitatem: ſed breui ad vomitum reuerſus Sardanapalos, à Phud Belocho Babyloniæ præfecto, & Arbace Medorum regè obſeſſus, ſe ſuaque flammis tradidit: ipſaque Niniue poſteà ad priſtinam vitam redintegratis facinoribus relapſa, à Nabuchodonoſor ſeniore exciſa eſt.

 Ionæ 3. .4.

d v.5.

OBSERVATIO LXXXII.

De Iſaia Propheta per Manaſſem ſerrâ diſſecto.

MAnaſſes pio Ezechiæ, ſed illiberi, datus anno tertio vitæ eidem prolongatæ, palàm oſtendit, quantum poſſit naturæ corruptæ libertas in malum, quæ puerum duodenem, in ſanctiſſima Patris diſciplina educatum, & lacbrymis pij regis à Deo exoratum, in tranſuerſum egit, adeò enim ſceleratus extitit, vt Iſaiam Prophetam Patruum ſuum, medium, atroci ſupplicio ſecuerit *e*: huic communi ſententiæ Martyrologium Romanum, graue auctoritatis pondus affert, dum 6. Iulij ait: Io Iudæa S. Iſaiæ Prophetæ, qui ſub Manaſſe Rege ſectus in duas partes, occubuit: eius necis cauſæ variæ referuntur, ſed ea quæ de regis nequiſſimi increpatione vulgò recenſetur, maximè probabilis eſt: cum regium ſtemma, & matura ætas, & in primis Zelus Diuinæ gloriæ, animarumque ſalutis animos Prophetæ facerent, vt ipſum regem, populumque vniuerſum liberiùs increparet.

e id tradunt Patres.

Quod ſpectat ad genus mortis, Hieronymus in illa Iſaiæ verba: [*a facie malitiæ collectus eſt iuſtus f.*] Iſaiam de ſua morte prophetare ait, his verbis: [quòd ſerrandus ſit à Manaſſe ſerra lignea, quæ apud Hebræos certiſſima traditio eſt, vnde & noſtrorum plurimi, illud, quod de paſſione ſanctorum in epiſtola ad Hebræos ponitur, ſerrati ſunt, ſiue ſecti, ad Iſaiæ referunt paſſionem *g*.] Iſidorus dicit, tum à vertice per medium diſſectum: Alij verò ab imo ad ſummum. Addit Epiphanius, eundem honorificè à populo fuiſſe ſepultum ſub quercu Rogel, vicina fonti Rogel, & inter extremas ac meridionales partes Ieruſalẽ, & montis Oliueti.

f Iſaiæ 57. v.1.

g Hier. in 27 Iſaiæ.

OBSERVATIO LXXXIII.

Circa Hiſtoriam Iudith.

DE tempore quo contigerit Hiſtoria Iudith, duæ ſunt ſententiæ; quidam enim poſt exciſum Salomonis templum, imperantibus Perſis: Alij ante huius Templi ac Ieroſolymæ excidium, eam contigiſſe exiſtimant. His meum lubentiùs aſſenſum præbens, ſub Manaſſe rege Inda eandem collocandam ſuſpicor. Quidquid ſit de ipſo tempore.

Illud maximè io ea hiſtoria attendendum, quod Sanctiſſima Iudith, publicæ, patriæque calamitatis ſenſu percita, ingreſſa eſt Oratorium ſuum, & induit ſe cilicio, depoſita ſcilicet Zona cilicina, qua lumbi tantùm aſperabantur, maius cilicium induit, quo humeri, pectus, & femora affligebantur, & Dominum pro liberanda patria, & excogitato, ſuſceptoque in eum finem negotio, ſtrenuè perficiendo, obſecrauit; tùm depoſito cilicio, omnibuſque modis compta, contra communem hoſtem properat. Non optauit caſtiſſima mulier ſcandalo eſſe Holoferni, vt eum ad libidinem ex ipſius aſpectu, verbiſque incitaret, ſed potiùs ad ſui coniugium exoptandum alliceret: & quia eo telo maximè pognatura erat, talem ei Deus contulit ſplendorem, vt incompatabili decore omnium oculis appareret: cumque de cibis quoque prouidiſſet ſibi, ne prophana pollueretur menſa. Peruenit Heroïca illa vidua ad caſtra Aſſyriorum, prout ab ipſa Scriptura fusè recenſetur.

In

In ea narratione faceſſit negotium ſimulatio transfugij, quæ virtuti veritatis opponitur, eſtque mendacium factorum, cui eiuſdem generis verba famulantur: ait enim ſe fugiſſe à facie ſuorum ciuium, & cognouiſſe futurum, vt præda fierent Aſſyriis, aliáque id genus. At non mendacium fuit illa transfugij ſimulatio, ſed iuſtum, aduerſùs iniuſtiſſimum hoſtem, mulieris ſtratagema, quo ex Diuino inſtinctu ſignificauit Iudith ſe receſſiſſe à Bethulienſibus, ſic enim fugere interdum ſumitur pro recedere, quia prænidebat periculum illis imminens, quod Deus decreuerat ab illis auertere, ſtratagemate, quo ipſa prudenter vſa eſt. Habebit & ſuam apud aliquos difficultatem, principis infidelis adoratio, & grauiſſimum, inter medios exercitus, aditum periculum caſtitatis. At licitam viris Principibus, licèt infidelibus, cum & ipſi Dei locum in mundi regimine teneant; imò & debitam ciuilem adorationem ſeu venerationem, plurima Scripturæ loca ſuggerent. Fidelis Abraham Ephron infidelem, & populum terræ adoraſſe legitur *a*: Moſes cognatum ſuum Iethro Madianitam *b*. Quod ad periculum ſpectat caſtitatis, peculiari Dei inſtinctu, cognouit piiſſima mulier, ſe à Deo & ab Angelo ſuo Cuſtode protectum iri, vt & ipſa poſtmodùm in reditu ſuo inſinuauit, dicens: [*cuſtodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & non permiſit me Dominus ancillam ſuam coinquinari, ſed ſine pollutione peccati reuocauit me vobis c.*] Pietati aderat comes, in muliere prudentia: cùm enim Holofernes conſtituiſſet, vt daretur ei de conuiuio ſuo, ſignificauit ſe religione prohiberi, ne alienis veteretur cibis, vt ille ſuperſtitionem potiùs quàm contemptum interpretaretur: cúmque impetraſſet vt liceret ſibi noctu, more patrio, ad orationem foras egredi, crebriùs exiuit, vt nocturnos excubitores aſſuefaceret, & quacumque noctis hora exiret, nihil mali ſuſpicarentur, ſed eam, more ſuo, ad orationem exire crederent; foris autem lauabat ſe aqua ritu Iudaïco, vt quidquid labis ex prophana cohabitatione contraxiſſet elueretur, ſicque purior ad Deum accederet.

a Gen. 23. v. 7. 12.
b Exod. 18. v. 7.
c Iudith. 13. v. 20.

Iudith natam, anno ſexto Ezechiæ, volunt aliqui *d*; defunctam verò, anno Ioſiæ 24. vt in eum cadat centeſimus quintus annus vitæ, ad quem ipſa peruenit, & comprobetur illud: [*in omni autem ſpatio vitæ eius*, (putà poſt occiſum ab ea Holofernem, anno circiter vitæ ſuæ 45. & regni Manaſſis regis Iuda 22.) *non fuit qui perturbaret Iſrael, & poſt mortem eius annis multis e.*] Ab eo enim 22. anno Manaſſis vſque ad 24. Ioſiæ, quo dicunt obiiſſe Iudith, non fuit qui perturbaret Iſraëlem: neque totis poſteà ſeptem annis, qui ad mortem Ioſiæ reliqui ſunt.

d Salian.
e Iudith. vlt. v. 30.

OBSERVAT. LXXXV.

Hiſtoriam Suſannæ veram eſſe & Canonicam.

VTiliſſimam Suſannæ hiſtoriam, quæ illuſtrium eius virtutum, caſtitatis potiſſimùm & fiduciæ in Deum; itémque Diuinæ prouidentiæ, ac iuſtitiæ, erga probos & improbos, præclara documenta continet: nobis à multis iam ſæculis inuidens dæmon, eius auctoritatem per hæreticos infirmare conatus eſt: ea tamen veriſſima eſt hiſtoria, vt pote omnibus temporum, locorum, & perſonarum circumſtantiis communita. Nec obſtat eius veritati, quòd in ea ſint tacita nomina improborum ſenum, pepercit quippe Daniel honori conſanguineorum, quibuſcum habitabat: eóque lubentiùs, quòd eorum nomina putà Achab & Sedechias Hieroſolymis extarent, contra eos enim acuerat iam ſtylum Ieremias *f*, eiſque ſupplicium crudele denuntiarat, anno primo Sedechiæ, ſeu tranſmigrationis, quod deinde, circa annum tertium eiuſdem tranſmigrationis illatum eſt eis.

f c. 29. v. 22.

Nec tantum vera eſt illa hiſtoria, ſed etiam ſemper pro canonica in Eccleſia fuit habita, vt auctor eſt Hieronymus in procemio in Danielem, vbi fatetur omnes Chriſti Eccleſias, tàm Græcorum quàm Latinorum, Syrorum quoque & Ægyptiorum, hanc hiſtoriam, ſicut & alia quæ in Hebræo deſiderantur, in officiis legere. Addit Ruffinus, eam in Eccleſiis, iuſſu Apoſtolorum Petri & Pauli legi ſolitam, vt eximium caſtitatis exemplum: Abſit à nobis, vt eas Scripturæ partes contemnamus, que Hebraïcè non extant, quin potius hoc ipſo quod gypſatas Hebræorum manus effugerint, chariores habeamus.

OBSERVATIO LXXXVI.

De ſeptuaginta annis deſolationis Babylonicæ, cuius meminit Ieremias, & de nece eiuſdem Ieremiæ.

DE his ſeptuaginta annis deſolationis, ait Ieremias: [*hæc dicit Dominus exercituum, pro eo quod non audiſti verba mea: ecce ego mittam & aſſumam vniuerſas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonoſor Regem Babylonis ſeruum meum, adducam eos ſuper terram iſtam, & ſuper habitatores eius, & ſuper omnes nationes quæ in circuitu illius ſunt, & interficiam eos, &c. Et erit vniuerſa terra hæc in ſolitudinem & in ſtuporem, & ſeruient omnes gentes iſtæ Regi Babylonis 70. annis, cumque impleti fuerint 70. anni, viſitabo ſuper Regem Babylonis, & ſuper gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & ſuper terram Chaldæorum: & ponam illum in ſolitudines ſempiternas g.*] Quibus verbis, deſolationi Iudæorum

g Ierem. 25 v. 9. 10. 11. & 12.

ac ſeruituti, imò & Ieroſolymorum vaſtitati, ſeptuagenarium ab Ieremia, ſactíſque Interpretibus præfinitum videtur tempus. At cuinam certæ calamitatis & vndenam inchoandum ſit illud interuallum, vetus certamen eſt, ac frequens inter Chronologos digladiatio. Qui, ſoli præcisè calamitati Iudaïcæ, id ſpatij illigant, tres Iudæorum calamitates diſtinguunt, ita vt prima contigerit, quarto Regis Ioachim, primóque Nabuchodonoſoris anno, quando captâ Ieroſolymâ, Reges Iuda ſtipendiarij Chaldæorum eſſe cœperunt, & Daniel cum tribus ſociis, aliíſque plures Babylonem deportati ſunt. Altera cùm Iechonias anno eiuſdem Nabuchodonoſoris octauo, ſuaſu Ieremiæ Prophetæ, ſe dedidit, & in eandem Babylonem

a 4. Reg. 24. v. 10. 2. Paral. 36. v. 10.

abductus eſt *a*. Poſtrema, & præ cæteris deploranda, cum anno Sedechiæ 11. Nabuchodonoſoris 19. Vrbs cum Templo conflagrauit, & in cineres ſolitudinémque redacta ſunt omnia. Et iuxta hanc trium diuerſarum calamitatum diſtinctionem, tres ſunt de initio illorum 70. annorum ſententiæ. Alij *b* ab anno primo Nabuchodonoſoris inchoandos ſentiunt. Alij *c* à ſecunda tranſmigratione. Alij *d* denique ab vrbis Templíque excidio.

b Sulpitius Seuerus lib. 21. hiſt. Seder-Olam, Lyran. d Genebr. Sca. Ioſeph. 11. antiq. Euſeb. multique veterum.

Nos prædicto Ieremiæ loco, aliíſque Scripturæ ſacræ ritè penſatis, nulli trium iſtarum calamitatum Iudaïcarum, ſeptuagenarium illum annorum numerum alligamus ſed ad aliam magis vniuerſalem deſolationem potiùs extendimus, quam non ſolis Iudæis, ſed & aliis nationibus, quæ in circuitu eorum erant, Babylonij intulerunt. Equidem cùm vulgò Scripturæ ſacræ Interpretes, & annalium Chronicorum conditores, Babyloniorum imperium 70. annis circumſcribant, etſi eos vario modo diſpenſent, crediderim initium illorum annorum ſatis commodè deſumi à 13. anno regni Ioſiæ Regis Iuda; quia ipſemet Ieremias affirmat, ſe iam ab eo anno,

e c. 1. v. 4.

virgam vigilantem, & ollam ſuccenſam à facie Aquilonis, quam viderat *e*, Iudæis inculcaſſe; ſed fruſtrà: proptereà ſe iam iterum poſt 23. annum, nempè anno 4. Ioacim filij Ioſiæ, iuſſu Dei, ſeriò denunciare, virgam illam, ſeu ſceptrum, ollámque ſuccenſam eſſe Nabuchodonoſor Regem Babylonis, cui, decurſu 70. annorum tunc inchoatorum, cùm ab eo exciſa eſt regia Aſſyriorum Niniue, traditi ſunt puniendi, non modò Iudæi, ſed & omnes nationes quæ in circuitu eorum erant, putà Moabitæ, Ammonitæ, Syri, Tyrij, Ægyptij: vbi verò completi fuerint 70. anni, iis puniendi deſtinati

f 25. v. 12. e

etiam hanc ipſam virgam, ſeu Monarchiam Chaldæorum exſcidendam *f*.

Nec obſtat quod prædicti 70. anni à Prophetis vocantur ſeruitutis ac deſolationis Iudaïcæ, ac vicinorum populorum; nam vt tales vocentur ſufficit quòd deſolatio & ſeruitus iis ſaltem ex parte actu coëxtendatur, iiſque reſpondeat, ſecundum ordinem quem dicunt ad aliud. Senſus igitur Scripturæ eſt, decurſu 70. annorum, quibus duratura erat, Diuino decreto, Monarchia Chaldæorum, omnes illos populos ſubigendos à Chaldæis; ſed quoſdam citiùs, quoſdam ſeriùs; neque ante liberandos ab eorum ſeruitute quoad deſineret imperium Chaldæorum, quod totis 70. annis duraturum erat. Confirmatur, quia finis eorumdem 70. annorum deſolationis, ſeu captiuitatis fuit exciſa Chaldæorum Monarchia per Cyrum *g*, qui ipſo initio Monarchiæ ſuæ Perſicæ, captiuitatem Iudæorum illicò relaxauit. & quotquot voluerunt

g Ibid.

redire in Iudæam, remiſit *h*: ſed ab anno 13. Ioſiæ, vſque ad vltimum excidium Sedechiæ & Templi fluxerunt 40. anni, vt clarè patet

h 1. Eſdræ 1. v. 3.

ex variis Scripturæ locis, & videre eſt in noſtra Synopſi Proſopo-Chronica; & ab excidio Templi vſque ad annum primum Monarchiæ Cyri ſeu Perſarum non reperiuntur niſi 30. anni, vt probatur ex libro 4. Eſdræ, vbi ſemper trigeſimi anni ruinæ ciuitatis, neque vlterioris vnquam meminit, ibidémque *i* ciuitas dicitur ædificanda anno 30. ruinæ ſuæ.

c. 3. v. 29. & c. 9. v. 44. i c. 10. v. 27

Et licèt hic liber non ſit canonicus, citatur tamen à SS. Patribus; ſaltem maioris eſt auctoritatis, quàm ſit hiſtoria profana Ioſephi, aut aliorum.

Idipſum quoque probatur ex Scripturis canonicis, quæ fidem faciunt, Nabuchodonoſor magnum regnaſſe tantùm 45. annis, ex eo tempore quo cum patre ſuo regnare cœperat, anno 4. *k* Ioachim: nam annus primus tranſmigrationis Iechoniæ, fuit octauus regni Nabuchodonoſor magni *l*: Iechonias vero carcere eductus eſt ſtatim mortuo Nabuchodonoſor anno 37. tranſmigrationis ſuæ *m*.

k Ier. 27. v. 1.

l 4. Reg. 24. v. 12. m c. 25. v. 27.

Octo anni ſuperaddicti anno 37. faciunt annos 45. Atqui annus vndecimus Sedechiæ, quo exciſum eſt Templum, erat decimus nonus Nabuchodonoſor, ergò ab exciſo Templo non ſuperſunt ex regno Nabuchodonoſor, niſi 27. anni. Eius autem filius ac ſucceſſor Balthaſſar tribus tantùm annis imperauit, vt poteſt colligi ex Danielis 8, v. 1. vbi mentio fit tertij anni regni eius, nullibi verò vlterioris, vt expreſsè tradunt Hebræi in Seder-Olam, qui anni tres ſuperadditi illis 27. faciunt triginta.

Hinc Chronologi inter Nabuchodonoſor & Balthaſſar, alios Reges intermedios plures, pauciorésve ponunt vt citiùs vel ſeriùs, prout quiſque ſtatuit, lacunam 70. annorum captiuitatis Babylonicæ compleant. Verum Scriptura nuſpiam meminit aliorum intermediorum Regum, vſque ad necem Balthaſſar per Cyrum: ſanè Propheta Daniel ſaltem alicuius eorum alicubi meminiſſet, ipſe tamen ſolum Balthaſſar commemorat, eúmque pluries *n* vocat filium Nabuchodonoſor, iſtúmque patrem Balthaſſaris.

n Dan. c. 5.

Dices Ieremias agens de Nabuchodonoſor, ait *& ſeruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius o*: Reſpondeo, ibi agi de Nabuchodonoſor ſeniore, vt patet ex eodem loco *p*, vbi dicit, ſe hæc locutum fuiſſe in principio regni Ioakim, tunc enim regnabat Nabuchodonoſor ſenior. & quidem ſolus; nam anno decimo quarto regni Ioakim, ſocium regni ſui accepit Nabuchodonoſor filium ſuum *q*. Aliàs ſanè, hoc ſolo imperante, illóque mortuo, fit tantum mentio Nabuchodonoſor & Balthaſſar filij eius, verbi gratia Baruch *r*, vbi Iudæi in Chaldæa captiui petunt, vt oretur pro vita Nabucho

o Ierem. c. 27. v. 7.

p v. 5.

q Ierem. 25. v. 2.

r c. 1. v. 11. 12.

donoſor Regis Babylonis, & pro vita Balthaſſar filij eius; & ibidem dicitur, [*vt viuamus ſub vmbra Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & ſub vmbra Balthaſſar filij eius*] Equidem licet ex 2. Paralip. vbi dicitur [*ſeruiuit ei, & filij eius a*] inſinuatur plures fuiſſe Nabuchodonoſoris filios, Balthaſſar tamen ſolus nominatur, quia ſcilicet primogenitus, & ſucceſſor in imperio deſignatus.

2. Paaral. t.

Quod ſpectat ad necem Ieremiæ. Cùm transfugæ Iudæorum Nabuchodonoſor adeuntes cauſam fugæ ſuæ Iudæi in Dei referrent voluntatem, ac ſuaſionem Ieremiæ Prophetæ, qui ex Diuina reuelatione præſcius futurorum, Regi totíque populo deditionem iugiter ſuaderet, quàm ob cauſam, multis iam malis affectus; etiam tunc carcere detineretur: ea relatione factum eſt, vt Rex ille Chaldæorum propenſiore in Ieremiam eſſet animo, adeóque præceperit Nabuzardan, ſuæ militiæ Magiſtro, vt capta Ieruſalem, omni Ieremiam humanitate proſequeretur. Occupata igitur ciuitate, Nabuzardan miſit præfectos, qui captiuos Babylonem deportandos, in Rama deducerent *b*, nominatímque Ieremiæ, qui in veſtibulo carceris eſſe dicebatur, curam gererent, eum tamen cum cæteris, Præfecti vinctum catenis in Rama deducunt; ſed Nabuzardam agnitum Ieremiam exemit vinculis, dedítque poteſtatē commigrandi Babylonem, aut in Iudæa cum Godolia remanendi, aut etiam quocunque libuiſſet abeundi: elegit vir Dei habitare cum Godolia, vt reliquias Iudaïci naufragij colligeret, curarétque, & impetrato Baruch ſibi ſocio, eius opera ſcripſit epiſtolam ad eos qui abducebantur captiui in Babylonem, quæ habetur in libro Baruch *c*. Poſteà interfecto Godolia Iudæi, inuito Domino in Ægyptum profugientes, Ieremiam & Baruch vi ſecum adducunt, vitámque impiam traducere pergunt; & ad Prophetæ voces & comminationes; non ſolùm obſurdeſcere, ſed & in propoſito idola colendi, quaſi facta coniuratione, ſe ſe obfirmare, adeò fœdiſſima illa populi Iudaïci excrementa, in imam impietatis ſentinam abierant. Erupit tandem furor inſanæ plebis, & ſacrilegas lapidibus armauit manus in Prophetam; hoc enim mortis genere eum occubuiſſe, teſtes ſunt Doctores *d*, omniáque Martyrologia: Ægyptij verò beneficiis ab eo adhuc viuente affecti, maximè ob fugatos, eius oratione ſerpentes ſumpto inde puluere, morſibus aſpidum medentur, & Crocodilos à ſuis finibus profligant.

Ierem. 20. 1. 2. & ſeq.

cap. 6.

Epiphan. Hieronym. Doroth.

OBSERVAT. LXXXVI.

De aureâ ſtatua Nabuchodonoſor, & tribus pueris á fornace liberatis.

THeodoretus & alij breue tempus interiectum ſentiunt, inter præcedens Nabuchodonoſoris ſomnium de ſtatua quadrimateriara, & aureæ huius ſtatuæ erectionem, [velox, inquit, Theodoretus obliuio veritatis, vt qui dudum ſeruum Dei, quaſi Deum adorauerat, nunc ſtatuam ſibi fieri iubeat, vt ipſe adoretur in ſtatua] hæc ille. Nimirum audierat à Daniele ſe per caput aureum ſtatuæ in ſomnis viſæ deſignari: vnde & magnificentiſſimam ſtatuam, corraſis iam totius Orientis opibus in ſuæ oſtentationem opulentiæ erexit ſuperbus Imperator; fortè & Chaldæis impellentibus, ſciebant enim Iudæos Principes Ananiam, Azariam, & Miſaëlem, quibus inuidebant & inſidiabantur, in alio crimine, quàm in Chaldaïcæ ſuperſtitionis contemptu, vix poſſe deprehendi.

Erecta ſtatua, iuſſit Rex omnes Satrapas. Præfectóſque regionum, qui ſubditos omnes populos repræſentarent, conuenire ad dedicationem ſtatuæ, vt Danielis ſociis, quibus vel interitus, vel defectio à vera religione parabatur, abeſſe non liceret: conuenerant Sidrach, Miſach, & Abdenago, ſicut & reliqui Satrapæ, ne abſentiâ ſuâ Regem offenderent, oſtenderéntque ſe quatenus eis liceret, paratos eſſe Regi obedire. Crediderim quòd Daniel, cuius nulla in accuſatione fit mentio, tunc cum Rege fuit, qui cum ſuam ipſe ſtatuam minimè adoraret, familiaribus ſeorſim cum Daniele Satraparum Principe agebat ſermonibus.

Promulgatur Regis edictum dē adoranda ſtatua, perſonat tubarum clangor, omniúmque inſtrumentorum muſicorum concentus auditur, procidunt in terram populi, ſtatuam ſupplices adorant. In tres illos Principes maxime intendunt aduerſarij, quos vt ſtatuam nequaquam adorare cernunt; mòx apud Regem accuſant. Rex accerſitos increpat, terretque, & in propoſito conſtanter perſiſtentes colligari, & in fornacem mitti iuſſit; ſed Angelus in eam deſcendens excuſſit flammam ignis, quæ in latera erumpens vicinos Chaldæos ſpectantes vel miniſtrantes ſuccendit, dum medium fornacis ventus rore madens perflaret, adeò vt ibi cum iucunditate manerent Sidrach, Miſach, Abdenago, & ad laudes Dei concinendas incitarentur: & cùm ne veſtes quidem aut capilli afflati eſſent incendio: vincula tantùm vel combuſta, vel diſſoluta fuere, vt videretur ignis ad eis inſeruiendum, non ad moleſtiam inferendam comparatus, vt Hieronymus, Chryſoſtomus, & Theodoretus obſeruatunt.

Itáque Nabuchodonoſor, his viſis, in laudes Diuinæ erupit potentiæ; non tamen conſtat, deſerto idolorum cultu, ad verum Deum fuiſſe conuerſum: nuſquam enim Deum ſuum vocat, neque eum à populo coli iubet, ſed tantum pœna propoſita edicit; ne quis in Deum Hebræorum conuitia de more iactet [*promouitque Sidrach, Miſach, & Abdenago in Prouincia Babylonis*] vt ſcilicet qui Præfecti tantum fuerant operum, nunc fierent Iudices, & Præpoſiti Prouinciarum, vt ait D. Hieronymus: eorúmque accuſatores, infamia notauit ſempiterna, domo eorum in ſterquinilium conuerſa, iuxta Chaldæam Paraphraſim.

OBSERVAT. LXXXVII.

De Nabuchodonoſor dementato, & cum beſtiis per ſeptennium victitante. Nec non de exciſo Chaldæorum imperio.

DAniel, audito ſomnio Nabuchodonoſoris de arbore excelſa, turbatus eſt ex inſolenti tam eminentis perſonæ, fortunæque in ferinum conuictum commutatione, & annuntiata perſpicuis verbis Diuina ſententia, dat ei ſalubre conſilium, peccata ſua eleemoſynis redimendi; exiſtimauit enim, ſi hæc eſſet Dei ſententia dumtaxat comminatoria, qualis olim in Niniuitas lata fuerat, fieri poſſe, vt eleemoſynis placatus Deus, illius acerbitatem minueret, vel commutaret, ſi tamen hæc miſericordiæ opera, vera in Deum conuerſio, & peccatorum dulor antecederet. [Fecit quidem Nabuchodonoſor, ait Hieronymus, iuxta Danielis Conſilium, miſericordias in pauperes; & ideircò vſque ad menſem 14. in eum eſt dilata ſententia: ſed quia poſteà ambulans in aula Babylonis gloriatur, & dicit: [*nonne hæc eſt Babylon magna quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei a?*] bonum miſericordiæ perdidit malo ſuperbiæ. Et fortè illa pœnæ dilatio priùs à ſe conceptam ſuper tam inaudito malo, fidem paulatim abſtulit; metúmque præſentium deliciarum dulcedo diluit. Cenſet Theodoretus, regem ſe durum & inexorabilem Prophetæ præbuiſſe, & definitum pœnitentiæ tempus malè conſumpſiſſe.

a Daniel. 4. v. 27.

Porrò ſi quando Deus ſe Regem regum, & Dominum dominantium demonſtrauit, hoc maximè tempore, quo magnum illum Imperij Babylonici Monarcham, beſtiarum in morem dementatum, ſubditorum regulorum ſubſannationi, domeſticorum cachinnis, amicorúmque expoſuit commiſerationi, & Principem cognomine magnum, omnium Gentium domitorem, dominúmque, humili regum famulatu gloriantem, ex hominibus inter beſtias abiecit. Nabuchodonoſor *ex hominibus abiectus eſt*, ait textus Sacer, *& fœnum vt bos comedit, & rore cæli corpus eius infectum eſt: donec capilli eius in ſimilitudinem Aquilarum creſcerent, & vngues eius quaſi auium. b*] Quod inter beſtias ſeminudus ſine vlla laceratione vixerit, id Diuinæ tribuendum prouidentiæ, & Angelicæ cuſtodiæ, quod & deinceps plurium Anachoretarum tributum eſt ſanctitati, qui nudi vel arborum foliis induti, ſub dio, vel in ſpeluncis, multò diutiùs perdurarunt.

b Dan. 4. v. 30.

At inquies, quæ fuerit in Nabuchodonoſor transformatio? talis profectò, qualis in vxore Lot, quæ in ſtatuam ſalis fuit conuerſa: in illo rege transformationem Scriptura non indicat; ſed ei tantùm rationis vſum per ſeptennij tempus fuiſſe ſublatum ſignificat: nam ipſemet rex poſteà ait: ſenſum ſuum ſibi fuiſſe redditum c. Equidem cùm Daniel referat capillos & vngues ei inſtar Aquilarum d creuiſſe, ſi qua in membris facta fuiſſet mutatio, vel forma corporis humani deperdita, id quoque Scriptura minimè tacuiſſet: ergo neque forma, neque figura exterior in eo mutata eſt, ſed phantaſia ipſius, diuinitùs ita perturbata eſt, vt ſe in beſtiam conuerſum eſſe imaginaretur; vt nonnullis ex melancholici humoris intemperie, aut phreneſi, alióue morbo, ſæpè contingit: ex quo fiebat vt hominum conſortia fugeret, & ſyluestribus ſe feris aggregare niteretur; eorúmque more, prono corpore, vultúque, quadrupes ambularet: [poſteà namque oculos in cœlum leuaſſe dicitur] nec humano modo articulatas voces proferret, ſed belluino ritu inconditos ſonos ederet, frumeréque.

c v. 31.

d v. 30.

Crediderim eum, cùm principio furere cœpiſſet, vinculis, vt par erat mollioribus fuiſſe ligatum, ſed iis diſruptis, validioribus poſteà, tandémque ferreis fuiſſe conſtrictum: dictum enim fuerat: [*alligetur vinculo ferreo & æreo e.*] Tandémque cùm vnà cum vinculis inſania rabiéſque creſceret, ratúſque ſe feram, quàm maximè fugam tentaret, vt aliæ ſolent belluæ, videntur domeſtici, conſilio Danielis vſi, eum foras quo ferinus tuliſſet impetus, dimiſiſſe.

e v. 12. 20.

Sicque pluuias, ſoléſque perpeſſus, & cum gelu æſtúque confligens, alium neceſſariò colorem imbuit. Septuaginta Interpretes aiunt, capillos eius quaſi leonum iubas addenſatos. Hebræo vulgata conſentiens, eum hirſutum factum ſignificat, vt ſicut Aquilæ plumis, ita ipſe pilis toto corpore hiſpidus euaderet, & cæſaries per vultum, ceruicem, humeróſque fluitaret, vngues verò in morem auium prædatricum creſcentes, rigeſcerent: totóque ſeptennio, noctu diúque vlulans, per ſaltus & inuia diſcurſans, quocunque inſanus ferebat impetus, iacénſque vbi defatigatio compuliſſet, vitam infelix Monarcha, poſt homines natos inauditam traduxit.

Neque verò difficile fuit regnum à filio Balthaſſare interim adminiſtrari, & peracto ſeptennio eidem reſtitui, conſilio & auctoritate Danielis; qui vt hanc tantam Metamorphoſim ante prædixerat, ita & finem eius certò pronuntiarat: accedebat & ſingularis à Deo motus in cordibus ſubditorum.

Quod ſpectat ad exciſum Chaldæorum imperium. Cecidit tandem magna illa & pa. tantiqua Babylon, Vrbs Regia, cæterorúmque omnium totius Vniuerſi prima, nec longè poſt diluuium à Nembrot ædificata f, Turríque Babel g celeberrima; excidium Niniues; Aſſyriorum Monarchiæ exterminium; Iudææ pauor; terror vniuerſi; quam & ipſa Nabuchodonoſur, qui tot alias regnorum Metropoles, & viderat & euerterat, ſumma cum admiratione celebrat, dicens: [*nonne hæc eſt Babylon magna h.*] Audierat Niniuem in Aſſyria; viderat Hieroſolymam in Iudæa; Gazam in Paleſtina; Tyrum & Sidonem in Phœnicia; Damaſcum in Syria; Suſam in Perſide; Ecbatanam in Media: aliáſque alibi paſſim firmiſſima vrbium propugnacula, de ſua tamen Babylone exclamat [*nonne hæc eſt magna*

f Gen. 10. v. 9. 10.

g c. 11. v. 9.

h Dan. 4 v. 27.

Babylon], omnium quippe aliarum opibus locupletata, clarebat, & ſexcentorum Principum copiis roborata innumeris ſtipata Regulis, fortiſſimiſque vallata popugnaculis ſuperbicbat: Eupbrate ciuitatem interfluente, bipertitò diuiſa, & ponte ſuprà fluuium, cunicolo verò ſobtus, quolibet vtrinque pateret tranſitus, coniuncta, Regiâ duplici, alterâ ab ortum, ad oceaſum alterâ illuſtris, hortis penſilibus, & obeliſcis, aliiſque regiæ magnificentiæ prodigiis ſtupenda. Laborioſum Cyri aduersùs ciuitaté à ſe obſeſſam ſtratagema tradit Herodotus. Abiiſſe videlicet Cyrum Perſarum Regem cum debeliori parte ſui exercitu & lacum treeentorum quaquauerſum ſtadiorum ambitu, profunditate autem triginta quinque pedum, admittendo flumini præparatum, patefacto eius oſtio, aperuiſſe, & exonerata in eum maxima aquarum copia, priſtinum Euphratis alueum vadoſum, & permeabilem reddidiſſe, quod vbi factū agnouit validior, ac copioſior Perſarum qui ad hoc inſtructi erant exercitus per alueum, vnde Euphrates abſceſſerat, mediorum femorum tenus, gnauiter Babylonem introiuit, quem Babylonij, ſi rem ſenſiſſent, potuiſſent ex crepidine fluuij peſſime accipere, aut certé ſingulorum vicorum portas æreas, quæ ad crepidinem ſpectabant occludere, quas Dominus ſe patefacturum, per

a [I]ſ.45.v.12.
b [Ie]r.58.v.36

Iſaiam promiſerat *a*: ſicut & per Ieremiam *b*, venas maris Babylonici, ſiue Euphratis ſiccaturum.

Ratio cur ex improuiſo deprehenſi, captíque ſint Babylonij, fuit, quòd cùm apud illos is dies feſtus eſſet, ipſi ludis, choreis, atque conuiuiis dabant operam, eúmque diem, Cyrus de induſtria captauit, vt ſcribit Xenophon. Equidem ex ipſa Scriptura ſatis patet Babylonios alicui deorum ſuorum, tunc feſtum diem celebraſſe, eò námque ſpectat laus Deorum ſuper menſam à Daniele memorata *c*: ſiue ergo præ virium ac propugnaculorum fiducia, hoſtiúmque contemptu, ſiue ne quid de ſolita diei celebritate detraherent, ad obſidentium conatus attendere neglexerunt. Quidquid ſit, hic fuit ille feſtus, infauſtúſque ac decretorius dies, hæc atra nox Balthaſſari, Babyloni, totique populo Chaldæorum exitialis. Cùm enim in regis conuiuio, mille Optimatum frequentia, celebrato, laxè ab omnibus ſecundùm cuiúſque ætatem biberetur, ad ſacrilegi regis imperium, allata ſunt vaſa ſacra *d*; & prophanæ menſæ adhibita, & in honorem idolorum exhauſta.

c Dan.5.v.4.
d v.3.

Tum Dominus, Zelator honoris ſui, rerúmque ſibi conſecratarum, hoc poſtremo ſacrilegio impleri voluit menſuram iniquitatum populi huius, nam [*eadem nocte interfectus eſt Balthaſſar rex Chaldæus, & Darius Medus ſucceſſit in regnum annos natus ſexaginta duos e.*] Babylonis illius magnæ, & imperij Chaldæorum, per caput aureum repreſentati ſtupenda cataſtrophe, vno verbo à Daniele comprehenſa; eadem tamen pluribus ab Iſaia, Ieremia, aliiſque Prophetis, qui contra Babylonem oracula dederunt, pluribus explicata.

e v.31.

Ieremias ſignificat regem cum aulicis ſuis, ſomno, vinóque ſepultos fuiſſe interfectos, [*& inebriabo*, inquit, *Principes eius, & ſapientes eius, & Duces eius, & Magiſtratus eius,* (illos ſcilicet conuiuas) *& fortes eius, & dormient ſomnum ſempiternum, & non expergiſcentur f*] morte videlicet ſomno ſociata. Iſaias vaticinatur indigniſſimis cædibus in omnes, etiam paruulos ſæuitum iri. [*Infantes eorum,* inquit, *allidentur in oculis eorum, deripientur domus eorum, & uxores eorum violabuntur g.*] Et Regius Propheta tanto ante prædixerat. [*filia Babylonis miſera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis, beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram h.*

f Ierem 51. v.57.
g Iſaiæ 13. v.16.
h Pſal.136. v.89.

Poſtquàm ceſſatum eſt à cædibus, verſus eſt exercitus ad prædam, prædixerat enim Iſaias, velle Dominum, quaſi ſcopis ad manum ſumptis euertere quæcunque tot annis Babylon vbique rapuerat. [*Et ſcopabo eam in ſcopa terens, dicit Dominus exercituum i.*] Ieremias quoque ait Chaldæam fore in prædam, & nominatim de Bele ſubdit: [*viſitabo, inquit, Dominus, ſuper Bel in Babylone, & eiciam quod abſorbuerat de ore eius k.*] Hoc in vniuerſum de aliis Chaldæorum templis, ea ſcilicet expilata fuiſſe, affirmat Diodorus.

i Iſaī 14.v.
k c.51.v.44.

OBSERVAT. LXXXVIII.

Quomodo ſexta Mundi ætas contineat annos 530.

SExta mundi ætatis calculus, probatu difficillimus eſt: quot enim à ſoluta captiuitate Babylonica, ipſóque initio Monarchiæ Perſicæ, vſque ad Chriſtum natum, anni fluxerint, id non eſt ſacra, ſed ex prophana potiùs hiſtoriæ, inueſtigandum eſt, maximè verò ex inſignioribus Æris illis, ſeu Epochis chronologicis, in quibus periti omnes quamlibet in cæteris diſſidentes, inter ſe conſentiunt. Cuius rei gratia, ætas hæc in tres partes diuidi poteſt. Prima continet Monarchiam Perſarum. Secunda Græcorum. Tertia quidquid fluxit ab initio Romanæ Monarchiæ ad Chriſtum natum.

Quod ſpectat ad primam partem, quæ totam ſuo ambitu complectitur Perſarum Monarchiam. De hac in ſacris literis habentur pauca; eiúſque tantùm exordia patent in libris Eſdræ *l*, vbi Regum huius Monarchiæ aliqui ſubinde recenſentur: & quo eorum anno aliquid contigerit, nunnunquam indicatur: & libro primo Machabæorum *m*, de illius ruina fit mentio. Perſarum Monarchiam per annos ducentos ſtetiſſe aſſerit Dyonyſius Halicarnaſſeus, etſi alij ad annos 230. eius durationem extendant, nec in eiſdem annis vnicuique Perſarum regi aſſignandis parùm diſſentiant, eos tamen, Euſebium maximè cum Helicarnaſſeo facilè conciliabis, ſi hæc tria obſerues: primo triginta annos, quibus Euſebius dicit Cyrum, primum eorum Monarcham, regnaſſe, deducendos eſſe ab initio regni eius in ſola Perſide, cuius regni anno 27. finiente occiſo Balthaſſare, tribus tantùm annis ſuperuixit in ſummo faſtigio; atque ita

l 1.Eſdræ 1. &c.
m c.1.v.1.

auferendi

aufetendi ſunt ex Euſebij calculo anni illi 27. Secundò Cambyſem Cyri filium ex ſeptem annis qui ei tribuuntur ; primò corregnaſſe Patri aduerſus Scythas mouenti. Meminit enim Herodorus lib. 7. initio, Perſarum fuiſſe morem, vt à Rege in expeditionem eunte, filiorum vnus, rex eligeretur. Tertiò ſeptem menſes quibus Artabanus militię Præfectus, occiſo Xerxe Domino ſuo, prævaluit; & ex quibus Euſebius vnum conflat annum, à præcedentibus Xerxis, aut à Longimani ſubſequentibus abſumi: ſicque eductis ex toto illo Euſebij computo 30. annis, reſtant 200. quibus Imperium Perſarum ſtetit io ſummo faſtigio, iuxtà ſententiam Halicarnaſſei.

His ſi addas 300. auuos, quibus ſubſequens Græcorum Monarchia ſubſtitit in Ptolemæis vſque ad extinctam, ictu aſpidis Cleopatram, (tunc enim tantum Auguſtus propriè Romanam inchoauit) & 30. annos, qui inde ad Chriſtum natum fluxerunt, conſurgent anni 530. quibus integram mundi ætatem ſextam conſtare diximus. Quorum calculus, vbi ſacra ſubticuerit biſtoria, ex prophana deſumetur, maximè verò ex Euſebio, Ethnicorum Monarcharum, qui in Scriptura numerantur, annos referente.

OBSERVAT. LXXXIX.

Quandonam cœperint, finierintque ſeptuaginta Hebdomadas Danielis.

HÆ ſeptuaginta annorum Hebdomades continent annos 490. De eorum initio ac fine, Gabriel Angelus loquens Danieli prophetæ, ait: [*ſcito ergo & animaduerte: ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Ieruſalem, vſque ad Chriſtum Ducem, Hebdomades ſeptem, & Hebdomades ſexaginta duæ erunt: rurſum ædificabitur platea & muri in anguſtia temporum. Et poſt Hebdomdes ſexaginta duas occidetur Chriſtus: & non erit eius populus qui eũ negaturus eſt. Et ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum Duce venturo: & finis eius vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Confirmabit autem pactum multis Hebdomada vna: & in dimidio Hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium: & erit in Templo abominatio deſolationis: & vſque ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio a.*

a Dan. 9. v. 25. 26. & 27.

Super his ſeptuaginta Hebdomadis Danielis, quando cœperint, finierintque, Chronologorum arma, armis colliſa, crepant neque id hoſtili marte, aut animo contentioſo factum credas, ſed ſtudio potiùs ſolicito, vt in re perdifficili, quilibet eorum vellus aureum conquirat. Si vnquam harum Hebdomadum certa quædam & indubita computatio extitiſſet, ſuperuacaneum quidem foret quidquid, in tantis Commentariis, laboris ac vigiliarũ Doctores inſumpſere; ſed cum nulla adhuc ſit inuenta Chronologia, quæ exactè cum verbis Angeli, qui de illis inſtruit Danielem, conſentiret, ſatiſque firmis veteris aut noui Teſtamenti niteretur rationibus, neceſſarium vtcumque fuit, ad indagandam rei tam occultæ veritatem, quàm plurimùm operæ à pluribus fuiſſe impenſum.

Satis conſtat ex ipſa Scriptura, ſeptuaginta illas Hebdomadas, tribus annis cum dimidio poſt Chriſti mortem, finem accepiſſe, id enim innuit Daniel ipſe dum ait: *poſt Hebdomadas ſeptem, & Hebdomadas ſexaginta duas*, id eſt poſt Hebdomadam ſexageſimam nonam, & intra ſeptuageſimam, occidetur Chriſtus b; cuius criminis pœna erit, vt poſt annos circiter 40. adueniat Romanus populus cum duce ſuo Tito, qui populum, qui Chriſtum negaturus eſt, viciſsímque à Chriſto negabitur & abdicabitur, exſcindet; ciuitatem & Sanctuarium diſſipabit, & ſempiterna deſolatione vaſtabit. Hæc autem poſtrema Hebdomada inſignis erit, maximè propter tria. Primo, quia Chriſtus Meſſias confirmabit & ſtabiliet in ea pactum & fœdus nempe nouum Teſtamentum Euangelicæ legis, cum multis de populo qui Chriſtiani fient, per Chriſti & Apoſtolorum prædicationem, atque miracula. Secundò, quia in medio eiuſdem Hebdomadæ, hoſtiæ & ſacrificia Iudaïca, per Chriſti mortem, ita deficient, vt inutilia planè, atque inania reddantur; quibus ſuccedat ſacrificium Euchariſticum legis nouæ, cunctis quæ ipſum adumbrabant legis Moſaicæ ſacrificiis abrogatis, quod ea morientis Chriſti vox [*conſummatum eſt*] indicauit. Tertio, quia poſt 40. annos obſidebitur à Romanis Ieroſalem, & capietur, & Templum idolis & ſacrificiis polluetur; & ad finem vſque mundi Iudaïcæ gentis deſolatio perſeuerabit. Sicque ſatis conſtat tribus circiter cum dimidio poſt Chriſti mortem annis, purà anno ſalutis 27. die vltimo menſis ſexti, finem feciſſe 70. Hebdomadas Danielis. Satis ergo conſtat de fine 70. Hebdomadarum Danielis.

b Dan. 9. v. 26.

Potiſſima, eáque grauis de initio illarum eſt diſceptatio Alij enim illas ante captiuitatem Babyloncam; alij intra; alij vltrà incœpiſſe volunt: eóq; ſinguli tẽpore quo opinantur, quod *exiit ſermo*) id eſt ex nonnullis Diuina promiſſio: ex aliis, permiſſio aut edictum regium,) *vt iterum ædificetur Ieruſalem* c.[Et quia eiuſmodi promiſſio pluries, valdèque diſtantibus inter ſe temporibus facta eſt, ſcilicet apud Iſaiam *d*, plus octogentis: apud Ieremiam *e*, & Baruch *f*, plus ſexcentis annis ante Chriſti mortem. Pluries item, ac diſtantibus valdè temporibus, promiſſio ac regium aliquod eiuſmodi edictum emanauit: Cyrus enim, Iſaiæ, iam citato, oraculo, quo Templum vrbémque à Cyro nominatim inſtaurandam, ducentis penè ab hinc annis prædixerat, ſtatim vt id fieret *g*, præcepit. Idipſum conceſſit Darius Hiſtaſpis, anno ſecundo regni ſui *h*. Idémque conceſſum eſt Eſdræ, anno ſeptimo Artaxerxis Longimani *i* ſolius regnantis. Deníque & Nehemiæ, anno 20. eiuſdem Longimani *k*, ex quo cum patre in Græcos mouente corregnare cœperat. Ideò variæ ſunt Doctorum ſententiæ; ac crebra inter plurimos digladiatio.

c c. 9. v. 25.
d c. 44. v. 26. & 45. v. 17.
e c. 27. v. 22. & 29. v. 10.
f c. 2. v. 34. & 4. v. 23.
g 1. Eſdræ 1.
h 3. Eſdræ 2. v. 31. & c. 4. v. 44. ac ſeq
i 1. Eſdræ 2. v. 7. & c.
k 2. Eſdræ 2. v2..

Cæteris in ſuo ſenſu relictis, placent qui initium 70. illarum Hebdomadarum deſumunt ab Artaxerxis Longimani anno 20. ex quo ſcilicet cum patre corregnarat, (is ta-

men

men 13. erat, ex quo ſolus, eodem patre defuncto, imperauit) duplex enim fuit Æra Longimani, vna in collegam Imperij à Patre aſſumpti: altera ſolius regnantis: Hacque vtitur primus liber Eſdræ *a*; ſecundus verò priori *b*. Ritè ergo ab eo 20. anno deſumi poteſt initium illarum Hebdomadarũ, videlicet ab inſtaurauta protsùs Ieroſolyma, quando Nehemias decima die menſis ſeptimi in feſto expiationis, celebrauit dedicationem nouæ vrbis, & conglobati in vnum Iudæi, magnas victimas immolarunt *c*, & igne cœleſti cohoneſtatas *d*. Equidem Danielis verba hunc ſenſum depoſcunt, [*ab exitu ſermonis*, inquit, *vt iterum ædificetur Ieruſalem*] non inchoate, tantùm, quomodo factum eſt tempore Cyri & Darij Hiſtapis, ſed perfecte, perfecta ſcilicet ciuitate, Templo, muro, & platea; quod tamen contigit, anno Artaxerxis Longimani 20. ex quo ipſe cùm patre ſuo Xerxe corregnauit, vel 13. ex quo ſolus imperauit, qui fuit annus Periodi Iulianæ 4260. & ante Chriſtum 454. Et ſanè ab illo anno Periodi Iulianæ ad eiuſdem annum 4750. qui communi conſenſu, vltimus eſt 70. Hebdomadum numerantur prædicti illi 490. anni, quibus omnes ſimul Hebdomades conſtant. Demum hæ noſtra ſententia, Inſignium Ærarum, quibus periti omnes quantumlibet in aliis diſſidentes, inter ſe conſentiunt, calculis protsùs conſentanea eſt, adeóque probanda.

...2.v.7.
...ap.2.v.1.
...Eſdr 12.
...Machab.
...v.22. & c.
v.9.

OBSERVAT. XCI.

De Antiocho Epiphane, à Deo percuſſo.

LVctuoſſima hæc Iudaïcę Reipublicæ tempora, quibus in eam deſerto, magna ex parte, Dei cultu, & inuectis idololatrarum ritibus, patefactáque per domeſticos ianuâ, omnia, ſcelera inundarunt, quando in ſanctos Dei famulos à perditiſſimo tyranno, ſuâ nequitiâ, Epiphane, & teterrimis facinoribus, potiùs quàm vllo bono edito, illuſtri, tanta feritate ſæuitum eſt, vt in eo Antichriſti præcurſorem cum ſancto Hieronymo, & extremæ præludia tyrannidis, quam nouiſſimis temporibus exercebit homo peccati, facile poſſis agnoſcere.

Vrbem ſanctam diuitiis, templúmque donatiis & ornamentis omnibus exſpoliauit nefandus prædo, libros in Iudæam miſit à ſe editos, de cultu Iudaïco in Græcos ritos tráſferendo; coëgítque omnes Iudæos viuere ſecundum præſcriptas in eis leges, quorum hæc præcipua capita ex libris Machabæorum, & Ioſephi, collegit Sixtus Senenſis. I. *e* Iudæi omnes, abiurato Dei cultu, Græcorum deinceps numina colant, & abiectis Patrum ſuorum legibus inſtitutíſque, ad leges, ritus, moréſque Græcorum ſe transferant: qui ſecus fecerint, vltimis maximíſque ſuppliciis afficiantur. II. Volumina Iudaicæ legis vbicúmque reperta fuerint, vnà cum his apud quos ea inueniri contigerit, flammis exurantur. III. Templum quod Ieroſolymis eſt, Ioui Olympio dedicetur, ipſiúſque nomine appelletur: quod verò in Garizitano Samariæ monte ſituo eſt Templum, Iouis hoſpitalis dedicationem & appellationem ſuſcipiat. IV. Holocauſta, placationes, ceteráque Iudæorum ſacrificia, Sabbata quoque, & alia Ipſorum, ſiue menſtrua, ſiue annua feſta, penitùs abrogentur. V. Ara in medio Ieroſolymitani Templi ponatur, & Iouis Olympij ſimulachro ſuper ipſam erecto, ſacrificia porcina, à ſuperſtitione Iudaïca alieniſſima, quotidiè in ea offerantur. VI. Exſtructis oppidatim, per omnem Iudæam templis, atque Altaribus Græcorum numinum ſtatuas ſuſtinentibus, ſuillæ in his victimæ, ſingulis diebus mactentur. VII. Hi qui ſeu viri, ſeu fœminæ, infantes ſuos circumcidere poſt hęc fuerint auſi, duriſſimis excruciati tormentis viui adhuc & ſpirantes, crucibus affigantur, liberíque ipſorum ſtrangulati, à parentum ceruicibus ſuſpendantur.

e Biblith. ...icæ lib.5.

In horum, aliorúmque criminum vindictam abominalibilis ſacrilegus, inuiſibili atque inſanabili plaga tandem à Deo percuſſus [*incidit in languorem præ triſtitia f*] quod res illi præpoſterè tam in Perſide, quàm in Iudæa contigiſſent: renouata eſt alio ex capite triſtitia illa, nempe ex conſcientia admiſſorum ſcelerum, ac ſacrilegiorum. [*reminiſcor*, aiebat, *malorum quæ feci in Ieruſalem g*] cúmque intimis viſcerum doloribus torqueretur: plagæ illæ, rupta cute, eruperunt foras; ſic vt de corpore impij, vermes ſcaturirent; & in doloribus carnes eius effluerent ita horridè, vt ex viui cadaueris exhalato fœtore, exercitus grauaretur. Sceleratus ille, eâ torturâ preſſus, demum agnoſcit culpam, hancque vocem, propriam damnans ſuperbiam, pronuntiat: [*iuſtum eſt h ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire.*] Nihilominus tamen [*orabat hic ſceleſtus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus i,*] ſanitatem ſcilicet, aut veniam peccatorum; quia nimirum verá pœnitudine propter offenſum Deum non tangebatur, ſed propter cruciatus; inſtar improbi ſerui, ad plagas eiulantis: doloribus per ſingula momenta incrementum capientibus. Fruſtra quoque in Iudæorum gratiam & ſatisfactionem, vota nuncupat, quæ ſi voti compos fieret, irritaret illicò, ac emiſſa derideret: ſicque impius ille ſacrilegus & blaſphemus execrandam euomit animam in Tabes Perſidis *k* oppido.

f 1. Machab. 6 v.5.
g v.13.
h 2. Machab. 9. v.12.
i v.13.
k Ita Porphyr. apud S. Hieron.

OBSERVATO XCII.

De Aſſamonæorum, ſeu Machabæorum denominatione.

POſt nefandos ac ſacrilegos Pſeudo-Pontifices Iaſonem, Menelaum, Lyſimachum & Alcimum, extruſo ſancto Onia, ſubinde intruſos, difficillimis Synagogæ temporibus: tandem benignus Dominus populum ſuum ex alto reſpiciens, præſtantiſſimos reipublicæ Duces; eoſdémque Pontifices, ac Religionis patriæ vindices acerrimos ſuſcitauit, qui Aſſamonæi ac Machabæi denominati ſunt: neutrius tamen appellationis origo apud Auctores quos legi, clara aut ſatis explicata mihi videtur; ea

tamen magis placet, qua Aſſamonæorum appellatio ab Hebraïca voce ptincipem & magnatem ſignificante, videtur profluaiſſe; ſed incertum eſt, an illud nomen proprium fuerit, an appellatiuum? Ioſephus enim ambiguè loquitur, dum ait de Mathathia filium fuiſſe. Ἰωάννου τοῦ Συμεῶνος, τοῦ Ἀσαμωναίου, vbi neſcias vtrùm Simeon auus Mathathiæ, an Ioannes eiuſdem Pater, an ipſe Mathathias cognomento appellatus ſit Aſſamonæus. Euſebius Ioannem cognomen iſtud habuiſſe credit: alij dicunt fuiſſe nomen proprium Simeonis: alij autem patris ipſius Simeonis ac Mathathiæ praui. Quod ad Machabæorum denominationem attinet, nomen hoc Iudæ Machabæo potiſſimùm conueuiſſe, patet ea pluribus vtriúſque libri Machabæorum locis.

a Serarius.

Sunt *a* qui deſumptum putent ab initiatibus litteris illius verſiculi [*qui ſimilis tui in fortibus Domine*] qui in epinicio carmine Moyſis refertur *b*; & in veaillo ipſius Iudæ Machabæi inſcriptus habebatur.

b Exod. 16.

Quidquid ſit de ea Aſſamonæorum; Machabæorúmve denominatione. Machabæi iſti, cùm inuaſiſſet Iudæam Antiochus Epiphanes, plurimóſque à patriis inſtitutis reſilite coëgiſſet, in iiſdem conſtantiſſime perſtiterunt. Et quando graue quidem bellum ingruebat, nec quicquam poſſent facere quod prodeſſet, ſe abſcondebant, vt obſeruat D. Chryſoſtomus *c*. Poſt quam autem parum reſpirarunt, tanquam generoſi catuli ea antris exilientes, & ea latebris emergentes ſtatuerunt non ſe amplius ſolos ſeruare, ſed etiam alios quoſcunque poſſent, & ciuitatem, & omnem regionem obeuntes collegerunt quotquot inuenerunt adhuc ſanos & integros; multos quoque qui corrupti erant, in ſtatum priſtinum redegerunt: eis perſuadentes redire ad legem patriam: & cum delectu fortiſſimorum virorum quorum Dux erat Deus, fundebant aduerſarios, non armis fidentes, ſed omnis armaturæ loco, iuſtiſſimam pugnæ cauſam ſufficere ducentes. Ad bellum autem euntes & aciem dirigentes, non adſciuere Tibicines, vt fit in aliis Caſtris; ſed Dei ſupernè auailium inuocabant, vt adeſſet, opem ferret, & manum præberet; propter quem bellum gerebant; pro cuius gloria decertabant.

c Super Pſal. 43.

OBSERVAT XCII.

Gen. 49. v. 10.

Quo ſenſu intelligatur celebre illud vaticinium Iacob: non auferetur ſceptrum de Iuda, & Dux de femore eius donec veniat: qui mittendus eſt.

Hieron. in c. 9. Dan. Proſp. 2. de c. 40. Abulenſ. Lyran. Burg.

Veterùm recentiorúmque non pauci, in eo Iacob vaticinio per Iudam, peculiarem Tribum Iuda, & à cæteris vndecim condiſtinctam intelligunt; idque ibi Patriarcham voluiſſe credunt, ex ſtirpe ac progenie Iudæ filij ipſius, quarto loco geniti perpetuò futurum aliquem qui præeat Iudæis, nec ſceptrum Dauidi primùm datum, aut ciuilem poteſtatem ab aliquo illius Tribus auferendam, donec Meſſias adueniret: ideóque cùm Herodem Aſcalonitam, cui Iudæi ſceptrum tradiderunt, & fidei ſacramentum præſtiterunt, peregrinæ ſtirpis, originíſque eſſe animaduerterent, in eo finem habere crediderunt illud oraculum, (ea occaſione ſub Chriſti tempus exorta ſecta Herodianorum, Herodem, Meſſiam eſſe aſſeuerantium, quoniam ad eum vſque principatus in Tribu Iuda perſeueraſſet) & in ſuæ ſententiæ reddenda ratione aiunt, Machabæos ea Sacerdotali ſtirpe progenitos, ac proinde de quibus potiſſima mouetur difficultas; qui Ioanne ſeu Hircano vltimo Ducum Iuda extincto, Ducatum ſimul cum Pontificatu, religionis ac reipublicæ tutandæ zelo, ſuſceperunt, quia omnes filij Aaron ea Tribu Iuda per Elizabeth oriundi erant: at ibi difficultas eſt, quia ſcilicet maternum genus apud Iudæos, nullius aut parui momenti fuit.

Quidam igitur illam prophetiam Iacob, alio modo explicant. Primò quidem, Iudæ vocabulo, Tribum illam intelligunt, Patriarchæ Iudæ cognominem; penès quàm ſolam, cæteris in perpetuum exilium profligatis, Hebræorum reipublica tam ciuilis quàm religioſa reſederit; omnéſque poſteri Iſraëlis, ſola illa Tribu ſuperſtite, Iudæi à ſoluta captiuitate Babylonica, hucuſque nominati ſint. Secundò ſceptrum illic ſignificare aiunt, cœtum hominum, qui vno populi & communitatis nomine continetur, ac ſuas habet leges, ſuóſque magiſtratus tam ſacros quam ciuiles, adeo vt horum verborum [*non auferetur ſceptrum de Iuda*] ſenſus ſit: non prius Tribus Iuda inter populos eſſe deſinet, aut proprios habere magiſtratus, iuriſdictionémque propriam, quàm Meſſias venerit. Hócque ſignum certiſſimum habituri ſunt poſteri, iam adueniſſe Chriſtum, & impletam illius fidem oraculi, cùm ſublata illa cernerent de Tribu Iuda, quæ totius populi Iudaïci nomen ſuſtinebat: poteſt & ſceptri vocabulum illud, (adduut ipſi) politicam iuriſdictionem ſignificare; ſicut & Ducis nomen, pro quo in Hebræis fontibus ponitur Legiſlator, Eccleſiaſticam, quæ penes Pontifices & Sacerdotes reſidebat. Huius quippe leges populi primariæ, ſacræ erant, & à Deo præſcriptæ, & per Moyſem traditæ, vt pro eo Sacerdotale regnum, & gens ſancta *d* dici meruerit. Adeóque non vno, ſed variis ſubinde paulatim temporibus illud Patriarchæ Iacob vaticinium, finem habuerit: ſanſim enim à Romanis Reipublica forma, & Eccleſiaſtica poteſtas adempta eſt; donec excisa per Titum vrbe populus Iudæorum vnus eſſe deſiit, vno loco, vnove Magiſtratu comprehenſus; quod, occiſo Chriſto, poſtrema in hac vaſtitate, futurum Daniel *e* indicat: [*& non erit eius populus, qui eum negaturus eſt.*] Deinceps enim Sceptrum, & ciuilis omnis, & Eccleſiaſtica poteſtas penitus ablata eſt, & exuſto

d Exod. 19. v. 6.

e cap. 9. v. 26.

Templo

Templo in ſuis cineribus ſepulta eſt Synagoga. Eam ex illis duobus ſententiis, quæ ſibi magis placuerit, Lector eligat.

OBSERVAT. XCIII.

Quo tempore Chriſtus conceptus, natus, (vbi de Æra Chriſti) baptizatus, & cruci affixus ſit & reſurrexit.

CHriſtum æquinoctio verno, eáque die quæ tunc in 25. Martij incidit, conceptum; natum verò, ſolſtitio Hyberno, eáque die quæ tunc occurrit 25. Decembris, conſtans eſt Eccleſiæ traditio *a*. Hanc pleríque Nouatores *b*, peruertere conati ſunt: conceptionem Chriſti, ſulſtitio Hyemali in Decembri; natiuitatem, æquinoctio Autumnali in Septembri, affigentes; & vniuerſam pudendi erroris Eccleſiam inſimulantes. Verùm in re tam clara, & tam certa immorari pudet Catholicos; cum & ipſos ſectarios tam probroſi ſuorum pudeat erroris; è quibus vnum proferam Henricum Buntingum qui ait, non ſatisfacit nobis Beroaldi demonſtratio; plus enim tribuendum eſt tot Sanctorum Patrum traditionibus, ab vniuerſa Eccleſia Dei receptis & approbatis, quam vnius Beroaldi coniecturæ, quæ ſacris litteris non ſatis probari poteſt; præſertim cùm ſanctorum Patrum traditiones cum ſanctis Bibliis & mathematicis obſeruationibus conueniant, à quibus Beroaldus interdum ſatis procul aberrat, hæc ille. Chriſtus itáque, ipſo etiam Nouatorum teſtimonio, ac communi ſenſu, æquinoctio verno conceptus, & ſolſtitio Hyberno natus eſt; at quo anno, qua die, qua hora, conceptus ſit, aut natus? etiam apud Catholicos incertum.

a Ita Greg. Nyſſ. com. in nat. Dom. Auguſt. 4. de Trin. c. 5 Chryſol. ſerm. 159. & alij, nec non vetera Martyrologia.
b Matth. Beroaldus Caluin. Andreas Oſiander, Luther. Ioſeph. Scaliger.

Chriſtum anno Iuliano 45. & Periodi Iulianæ 4713. natum, conſentiunt periti omnes Chronologi: quo autem anno ab orbe condito, mira inter eoſdem diſſentio eſt, vt anteà obſeruauimus: Quod ſpectat ad diem & horam, dicunt aliqui ea nocte, quæ lucem feriæ quartæ, qua ſol primùm illuxit, mundo, antegreſſa eſt. Vti autem tunc ſub medio noctis natum, ita & conceptum veri ſimile eſt, ipſo fortè puncto tum æquinoctij tum ſoſtitij, quorum illud 22. Martij, hoc verò 22. Decembris occurriſſet, ſi præſcriptam à Iulio Cæſare nouam correcti anni formam; debitámque poſt quartum quemque annum vnius diei intercalationem Romani ſacerdotes, quorum hæc erat cura, obſeruaſſent. Quia tamen præpropera ſua illius diei, poſt tertium quemque annum, intercalatione, rem totam turbarunt, hinc factum, quòd illo anno, æquinoctium vigeſimum quintum diem Martij, & ſolſtitium 25. Decembris occuparit.

Cæterùm vt olim Græci ab Olympadum ſuarum exordio, annos ſuos, computare conſueuerunt: Romani ab vrbis ſuæ conditu: Syri, & plerique Orientalium, ab anno primo Æræ Seleucidarum, quam annos Græcorum Scriptura vocat: ita & nos Chriſtiani à Chriſto nato tempora noſtra, annóſque ritè computamus. Huius inſtituti Dionyſius cognomento exiguus Auctor fuiſſe traditur. Hanc Chriſti Æram auſpicatus ab aureo numero primo, Cyclis ſolis nono, Indictionis tertio, vt ſubtiliter à nonnullis recentioribus inueſtigatum eſt. Quæ tamen Æra, vno anno vulgarem Chriſti Æram antecedit; hæc enim aureo numero ſecondo, ſolis decimo, & Indictionis quarto, vulgò notatur, adeóque incidit in annum Periodi Iulianæ 4714. & poſteriùs ſemeſtri anni quarti Olympiadis 194. Id namque Romanorum Faſtorum, Imperatorúmque ſeries aſtruit, vt perdoctè demonſtrant, qui chronologicos characteres attentiùs obſeruarunt.

Baptizatus eſt Chriſtus, die ſexta Ianuarij, eadem menſis die, quæ fuerat olim in ſtabulo adoratus à Magis, & anno Æræ Chriſtianæ 30.

Mortuus eſt Chriſtus ea die, quæ tunc incidit in 23. Martij, feriâ ſextâ, horâ nonâ, iuxta computum Hebræorum; iuxta noſtrum horâ tertiâ poſt meridiem. Probatur maximè ex definitione Synodi Cæſarienſis, à Theophilo Cæſarienſi Epiſcopo, iuſſu victoris Papæ, in Palæſtina congregatæ, cùm penè recens eſſet adhuc facti memoria: definit enim, Chriſtum paſſum 23. Martij, & 25. reſurrexiſſe. Quod ſpectat ad horam, mortuus eſt Chriſtus eadem die, eadémque hora, quâ Adam eiectus eſt de Paradiſo *c*: ſicut & crucem aſcendit eadem meridiei hora, quâ Adam ad pomum ligni vetitimanum extenderat *d*: eadem die menſis, feriâ & horâ, latro reſtitutus eſt Paradiſo, quo Adam inde eiectus, inquit Chriſoſtomus: eadem die & horâ, clauſus & apertus fuit Paradiſus, inquit Hugo Floriacenſis *e*. Porrò Adamum & Euam eodem die & creatos à Deo, & lapſos, & Paradiſo expulſos, docet Beda *f*.

c Irenæus, Origenes.
d Vt refert Petrus de natalib. lib. 3
e Apud Martinum Polonum, lib. 4. Chron.
f In 2. Gen.

Reſurrexit Chriſtus cum aurora diei 25 Martij, ſeu feria prima, quæ inde Dominica dicta eſt: vnde priſcus Chriſtianorum mos celebrandi Paſcha 25. Martij, in quamcumque Hebdomadæ feriam incidiſſet, vt de omnibus Eccleſiis Gallicanis teſtatur Beda *g*, & Martinus Dumienſis *h* de Cappadocibus; Epiphanius *i*, de Græcis, omnibúſque Aſianis: durauitque mos iſte donec iuſſit Eccleſia, prima ſemper Dominica poſt decimam quartam lunam, quæ æquinoctium vernum conſequitur, Paſcha celebrari. Inde & multorum coniectora permanauit, extremum Iudicium, corporumque reſurrectionem vigeſimo quinto Martij, ac die Dominica obuenturam, nempè quia Chriſtus primitiæ dormientium, illa die, illáque feria reſurrexit.

g De ratione temporum cap. 45.
h Lib. de Paſchate.
i Hæreſ. 50. 51.

OBSERVAT. XCIV.

De Herodis Aſcalonitæ Proſapia: necnon de triplici Herode quorum in nouo Teſtamento fit mentio.

FRequens in ſacra hiſtoria, poſterorum Herodis Aſcalonitæ fit mentio, ad quam ſecuro pede percurrendam, & ab offenſione vendicandam, operæ pretium erit, ſi eiuſdem Herodis ſtirpem hoc loco deſcribamus Auctorem ſecuti Ioſephum: qui eam vnus accuratiſſimè percenſuit.

Herodes Antipatri Idumæi filius, adeóque religione proſelytus, (iamdiu enim Ioannes Simonis filius victos Idumæos circumciſionem & Iudaïſmum ſuſcipere compulerat) natiuitate Aſcalonita, qui & Hircanus, ob nonnulla præclarè geſta, cognomento magnus, Iudæorum rex, priùs quidem tyranni eè intruſus, ac demùm ſceptro, communi eorumdem Iudæorum conſenſu, ei delato legitimus; Innocentium paruulorum crudelis homicida, nouem vxores habuit. Prima fuit Dorcas, ex qua Antipater, priuato adhuc Herode, genitus. Secunda Mariamne Hircani Pontificis neptis, & ſoror Ariſtobuli Aſſamonæorum vltimi; è qua nati ſunt duo filij Alexander, & Ariſtobulus, quos Antipatri filij ſui primogeniti calumniis impulſus occidit: duæque filiæ Salampſo, quæ Phaſaëlo conſobrino, nempè Phaſaëli fratris Herodis filio, nupſit, & Cyprus quam duxit Antipater, Salomes Herodis ſororis filius. Tertia Mariamne altera, Simonis, quem ad ſummum Sacerdotium euexit Herodes, filia, è qua genitus eſt Herodes primus. Quarta Marthaca Samaritana, quæ Hærodem Antipam, Archelaüm, & Olympiadem filiam peperit. Quinta Cleopatra Hieroſolymitana, cuius filij Herodes tertius, & Philippus. Sexta Pallas, ex qua Phaſaëlus. Septima Phædra, è qua filia Roxane. Octaua Elpis, cuius filia Salome. His adiungendæ duæ, quæ prole caruerunt, vna fratris filia; conſobrina altera.

Porrò ex illis nouem Herodis filiis, cùm Antipater Alexandro & Ariſtobulo fratribus, calumniis ſuis, exitium intuliſſet, ipſum quoque poſteà Herodes occidit, obtenta priùs ab Auguſto eos occandi poteſtate, quæ cauſa fuit ei dicendi ſe malle porcum Herodis eſſe quàm filium: Herodes enim quia religione proſelytus erat, à porco abſtinebat, ſicut & ipſi Iudæi. Alexander tamen ante necem ſuam è Glaphyra Archelai Cappadociæ regis filia duos ſuſcepit liberos, Alexandrinum & Tygranem, quorum iſte Armeniæ regnum obtinuit, & ſine liberis mortuus eſt; ille verò Tigranem fratri ſuo cognominem genuit, qui Armeniæ rex, patruo defuncto, à Nerone factus, Alexandrum filium habuit, cui nupſit Iotapa Antiochi Comagenæ regia filia: Ariſtobulus etiam quinque liberos ſuſceperat, inter quos fuit Herodes Agrippa ſenior, & Herodes alius Chalcidis Dynaſta, qui ius in Templum & ærarium ſacrum, eligendóſque ſummos Pontifices obtinuit à Claudio *a*,) & Herodias mater filiæ ſaltatricis; etſi Hieron. in Matth. & ex eo Beda, aliique Herodiadem hanc regis Aretæ filiam fuiſſe dixerint. *a* Ioſeph. 20. Antiq. 5.

Agrippa totius Iudææ regnum aſſecutus, genuit Agrippam iuniorem, qui Romanos ad excidium Hieroſolymæ iuuit; & Berenicem eius ſororem *b*. *b* Actor. 25. v. 14.

Ex vniuerſa illa Herodis ſtirpe, Archelaüs, Herodes Antipas, & Philippus, Herodes Agrippa ſenior, & ſoror Herodias, eiuſque filia ſaltatrix, Agrippa ſenior, eius ſoror Berenice in Scriptura nominantur. Archelaüs cum 10. Tetrarchiæ annum inchoaſſet, relegatus eſt ab Auguſto, Iudæa, in Prouinciam redacta, & Syriæ adiuncta.

Herodes Antipas, Archelai vterinus, Tetrarcha Galilææ, Ioannis Baptiſtæ interfector, & irriſor Domini Galilææ Tetrarcha, Herodiadis inceſtuoſæ hortatu, Romam ad Caium Imperatorem profectus eſt, vt ab eo regnum impetraret; grauiter enim ferebat impotens & ambitioſa fœmina fratrem ſuum Agrippam a Caio ad eam dignitatem fuiſſe prouectum: at Antipas ille accuſatus ab Agrippa, Lugdunum relegatus eſt, eiuſque Tetrarchia data Agrippæ *c*.

Philippus Bathanææ & Trachonitidis Tetrarchiam tenuit annis circiter 37. mortuuſque eſt circa annum Tiberij 21. Ætæ Chriſti 35. *c* Ioſeph. 18. antiq. c. 18.

Agrippa ſenior, Herodis magni nepos, & Ariſtobuli filius (quem Herodem Lucas nominat *d*:) varia fortuna iactatus *e*; primùm à Tiberio coniectus in vincula, quod impenſius Caio ſtudens imperium ipſi precatus eſſet; poſt illius obitum à Caio in honore & pretio habitus, ac Philippi Tetrarcha cum regis appellatione donatus eſt; adiuncta Lyſaniæ Tetrarchia; quod anno Caij primo ineunte contigit, & quarto Antipæ relegati, Tetrarchiam hoc eſt Galilæam & Peræam obtinuit. Mortuo Caio, Claudius Agrippæ regnum amplificauit, additis Iudæa & Samaria, que Archelao quondam ademptæ fuerant. Atque ita vniuerſam Herodis ditionem Agrippa recuperauit: anno ætatis *f* 54. & regni ſeptimo obiit Cæſareæ, quæ Stratonis turris vocabatur, diuinitus ab Angelo percuſſus cum ſpectaculis intereſſet, & populi ſacrilegas acclamationes vanis lætiſque auribus excepiſſet: ab hoc occiſus eſt Iacobus, & vinctus Petrus. *d* Actor. 12. *e* Ioſeph. 18 antiq. c. 8. 9. & lib. 19. c. 4. *f* Lib. 18. c. vlt.

Herodias Herodis Agrippæ ſoror fuit, minimè verò Aretæ regis Arabum filia, vt vult Hieron. *g*; Ioſephus, námque earum Iudaïcarum, earum maximè quarum recenſerat memoria, peritiſſimus, ipſi etiam Hieronymo cõmendatiſſimus, ſororẽ Herodis Agrippæ eam fuiſſe aſſerit *h*: & Rufinus *i*, imponit Euſebio, dũ eũ ſic interpretatur quaſi ex ipſo Ioſepho referat Herodiadem regis Aretæ filiam fuiſſe, cùm tamen Græca Euſebij ac Ioſephi exemplaria ſine vlla ambiguitate narrent Herodem Antipam priore coniuge regis Arabum Aretæ filia relicta, Herodiadem ſibi copulaſſe; dicatque Ioſephus Herodem Antipam Galilææ Tetrarcham vxorem duxiſſe Aretæ Petræorum Arabum regis filiam. Cùm autem *g* In cap. 4. Matth. & ex illo Beda. *h* Ioſeph. 18. antiq 7. *i* Lib. 1. hiſt. c. 13.

Romam

Romam aliquando proficiſcens ab Herode fratre,cum qoo erat Herodias eſſet exceptus, eius amore captus, occultam cum eo pactionem fecit, vt ab Italia reuerſus repudiata regis Atabum filia, ipſam, duceret; quòd & poſteà perfecit; Illud tamen repudij propoſitum, ſubodorata Aretæ filia, fuga ſe ad patrem recepir [;] ex quo bellum inter Atabem & Herodem exarſit, in quo victus eſt Herodes. Scribit & idem Ioſepbus eandem Herodiadem Herodi primo Herodis magni filio ex Mariamne Simonis filia, nupſiſſe, ex eóque ſuſcepta Salome filia ſaltatrice, ad Herudem Antipam deſciuiſſe. Nec obſtat quòd tres Euangeliſtæ *a* expreſsè aſſerant, eam Philippo patruo ſuo ac prædicti vtriuſque Herodis fratri primùm nupſiſſe,eóque adhuc viuente dimiſſo, inceſtas cum Herode Antipa nuptias contraxiſſe: ad hoc enim Ioſephi ab Euangeliſtis tollendum diſſidium dici poteſt, Herodiadem primùm Herodi Mariamnes ſecuodæ filio, poſteà Pbilippo nupſiſſe, eoque adhuc viuente, ad inceſtas Antipæ nuptias prorupiſſe.

a Matth. 4. Marc. 6. Luc. 3.

Huius Herodiadis filia ſaltatrix, Salome dicta eſt, qualis fuerit eius obitus recenſet Nicephorus,dum ait: eumdum ei quodam brumali tempore erat,& fluuius traiiciendus, qui cum glacie coostrictus, coagmentatúſque eſſet, pedes eum tranſibat, glacie autem ruptà,idque non ſine Dei numine, demergitur illa ſtatim capite tenus, & inferioribus corporis partibus laſciuiens, molliúſque ſe mouens ſaltat, non in terra, ſed in vndis, caput verò ſceleſtum, frigore àc glacie concretum, deinde etiam conuulneratum, & à reliquo corpore, non ferro, ſed glaciei cruſtis reſectum, in glacie ipſa ſaltationem lethalem exhibet; ſpectaculóque eius omnibus præbito,in memoriam,ea quæ fecerat,ſpectaotibus reuocat. Hæc ille.

Agrippa iunior,eo tempore quo ab Angelo percuſſus eſt Agrippa pater, Romæ apud Claudium Imperatoré educabatur,annos oatus 17.qué cùm paterni regni ſucceſſorem deſtinaret Claudius,à libertis deterritus eſt;miſſo Iudææ, totiúſque illius regni procuratore Cuſpio Fado, qui cum ſtolam Pontificiam in Romanorum poteſtatem, & Aotoniam turrim transferre vellet, Agrippa pro Iudæis apud Claudium interceſſit *b*, quo & primum Chalcidis regno donatus eſt, anno Imperij octauo *c*; cúmque quadriennio Chalcidi præfuiſſet, ea ſibi ablata, ampliori auctus eſt principatu ab eodem Claudio,nempè Philippi Tetrarchia, Batbanea, Tracbonitide, & Abila,ſeu Abiliná,Lyſaniæ Tetrarchia.Cæterùm iuxta hanc Herodis Aſcalonitæ proſapiam,tres in Scriptura ſacra diſtingui debeot Herodes,Tyranni omnes,nempè Aſcalonita, ſic dictus, quia in Aſcalon Philiſtinorum vrbe natus; buiúſque filius Herodes Antipas eiuſdémque nepos, Herodes Agrippa: quos aliquis iuuandæ memoriæ gratiâ, rudi hoc complexus eſt diſticho. *Aſcalonita necat pueros; Antipa Ioannem; atque Agrippa Iacobum, includens carcere Petrum.*

b Ioſeph. 20 antiq. 11

c cap. 2.

OBSERVATIO XCVII.

Quis ſit Zacharias, occiſus inter Templum & altare.

NEcem Zachariæ, filij Barachiæ, inter Templum & altare occiſi, Chriſtus Iudæis exprobrat *d*: verúm quis ſit iſte Zacharias,è pluribus, qui in ſacra pagina recenſentur, non conſentiunt Auctores: Alij enim dicunt eum eſſe Zachariam filium Ioiadæ Pontificis, qui, iuſſu ingrati Ioas regis Iuda, quem Ioiada in Templo nutrierat, & ſeptennem occiſa Athalia, ad regnum euexerat, lapidatus eſt in atrio domus Domini *e*. Alij *f* volunt eum eſſe Zachariam, qui in numero duodecim minorum Prophetarum vndecimus eſt; & cum eſſet valdè ſenex occiſus fuerit à Iudæis (neſcitur qua de cauſa) inter Templum & altare. Alij *g* denique affirmant, Zachariam illum eſſe Patrem Ioannis Baptiſtæ, qui proptereà occiſus ſit, quòd Saluatoris prædixerit aduentum.

d Matth. 23. v. 35. Luc. 11. v. 51

e Paral. 24. v. 21. v. 22.

f Chryſoſt. Homil. de Ioan. Baptiſt. Theophyl. in Matth 23. Ribera in Zachar. aliique ab eo citati.

g Origen. tr. 26. in Matth Baſil. homil. 35. de h[...] Chriſti [...] ner. [...] apud Baron. an. 1.

Ex his tribus opinionibus, prima minùs probabilis; tùm quòd reuera ille Zacharias fuerit filius Ioiadæ Pontificis, non autem Barachiæ, qualis fuit is de quo Chriſtus loquitur; tum quod Zacharias filius Ioiadæ, non ita expreſsè dicatur occiſus inter Templum & altare, ſed tantum lapidatus in atrio domus Domini, vt magis occiſus videatur in atrio exteriori, in quo non erat altare, quam interiori, in quod laicis ingredi fas non erat. Secunda etiam opinio,non ita firmo videtur niti fundamento, cum ea quæ tanquam vera ſupponit (nimirum patrem Ioannis Baptiſtæ fuiſſe filium Barachiæ, & occiſum inter Templum & altare, ſiue ab Herode, ſiue à Iudæis) ex nullo ſacro textu,certave traditione,ſed ex facili quorumdam credulitate profecta videantur,maximè cum eius necis,nec Ioſephus, nec Philo, aliíve iis temporibus vicini vnquam meminerint; & qui poſteà eius meminerunt, in aſſignando eius, occiſionis auctore, & cauſis, non parum ab inuicem diſſentiant.

Itaque ſecunda opinio mihi videtur probabilior,tum quia Zacharias Propheta,initio ſuæ Prophetiæ,ſe filium Barachiæ indigitat: tum quia Chriſtus dum exprobrat Iudæis necem Zachariæ,agit maximè de nece Prophetarum *h*. Certum autem eſt Zachariam inter poſtremos Prophetarum vixiſſe, cum fuerit coæuus Aggæo & Malachiæ; quibus vita functis,nullus in veteri Teſtamento Propheta ſurrexiſſe legitur: ipsíque Hebræi tradunt in ſua minori Chronologia, poſt eorumdem trium Prophetarum obitum, ceſſaſſe Prophetiam de Iſraël. Equidem nullum, temporibus Machabæorum, Prophetam extitiſſe, ex ipſorum hiſtoria *i* apertè colligi poteſt.

h Matth. 23. v. 34. Luc. 11. v. 49. 50.

Nec his obſtat, quod Zacharias iſte, multo tempore vixerit ante Chriſtum, ac propterea potuerit ab ipſo ſignificari, cùm dixit: [*d*

ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ a] quaſi voluerit omnes iuſtos, Dei cauſa, occiſos à primo ad vltimum comprehendere: quos enim Matthæus vocat iuſtos, Lucas *b*, Prophetas appellat: Prophetæ enim ferè ſoli iuſti olim cenſenbantur. Nec vrget inſtantia D. Hieronymi *c* dicentis, temporibus Zachariæ Prophetæ; vix ruinas Templi extitiſſe, ac propterea non potuiſſe occidi inter Templum & altare: contrarium enim patet ex ipſomet Zacharia, dùm anno ſecundo Darij regis Perſarum (putà Darij Hiſtaſpis, qui eodem anno dedit licentiam reperendi intermiſſam Templi fabricam *d*.) ſe prophetare cœpiſſe, diſertè profitetur *e*; adeóque potuerit etiam poſt reædificatum Templum, quod expletum fuit anno ſexto *f* eiuſdem Darij, plnribus annis ſuperſtes eſſe: maximè cùm ex Epiphanio, & Dorotheo in eius vita conſtet, ipſum ad vltimam ſenectam perueniſſe; ſitque valdè probabile, eumdem non io poſtremo ſenio, ſed potius in ætate virili, circa trigeſimum forſan vitæ annum, vt plerumque in aliis fiebat, prophetare cœpiſſe. Nec denique obeſt, quod nonnulli obiiciunt Zachariam Prophetam non fuiſſe ſacerdorem, ac proterea non eſſe veriſimile, quod occiſus fuerit propè altare: Dorotheus *g* enim aſſerit eum Sacerdotio Ieroſolymis functum fuiſſe. Præterea quamuis non fuiſſet Sacerdos, ſaltem potuiſſet quæſitus ad mortem, quaſi ad azylum, ad altare confugere, ibíque occidi. Epiphanius & Dorotheus referunt eum in Iudæa deceſſiſſe, & iuxta Aggæum Prophetam humatum fuiſſe: idipſum teſtatur Martyrologium Romanum. Sozomenus veró ait, corpus eius, ipſomet reuelante, fuiſſe detectum, ſub Theodoſio iuniore.

a Matth. 23. v. 37.
b Luc. 11. v. 50.
c In Matth. 23.
d 1. in Eſdræ 4. v. vlt.
e Zach. 1. v. 7.
f 1 Eſdr. 6. v. 15.
g In vita Zachar.

OBSERVATIO XCV.

De fimbria veſtimenti Chriſti, & miranda imagine quam eidem Chriſto Hæmorrhoiſſa, erexit.

DE hac fimbria extat Dei præceptum, dum ait Moyſi: [*loquere filiis Iſraël, & dices ad eos, vt faciant ſibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas, quas cùm viderint, recordentur omnium mandatorum Domini, &c h.*] Quibus verbis præcepit Deus, vt Iudæi in extremitate palliorum, ſeu veſtium geſtarent fimbrias, & ſuper ea circum circa inducerent tæniam, ſeu vittam hyacinthinam, vt hoc ſigno à Gentibus diſtinguerentur; earúmque aſpectu, mandatorum Dei eſſent memores, refert Hieronymus *i*, Iudæos ſolitos eſſe acutiſſimas ſpinas inſerere ſuis fimbriis, vt ambulantes, per earum puncturam excitati, Diuinæ legis crebrius recordarentur.

h Num. 15. v. 38. 39.

Eiuſmodi fimbrias (ſine ſpinis tamen) geſtaſſe Chriſtum Dominum patet ex eo, quod mulier illa Hæmorrhoiſſa legitur tetigiſſe fimbriam veſtimenti eius, ac continuò ſanitatem recepiſſe *k*.

k Luc. 8. v. 44.

Et quidem quod ſpectat ad hanc mulierem in Capharnæo ſanatam, ea ex vrbe Dan, (quæ poſteà Lais ac demum Paneas dicta eſt) ſita in Tribu Nephtalim, ad radices montis Libani, vbi Ior & Dan (fluuij Iordanis fontes) commiſcentur, oriunda; in qua & domus eius magnifica; & admirandum collati à Chriſto in eam beneficij, ſimulque grati eius erga benefactorem ſuum, animi monumentum, ac trophæum, multis ſæculis viſum fuit *l*.

l Euſeb. lib. 7. hiſt. Eccl. c. 14. Niceph. Eccl. hiſt. lib. 6. c. 15. vt refert Adrich.

Pro foribus námque domus ſuæ, ad fontem quemdam ſub dio, in eminenti loco, ſuper baſem, duas præclaras ex ære fuſas erexit ſtatuas; quarum altera mulierem ipſam flexis genibus, palmíſque protenſis repræſentabat: Altera verò huic ex aduerſo collocata, Chriſtum Dominum ad viuum, recto ſtatu, & diploïde amictum, & dexteram inclinatæ mulieri porrigentem exhibebat. Ad huius pedes ſtatuæ, ex baſi, herba quædam noua enaſcebatur, ſpecie cunctis medicis prorsùs incognita, quæ cùm ad æreæ illius diploïdis fimbriam excreuiſſet, eámque ſummo vertice tetigiſſet, præſentiſſimas inde vires concipiebat, ad cuiuſcunque generis morbos curandos; adeò vt quæcunque illa fuiſſet corporis infirmitas ſalutaris illius graminis madefacti hauſtu modico depelleretur. Nihil tamen virium habebat, ſi antequàm æneæ fimbriæ ſummitatem creſcendo contigiſſet, decerperetur.

Inſigne hoc Chriſti Trophæum, non ſolum vſque ad Euſebij Cæſareæ in Paleſtinæ Epiſcopi, necnon illuſtris Hiſtorici, permanſit ætatem, (qui florens ſub piiſſimo Conſtantino magno huc profectus, id oculis ſuis ſe inſpexiſſe ſcribit) ſed & ad impiiſſimi Imperatoris Iuliani Apoſtatæ tempora perdurauit, qui mirandam illam, vt erat omninò Antichriſtus, Chriſti ſtatuam deiecit, ſuámque in eius locum erexit, in quam, mòx ignis è cœlo ſumma vi proruens, caput vnà cum collo à pectore auulſum, non ſecus atque olim idolo Dagon *m* deiecit *n*: fuliginoſa verò fulminis macula in truncata illa ſtatua longo tempore firmata ſtetit. Hinc impudens Centuriatorum Magdeburgenſium calumnia, qui quod prophanæ Apoſtatæ Iuliani ſtatuæ contigit, ſacræ Saluatoris imagini affingere non erubuerunt. Cæterùm cum hæc à Iuliano tentarentur, Gentiles, Chriſti ſtatuam loco ſuo emotam, funibus ad pedes vinctis, per mediam traxere viam, & caput à trunco auulſum diſtraxeruot, quod Chriſtianis clam ſublatum, cum aliis corporis particulis, hic inde collectis conſeruarunt; ac poſteà in Eccleſia loco honoratiore repoſitum, cultu conuenienti proſecuti ſunt; eam venerationem, quam imagini exhibebant, ad ipſius Archetypum referentes.

m 1. Reg. 5. v. 4.
n Sozom. hiſt. Eccl. lib. 5. c. 20. Hiſt. tripart. lib. 6. c. 41. Niceph. hiſt. Eccl. Lib. 10. c. 30.

OBSERVATIO XCVII.

Quæ die Chriſtus comederit vltimum Paſcha.

Certom eſt Chriſtum pridiè quàm pateretur, & in qua nocte tradebatur *a*, nouiſſimum cum diſcipulis ſuis comediſſe Paſcha. Certum quoque eſt, ipſum haud eodem die illud cumediſſe, quo plerique Iudæorum, ipſique Sacerdotes, à quibus damnatus eſt, illud celebrarunt. Refert enim D. Ioannes, Iudæos, ipſo die quo Chriſtus crucifixus eſt, Prætorium ingredi religioni duxiſſe. [*Ne contaminarentur, ſed vt manducarent Paſcha. b*] Nondum ergò Paſcha manducauerant, ſed eo die manducaturi erant. Idipſum conſtat ex eodem Euangeliſta, dicente de tempore quo Chriſtus cruci affixus eſt; [*erat autem Paraſceue Paſchæ, hora quaſi ſexta c.*] Id eſt, pridiè Paſcharis, mox celebrandi. Certum eſt tertiò, Chriſtum contra præſcriptum legis in ſuo Paſchate celebrando non commiſiſſe. Ideoque obſeruaot aliqui eo anno quo paſſus eſt Chriſtus, ex erroneo Cyclo Paſchali (qui vt iam ſubinde in Eccleſia, ita olim frequentiùs in Synagoga, vno, alterove die deprehenitur eſt, à vero & aſtronomico plenilunio deuiaſſe) feriam quintam, ſeu diem, qua finita Chriſtus iuxta Synagogæ præſcriptum comedit cum diſcipulis ſuis Agnum Paſchalem, inſtituitque auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, fuiſſe lunam decimam quartam menſis Niſan, ſecundùm vulgarem Synagogæ calculum: At ſecundùm verò & Aſtronomicum, non niſi decimam tertiam, lunamque decimam quartam illa veſpera cœpiſſe, & feriâ ſextâ ad veſperam, paulò poſt mortem Chriſti finiiſſe: Adduntque, Pontifices ac reliquos Sacerdotes, illâ demùm veſperâ, quæ mortem Chriſti conſecuta eſt, Agnum Paſchalem comediſſe: cùm enim ſolerent Iudæi, vt etiam nunc hodie aſſolent, propter illam Cycli Neomeniarum & pleniluniorum incertitudinem, ſua feſta, ſaltem præcipua duplicare *c*, liberum cuique erat, vtrum vellet diem eligere; populus deligebat priorem; Sacerdotes verò poſteriorem: tamen quia celebrior hæc erat, ea enim ſola feriandum erat ab opere; tum quia ſic meliùs populo ſubſeruire poterant priore die, quam mactandis hoſtiis ad libitum cuiuſque totum impendebant, quod ſi ita fuit, figura Agni Paſchalis concinne admodum reſpondit ſuo figurato, nempe in cruce immolato, eâdem hora, qua Agnus Typicus immolabatur à Sacerdotibus.

a 1. Cor. 11. v. 23.
b c. 13. v. 18.
c c. 19. v. 14.
c id ex Rabbinis docet Epip. Ioſeph. Scal. &c.

OBSERVATIO XCVIII.

De obitu, & ſepulchro Beatæ Virginis.

Mirum tantæ rei hiſtoriam, ipſúmve tempus migrationis Deiparæ, à plurimis Scriptoribus omni exceptione maioribus prætermiſſum: Id quidem tolerandum eſſet ſi in eandem omnes conſpirarent, aut ſi vnius vel alterius anni ſpatio ſcriptores diſſiderent. At cùm ingens quædam inter eos diſcrepantia ſit, illud magis admiratione dignum.

Sanctiſſimam Dei genitricem Mariam anno ætatis ſuæ 62. & à Chriſto nato 48. aſſumptam in cœlum, ex quorundam reuelatione, ſcribit Euſebius *d*: Alij anno ætatis 63. Alij 57. Alij 58. Alij 59. Harum tamen ſententiarum nulli conueoire poſſunt; quæ Scribit Dionyſius Areopagita *e*, qui præ cæteris audiendus eſt, dum affirmat, ſe vnà cum Apoſtolis Petro, Paulo, Iacobo, aliiſque Sanctis Patribus Hieroſolymam veniſſe ad contuendum corpus quod Auctorem vitæ, Deúmque receperat: quod de ſacroſanctæ Dei Genitricis corpore intellexiſſe Græci omnes *f* exiſtimarunt. Neque enim Dionyſius ante quinquageſimum ſecundum Chriſti annum conuerſus eſt ad fidem; neque Paulum poſt conuerſionem Dionyſij aduenire potuiſſe Hieroſolymam ante annum Chriſti 57. quo à Iudæis detentus eſt, atque ligatus, ex iis quæ de eius itineribus Lucas refert, ſatis demonſtratur: huic autem ætati ſi vel quindecim addas annos, quos attigerat Sanctiſſima Virgo cùm peperit Chriſtum, manifeſtè colliges, ipſam, eo anno quo Paulus nouiſſimè Hieroſolymam venit, egiſſe annum ætatis 72. quo ipſam ex hac vita migraſſe Epiphanius Presbyter *g*, & Cedrenus affirmant.

d in Chron.
e l. 1. de Diuin. nomin. c. 3.
f Iuuenal. Ieroſ. Epiſcopus apud Niceph. Ioan. Dam. Serm. de dormit. Deiparæ, Andreas Cret. Serm. de Dormit. Deipar. Metaph. 15. Aug. Niceph. l. 15. c. 14.
g Serm. de Deipar.

Quicquid ſit de tempore obitus Virginis Deiparæ, ſepulchrum eius in valle Ioſaphat iuxta villam Gethſemani ad pedem montis Oliueti poſitum, ſupra terram eminebat: Eoque loci in honorem Deiparæ, piiſſima Imperatrix Helena, grandem, teſtudinatam, atque mirificam (in quam nunc quadraginta & octo gradibus deſcenditur) exſtruxit Eccleſiam; in cuius medio Sanctiſſimum hoc Sepulchrum, quod albo marmore veſtierat, eſt incluſum: idque adhuc nedum Chriſtiani peregrini, verùm & Sarraceni atque Turcæ ſummè venerantur.

Eodem penè loco etiam S. Annam, viſumque eius Ioachimum, Sanctiſſimæ Genitricis Dei parentes, nec non Ioſephum, eiuſdem Immaculatæ Virginis Sponſum, Chriſti verò nutritium, ſepultos eſſe, veterum habet traditio *h*.

h ita Adrich. pag. 171.

OBSERVATIO XCIX.

De Die Dominica, & Paſchate in ea celebrando.

Dominica dies, Chriſtianorum Solemnium, Arx ac propugnaculum, primum eſt Feſtum ab Apoſtolis ad perpetuam reſurrectionis Chriſti memoriam, in ipſis naſcentis Eccleſiæ primordiis inſtitutum; quæ ſanè primordia diei Pentecoſtes propriè ſunt tribuenda: tunc enim expletis redemptionis noſtræ myſteriis, Euangelium fuit palam promulgatum, mutatiſque in feriatos dies Chriſtianorum, feſtis Iudaïcis; primus qui ſe ſe obtulit dies feſtus, alius minimè fuit quàm Dominicus: Neque enim dies natiuitatis Chriſti, aut dies Paſcbatis occurrere potuerunt, niſi elapſo aliquo menſium interuallo.

De hac die Dominica, expreſſa in Apocalypſi fit mentio *a*: quod autem eſſet feriata dies inſinuat Apoſtolus dum ait, (priſtino nomine eam vocans) vna autem Sabbati cùm conueniſſemus ad frangendum panem *b*, hic enim, ea die, ſingularis ad communicandum corpori Chriſti, fidelium conuentus feſtiuitati non parum atteſtatur. Huius itidem diei Dominicæ mentionem faciunt S. Clemens *c*, Canones Apoſtolorum *d*, D. Ignatius, qui Dominicum diem appellat dierum regem ac Principem *e*, Tertullianus *f*, Aliique paſſim.

a Apoc. 1. 10.
b Act. 20, v. 7
c l. 8. c. 33. ...
d Can. 65.
e S. Ignat. epiſt. ad Magneſianos.
f Apologetici c. 16.

Quod ſpectat ad Paſcha; nonnulli Chriſtianorum cum Iudæis initio Paſcha celebrandum putabant, præſertim Aſiatici; ac propterea non alium Cyclum, quàm Iudaïcum vſurpabant. Cæteri vt à Iudæis magis abhorrerent, alium ſibi annorum ordinem, ac diſpoſitionem aſſumpſerant: hinc innumeræ Cyclorum formæ propagatæ ſunt, è quibus celeberrima fuit Enneadecaëteris, in quam tametſi pleríque conſpiraſſent, diſſimilem tamen in ea menſium ſitum, & diſtributionem retinebant. Itacontigit, vt non eodem tempore Paſcha Chriſtiani omnes obirent, multoque magis inter ſe quam ab aduerſariis Iudæis diſſiderent, quæ Solemnium diuerſitas diſtractionem quoque peperit animorum, nec vlla ferè inter Chriſtianos contentio, diſſidiis maioribus, eſt agitata: penè eum hoſtilem in modum exarſerat apud non paucos; quod Chriſtiani nominis dedecus, Chriſtianiſſimus Imperator Conſtantinus Magnus ægerrimo ferens animo, vt tanto malo promptum adhiberetur remedium, Nicæam ex vniuerſis Orbis terrarum partibus, Catholicæ Religionis Præſules adſciuit, vt eodem omnes Eccleſiæ tempore Paſcha celebrarent: Idemque primariæ huic ſolemnitati legitimus dies quotannis incideret. Conueniunt Patres, eaque die Dominica, quæ 14. Lunam menſis Martij proximè ſubſequeretur, Paſcha vbique terrarum celebrandum conſtituunt, ferunt decretum, cui pleroſque minimè paruiſſe illud argumento eſt, quòd diù poſt Nicænum Concilium, vetuſtæ illæ, de celebratione Paſchatis, contentiones in Occidente viguerunt.

Vnde ſubotta apud Latinos Quartodecimanorum ſecta, obfirmatis plurimorum vallata patrociniis, quorum ea præpoſtera Cycli decemnouennalis inſtitutione, necnon Græcarum inſcitia literarum temerè ſuſceptus error, ac longo Catholicorum tædio ſæpè fractus, ægrè tandem à Beda, aliiſque valuit opprimi: ſicque compoſitis Eccleſiæ faſtis, ſublatoque diſcordiarum fomite, initum fœdus temporis Chriſtianos omnes ad pacis & concordiæ fraternitatem deuinxit. Et Paſcha in toto Orbe Chriſtiano, ea Dominica die, quæ 14. Lunam menſis Martij proximè ſubſequeretur deinceps celebratum eſt.

OBSERVATIO C.

De excidio Ieruſalem per Titum, & de Iudaicæ Reipublicæ exterminio.

Attritis bello domeſtico Ieroſolymis, nouas lamentationis cauſas præbuit Titus Cæſar, nullis non inſtructus belli machinis. Cumque iam cellæ frumentariæ, inteſtinis ciuium ſeditionibus, eſſent combuſtæ, ita fames inualuit, vt cingulis, calceamentis, & coriis quibus ſcuta tegebantur, iam voratis; è ſtabulo ſtercus, fimuſque quæreretur in cibum; & matres coctos ederent filios, vnde plurimi, fame cogente, profugi capti ſunt, quos Titus vt obſeſſos terreret, & ad deditionem compelleret, coram oculis eorum crucibus affixit, tot numero vt iam ſpatium, ait Ioſephus *g*, crucibus deeſſet, & corporibus cruces. Cumque rumor eſſet, quòd profugi aurum ſuum voraſſent ne auferretur ab hoſtibus, Syri, & Arabes vna nocte ad duo millia occiderunt, viſceraque fœdè ſcrutati ſunt: ſed immane facinus Titus mox cohibuit. Vtque eos citiùs ad deditionem cogeret, intra triduum vallo, muroque vrbem ita cinxit, vt nulli pateret exitus; ideoque vrbs illa perfecti decoris, gaudium vniuerſæ terræ *h*, facta eſt ſepulchrum mortuorum fame ac peſte pereuntium; cumque ſuperſtites non poſſent ſepelire mortuos proiiciebant è muro in valles, quas circumiens Titus, vbi plenas tabefactis cadaueribus vidit, ingemuit; obteſtans factum illud ſuum non eſſe: contumaces enim Iudæi pacem ſæpius reſpuerant.

g l. 7. de bello Iud.
h Threnorũ 2. v. 15.

Miſerabilis erat victus, dignum lachrymis ſpectaculum: cùm enim fames ſuper omnes clades haberetur, vxores viris, filij parentibus, & quod miſerrimum eſt, matres cibum infantibus ex ipſo ore rapiebant; famemque vniuerſi patientes vt canes, ac more canum hinc inde diſcurrentes, ſicubi clauſam domum vidiſſent, eos qui intus erant, cibum capere hoc ſuſpicabantur indicio, ſtatimque ruptis foribus irruentes, cibum iam contuſum dentibus, ex gutture penè reuocabant, ipſos faucibus ſtrangulantes, nullaque miſeratio vel cani erat capitis, vel infantiæ; ſed abſtractos pueros, & ex buccella pendentes, humo allidebant; vtque alimenta reperirent, acerbiſſimos in dies excogitabant cruciatus,

nunc

nunc torquentes genitalium vias, omne virgis acutis podices transfigendo: horrenda etiam auditu quis patiebatur, in vnius panis confeſſionem, & vt vnum farinæ pugillum abditum indicaret.

Tandem capta ciuitatis maiori parte, & flamma admota Templo, & in altum excitata, horribilis clamor exoritur, & ad ſubueniendum properabant vniuerſi, neque iam vitæ parcendum rati, neque viribus temperandum, amiſſo eo, cuius gratia tutiſſimi videbantur circum aram ingens occiſorum aceruus congerebatur: vnaque ſupplices cum repugnantibus necabantur; & omnis terra cadaueribus tegebatur; & ſupra corpora mortuorum gradientes milites inſequebantur fugientes. Sacerdotes oppreſſi fame, è tutiſſimo Templi loco deſcenderunt; & à cuſtodibus ad Titum perducti, vt ſalutem ſibi concederet, orabant: Ille verò veniæ tempus ipſis præteriiſſe reſpondet: periiſſe autem id cuius eos gratia meritò conſeruaſſet, decere demum Sacerdotes interire cum Templo, adeoque duci homines ad ſupplicium iubet.

Capta inſuper reliqua parte ciuitatis, in anguſtias viarũ ſtrictis gladiis fuſi milites, quos cœpiſſent nullo diſcrimine interficiebant; domuſque totas cum omnibus qui eò confugerant tradebant flammis deuorandas: interdiù ſanguis largior igne videbatur, noctu verò creſcebat incendiũ, militibus interficiendo defatigatis. Ardentibus Ieroſolymis illuxit dies octauus ciuitati, tot clades expertæ; magnaque adhuc extabat ſuperſtitum multitudo, ſolos quidem armatos Cæſar, & qui manum opponerent iubet interfici; illi tamen cum his etiam ſenes ac debiles trucidabant. Ac demum ciuitas ita diruta & complanata eſt, vt qui ad eam acceſſiſſent, habitatam aliquando vix crederent. Sicque ſuccenſa & exciſa in vltionem Chriſti Ieroſolyma; in ſuis cineribus ſepulta eſt Synagoga, totaque Iudæorum exterminata eſt, & extincta Reſpublica.

Ex eo namque tempore diſperſi Iudæi ſeruiunt vbique ſine Duce, ſine Rege, qui Chriſtum habere noluerunt, noluntque; in ſua ſemper nequitia pertinaces, ipſum quoque olim Antichriſtum paritura: hic enim filius perditionis *a* fertur de Tribu Dan *b* naſciturus in Babilone, venietque cum ſuis in Ieruſalem, Chriſtum ſe eſſe aſſeret Iudæis; editiſque arte Diabolica ſignis & prodigiis perſequetur Sanctos vſque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis *c*, id eſt annis tribus cum dimidio. Auferetque iuge ſacrificium *d* Miſſæ, ita vt ceſſet palam celebrari. (Clam tamen celebrabitur vſque ad conſummationem ſæculi, iuxta verbum Chriſti *e* Apoſtoli *f*) tandemque conabitur, ope Dæmonum, è monte Olíueti in cœlum aſcendere; ſed eum Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui *g*: dabuntur poſteà aliquot dies ante Iudicium, vt ab eo decepti poſſint pœnitere: tuncque Domino miſerante, reliquiæ Iudæorum *h* in veſpere mundi, extincto iam Antichriſto, conuertentur ad Chriſtum.

a 2. Theſſal. 2.v.3.
b Adrich. pag.283.
c Dan.7. v.25. Apoc. 11.
d Dan.12. v.31.
e Math. vlt.v.vlt.
f 1.Cor.11. v.26.
g 2. Theſſal. 2.v.8.
h Iſaiæ 10. v.22. Rom. 9.v.25.

CLAVIS DAVID.

LIBER SECVNDVS.

Decem tractatus generales ſtatuens, ceu totidem Candelabra aurea ſacræ paginæ Sanctuarium quaquauerſus illuminantia.

PRÆFATIO.

MIRABVNTVR ſortè nonnulli, quorſum poſt tot editas circa finem libri præcedentis in Sacram Hiſtoriam, Diuinamque Scripturam, Obſeruationes, decem adhuc in ipſam Tractatus Lectorum oculis exponam; maximè cùm aliæ iam diu in eandem prodierint explanationes. Sed opinor mirari deſinent, ſi attendant quàm ampla & exuberans ſit iſta ſacrarum Seripturarum multiſariàm exponendarum ratio: meminerintque aureæ illius ſententiæ Chryſoſtomi, Scripturas eſſe [perennium fontium inſtar, qui nouis ſemper opibus ſcaturiant, ex quibus anteceſſores noſtri hauſerint, & nos hauriemus: ac porrò alij qui nos ſequentur hauſturi ſunt, nunquam tamen exhauſturi.] Adeoque quamuis hactenus in omnes ac ſingulos ſacrorum Bibliorum Codices, eruditiſſimi ingenteſque prodierint Commentarij, haud tamen exiſtimandum eſt, vt nihil vltra eos dici valeat, nihil citra eos, etiam à nobis (modici licet ingenij) poßit obſeruari.

Homil. 3. in 1. Gen.

Neque verò ſupremis tantùm Geniis ſacrarum Litterarum incumbit enucleatio, ſed & minùs eminentibus, in Templo Salomonis præter ſummos Architectos, plurimi etiam artis minùs exquiſitæ opifices, Cæmentarij, & Latomi ſubſeruierunt: Ita poſt antiquos illos Patres, Ambroſium, Auguſtinum, Hieronymum, Gregorium, Chryſoſtomum, alioſque, quos in Eccleſiæ lucem veneranda antiquitas mundo intulit, plurimi quouis ſeculo viguere, qui licet mediocriter tantum, ſi cum illis componantur, in ſacræ paginæ expoſitionibus profeciſſent, eorum tamen conatus, ab optima, candidaque mente profectos, ſecundus etiam excepit euentus. Eodem & nos animo permoti, eademque freti fiduciâ, decem hoc ſecundo libro Tractatus edere proponimus.

Nec immeritò: Scriptura ſiquidem Diuina totam auguſtißimi illius Templi, quod ædificauit Salomon, ſacram ſupellectilem enumerans, vbi de illa quæ ad ſanctuarium ſpectabat, mentionem facit, ait de Rege illo ſapientiſſimo. [Fecit autem & Candelabra aurea decem, & poſuit ea in Tem-

plo

plo quinque à dextris, & quinque à ſiniſtris, & lucerent ante Oracu- 1.Paral.4. v.7.
lum.] *Ad myſtici huius exemplar prototypi decem Tractatus Generales,* v.20.
qui antè ſacrarum litterarum interius Oraculum, & Sancta Sanctorum, vlli præterquam Summo Pontifici inacceſſa, prælucentes, earum Sanctuarium (ad quod Sacerdotibus ſtudioſiſque liber eſt aditus) illuminent. Et quia dextera pars honoratior digniorque pleriſque reputatur, ſiniſtra verò minùs auſpicata, eos Tractatus, quinque numero, qui res anguſtiores explanabunt, huiuſce libri priori loco, velut ad dexteram, reliquos poſteriori quaſi ad ſiniſtram conſtituemus.

Primus itaque Tractatus erit de ſacra Chriſti Genealogia, nobiliſſimum, ſi quod aliud, ampliſſimumque vtriuſque fœderis argumentum: tota namque lex veteris Teſtamenti ad hoc inſtituta eſt, adeoque Chriſtus vniuerſæ Scripturæ Alpha eſt & Omega, quæ propterea non immeritò his verbis incipit: [In principio (*id eſt in Verbo ne dicam in Chriſto*) creauit Deus cœlum & terram] *& hunc in modum definit* [Gratia Domini noſtri Ieſu Gen.1.v.1.
Chriſti cum omnibus vobis Amen.] *Sacram ergò Chriſti Genealogiam* Apoc. vlt. v.vlt.
ritè Primus Tractatus explicabit. Secundus erit de partibus temporis. Tertius de quatuor præcipuis mundi Monarchiis, prout hæ & illæ Scripturis Diuinis intelligendis conducunt. Quartus de ciuili Hebræorum Republica, & Quintus de iure belli eorundem. Alij ſubſequentes, etiam quinque numero, quaſi ad læuam poſiti, ceu quippiam minùs ſacri, aliquandò & prophani, imò & horrendi pertractantes, ſunt: Sextus de triplici Chaldæorum, Ægyptiorum, & Græcorum ſapientia, quæ in inſipientiam citò degenerauit, totaque idololatriæ, magicis artibus, & Dæmonum obſequiis ſe dedidit: Septimus erit de Numinibus commentitiis in ſacra pagina recenſitis: Octauus de tribus rerum magicarum ſpeciebus, quarum frequentior in Scriptura fit mentio: Nonus de Dæmoniacis: Decimus, vltimuſque de ſpiritibus & ſpectris viuos infeſtantibus. Atque his decem Tractatibus, breui compendio perſtringentur quæ apud alios Auctores integris Codicibus explanantur; quorum ſanè, ſi mihi noti ſint, lubentiſſimè mentionem faciam: vitium enim odi à Plinio iuſtè reprehenſum, eorum ſcilicet, qui vt alienam doctrinam ſuam faciant, expungunt Auctorum nomina, à quibus eam acceperunt. Nepotiani potiùs animi candorem adamaui; is, vt ait Hieronymus [ingenuo pudore, qui ornabat ætatem, quid cuius eſſet, ſimpliciter confitebatur: atque in hunc modum eruditionis gloriam declinando, eruditiſſimus habebatur. Illud, aiebat, Tertulliani, iſtud Cypriani, hoc Lactantij, iſtud Hilarij eſt.] Equidem quod ad me ſpectat, ſcriptionem meam virorum grauium, veterum præſertim auctoritate obtenebrari haud crediderim, ſed potiùs illuſtrari ac perfici: nec vllam plagiarij notam incurrere, ſi quod illi ex genio ſuo profuſis expoſuere voluminibus, id ergo ex noſtro, modica, nec tamen obſcura complectar epitome.

Et quamuis compendia à nonnullis diſpendia cenſeantur, & contractio multas legendi excludat illecebras; ingenitus tamen non paucis, & hocce præſertim ſæculo progenitus breuitatis amor, & impatientia ſtudij prolixioris, grauiſſimos viros ad eum contrahendi laborem ſæpiùs accinxit, nec non in dies accingit. Et licèt iis nemo compendiis doctus omnino poſſit euadere; negari tamen haud poteſt quin contractiores huiuſmodi narrationes plurimùm vtilitatis in ſe habeant: id ſanè non contemnendum, quòd poſſint in prolabentis ſtudium memoriæ ſæpiùs repeti, cùm tamen ingentia volumina, Lectores

ſua mole non raro ita deterreant, vt nec ea vel ſemel legenda ſuſcipiant. Equidem ſi æqui Iudices eſſe velimus, fatebimur Epitomen ritè confectam, non Tyronibus modò, ſed Eruditis quoque prodeſſe multùm: eius enim beneficio Tyrones quadam ſpecie eruditionis initiantur: & Eruditi cùm coactam in anguſtum tractationem legerint, facilè memoriæ ſuæ Theſauro reſtituunt, ſi quæ cæperant eſſe fugitiua, nec pœnitebit, modico breuis lectionis impendio, compendium facere temporis & laboris. Nos igitur de vtriſque benè mereri cupientes, dedimus operam non tantùm libro præcedenti, ſed & iſto, aliiſque ſubſequentibus, vt omnia ſtrictim, & quàm breuiſſimè diceremus, & optima quæque proferremus, eaque debitis, nec obſcuris verbis, cogeremus in pauca. Si, quod neminem latet, in rebus quibuſque pertractandis, ſcriptorum poſteriores, priorum ſemper ſudoribus vſi ſunt: ego nouiſſimus omnium, eorum compendium, quæſtumque facere minimè dedignabor.

TRACTATVS PRIMVS.
DE SACRA CHRISTI GENEALOGIA.

SACRAM Chriſti Genealogiam rem licèt adhuc incompertam [*Generationem enim eius quis enarrabit?*] Attingere primumque de ea Tractatum ſacræ paginæ ſtudioſo ſuppeditare tentabimus. Etſi in tot virorum eruditiſſimorum Commentariis huiuſce generis pleraque minùs conſtare nonnulli repetiant, id nobis ac illis ſolatium erit, quod inquiſitionem omnes aggredimur planè neceſſariam. Intereſt maximè noſſe Dei filium prout in terris viſus eſt,& cum hominibus conuerſatus naturam diuinam detritis humanæ laciniis occultauit.

Præſcripti iampridem à Prophetis fuere quidam characteres quibus ſimul omnibus inſignitus qui eſſet, eum Dei filium ac Meſſiam eſſe certiſſimè conſtaret. Horum illuſtrior characterum ex genere Dauidis & Abrahæ peti conſueuit. Iſtorum enim filius vt plurimùm Meſſias appellatur, cùm in libris Canonicis mentio eius inducitur. Cumque maiorem hiſtoriæ ſacræ partem occupent Chriſti progenitores nudam ſeriem perſonarum eo catalogo qui Liber Generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham inſcribitur perſtrinxit Matthæus deſcendens per lineam Salomonis: eamdem & Lucas complexus eſt aſcendens per lineam Natham fratris germani eiuſdem Salomonis, & vterque quamdam veluti ſcalam Iacobæam à Deo ad Chriſtum, & à Chriſto ad Deum ipſum deſcendentibus in ea, ac contrario viciſſim motu aſcendentibus Patriarchis, ſeu Angelis pertingentem. Matthæus tres Chriſti progenitorum proponit Teſſeradecades. I. ab Abraham ad Dauidem, incluſiuè. II. à Salomone ad Iechoniam. III. à Iechonia ad Chriſtum. His & alios viginti & vnum progenitores præmittit Lucas ſcilicet ab Adamo vſque ad Thare patrem Abrahæ.

Dauidis potiſſimum & Abrahæ filius à Matthæo Chriſtus dicitur, etſi ex tot aliis immediatius foret progenitus, quia vtrique expreſſiores ac ſolenniores de naſcituro ex ipſis Chriſto factæ erant promiſſiones, non quidem vt perſonis priuatis, ſed tanquam inſignioribus totius Genealogiæ Chriſti proceribus. Abraham enim iam tum, vt electi à Deo populi per Iſaac & Iacob propagandi pater attendebatur: Dauid verò vt iam multiplicati, lateque diffuſi eiuſdem populi dux legitimus omnium nomine ſtipulabatur. Sanè cùm Deus ab Abraham exegiſſet, vt de terra & de cognatione ſua egrederetur, feramque pro abdicatione præſenti compenſationem polliceretur, naſcituri ei poſt multa demum ſæcula illuſtris filii in quo benedicendæ eſſent omnes gentes, congruum erat ad ſpem tam longinquam repræſentandam, conſolandumque præſenti aliquo pignore fidelis Patriarchæ deſide-

rium,& continuâ ſucceſſorum ſerie nuſquam hiante Meſſiæ tempora cum diebus ipſius Abrahæ connecterentur & quaſi committerentur, eoque ſenſu commodè exponitur illud Chriſti [*Abraham exultauit vt videret diem meum, vidit & gauiſus eſt.*]Hoc quoque modo Dauidi inſtauratæ ſunt orituri ex ipſo Meſſiæ promiſſiones, vt ſcilicet duraret inter homines perpetua ſucceſſio filiorum & nepotum, Dauidem ipſum repræſentantium, qui iuris iſtius ac ſpei hæreditarem continuè cernerent quod ille promiſſus re verâ naſceretur. Hinc ortum quòd tota ſeries poſterorum Dauidis, ſingulique Nepotes eius quamlibet tempore diſtincti nominarentur filii Dauid. Ipſe etiam Ioſeph Chriſti nutritius ab Angelo vocatur filius Dauid.

Quin & in vniuerſum conſtituit Deus, vt qui in ſacra illa Chriſti Genealogia prior naſceretur, is benedictione paterna in ſpe naſcituri ex ſe Meſſiæ firmaretur, niſi reuelatio peculiaris interueniret, quod in Iſaac reſpectu Iſmaëlis contigit diuino oraculo Abrahamum ſic admonente [*In Iſaac vocabitur tibi ſemen*] & in Iacob reſpectu Eſaü: [a] idemque Iacob iam moriturus Iudam ſpiritu prophetico primogenitis prætulit, ſicut & Dauid Salomonem. Aliàs, ſilente Deo, primogenitus quiſque eo benedictionis iure donatus eſt, [b] quod hæreditario ordine primogenituræ naturalis aut adoptione ex ſpeciali Dei electione propagabatur in poſteros.

[a] Gen. 21. v. 12.

[b] Vide l. 1. Obſeru. 27. de priuilegiis Primogenitorum.

Vt autem ſacra illa Chriſti Genealogia, quam Matthæus, vt dictum eſt, tribus Generationum Perſonarúmve Teſſaradecadibus complexus eſt, eiſque viginti & vnam Lucas præmiſit, explanetur; illuſtriorumque aliquot Patriarcharum, (eorum præſertim in quibus Chriſti typus eluceſcit) inſigniores virtutes memorentur, & difficultates, quæ à ſacris interpretibus circa illam moueri ſolent, clariùs explicentur, Tractatus hic in quatuor diuidetur partes. Prima differet de iis quæ ſpectant ad aliquos priorum illorum viginti & vnius, Chriſti maiorum, quos ſolus Lucas commemorat. Reliquæ tres, cætera quæ ad totidem Matthæi Teſſaradecades attinent, obſeruabunt.

PRIMA PARS
DE SACRA CHRISTI GENEALOGIA,
AB ADAM VSQVE AD THARE patrem Abrahæ incluſiuè.

HVIVS Partis octo ſunt Articuli. I. de Patriarcha Adam, & quo loco ſepultus fuerit. II. de Patriarcha Seth & filiis Dei : III. De tranſlatione Henoch, & vtrùm adhuc viuat : IV. De Patriarcha Noë humani generis reparatore. V. An inter filios Noë Sem fuerit primogenitus, idemque cum Melchiſedech rege Salem. VI. An iunior Caïnan admittendus ſit. VII. De Patriarcha Heber Hebræorum patre. VIII. An Thare pater Abrahæ fuerit Idololatra.

ARTICVLVS I.

De Patriarcha Adam, & quo loco ſepultus fuerit.

ADam totius humani generis parens omniumque Christi progenitorum Proto-Patriarcha pluribus claruit inſignibus pluresque nactus eſt prærogatiuas, ex iis quæ de eius creatione narrat Moyſes *a* intelligendas; quinque tantùm attingam. Prima in eo cernitur quod cùm Deus, vt ſcripſit Moyſes, cætera præter hominem creauerit, vel abſolutâ volontate vt inuitur his verbis : [*In principio creauit Deus cœlum & terram.*] Vel iubendo, vt cum dicitur, [*Fiat lux, producat vel germinet terra.*] Vt ad Adæ creationem venit, noua quadam ac ſingulari vſus eſt ratione, & velut cum conſilio & deliberatione ad eam acceſſit, præmiſſo ille blandienti verbo, ait, Tertullianus *b*. [*Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.*] Quibus vtrique verbis ſummum fidei noſtræ, videlicet Sanctiſſ. Trinitatis myſterium manifeſtatum eſt. Illæ ſiquidem voces [*Faciamus*] & [*noſtram*] Diuinarum Perſonarum pluralitatem & diſtinctionem ſignificant; aliæ verò [*Dixit Deus*] & [*ad imaginem & ſimilitudinem.*] Diuinæ naturæ arguunt vnitatem. Idemque myſterium apertiùs in regeneratione veteris Adæ, quæ per baptiſmum facta eſt, declaratum eſt.

a Gen. 1. & 2.

b l. 2. aduerſ. Marcion.

Secunda cæterarumque nobiliſſima Adæ prærogatiua, & ſi ipſe non peccaſſet, toti eius poſteritati communicanda, eſt quod ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus eſt. Communis eſt SS. PP. & Scholaſticorum ſententia hominem factum eſſe ad imaginem Dei ſecundùm dona naturalia, intellectum ſcilicet, voluntatem, memoriam, & liberum arbitrium, hancque eſſe naturalem Dei imaginem quæ nullo peccato deleri poteſt. Similitudinem ſpectari in donis ſupernaturalibus, eamque per peccatum obnubilari & deleri. Tanta autem Deus Adamum iuſtitia & innocentia, & animi integritate præditum creauit, vt mens eius ſubiecta eſſet Deo, & ſenſus rationi, & corpus animo. Eiuſmodi integritatis & innocentiæ argumentum ſingulare fuit illud, quòd cùm Adam & Eua nudi ſimul verſarentur eſſentque formoſiſſimi, ſuæ tamen nuditatis pudore, nec vlla mutuæ libidinis titillatione *c* tangebantur. Quod ſpectat ad corpus Adæ, Deus genere quodam immortalitatis illud donauit; nempè vt ſi diuinis præceptis obediret, æuo longiſſimo in terris acto, ex vita terrena ad cœleſtem & ſempiternam, is neſcius mortis omniumque malorum expers traduceretur.

c Gen. 2. v. 25.

Tertia prærogatiua, Deus mentem Adami non ſolùm multiplici & exquiſitiſſima rerum naturalium ſcientia exornauit, ſed & dono prophetiæ illuſtrauit. Nam cùm vidiſſet Euam ex latere ſuo efformatam, diuino afflatus ſpiritu vaticinatus eſt, [*Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne d mea* :] quibus verbis magnum contineri ſacramentum affirmat *e* Apoſtolus. Quin & aliqui volunt fuiſſe tunc Adamo prædictum & præmonſtratum diuinæ incarnationis myſterium, non quidem vt ad remiſſionem peccati quod ipſe commiſſurus eſſet, ordinabatur, non enim tunc ſui lapſus erat præſcius, ſed ea tantùm ratione quâ ad glo-

d Gen. 2. v. 23.

e Ephes. 5. v.

rificationem humanæ naturæ referebatur.

Quarta prærogatiua, dedit Deus Adæ ſummum ius & imperium in omnes homines proceriores ac robuſtiores animantes his verbis: [*Vt præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli & beſtiis vniuerſæ terræ, omnique reptili quod mouetur in terra a.*] Hanc cunctarum animantum ſub hominis imperio ſubiectionem attendens D. Ambroſius *b* ait (videbatur Elephantis nihil habere natura procerius, atque robuſtius, nihil terribilius Leone, nihil ſæuius Tygride; verùm hæ ſeruiunt homini, & naturã ſuam humana inſtitutione deponunt: obliuiſcuntur quod natæ ſunt, induuntur quod iubentur. Quid multa, docentur vt paruuli, ſeruiunt vt famuli, adiuuantur vt infirmi, verberantur vt timidi, corriguntur vt ſubditi: in mores transeunt noſtros, quoniam motus proprios perdiderunt.] Ad eamdem prærogatiuam ſpectat quod iuſſit Deus coram Adamo cunctas ſiſti terræ animantes, eiſque nomina ſpeciatim ab ipſo imponi, quo ſcilicet intelligeretur, & quanta eum Deus rerum naturalium ſcientia & ſapientia compleuiſſet; ipſæque animantes ab ipſo nomina accipientes, agnoſcerent ſe pro rege ſuo ac domino habere hominem, eiuſque iuſſis obſequi debere.

a Gen. v. 26.

Quinta prærogatiua. Aſſignauit Deus Adæ ad habitandum ſeſeque oblectandum amœniſſimùm Paradiſi locum omnium rerum quæ ad vitam humanam commodè & iucundè degendam, beateque traducendam pertinent, copia inſtructiſſimum. Quanto autem tempore eo in loco deliciarum moratus ſit Adam, alij dicunt, quadraginta dies, quos Chriſtus compenſauit in deſerto ieiunans & tentatus vt homo à Diabolo: alij ſex dies, ideoque feria ſexta vt aiunt, venit Chriſtus: alij ſex horas, ideoque ſexta die, ſextaque hora eiuſdem diei crucifixus eſt Saluator. Communior tamen ſententia eſt eum breui tempore in Paradiſo commoratum, adeoque maximè probabile eſt Adamum eadem ſexta die, qua fuerat creatus, ac horâ ſextâ, ſeu more Gallorum meridiana peccaſſe, moxque è Paradiſo terreſtri expulſum fuiſſe. Adeoque Chriſtus eodem die, eademque hora paſſus eſt, vt ipſius lapſum repararet.

Eadem quoque feriâ ſextâ Adamum obiiſſe Irenæus *c* aſſerit, colligitque ex eo quod prædixerat ei Deus. [*In quacumque die ex eo comederis morte morieris d.*

c l. 5. c. 23.

d Gen. 2. v. 17.

Quod ſpectat ad locum ſepulturæ Adam ipſum in Iudæa fuiſſe tumulatum aiunt quotquot de ſepulchro eius ſcripſerunt. Et ſanè probabilius eſt eos loqui non de prima, ſed de altera eius ſepultura qua donatus eſt poſt diluuium, quoniam immutatâ per tot aquarum eluuiones, & inundationes facie terræ haud potuiſſet Noë, aut filij eius diſcernere locum ſepulturæ Adam, eumque poſteris indicare. Huius rei gratiâ Iacobus Edeſſenus inter Syros ſcriptores valdè nobilis, & magni olim Ephrem magiſter memoriæ prodidit Noë Adami oſſa religiosè in arcam ad ſe recepiſſe, & poſt diluuium ſiccatâ terrâ eadem cum orbe ipſo filiis ſuis diſtribuiſſe, & Sem primogenito ſuo caluariam donaſſe, ſimulque cum ea regionem illam, quæ poſtea Iudæa nuncupata eſt: quæ Syrorum traditio minimè contemnenda eſt, cum eam quoque confirmet Epiphanius *e*, aliique qui de Adami ſepulchro tractauere.

e in Anchor. ad finem.

Quonam autem præcisè Iudææ loco oſſa Adæ fuerint tumulata? Diſſentiunt Patres; alij namque in monte Caluariæ volunt humata, vbi poſtea crucifixus eſt Dominus, quem & indè Caluariæ dictum exiſtimant, quod in eo Caluaria primi hominis & aliorum eius oſſium pars condita fuerit: opinionis author videtur eſſe Origenes *f*, quem poſteà ſecuti ſunt plures ex Græcis & Latinis, & ex recentioribus non pauci. Et licèt hæc opinio nullo Scripturæ nitatur fundamento, antiqua tamen traditione ſubſiſtit, ac præclaris gaudet congruentiis, quas videre licet apud Patres, maximè verò apud Auguſtinum. Alij tenent oſſa Adæ in Hebron fuiſſe ſepulta, quod in libro Ioſuë dicatur. [*Adam maximus ibi inter Enacim ſitus eſt.*] Ita Hieronymus, aſſerens montem Caluariæ non à Caluaria Adami fuiſſe denominatum, ſed à Caluariis eorum qui vltimo ibi ſupplicio mulctati fuerant. D. Hieronymum ſecuti ſunt Iſidorus, Carthuſianus, Lyranus, Abulenſis in illum Ioſuë locum. At controuerſia hæc facilè dirimetur, ſi dicamus cum grauiſſimis illis prioris ſententiæ Doctoribus, Caluariam Adæ cum aliquot fortè eiuſdem oſſibus in monte Caluariæ fuiſſe conditam, nihilque obſtet quod poſterioribus etiam temporibus mons ille ob damnatorum Caluarias ita dictus fuerit. Adami, tamen reliqua, eaque potiora oſſa in Hebron fuiſſe repoſita, hac enim ſola diſtinctionis adhibitâ cautela conciliandi veniunt Scriptores Eccleſiaſtici, qui alicuius Sancti reliquias duobus diuerſis in locis, tribus aut etiam pluribus repoſitas eſſe affirmant: ita vt Caluaria ſit in vno, brachia, brachiumve in alio, crura in altero, & ſic de cæteris.

f Tract. 35. in Matth.

ARTICVLVS II.

De Patriarcha Seth & filiis Dei.

De hoc Sanctiſſimo viro præ cæteris filiis Adam ſcripſit Moyſes. [*Genuit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, vocauitque nomen eius Seth;*] vbi de ipſius Dei imagine, quæ tam in corpore quàm in anima Adæ fuerat, eſt ſermo. Imago Dei fuit in Adæ corpore, quia ita ipſum plaſmauit Deus, vt cum naturali filio ſuo poſterioribus ſæculis humanam carnem aſſumpturo expreſſam haberet ſimilitudinem; ita Eugubinus *g* dum ait [quem erat poſt multa tempora vſque ad carnem & oſſa aſſumpturus, creabat hominem largiens ei ſpeciem hanc tantam ipſe primus Archetypus ſpecioſiſſimus ipſe, ſpecioſiſſimæ prolis creator, quantam qualémve fuiſſe credas primi illius hominis venuſtatem, quantum in ore decus, quas gratias inſediſſe?]

g in Coſmop.

Alia ac præcipua imago fuit in anima, de qua dictum ad hanc poriſſimùm imaginem artendens Eua in natiuitate filij ſui Seth, hoc nomen ei indidit, (quod idem eſt ac poſitus) dicens; *poſuit mihi dominus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain a.* Datus quippè à Deo fuit, & poſitus, maximè & in officio Sacerdotis ſuccedat non maledicto fratricidæ Cain, cuius perſonam & oblationes reprobauerat Deus, ſed innocentiſſimo Abeli expreſſo filij Dei naturalis poſterioribus ſæculis à Synagoga occidendi typo. Ad eamdem Dei imaginem in Patriarcha Seth iudicandam ſpectat quod de ipſo refert *b* Ioſephus. [Hic inquit à patre educarus vbi eò ætatis venit, vt iam quod tectum eſt diſcernere valeret, virtutis ſtudiis ſe totum dedit, & cum ipſe vir optimus euaſiſſet, Nepotes ſui ſimiles poſt ſe reliquit: qui quoniam erant omnes bona indole prædìti, & patriam abſque vlla ſeditione incolebant in perpetua fœlicitate vitam exegerunt, & ſyderalem ſcientiam ac cœleſtium rerum cognitionem excogitarunt: ne autem inuenta ſua ex hominum notitia dilaberentur, & priùs perirent quàm prænoſcerentur, ſcientes Adamum vniuerſalem rerum interitum ſciuiſſe, vnum incendio, diluuio alterum, excitatis duabus columnis, vtrique ſua inuenta inſcripſerunt, vt ſi lateritiam diluuio deleri contingeret, lapidea ſuperſtes hominibus diſcendi copiam faceret, & quæ inſcripta continebat ſpectanda exhiberet; aiunt enim lapideam illam ab iſtis dedicatam quæ & noſtris temporibus extat in Syria,] hæc ille. Crediderim inter aliâ multa, quæ in duabus illis columnis pius Seth inſculpi curauit, fuiſſe Diuini Verbi incarnandi myſterium, aliaque redemptionis noſtræ arcana; & in iis Balaam è Syria oriundus, propheticum illud de ſtella oritura ex Iacob *c* legiſſe potuerat, aliique vicinarum regionum Sapientes & Magi multa ſine dubio arcana naturæ & diuina myſteria ex ſuperſtite columna didicerunt, atteſtatur maximè illam Dei Imaginem in Seth quòd ipſe ob mirabilem qua pollebat pietatem & ſapientiam dictus eſt Deus, ſicut & filius eius Enns, de quo Cyrillus Alexandrinus *d* [vocabulo Dei ab aliis qui tunc erant honoratus eſt: nominatus eſt enim Deus omnis iuſtitiæ & virtutis exiſtens ſtudioſus.] Communiſque eſt Patrum *e* ſententia eos qui in Geneſi *f* vocantur filij Dei fuiſſe poſteritatem Seth, ita Theodoretus *g*, Caſſianus *h*, Chryſoſtomus *i*, Auguſtinus *k*, & *l* alij.

Verum quidem eſt nomine filiorum Dei nonnumquam honeſtari in Scripturis adminiſtratorios illos ſpiritus, qui à Deo in miniſterium miſſi ac delegati, Dei ſuſtinent perſonam, ſuntque Deus repræſentatiuè, etſi perſonaliter ſint ſpiritus creati; ſic ille qui apparuit Moyſi in rubo ardenti, & teſte Stephano *m* fuit Angelus, vocatur Deus in Exodo *n*, ſicut & ille qui tradidit legem eidem Moyſi in monte Sinai dicitur etiam Deus ſeu Dominus *o*, qui tamen teſte Paulo *q* perſonaliter fuit Angelus; quod iiſdem Angelis nomen filiorum Dei attribuatur, oſtendit Deus ipſe his verbis. [*Cum me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes filij p Dei*] Chaldæus enim legit omnes turmæ Angelorum: idipſum comprobat Nabuchodonoſor, Ethnicus licèt, cùm apud Danielem verba faciens de eo qui apparuit in fornace cum tribus pueris, ait [*Nonne tres viros miſimus in medium ignis compeditos, & ecce ego video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio, & ſpecies quarti ſimilis filio p Dei.*] Nam velut exponendo rex ſubdit [*Benedictus Deus eorum qui miſit Angelum ſuum, & eruit ſeruos ſuos.*] Certè peculiari quadam ratione Angelis priuſquam hominibus nomen filiorum Dei conuenit: ſiquidem priùs illi adoptionem filiorum receperunt, & in iuſtis promptè & fideliter exequendis optimis filiis ſimillimi ſunt; ideoque nos illis à Deo patre noſtro tanquam pueri fratribus adultis cuſtodiendi tradimur.

Cæterùm. Per quamdam hominum ad ipſos Angelos, aut, ſi ita loqui fas eſt, ad ipſum Deum analogiam nomen Dei ac filiorum Dei hominibus indultum patet ex illo [*Ego dixi Dij eſtis q*] quem Chriſtus ipſe explicans ait. Si illos dixit Deos ad quos ſermo Dei factus *r* eſt, nempè Prophetas qui à ſæculo ſunt *s*, de his enim eorumque diſcipulis Chriſtus loquitur, de quibus eſt illud eiuſdem Pſalmiſtæ, *Deus ſtetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat*, hi enim repræſentatiuè Dij ſunt, vocati ſunt etiam filij Dei, viri illi religioſi quos ante diluuium Seth, Enos, Caïnam, & poſt diluuium Noë, Heber, & Abraham inſtituerunt, vel lapſos ſuſcitauerunt, vt alienam à ſæculi vanitatibus ſanctimoniam profiterentur, & totos ſe Dei miniſterio manciparent.

Præ cæteris verò omnes ac ſinguli Chriſti progenitores, videntur, Adam, Seth. Enos, aliique deinceps qui filij Dei à D. Luca nuncupantur. Et hæc eſt ratio quare ipſe alio quàm Matthæus eiuſdem Chriſti Genealogiam ordine, modoque recenſeat; Matthæus ſolam carnalis generationis ſeriem attendens, propter Hebræos quorum intuitu ſuum ſcripſit Euangelium, ab Abraham, qui fuit Hebræorum pater deſcendit, & gignendi verbo vtitur dicens, Abraham genuit Iſaac: Iſaac autem &c. Lucas verò ſpiritualem potiùs ac myſticam filiorum Dei propagationem quam Chriſtus naturalis Dei filius terminat, ac perficit, contemplatus, mox vt de ipſo protulit pater [*tu es filius meus dilectus t*] ſtatim ab ipſo Chriſto per filios Dei, ac perſonas diuinis obſequiis variè mancipatas ad Deum aſcendit, ſub hac loquendi forma, vt putabatur filius Ioſeph, qui fuit Heli, qui fuit Mathath, ac denique qui fuit Adam, qui fuit *u* Dei, nempè filius, ita vt tota hæc apud Lucam Genealogia, ſalua literali veritate, myſticè debeat intelligi, vt patres quamuis re vera naturales, non tamen vt naturales conſiderentur, ſed maximè in quantùm filios ſuos aliquo modo ſpiritualiter Deo genuerunt, eoſque diuino ſuis quique modis manciparunt obſequio, quorum nonnulli fuerunt ſummi Eccleſiæ Sacerdotes, vt Adam, Seth, Enos, Caïnam,

a Gen. 4. v. 25.
b l. antiq.
c Num. 24. v. 17.
d l. 9. contra Iulia.
e Suidas, & Theod. in pſ. 32. & 81.
f c. 9. v. 4.
g qu. 47.
h collat. 8. v. 21.
i hom. 22. in Gen.
k l. 15. de ciuit Dei. c. 23.
l Rupert.
m Act. 7. v. 30.
n c. 3. v. 6.
o Exod. 19. & 20.
q Galat. 3. v. 19.
p Iob. 38. v. 7.
p Dan. 3. v. 91. 92.
q P ſ. 81. v. 6
r Ioan. 10. v. 35.
s Luc. 1. v. 70 Act. 3. v. 21
t Luc. 3. v. 22.
u Luc. 3. v. 23.

Malaleel, Iated, Mathuſala, Sem, Abraham, Iſaac, Iacob; alij fuerunt Doctores ac Dei præcones, & inferioris ordinis paſtores qui tunc γρηγοροῦντες, ſeu vigiles dicebantur, tales Enos, Cainan, Lamech, Henoch, Heber, eiuſdem quoque profeſſionis extitiſſe probabile eſt, Reu, Sarug, Thare, etſi Sarug & Thare à vero Dei cultu defecerint. Alij Laicis ſunt addicti miniſteriis, & Aminadab, Naaſſon, quorum primus in ſui miniſterij nec non eximiæ pietatis argumentum, cum diuiſo mari rubro cæteræ tribus tranſire cunctarentur, is ſumma fide roboratus, poſt Moyſen & Aaron profundo vortici prior ſe dedit, & dux fuit tribui Iuda, de qua propterea canit Pſalmiſta, *facta eſt Iudæa ſanctificatio eius a.* Alter in ſolemnitate dedicationis altaris primus omnium oblationem ſuam Deo *b* fecit. Tales quoque forſitan Nathan, Simmaa, & Sobal, de quibus dicitur, *filij autem Dauid Sacerdotes erant c*, non quidem propriè, ſed in laicos Tabernaculi miniſtros omnium digniſſimi; quique fortè regi in Tabernaculo oranti erant à latere, velut apud nos hodie magni quos vocamus Eleemoſynarij; ſic enim interpretari quis ritè poterit quod expoſitionis gratia de iiſdem dicitur. *Porrò filij Dauid primi ad manum regis.* Ecce quomodo illi qui in Genealogia Chriſti recenſentur ab Adam vſque ad Dauidem regem inter filios Dei cēſeantur, etſi nullus omninò Sacerdos ordinis Leuitici in tota linea eſſe conuincatur, quia Chriſtus non de lumbis Leui, nec ſecundùm eius ordinem ſed de lumbis regis Dauid ex tribu Iuda, & de lumbis Melchiſedech, (ſi verum eſt iuxta Hebræos fuiſſe Sem) oriundus futurus erat rex & Sacerdos tam ſecundum ordinem & inſtitutum Melchiſedech, quam ſecundum eiuſdem ſeriem Genealogiæ.

a Pſ. 113. v. 2.
b Num. 7. v. 12.
c 2. Reg. 8. v. vlt.

ARTICVLVS III.

De translatione Patriarchæ Henoch, & vtrum adhuc viuat.

HEnoch ab Adam ſeptimus expletis in hoc noſtræ mortalitatis exſilio annis trecentis & ſexaginta quinque, ſingulari quadam prærogatiua. [*Non apparuit quia tulit eum Deus d*] ait Moyſes. Quomodo autem, aut quem in locū tulerit eum Deus, Inter ſacros Expoſitores haud æquè conuenit. Nōnulli Iudæorum maximè verò Aben-Ezra, verbum illud [*tulit eum Deum*] interpretantur per mortis beneficium, adeò vt mortuos ſit, & quidem ante tempus ad quod cæterorum tunc Patriarcharum vita perueniebat, ne malitia immutaret cor eius. Is enim, inquiunt Scripturarum mos eſt vt eum tolli dicant, qui de vita, ſeu de medio tollitur, iuxta illud Eliæ Prophetæ ſub Iunipero ad Deum exclamantis, [*tolle animam meam e*] Philo *f* tamen Iudæus ſeptuaginta ſequutus Interpretes, qui verbum illud vertunt μετέθηκεν id eſt tranſtulit eum Deus, aſſerit Deum tranſtuliſſe Henoch non per mortem, ſed per mortem, ſed per ſeparationem à conſortio & frequentia improborum ad virtutis ſeceſſum vulgò ignotum. Procopius *g* Sophiſta videtur innuere tranſlationem Henoch fuiſſe immutationem quandam ex mortali corpore ad immortale.

d Gen. 5. v. 22.
e 3. Reg.
f l. de vita Sapienſ.
g in Gen. v. 22.

Potior tamen eſt ſententia D. Aug. *h* qui negat, Henoch in illam ſpiritualem corporis qualitatem, quæ in reſurrectione promittitur, immutatum fuiſſe, putatque ipſum iterum ad hanc vitam rediturum ac moriturum, vt corpus animale mutetur in ſpiritale; interim verò aut ſine cibo à Deo ſuſtentari, ſicut Moyſes per tres ſubinde quadragenas integras, Elias per vnam ſine vllo cibo vixerunt, aut ſi cibo opus habet in Paradiſo terreſtri fortè paſci de ligno vitæ, & ab eo contra vetuſtatē ac ſenectam cōtinuam ſtabilitatem accipere, Huic ſententiæ congruit, Irenæus *i* aſſerens, Henoc vnà cum Elia viuere in terreſtri Paradiſo in quo primus homo à Deo poſitus fuit. Monent verò Chryſoſt. & Theod. non eſſe curioſiùs inueſtigandum quò tranſlatus ſit, & num vſque ad præſens viuat, & quomodo nunc agat, id ſufficere vt credamus, & quòd Deus illum tranſtulerit, & quòd viuentem tranſtulerit, & quòd mortem non ſit expertus, ſicut teſtatur Apoſtolus dicens [*Henoch tranſlatus eſt ne videret mortem, & non inueniebatur, quia tranſtulit eum Dominus k.*] Sanè cōueniens fuit vt Chriſtus qui viuorum atque mortuorum redemptor aduenerat, cùm cæteros progenitores ſuos jam vita functos habuiſſet, vnum ſaltem ab initio ferè mundi, ad eius conſummationem, haberet ſuperſtitem, ac mortis expertem.

h l. 9. in Gen. l. de peccator meritis.
i l. 5. aduerſ. Hær. Valentini.
k Hebr. 11. v. 5.

ARTICVLVS IV.

De Patriarcha Noë, humani generis reparatore.

NOë Ianus ab Ethnicis dictus eſt, bicepſq; ab eis depictus, quòd anteriora & poſteriora diluuij vidiſſet ſecula. Hic in generis humani reparatorē à Deo electos, expreſſum Chriſti typum geſſit. Ea mundi tempeſtate natus eſt quando omnis caro corruperat viā ſuam ipſique filij Dei, puta filij Seth, ac religioſi, exundante iniquitate in ima vitiorum ſentina computruerant. Ea mundi corrupti tempeſtatem naſcitur Noë cui hoc myſticum quietis nomen indidit pater eius Lamech vaticinando dicens [*Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum in terra cui maledixit Dominus l:*] quemadmodū enim præſcientia ſua præuidebat futura, ait Chryſ. vt vidit malitiam hominum in dies magis ac magis increſcere, prædicit per appellationem pueri mala, quæ totum genus humanum inuaſura erant, vt vel timore caſtigati abducerentur à vitiis, & amplexarentur vitutem *m.* De illo Paraclito dixit Moyſes. [*Noe vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis cū Deo ambulauit.*] Sicut & Henoch ante ipſum cum Deo ambulauerat diuinis mācipatus obſequiis; vnde non malè qui eum ſpatio quingentorum annorum virginē prædicant; nec priùs genuit, ait Genebrard. quia inſtituerat

l Gen. 5. v. 29.
m hom. 21. in Gen.

viuere in perpetno cœlibatu, ſtudio contemplarionis, ac ſtudio ſæculi ſui corrupri, metúque prolis procreandæ quæ diluuio ſibi iam reuelato periret. Quare non niſi Diuino motus uraculo dicitur ad procreationem proceſſiſſe, quò humanum genus ſeruaret, fuiſſe enim continentiſſimum inde appatet, quia cùm de præcedentibus Patriatchis ipſo etiam Henoch ſanctiſſimo dicatur *a*, genuitque filius & filias, de ſolo Noë vſurpatur hæc formula noua [*Cum quingentorum eſſet annorum genuit Sem, Cham & Iaphet,*] hæc Genebrardus *b*. Sícque Deus puritatis amantiſſimus illis temporibus quibus fœda libido tantùm inualuerat iuſtitiæ præconem elegit caſtiſſimum, per quem & genus humanum & Eccleſiæ ſtatum reparatet.

a Geneſ. 5.

b In Chron.

Cæterùm licèt Noë ab Ethnicis Ianus ſit dictus non propterea credas illum fuiſſe Ianum illum qui primus regnauit in Italia, vt quidam volunt. Hic enim nonniſi anno ſecundo Debboræ & Barac Iudicum regnare cœpit, & fabulæ ſimillimum eſt quod aliqui dicunt, Noë in Italiam veniſſe, naturaliúmque ac diuinarum rerum libros à ſe conſcriptos Italis reliquiſſe. Qui enim fieri potuit vt Noë tempore diuiſionis linguarum, ſenio confectus in tam longinquas mundi partes, nec multò etiam poſt inhabitatas tranſmearit.

ARTICVLVS. V.

De Patriarcha Sem, an fuerit primogenitus inter filios Noë, idémque cum Melchiſedech rege Salem.

QVod ſpectat ad priorem quæſtionem. Conſentiunt omnes Doctores è tribus Noë filiis Sem, Cham & Iaphet, Cham non eſſe primogenitium, & patet ex illo Geneſeos *c* [*Euigilans Noë à vino, cum didiciſſet, quæ fecerat ei filius ſuus minor*] Cham ſcilicet qui patris nuditatem inſpexit derisítque. De aliis duobus difficultas eſt. Abulenſis contendit Sem non fuiſſe primogenitum, ſed potiùs Iaphet, probátque in hunc modum: Noë genuit primogenitum ſuum anno quingenteſimo vitæ ſuæ, ait enim textus Sacer *d*, [*Noe cum primogenitorum eſſe annorum, genuit Sem, Cham & Iaphet*] diluuium autem contigit anno ſexcenteſimo *e* eiuſdem Noë vnde conſtat quòd primogenitus Noë complebat centum annos in fine diluuij, quos tamen non compleuit Sem niſi biennio *f* poſt diluuium; ſupereſt ergo quod Iaphet fuerit primogenitus ille, qui anno quingenteſimo vitæ Noë fuit genitus, non autem Sem. Verùm ex ſacri textus *g* prædicto loco non videtur conuinci quòd Noë anno præcisè quingenteſimo vitæ ſuæ genuerit aliquem ex illis tribus, & non antea.

c c. 9. v. 24.

d Gen. 5. vlt.

e Gen. 7. v. 6.

f c. 1. v. 16.

g Gen. 5. v. vlt.

Patet quidem Sem fuiſſe procreatum anno quingenteſimo & ſecundo vitæ Noë, quia biennio *h* poſt diluuium quo Noë attigerat, annum ſexcenteſimum ſecundum, Sem compleuerat annum centeſimum, vt dictum eſt. De aliis duobus nempè Cham & Iaphet quoto quiſque anno natus ſit Scriptura nihil exprimit, communior tamen Doctorum ſenſus eſt, Sem fuiſſe primogenitum; & quidem ſi de ſolo Iaphet eſt quæſtio (prout de eo ſolo, non de Cham eſt difficultas) id patet ex Scriptura, quæ vocat Sem fratrem Iaphet maiorem *i*, & confirmatur, ex eo quod Noë in benedicendis filiis *k* prætulit ipſi Iaphet Sem vt natu maiorem, ſic enim Iacob, eúmque imitatus Moyſes *l*, in benedicendis filiis à Ruben primogenito inchoauit *m*, etſi primogeniti iura peccato ſuo amiſiſſet. Idipſum ſuadet illa Ioſeph cum patre ſuo Iacob de benedicendo Manaſſe primogenito ante Ephraïm pia contentio [*Non ita conuenit pater*, aiebat Ioſeph, *quia hic primogenitus, pone dexteram ſuper caput eius n*.

h v. 10.

i c. 10. v. 21

k c. 9. v. 26.

l Deut. 33. v. 6.

m Gen. 49. v. 3.

n Gen. 48. v. 18.

Porrò ad illum Scripturæ locum quo nititur Abulenſis reſponderi poteſt, quod Scriptura Sacra in aſſignanda Chronologia, nonnumquam vſurpat numerum rotundum vt vocant pro præciſo, adeóque cùm dicitur quòd Noë cum eſſet annorum quingentorum genuit Sem, Cham, & Iaphet, ſenſus non eſt quod eo præcisè anno quingenteſimo genuerit Sem: conſtat enim aliunde quod eum genuit anno quingenteſimo ſecundo, vt optimè obſeruat Abulenſis, ſed ſenſus eſt Noë cùm iam compleuiſſet annum quingenteſimum, & non antea genuiſſe Sem, duóſque ſubinde alios Cham, & Iaphet. Si cui autem hæc explicatio non arrideat, ſentiat liberè cum Abulenſi, quod Noë quingenteſimo præcisè ſuæ ætatis anno genuerit Iaphet, Sem verò anno quingenteſimo ſecundo;

Quod ſpectat ad ſecundam quæſtionem, videlicet, an Sem primogenitus inter filios Noë, ſit idem cum eo qui dicitur Melchiſedech rex Salem & Sacerdos Dei *o* altiſſimi, qui benedixit Abrahæ ex ſtrage quinque regum reuertenti, & de quo fusè Apoſtolus, aitque inter alia quòd ſit (ſub eo videlicet nomine Melchiſedech,) *ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens p.*] Quæſtio hæc valdè problematica eſt, pars quippè negatiua valdè probabilis eſt; Melchiſedech enim ex ſtirpe Cham, ac gente Chananæorum fuiſſe tenent antiquiorum patrum non pauci, vt patet ex D. Hieronymo *q*, [verti me inquit ad Hippolytum, Irenæum, Euſebium, Cæſarienſem, & Emiſſenum, Apollinarium noſtrum, & Euſtachium, & deprehendi horum omnium opiniones diuerſis argumentationibus ac diuerticulis ad vnum compitum perueniſſe, vt dicerent Melchiſedech hominem fuiſſe Chananæum, regem vrbis Hieroſolymæ.]

o Gen. 4. v. 18. 19.

p Hebr. 7. v. 3.

q Epiſt. 126. ad Euag.

Idem ſentit Dionyſius Ariopagita *r*: qui eum ex gentibus connexum ait, ſicut & ſeipſum; accedit quod Ioſephus qui totus eſt in laude ſuæ gentis, nunquam tamen Melchiſedech eſſe dixit aut Sem, aut aliquem ex ſtirpe Sem, ſed Chananæorum Dynaſtam vocat, qui patriâ linguâ rex iuſtus appellatus ſit; & Philo Iudæus pluries de hoc rege cum laude loquutus, nunquam ad ſuam gentem pertinere inſinuauit.

r Tradit. in Geneſ. & Ep. 146.

Pars etiam affirmatiua admodum probabi-

lia, vt pote, teſte Hieronymo, Hebræurum ſententia, qnam probabilem exiſtimant Abulenſis, Eugubinus, Caietanus, & alij eamque complectitut Genebrardus, ſæpéque inculcat Lyranus. Nec eis obſtat illa Procopij obiectio; videlicet quod Sem non ſolum Atabiæ, ſed neque Thare patris Abrahæ tempora aſſequi potuit; Sem enim iuxta calculum productionis Chronologiæ, quæ iuniorem Cainan admirrit, & Abraham anno centeſimo & trigeſimo viιæ Thare narum vult, vixit vſque ad centeſimum vigeſimum octauum annum Abrahæ, & iuxta alios qui prædictum Cainan excludunt, & Abraham anno ſepruageſimo Thare narum aiunt, ſuperſtes fuit Abrahæ annis quadraginta quinque, adeóque valdè probabile eſt Sem fuiſſe eumdem cum Melchiſedech, noſtétqoe in eam ſenrentiam propenſior foret animus, inopinata quippe, ſimilíſque miraculo res eſt illo tempore, cum Eccleſia vnius familiæ hæreditas eſſet, extitiſſe in proptia Chananæorum gente, eum virum qui non modò rectum Dei cultum teneret, ſed Abrahæ quoque fidelium patri, recénſque in eas terræ oras adducto cœleſta bona precatus & imperrirus ſit, & cui pater fidelium Abraham obſeruationis, ne dicam religionis *a* ergo, partâ de quinque regibus victoriâ, ex omnibus ſpoliis decimas dederit.

a D. Thom. vbi diſp. an Chriſtus fuerit decimatus in lũbis Abrahæ.

ARTICVLVS. VI.

An Iunior Cainan ſit admittendus.

QVoniam Muyſes *b*, ac Hebræi codices, & ex ipſis tranſlata editio vulgata, omittunt Cainan, eum tamen recenſent. LXX. Interpretas *c*, & D. Lucas *d*, grauiſſima eſt inter Doctores antiquos ac recentiores diſputatio, an in Hebræis Codicibus, & eunlgara, vbi omittirút iunior Cainan, vna generatio deſideratur? an in ſepruaginta Interpretibus, & D. Luca redundet. Exercuit olim, hodièque torquet ſactus Chronologos hæc controuerſia, alij enim Caïnam hunc etiam cum ſtomacho prorſus expellunt; alij verò eum admittunr, validiſſimáque pro vtráqne parte ſuppetunt argumenta, quibus rectè perpenſis problematica foiſan hæc quæſtio videbitur. Verùm quia animus noſter in ædificationem potiùs, quam in deſtructiunem eſt prupenſior, iuniorem illum Caïnam à Chriſti linea haud excludemus, ſed eum bona aliorum venia eius patrocinium placidè ſuſcipiemus.

b Gen. 10 v. 24. c. 11. v. 12.
c Ibid. & 1. Paral. 1.
d c. 3. v 36.

Equidem cùm huius controuerſiæ definitio ex ſola aurhoritate pendeat, certum eſt affirmantem partem in huiuſmodi probationibus, ſubricenti, nihilque aienti præponderare; nulla enim iuſta cauſa vlli eſſe poteſt cur mendacium dicarur, at iuſta eſſe poteſt cur veritas ſobticeatur; vndè com LXX. Interpretes tum in Geneſi, tum io libro primo Paral. inſerant Caïnan hoc modo [*Arphaxad triginta quinque annorum genuit Cainan, Cainan triginta annorum genuit Sale*] Cainan hic in Chriſt linea locum ſibi vendicare poteſt, maximè verò quia D Lucas eum illi aſſignat, & quia L X X. ipſos Interpretes ſequuntur omnes patres Græci, pluréſqne Latinorum, & Aurbores recentiores non pauci quos citat Salianus. Inter hos ſunt Caieranus, Lipomanus, Canus, Toletus, Bellarminus, Salmeron & alij.

Equidem ſic hæc ratio placidè perpendatur, parum vrget illa ſententiæ oppoſita inſtanria, ſcilicet Muyſem nullam mentionem feciſſe iunioris Cainan, argumentum námque ab eo Authoris ſilentio nullum eſt. Plurimæ ſiquidem eſſe puſſunr Hagiographis cauſæ aliquid ſubiicendi, falſi affirmandi nulla idonea, adeóque nullo periculo, ſed ignoto nobis myſterio potuit Moyſes Patriarcharum vnum prærerite, L X X. Verò ſeniores niſi ſuſceptâ grauis criminis macula ſacris literis virum commentitium intrudere nequierunt: potuit & Muyſi aliqua ſubeſſe ratio omittenti Caïnan, forte quia noluit à Noë vſque ad Abraham pluſquam decem generationes recenſere, ſicut totidem recenſuerat ab Adamo vſque ad Noë. quomudo, ſi verum ſit quod aliqui volunt, Matthæus tres Teſſaradecades animo complexus, in earum ſecunda rres generationes præteriit. Videmus & Ioannem in Apocalypſi ex tribubus Iſraël duodenatio numero contentis Tribum Dan prætermiſiſſe, domu Ioſeph in duas tribus Ephraïm ſcilicet & Manaſſe, partitâ: quia veró L X X. ad illum denarium numerùm aliámue Moyſis rationem, quæcumque tandem illa fuerit, minimé attendebant, exactum numerum ſingularum generationum ſtatuunt, neque enim agunt dumtaxat Interpretes, ſed etiam paraphraſtes, & Prophetas, vt aſſerit D. Auguſtinus *e* adeoque Spiritu ſancto dictante generationem Caïnan recenſent, quàm poſteà ſanctus Lucas *f* eodem ſpiritu confirmat.

e 15. de ciuit. c. 23.
f c. 3. v. 6.

Nec magis vrget alia eorumdem, inſtantia, videlicet Cainam in mendoſos L X X. Interpretum Codices prius quidem in Geneſim, poſteà in primum librum Paralippomenon, nec non in Euangelium D. Lucæ irrepſiſſe. Qui enim fieri potuit, vt idem mendum pluribus ac valdè diſſitis Scripturæ locis incautè ſubrepſerit? Adde quod ſi Authores illi licitum ſibi putent affirmandi Caïnan tribus diuerſis Scripturæ locis additum fuiſſe, potiori iure licitum erit aliis aſſeuerandi eumdem ex vnico Hebræi exemplaris loco excidiſſe, maximè quia faciliùs eſt aliquid ex aliquo libro excidere, quàm aliud quid diuerſum in eumdem irrepere; facilè námque contingit vt incurij, aut properantis ſcribæ calamus integram periodum, vllo abſque peccato, prætermittat, nunquam verò vt aliam commentitiam ſacro textui, graui ſine crimine, ſupperaddat. Neque audiendi ſunt hoc loco, qui dicunt Cainan errore quodam in LXX. Seniorum editionem intruſum, inde à D. Luca non comprobante, ſed exſcribente in ſuum tranſlatum Euangelium; quis enim credet Euangeliſtam quauis ex cauſa falſum ſuo in libro poſuiſſe? ſanè quod aliunde eumque in ſuam referebat hiſtoriã, in ſuam quoque ſciebat tranſcribi fidẽ, alioqui difficilem

Lectoribus inquiſitionem præſcriberet, quid conſtans, certumve & quid ex authore ſutili, in Euangelio ſuo deſcriptum lageretur.

Denique nec magni momenti eſt obiectio illa quæ dicit, D. Hieronymum in Latina veteris Teſtamenti editione vulgata omiſiſſe Cainan: ſiquidem D. Hieronymus ibi fidi Interpretis functus eſt officio, cum ex Hebræis Codicibus traduceret, debuit omittere quod in Hebræis fontibus minimè reperetat. Eadémque de cauſa, cum in vulgaris his Latinis editionibus quibus Eccleſiæ Occidentales vſque ad ætatem eiuſdem S. Hieronymi vtebantur iunior Caïnan locum habuiſſe compertus ſuit, indè merito fuit expunctus, quia ſcilicet ex Hebræis fontibus è quibus exſulat Caïnan, exhauſta illa verſio, eis minimè conſentiebat.

Itáque cum in editione LXX. Seniorum, & in omnibus omnino Lucæ Codicibus iunior Caïnan inter Chriſti primogenitores recenſeatur, eúmque in tribus diuerſis vtriuſque Teſtamenti locis poſitum tamdiù ſuſtinuerit Eccleſia, ſuſtineatur quæſo etiam in ſcriptis noſtris, aliorúmque qui eum admittunt, nec vllus ei moleſtus ſit, eo maximè, quia ad primum eiuſdem Eccleſiæ nutum, locis ſuis cedere paratiſſimus ſit, nec ſuo ſenſui obſtinatos, ſed ingenuos habet patronos, argumenta partis oppoſitæ haud aſpernantes, ſed aliqua potiùs veneratione eadem proſequentes. Cæterùm ſi quis adhuc obſiſteret, nec prædictarum vlla ratione motus, Cainan in Chriſti linea ſuſtinere vellet, ipſa nos contra eum poſſeſſione longáque ſæcurorum præſcriptione, aduersùs quam dubiis coniecturis nihil iura permittunt, nitemur, nec immeritò. De hac enim circa Cainan controuerſia tempus ipſum & Eccleſiam quoquodammodo vniuerſam pronunciaſſe putandum eſt, cum is iam in omnibus LXX. Interpretum, D. Lucæ exemplaribus exiſtat, Taceo quod alicuius temeritatis notaretur qui hodie ſuppoſititium haberi vellet, expungendámque contenderet apud Lucam a mentionem, quæ in Codicibus plane omnibus extat, Angeli confortantis Chriſtum in Agoniæ poſitum: fruſtráque is teſtes produceret Hilarium, & Hieronymum, qui verſiculum illum à pleríque Græcis & Latinis ſui temporis Codicibus abfuiſſe profitentur, ac In quibuſdam tantum comparuiſſe: vim enim rei iudicatæ obtinere debent conſenſua hodiernus librorum in idem coſpirantium, in quo manifeſtum ſatis indicium ſit partis affirmantis, & iudicij Eccleſiæ pro veritate ſententiæ iſtius pronunciantis.

a c.21. v.23.

ARTICVLVS. VII.

De Patriarcha Heber Hebræorum, patrè propriòque herede Hebrææ linguæ, quæ apud alios in varias ſubinde migrauit Dialectos.

HEber Hebræorum pater, vt ex ipſa notione nominis docet Auguſtinns, dum ait [verum eſt quod ex Heber Heberæi, ac deinde vnâ detractâ literâ Hebræi appellati ſunt b] Eum virum admodum illuſtrem fuiſſe Inde colligit Doctor Africanus, quod extra ordinem à Moyſe celebretur, dum ait [*De Sem quoque nati ſunt patre omnium filiorum, Heber fratre Iaphet maiore: filij Sem, Aelam & Aſſur*] Id eſt Sem quoque qui fuit pater, ſiue proauus omnium qui ab Heber orti ſunt, & Iapheti frater natu maior, hic inquam Sem procreauit Aelam, & Aſſur, quo elogio Sem ab Heber abnepote ſuo vtcumque illuſtrior eſt. Nec immerito, cum enim linguam Hebręam Adamo congenitam, totíque eius poſteritati communem vſque ad temerariam extructionem turris Babel in pœnam facinoris diuiſiſſet Deus, in ſeptuaginta duo idiomata c, eadem lingua Hebræa & auita Noë, ſicut & pietas, in familia Heber integra perſeuerauit. Vnde & Ioſephus, communíſque Doctorum ſententia non tantùm Hebræos, ſed & Hebræorum linguam à Patriarcha Heber dictam volunt. Et ſanè eius temporibus primigenia Hebrææ linguæ Dialectus pura erat, nec vlla ex parte adhuc inquinata, quam ipſe, eiuſque poſteri ſtudiosè conſeruarunt, propagarúntque. Non enim ſolum; Hebræi vulgò dicti, Hebræo idiomate olim loquebantur, ſed & Aſſyrij, Chaldæj, Babylonij, Aramæj (qui ſcilicet in Meſopotamia ſedes habebant) Haranæj, Palæſtini, & Phænices, nec non illorum contermini, maximè verò Perſæ & Arabes.

b 16. de ciuit.Dei,c.3.

c Epiph.lib. .1adu.hære ſ.

Aſſyriorum, Babyloniorum, Aramæorum (id eſt in Meſopotamia commorantium) Perſarum, Phænicum, aliorum qui poſt Linguarum diuiſionem regiones incolebant Hebræum primò fuiſſe ſermonem, manifeſtum eſt; tunc enim tota terra (vt ſcriptura loquitur) erat labij vnius & ſermonum eorumdem d, hoc eſt primorum tantum parentum linguam, noſcebant omnes, quám peritiſſimi, quique Hebræam fuiſſe ritè affirmant, quæ licet pura putà in Heber ac Abrahæ poſteris remanſerit, apud cæteras tamen gentes in alios atque alios idiotiſmos degenerauit, citiùs quidem aut tardius, plus, vel minus, prout earum quælibet plus vel minùs fuit vexata commerciis, & ab imperij ſede diſſita, adeóque apud Phœnicios & Chananæos ab Aſſyriorum regia magis diſtantes, dialectus diutius manſit incorrupta, quam apud ipſos Aſſyrios, aut conterminos Babylonios, Chaldæos, Aramæos.

d Geneſ. 11. v.1.

Apud Phænicios tameu, cum Tytij & Sidonij maris obtinuerunt imperium; eóque diuerſi labij homines appulerunt magna ſubinde ad dialectum eorum vernaculam ab exteris idiomatis facta eſt acceſſio, adeóque Hebræa apud eos lingua frequenti exterarum gentium & diuerſilinguium commercio non ſolùm à ſuo deſciuit idiotiſimo, ſed nouis inſuper eſt aucta vocabulis, quæ Hebræam originem non agnoſcunt, Idque haud diu poſt obitum Abrahæ factitatum conſtat, ex illa nominis impoſitione, quam Laban, & Iacob indiderunt tumulo, ſeu aceruo lapidum ſuper quem comederant [*quem vocauit Labac tumulum teſtis, & Iacob acervum teſti-*

Gen. 31. v. 47.

monij.] vterque ſecundum proprietatem linguæ ſuæ, quod Iacob Hebræus idiotiſmo ſuo Hebræo aceruum teſtimonij vocat, id Laban Aramæus Aramæo, eadem tamen ſignificatione tumulum teſtis nuncupat. Aſſyria porro Chaldæa, & Babylonia dialectus adeò nouas ſucceſſu temporis induit proprietates, vt Hebræorum pueri Chaldæam linguam edocendi fuerint in Babylone *a*. Aſſyriam vulgus Iudæorum haud intellexiſſe liquet ex hiſtoria Rapſacis Aſſyrij ſub Ezechia *b*.

a Dan. v. 4.
b 4. Reg. 18. v. 26. Iſai 36.

Diu autem antequam Hebræus ſermo ita eſſet interpolatus, Abraham purum à vocabilis nouis & adſcititiis Idioma retinens, è Chaldæa primùm in Meſopotamiam, inde in Chananæam Dei iuſſu ſedes mutauit, vbi adeò inremeratum à familia ſua ſeruari, & ad poſteros veluti gentile quiddam ſacrum tranſmitti curauit, vt nec in Chananæa, nec in Ægypto variis. Proſelytorum linguis, aut temporis diuturnitati ceſſerit, quin ſibi ſemper conſtans poſt 400. annos in Chananæam iterùm remearet; & quia ducentis plus minus annis antequam Laban & Iacob nomen indidiſſent erecto tumulo fluuium Euphratem tranſierat Abraham, eo temporis ſpatio, miram apud Aramæos linguæ demutationem fieri potuiſſe nemo non concedet.

Chananæos, Palæſtinos ac præſertim Phœnices Hebræo idiomate vſos fuiſſe, ex eo conſtat, quod Ioſuë ſacro bello terras eorum occupante, cum plurimæ coloniæ in Africam tranſmigraſſent, ac maritimas regiones occupaſſent, cum ipſis & ſermo traductus eſt, quem ideo Hebræorum primitùs fuiſſe aſſeri poteſt, quod ſæculis adhuc recentioribus, colloquia licet aduenarum diù paſſus haud parum tamen ab Hebræo illis in coloniis diſcrepaſet. Ex maritimis Syriæ oris Pœnos Africæ oriundos ſciunt omnes: de eorum lingua D. Auguſtinus natione Afer de ſuo æuo ſic loquitur. Quid eſt (Mammona) verbum enim eſt quod Latinum non eſt, Hebræorum verbum cognatum linguæ Punicæ. Iſtæ linguæ ſibi ſignificationis quadam vicinitate ſociantur. Quod Punici dicunt Mammon Latini lucrum vocant *c*] & alibi [nam ipſe Chriſtus à chriſmate appellatus, id eſt ab vnctione, hunc Hebræi Meſſiam vocant quod verbum Punicæ linguæ conſonum eſt, ſicut alia Hebræa permulta, & penè omnia *d*.] Idem de hac re plura habet lib. expoſitionis inchoatæ in Epiſtolam ad Romanos. Magnam porrò Phœnicum & Chananæorum vim temporibus Ioſuë ſacro bello fuiſſe profligatam conſtat ex duabus columnis, quæ olim in Tingitana viſa ſunt, Phœnicio eiuſdem ſæculi ſermone inſcriptę, verbis ſic latinè ſonantibus: Nos fugimus à facie Ioſuë prædonis filij Num. Hæc è Phœnicia tranſlatâ linguâ magnam Afrorum partem vſam eſſe teſtantur Auguſtinus, & Arnobius *e*. Siccenſis vterique Afri.

c Aug. ſerm. 35. de vbis Domini in D. Lucam.
d Idem lib. 3. contra litt. Petiliã.
Lib. 16. de ciuit. c. 6.
e In Pſ. 104.

ARTICVLVS. VIII.

An Thare pater Abrahæ fuerit Idololatra.

AEgrè audiunt piorum aures patrem fidelis Abrahæ. Idolorum cultui fuiſſe deditum. Liber Ioſuë *e*: expreſsè aſſerit Thare patrem Abrahæ, & Nachor filium eius ſeruiſſe Diis alienis. Et Suidas *f* profert ex Philone *g*. Abraham natum annos quatuordecim, patrem Thare idola fingentem his verbis commonuiſſe [Quid ſeducis homines ob perniciosum lucrum, hoc eſt ob imagines, non eſt alius Deus niſi cœleſtis ille totius mundi opifex.] E contra D. Auguſtinus *h* dicit ipſum Thare ideò exiiſſe de Vr Chaldæorum cum Abraham filio ſuo, & Lot nepote, vt ab idolatris declinarent; at verò Nachor, quia idololatriæ erat deditus ibidem remanere voluiſſe, licet & ipſe poſteà venerit in Meſopotamiam, & habitauerit in vrbe quæ dicitur vrbs Nachor, quia is ibi cum tota ſua familia ſedem fixit, & anteà dicebatur Haran, ſeu Charan, ad quam poſt plures annos Abraham miſit ſeruum ſuum, vt inde acciperet vxorem filio ſuo Iſaac *k*. Confirmat ſententiam ſuam D. Auguſtin. ex libro Iudith *l*, vbi apertè dicitur quod progenitores Hebræorum olim de Chaldæa in Meſopotamiam tranſmigrarunt, vt deſererent ceremonias patrum ſuorum, quæ in multitudine Deorum erant, vnúmque Deum cœli colerent, qui præcepit eis vt habitarent in Charan.

f c. 24. v. 2.
g In verbo Abrahæ. In vita Abrahæ.
h Lib. 16. de ciuit. c. 3.
i Gen 24. v. 10.
k Gen 24. v. 4.
l c. 5. v. 6.

Vt concilientur hæc Scripturæ loca, & cum eis conſentiat D. Auguſtinus dicendum videtur Thare prioribus ætatis ſuæ annis fuiſſe idololatram, donec tandem paulo antequam exiret de Chaldæa, piâ Abrahæ filij ſui ſolicitudine ad veri Dei cultum conuerſus eſt, & ex eo tempore quamdiu vixit fidelis ſemper extitit. Et ea forſan fuit cauſa potiſſima, cur Abraham aliquamdiu in Haran cum eo moratus fuerit, ne ſcilicet patrem recenter conuerſum, non ſine aliquo ſalutis ſuæ periculo, deſereret.

SECVNDA PARS.

De ſacra Chriſti Genealogia primam Matthæi Teſſaradecadem complectente, ab Abraham vſque ad Dauidem.

PLVRES, potiuréſque difficultates, quæ deinceps in tota Genealogia ſe ſe offerunt, ſpectantur in ea prout deſcribitur è Matthæo, & in tres Teſſaradecades diſtribuitur. Antequam ad ſingulas explicandas accedamus prius in communi obſeruandum eſt,

Euange

Euangeliſtam Catalogum maiorum Chriſti à ſe expanſum certâ trium Teſſaradecadum definitione obſignaſſe, non ea ſanè mente, vt eum numerum priùs à ſe conceptum obtineret (neque enim id ſatis cum ingenua Hiſtorici fide ac profeſſione congruiſſet) ſed quia cum ſacram Meſſiæ genealogiam prout ea in arcanis Templi tabulariis religiosè cuſtodiebantur bona fide prodidiſſet, animaduertit totam ſummam in duos & quadraginta hæredes benedictionum excreuiſſe. Tum harum perſonarum ſeriem eum hiſtoriæ ac temporum memoria comparans, deprehendit inſignes rerum euentus in confinia cuiuſque Teſſaradecadis incidiſſe, ſicque iſtum numerum per ipſas ſtatus rerum mutationes tres in partes diſtribuit; nec incongruè, hoc enim & ad faciliorem, iucundámque lectorum memoriam, ſcriptioniſque præmunitionem, aduersùs iniurias temporum & librariorum incuriam conferre poſſe animaduertebat, maximè verò ne quis ex comparatione rerum in ſacra pagina proditarum, eum Catalogo à ſe edito, nomina conſulto omiſſa, caſu aliquo ex illo excidiſſe ratus, ſupplere præſumeret; certi námque illius indicatione numeri ſtatim deprehenderetur, quod aliundè inductum ſupra primitiui Chirographi fidem redundaret; & ſicut Scribæ Iudæorum Chriſti temporibus antiquiores, poſteà Maſorethæ nuncupati omnes ſacrorum voluminum verſiculos, ſeu commata numerarunt, & quoties quodcumque verbum vſurpatum eſſet indicarunt, & ſic corruptorum audaciæ quicquam intrudere, aut demere præſumentium obuiam irent; Matthæus eadem de cauſa Genealogicum Catalogum maiorum Chriſti trium Teſſaradecadum præſcriptione munire voluit, & in qualibet Teſſaradecade, non generationes actiuæ, ſed paſſiuæ potiùs, hoc eſt perſonæ ipſæ ab Euangeliſta numerantur. Chriſtus enim cuius generatio ſolùm paſſiua eſt ad iſtum cenſum verè pertinet; & Abraham & Iſaac ex Matthæi inſtituto pro duabus generationibus paſſiuis computantur; ſicut & initio tertiæ Teſſaradecadis Iechonias & Salatiel, quia hic Iechonias, alias Ioachim, diſtincta eſt perſona à priori Iechonia ſecundam Teſſaradecadem terminante, vt explicabitur ſuo loco.

Prima igitur Teſſaradecas ab Abraham vſque ad Dauidem progrediens, auſpicatum ei pater fidei Abraham initiũ præbet, finémque Dauid, cuius ſpecialiter filius Chriſtus aſſeritur, & ab Abraham vſque ad Dauidem regem, regia planè ac ſtrata patet via, concordibus Matthæi & Lucæ, tametſi contrario per eam greſſu incedentium, ſignata veſtigiis; cuius quidem partis erunt articuli, primus de Patriarcha Abraham, quo anno patris ſui Thare ſit natus, & de myſtico eius ſacrificio. II. De Patriarcha Iacob eiúſque ſimplicitate ac prudentia. III. Quare Matthæus in prima ſua Teſſaradecade expreſſerit fratres Iudæ & Zaram, & quatuor mulieres Thamar, Rachab, Ruth, & Berſabee. IV. De Patriarcha Booz. V. De Dauide Rege.

ARTICVLVS I.

De Patriarcha Abraham, Quo anno patris ſui Thare natus ſit & de myſtico eius ſacrificio.

QVod ſpectat ad priorem quæſtionem, ea grauis eſt ac difficilis.

Grauis quia ad Abrahæ qui Chriſti ac fidelium pater fuit ortum ſpectat, quem à Moyſe omiſſum aut in obſcuro relictum fuiſſe ægrè creditur. Difficilis, quia pro vtroque quæſtionis parte ſcriptura militat: ait enim expreſſis verbis [*vixitque Thare ſeptuaginta annis & genuit Abraham & Nachor, & Aran a*] at paulo poſt *b* dubiam rem facit, dicens Abrahamum anno ætatis ſuæ 75. de Haran migraſſe poſt parentis obitum, quem ducentos & quinque annos vixiſſe affirmat, quo fit vt demptis illis 75. annis Abrahæ de his ducentis quinque, reſiduus ſit annus centeſimus & trigeſimus Thare, quo in lucem editus ſit Abraham, prout recentiorum quidam opinantur: nec incongruè: cum enim nodum indiſſolubilem vocat Hieronymus *c*; illóque nos olim inducti argumento, huic opinioni ægrè licèt, aſſenſum præbuimus: ſed reclamante denuò & acrius vrgente animi propoſito, expreſſioribus Scripturæ verbis prorſus inhærendi, his adeò expreſſis [*vixitque Thare ſeptuaginta annis & genuit Abraham & Nachor, & Aran d*] manus dedi, conſiderans Moyſem primam & ſecundam Mundi ætatem, ſcilicet ab orbe condito ad diluuium, & à diluuio ad Abraham, per eos annos putare, quibus quiſque Patriarcharum eum è filiis ſuis genuit qui ad ſeriem ſacræ Chriſti Genealogiæ pertinet: vt igitur in prioribus Patriarchis qui Abrahamum antecedunt, nullus ambigit, quin eo quiſque parentis ſui anno, qui à Moyſe aſſignatur, natus ſit, multò minùs in Abrahamo, qui præcipuum in ea ſerie locum obtinet, eiúſque propemodum vnius cauſa Patriarcharum, hæc enumeratio inſtituta eſt.

a Gen. 11. v. 26.
b c. 12. v. 4.
c In Hebr. tradit.
d Gen. 11. v. 26.

Abſurdiſſimum iudicat Abulenſis, vt eius (in quem præcipuè, vt potè fidelium patrem; ac Chriſti primogenitorem Moyſes animum ac ſtylum intendebat) ortus prætermiſſus ſit, fratrum verò illius, aut amborum, aut alterius, qui obiter commemorantur, notatus ſit: ſane vt idem obſeruat, cùm trium Noë filiorũ nomina & progeniem Hagiographus retuliſſet, in vnius tamen Sem ſtirpe numerauit ætatis annum, quo genuit Arphaxad, quia hic non autem illi, ad lineam Chriſti ſpectabat: illa ergo Moyſis verba] *vixitque Thare ſeptuaginta annis, & genuit Abram & Nachor, & Aran e*] ad ipſum Abraham primo loco nominatum diriguntur, nec alio ſpectant, ſaltem ad Aran, quem ante Abraham natum patet, quia hic illius filiam Sarai duxit vxorem, quæ cum iunior eſſet viro decem annis *f*, tantùm. certum eſt patrem eius fuiſſe Abrahamo ſeniorem; niſi dicas, Aran anno vitæ ſuæ nono

Quæſt. 31. in c. 11. Gen.
e Gen. 11. v. 26.
f Gen. 17. v. 17.

genuiſſe

genuiſſe Sarai, quod, illo ſaltem æuo, quo nemo ante vigeſimum annum liberos procreaſſe legitur, foret ridiculum. Adde quòd ſi ab Auctoribus alterius ſententiæ, vno tantùm, aut altero, non autem totis ſexaginta annis, natalis Abrahæ poſterior diceretur ſeptuageſimo Thare anno, id explicari poſſet eo modo, quo illud. [*Noe cum quingentorum eſſet annorum genuit Sem, Cham, & Iaphet a.*] iam expoſitum eſt *b*, ſed totis ſexaginta annis, natalis Abrahæ poſterior diceretur ſeptuageſimo Thare anno, ortum Abrahæ diſtrahere hoc mihi ſemper duriſſimum viſum eſt: qua etiam ratione permotus communiori, veterum maximè ſententiæ lubentiùs ſubſcripſi.

a Gen. 5. v. 31.
b part. 1. huius tr. art. 5.

Eam præ cæteris ſententiam tenet Euſebius *c* Cæſarienſis in re chronologica, ipſi quoque D. Hieronymo commendatiſſimus, ait enim Belum, qui & Nemrod obüſſe anno Thare 28. tum anno 43. Nini ſucceſſoris eiuſdem Beli, natum eſſe Abraham iſti namque 43. anni. ſeu, vt melius dicam, quadraginta duo (vltimus enim tantùm inchoatus eſt) additi illis 28. conſtituunt annos 70. quibus Thare genuit Abraham. Eadem quoque eſt ſententia D. Hieronymi. Nec obſtat, quòd vt iam diximus, illum nodum ipſe dicat indiſſolubilem; ſoluit enim quomodo poteſt: remque ac curatiùs exequitur D. Auguſtinus *d*; neuterque ob quæſtionis difficultatem, ortum Abrahæ in alium annum reiicere auſus eſt, quàm qui à Moyſe concipitur. Auguſtinum æmulatus eſt Abulenſis, aliique viri graues nodum prædictum ſuo quiſque modo ſoluentes; cuius ſolutio, vt mihi videtur, ex eo potiſſimùm pendet, vt hiſtoria ſacra, quæ in prædictis Geneſeos & Actorum locis, ſicut & nonnunquam in aliis, præpoſtera narrationis ſerie procedit, ordini debito reſtituatur; cum enim Moyſes in fine Capitis 11. mentionem feciſſet Thare patris Abrahæ, cuncta quæ ad ipſum ſpectabant abſoluere voluit, & vitæ eius annos, obitumque perrexere; vt ſequenti Capite, ac deinceps in geſtis Abrahæ enarrandis totus eſſet. Illum ergò Thare obitum, ætatemque ſi per quandam anticipationem commemoratum accipias, nihil dubij apparebit quin Abraham 70. anno vitæ Thare ſit natus. Sic enim tres priores verſiculi 12. Gen. [*Dixit autem Dominus ad Abraham, egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo Patris tui, & veni in terram quam monſtrauero tibi, &c.*] Per recapitulationem dicta intelliguntur; & in hoc ſenſu, vt illud, *dixit*, idem ſonet, ac dixerat Dominus ad Abraham, ſcilicet dum adhuc eſſet cum Patre in Vr Chaldæorum, ſeu Meſopotamia, & attigiſſet annum ſeptuageſimum, vt Hebræi volunt; idque manifeſtè patet ex perſimilibus, ne dicam iiſdem Stephani verbis: [*Deus, gloriæ*, inquit, *apparuit patri noſtro Abrahæ cùm eſſet in Meſopotamia priuſquàm moraretur in Charan, & dixit ad illum, exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam monſtrauero tibi e, tunc exiit de terra Chaldæorum, & habitauit in Charan.*] Quinquennio ſcilicet, vt aiunt iidem Hebræi, cúmque eſſet ſeptuaginta quinque annorum,

c in Chron.
d l. 6. de ciu. cap. 15.
e Act. 7. v. 2. 3. 4.

relicto ibi patre ſuo, egreſſus eſt de Charan ſeu Haran, & venit in Chanaan cum Sarai vxore ſua, & Lot filio fratris ſui *f*, cum nondum haberet filium, vt notat idem Stephanus. Tuncque ei primùm facta eſt repromiſſio de terra illa eius poſteris in poſſeſſionem tradenda, & de vniuerſis gentibus in ſemine eius, ſcilicet *Chriſto*, benedicendis *g*: Cumque Abraham habitaſſet in Chanaan ſexaginta propè annos, Diuino, vt credibile eſt, oraculo, ſub Thare obitum rediit in Meſopotamiam, vt morienti Patri debita pietatis officia impenderet, mortuóque iuſta perſolueret. ac fortè de hæreditate ac re familiari cum fratre ſuo Nachor erciſcunda tranſigeret. Tum [*inde*, inquit Stephanus, *poſtquàm mortuus eſt pater eius tranſtulit illum in terram iſtam*] tranſlatus dicitur Abraham à Deo in terram Chanaan; vel, vt legit Auguſtinus, collocatus, cùm iam nullam bonorum partem extra illam haberet, hactenus enim non omnino migrauerat, cùm pars aliqua hæreditatis eius penes patrem eſſet in Meſopotamia. Atque hoc quidem modo hiſtoriam ſacram (quæ non ſemper, vt nec prophana, exacto narrationis ordine procedit) diſpoſuiſſe ſatius eſt, quàm expreſſiſſimæ tantique momenti Scripturæ huic [*vixit autem Thare ſeptuaginta annis, & genuit Abram h*] contradicere, affirmando quòd eum genuerit totis dehinc 60. annis, videlicet anno vitæ ſuæ 130.

f Gen. 12. v. 4.
g v. 3. & Act. 7. v. 5.
h Gen. 11. v. 26.

Quod ſpectat ad myſticum ſacrificium Abrahæ, is accepta à Deo promiſſione, de filio ex ſe iam emortuo, ac ſterili vetula naſciture (in quo, prout anteà *i*, & poſteà *k* pollicitum eſt, benedicendæ erant omnes cognationes terræ; quia ſcilicet ex ipſo *Chriſtus* oriundus erat) credidit Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam *l*, quia ſcilicet magno tunc iuſtitiæ incremento locupletatus, maiorique fide illuſtratus eſt. Hanc Abrahæ fidem exaltans Apoſtolus ait: [*Et non infirmatus eſt fide, nec conſiderauit corpus ſuum emortuum, cùm iam ferè centum eſſet annorum, & emortuam vuluam Saræ m.* Nullã ergo cum Cyrillo *n* in Patre credentium ſuſpicemur dubitationem, in eo quòd ipſe de terra Chanaan poſteris ſuis promiſſa addidit. [*Domine Deus vnde ſcire poſſum quòd poſſeſſurus ſim eam o* ?] Non enim tanquam incredulus infirmata fide dubitauit, ſed tanquam pius pater futuris præuidit filiis, ne fortè illis peccantibus, pœniteret Deum huius ſuæ promiſſionis; & idcircò in promiſſione aliquod fixæ ſtabiliſque veritatis ſibi dari optauit firmamentum, & quaſi interpoſitionem iuramenti. Nec moratus Dominus quod optabat amicus fidelis, nec petere auderet, ſponte obtulit, ait Theodoretus *p*: firmat enim ei promiſſam poſſeſſionem, iubens parari vaccam triennem, capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam, quæ omnia myſtica ſunt, nec parum conducunt hiſtoriæ intelligendæ: futurum namque poſterorum Abrahæ ſtatum, & quadruplicem generationem, quæ eodem loco Geneſeos *q* inſinuatur, præſignant.

i Gen. 12. v. 3.
k c. 18. v. 18.
l c. 15. v. 6.
m Rom. 4. v. 19.
n l. 2. contra Iulian.
o Gen. 15. v. 8.
p l. 4. c. 10.
q Gen. 15 v. 16.

Iuuenca quidem laſciuiens & indomita,

primam

primam generationem, quam Iſraëlitæ in Ægypto liberè & delicatè egerunt, & viuente Ioſeph; Capra qua lac, fœtúſque habentur, ſecundam, quâ iam Ægyptij aliquid ſeruitutis eis imponentes, non modicum inde fructum percipiebant: Aries duræ ceruicis, tertiam, quâ iidem Hebræi duram ſeruiere ſeruitutem; volucres, filios Iſraël, qui anno quadringenteſimo ex Ægypto ſe abripuerunt. Turtur querula, tempus luctuoſæ peregrinationis & quadragenarij exſilij in deſerto. Columba ſocialis, tempus quo in terra promiſſionis domicilia fixere diſſectio quadrupedum, afflictiones varias, quas in Ægypto pertulerunt, ſignificat; ſicut & aues integræ finem hatum afflictionum: volucrum prædatricum volatus ad cadauera, Ægyptios & Amalecitas Iſraëli proficiſcenti graues & moleſtos: Abraham illas abigens, Dei prouidentiam, filios Iſraël ob tanti Patriarchæ merita defendentem illa autem animalia per medium à capite ad caudam diuiſit Abraham, & vtráſque partes altrinſecus, id eſt alteram alteri oppoſitam, relicto ſcilicet ſpatio intermedio, per quod tranſibant qui fœdus inibant: quot ita factum ait Chryſoſtomus *a*, quia olim Chaldæis, apud quos Abraham educatus fuerat, aut Chananæis, apud quos tunc habitabat, ita mos erat paciſcendi, & pacta firmandi.

a Hom. 37.

Manſerunt autem tota die ita diſpoſita cadauera, expectante Abrahamo Dei aduentum, & prædatrices intereà volucres abigente donec ſub occaſum ſolis, ingruentibus tenebris; magnus & tenebroſus horror inuaſit Abraham (tenebræ enim horrori famulantur, ſicut & lux ſecuritati) vt tanquá caput membrorum ſuorum afflictiones præſentiret; & ſimul aduentus, ac præſentiæ Domini commoueretur *b*, qui hac quoque voce ſe prodidit dicens: [*Scito prænoſcens quod peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubiicient eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis c*] Tranſiuitque Deus ſub ſpecie ignis inter illas diuiſiones *d*, vt notat Caietanus: Idémque ab Abraham factum patet, ex eo quòd eum morem à Domino Abrahæ præceptum, deinceps ſeruarint Iudæij, vt ait Ioſephus *e*: confirmatúrque his Ieremiæ Prophetæ verbis, [*vitulum quem conciderunt in duas partes, & tranſierunt inter diuiſiones eius f.*]

b Chryſoſt. ibid.

c Geo. 15. v. 13.

d v. 17.

e 5. Antiq. c. 10.

f Ierem. 34. v. 18.

ARTICVLVS II.

De Patriarcha Iacob, eiúſque ſimplicitate & prudentia, ingeniique ſolertia, cui maximè diſcolorum fœtuum ex vnicoloribus ouibus productio tribuitur.

MOyſes proprium Eſaü & Iacob geninm indigitans, ſtatúſque ac conditionis diſcrimen inter vtrúmque aſſignans, ait [*factus eſt Eſau vir gnarus venandi, & homo agricola; Iacob autem vir ſimplex habitabat in tabernaculis g.*] Prophano Eſaü (qui & à *Christi* linea excluſus eſt) prætermiſſo pietatem Iacob vnius ex præcipuis *Christi* progenitoribus, his in verbis Moyſis expreſſam, attendam. *Iacob*, inquit, *vir ſimplex*, non ſtolida, ſed columbina ac prudenti ſimplicitate: ſolers námque in pluribus reperitur, putà cùm nactus opportunitatem à fameſcente fratre ſuo Eſaü pro coctione rufa expoſtulata, primogenita obtinuit, eiuſdémque iuramento ſibi firmari cauit. Eius prudentia in eo enituit, cùm matri vt benedictionem fratri ſubriperet ſuggerenti obſtitit. Nec modica acceſſit induſtria, cùm ipſius poſteà conſiliis acquieſcens, opportunè, promptéque rem exſequitur. Cúmque poſteà in Meſopotamia diù commoratus, demùm ad ſua rediret, eundem Eſaü ſibi infenſiſſimum, & cum quadringentis viris ad ſe properantem, ſubmiſſis nuntiis cum muneribus, & familiâ per turmas diſpoſitâ placauit; & ab homine fero nocere parato illæſus abſceſſit.

g Gen. 25. v. 27.

Nec obſtat quod pluries fraudatus ſit à Laban ſocero ſuo, id enim totum exercendæ virtutis gratià lubentiſſimè perpeſſus eſt, vt illum poſteà de dolis & iniuſtitia manifeſtiùs conuinceret; interímque noxam ſibi illatam eâ diſſimulauit, ingenij ſolertiâ, quâ ex ouibus vnicoloribus, earum obtutui oppoſitis virgis multicoloribus ſimiles obtinuit fœtus, ditatus eſt: quod opus ſolertiæ interpretum aliqui adeò mirantur, vt illud miraculo tribuant; & quia textus ſacer in eo recenſendo obſcurus eſt, operæ pretium erit eundem explicare; & cui principio, naturæ ne, an miraculo, res ipſa adſcribenda ſit, inueſtigare.

Perobſcurus eſt, tam in Hebraïco fonte, quàm in tranſlatione Græca, & Latina is Scripturæ textus ſacer, in quo factum & induſtria Iacob circa greges Laban enarratur. Huius obſcuritatis teſtis eſt Doctor. Hieronymus *h*, ex quo petita illius loci paraphraſis, optimi Commentarij vices præſtabit. [Multùm, inquit, apud ſeptuaginta Interpretes confuſus eſt ſenſus, & vſque in præſentem nullum potui inuenire noſtrorum, qui ad liquidum, quid in hoc loco diceretur, explicaret. Hæc autem videtur eſſe ſententia. Vis, inquit Iacob, me ſeruire tibi etiam, alios ſeptem annos? fac quod poſtulo; ſepara omnes diſcolores, & varias tam oues, quàm capras, & trade in manus filiorum tuorum: rursúmque ex vtróque grege, alba & nigra pecora, id eſt, vnius coloris da mihi. Si quid ex albis & nigris, quæ vnius coloris ſunt, varium natum fuerit, meum erit: ſi quid verò vnius coloris, tuum. Rem non difficilem poſtulo; tecum facit natura pecorum, vt alba ex albis, & nigra naſcantur ex nigris; mecum erit iuſtitia mea, dum Deus humilitatem meam reſpicit & laborem. Optionem datam Laban libenter attribuit; & trium dierum iter inter Iacob & filios ſuos ſeparauit, ne quis ex vicinitate pecoris naſce-

h In tradit. Hebrai. in Gene ſ.

tetur dolus. Iacob vero nouam ſtropham commentus eſt, & contra naturam albi & nigti pecoris arte pugnauit. Tres enim vitgas, populeas, amygdalinas, & mali granati (quamquam ſeptuaginta, Styracinas, & Nucinas, & Plataninas habeant) ex parre decorticatas varium virgatum fecit colorem: vt vbicumque in vitga corticem reliquiſſet, antiquus permaneret viridis color, vbi verò tolleret corticē, color candidus panderetur. Obſetuabat ergo Iacob, quo tempore aſcendebantur pecora, & poſt calorem diei ad potandum auida pergebant, & in eo tempote diſcolores virgas ponebat in canalibus; & admiſſis arietibus & hircis in ipſa potandi auiditate, oues & captas faciebat aſcendi: vt ex duplici deſiderio, dum & aoide bibunt, & aſcenduntur à maribus, tales fœtus conciperent, quales vmbras atietum, & hircorum deſuper aſcendentium in aqnarum ſpeculo contemplabantut: ex virgis enim in canalibus poſitis, varius erat etiam imaginum color: poſtquam autem nati fueranr hœdi, & agni varij & diſcolores ex albis & vnius coloris gregibus, ſeparabat illos Iacob, & ptocul eſſe faciebat à priſtino grege. Si qui aotem naſcebantut vnius coloris, id eſt albi ſiue nigti tradebat in manus filiorum Laban.] Hæc D. Hierony. pro ſacri textus intelligentia.

Quod ad rem ſpectat; quæri poteſt an opus naturæ & effectus ſolius imaginationis fuerit, vt ad virgarum multicolorium obtutum, oues generarent mulricolores fœtus; an verò miraculum? D. Chryſoſtomus *a* id tranſcendiſſe vim & ordinem naturæ aſſerit, & idcircò adſcribit miraculo. Chryſoſtomo ſubſcribit Theodoretus *b*, his vetbis [virgas decorticatas obiecit ouibus Iacob non illis confidens, ſed opem diuinam expectans] contraria tamen ſententia vt probabilior vulgò ſuſcipitur. Intentiſſimum enim obrutum in aliqoam rem cum vehamenti eiuſdem tei imaginatione in articulo conceptionis valere plurimum ad efficiendum eíque aſſimilandum fœtum, variis Philoſophorum authoritatibus, & experimentis comprobarum eſt. [Cogitatio vtriuſlibet, inquit Plinius *c*, animum ſubitò ttanſuolans, effingere ſimilitudinem, aut miſcere exiſtimarur. Ideóque plutes in homine, quàm in cæteris animantibus differentiæ, quoniam velocitas cogitationum, animíque celeritas. & ingenij varietas, multiformes noras imprimit: cum cæteris animantibus immobilis ſint animi & ſimiles omnibus, ſingulíſque in ſuo cuique genere] Galenus *d* refert mulierem quamdam pulchertimæ intuitu pictutæ eleganrem puerum ex deformi marito concepiſſe, [viſu, inquit, opinor natutæ imaginem tranſmittente.]

a Homil. 7.

b In eum locum.

c Lib. 7. c. 2.

d Lib de Theriacha. ad Piſon.

Accedunt SS. Patres D. Aoguſtinns *e* in prædictum Scriptntæ locum ait. [Facto Iacob multa dicuntut ſimiliter fieri in animalium fœtibus: ſed & mulieri cuidam traditut ſimile qui accidiſſe, ſicnt in libris antiquiſſimi & peritiſſimi medici Hippocratis reperitur: illa enim ſuſpicione adulterij fuerat punienda, quod puerum pulcherrimnm peperiſſet, vtríque parenti, generíque diſſimilem, niſi memoratus medicus ſoluiſſet quæſtionem, illis admonitis, ne fortè aliqua talis pictura eſſet in cubiculo: quā inuentā mulier à ſuſpicione liberata eſt.] Simile quid eius quod fecit Iacob in ouibus & capris ſubdit idem Auguſtinos *f* dolosè feciſſe Dæmonem in Api boue Numine Ægyptiorum. [Ille autē bos, inquit, quem mirabili vanitate decepta Ægyptus in honorem Serapidis deliciis affluentibus colebat, quoniam eum ſine Sarcopbago viuum venerabarur, Apis non Serapis vocabatur. Quo boue mortuo, quoniam quærebatur, & reperiebatur vitulus coloris einſdem, hoc eſt, albis quibuſdam maculis ſimiliter inſignitos, mirum quiddam, & diuinitus ſibi procuratum credebant. Nun enim magnum erat Dæmonibus ad eos decipiendos, phantaſiam talis tauri, quam ſola cerneret, oſtendare vaccæ concipienti, atque prægnanti: vnde libido matris attraheret, quod in eius fœtu iam corporaliter appareret: ſicut Iacob de virgis variegatis, vt oues, & capræ variæ naſcerentur, effecit. Quod enim homines colotibus & corporibus variis, hoc dæmores figuris fictis facillimè poſſunt animalibus concipientibus exhibere.] Itaque quod animalibus illis factum eſt ex virgarum aſpectu, id naturaliter, & ex cauſis naturalibns actum eſſe conſtat, ad id enim perficiendum ſufficiens in natura vis erat; affirmari tamen poreſt, illud haud eſſe perfectum abſque aliqua ope Angeli, qui tunc apparuit Iacob, quique non ſolum docuit eum arcanam illius tei peragendę artem, ſed etiam effecit, incitauit, & applicuit pecudes, vt in ipſo conceptu virgatum colores intentiſſimè aſpicerent, eoſdémque inreriori phantaſia vehementer imaginarentur.

e qu. 93. in Gen.

f Lib. 18. de ciuit. c. 6.

Neque deeſt ratio, & cauſa ex qua fiat vt qualis fuerit in ipſo conceptu vehemens imaginatio generandi, talis in vtero fœtus effingatur. Abulenſis *g* rationem illam explicat. [Anima quæ corpori iuncta eſt, principium eſt omnium affectuom compoſiti: & eſt principium quoddam ſuperius, dirigens corpus ſecundum ſuā naturam. Siquidem, vt ait Philoſophus in lib. 2. de anima, vnitur anima corpori, tanquā forma, & vt finis, atque vt motor corporis, mouet & dirigit ipſum, aſſimulando id naturæ ſuæ quantum poteſt. Et habet ſe ad illod, ſicut artifex ad opus artificiatum: ſicut enim artifex per formam exemplatis quod mente conceptum gerit, imprimit ſimilitudinem eius in rem fabricatam: ita ſenſitiua anima imaginem ſenſibilem quam concepit in ipſo vltimo æſtu & ardore libidinis, & ſub ipſo conceptu imptimit fœtui. Non quod tunc actualiter talis forma ſemini imptimatur: color námque vel criſpitudo capillorum quæ interdum fœtibus contingunt propter quod mattes dum concipiunt tales formas intento obturu contemplantur, non poſſunt immediate formari in ſemine, quia talium colorum & capillorum non eſt capax: ſed anima ipſa quæ principium eſt decidendi, atque infundendi in ſemen virtutem quamdam formatiuam fœtus, eſt quoque principium decidendi virtutem quamdam in ſemen ſecundum quam in fœtu iam formato talis color, taléſve capilli procreantur. Nam vt ſcribit Augoſtinus l. tertio, de

g Tract. qu. 10. in hoc loc c. 31.

Trinit.

Tinit. Sæpe numeto adhibentur exttinſecis quædam cauſæ, quæ etſi non ſint naturales, tamen ſecundum natutam adhibentut: vt ea quæ in ſecteto naturæ ſinu abdita continentur erumpant, & fotas cetuantur, explicando menſuras, & numetos ſuos & pondera, quæ in occulto acceperunt ab eo qui omnia pondere, numeto, & menſura diſpoſuit.

Quanta, qoaliſve ſit vis facultatis Imaginatiuæ in aliis pluribus docet Angelicus Doctor *a* dum ait [imaginationi, ſi fuerit fortis, naturaliter obedit corpus quantom ad aliqua, purà quantum ad caſum de trabe in alto poſita, (*a* 3.p.q. 13 a.3.) quia imaginario nata eſt eſſe principiū motus localis, vt dicitur.tertio de Aoima.Similiter etiam quantum ad alterationem quæ eſt ſecundum calorem ac frigus, & alia conſequentia; eo quòd ex imaginatione conſequenter natæ ſunt ſubſequi animæ paſſiones, ſecondum qnas mouentur cor; & ſic per commotionem ſpirituum totum corpus alteratur. Aliæ verò diſpoſitiones corporales, quæ non habent naturalem ordinem ad imaginationem, non tranſmutantur ab imaginatione quantumcumque ſit fortis, purà figura manus vel pedis, vel aliquid ſimile.] Et huc pertinet illud Chriſti Domini. [*Quis veſtrûm cogitans poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum b.*] (*b* Math. 6.)

Maximam Imaginatiuæ potentiæ vim eſſe arguit quotidiana experientia in Noctambulis, qui in ſomnis ſtupenda faciont, captum communem, & fidem humanam ſuperantia, quæ tamen omoia fieri conſtat per imaginationem ſopitis ſenſibus. De his Andreas Laurentius *c* ſic ſcribit [Dicamus mooeri dormientes, quia exigua vis in muſculis latens (*c* Lib 4.hiſt. Anatom. qu. 22.) a forti imaginatione excitatot. Prætereà non mouentur ſomniantes, niſi valida impetante imaginatione, brutorum imaginationi ſimillima. Eſt dormientium imaginatio brutorum imaginatiooi ſimilis, quia rationem repugnantem non habet. Vnde fit vt illi multa moliantur, qoæ vigilantes non auderent, tectum ſublimè conſcendunt, per trabes, & lacunaria oberrant, omnia denique audent intrepidè, quia imaginatio vaporum caligine obſopita pericula non agnoſcit. Non ſentiunt autem dormientes, quia obiectum ſenſus non adeſt, at motus obiectum habet, proprium appetitum ſcilicet, qui ſpectra imaginationi repræſentat. Cùm ergo per ſomnum feriantur cæteræ facultates animales, ſola imaginatio ita plerúmque operatur, vt vim motricem & cæteras inferiores, ceu mancipia quædam moueat, qood cùm fit, ſpiritus animales motui inſeruientes, ad ſua organa ire coguntur. Excitaotur autem prædicti motus ex rerum ad id cogentium ſeruatis inter ſe ſpeciebus. Huic porrò affectui ſunt obnoxij qui ſanguine ſpumante, & multò, feruidóque ſpiritu abundant.] Hæc ille. Ex quibos conſtat manifeſtè quanta ſi vis imaginationis, quodque naturali eius virtute potuerint oues vnicolores ad multicolorum virgatum proſpectum ſimiles fœtus producere. Atqoe ex induſtria illarum applicatione maximè ſiogularis ſolertia Patriarchæ Iacob, qui propterea præditus fuit ſerpentis prudentia & columbæ ſimplicitate. Itáque dum Moyſes ait [*Iacob autem vir ſimplex habitabat in Tabernaculis*] virum perfectum ac ſolertem intelligit; quia cum prophanus Eſaü venationi & agricolturæ deditus, rebus intenderet ſæcularibus, Is è contra & pius, & religioſus loca ſacra filiorúmque Dei Tabernacula frequentabat, ac eorum inſtituto promouendo ſubſeruiens *Chriſti* typum expreſsè referebat.

ARTICVLVS. III.

Quare Matthæus expreſſerit fratres Iudæ & Zaram, & quatuor mulieres Thamar, Raab, Ruth, & Betſabee.

ETſi fratres Iſaac, Iſmaëlem ſcilicet, alióſque ex Cetura progenitos, ipſum quoque Eſaü geminum Iacob tacuerit Euangeliſta, Iudæ tamen eiuſdem Iacob filij cum meminit, aliorum etiam eius fratrum mentionē facit, quia nulla pars repromiſſionum ad gentes ex Iſmaële, aliiſque Ceturæ filiis propagatas, neque ad Idumæos ex Eſaü progenitos, pertinebat: ſed ad omnes filios Iacob, ceu duodecim Patriarchas totidem tribuum, quæ vnum in populum ſub vno Iſraëlis nomine coaleſcerent: cuius populi vniuerſi laus hæc futura erat, quod ex eius vna tribu Meſſias naſceretur.

Zaram quoque, nihil licèt ad maiores *Chriſti* pertinentem, Euangeliſta cum Phares memoraoit, non qnia eius gemiourn (alias Eſaü quoque anteà feciſſet mentionem) ſed quia ex eiuſdē Zaræ filia Phares genuit Eſroo ſicque miſto vtriúſque fratris genere Zara *Chriſti* progenitoribus haud incōgruè adſcribitur.

Quatuor etiam mulierum nec labe carentium prætermorem Scripturæ certo electu deſtinatóque conſilio Matthæus fecit mentionem. Nominatur primum Thamar inceſtuoſa, tum Rahab cauponaria, ac meretrix Ierichuntina, poſteà Ruth Moabitis, ac idololatra, ac demum Bethſabee adultera quondam vxor Vriæ, ſingulę Phares, Boox, Obed, & Salomonis matres, quæ cum ſuis ideò recenſentur (dicunt aliqui) vt *Chriſtus* indicaretur venturus ad peccatores redimendos: at iſta videtur ratio minùs firma, vel ex eo quod iidem Authores tres reges, Ochoſiam, Ioas, & Amaſiam, quia peccatores fuerunt ex eodem expunctos aiunt Catalogo; qood ſi verum ſit quo pacto mulieres illæ peccatrices, extra ordinem, ſortémque accerſitæ præ cæteris ſuis in hac tam ſacra pōpa prodire valent? Aliorum ergo ratio eſt, (Maldonat.) quia cùm cæteræ mulieres & Iudææ, legitimæ vxores fuerint, opus non erat eas nominari, quia dubitare nemo poterat qoos Euangeliſta recenſebat, ex illis fuiſſe procreatos. De Thamar autem dubitari poterat, quia alienigena erat, filia videlicet Sue Chananæi, & quia extra legitimū coniugium, inceſtóque concubitu, nec abſque dolo ex Ioda conceperat. De Raab aurē quia & ipſa alienigena, (Gen. 38.) olímque meretrix: De Ruth, quia itidem alienigena & Moabitis cum huiuſmodi autem lege diuina Hebræis diſtrictè prohibitum erat inire connubia *d*. De (*d* Exod. 34. v. 16. 1. Reg. 1. v. 1. 2.)

Bethſabee quia adultera, & poſt adulterium ab ipſomet adulteto qui proditotie virum eius occiderat, in vxorem ducta. Accedit alia ratio quæ ex præcedenti enaſcitur, videlicet; quia cum in iis ſolis quatuor mulieribus genete à viris ſuis adeò diſſitis (Deo diſpenſante) lex de vxoribus è proxima conſanguinitate petendis, & ex quibus hætedes ptomiſſionum ſuſcipiendi eſſent, obſeruata non eſſet, eas, omnis dubij tollendi gratiâ recenſuit Euangeliſta. Huius diuinæ inſtitutionis hac in parte gnatus fidelis Abraham quàm a Gen. 24. v. 3. ſolicitè, medióque iuramento prouidit vt adulto Iſaac filio ſuo conſanguinea iungeretur *a*. Nihil tale de Iſmaële, aliis ex Cetura ſuſceptis filiis curatum legimus: non enim b Rom. 9. v. 17. in illis, ſed in Iſaac vocandum erat ſemen Abrahæ *b*. Id eſt non illi, ſed Iſaac benedictionum hæres futurus erat: eiuſdem Iſaac conſcius ſactamenti, vt certò comperit Iacob geminorum alterum poſterius licet editum contta ſpem ſuam diuinitùs fuiſſe electum, vt auitas benedictiones hæreditaret, [*benedixit enim, præcepitque ei dicens noli accipere coniugem de gente Chanaan, ſed vade proficiſcere in Meſopotamiam Syriæ ad domum Bathuel patris matris tuæ, & accipe tibi inde ibi vxorem de filiabus Laban auunculi tui c*] Neque c Gen. 28. v. 1. 2. illius myſterij prorſus ignarus fuit, profanus licèt [d v. 6. 7. 9.] [*videns enim*, (ſubiungit Moyſes *d*) *quod benedixiſſet pater ſuus Iacob, & miſiſſet eum in Meſopotamiam Syriæ vt inde vxorem duceret, & quod poſt benedictionem præcepiſſet ei dicens: non accipies vxorem de filiabus Chanaan*, &c. *Fuit ad Iſmaelem, & duxit vxorem Mahelech filiam Iſmaël, filij Abraham*] Spetabat nimium infelix partiri ſe poſſe cum fratre ius illud ptimogenitutæ ac benedictionis, ab eo ſibi præreptum grauiſſimè ferens. Cùm enim eiulatu magno apud patrem inſtitiſſet, aliámque ab eo extorſiſſet benedictio- e c. 27. v. 3. nem hac forma [*In pinguedine terræ & rore cæli deſuper erit benedictio tua e*] eam in ſpei ſoæ ſolatium & ambitionis fomentum detorquens; pto hætede benedictionum ſe gerere ſtatuit, & quod ad eam perſonam ſuſtinendam neceſſarium nouerat, vxorem videlicet habere conſanguineam, patruelem ſuam Iſmaëlitidem duxit.

At inquies, Salomon ex Naama Ammoni- f 3. Reg. 14. v. 21 tide genuit Roboam *f*, nec tamen mulieris illius alienigenæ, & de inceſtuoſo Ammonitarum ſemine in *Chriſti* Genealogia vlla eſt mentio. Reſpondeo Naaman non Ammonitidem ſed Ammanitidem, hoc eſt ex Aman g Ioſ. 15. v. 21. ciuitate ſortis Iudæ *g* oriundum *h*, forte & h Adrich. in Tribu Iuda. Dauidici generis, vt ſuſpicari licet affinem, aliquo videlicet ex fratribus, ſororibus, aut filiis aut conſanguineis Dauid ſuum ibi habente domicilium. Enimverò ſi pro ſoa ſa- i 2. Paral. 11. v. 21. pientia Salomon filio ſoo Roboam vxorem ex Dauidis ſtirpe dandam putauit Maacham *i* videlicet, ſeu Michaiam filiam Abſalon Parricidæ filij Dauid, quaſi id ad ius ragni roborandum valeret: quidni & idipſum ipſe ſibi Salomon eâdem prouidit ſapientia, præſertim eo tempore quo de legitima ſucceſſione ſuboriri poterat controuerſia & cæteri filij Dauidis maiores natu hanc natiuitatis ſuæ prærogatiuam ad eiuſdem ſucceſſionis ptæiudicium detorquere poterant, eius & æmulus Adonias Abiſag Sunamitidis vxoris Dauid nuptias in eam ſpem ambibit, quod ſubodoratus eſt ſapientiſſimus Salomon, cùm matri id poſtulanti reſpondit [*Quare poſtulas Abiſag Sunamitidem Adoniæ? poſtula ei & regnum ipſe eſt enim frater meus maior me k*.] Inſtabis; imò Scriptura, aptè docet Salomo- k 3. Reg. 2. v. 22. nem duxiſſe vxores alienigenas filiam Pharaonis, Moabitidas & Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias, & Hethæas: de gentibus ſuper quibus dixit Dominus filiis Iſraël [*non ingrediemini ad eas l*] Reſpondeo has du- l c. 11. v. 1. 2. xiſſe cùm iam ſenex eſſet, & deprauatum cor eius *m*: Naamam verò Ammanitidem prima m v. 4. pubertate ſibi deſpondit. Etenim Roboam ex Naama Salomoni natus, quadraginta & vnius anni ſaltem inchoati erat cùm regnare cœpiſſet *n*, ſtatim à morte patris qui quadra- n c. 14. v. 21. & 2. Paral. 12. v. 13. ginta annis regnauit *o*: adeóque duobus cir- o c. 19. v. 30. citer annis ante initum à Salomone tegnum, ac conſequenter viuente adhuc ac rerum potiente Dauide qui nunquam paſſus fuiſſet vt filius ſuus quem inter *Chriſti* progenitores recenſendum haud ignorabat, alienigenam duxiſſet vorem.

ARTICVLVS IV.

De Patriarcha Booz. quodque is vnicus fuerit.

TOta fermè Ruth hiſtoria Patriatchæ Booz eſt encomiaſtica; ibi illius viri charitas in Ruth aduenam, viduámque, iuſtitia in virum ſe propinqoiotem, aliatúmque ſe ptodit virtutum comitatus, ſed emicat magis inter eas caſtitas, illaque quæ ab abſtinente animi fortitudine vocatut à Græcis ἐγκράτεια, à Latinis continentia, qua Ruth Moabitidem dimiſit intactam.

Ad deiiciendum animum Booz conuenerant noctutnæ tenebræ, vltronea mulier, impunitas peccandi, celandi fiducia, & ſi qua fuere alia violandæ caſtitatis irritamenta; ille tamen firmus obſtitit, ſtetit inuictus, non tamen impertertitus: vt enim nocte media ad pedes ſuos iacentem mulierem obſeruauit, expauit, flammámque ſe vidiſſe, diceres paleis lectuli ſui ruſticani adhætentem; vtque Ruth ſibi iam pridem gratam eam eſſe animaduertit, ipſum Dei timor ac reuerentia honeſtatis compeſcuit, vt non liberet, quod non licebat. Dignum profectò facinus ob quoq eum *Chriſtus* vnum de progenitoribus ſuis eſſe voluit, ſuique cum Eccleſia ex Gentibua congreganda ſacri coniugij expreſſam figuram in illo cum Ruth Moabitide, olimque idolorum cultrice, connubio.

Patriarcham Booz virtutibus inſignem Lyran. Catharin. Ianſen. Salian. &c. charitate inſtitiâ, & caſtitate Triſinegiſtū: triplicem faciunt aliqui, cum tres Booz diſtinctos in ſacra Chriſti Genealogia continenti

ſerie

ſerie ſtatuunt, eâ ratione quod capere nequeant quadringentos & quadraginta annos qui ab ingreſſu in terram Chanaan, & euerſa Ierricho, cùm Salmun duxit Rahab, vſque ad iacta Templi fundamẽta excurrunt, ſucceſſiua quinque viroru Booz, Obed, Iſai, Dauid, & Salomonis expleri; propterea, duos adhuc Booz priori, nulla licet Scripturæ authoritate fulti, ſubiungunt, quod probari nequaquam poteſt; quævis enim cuicumque Scripturæ confingendi licentia, inter artes vetitas, ſemper eſt habita; grauéſque à *Chriſto* minæ ſacris libris *a* quicquam addentibus intentatæ ſunt: iis enim niſi alius Canonicus liber ſupplementum alterius ſuggerat aliquid affingere piaculum eſt. Enimverò vbinam humana prudentia ſiſtet, ſi quando ei in res fidei à ſpiritu ſancto reuelatas cenſura permittatur? ſanè quo vnicum Booz Matthæus poſuit, eodem planè modo & Lucas, etſi diuerſa via proprio tamen apta inſtituto quiſque progreſſus ſit, & ſeriem maiorum Chriſti à Salmone viro Rahab pari numero, earumdémque perſonarum expreſſâ mentione comprehendit. Eadem conſentione Genealogiam Phares vſque ad Dauidem recenſet Author libri Ruth. Equidem tùm Samuëlis eſſe credatur, & ex inſtituto domeſticam memoriam Dauidicæ proſapiæ minutiſſimè proſequutus ſit, & vſque ad ſpicilegium, panémve in aceto tinctum deſcenderit, tres in vnum patres familias nunquam conflaſſet. Maximè vero quia Propheta ille Dei iuſſu Dauidem, regnante Saüle in regem vnxerat, quin potiùs præuidens grauiſſimam inde concertationem facilè oriundam inter, Saülem, eiúſque familiam ac Tribum, ex vna parte; & inter Dauidem eiuſque domum ex altera, opportunum cenſuit libellum edere, quo doceretur omnis Iſraël ex principe familia Tribus principis, & rectâ ſerie verè Dauidem fuiſſe progenitum, hacque clauſulâ propoſiti ſui, ac cauſæ ſuſcepti operis teſte certiſſima, ſcriptionem ſuam his verbis aſſignauit [*Hæ ſunt generationes Phares: Phares genuit Eſron, Eſron genuit Aram; Aram genuit Aminadab; Aminadab genuit Naaſſon; Naaſſon genuit Salmon; Salmon genuit Booz; Booz genuit Obed; Obed genuit Iſai; Iſai genuit Dauid b*] Ea ſine dubio familiaritas quam Iſai ob vnctionem contraxerat cum Samuële, mouit illum, vt huic enarraret quæ à patre ſuo Obed meminerat ſe audiſſe de Ruth & Booz parentibus ſuis, quæ Propheta ex priuata memoria, fidei faciendæ cauſa in publicæ cognitionis lucem eduxit, additis etiam adeò tenuibus, & penè idioticis circumſtantiis, quæ cuncta eum ex eis quæ audiſſet exactè reddere palam arguerint: Atque ita quando Iſai in tam enucleata diligentia illam Aui, Proaui, & Abaui ſui omiſiſſet homonymiam, eamdémque Samuël in tam fuſo, taliſque de cauſa ſcripto commentario diſſimulare iure potuiſſet.

a Apocalyp. 22.v.15.

b Ruth 4.v 18.19.

At inquiunt piguit vtriúſque Teſtamenti Hagiographos tres ſubinde Booz nominare, ne hæc iteratio Lectori pareret faſtidium; quin potiùs ſuperſtitioſa hæc omiſſio bilem moueret, certúmque principi familia faſtis mandatæ præiudicium inferret. Adde quod Matthæus fictionem illam trium Booz quaſi datâ operâ videtur excluſiſſe, dum vnicum cum certo charactere deſignat, ſcribens [*Salmon genuit Booz de Rahab, Booz autem genuit Obed ex Ruth*] his in verbis exprimit Booz eſſe filium Rahab, & maritum Ruth ex qua genuit Obed; horum ſanè vis verborum prohibet ne vllus alius Booz inter Salmon & Obed inſeratur. Mirùm quòd Authores illi Iſai potius nullo materni generis notarum charactere multiplicandum delegerint.

Quapropter cùm certa ſit regula ab expreſſo ſacratum paginarum textu nunquam deflectendum, niſi ad id euidens cogat neceſſitas, aut aliquid ex ipſa littera ſequatur abſurdi: ipſi hac in re Scripturæ, quæ vnicum tantùm Booz in vtróque Teſtamento commemorat, omnino inhærendum eſt. Nihil quippe ſequitur abſurdi, ſi illos quadringentos, & quadraginta annos quinque virorum, Booz ſcilicet Obed, Iſaï, Dauid, Salomonis generatione expleri, dixerimus. Cùm enim Scriptura de nullo eorum exprimat quos quiſque parentis ſui anno, aut ſub quo Iudice natus ſit, nec inſinuet quot annorum fuerit Salmon, aut Rahab quando iniere matrimonium, quidni ſecundum rectam hac in re rationem, nihílque contradictionis implicantem coniecturam par eſt pronunciare & dicere Salmon anno ætatis ſuæ circiter 34. duxiſſe Rahab viginti circiter annorum, eumdémque anno vitæ ſuæ ſeptuageſimo genuiſſe Boos eadem Rahab tunc annorum 56. ſicque à ducta Rahab vſque ad natiuitatem Booz, habes annos triginta ſex? Item quid implicat Booz, Obed, & Iſaï centeſimo ac decimo quarto ætatis ſuæ anno genuiſſe, Booz quidem Obed & Ruth, & Obed Iſai, & Iſai de quo Scriptura expreſſè ait [*Erat vir in diebus Saul ſenex & grandæuus inter viros c*] Dauidem qui vixit annis ſeptuaginta, & quarto regni filij eius Salomonis anno iacta ſunt Templi fundamenta, ex quibus ritè ſupputatis conſurgunt anni quadringenti & quadraginta.

c 1.Reg.17. v.12.

Hæc ſi cuipiam videntur abſurda, quod adeò prouectæ ætatis ſenes liberos gignant; idémque ſæpius in eadem familia iteretur naturæ miraculum: attendat quæſo aureæ illius ac generoſæ tempeſtatis viros robuſtos validámque vernantis naturæ conſtitutioné nec non viuax ac vegetum robur Tribus Iuda, & mente recogitet, diu poſt diluuium in vna eadémque familia Thare anno vitæ trigeſimo ſupra centeſimum ex plurimorum Doctorum ſententia genuiſſe Abraham, ipſúmque Abraham poſt annum ætatis ſuæ centeſimum trigeſimum ſeptimum, quo obiit vxor eius Sara, aliam nempè Ceturam (etſi filius promiſſionis Iſaac iam dudum ab annis triginta ſeptem natus fuiſſet) duxiſſe vxorem; pluréſque ex ea ſex, ad minimum abſque vllo miraculo, ſed ſola naturæ vi ſuſcepiſſe maſculos *d*. Numquid & filius eius Iſaac qui vixit centum & octoginta annos *e* quinquinnium pluſquam Abraham,

d Gen.25.v. 1.2.

e c.35.v.28.

P 3 potuiſſet

potuiſſet ſicut & pater eius, eodem centeſimo ac trigeſimo ætatis ſuæ anno ex vxore fœcunda liberos gigoere? Haud igitur abſurdum eſt tres alios in eadem familia, ac *Chriſti* linea centeſimo ductu, Booz ſcilicet, Obed, Ieſſe genuiſſe anno vitæ ſuæ decimo ſupra centeſimum nullâ vi illatâ Scripturæ ſacræ, nec ipſi ſubſequentium temporum experientiæ. Hâc enim vltimâ mundi ætate plures inuenti ſunt, vt patet ex facta iuſſu imperatorum populi tecenſione; vnum dumtaxat hoc loco Plinij iunioris referam teſtimonium [Accedunt, inquit, experimenta & exempla recentiſſimi cenſus, quem intra quadriennium Imperatores Cæſares Veſpaſiani pater, filiúſque Cenſores egerunt, & vt multos omittam, inuenti ſunt duo, alter Bononiæ, alter Arimini centum quinquaginta annorum. In regiune autem Italiæ octaua centum annorum cenſiti ſunt homines quinquaginta quatuor; centenûm denûm homines quinquaginta ſeptem; centenûm vicenûm quinûm homines duo; centenûm tricenûm tricenûm homines quatuor: centenûm tricenûm quinûm aut ſeptimûm totiſſem: centenûm quadragenûm homines tres.] Nouiſſimè hoc ſæculo viſus eſt in magna Britannnia ſenex, qui per annos ſeptem & quinquaginta ſupra centum non longè à Londino vixerat, & cum filio quem centenarius genuerat ad ſpectaculum acceſſitus, exhilarauit vniuerſos capularem adhuc vegetum intuentes. Vnicus ergo Booz inter Chtiſti progenitores locum habeat, nec plures, neceſſitate minimè cogente, intrudere præſumamus.

ARTICVLVS V.

De Dauide Patriarcha Regio.

INnumeræ ſunt huius Patriarchæ ſecundum cor Dei prærogatiuæ, è quibus aliquas tantum obiter attingam. Saüle ob duplicem inobedientiam reprobato iuſſus eſt Samüël vngere Dauid filium Iſaï natu minimum è paſcuis euocatum, móxque in ſa-
a 1. Reg. 16. v. 13 cræ huius vnctionis effectum [*directus eſt ſpiritus Domini à die illa in Dauid & deinceps a*] purà ſpiritus fortitudinis, ſic vt viribus corporis cunctos ætate ſibi pares ſuperaret, & viribus animi nunquam rebus aduerſis frangeretur, ſpiritus clementiæ, ſpiritus prophetiæ, aliáque diuinæ gratiæ chariſmata: ſeu totidem inſignia & prærogatiuæ viri ſecundum cor Dei inter Meſſiæ progenitores primarium & collateralem locum cum fideli Abraham tenétis, vtriúſque enim κατ' ἐξοχὴν *Chriſtus* cenſetur filius à Matthæo *b* ſuum
cap. 1. Euangelium ita exordiente] *Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham.*]

Inunctus Dauid ad paſcua reuertitur, Dei laudes prophetico ſpiritu per Cantica, pſalmóſque celebrat, & ad citharam modolatur: optimam enim pſalmorum partem tunc temporis ab eo fuiſſe compoſitam & res ipſa ſuggerit, & idonei Scriptores prodiderunt;

Egregiæ item fortitudinis facinora perpetrat, illa maxime quæ poſtea non ſtimulante iactantia, ſed Saülis totiúſque populi firmandi gratiâ, certamé cum Goliath initurus, enarrauit, putà de leonibus & vrſis à ſe interfectis propriáque manu dilaceratis. Adeſt ergo Goliath *c* gente Philiſtæus patria Ge- c 1. Reg. 17.
thæus, genere Spurius, proceritate Gigas, ſex cubitorum & palmi, robore tanto, vt cum illo tam graui ac ſtupendo (quod Scriptura refert) armorum pondere pugnare poſſet. Per quadraginta dies manè & veſpere exprobrat agminibus Iſraël, quemcumque ex eis prouocat ad ſingulare certamen; nullus eſt in tot millibus bellatorum qui audeat congredi, & auferte opprobrium de Iſraël: nec quidem ipſe Ionathas, qui ſolo ſtipatus armigero eorumdem caſtra Philiſtinorum iampridem adortus fuerat, fuderátque.

Solus Dauid à patre ad fratres inuiſendus miſſus, pugnæ ſe offert, quem Saül armis ſuis non quidem ipſius Saül, quæ armando Dauidi prorſus inepta erant ſed ex regio armentario depromptis, quæ Dauid iis aggrauatus mox depoſuit, ſuóque paſtoritio indutus habitu, & pedo ac funda munitus, in nomine Domini exercituum Gigantem aggreditur, & tam validè ferit in fronte, vt oſſe confracto lapis hæreret infixus, animámque agenti caput abſcidit, quod longâ cæſariæ apprehendens deductus eſt ad Saülem, vt ipſe omnium primus hoc truci ſpectaculo lætaretur & congratularetur nouo bellatori, qui tam glorioſum militiæ rudimentum præbuerat, & in eius generum erat adſciſcendus. Cum ergo Saül ab ipſo Dauide & genus, & alia, vt aſſolet, eſſet percontatus, & ipſe ſumma cum modeſtia & animi firmitate ad ſingula reſpondiſſet, omnium ad ſe pellexit animos, Ionathæ in primis cuius [*anima conglutinata eſt animæ Dauidis, & dilexit eum Ionathas quaſi animam ſuam*] dediſque ei propriam tunicam cap. 18. v. 3.
& arma, cum ipſo fœdus iniens.

Sícque conciſis Philiſtæis reuerſus eſt exercitus Iſraël ſpoliis diues & lætitia triumphans. Erat in regio curru Saül, circumſtabat Ionathas & cæteri filij Regis: hinc Abner princeps militiæ, Dauid publicæ huius lætitiæ fons, veſtimentis, armíſque Ionathæ fulgens inimicum præferebat caput. Tubæ hinc, inde litui compoſito clangore perſtrepunt. Ex vrbibus obuiis egrediuntur in occurſum ipſæ mulieres choros ducentes: ſed ecce in hac lætitia publica amaritudo Saülis amariſſima, dum ad illius aures fertur ingrata illa vox velut carmen intercalare [*percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia d*] qua in re mulieres illas per imprudentiam valdè deliquiſſe certum eſt, regem ſuo ſubdito conferentes, ſubditúmque ſuo regi præferentes, intolerabilis ſanè comparatio quâ nouus miles rege ſuo tot olim victoriis claro decuplo honorabilior proclamatur.

Huiuſmodi ergo muliebribus cantiunculis ſaucius Saül Dauidem deinceps varie inſequitur, & multiplici eum arte tentat perdere, ſed innocentem vbíque protexit Deus, ſuæ generoſitatis, & prudentiæ, modeſtiæ, ac reuerentiæ in vnctum Domini præclara argumenta ſubinde exhibentem, & quicquid

in eius perniciem bumana ac diabolica malitia excogirabat, in eius gloriam diuina refundebat prouidentia.

Cùm autem Dauid ſapienter aduerteret tutum non eſſe ſe, ſuoſque in perpetuo relinqui vitæ diſerimine, conſulto Domino per Abiathar ſummum Pontificem, qui contrucidato per Saülem patre ſuo Abimelech, aliiſque octoginta quatuor Sacerdotibus ad Dauidem confugerat: præmiſſis legatis profugit ad Achis regem Getb, à,quo obtinuit Sicrleg eam per quatuor circiter meuſes inhabitans, cum expedita ſexceurorum militum ſuorum manu prædas agebat, quia non poterar prædas agere de aliis, quàm de Philiſtæis: prædas agebat, affirmat Hieronymus, de Philiſtbæis, qui de Arhis ditione non eraur, idque probabile facit mox congregatus vniuerſæ geutis Philiſthiim exercitus contra Hebræos, à quibus ſe crebris excurſionibus vexatos credebant. Cùm enim prædones iſtos vel ex lingua ipſa Hebræos eſſe cognoſcerent, & fugam Dauidis ad Achis ignorarent, putabant ſe à ſubditis Saülis eiuſdem iuſſu impeti.

Porrò ita Achis Dauidi confidebat, vt eum cum aliis Pbiliſthæorum regulis contra Iſrëlitas puguaturus ſecum duceret. Acerbiſſimus quidem eſt hoc loeo in Dauidem Caietanus, nos autem meliùs de homine ſecundùm cor Dei ſentientes, dicimus eum in negotio tam lubrico ad Deum more ſolito ſe conuertiſſe, ſeque totum diuinæ prouideutiæ commiſiſſe paratum exſequi quod ille iuſſiſſet, ſiue pro Acbis, ſiue pro Saüle. Nec defuit Dominus ſeruo ſuo in hoc ſalo fluctuanti; ſuborta namque de ipſo inter Satrapas diffidentia; curarunt apud Achis vt Dauid remitteretur in Siceleg, ne ſe prælio miſceret. Quod ad prædicta verba Dauidis attinet, ſatis euidens eſt, eum nihil commentitum, nihilve certi promiſiſſe, etſi Achis in ſui fauorem ea interpretarus ſit, quamuis ipſe non ad regis mentem, ſed ad ſuam propriam quæ ex diuina diſpoſitione pendebar prudenter locutus ſit.

Dauid audita morte Saülis conſulto Domino aſcendit in Hebron cioitatem munitam tuncque Metropolim Tribus Iuda à qua mox vnctus in regem; ſeptimo dehinc anno oblatum ſibi ab Abner regnum Iſraël acceptar, nec tameu peccati Abneris qui populum ab Isboſeth rege ſuo vindictæ cupiditate auertebat, particeps fuit: ſuo enim iure vſus eſt, qui ſciebat ſe diuinitus electum ad boc regnum, quod aliunde potuit armatâ vi ſibi vindicare. Neque Abnerem ad peccandum induxit, ſed praua eius voluntate ad obtinendam rem ſuam bene vſus eſt. At re infecta ob necatum proditoriè à Ioab Abnerem, duo primarij regiæ cobortis regis latera cingentis præfecti, qui ideò in Editione vulgata vocantur lattones, quaſi lateroues, & ad latera regis ſtautes, in Hebræo enim priucipes turmatum dicuntur, Baana ſcilicet & Rechab ſanguine & ſcelere fratres perfide Isboſeth quieſcenti caput ampuraut, & ad Dauidem deferunt, qui iuſtiſſima indignatione in ſceleſtos commotus parricidas eos exquiſitiſſimis tormentis cruciatos, ait Ioſephus in media ciuitatis platea in crucem egit. Cunctis autem paulatim ad ipſum confluentibus vndecim aliæ Tribus inito cum eo fœdere vnxerunt in regem ſuper vniuerſum Iſraël, iuxta ſermonem Domini quem locutus eſt in manu Samuëlis. Mox arcem Sion, quam à temporibus Ioſuë tenuerant Iebuſæi, obſidet & capit, & in eam quaſi in anguſtum Hebræorum Capitolium Arcam fœderis celebri pompâ, miroque ſuæ pietatis argumento præſtito detulit de domo Obededom.

Regiis namque veſtibus depoſitis, amictus Leuiticâ ſaltabar totis viribus ante Dominum *a*. Porrò Dauid (ait Scriptura) erat indutus ſtolâ byſſinâ & vniuerſi Leuitæ qui portabant Arcam, quam ſtolam ibidem alibique Ephod lineum vocat; regium Pſaltem, propbetamque lineo Ephod non ſemel vſum fuiſſe refert Scriptura, potuitque rex, in ſtatu Laïco quamtumuis conſtitutus, veſtitu vti Leuitico. Cùm enim Leuitis nullæ ſacræ aut propriæ veſtes eſſent aſſignatæ, potuere Laïci, modò id non fieret in contemptum ſtatus Leuitici, iiſdem cum illis vti veſtibus, vtpotè non ſacris, qualia ſunt hodie, quæ apud nos dicuntur ſuperpellicea, quibus etiam nun Clerici ſine culpa, vllave cuiuſpiam cenſura nonnumquam vtuntur, maximè in ſupplicationibus ſolennioribus, idque in nonnullis Confraternitatibus, præſertim Sanctiſſimi Sacramenti, & Virginis Deiparæ in vſu eſt, in quibus videre eſt plurima ſubinde paria Confratrum etſi Laïcorum in ſtola byſſina, ſeu ſuperpellicco more Clericorom multo cum apparatu procedere.

a 1. Paral. 15. v. 27. 2. Reg. 6. v. 14.

Simili, ſed ardentiori pietaris ac religionis ſenſu Dauid ſaltabat totis viribus ante Dominum, accinctus Ephod lineo *b*. Potuit etiam abſque vlla ſacrilegij macula, panum defectu, ſacris vti, qui ſingulis Sabbatis recentes ac calidi ſuper menſam propoſitionis Domino apponebantur. Quinque petiit de duodecim qui iam ſublati fuerant de menſa Domini, illiſque neceſſitatis ac famia vrgentis iure vſus eſt, vt inſinuat *Chriſtus* Dominus dum ait [*Non legiſtis quod fecerit Dauid quando eſuriit ipſe & qui cum illo erant quomodo intrauit in domum Domini & panes propoſitionis comedit quos non licebat ei edere, neque bis qui cum eo erant niſi ſolis Sacerdotibus* ?

b ibid.

Hanc neceſſitatem adeſſe ſupponens Abimelech ad ritè vtendum ſacris panibus, aliaque abeſſe impedimenta quæ iure in viris militaribos timeri poterant, Dauidem interrogat de munditia, maximè à mulieribus, de qua certior factus, dedit illi ſanctificatum panem.

Eadem neceſſitate ſuggerente dedit ei gladium Goliath, qui anathematis inſtar pendebat in Tabernaculo Domini [*ſi babes bic ad manum*, ait Dauid, *haſtam aut gladium: quia gladium meum aut arma non tuli mecum, ſermo enim regis vrgebat.*] Prope intelligens non leue ſibi periculum ex mora creari, obtulit ei gladium Goliath quo quidem Giganti caput amputarat, quod nullus alius adeſſet ad manum. Eum libenter accepit Dauid, ratus ſe ſicut in panibus ſanctificatis, ſic & in gladio ſacro à Pontifice vrgente neceſſi-

1. Reg. 21.

tate poſſe diſpenſari; maximè ſi mutuum ab eo accepit ad tempus, moxque vbi alia arma ſuppeterent, eumdem Tabernaculo Domini reſtituendum.

Neque vllam viro ſecundum cor Dei inurere præſumas inhumanitatis notam, cùm ſæuiſſima de Ammonitis exegit ſupplicia. Etſi enim ſacra pagina nonnullæ crudelitatis eum inſimulare videatur, dum expreſsè narrat aliquos eorum fuiſſe ſerra diſſectos, alios ſuppoſitos ferratis carpentis, atque ita contritos atque contrucidatos alios gladiis ſine ſecuribus truncatos, alios denique per fornacem lateritiam vt ignibus vſtularentur traductos; additque ſic factum fuiſſe cunctis ciuitatibus filiorum Ammon. Eadem tamen Scriptura diuina ab ea crudelitatis macula, aliiſve, illum purgat dum expreſſis verbis ait [*Eo quod feciſſet Dauid rectum in oculis Domini, & non declinaſſet ab omnibus quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ ſuæ, excepto ſermone Vriæ Hethæi a.*]

a 3. Reg.15. v.5.

Adeoque licet prædicta ſupplicia peccato contra Dauidis Legatos ab Ammonitis admiſſo longè acerbiora fuiſſe videantur, ad plures ſaltem quàm culpam commiſſam pertinuiſſe: dicendum eſt Dauidem iuſta de Ammonitis exegiſſe ſupplicia; eorum namque crimen grauius eſt quàm prima fronte appareat. Ipſi etenim maximi regis & vniuerſo tunc Oriente clariſſimi ex ſenſu charitatis afflicto Principi compatientis, atque operam ſuam offerentis, legatos ſummo dedecore, turpibuſque affecerant contumeliis. Hanon enim nouus rex Ammonitarum ſuorum ſuaſu principum, raſerat dimidiam partem barbæ illorum, & præſciderat veſtes vſque ad nates, hocque ſtatu turpiſſimo dimiſerat eos valde confuſos *b*, vicinoſque contra Dauidem populos, regeſque ipſe ſuique concitarant, & quattum iam annum contram eum per ſe, ſibique adhærentes bellum geſſerant, & damna plurima, quæ bella comitantur, intulerant. Accedit quòd ſupplicia illa non toti populo, ſed aliquibus tantùm de ſingulis ciuitatibus illata fuere, illis videlicet qui authores iniuriæ & maiore in culpa fuiſſe comperti ſunt. Neque enim eodem modo Dauid ſæuiit in alios, quin & pluribus benefecit, vt ſuadetur vel ex eo, quòd poſt annos aliquot, decem circiter, cùm ipſe fugeret à facie filij ſui Abſalon, Sobi filius Naas, & frater inſolentiis illius Hanon, tunc Ammonitarum rex, affuit Dauidi, qui ei antea regnum conſeruarat. Iure ergo alij qui medias Legatorum veſtes ignominiosè diſſecuerant, medij ſerris diſſecari meruerunt: & qui cultris ac nouaculis eorum capita per ludibrium abraſerant, cultris ac gladiis capite, aliiſque membris truncati ſunt: & quia fortè in extremæ ſignum ignominiæ legatos curru impoſitos circumduxerant, & aulicis, toti que populo deridendos exhibuerant, ferratis curribus & carpentis meritò ſubſterni ac conteri potuerunt. Adde quòd ſi quæ hîc pœna exuberantior fuit, ea acerbitati Ioab potiùs, quàm Dauidis iuſſioni imputanda eſt.

b 2. Reg.10. v.4.

TERTIA PARS.

De ſacra Chriſti Genealogia, ſecundam Matthæi Teſſaradecadem complectente, à Salomone vſque ad Iechoniam.

SECVNDA Matthæi Teſſaradecas, Dauide generante excluſo, vſque ad tráſmigrationẽ Babylonis expanſa, Salomonem genitum complectitur, alioſque ſucceſſiuè vſque ad Iechoniam, ſeu Ioachim prioris Iechoniæ filium, in ea quoque incluſum. Primum ergo locum tenet Salomon ſingulari prærogatiua nuncupatus [*Amabilis Domino, eo quod diligeret eum Dominus c*] cuius appellationis vim haud malè interpretantur Hebræi *d*: pertinuiſſe ad eximium diuinæ erga Salomonem dilectionis beneficium declarandum, quo ipſe cæteris fratribus ſuis, & ætate, & materno genere inferior, in hæreditate benedictionum, & regni prælatus eſt, præualuitque contra aduerſarios. In hac ſecunda Theſſaradecade graues occurrunt difficultates, quatuor, Articulis explicandæ. I. erit de iis quæ ſpectant ad Salomonem. II. quare tres reges videlicet Ochoſias, Ioas, & Amaſias ſint prætermiſſi. III. an Achas fuerit naturalis pater Ezechiæ. IV. quis ſit ille Iechonias qui dicitur genitus à Ioſia, & qua de cauſa fratrum eius fiat mentio.

c 2. Reg.12. v.25.
d Hier. in trad. Hebr.

ARTICVLVS I.

De iis quæ ſpectant ad Salomonem.

QVatuor maximè circa perſonam Salomonis hoc loco conſideranda ſunt. Vnum eſt ex qua gente fuerit mater eius, Bethſabee. Alterum an Salomon fuerit eius primogenitus. Tertium de peccato ipſius. Quartum an de eo egerit pœnitentiam. Quatuor hæc totidem ſectionibus explicabuntur.

SECTIO I.

Ex qua Gente fuerit Bethſabee mater Salomonis.

MAtthæus annotat Salomonem fuiſſe genitum ex ea quæ fuit Vriæ, videlicet ex Bethſabee. Huius gentem cum Scriptura ſubticeat, quæ ſit illa inquirunt aliqui. Bethſabee Moabitidem fuiſſe vult Marianus Victorius. At tota eius ratio infirma eſt: licèt enim Vriam Hethæum haud ſemel vocet Scriptura. Non tamen prorſus inde conuincitur quod fuerit gente Hethæus & alienigena. Teſtatus enim eum Hethæum ſimili ex cauſa dictum à Iudæis ſuſpicatur, quâ Scipionem à Romanis Afri-

canum, ob heroïcum ſcilicet facinus quod facilè crediderim de Heroë in ſacris litteris ob fortitudinem, amorem patriæ,& religionem commendatiſſimo. Præterea, quicquid ſit de genere ac gente viri, vxorem tamen eius Bethſabee neque Moabitidem neque alienigenam, ſed Iudæam fuiſſe probabilius eſt; eius enim pater Eliam *a*, ſeu Amiel *b*, quæ nomina vnum planè ſonant litteris per Cabaliſticam metathesim variè diſpoſitis, è Gilo ciuitate ſortis Iudæ oriundus erat, numeraturque inter fortes Dauid his verbis [*Eliam filius Achitophel Gilonites c*] illius ſcilicet Achitophel, qui ex Conſiliario Dauidis factus fuerat capitalis eius inimicus, ob dedecus, vt ſuſpicatur Abulenſis; quod rex adulterio Bethſabee ipſius ex filio Eliam Neptis in eiuſdem familiam intulerat.

a 2.Reg.11. v.3.
b 1. Paral.3. v.5.
c 2. Reg.23. v 34.

SECTIO II.

An Salomon fuerit primogenitus Bethſabee.

SAlomonem vnigenitum fuiſſe volunt aliqui proprio eiuſdem fulti teſtimonio, dicentis *d* ſe tenellum & vnigenitum coram matre ſua; verùm nulla eſt authoritas iſta, quia ſenſus eius eſt Salomonem tamdiu tantùm fuiſſe vnigenitum, quamdiu tenellus, & lacteus fuit: honeſta quippe apud Hebræos erat conſuetudo, quam ex Oſee Propheta *e* Docti colligunt, vt quæ mulier vitalem fœtum edidiſſet, ad viri thorum haud rediret niſi ablactato infante. Salomonis ergo ablactatione peractâ, mater eius alios edidit, qui licèt Salomoni ademerint nomen vnigeniti, Primogeniti tamen reliquerunt, illudque expreſſis verbis tribuit ei Scriptura Diuina tempus natiuitatis eius indigitans; enarratâ namque morte infantuli ex adulterio nati, ſubiungit Dauidem ex ſapientia ſua ac pietate conſolationem ſibi ſumpſiſſe, eamdemque Bethſabee vehementer conſternatæ impertiſſe, moxque conceptum Salomonem. Verba Scripturæ ſunt. [*Et conſolatus eſt Dauid vxorem ſuam, ingreſſuſque ad eam dormiuit cum ea, quæ genuit ei filium, & vocauit nomen eius Salomon.*] Quid clariùs expreſſiuſve? Neque huic Salomonis primogenituræ obeſt is Scripturæ locus, qui de Dauide verba faciens ait: [*Porrò in Ieruſalem nati ſunt ei filij Simmaa, & Sabab, & Nathan, & Salomon quatuor de Bethſabee filia Ammiel f*] quod enim ibi inter quatuor filios Bethſabee Salomon vltimo loco nominatur, libertatis eſt qua Hagiographus in permiſcendo natalium ordine vtitur, quod & alibi non rarò contingit.

d Prouerb.4. v.3.
e c.5. v.8.
f 2.Reg.5. v.14. 1.Paral.3.v.5.

SECTIO III.

De Peccato Salomonis.

CVm immenſa iampridem rerum abundantia & altiſſima pace vbique frueretur Salomon, omnibus eum regibus, ac principibus quaſi quoddam terreſtre numen venerantibus, crebris muneribus, omnique obſequio proſequentibus, in ſuperbiam initium omnis peccati *g* abreptus eſt infœlix; & contra Dei legem *h* ſuæ confiſus ſapientiæ, multiplicauit ſibi equos, & quadrigas, & congregauit vxores plurimas, etiam alienigenas; & voluptatibus ſe ſe dedere cœpit impenſius, hiſque emollitus illecebris effuſus eſt ſicut aqua in vnam Idololatriæ cloacam. Illam eius libidinem triplici capite Scriptura damnat, nempe quòd mulieres alienigenas adamauit *i*, & quòd multas *k*, & quod ardentiſſimo amore copulatus *l* eſt eis. Ardentiores illi iugiter concupiſcentiæ faces accendebat Dæmon, qui hoc ariete vltimam Salomonis ruinam intentabat. Hinc tanta & nuſquam audita ſeptingentarum vxorum, quaſi reginarum, & trecentarum Concubinarum *m* prodiit caterna, quam nec immodeſtus ſine pudore ac rubore in Scriptura leget. Singulæque ex tota illa millena turma quaſi ſanguiſugæ theſauris eius exhauriendis iugiter intentæ, maximam quoque publicæ rei intulere perniciem: cùm enim theſaurorum diminutionem ſuſtinere non poſſet ambitio, grauiſſima ſubditis tributa impoſita ſunt, & expilati multi, vt vxores ſingulas ornaret, dotaret plurimas: neque enim vnicum vexationis annum redolent illæ populi ad Roboam poſtea expoſitæ querelæ. [*Pater tuus duriſſimum iugum impoſuit nobis; tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui duriſſimo, & de iugo grauiſſimo quod impoſuit nobis, & ſeruiemus tibi n.*]

g Eccli.10. v.15.
h Deut. 10. v.15.& c.17. v.16,17.
i 3.Reg.11. v.1.
k ibid.
l v.2.
m v. 3.
n ibid. c.12. v.4.

Stupendum in ſapientiſſimo mortalium omnium Salomone humanæ imbecillitatis exemplum. Salomon à Propheta Nathan eruditus, & elogio præcellenti, *Amabilis Domino o nuncupatus*; magnificatus ſuper reges terræ diuitiis, & ſapientia *p* ſibi adoleſcenti à Deo infuſa *q* cùm tamen eſſet ſenex deprauatum eſt cor eius per mulieres alienigenas, vt ſequeretur Deos alienos, & à ſumma corporis intemperantia ad ſummam animi impietatem, & idololatriam prolapſus eſt. Enim plurima idolis fana erexiſſe aſſerit Scriptura *r*, tria in ſolo monte Oliueti ſupra illud ſacratiſſimum Templum Domini quod ipſe ædificarat, eminentia, & ex ipſo clarè conſpicua. Huic perditiſſimæ vitæ dementati principis, Hebræos ſecutus Abulenſis, ſex minimùm annos tribuit, quoniam vix breuiori tempore Templa tam multa cuilibet *s* Idolo vxorum ſuarum alienigenarum conſtruere potuerat, maximè cum ipſe in cunctis eſſet magnificus, & prophanis hiſce fanis reginarum gratiam demereri peroptaret.

o 2.Reg.12. v.24.25.
p 3.Reg.10. v.23.
q c.3. v.12.
r c.11, v.7. 8.33.
s v. 8.

Dubitant aliqui, an Salomon ex animo idola coluerit; at ea videtur comperta Scripturæ ſententia, dum ait: [*Deprauatum eſt cor eius per mulieres vt ſequeretur Deos alienos, nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo ſuo, ſicut cor Dauid patris eius t.*] Vbi obſeruare eſt, & internum cordis errorem, & externam erroris profeſſionem. Salomonem in profundum Idololatriæ lapſum fuiſſe teſtatur Auguſtinus *u*, parallelum cum Achab (quem proiectiſſimæ idololatriæ ſacra damnat hiſtoria) facit Hieronymus *x*.

t 3.Reg.11. v.4-5.
u l.2. cont. Fauſt.
x ad Vital.

Nec deſunt qui eum filios ſuos idolis conſecraſſe putent, ad quod illum prophanaſſe

ſemen ſuum Sctiprura reſtetur, ſubſcribitque paucitas liberorum eius in tanta ſeptingentarum vxorum & trecentarum concubinarum caterua. Addunt aliqui eumdem magicis deditum; magia enim & idololatria cognatæ ſunt artes, & facilè homo infatuatus, & per inſanam mulierum conſuetudinem Diuina ſpoliatus ſapientia, confugit ad Diabolicam, & per Dæmones curioſa ſcrutatur & inſolita. Amiſſam autem à Salomone ſapientiam teſtantur antiqui Patres *a*. Cenſet Pineda plures illius vxores idolis addictas etiam veneficiis operam dediſſe, vt omnibus imparem, ſibi ſingulæ Salomonem præriperent.

a Ambroſ. Cypr. Aug. Proſper, Iſid. Baſil. &c. quorum loca vide apud Salian. an. 054.

Crediderim hoc tempore tam Sadoc ſummum Sacerdotem, quàm Nathan Prophetam, ſi tamen is adhuc in viuis fuit, aut certè Ahiam Silonitem, alioſve, qui plurimum gratia & authoritate vigebant apud Salomonem, eum non ſemel monniſſe, & per omnia diuina atque humana iura obſecraſſe, vt vt rediret ad cor, ſed fruſtra: ſtupor enim mentis & corporis augetur in dies, & in malis ſuis obrigeſcit voluntas praua. Cùm ergo Sacerdotum, & Prophetarum, ſeruorumque Dei monita forent irrita [*Iratus eſt Dominus Salomoni, quòd auerſa eſſet mens eius à Domino Deo Iſrael, qui apparuerat ei ſecundò, & præceperat ne ſequeretur Deos alienos b*] minatus pœnam dicens [*diſrumpens ſcindam regnum tuum, & dabo illud ſeruo tuo c*] nec diù diſtulit minas in ipſam rem conferre: tres quippe aduerſarios ei ſuſcitauit, Adad Idumæum, qui eo tempore quo Ioab ſub Dauide vaſtauit Idumæam, delatus fuerat in Ægyptum, & Razon Syrum, & Ieroboam filium Nabath de tribu Ephraim, qui omnes in eius perniciem conſpirarunt, contra quos cùm bello gerendo impar eſſet homo deliciis emollitus, & rei militaris inexpertus, & corpore inualidus, his fortè aliiſque de cauſis excitati ſunt in eo conſcientiæ ſtimuli, de ſeuero Dei iudicio ipſum perterrentes, & vnde excidiſſet commone facientes, quibus percitus ſublimem illam & cœlis dignam emiſit vocem. [*Vanitas vanitatum & omnia vanitas d.*]

b 3. Reg. 11. v. 9. 10.
c v. 11.
d Eccl. 12. v. 8.

SECTIO IV.

De Pœnitentia Salomonis.

AN ante obitum ſuum condignam de illa ſua impietate pœnitentiam egerit Salomon; an verò in peccato ſuo extinctus ſit, Scriptura non exprimit. Equidem ſi aliquis nunc eorum librorum extaret, qui de operibus primis, nouiſſimiſque Salomonis à Nathan Propheta, ab Ahia Silonite, Addo vidente *e*, à Scriptore libri verborum, dierum Salomonis ſcripti ſunt *f*, certius aliquid de ea re ſtatui poſſet. Sed quia perierunt libri illi ad eamdem rem explorandam valdè conferunt ſanctorum Patrum authoritates.

e 2. Paral. 9. 29.
f 3. Reg. 11. 41.

Nigrum calculum in Salomonem ferunt Gregorius magnus *g*, Theodoretus *h*, Proſper Aquitanicus, & alij: quorum duo maximè ſuppetunt argumenta. Primum Solet Scriptura poſt recenſita alicuius peccata libenter pœnitentiam ſubiungere, ſicubi ille pœnituerit; vt videre eſt in ipſo Achab, etiam ſi venundatus eſſet vt faceret malum *i*. At criminibus Salomonis paſſim recenſitis *k*, nuſquam illius vel modicam ſubnectit pœnitentiam, vllumve reſipiſcentiæ relinquit veſtigium. Secundum exſtant acerrimæ comminationes, quibus Salomonem in officiu continere curauit Deus, tum ſe ipſo per viſiones, tum per Dauidem parentem his potiſſimum verbis [*Si quæris Deum inuenies? ſi autem dereliqueris eum, proiicies te in æternum l.*] Quæ cùm Prophetæ Dauidis ſint verba, propheticam vtrique ſapiunt comminationem.

g l. 2. Moral. in c. 1. ad ...m.
i 3. Reg. 21.
k c. 11. Eccl. 47. v. 14. 2. Ecl. 13. v. 26
l 1. Paral. 28. v. 9.

At Salomonis pœnitentiam ab ipſomet referri aſſerit Hieronymus dicens *m*. [Non ſolùm Templi cultores, & æditui, ſed & ipſe fabricator eius Salomon peccauerit & offenderit Deum, licèt poſtea egerit pœnitentiam, ſcribens prouerbia vbi ait, [*Nouiſſimè & egi pœnitentiam*] apertum ſane de pœnitentia Salomonis teſtimonium, etſi locus iſte Prouerbiorum referatur ab Hieronymo iuxta verſionem LXX. Interpretum. Nam in Editione vulgata habetur [*Poſui in corde meo & exemplo didici diſciplinam, vſquequo piger dormies, vſquequo de ſomno conſurges n*:] Eodem Prouerbiorum loco pœnitentiam Salomonis adſtruit Cyrillus *o*, inter pœnitentes, quibus datur ſalus numerans Salomonem, Achab, Manaſſem, Nabuchodonoſor. Idemque Hieronymus alibi dicit. Si Dauid amicus Domini, & Salomon amabilis eius victi ſunt quaſi homines, vt & ruinæ nobis ad cautionem & pœnitudinis ad ſalutem exempla præberent: quis in lubrica via lapſum non timeat? Suffragatur D. Ambroſius cùm ait *p*. [Si Dauid infirmus, tu fortis? Si Salomon lapſus eſt, tu potes primus eſſe ſanctorum? ergo ſi errauerunt iuſti, errauerunt tanquam homines, ſed peccatum ſuum tanquam iuſti agnouerunt] Equidem nomen iuſti non conuenit, niſi ei qui licèt peccarit; demum tamen maculas criminum pœnitentiâ diluerit, vt comprobatur ex illo Scripturæ loco [*ſepties in die cadet iuſtus, & reſurget q.*] Quem Hieronymus elucidans ait *r*; ſi cadit quomodo iuſtus: ſi iuſtus quomodo cadit? ſed iuſti vocabulum non amittit, qui per pœnitentiam ſemper reſurgit. Quaſi diceret ſi vltimo tandem reſurgens ſtat, quid obſtat ſæpiùs olim cecidiſſe? Ergo ſi iuſtus Salomon, per pœnitentiam reſurrexerit neceſſe eſt. Pœnitentiæ Salomonis fauent & alij SS. Patrum, Hilarius maximè. Refert Beda *s* illum quinquies per plateas Ieruſalem pœnitentiæ cauſa tractum fuiſſe, & cum quinque virgarum manipulis in Templum veniſſe, ibique à Sacerdotibus & legis peritis poſtulans vt verberaretur; at illis renuentibus manum mittere in *Chriſtum* Domini, à ſeipſo acriter flagellatus eſt: ſicque præteritæ vitæ deprauationem & veram in Deum conuerſionem publicè priuatimque verbis, ſcriptis, factis proteſtatus, ſicut animam diuino præparauit iudicio, ita moribundi corporis curam non neglexit, ſibi enim ſepulchrum in monte Sion conſtrui curauit, qui mons deinde factus Regalium ſepulchrorum

m in c. 4. Ezech.
n Prou. 24.
o Catech. 24
p Apol. 2. pro Dauide.
q Prou. 24. v. 16.
r Epiſt. ad Ruſtic.
s in fine tom. 7.

locus,

loeus, in quem Regum Iuda poſterorum Dauidis illata ſunt cadaucta.

ARTICVLVS II.

Quare tres Reges videlicet Ochoſias, Ioas, & Amaſias à Matthæo ſint pratermiſſi.

CErtiſſimum eſt, & extta omnem dubitarionis aleam poſitum ttes illos reges veros ae legitimos Dauidis ſucceſſotes, vr ex ipſa patet Scriptura *a* Matthæo ſeiente & volente fuiſſe omiſſos. Id ex eiuſdem ſubductione manifeſtum eſt, cùm enim à Dauide vſque ad tranſmigrationem Babylonis quatuordecim tantùm generationes ſe reeenſere dieat, illis ſanè tribus adiunctis, ſeptemdecim teperirentur. Quam cauſam huiuſce ſilentij habuerit Euangeliſta ſcitu difficile eſt, eruditi tamen viri notitia digniſſimum.

a 4 Reg. 8. v. 24. & 11. v. 2 & 12. v. 24. & 14. v. 21. & Paral. 3. v. 11. & l. 2. c. 26. v. 4.

Obliuione mulctatos tres illos reges quòd peccatores fuerint, & eum domo impij Achab regis Iuda connubia miſcuerint, siunt interpretum non pauci. Quod gratis dictum videtur: Etſi enim tres illi reges expuncti, peccatores fuerint, nullus tamen eorum in impietate conferri valet cum vllo aliorum trium regum Iuda videlicet Achaz, Manaſſe & Amon qui tamen in *Chriſti* linea proprium tuentur loeum. Numquid horum primus Achaz videlicet Templum Domini omni genere Idololatriæ conſpurcatum, altari etiam deſtructo elauſit, Idola ad omnes plateas & angulns Ieruſalem conſtituit, propriumque filium parricidiali, horrendoque ſacrilegio Idolo Moloch concremauit *b*. Manaſſes autem adeò ſceleratus extitit, vt Amorrhæos ipſos abominationibus ſuperaſſe ſacri codices affirment *c*; tamen ab Amon filio quem ſucceſſorem habuit magnitudine peccatorum & ipſe ſuperatus *d*. Quin & Salomon ipſe prædictis regibus è *Chriſti* linea excluſis peior apparet, quoad affinitatem cum alienigenis initam, vr in præcedenti, ſectione diximus, & adhuc expreſſius oſtendemus vel ex hoc vno Scripturæ loeo. [*Rex Salomon adamanit mulieres alienigenas, multas, & Moabitidas, & Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias, & Hethæas, de Gentibus ſuper quibus dixit Dominus filus Iſraël: Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad veſtras, certiſſimè enim auertent cerda veſtra, vt ſequamini Deos earum. His itaque copulatus eſt Salomon ardentiſſime amore, fueruntque ei vxores quaſi reginæ ſeptingentæ, & concubinæ trecentæ e.*] Et deprauatum eſt cor eius per mulieres, vt ſequeretur Deos earum, atque in vltimæ impietatis ſuæ argumentum colebat Aſtarten Deam Sidoniorum, & Moloch Deum Ammonitarum, & ædificauit fanum Chamos idolo Moab in monte Oliuarum, & Moloch idolo filiorum Ammon. Atque in hunc modum fecit vniuerſis vxoribus ſuis alienigenis quæ adolebant thus, & immolabant Diis ſuis: nullum verò ex iis criminibus impingitur vlli trium prædictorum Regum qui eraſi ſunt. Initæ verò cum Achabitis affinitatis & amicitiæ crimen minùs eos maculat, quàm Ioſaphat, aut Iotam eius filium, qui Athaliam duxit filiam *f* Achab. Adde quòd ſi iſti peccatores fuerint ſuas quoque hac in vita luere pœnas; Ochoſias præſentem iniquitatis ſuæ mercedem tulit poſt vnicum regni annum à Iehu interfectus *g*. Ioas ſtudiis Ioïadæ ſummi Pontificis ad thronum euectus, firmatuſque lapidato eiuſdem Pontificis filio, licèt aliunde pius in pœnam ingratitudinis huiuſque impietatis anno ſequenti victus à Syris ignominioſè admodum tractatus eſt, ac demum à ſeruis ſuis occiſus. Amaſias mox vt à primis ſuis, religioſiſque principiis defecit, Deoſque Idumæorum coluit *h*, in manus Ioas regis Iſraël traditus eſt, ſuorumque inſidiis circumuentus periit. Difficile creditu eſt, vt culpæ tot tantiſque pœnis expiatæ illam adhue ſuppreſſorum nominum ignominiam commererentur, eiſque ſempiternùm tanti dedecoris & infamiæ ſigna inurerentur.

b 2. Paral. 28. 4. Reg. 16.

c c. 21.

d 2. Paral. 33 v. 23.

e 3. Reg. 11.

f 4. Reg. 8. v. 18.

g v. 26. & c. 9 v. 27.

h 2. Paral. 25 v. 14.

Alia igitur ratio prætermiſſorum regum à Matthæo, quàm quòd ipſi peccatores fuerint, inueſtiganda eſt. Potior ea videtur, cenſuræ ſaltem minùs expoſita, quæ dicit, trium illorum regum nomina à ſacris Tabulariis Templi, vbi tribuum ac familiarum Dauidicæ præſertim, ac regiæ deſcripta ſtemmata ſeruabantur, iudicio Canonico eraſa fuiſſe, quibus tabulis Matthæus Hebræis, Hebraicè ſcribens, ſuam narrationem conformem eſſe voluit. Nec immeritò; cùm enim is primum Euangelij creditu difficilis nuntium afferret ad Gentem duræ ceruicis, & in contrarium præoccupatam, ea prudenter vſus eſt inſinuatione, vt ſe peritum Hebræorum Traditionum, & occultioris Cabalæ probaret: Deo nouæ legis authore iudicia à ſuis miniſtris legis antiquæ legitimè probata rata ſe habere demonſtrante. Cenſuales tabulas familiarum, regiæ præſertim ac Sacerdotalis in Archiuis Templi aſſeruari ſolitas, habetur ex Ioſepho *i* rerum Iudaicarum peritiſſimo, vbi de antiquitate, ac fide Iudaicarum litterarum, ac monumentorum præ Græcis diſputat: idque ex ipſa patet Scriptura *k*, quæ de nonnullis Sacerdotibus è Babylone reuerſis ait: [*Hi quæſierunt Scripturam Genealogiæ ſuæ* (vtique in ſacro Chartophylacio) *& non inuenerunt, & eiecti ſunt de Sacerdotio l.*] Etiamnum tot ab euerſo Templo elapſis ſæculis genteque Iudæorum tamdiu diſperſæ ſeruari adhuc in Synagogis familiarum Catalogos ſumma cura confectos, vt rem compertam memorat Abulenſis *m*.

i l. 1. aduer. Appian.

k 1. Eſd. 11. v. 62.

l c. 2. v. 62.

m qu. 30. in l. 1. Paral.

Atque ex iis Tabulis receptum fuit, vt Sacerdotum iudicio certa nomina ignominiæ cauſa nonnunquam eraderentur, quod non paucis Scripturæ locis inſinuatur *n*. Indeque propagata videtur in Eccleſiam delinquentium Clericorum nomina ex Tabulis Eccleſiaſticis delendi conſuetudo. Simili animaduerſione veteres reſpublicæ, Romana potiſſimum, vſæ ſunt aduerſus memoriam Tyrannorum, aut prauorum Magiſtratuum communi conſenſu è faſtis, monumentiſque publicis exoſa eorum nomina abradentes.

n Exod. 32. v. 32. 33. 4. Reg 21. v 13 Pſ. 65. v. 29.

At inquies, quo iure tanta ſeueritas Pon-

tificum in tres prædictos reges exarſit, alij tamen his longè nequiores, Achaz videlicet Manaſſes, Amon, Iechonias, quos ſacræ litteræ palam infamant ſacro in albo intacti remanſerunt. Reſponderi poteſt non omnes qui ex æquo peccant æqualiter plecti, mulctaſque impunitatis indulgendæ, legumque temperandarum rationes ſæpiùs occurrere quæ ſubiiciuntur. Aliqualem tamen rationem exercitæ in tres reges expunctos Pontificalis ſeueritatis aſſignari poſſe, videlicet quòd Ochozias expunctus ſit in deteſtationem matris ſuæ Athaliæ, quæ patrem ſuum Achaz, auumque Amri reges Iſraël impiiſſimos imitata, Ochozia, quem ſibi ſimillimum genuerat extincto, in poſteritatem Dauidis, ſuumque ſanguinem graſſata eſt, omnéque ſemen regium (Ioas Infantulo clam ſubducto,) interfecit, & regnum tyrannicè ſibi arripuit, tenuitque ſex annis, donec Ioiada Pontifex centenario maior, virilis tamen animi, Athaliâ interfectâ, Ioas, puerum ſeptennem è latebris prolatum in regno, thronoque poſuit *a*, ſtrictoque gladio ſpirituali ſceleratæ mulieris ſimilem prolem Ochoziam è ſacris Tabulis eraſit. Ioas verò Ioiadæ Pontifici vitæ & regno obſtrictus, quia tanto benefactori ingratus filium eius ac ſucceſſorem in Pontificatu, & ipſum virtute propria præter paternum meritum laudabilem ipſo in Templo ſacris fungentem lapidauit, promeruit vt excluderetur, & poſt funeſtam ſui cædem, quæ paulò poſt contigit, à ſepulchris regum excluderetur *b*, & ab apothecis Templi æternum exularet. Eademque damnatio, in Amaſiam inualuit filium Ioas, nec multum diſſimilem patri: miſſi enim ad ſe diuinitus Prophetæ os oppreſſit his verbis. [*Num Conſiliarius regis es? quieſce ne interficiam c te.*] Tolerabilior quidem quod iram ſacrilegam compreſſit in minis: dignus tamen qui è ſacris Dyptichis pontificali iudicio expungeretur.

a 2. Paral. 23

b 2. Paral. 24 v. 25.

c c. 25. v. 16.

Cur verò eamdem pœnam Pontifices non inflixerint aliis regibus longè nequioribus, putà Achaz, Manaſſe, Amon, & Iechoniæ, dari poteſt ratio: quoad regem Achaz; fortè piiſſimi filij ac ſucceſſoris eius Ezechiæ ſingularis probitas id indulgentiæ ab illis obtinuit, maximè cum ſatis ignominiæ illatum ei fuerit, ſepulchris regum excludi *d*. Manaſſes illuſtri pœnitentiæ exemplo ſui nominis obliuionem lucri fecit. Et cruenta mors Amon eius filio in ætatis flore illata culparum eiuſdem quædam expiatio fuit eximia præſertim Ioſiæ filij eius ac ſucceſſoris religione paternum dedecus deprecante. Iechonias denique trimeſtris regni maculas exſilio ac ſeruitute Babylonica ſatis abunde luit.

d c. 28. v. 27.

ARTICVLVS III.

An Achaz fuerit pater naturalis Ezechiæ.

DE patre naturali Ezechiæ grauiſſima mouetur difficultas; an is fuerit Achaz prout vtrumque Teſtamentum narrat? an verò alius, ita vt Achaz pater legalis extiterit? Ratio dubitandi eſt, quia conſtat ex libro quarto Regum *a* Achaz filium Ioatham, ac patrem Ezechiæ viceſimo vitæ ſuæ anno regnare cæpiſſe ſtatim à patris morte, ac ſexdecim annis exinde regnum tenuiſſe. Eodemque libro aſſeritur Ezechiam filium Achaz, & immediatum in regno ſucceſſorem viginti quinque fuiſſe annorum cum regnare cæpit, qui numerus ſi de prioribus triginta ſex, quibus Achaz vixit, detrahatur, admittendum vtique erit, quod natura reſpuit, ex decenni puero conceptum Ezechiam, annoque eius natum vndecimo. In hac difficultate enodanda cùm viri ſummi tam veteres, quàm recentiores abunde deſudaſſent, omnemque mouiſſent lapidem, nihil ſe reperiſſe quod ſatisfaceret ingenuè faſſi ſunt. Ipſe Hieronymus ſacræ paginæ, eiuſdemque ſenſus litteralis peritiſſimus, à Vitali quodam de eo modo conſultus, vbi perplexe varia tentauit, ad extremum ſuaſit *b* curioſitatem ab eiuſmodi quæſtione auocare. Quod ſanè præſtare nequeunt qui ſacratum litterarum profeſſione ſuſcepiâ, ſui muneris eſſe putant in earum difficultatibus expediendis nulli ſtudio, aut contentioni parcere. Inter quos aliqui, vt prædictum nodum ſoluant, duplex initium ſtatuunt regni Achaz, qui aliquot annis corregnauit patri ſuo Ioatham. At vnum tantùm in eo agnoſcit Scriptura regni principium, illigans illud anno Phaceïa regis decimo ſeptimo, quo & abiiſſe Ioatham aliunde certiſſimum eſt. Alij hinc excluſi ad interregnum confugiunt cogitantes haud ſtatim ab Achaz extincto ſceptrum fuiſſe traditum Ezechiæ, quod ſi verum eſſet, nihil equidem obſtabit quominùs decimo octauo, aut etiam vlteriori anno Ioatham, genitus Ezechias dici poſſit. Sed è contra ſtat eadem Scriptura, docens Ezechiam annos natum viginti quinque initium feciſſe regnandi, tertio *c* videlicet anno Oſee in ſecunda Enneade ſua verè regnantis, cuius primos annus cum Achaz duodecimo concurrit. Nullum igitur potuit inter mortem Achaz, & initium regni Ezechiæ filij eius interregni ſpatium intercedere. Alij ergo, ne vllam vim inferant Scripturæ ſemper ad litteram intelligendæ, niſi aliquod inde ſequatur abſurdum, aiunt Achaz virilis ac generoſæ conſtitutionis puerum, triennio ordinarium tempus præuenientem, ætatis ſuæ vndecimo genuiſſe Ezechiam, adeò vt Achaz anno viceſimo vitæ ſuæ iam exeunte regnare cœperit, & ſexdecim annis integris ſceptrum tenuerit. Ezechias verò viceſimo anno vitæ ſuæ ineunte regnum inierit, quod ſatius videtur

a c. 16.

b Epiſt. 132. ad Vitalem tom. 3. at tamen Salomonem & Achaz vndecimo ætatis anno filios genuiſſe.

c 4. Reg 18. v. 1.

dicendum,

dicendum, vt ve um ſit quod expreſſe, nec ſemel aſſerit Scriptura Achaz genuiſſe Ezechiam, quàm dicere Achaz fuiſſe tantùm legalem patrem Ezechiæ, & illud (genuiſſe) quod Scriptura tribuit regi Achaz, detorquere ad alium quempiam neſcio quem.

ARTICVLVS I.

Quis ſit ille Iechonias, qui dicitur genitus à Ioſia, Quaue de cauſa fratrum eius fiat mentio?

VErba Matthæi duplicis huius difficultatis motiua ſunt hæc. *Ioſias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in tranſmigratione Babylonis a.*] Quoad priorem difficultatem videlicet; quis ſit iſte Iechonias genitus à Ioſia, ea grauis eſt, & valde torquet interpretes. Veterum recentiorumque plurimorum opinio eſt, inter Ioſiam & Iechoniam deſiderari Ioacbim, quia hunc Hiſtoria ſacra inter illos medium ponit, vt pote filium Ioſiæ, & patrem Iechoniæ, adeoque per Iechoniam & fratres eius, intelligat Euangeliſta Ioachim filium Ioakim, & nepotem Ioſiæ. At nouum inde naſcitur incommodum quoad prædictos fratres Iechoniæ, ſeu Ioachim; hic enim nullos legitur habuiſſe, Ioakim tamen pater eius habuit aliquos qui in hunc modum recenſentur. [*Filij autem Ioſiæ fuerunt, primogenitus Iohanan, ſecundus Ioakim, tertius Sedecias, quartus Sellum b.*] Quorum primus obiiſſe videtur patre adhuc viuente, & poſt eum Ioakim primogenituram tenuit. Sellum vltimo loco memoratus idem tamen eſt cum eo qui alibi c dicitur Ioachaz, natu quidem minor Ioakim, ſed maior Sedecia, quem populus terræ regnare fecit in locum Ioſiæ occiſi contra ius primogenituræ, quemque Pharao Nechao poſt tres menſes vinctum abduxit in Ægyptum, vbi mortuus eſt; patet ex verbis expreſſis Ieremiæ d Prophetæ. [*Hæc dicit Dominus ad Sellum* (ſic enim vocabatur & Ioachaz ille binominis) *filium Ioſia regis Iuda qui regnauit pro Ioſia patre ſuo qui egreſſus eſt de loco iſto: non reuertetur huc amplius, ſed in loco ad quem tranſtuli eum ibi morietur.*] Quem ac fratres eius, Ioſias dicitur genuiſſe, poteſt intelligi Ioakim nepos Ioſiæ qui nullos habuit fratres, ſed intelligi debet Ioakim eius filius qui aliquos habuit, vt dictum eſt, cuique ſicut & filios eius Ioachim dictus eſt Iechonias. Hæc enim tria nomina Iechonias, Ioacim, & Ioachim ſono licèt diuerſa, apud Hebræos tamen idem fermè ſignificant, ſicque Matthæus Ioachim non omiſit, ſed ſub nomine Iechoniæ eum expreſſit.

a Matth. 1.
b 1. Paral. 3. v. 5.
c 4. Reg. 23. v. 31. 32.
d c. 22. v. 11.

Alij dicunt corruptum fuiſſe Matthæi codicem, in quo primitus legeretur. [*Ioſias autem genuit Iechoniam & fratres eius; Iechonias autem genuit Iechoniam in tranſmigratione Babylonis, & poſt tranſmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel.*] Illamque correctionem inde ortam, quod ſcioli Librarij repetitum bis Iechoniam pro Battologia correxerint. Huic ſententiæ fauet Epiphanius e, vbi ait: [Cum generationes Matthæus trifariam dinumerarit, primamque claſſem ab Abraham ad Dauidem quatuordecim capitibus definierit: proportionibus ſanè ordinibus nihil ad promiſſum numerum deeſt. Ad Iechoniam enim, qui claſſis ſecundæ limes eſt, exactè conſtat ſumma perſonarum, & temporum. At tertia ſeries quatuordenarium non implet. Vbi enim rationem habueris diligentem expanſorum in ea nominum, haud plures tredecim inuenies, nimirum quidem Iechoniam alteri Iechoniæ continuarum eodem vno in textu offendentes, intempeſtiuè contraque authoris ac loci ſententiam repetitum alterum crediderunt. In quo fallebat eos ratio: recta enim ea ſcriptio fuit, exactuſque numerus, ſed quoniam cognominem patri filium Iechoniæ alterius prolem Matthæus in oratione ſua continuauerat, faſtidium mouit delicatis iſtis, qui alterum ſanè licenter expunxerunt nomen. Imperitè profecto qui non animaduerterent coargui temeritatem correctionis ſuæ editione ſubducti numeri mox addita; profitente Euangeliſta ter quatuordecim à ſe recenſita eſſe capita; cuius iſti diſpoſitionis ac numeri proportionem omnem ac mutuam trium inter ſe claſſium habitudinem importuna ſua emendatione conturbarunt.] Ambroſius, Auguſtinus, & Hieronymus ægre audiunt mendoſos eſſe Matthæi Codices, agnoſcentes potius Euangelij contextum incorruptum, & ex primo autographo cum fide expreſſum; contendunt tamen ex Authoris mente bis computandum eſſe Iechoniam; primus enim ait: [Duos Ioachim, hoc eſt duos Iechonias fuiſſe Hiſtoria indicat; vnum ante tranſmigrationem, alterum in ipſa tranſmigratione generatum, id eſt patrem & filium. Ergo pater inter generationes ſuperiores eſt computatus, qui ſucceſſit Ioſiæ; filius inter poſteriores qui ſucceſſit patri, id eſt nepos Ioſiæ f] Et poſt pauca [Non igitur ſuppreſſit alterum Euangeliſta, ſed vtrumque ſignificauit, quod vterque Iechonias dictus ſit.]

e l. 1. adu. Hær. Hær. 8. num. 8.
f Ambr. l. 3. in Luc.

Auguſtinus de Matthæo loquens ait: [Cum quaternas generationes tribus diſtinxiſſet Articulis dicens: ab Abraham vſque ad Dauid generationes eſſe quatuordecim, & à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis alias quatuordecim: totidemque alias vſque ad Natiuitatem *Chriſti*; non tamen eas duxit in ſummam, vt diceret: fiunt omnes quadragintæ duæ. Vnus quippe in illis progenitoribus bis numeratur, id eſt Iechonias, à quo facta eſt in extranea gente deflexio, quando in Babyloniam tranſmigratum eſt. Vbi etiam ordo à rectitudine flectitur, atque vt eat in diuerſum tanquam angulum facit, illud quod in angulo eſt bis numeratur; in fine ſcilicet prioris ordinis & in capite flectionis g.] Hieronymi verba ſunt iſta [In Euangelio ſecundum Matthæum vna videtur deeſſe generatio, quia ſecunda τεσσαρεσκαιδεκὰς in Ioakim definit filio Ioſiæ; & tertia incipit à Ioachim filio Ioakim. Quod ignorans Porphyrius calumniam ſtruit Eccleſiæ ſuam oſtendens

g Aug. l. 2. de conſenſu Euang. c. 4.

imperitiam, dum Euangeliſtæ Matthæi arguere nititur falſitatem.] Quiequid ſit ſiue vnus Iechonias à Librariis ſuppreſſus ſit, vt innuit Epiphanius; ſiue ex Matthæi mente bis computandus ſit, vt innuunt Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus ſemper prior Iechonias, ſeu Ioakim, qui dicitur habuiſſe fratres, terminus erit ſecundæ Teſſaradecadis, & poſterior Iechonias ſeu Ioachim initium tertiæ.

Quod ſpectat ad ſecundam difficultatem, quà ſcilicet de cauſa Matthæus fratrum Iechoniæ, ſeu Ioachim, ſicut & anteà Patriarchæ Iacob, præter morem mentionem faciat. Ea forte eſt, quia omnes Ioſiæ filij, quotquot is moriens ſuperſtites reliquit, regnarunt, primùm quidem Ioachaz ſeu Sellum, poſteà Ioakim, & vltimò Sedecias, idlie t honoris ipſorum, pop live peccatis minimè deberetur, ſingularibus tamen Ioſiæ meritis datum eſt, vt ante perditæ reipublicæ interitum tres eius filij etſi degeneres eam adminiſtrarent, hoc ordine Ioſia in acie Mageddonenſi interfecto à Pharaone Nechao Ægypti rege, ſuffectus eſt ei Ioachaz à populo terræ, id eſt fæce vilis plebeculæ factione attentata eſt eius inaugutatio, maximâ tamen iniuriâ Ioakim primogeniti, ille enim cùm mox à patris interitu regnare cœpit viginti trium erat annorum *a*, hic verò tertio dehinc menſe conſtitutus rex annos viginti quinque natus dicitur *b*. Neque delato ſibi iniuſte regno diu potitus eſt, ſiquidem Nechao qui patrem ipſius ac poſtea Chaldæos vicerat, [*vinxit eum & duxit in Ægyptum*] vbi ſceleſtum ſecuta eſt vltio diuina per Ieremiam intentata *c*. Ioachaz exauctorato, frater eius Ioakim ſuffectus regnum tenuit annos vndecim, quorum prioribus vectigalis factus Pharaoni, poſteà Chaldæis præualentibus triennalis ſeruitutis vili conditione eis ſe ſe adiunxit. Tum libertatem vſurpare auſus, Syrorum, Moabitarum, Ammonitarumque Chaldæorum partes data fide tuentium incurſionibus ac latrociniis vexatus interiit: Hærede relicto filio ſuo Ioachim, ſeu Iechonia octodecim annorum nato, qui & ipſe paternam defectionem continuans tribus vix menſibus in regno tranſactis obſeſſa à Chaldæis Ieroſolyma ſuaſu Ieremiæ Prophetæ ſponte ſe dedit Nabuchodonoſori, & in Babylonem cum omni familia ſua tranſmigrauit *d*.

a 2.Paral.36 v.2.
b v.5.
c c.22.v.11.
d 4.Reg.

Precariam eius loco regni ſpeciem Mathathias patruus Iechoniæ, ac frater Ioakim impetrauit à Chaldæorum Rege à quo Sedecias (id eſt iuramentum Domini, quia ſolenni per Deum iuramento fidei ſacramentum ei præſtiterat) vocatus fuit, cùm tamen perfide rebellaſſet, obſeſſus à Chaldæis, verbiſque Ieremiæ deditionem ſuadenti ſemper incredulus vndecimo miſerrimi regni anno excæcatus, & ferreis vinctus catenis Babylonem abductus periuram ibi animam in carcere euomuit.

Id porrò obſeruandum circa prædictos Ioſiæ filios, quòd Sellum, ſeu Ioachaz dicatur quartus Ioſiæ filius, & Sedecias tertius, cùm tamen ille nam maior eſſet iſto, annis circiter tredecim, vt manifeſtè patet ex duobus Scripturæ locis ſimul collatis. At huius tranſpoſitionis ratio eſt, quia Author Paralippomenon naſcendi ordinem non ſemper obſeruat, ſed alium quandoque nobis ignotum, nec curioſe perſcrutandum. Forte etiam Sellum Sedechiæ iuniori ſe poſtpoſitus ob aliquam cauſam ignominia ἐχατεταξίας à ſacro Authore fuit mulctatus.

QVARTA PARS.

De ſacra Chriſti Genealogia, Vltimam Matthæi Teſſaradecadem complectente à Iechonia patre Salathielis, vſque ad Chriſtum *Dominum.*

POSTREMA hæc Maiorum Chriſti Taſſaradecas quinque habet Articulos. Primus eſt: an Salathieles & Zorobabeles, qui à Matthæo & Luca memorantur, ſint iidem, an diuerſi. Secundus de Genio excellenti Ioſephi, & Ianne poſtremorum ducum Iuda. Tertius de patre naturali, & legali Ioſeph ſponſi SS. Virginis. Quartus num SS. Deipara vnam in *Chriſti* Genealogia conſtituat perſonam diſtinctam à perſona Ioſeph patris putatiui *Chriſti*. Quintus de paterno *Chriſti* Auo, & Auia materna, & aliquot eius conſanguineis.

ARTICVLVS I.

Au Salathieles, & Zorobabeles qui à Matthæo, & Luca memorantur, ſint iidem, an diuerſi?

SAlathieles illi & Zorobabeles, etſi homonymi, diuerſi ſunt, quia eos manifeſtè ſeorſim recenſent Euangeliſtæ, & in diſtinctis ſtirpis Dauidicæ ramis collocant. Matthæus quidem in linea Salomonis, Lucas verò in linea Nathan. Nec obſtat quod eadem in eis ætas, eademque conueniant tempora, & vterque poſt Tranſmigrationem Babylonis in ipſa captiuitate ſit genitus: Inde enim tantum conuinci poteſt illos homonymos eſſe, minimè verò diuerſos, cum aliunde certum ſit Iechoniam, de quo poſſet eſſe dubium, quia ſterilis vocatur apud Ieremiam *a*, filios procreaſſe, præ cæteris Salathielem, idque conſtat ex duobus vtriuſque Teſtamenti locis expreſſis. In Veteri dicitur. [*Filij Iechoniæ fuerunt Abir Salathiel, &c. b*] In Nouo dicit Matthæus *c*, [*Et poſt tranſmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel.*] Quid magis expreſſum ac conſentiens? Nec his obſtat quod Deus Iechoniam ſterilem denuntiat, cùm dicit Ieremiæ *d*. [*Scribe virum iſtum ſterilem virum qui in diebus ſuis non*

a c.22.v.30.
b 1.Paral.3. v.17.
c c.1.v.12.
d c.22.v.30

Proſpera

proſperabitur.] Hæc enim verba ſolam mulctam regni continent, vt patet ex verbis quæ immediatè ſubſequuntur. [*Nec enim erit de ſemine eius vir qui ſedeat ſuper ſolium Dauid & poteſtatem habeat vltra in Iuda.*] Iechonia enim ſemine eius ipſo Dei oraculo abiectis, priuatiſque ſolio Dauidis, ſceptrum Iuda & hæreditarium ad benedictiones ius, tranſiit ad alterum Dauidici ramum ſtemmatis, id eſt à linea Salomonis, ad lineam Nathan, cùm tempore captiuitatis Salathiel filius Neri, vt loquitur Lucas, electus eſt in ducem, vocatur enim
a 4. Eſd. 5. v. 16. dux populi a, quod vel ſolùm arguit iſtum Salathielem vt potè ducem populi fuiſſe alium ac diuerſum à prædicto Salathiele filio Iechoniæ, de cuius ſemine nullos deinceps poteſtatem habiturus erat in Iuda; eaque pœna jam intentata fuerat ab ipſo Deo Ioakim patri Iechoniæ his verbis. [*Propterea hæc dicit Dominus contra Ioakim regem Iuda. Non erit ex eo qui ſedeat ſuper*
b Ierem. 36. v. 30. *ſolium Dauid b.*] Calamitoſum enim, breuiſſimumque per tres menſes Iechoniæ à Chaldæis obſeſſi regnum pro oihilo computatum eſt.

Nec quis vnum tantùm eſſe Salathielem vnumque Zorobabelem, (cum ſcilicet qui à Matthæo recenſetur) eſſe ſuſpicetur, ex eo quòd longè maior apud Lucam in æquali tempore exſtat generationum numerus, quàm apud Matthæum; facillimè enim fit vt aliquæ familiæ decem generationes eo ſpatio temporis compleant, quo aliæ vix quinque numerent, prout ſcilicet in iſtis, adultiori aliis ætate patres fieri cœperunt.

ARTICVLVS II.

De genio præcellenti Ioſeph, & Ianne Poſteriorum Ducum Iuda.

CVm Iechonias, vt dictum eſt, Articulo præcedenti, cum tota ſua poſteritate priuatus fuiſſet regno, omnique poteſtate in Iuda; ſceptrumque à linea Salomonis tranſiſſet ad lineam Nathan, quam percurrit D. Lucas tempore Captiuitatis, Salathiel filius Neri ex verbis Euangeliſtæ electus fuit in ducem populi, & ducatus qui in Zorobabele eius filio cœpiſſe dicitur, quia in eo clarior fuit recta linea perſeuerauit in poſteris eius, vſque ad Ianne, in quo, nec non in patre eius Ioſepho ſtirpis Dauidicæ præ cæteris ea in claſſe *Christi* maioribus virtus enituit, vt fidem faciunt quæ ſequuntur, duplici ſectione comprehenſa.

SECTIO I.

De genio præcellenti Ioſephi penultimi Ducum Iuda.

IOſephus honeſtate, prudentia, & magnanimitate inter Hieroſolymitas celebris, cùm ſummus Pontifex Onias auarus publicani ſecuritatem minimè curaret, nec ſolita Ptolemæo Euergeti viginti talenta argenti perſolueret, miſſum à Rege legatum Athenionem, & extrema quæque Iudæis minitantum lauto per aliquot dies excepit hoſpitio, & pretioſis muneribus donatum præmiſit ad Regem dicens, ſe quoque mox ſecuturum. Legatus liberalibus honeſtiſſimi iuuenis captus moribus reuerſus in Ægyptum tantis eum aſſiduè apud Ptolemæum ornabat laudibus, vt & Rex & Regina Cleopatra erga abſentem optimè eſſent affecti.

Cùm Ioſephus peruenisſet Alexandriam, eo tempore quo ad Regem venirent omnes Syriæ & Phœnices vrbium principes ad emenda vectigalia, quæ ſingulis annis Rex vendebat oppidanorum potentioribus: cumque didiciſſet Memphi Ptolemæum eſſe, profectus eſt illi obuiam. Conſpicatus eum Athenio mox Regi notum reddidit, dicens, hunc eſſe illum Iuuenem cuius bonitatem ac liberalitatem Ieroſolymis reuerſus tantopere prædicarat: tum Ptolomæus prior eum ſalutauit, & currum iuſſit conſcendere. Quo facto Oniam Pontificem Rex accuſare cæpit: at Ioſephus danda eſt, inquit, ſenectuti venia, ſcis enim quòd ſenes & pueri eundem habent animum, nos autem iuuenes officio noſtro non deerimus, vt nihil merito de nobis poſſis conqueri.

Ex hoc primo colloquio Rex deguſtata Iuuenis vrbanitate, adeò cæpit eum amare, vt iuberet eum diuerſari in regia, & quotidie ſuæ menſæ adhiberet. Quod cùm primates Syrorum viderent, indigne ferebant. Cúmque dies auctionis veniſſet quâ addicenda erant vectigalia, licitabantur ea nobiles ſuæ quiſque patriæ: & cùm octo millia talentorum colligerentur è vectigalibus Celeſyriæ, Phœnices, Iudææ, & Samariæ: accedens Ioſephus culpabat illos licitatores, tanquam de compoſito tam paruum Regi pretium promitterent: ſeque paratum duplum numetare, relictis Regi damnatorum confiſcationibus, quæ priùs Publicanis ſolebant accedere. Rege libenter hæc audiente, rogante tamen ecquos haberet fideiuſſores, feſtiuè reſpondit, daturum ſe perſonas illuſtres, probas, & honeſtas, quibus non grauaretur credere, quas vt proferret poſtulatus, te, inquit, Rex dabo, tuamque coniugem, vt alter alteri pro me fideiubeat? tum Rex arridens, permiſit eum abſque fideiuſſione habere vectigalia. Ioſephus autem acceptis à Rege militum duobus millibus, quos ideo petierat, vt poſſet contumaces in vrbibus vi cogere, & profectus in Syriam cùm veniſſet Aſcalonem, tributumque à ciuibus exigeret, & non ſolùm nihil acciperet, ſed conuitiis etiam peteretur, comprehenſos circiter viginti eorum primates affecit ſupplicio: redactiſque ex eorum facultatibus mille talentis, Regi eam pecuniam tranſmiſit, indicans quidnam egiſſet. Miratus Rex eius prudentiam, & approbato quod egerat, permiſit ei quidquid vellet facere.

Hoc audito, caſtigaræ in Aſcalonitia inobedientriæ exemplo Syti tettiii, patentibus portis Ioſephum excipientes, tributa ſoluebant. Cúmque Scythopolitæ per contumaciam imperata more ſolito tributa pendere detrectarent, horum quoque necatis ptimatibus, facultates damnarorum ad Regem miſit, comparatiſque multis pecuniis, & multa lucratus ex redemptione vectigalium, his opibus ad conſtabiliendam præſentem potentiam vſus eſt, prudenter exiſtimana optimum eſſe iam partam fœlicitatem tueri.

Vſus eſt autem ea proſperitate per annos 22. ex vna vxore procreatis ſeptem filiis, ſuſcepto etiam ex fratris ſui Solymij filia, altero filio quem Lucas Euangeliſta Ianne nominat de quo ſectione ſequenti.

SECTIO II.

De Ianne vltimo Ducum Iuda.

Luc. 3. 24. IAnne *a* Hircanus à Ioſepho vocatus, annos natus tredecim cùm generoſam & prudentem præſeferret indolem, fratrum in ſe concitauit odia, quòd eos in omnibus videretur antecellere. Ioſephus enim eorum pater volens cognoſcere quiſnam ex ipſis ad virtutem maximè eſſet idoneus, vnumquemque miſit ad eos qui tunc profeſſione diſciplinarum erant celebres: at cuncti propter ſegnitiem & laborum impatientiam indocti domum reuerſi ſunt.

lib. Ant. Deinde minimum natu Hircanum, vt refert Ioſephus *b*, cum trecentis iugis boum miſit itinere ſeptem dierum in ſolitudinem, vt illic ſementem faceret, ſed prius ſubtractis clam loria quibus arator boues ad iugum ſolet aſtringere. Quò poſtquam peruentum eſt, cùm obſeruaſſet lora deeſſe, contempto bubulorum conſilio ſuadentium aliquem ad patrem mittere qui ea deferret, nolens interim tempus terere, commentus eſt quiddam veterano magis duce, quàm id ætatis adoleſcente dignum. Mactatis enim decem iugis boum, carnes quidem in operarios diſtribuit: ſectis autem tergoribus, & loris inde confectis, iuga boc modo bobus aptauit, terræque quam pater proſcindi iuſſerat ſic arata, ſementeque facta, domum rediit. Quem pater exoſculatus ob prudentiam & acumen ingenij, & quod excogitata auderet aggredi, magis poſthac amauit, indignè licet ferentibus reliquis fratribus.

Intereа venit nuntius filij nati Regi Ptolemæo Epiphani, omneſque Magnates Syriæ, natali pueri ſingulari cum lætitia celebrato profecti ſunt Alexandriam ſalutatum regem, ei congratulaturi. Ioſephus cùm ob ætatem iam grauantem domi manere cogeretur, pertentauit filiorum animos, num quis ex eis vellet eam profectionem ſuſcipere, recuſantibus aliis quòd ſe negarent ſcire mores aulicos, & quomodo verſandum ſit cum Regibus, & ſuadentibus vt Hircanum fratrem (cui parabant malum) mitteret, libenter hoc audito, ſtatim eum aduocat, percontaturque an ſe putaret idoneum qui ad Regem ſalutandum accederet, qui cùm promptè eam profectionem ſuſciperet, ac modicâ pecuniâ ſibi opus fore diceret, velle enim ſe frugaliter agere, adeò vt decem circiter drachmarum millia cunctis ſumptibus ſufficerent, admodùm lætatus eſt pater filij magnanimitate ac ſobrietate. Tum puer ſuaſit patri, ne domo quicquam munerum Regi mitteret, ſed ad procuratorem ſuum Alexandrinum ſcriberet, vt ibi pecuniam ſibi præberet ad emendum Regi quod inueniret pulcherrimum. Pater comprobato filij conſilio ſcripſit procuratori ſuo Arioni qui omnem è tributis Syriæ à Ioſepho collectam pecuniam tractabat Alexandriæ, talentorum circiter tria millia, vt Hircano filio quod foret neceſſe ſuppeditaret. Ac tunc igitur acceptis à patre litteris pergit Alexandriam, dum fratres in veterato odio perciti ad omnes regios amicos ſcribunt, vt eum quoquo modo perderent.

Confecto itinere Hircanus Arioni epiſtolam reddidit: rogatuſque ab eo quotnam talenta vellet expendere, putabat enim decem, aut non multò amplius petiturum, vt reſpondit mille ſibi opus eſſe, iratus procurator puerum acriter obiurgat, qui vellet tantam pecuniam per luxum perdere, monebatque vt ſequeretur exemplum patris, qui eam ſudoribus & temperantiâ parauerat: ſe autem non plus quàm decem talenta, eaque non in alium vſum, quàm vt mercaretur Regi munera, præbiturum. His percitus generoſus puer Arionem mittit in vincula, eius vxore illico Cleopatræ (cui acceptus erat procurator) hoc renuntiante & rogante, vt inſoleſcentem puerum compeſceret, ex Regina id Rex didicit, moxque per nuntium Hircano ſignificat, cur ad ſe miſſus à patre, non modò in conſpectum non venerit, ſed Procuratorem & iam patris ſui vinculis tradere attentarit: iubebatque vt citò veniret, eiuſque facti cauſam diceret. At puer intrepidus Regi nuntiari iubet; legem eſſe Iudæis ne quis guſtaret de ſacrificio priuſquàm adito templo mactaſſet victimas: ſimilique ratione, nec ipſum hactenus eum ſalutatum adiiſſe, ſollicitum de donis quæ nomine parentis ſui benè meriti offerret Regi: ſeruum autem Arionem iure ſe puniſſe, qui mandata patris, ac ſua contemneret, nihilque differre inter maiorem, & minorem dominum: & niſi tales dent pœnas meritas, ipſi quoque Regi verendum ne contemnatur à ſubditis. His auditis riſit Ptolemæus tam magnum in puero miratus animum.

Arion autem traditus cuſtodiæ poſtquàm hoc didicit, nil ſperans à Rege præſidij, datis lubens volens adoleſcenti poſtulatis iam mille talentis, liberauit ſe à vinculis: Tum elapſis quinque diebus

Regem,

Regem Reginamque Hircanus ſalutatorus acceſſit, à quibus grato animo exceptus, menſæque communi adhibitus eſt; moxque clam aditis negotiatoribus emit ab eis centum pueros formoſiſſimos & literarum peritiſſimos, talento ſingulos, & totidem puellas eodem pretio. Tum vocatus ad conuiuium regium cum Principibus, infimo loco propter ætatem, ab iis, quorum hoc erat officium, iuſſus eſt accumbere: cæteris autem conuiuarum abſumptâ carne, oſſa reſidua ante Hircanum congereotibus, Tryphon quidam, quo plurimùm io conuiuiis delectabatur Rex propter ſcommata & facetias hominis, ad Regem ſe vertens, ait; viden Domine quantum oſſium ante Hircanum iaceat: hinc collige qoòd & pater eius totam Syriam ita ſpoliat, ſicut hic oſſa nudauit carnibus. Rege verò ad hoc dictum arridente, & Hircanum rogante, vndenam illa eorum ſe congeries oſſium, quæ tamen ante alios nulla apparebant? nil mirere, Inqoit, domine, canom enim eſt oſſa vnà cum carnibus abſumere, ſicut iſti faciunt: (vultu commonſtrans reliquos) homines autem comeſtis carnibus ſolent abiicere oſſa, quod & ego homo cùm ſim, nuoc facio, miratus rex vrbanitatem, & acumen ingenij, iuſſit omnes conuiuas huic dicto plaudere.

Seqoenti verò die aditis Regis amicis & & aulicis poteotioribus, ipſos quidem ſalutauit, & ex eorum famulis exipiſcatus eſt quidnam in feſto natalitio oblaturi eſſent Regi: illis referentibus huoc daturum talenta duodecim, illum plora, alium aljud pro ſuis quemque opibus: ſimulauit ſe dolere quòd non haberet vnde tantumdem largiri valeat, nec vltra talenta qoinque ſibi ſoppetere, idque mox famuli renuntiauere ſuis Dominis, qui admodum gauiſi ſunt, quaſi offenſurus eſſet Regem Ioſephus propter exilitatem muneris filio crediti.

Cæterùm vbi ſtatus dies adoenit, ſua ſinguli offerunt donatia, munificentiſſimi qoique talenta non plus viginti: Hircanus verò empiis à ſe centum pueris, totidem puellis adductis coram Rege & Regina illorum quilibet Regi, & harum quælibet Reginæ vnum talentum obtulere, vniuerſis, ipſo etiam Rege, ipſaque Regioa, tam profuſam & inſperatam muoificentiam admiraotibus, amicos quoque Regis & miniſtros multorum talentorum donis honoraiuit, ne quid ſibi ab ipſis ad quos fratres ſcripſerant, obuenirer mali.

Rex autem Iuuenis muuificentia delectatus, iuſſit vt quodcumque vellet donum, poſtularet: at ille nihil aliod petiit, quàm vt ſe Rex patri, ac fratribus per litteras commendaret. Itaqoe honorificè tractatum, ac regiè donatum, ſcriptis quoque ad patrem & fratres, omneſqne ſuos duces & procuratores, commendatitiis literis dimiſit liberaliter.

At Fratres cùm cognooiſſent tantùm honoris ei habitum à Rege & Regioa decreuerunt obuiam proficiſci, deque medio illum tollere, ne patre quidem inſcio: iratus enim ob profuſam in muneta tam immenſam pecuniam, parum de eius ſalute erat ſollicitus. Cumque eum fratres in itinere adorti eſſet, Hircanus fortiret congreſſus duos ex illis, alioſque non paucus ex eorum comitatu occidit, reliquis fuga ſibi conſulentibos, venienſque Ieroſolymam cùm exciperetur à nemine, territus ſeceſſit trans Iordanem fluuium, illicque vitam egit, tributa colligens à Barbatis, quo rempore in Aſia regoum obtinebat Seleucus, cognomine Soter, Antiochi magni primugenitus.

Ioſepho Hircani patre defuncto, populos ſeditionibus agitatus eſt propter eius filios, dum ſeniores fratres Hircaoo natu minimo, & in ducem aſſumpto bellum inferunt: plerique enim è populo fauebant ſenioribus. At ille vltra Iordanem habitans, aſſiduum cum Arabibus bellom getebat, multos eorum interficiens, alios in captioitatem abſtrahens, Ædificauit etiam caſtrum munitiſſimum foſſa profunda, & aquis plena circuodatum, à marmore candido extroctis vſque ad tectum eius parietibus quibus erant inſculptæ diuerſorum animalium effigies eormi magnitudine, & oppoſiti montis prominentem petram ita effudi curauit variis locis, vt in ea fuerint aliquot ſpeluncæ longitudinis plurium ſtadiorum, oſtiis tamen adeò exiguis, vt ad eas vni tantum poſt alium pateret acceſſus, idque de induſtria ab eo geſtum eſt, ſecoritatis ac totelæ gratiâ, ſi quando fortè oppugnaretur à fratribus. Sotere defuncto Antiochus Epiphanes eius frater regnauit in Sytia, quem Hircaous videns præpotentem, verituſque, ne in poteſtatem eius redactus, pœnas daret eorum quæ contra Arabes auſus fuerat, ipſe ſibi maous intulit. Hæc ex Ioſepho, maiori ex parte, deſumpta ſuot.

ARTICVLVS III.

De Patre Naturali, & Legali Ioſeph, ſponſi ſanctiſſimæ Deiparæ.

Controuerſia eſt haud leuis, quiſnam ſit caſtiſſimi Ioſeph ſponſi Virginis Deiparæ vetus progenitor; eum enim Mathæus à Iacob genitum, Lucas verò filium Heli fuiſſe affirmat. Communis quidem ſententia eſt, vtrioſque Euangeliſtæ concordiam in eo cōſtare, quòd vnus verum ac naturalem Patrem Ioſeph: alter legalem, aut adoptiuum expreſſerit. Decidit iam pridem quæſtionem hanc Affricanos, in epiſtola cui legis firmitas olim, hodieque tributa eſt, eius fragmentum habet Euſebius a. Ibi Ariſtidi narrat Afticanos, ex Iudæis Chriſtiaoos quoſdam, qui etiam ex conſanguinitate Chriſti ſe ferebant, ſibi narraſſe diſcordiam quæ inter Matthæum & Locam apparet de patre Ioſeph, hunc in modum componi certa traditione ſibi compertum eſſe Mathan, & Mathat eandem ſucceſſiue vxorem habuiſſeret, & ex ea quemqoe iſtorum ſuſcepiſſe filium. Mulieri nomen Eſta fuit: ex ea Mathan (nam is prior

a lib.1.

duxit virginem) filium ſuſtulit Iacob. Mathan mortuo Eſta vidua relicta, ſecundis nuptiis Mathat ſibi virum iunxit: Cui filium deinde peperit Heli nuncupatum. Iam iſte Mathan ex Salomonidarum ſtirpe rectà deſcendebat, eà ſerie, quam exhibuit Matthæus. Mathat autem ex Nathanis ſtemmate rectà item lineà repetebat genus, eo modo qui à Luca expoſitus eſt. Cnllegit igitur hæc primùm mulier tam diu exertantes Dauidici ſtemmatis ramos, ſuoque vnà vtero Salomonis, Nathaniſque coniuoxit genus. Iacobo enim Salomonidarnm hæredi fratrem vterinum addidit, qui Nathanidarum ſtirpem ac iura colligeret. Adoleſcunt ambo pueri ad coniugio habilem ætatem. Helique ex his alter, vxore ducta ſine liberis deceſſit. Cum Iacob eius frater, lege ſic iubente fratris viduam adſciuit ſibi coniugem, ex eaque Ioſephum procreauit, naturalem ſuum filiom, vt verè ac propriè Matthæus ſcripſerit [*Iacob autem genuit Ioſeph.*] Heli tamen imputandum ex præſcripto legis, id quod expreſſit Lucas: dum *Ieſu* retrouerſus genus pangens, ait: [*vt putabatur filius Ioſeph qui fuit Heli.*] Hæc ex Africano, Quæ verba cùm celebris Chronographi nitantur authoritate, paſſimque à ſanctis Patribus gratis animis ſuſcepta ſint, & vtrique Euangeliſtæ conciliando conueniant, ſacroque textui conſentanea ſint, nos quoque libenter acceptamus Diui Auguſtini fulti patrocinio, is quidem aliquando nobis contrarius fuit, vbi ait [quærendum igitur, quomodo potuerit duos habere Patres Ioſeph? & mihi quidem in præſentia tres cauſæ occurrunt, quarum aliquam Euangeliſta ſecutus ſit. Aut enim vnus erat huic Ioſeph naturalis pater, & alter eum adoptauerat: aut more Iudæorum, cùm ſine filiis vnus deceſſiſſet, vxorem eius propinquus accipiens, filium quem genuit proprieque mortuo deputauit, vt cùm ab altero, alteri genitus eſſet Ioſeph, conuenienter duos Patres habere diceretur: aut vnus Euangeliſta patrem eius à quo genitus eſt, nominauit; alter verò auum maternum vel aliquem de cognatis maioribus poſuit, cui propter conſanguinitatis vinculum in filij loco Ioſeph non immeritò conſtitueretur, vt inde iam vſque ad Dauidem, oon eundem quem Matthæns generationum ordinem texuerat. In quibus cauſis illa videtur infirma, quam ſecundo loco poſuimus: qoam cum quiſque apud Iudæos defuncto fratre, vel propinquo prolem de vxore eius exſuſcitat, illud quod naſcitur nomen defuncti ſolet accipere *a*.]

l.2. quæſt. ang.c.5.

Hoc Auguſtinns, qui poſtea in libris Retractationum mutata ſententia ſubiungit. [In ſecundo libro *b* volens exponere quomodo duos Patres potuerit habere Ioſeph, cuius coniux dicta eſt Virgo Maria, illud quod prohibetur fratrem duxiſſe defuncti fratris vxorem, vt ei ſemen ſecundum legem ſuſcitaret, ideò dixi eſſe infirmum quoniam qui naſceretur, oomen defuncti lex ait iubebat accipere: noo eſt verum. Nomen enim defuncti quod dictum eſt, ad hoc lex valere

ura quæſt. ang.

præcepit, vt eius filius diceretur, non vt hoc quod ille vocaretur] hæc Augoſtinns *c*, qoi in eodem Retractationnm opere profitetur ſe eum Africano ſentire, aitque, nondnm ſibi lectam eins Epiſtolam cnm illa ſuperiora ſcriberet.

c Aug. l. 2. Retr. c. 12.

Obiiciunt aliqui legem illam Denteronomij de ſuſcitando ſemine fratri ſuo abſque liberis, defuncto, non valere inter fratres vterinos; ſed contrà eſt, quod Noëmi dudum vidua, nurus ſuas, Orpham & Ruth à ſe dimittens, effœtam ſe cauſatur, gignendique eis maritis inhabilem, qui ſanè non alij quàm vterini defuoctorum Mahalon & Chelion eſſe potuiſſent, iſtorum eoim pater Elimelech iam obierat.

Porrò ſi quis illa Africani verba ſuppoſititia ſuſpicetur, fidemque adhibere, & Diuo Auguſtino conſentire renuat, neque Heli, ſeu Ioachimum in patrem Ioſeph per adoptionem admittat libenter videat an eum per affinitatem malit aſſerere. Heli namque erat ſocer Ioſeph ac propterea pater eius per affinitatem: Cum enim Ioſeph eſſet ſponſus beatæ Mariæ filiæ Heli, erat vtique gener eiuſdem Heli, adeoque eins filius per affinitatem ſecundùm quam haud incongruè Diuus Lucas dicere potuit de Ioſepb, qui fuit Heli. Cæterùm quocumque tandem ex prædictis modis Heli dicitur pater Ioſeph, rite oſtendit Diuus Lucas per Heli patrem Virginis natnralem, *Chriſtum* eſſe filium Dauid ſecondùm carnem, quam aſſumpſit ex ſola Virgine ſine viro: Idipſum quoque oſtendit Matthæus per Ioſeph patrem *Chriſti* putatiuum, Virginiſque Deiparæ ſponſum & conſanguineum,

Quod ſpectat ad ætatem ſancti Ioſeph, de qua ſollieiti ſunt non pauci, Diuus Epiphanius *d* exiſtimauit illum cum ei deſponſata eſt Virgo prouectæ ætatis fuiſſe, & octogeſimum forte annum exceſſiſſe, cui licet non penitus inhæreat Baronius *e*, arbitratur tamen fuiſſe grandænum, ſed robuſtum: At Torniellius & alij faciunt eom mediæ ætatis, putà quadraginta circiter annornm, quod ſane probabilius eſt. Etenim ſi adeò grandæuus fuiſſet, vt cenſuit Epiphanius, parum bonæ apud homines Virginis famæ conſultum fuiſſet, vt ex eo concepiſſe facilè crederent, & patuiſſet incredulis Iudæis calumniæ aditus aſſeuerandi *Chriſtum* non fuiſſe de ſemine Dauid, ac proinde nec verum Meſſiam in lege promiſſum. Adde quod iis, ad quæ Ioſeph electus fuerat, miniſteriis, nempe vt Beatæ Virgini, & *Chriſto* in his quæ ad vitam corporalem ſpectant deſeruiret, prouideretque, tam prouecta ætas fuiſſet inepta, quæ alieno potins indiguiſſet obſeqnio: quod autem vulgò à pictoribus in ætate ſenili ſanctus Ioſeph depingi conſueuerit, id ad repræſentandam eius caſtitatem factitari Toletus exiſtimat *f*.

d hæreſ. 38.

e Anno Chriſti 12.

f in c. 1. Luca.

Minus eidem Epiphanio credendum eſt, dum affirmat ſanctum Ioſeph tunc fuiſſe viduū, & ex defunctâ priori vxore filios ſuſcepiſſe, qui fratres Domini in Euangelio nuncupantur alterius patris filios extitiſſe: Vnde pater, quod etſi verum ratumque interceſſerit matrimoniū inter ſanctū Ioſeph, & Beatiſſi-

mam

mam virginē,non tamen contractam,fuit in vſum carnalis cohabitationis : cùm & conſentiens ſit omnium Antiquorum, recentiorúmque Doctorum aſſertio : Beatam Mariam votum perpetuæ virginitatis ante diſpenſationem emiſiſſe [, nec aliter ipſam eiuſmodi matrimonio conſenſum præſtitiſſe, quam quia diuina reuelatione didiciſſet, virum ſuum in idem propoſitum ſeruandæ virginitatis conſenſurum.

ARTICVLVS IV.

An ſanctiſſima Virgo vnam in Chriſti *Genealogia perſonam conſtituat, diſtinctam à perſona ſponſi ſui Ioſeph.*

ID aſſerunt, qui Iechoniam ab initio tertiæ Teſſaradecadis, Matthæi excludunt, eúmque ſecundum terminum conſtituunt, aliàs enim vna eis in illa claſſe deeſſet perſona. Nos verò qui Iechoniam eiuſdem tertiæ Teſſaradecadis caput conſtituendum eſſe iam oſtendimus *a*. Idipſum affirmare haud cogimur. Non inficiamur tamen, potiùs affirmamus eoſdem Chriſtiparæ Genealogiam contra morem Scripturæ ab vtróque Euangeliſta cenſeri : licèt enim mulierum Genealogiæ texi ab Hebræis nequaquam ſolerent, ſanctiſſimæ tamen Deiparæ alia potiórque quàm Iudith, cuius vtrúmque ſtemnia putatur *b* debet eſſe ratiò, ideóque illius Genealogia etiam quoad vtrúmque parentem deſcribitur. Matthæus enim cenſendo Genealogiam Iacob patris naturalis Ioſeph, fratriſque Annæ quæ erat Mater ſanctiſſimæ Virginis, maternum eiuſdem virginis ſtemna recenſet : Lucas verò enumerando progenitores Heli (qui vulgò dicebatur Ioachimus *c*) patris legalis eiuſdem Ioſeph, & naturalis eiuſdem Virginis paternam Chriſtiparæ generationem deſcribit.

a art. 6. part. præcedent

b Iudith. 8. v. 1.

c Vt refert à Caſtro c. 1. l. de hiſt. 3. B. Virgin. ex Rabinis.

ARTICVLVS V.

De paterno Chriſti *auo, & auia materna; nec non aliquibus eius conſanguineis.*

VTrúmque *Chriſti* auum, ſcilicet Ioachimum & Annam immediatos ſanctiſſimæ Deiparæ progenitores, nec non aliquot alios eiudem *Chriſti* conſanguineos, quorum vel nomina ſcriptura ſacra ſubtiſcet, vel gradum ſeminis in Synopſi Proſopo-chronica recenſemus, & ſeriem Genealogiæ in hoc articulo attingimus.

Auum Chriſti, patrémque ſanctiſſimæ Virginis Mariæ duo habuiſſe nomina ſcilicet Heli & Ioachim docet à Caſtro *d*, ex Rabinis, quanquam non tam diuerſa ſint hæc nomina, quàm vnum idémque nomen quod more Hebræorum modò profertur per apocopen dicendo Heli, vel Eli, non integrè dicendo Eliachim, aut per æquiualens Ioachim, ſeu Ioakim. Sic libro quarto Regum & ſecundo Paralipomenon Rex Iuda Ioachim, mox vocatur Ioachim, & Ioakim : & ſummus Sacerdos, qui Iudith capite quarto nuncupatur Eliachim, dicitur Ioacim capite decimo quinto verſu nono.

De Auia Chriſti Anna eiuſdem Virginis ſanctiſſimæ matre, velut de tertia prole Nathan, alteráque ſorore Iacob fidem faciunt Menologia Græcorum VIII. Septembris, quorum vſus apud ipſos eſt in communi Eccleſiaſtico officio, & huic ſententiæ ſubſcribunt Petrus Galatinus *e*, Gaietanus, Lyranus *f*, & alij *g*, de Cleophæ ſeu Alphæi filiis, qui recenſentur in Synopſi noſtra : ita docent Euſebius, Epiphanius, Chryſoſtomus, Theodoretus Beda, Nicephorus & alij quos citat à Caſtro *h*. De Salome, eiuſque marito, & filiis ita tenent Origenes, Epiphanius, Theophylactus, Euthymius, & alij, quos etiam refert idem à Caſtro *i*; & ſanctus Marcus Salomen vocat quam ſanctus Matthæus appellat matrem filiorum Zebedæi.

d Ibid.

e Lib. contra Iudæos.

f In c. 3. Lucæ.

g Annius in comment. Philonis.

h c. 1. hiſt. B. Virg.

i Ibid.

TRACTATVS SECVNDVS.

DE VARIIS PARTIBVS TEMPORIS, Scripturæ ac Hiſtoriæ ſacræ intelligendæ ſubſeruientibus, putà de Horis, Diebus, Hebdomadis, Menſibus, Annis, Periodis, (Iuliana potiſſimùm) & Æris.

HARVM temporis partium notitia, Scripturæ, eiúſque hiſtoriæ intelligendæ adeò confert, vt ſi illa ſacro Chronologo perſpecta non ſit, innumetis in locis ceſpitet, neceſſe eſt. Obſeruat Moyſes Deum, ipſo Mundi exordio, feciſſe *duo luminaria magna, vt diuiderent diem ac noctem, & eſſent in ſigna & tempora, dies, & annos* a, quo vel ſolo innuitur neceſſariam eſſe, ſactæ paginæ ſtudioſo prædictarum temporis partium intelligentiam. Quoniam ergo tempus vniuerſum diſtribui ſolet, in Horas, Dies, Hebdomades, Menſes, & Annos, velut in notiotes ac magis vſitatas ſui partes; de ſingulis aliquid in ſequentibus Atticulis dicendum eſt, à minoribus ſenſim ad maiotes progrediendos. Articulus I. erit de Horis. II. de Diebus. III. de Hebdomadis. IV. de menſibus Hebræorum. V. de eorum Kalendario, tum rituali, tum hiſtotico. VI. de Annis. VII. de Emendatione Kalendatij à Iulio Cæſate, & correctione anni Iuliani à Gregorio XIII. VIII. de Petiodis Iuliana poiiſſimùm, vt potè nobiliſſima. IX. de Æris.

a Gen. 1. v.14.

ARTICVLVS. I.

De Horis.

QVia horæ ex minntis vulgo componi dicuntur, ſciendum eſt, minimas quaſdam ab Aſtromonis aſſignati temporis partes, quas minnta vocant, ſeu ſcrupula; quorum ſexaginta, quæ prima nuncupant, conſtituunt horam; tum quodlibet minutum primum ſubdiuidunt in ſexaginta ſecunda; & qnodvis ſecundum in ſexaginta tertia; & ita deinceps provt exigit diuiſionis neceſſitas. Hora itáqne ex ſexaginta minntis primis compoſita, vulgò dicitut quælibet vigeſima quarta pats diei ciuilis, qui ex vno primis mobilis circuitu reſnltat; adeò vt viginti quatnor ſint horæ diei, quarum prima apud diuetſas nationes diuerſimodè inchoatur, provt ſingulæ diuetſimodè diem ciuilem exordiuntut. Quia olim Gentes diem naturalem, quo ſol Hemiſphærium noſtrum illuminat, in duodecim horas, noctémque in totidem partes ſecabant. Prima diei hora ſemper ab ortu ſolis incipiebat, ſexta terminabatut ad meridiem, duodecima ad occaſum. Similitet prima noctis hota incipiebat à ſolis occaſu, ſexta terminabatnr ad mediam noctem, duodecima ad ortum ſolis: vnde horæ extra æquinoctium erant perpetuò inæquales, provt dies noctéſque ſubinde inæquales eſſe contingebat: nam æſtiuo tempore diurnæ erant longiſſimæ, nocturnæ breniſſimæ, hieme è contra, & his horis inæqualibns, quæ communes dicebantur, vſa eſt omnis ferè vetuſtas, tùm in Oriente, tùm in Occidente, maximè in Iudæa, & de his, vt plurimùm intelligendæ ſunt horæ in Scriptuta memoratæ.

Erat & alia, apnd Hebtæos maximè, diei ciuilis diſtributio, in octo partes, quarum quatuor erant diei, & pto priè dicebautut horæ, nempè ptima, tettia, ſexta, nona; quatnor aliæ noctis, qnæ murnato à vigiliis nomine, vigiliæ dicebautur. Et huiuſmudi quoque botæ, ſicut & communes, erant inæquales, nunc longiores, nunc breuiores, ptovt dies naturalis, & nox longior aut brenior erat. Quælibet eatum complectebatur tres ex communibus. Et prima quidem hota diei excurrebat ab ortu ſolis vſque ad finem tertiæ communis; tertia veto à fine tertiæ communis (ideóque dicebatur tettia) vſque ad finem ſextæ communis, ſeu vſque ad meridiem, nona ab hac tertia excluſiuè, vſqne ad veſperam. Idem per proportionem dicendum de vigillis noctis.

Cæterùm, quia quælibet iſtarum hora-

rum, tres communes, adeóque prodoctum ſatis temporis interuallum complectebatur, inde graues in Scriptura difficultates, quibus vtique illius interualli intuitu fit ſatis v. g. Marcus *a* dicit *Chriſtum* crucifixum horâ tertiâ; & Ioannes *b* ait, horâ quaſi ſextâ damnatum ad crucem; quod ſic intellige, vt Marcus velit nondum tertiam prorſus effluxiſſe quando *Chriſtus* eſt crucifixus, Ioannes autem velit, ſextâ imminente fuiſſe damnatum; neque enim multum effluxit temporis à ſententiâ in *Chriſtum* latâ, ad id tempus, quo affixus eſt cruci.

a cap. 15. *b* c. 19. v. 14.

ARTICVLVS II.

De Diebus.

Dies alius naturalis, nempè ab ortu ſolis ad occaſum, alius ciuilis, putà tempus, quod ex vna cœli, ſeu primi mobilis con-uerſione reſultat, Græci vocant νυχθήμερον id eſt ſpatium lucis ac noctis. Dies naturales vltra æquatorem & extra æquinoctium, quotidie ſunt inæquales; ciuiles ſemper & vbique locorum ſunt æquales. Hos Hebræi, rerum creationi, quâ tenebræ lucem præceſſerunt inſiſtentes, inchoabant ab occaſu ſolis; Babylonij ab ortu; veteres Vmbri à meridie; Romani à media nocte. Dies ciuiles ſubdiuiduntur in feſtos ſeu ſacros, qui rebus Diuinis, & in communes ſeu profanos, qui politicis curandis deſtinati ſunt.

ARTICVLVS III.

De Hebdomadis.

Hebdomas, ſeu ſeptimana, eſt ſeptem dierum perpetuo in orbem recurrens compoſitio, cuius vſum ab ipſo Deo, eùm poſt opera ſex dierum, ſeptimo requieuit, ac ſabbathum nominauit, inſtitutum Hebræi ſemper obſeruant; cæterique Hebdomadæ à ſeptimo, ſeu ſabbatho denominati ſunt, nempè vna ſeu prima ſabbathi, ſecunda, tertia, quarta, quinta, ſabbathi, & ante ſabbathum ſeu paraſceue, quin & Hebdomas ipſa tota ſabbathum nuncupata eſt: *ieiunio bis in ſabbatho*; imò apud Chriſtianos ſabbathum propter authoritatem Hebræi ſermonis, nomen ſuum retinuit, feſtiuitate eius in primam ſabbathi tranſlatâ, quæ dies Dominica dicta eſt, quia in ea reſurrexit Dominus; cæteri verò dies dicuntur feriæ nempè feria ſecunda, feria tertia, quarta, quinta, ſexta, idque à feriando, quia quotidie à vitiis feriandum eſt, etſi non à neceſſariis operibus vitæ.

ARTICVLVS IV.

De Menſibus Hebræorum.

Menſes pars anni, vt plurimùm duodecima, alius eſt ſolaris, lunaris alius. Solaris, cuios maximè hodiè vr vſus, eſt temporis ſpatium, quo ſol vnumquodque in Zodiaco ſignum percurrit. Huiuſmodi menſes ſunt duodecim, & nunc triginta, nunc triginta & vno conſtant diebus, (excepto Februario, qui communiter conſtat diebus viginti octo, anno autem biſſextili, viginti nouem) omnéſque ſimul trecentis ſexaginta quinque, cum ſex ferè horis. Menſis lunaris eſt temporis ſpatium ab vno nouilunio ad aliud, ſeu vt alij loquuntur, à ſynodo, id eſt congreſſu lunæ cum ſole, ad ſynodum, vnde & duplex eſt menſis lunaris, alius periodicus, alius ſynodicus: periodicus eſt, reuolutio lunæ ab vno puncto ad idem punctum: ſynodicus vero ab vna coniunctione cum ſole ad aliam: prior conſtat viginti ſeptem diebus, ſeptem horis, & nonnullis minutis: poſterior viginti nouem diebus, duodecim horis & aliquot ſcrupulis. Et duodecim ex bis menſibus lunaribus ſynodicis, qui in proximo paradigmate recenſentur, conficiunt annum lunarem, quo vtuntur Hebræi, totáque paſſim Scriptura ſacra, ſed quia ſolari anno breuior erat, vt ille ad iſtum reduci poſſet, alternatim in fine cuiúſque biennij aut triennij lunaris, poſt duodecimum menſem lunarem ſynodicum, nomine Adar, intercalabatur vnus alius menſis dictus Veadar, ſiue ſecundus Adar, qui priori biennio conſtabat viginti duobus diebus & poſteriori viginti tribus, & ſic deinceps de quadriennio in quadriennium, vt ait Sigonius *c* (alij aliter dicunt) atque ita huius intercalationis beneficio annus lunaris 354. redigebatur ad annum ſolarem dierum 365. & ſex horarum, quæ quia quarto quouis anno, vnum diem conficiebant, ideò menſis intercalaris, cuiúſque quarti erat viginti trium dierum, etſi alius anni ſecundi eſſet tantum viginti duorum: vterque vero illorum menſium intercalarium erat decimus tertius, & dicebatur Veadar, ſeu Adar, ſecundus, aut poſterior, anníque illi intercalates, quibus vnus ex his menſibus addebatur, dicebantur abundantes, quòd pluribus ſupra ſolarem diebus abundarent: alij verò intermedij defectiui, quod vndecim iis eis ex anno ſolari deeſſent dies. Menſium lunarium præcipuus vſus fuit apud antiquos, maximè apud Hebræos, qui diuerſo nomine, ante & poſt captiuitatem Babylonicam eos vocabant, vt videre eſt in ſequenti ſchemate, in quo etiam patet, quomodo menſes Hebræorum concurrerent, ſaltem maiori ex parte, cum menſibus Romanorum.

c Lib. 3. de rep. Hebr. in fine.

Feſtum Tabernaculorum, ſeu Scenopagiæ, & Feſtum cœtus ſeu Collectæ *d*, poſteriora erant quatuor; nempè Feſtum ob reportatam à Iudith de Holoferne victoriam *e*, Feſtum Sortium minus & maius *f*, Feſtum Encœnio-rum,

d Leuit. 23. *e* Iudith. 16. v. 31. *f* Eſth. 4. v. 49.

a 1. Matth. .v 4 9. 2. Match. .v. 15. 1 .v 49.

rum a, Feſtum recepti de cœlo ignis ſacri b; Feſtum ob cœſum Nicanorem c. Et hæc, illáque feſta omnia erant immobilia, præfixóque alicuius menſis die occurrentia, præter ſabbathum, quod in diuerſos ſubinde dies menſium incidebat, totóque anni decurſu ſeptimus quique dies feſtus erat in memoriam creationis, quia in eo *quieuit Dominus ab vniuerſo opere quod patrarat*. Hócque Sabbathum inter omnia feſta erat præcipuum, nec in eo licebat cibum parare d, nec ignem accendere e: quin & ſabbathi nomen aliis quoque feſtis paſſim communicabatur f, imò & tota Hebdomas à potiori ſui parte dicebatur ſabbathum, vt patet ex Phariſæi iactantia, *ieiunio bis in ſabbatho*; neque enim vnâ die bis poteſt quis ieiunare, nec ipsâ vnquam ieiunabatur die ſabbathi, vt ſatis inſinuat Iudith g ieiuniis deditiſſima; ſed ieiunia, quæ incidebant in ſabbathum, transferabantur in ſequentem diem, aut fortè more Chriſtianorum in anteriorem.

d Exod v. 29.
e c. 35. v. 3.
f Leuit. 23. v. 24.
g Iudith. 8.

Feſtorum autem immobilium ſingula habentur ſuis menſibus diebuſque ſicut & ieiunia: aliíque potiores Hebræorum ritus, v. videre eſt in eorum Kalendario.

ARTICVLVS V.

Hebræorum Kalendarium Rituale, & Hiſtoricum

Primus, anni ſacri, menſis qui dicitur Niſan.

Menſis hic plenus eſt, nempè 30. dierum, & maiori ex parte reſpondet Martio.

In hoc Menſe occurrebat Aquinoctium Vernum, in eóque ſolennis fiebat petitio pluuiæ ſerotinæ h, id eſt vernæ, ad differentiam Autumnalis, quæ matutina dicebatur, & ſicut hæc ſementi, ſic illa meſſi mox futuræ erat per commoda.

h Zachar. 10. v. 1.

Dies huius menſis Feſta & Ieiunia ſunt prout ſequitur.

1. NEomenia, ideſt Nouilunium. Hebræi namque, ſicut & Græci,
2. menſes ſuos ad Lunæ curſum dirigentes, à 1. Nouilunij die illos auſpicabantur, eúmque diem feriabantur
3. in memoriam Diuinæ gubernationis quæ in Nouilunio magis innoteſcit, quia tûc in hiſce inferioribus magna
4. corporum mixtorum fit mutatio hoc
5. quoque Neomeniæ feſtum dictum eſt Kalendæ quaſi colendæ, & ab his Kalendis annua menſium, dierúmque
6. ſeries dicta eſt Kalendarium. Cæterùm primâ die huius menſis Niſan occurrit ieiunium i, quòd eo die ſa-
7. cro igne extincti ſint Nadab & Abiu
8. filij Aaron k. Eadémque die contigit
9. ſomnium Mardochæi l.
10. Hac die eligitur & defertur in ædes Agnus Paſchalis, mactandus ac comedendus 14. die ad veſperam m. Ea-
11. dem die 10. anni 40. ab exitu ex Ægy-
12. pto Maria ſoror Moyſis & Aaron obiit n. Eadémque die Hebræi ſiccato alueo tranſiere Iordanem o.
13. Hâc die iuſſu Aman cædes Iudæorum toto regno Aſſueri decreta eſt p.
14. Peruigilium Paſchæ & exterminatio omnis fermenti à domibus Hebræorum. Sacrificatur agnus ad veſperam, quæ eſt initium ſequentis diei ſeu Paſchæ q. Annus primus exitus ex Ægypto incidit in feriam V. q.

i Seder-olā c. 10. Geneb. & Scaliger in Kalendar. Hebr.
k Leuit. 10
l Eſth. 11. v. 2.
m Exod. 12. a. 3.
n Num. 20 Seder-olam c. 10
o Ioſ. 4. v. 19. Seder-Olam. c. 10 & 11.
p Eſth. 3. v. 12.
q Exod. 12. Numer. 9. 5. Seder-olam c. 5.

15. Paſcha in memoriam liberationis ex Ægypto, inchoatum à præcedente veſpera mediâ nocte occiſa ſunt ab Angelo exterminatore primogenita Ægyptiorum. Primo diluculo exeunt Iſraëlitę de Ægypto. Et hoc feſtum Paſchæ occurrit cum prima die azymorum r.

r Genebrard

16. 2. Dies Azymorum, ſeu altera Paſchæ qua offertur manipulus frugum, eáque prima dies ſeptem Hebdomadarum ante Pentecoſtem ſ, quarum prima dicitur 20. 1. quod à 2. die Paſchæ inchoëtur t. Ex bis intelligitur illud Lucæ 6. *Factum eſt autem in ſabbatho ſecundo primo cùm Ieſus tranſibat per ſata, vellebant diſcipuli eius ſpicas.* Id eſt ſabbathu incidente in Hebdomadam, ſecundo primam, ac proximè occurrentem poſt feſtum Paſchæ.
17. 3. Dies Azymorum qua 1. in Ethan filiis Iſraël apparuit columna nubis u, fuit etiam eis hæc dies initium Meſſis hordeaceæ x. Eius fit mentio in libro Iudith y.
18. 4. Dies azymorum nuntiatum eſt Regi Ægyptiorum quòd fugiſſet Iſraël.
19 5. Dies azymorum, hac & ſequenti die perſecuti ſunt Ægyptij filios Iſraël z.
20. 6. Dies azymorum, quâ exeuntes Ægyptij peruenerunt ad Iſraëlitas.
21. 7. Ac vltima dies azymorum eáque ſolennis a. & ſanctior, qua prima nocte apertum eſt mare rubrum quod pertranſierunt Iſraëlitæ ſubmerſis Ægyptiis b.
22. Hac die, ac duabus ſequentibus ambulauerunt Iſraëlitæ per deſertum Sur c, quod, & deſertum Etham dicitur d.
23. Hâc die incipit 2. Hebdomas ex illis ſeptem à Paſchate ad Pentecoſtes, quæ dicta eſt ſecundo ſecunda e.
24. Hâc die exeunte, Iſraëlitæ peruenerunt in Mara locum ab amaris aquis ſic dictum, quæ iuſſu Dei immiſſo à Moyſe ligno in dulcedinem verſæ ſunt f.

ſ Exod. 12.
t Leuit. 23. v. 15.
u Scal. in kalend.
x Exod. 13. v. 20. 21.
y Leuit. 25.
z Iudith. 8. v. 2. & 2. Reg. 21. v. 10.
a Exod. 14. v. 5.
b Seder-olā c. 5.
c Exod. 12. v. 6. Leuit. 23. v. 8.
d Exod. 14. v 20 &c.
e Num. 33. a. 8. Scaliger.
f Exod. 15. v. 13.

26. Ieiu

26. Ieiunium quod eo die mortuus ſit Io-
ſuë *a*. Hae dic anni ab exitu 41. mu-
27. ri Iericho ſepties circuit𝔢 omni po-
28. pulo vociſerante, & clangentibus tu
29. bis corruerunt *b*.
30. Hæc die incipit Hebdomas ſecundo ter-
tia *c*.

a Genebr. & Scaliger.
b Ioſuë 6. v.16. Scaliger.
c 3 Reg.6. v.1.37.

Secundus Menſis Zio *cc* ſeu Iiar.

Hic menſis cauus eſt nempè 29. dierum & maiori ex parte reſpondet Aprili.

1. NEcomenia. Hâc die anno 2. ab
exitu Iſraël de Ægypto iubet Do-
2. minus numerari maſculos 12. Tribuum
à vigeſimo anno & ſuprà, & inuenti
3. ſunt 603550. pugnatorum qui ordina-
4. ſunt in quatuor acies circa Tabernati
5. culum per quatuor mundi plagas *d*.
6. Poſteà numerati ſunt Leuitæ qui ab
vno menſe, & ſuprà inuenti ſunt
22000. *e*
7. Hâc die incipit Hebdomas ſecundo
quarta *f*.
8. Hac die anno 2. ab Exodo obtulerunt
principes Tribuum ſex plauſtra & 12.
9. boues: & Naaſſon princeps Iuda cœ-
pit offerre ſua munera, quem alij
principes reliquarum Tribuum ſe-
quentibus diebus ſubſecuti ſunt *g*.
10. Ieiuniom, quòd hac die arca Dei cap-
ta fuerit à Philiſtæis, eóque audito
11. nuntio, Heli Sacerdos magnus de
12. ſella retrorſum cadens fractis ceruí-
13. cibus obiiſſet *h*.
14. Hâc incipit Hebdomas ſecundo quin-
ta. Hâc quoque die menſis ſecundi
ab Exodo Paſcha celebrant, qui im-
munditia, vel abſentia impediti cum
aliis primo menſe celebrare nequie-
rant *k*. Quod & deinceps poſtquàm
ingreſſi ſunt terram promiſſionis, fa-
ctum eſt.
15. Ad hanc vſque diem victitarunt He-
bræis ſubcineticiis panibus, totis
ſcilicet 30. diebus *l*: & ſub veſpe-
ram datæ ſunt eis Coturnices *m*.
16. Hâc primùm die in deſerto Sin datum
eſt manna Hebræis vſque ad annum
quadrageſimum *n*.
17. Hâc die pridianum manna reſerua-
tum computruit, & vermibus ſcate-
tere cœpit *o*.
18. Hæc dies à Paſchate trigeſima tertia.
18. initium eſt meſſis triticeæ *p*.
20. Hoc primùm die (qui anno 1. Exodi fuit
dies Paraſceues) collegerunt Hebræi
cibos duplices *q*.
21. Hoc primùm ſabbatho non deſcendit
manna, io eóque probatum eſt pridia-
num non computruiſſe *r*. Hócque die
22. 21. incipit Hebdomas ſecundo ſexta.
1. Solemnitas ob receptam & mundatam
arcem Ieruſalem à Simone pontifice,
anno regni Græcorum 175. *ſ*
24. Hâc die ineunte peruentum ad ſepul-
chra concupiſcentiæ anno ſecundo
Exodi.
25. Septuaginta viri conſtituuntur à Deo in
ſubſidium Moyſis, & ſpiritu prophe-
tico donantur.
26. Hac die cœpit ſecundus ille ac copioſiſ-
27. ſimus Coturnicum educatus, & aueu-
pium, conuiuiumque durauit per
menſem *t*, donec verterentur in nau-
ſeam, & ab ingurgitatis per os, naréſ-
que eructarentur *u*.
28. Hac die incipit Hebdomas ſecundo ſep-
tima *x*.
29. Ieiunium, quia ea die mortuus eſt Sa-
muël propheta *y*, quem planxerunt,
filij Iſraël *z*.

d Num.1.
e c.3.v.39.
f Scal. in Kalend.
g Num.7. v.18.
h 1. Reg. 4. v.15.17.18.
k Num.9.v.10.
l Ioſeph.3.
m 1. Exo.16. v.13.
n v.14.15.
o 7.20.
p 1.Reg. 12. v.17.
q Exo.16. v.22.24.
r v.24.
ſ 1.Machab. 13.v.52.
t Num.11. v.33.
u v.10.
x Scal.
y Genebr. in Kalend.
z 1.Reg.25. 25.v.1.

Tertius Menſis Siban *a*, ſeu Siuan.

Hic menſis plenus eſt nempe 30. dierum & maiori parte reſpondet Maio.

1. NEomenia.
2. Hâc die filij Iſraël veniũt in Raphi-
dim 2. manſionem *l*, & vltimam de-
ſerti Sin: vbi pomeridiano tempore
ſiti laborantibus & murmurantibus
data eſt aqua à Deo de petra Ho-
reb *b*.
3. Hac die pugnatum eſt contra Amalecitas
à manè vſque ad veſperam orante in
monte Moyſe *c*.
4. Hac die ex Raphidim ventum in ſolitu-
dinem, ſeu deſertum Sinaï manſionem
5. 12. *d* quo die Moyſes bis montem aſcẽ-
dit: fuitque hic primus ſanctifica-
tionis dies ad excipiendam Legem: ſe-
quens vero ſecundus.
6. Pentecoſte in memoriã Legi hac die da-
tæ: ſeu ſolemnitas ſeptem Hebdoma-
darum eo die expletarum: ſeu dies
primitiarum, quia in ea offerebãn-
tur duo panes primitiarum *e*: à pran-
dio Deus Moyſi, & Moyſes populo
declarat præcepta quæ continentur
in Exodo *f*.
7. Prima nocte Moyſes ea præcepta deſcri-
bit, & libellum vocat volumen fœ-
deris quod manè dum confirmatur
fœdus ſanguine aſpergit. A prandio
aſcendit cum Aarone eiúſque filiis
Nadab Abiu, & 70. ſenioribus qui
adorant Deum, & cum Moyſe re-
deunt *g*.
8. Hac die Moyſes manè cum Ioſuë, quin-
&c. tùm aſcendit in montem ad excipien-
das tabolas *h*: & ſex diebus manet in
monte ante colloquium cum Deo *i*.
53. Octaua Pentecoſtes ex Genebr. Alij nul-
lam Pentecoſtes ponunt Octauam.

b Exod.17. & N.34.v.14
c Exod.17. v.12.
d Exod.19.
e Leuit.23. v.17.N.19. v.28.
f c.21.22.23
g c.24.v.9.
h v.12.
i v.16.

14. Hac die euocatur Moyſes cum Ioſuë in
&c. in caliginem, vbi manet vſque ad 40.
diem, initio horum dierum ſumpto ab 8. die huius menſis, quo Moyſes vnà cum Ioſuë aſcendit in montem *a*.
a Exod. c.24.v.18. 19. Hâc die Maria ſoror Moyſi leprâ per-
&c. cuſſa eſt, & ſeptem dies exul manet extra caſtra.
23. Ieiunium ſynagogæ ob ſchiſma 10. Tri-
24. buum à domo Dauid, & à vero Dei cultu ad vitulos Ieroboam *b*.
b Genebr. Scal. 25. Ieiunium aliud ſynagogæ ob cædem
26. trium inſignium Rabbinorum, Simeonis, Iſmaëlis, & Haninæ *b*.
27. Ieiunium ob combuſtum Rabbi Hani-
c Gen. Scal. 28. nan cum libro Legis *c*.
29. Hâc die miſit Moyſes 12. exploratores in terram Chanaan, vnde poſt 40. dies reuerſi ſunt, nempè nono die
d Gen. Scal. 30. menſis quinti Ad *d*.

Quartus Menſis Tamus.

Hic menſis cauus eſt nempè 29. dierum & maiori ex parte reſpondet Iunio.

In hoc menſe occurrit Solſtitium æſtiuum.

1. NEomenia.
&c. Hâc die viſio illa nobilis quatuor
5. animalium facta eſt Ezechieli, iuxta
e Seder-olam c.8. &c. fluuium Chobar *e*.
f Ezech. 9. Hâc die obtinet fames Ieruſalem ſub Se-
&c. dechia *f* rege Iuda à Chaldæis obſeſſam.
16. Hâc die fuſo expolitóque vitulo aureo Aaron ædificat altare coram illo, & præconis voce indicit ſolemnitatem
g 4.Reg.25. v.3. in ſequentem diem *g*.
Genebr.52. v.6. 17. Surgentes manè Iſraelitæ obtulerunt holocauſta vitulo aureo, idque Dominus reuelat Moyſi, qui eum tantiſper placat, móxque deſcendens cum Ioſuë, viſo vitulo confringit tabulas Legis conterit vitulum, & Leuitarum opera 23000. Idololatrarum
h Exod.32. v.5. trucidat *h*. Ideóque eadem die ieiunium quarti menſis inſtitutum maximè ob confractas tabulas Legis. De
i v. & ſeq. c.8.v.19. hoc ieiunio Zacharias *i*. Eodémque die virorum penuriâ ceſſauit Ieroſolymis in bello Iudaïco ἐνδελεχισμὸς
k Ioſeph. lib.7. de bello Iudaico c.4. id eſt Iuge ſacrificium *k*.
l Exo.32. 18. Moyſes increpito populo ad impetrandam pro eo veniam in montem redit *l*. Vbi ieiunus perſeuerauit
m 30. Seder-olam c.6. alios 40. dies *m*, vſque ad diem 28. menſis ſequentis.
n Deut.9. v.18. 19. His diebus Moyſe in monte orante per-
n Exo.32. v.35. &c. cuſſit Dominus peſtilentia populum pro reatu vituli *n*, reliquias ſcilicet
29. Idololatrarum.

Quintus Menſis Ab.

Hic menſis plenus eſt nempe dierum 30. & maiori ex parte reſpondet Iulio.

1. NEomenia. Hâc die anno 40. exitus
&c. de Ægypto mortuus eſt Aaron primus Hebræorum pontifex *p*, Ideóque hac die inſtitutum ieiunium. *p* Num. 20. v.27.& c.33. v.38.
4. Hâc die inchoata eſt conſtructio muri
&c. Ieruſalem temporibus Eſdræ, quæ intra dies 52. abſoluta eſt *q*. *q* Genebr. Scal.
7. Hâc die venit Nabuzardan princeps mi-
8. litiæ Chaldæorum in Ieruſalem ad eam ſuccendendam *r*. *r* 2. Eſdræ 2. v.18.
9. Hâc die ieiunium, quod ea die omnibos 12. Exploratoribus præter Caleb & Ioſuë de terra perluſtrata detrahentibus, populúmque ad ſeditionem concitantibus ſtatuit Deus nullum eorum qui prima die menſis ſecundi numerati fuerant (exceptis Caleb & Ioſuë) terram promiſſam ingreſſuros, ſed cunctos in deſerto perituros *ſ*.
10. Hac die incenſum eſt templum à Nabu- *ſ* Num.14. v.22.
zardan, & palatium regis, & omnis Seder-olam
&c. domus magna in Ieruſalem *t*. c.8. Genebr.
18. Ieiunium ob extinctam lucernam occi- *t* Ierem. 52.
&c. dentalem in diebus Achaz. In noua v.12.
editione Kalendarij vocatur lucerna veſpertina, ponitúrque ieiunium hac die 18. ſicut & in veteri editione Genebrardi.
28. Dies hic quadrageſimus eſt ſecundi quadragenarij Moyſis *u*, eum iam placatos Deus populo, mandat Moyſi vt deſcendat & paret tabulas lapideas inſtar priorum *x*. *u* Deut.9. v.18. *x* Exod. 34. Deut.10.
29. Moyſes iterum aſcendit in montem,
30. ibidémque tertiò permanſit ieiunus 40. diebus noctibúſque *y* quorum dierum hic primus eſt. *y* Exod.34. v.28. Seder.olam c.6.

Sextus Menſis Elul.

Hic menſis cauus eſt nempè 29. dierum & maior, ex parte reſpondet Auguſto.

1. NEomenia. Hac die cœpit prophetare
&c. Aggæus *z*. *z* Aggæi.1.
7. Ieiunium ob mortem 10. exploratorum diuinitus illatam *a*, quam in hunc *a* Num.14 v.36.
&c. diem refert Genebrardus, Scaliger ve-
29. ro in diem 17.

Septimus Menſis Ethanim *a*, ſeu Thiſri, vel Tiſri.

Hic menſis plenus eſt nempè 30. dierum, & maiori ex parte reſpondet Septembri.

Hic menſis 1. eſt anni ciuilis, in eoque occurrebat Æquinoctium Autumnale.

a 3.Reg.8. v.3.

1. NEomenia. Item feſtum Tubarum ſi-
2. ue clangoris *b*, à Iudæis dictus hic dies Roshoſſana, ideſt caput anni, puta ciuilis.

b Leuit.23. v.24.

3. Ieiunium Godoliæ, ſeu Ieiunium ſeptimi menſis ob interfectum ab Iſmaële Godoliam, & Iudæos qui cum eo erant in Maſpha *c*.
4. Poſtridiè mortis Godoliæ Iſmaël occidit 70. viros quos in lacum proiecit *d*.
5. Ieiunium ob cædem viginti Iſraëlitarum
6. & Rabbi Akiba coniectum in vincula vbi & mortuus eſt *e*.

c 4.Reg.25. v.25. Ierem. 41. v. 2. Zach.7.v.5. *d* Ierem.41. v.7. *e* Gen.Scalig.

7. Ieiunium ob decretum in patres noſtros gladiom & famem *f*.

f Ibid.

8. Cœpta eſt hodie ded.catio templi Salomonia, quæ tenuit bis ſeptem diebus nempe vſque ad 22. ſeu octauam Tabernaculorum *g*. Excluſiue.
9. Finis ieiunij tertij quadragenarij quando Moyſes ad veſperam facie cornuta ſeu rutilante deſcendit de monte cum duabus nouis tabulis expiato penitus peccato in adoratione vituli admiſſo *h*.

g 1.Reg.8. v. 65. 2.Paral.7. v.9. 10.

10. Dies expiationum celeberrimus *i*: ſeu Ieiunium expiationis expiandis totius
11. anni peccatis deſtinatum *k*, Equidem pacificus Moyſia reditus(qui contigit ſub veſperam diei noni à qua incipiebat hic dies decimus) venia impetra-
12. ta, delatiſque Legis tabulis lætitiæ po-
13. tius quam afflictionis dies erat; poſteà tamen dies expiationum eſt factus
14. vt inſinuatur in Leuitico *l*. Hoc etiam die decimo emittebantur Cornicines per vniuerſam terram annuntiantes initium Iubilæi *m*.

h Exod.34. ... *i* ... Leuit.23. ... c.16.v.29. *l* c.23.v.32. *m* c.25.v.9.

15. Feſtum Scenopegiæ, ſeu feriæ Taberna-
&c. culorum. Primus hic dies celeberrimus erat atque ſanctiſſimus *n*.
22. Octaua Scenopegiæ ſeu Tabernaculorum, dies celeberrimus. Idémque dies erat feſtum cœtus, ſeu collectæ *o*.

n c.23.v.34. *o* v.36. & 2. Paral.7.v.9.

23. Gaudium Legis & benedictio quo feſto feſto recoluot Iudæi teſtamentum & morte Moyſis Legiſlatoribus, & leguut caput penultimum Deuter. in Synagoga *p*.
24. Luctus Iſraëlitarum tempore Nehemiæ
&c. & Eſdræ ob connubia inita cum alie-
30. nigenis *q*.

p ... & v.10. *q* Genebr. ... Scal. 2.Eſdræ 9.

Octauus Menſis Bul *r*, ſeu Marcheſuan & Heſban per aphæreſin.

r 3.Reg.6. v.37.

Hic menſis cauus eſt nempe 29. dierum, & maiori ex parte reſpondet Octobri.

Idem menſis fit plenus in anno abundanti per intercalationem vnius diei.

1. NEomenia.
&c. Hunc diem ſolemnem eſſe voluit Ieroboam in Bethel in ſimilitudinem
&c. feſti Tabernaculorum quod in regno Iuda & Ieroſolymis 15. menſis ſeptimi celebrabatur *ſ*.
29. Hoc menſe perfecta eſt domus domini à Salomone *t*. Eodem menſe cœpit prophetare Zacharias *u*.

ſ c.12.v.32. 33. *t* c.6.v.31. *u* Zachar.5.

Nonus Menſis Caſleu *x*, ſeu Ciſleu.

x c.7.

Hic menſis eſt plenus 30. dierum & maiori ex parte reſpondet Nouembri. Sed idem fit cauus in anno defectiuo in quo eximitur vltimus dies. Hoc menſe erat tempus ſerendi in Iudæa.

1. NEomenia.
&c. In hunc diem refert Genebrardus
7. Ieiunium ob combuſtum à Rege Ioachim volumen quod ſcripſerat Ba-
&c. ruch dictante Ieremia *y*. Huius Ieiunij menſis noni meminit Ieremias *z*, ſed quaſi iam ſolemnis, quod Hebræi poſteà illi caſui dicarunt, diei tamen non meminit idem propheta Scaliger refert in diem 28.

y Ierem.36. v.23. *z* v.9.

15. Hâc die anno 145. Regni Græcorum
&c. ædificauit Rex Antiochus abominandum idolum deſolationis ſuper altare Dei *a*.

a 1.Machab. 1.v.57.

24. Hâc die cœpit reædificare Templum Domini ſub Zorobabel *b*.

b Aggæi 2. v.19. 1.Eſdræ.3. v.8.&c

25. Hic dies anni Græcorum 145. prophanis Antiochi Epiphania ſacrificiis pollutus eſt *c*. Eodémque die, ac menſe, biennio deſolationis præcisè exacto, anno 148. regni Græcorum reſtauratus eſt cultus Domini, & ſacrificatum Deo ſuper altare nouum *d*. Statutúmque à Iuda & fratribus eius vt celebraretur dies dedicationis altaris per dies octo: idque in vſu deinceps fuit *e*, etiam tempore *Chriſti f*. Hoc feſtum dedicationis, dicitur feſtum luminarium à Ioſepho *g*: ob Lumen Religionis à Macedonibus extinctæ & recu-
30. paratum.

c 1.Mach.1. v.62. *d* c.4.v.52. *e* 2.Mach.5. v.18. *f* Ioan.10. v.22. *g* 11. Antiq. 10.

Decimus menſis Tebeth *a*.

a Eſth.2. v.16.

Hic menſis eſt cauus, nempè 29. dierum & maiori ex parte reſpondet Decembri. Hoc menſe occurrebat Solſtitium Hibernum, anno verò intercalari menſe XI. Sabath.

1. NEomenia.
2. Octaua Encæniorum, ſeu purificati
&c. à Machabæis Templi *b*.

b 1. Machab. 4. v. 59. Ioſeph. 12. antiq. c. 11.

5. Ieiunium, quod eo die nuntiatum ſit Ezechieli cæteriſque conaptiuis in
&c. Babylone captam eſſe Ieroſolymam, & Templum ſuccenſum *c*.

c Ezech. 33. v. 21.

8. Ieiunium, quod eo die Lex in Græcum ſermonem verſa ſit à 72. Interpretibus, tempore Ptolemæi Philadelphi. Fueritne hic dies primus; vel poſtremus è 72. qui in eo opere inſumpti ſunt, vt ſcribit Ariſtæas *d*, incertum eſt.

d Habetur lib. 7. Bibliothecæ patrū.

9. Ieiunium cuius Doctores noſtri non indicarunt cauſam, aiunt Hebræi *e*.

e Genebr. Scal.

10. Ieiunium decimi menſis ob inchoatam hâc die à Nabuchodonoſor obſidionem Ieruſalem *f*.

f 4. Reg. 25. Ierem. 52. v. 4. & c. 39. Zach. 8 v. 19. Ezech. 24.

11. Habetur hâc die peculiaris prophetia
&c. Ezechielis contra Pharaonem Regem
29. Ægypti *g*.

g cap. 29.

Vndecimus Menſis Sabath *h*, ſeu Sebeth.

h Zach. 1. v. 7. 1. Machab. 16. v. 14.

Hic menſis plenus eſt nempe 30. dierum & maiori ex parte reſpondet Ianuario.

Hunc menſem principium anni arborum vocant Hebræi, quod in eo arbores in terra ſancta pubeſcere, & effloreſcere ſoleant i.

i Genebr. & Rab. Salom.

1. NEomenia. Hoc primo die menſis an-
&c. no 40. exitus de Ægypto cœpit Moyſes explorare legem, vt habetur in toto Deuteronomio perſeuerauitque in ea expoſitione per dies 36. vſque ad ſextum Adar *k*.

k Seder-olam c. 10.

23. Ieiunium, quòd hac die congregatæ ſunt
&c. 11. Tribus Iſraël contra Tribum Beniamin propter violatam vxorem Leuitæ *l*. Ita Genebr. & Scal. qui huc etiam referunt ſimulachrum Michæ *m*.

l Iudic. 20. v. 26. *m* cap. 18.

Hoc Menſe Simon ſummus Sacerdos, cum duobus filiis ſuis Mathathia & Iuda occiſus eſt fraudulenter à Ptolemæo duce campi Iericho ac genero ſuo. Annus quidem Græcorum 177. & menſis vndecimus eſt obſeruatus *n*, minimè verò dies. 30.

n 1. Mach. 16. v. 14.

Duodecimus Menſis Adar.

1. NEomenia.
2. Hâc die completa eſt ædificatio do-
3. mus Domini temporibus Aggæi & Za-
&c. chariæ prophetarum, & Darij Regis Perſarum, & celebrati dedicationis dies *o*.

o 1. Eſdræ. 5 v. 15. 16.

6. Hâc die præmonetur Moyſes de imminenti morte *p*.

p Deut. 31. v. 14.

7. Ieiunium, quod hac die mortuus ſit Moy-
8. ſes Legiſlator, quo ipſo die natum aſſerit Seder-olam *q*.

q cap. 10.

9. Ieiunium decretum propter ſcholam
&c. Sammai diuiſam à ſchola Hillel, & contétiones inter vtrámque exortas *r*.

r Gen. Scal.

13. Ieiuniū Eſther *ſ* dicitur & pridie Mardochæi diei. Deſtinatus fuerat hic dies ab Aman ad Iudæorum cædem in toto regno Aſſueri, & direptionem bonorum ipſorum *t*. Incidit in eundem diem ſolennitas ob victoriam de Nicanore partam *u*.

ſ Gen. Scal. 2. Machab. 15. v. 31.

t Eſth. 3. v. 13. c. 13. v. 16. c. 16. v. 20.

u 2. Machab. 15. v. 37.

13. Phurim ideſt ſortium feſtum minus: dicitur etiam dies Mardochæi *x*.

x Ibid.

15. Sortium feſtum maius, ambo inſtituta
16. ab Eſther & Mardochæo in gratiam liberationis Iudæorum ab Aman: vtrumque diem magna cum lætitia Iudæi celebrant *y*.

y Eſth. 9. v. 30. & c. 10. v. 23.

17. Sub hoſce dies abſolutum eſt totum
&c. opus ſanctuarij, quod approbauit Moyſes & benedixit artificibus puta collaudans eos *z*.

z Exod. 39. v. 43.

23. Hâc die ſecundùm aliquos *a* ſeptem conſecrationum cœpti dies, & 1. Niſan
24. expleti: ſed probabilius eſt conſecrationem factam poſt erectum I. Niſan Tabernaculum, quod quidem ab artificibus primùm erigi opportebat, inunctum enim à prophanis hominibus non debebat attingi. Equidem in Exodo *b*; primùm iubetur erigi, deinde inungi: vt in libro Num. dicitur: *Impleuit Moyſes Tabernaculum & erexit illud, vnxitque & ſanctificauit cum omnibus vaſis ſuis c*.

a Seder-olam c. 7. Genebr. in Chron.

b cap 40.

c Num. 7.

25. Hâc die Euil-merodach eduxit de carcere Ioachim ſeu Iechoniam Regem Iuda,
&c. & poſuit thronum eius ſuper thro-
29. num cæterorum Regum qui parebant Regi Babylonis *d*

d Ierem. 52. v. 31.

Poſt duodecimum menſem, occurrebat & alius menſis decimus tertius dictus Veadar. ſeu, Adar ſecundus, qui quouis biennio erat tantum dierum viginti duorum, & quouis quadriennio; quo vnus dies intercalabatur, viginti trium: Itáque quolibet biennio & & quadriennio, annus erat trium ac decem menſium.

ARTICVLVS VI.

De annis.

ANnus quaſi annulus, quòd inſtar annuli in ſe redeat, multipliciter diuiditur; ad præſens inſtitutum ſola hæc ſpectat diuiſio. Annus alius eſt lunaris, alius ſolaris. Annus lunaris eſt temporis ſpatium quo luna duodecies cum ſole concurrens efficit duodecim menſes lunares ſynodicos, qui ſimul conſtant trecentis quinquaginta quatuor diebus; ſola

tis

ris eſt ſpatium temporis, quo ſol duodecim ſigna Zodiaci permeat, & duplex eſt; alius tropicus, alius ciuilis, qui & Iulianus. Tropicus dicitur, quoniam ab aliquo quatuor Cardinum anni, Æquinoctiis nempè duobus, totidem Solſtitijs, illius initium ducitur; neque enim minùs Æquinoctia quàm Solſtitia tropàs appellarunt Aſtronomi, quia in iis ſol potiùs immutat aërem, & conuerſiones facit. Annus ergo Tropicus eſt conuerſio ab vno Æquinoctio vel Solſtitio ad aliud Æquinoctiũ vel Solſtitiũ: & quia eiuſmodi conuerſio modo breuiori, tum longiori ſubinde fit temporis interuallo, prout peritiſſimi quique obſeruarunt Aſtrologi, ac in ſuis theoreticis oſtendunt, medium ipſi inter extrema tenentes interualla; vt quod vni abundat anno, ſubſit alteri, aiunt annum tropicum conſtare diebus 365. horis 5. & 40. nouem minutis primis.

Annus ciuilis eſt, ſecundùm quem omnes ciuiles cõtractus, & negotia politica diriguntur; dicitur Iulianus, quod eum Iulius Cæſar emendato Kalendario, à Kalendis Ianuarij incœpit, & ad communem vſum orbis Romani tranſtulerit. Iulianus hic annus habet ſuper annum tropicum vndecim minuta, quæ cùm aliis 49. minutis eiuſdem anni tropici integram conſtituunt eius horam ſextam, adeóque conſtat 365. diebus. & ſex horis integris, quæ tamdiù differuntur, donec collectæ diem ciuilem quarto quoque vertente anno efficiant, qui ideò biſſextilis vocatur, quia menſe Februario ſexto kalendas Martias inſeritur, ac bis 6. Kalendas vſurpatur. At illa 96. horarum inſertarum menſuram vero anno ſolari tropico, prædictáque ſolis cũuerſione aliquantulùm maiorem eſſe, necnon prædicta 11. minuta 6. horæ omnino cõplendæ addita fuiſſe, palàm arguit nouiſſima, quæ anno 1582. à Gregorio XIII. facta eſt correctio Kalendarij, ac ſuperfluorum 10. dierum qui ex addititiis illis Iulij minutis excreuerant neceſſaria ſuppreſſio.

Porrò annus ille Iulianus non à Romanis ſolùm, ſed etiam à plerìſque aliis populis vſu receptus, adeò aptus eſt ad commendandam temporum memoriã, vt Chronicorum & Annalium ſcriptores, eam vulgò anni formam adhibeant, non iis modò rebus explicandis, quæ poſteriores illius inſtitutionis ſue, ſed & antiquioribus ab ipſo etiã orbis initio, quamuis aliæ tum, & diuerſæ apud varias nationes exiſterent annorum formæ. Quocirca cùm ſolis v.g. lunæque defectiones, aut res geſtas ſuis annis, annorúmque tempeſtatibus aſſignant, Iuliano vtũtur anno, Iulianíſque menſibus, quo noſtri faciliùs iſta percipiant, popularibúſque aptata ſpatiis, ne in variis annorum generibus diſcernedis, Lectorum fatigetur attentio.

His circa annum Iulianum obiter annotatis, ad noſtrum propius inſtitutum accedentes, id maximè obſeruamus: quando de annis in Scriptura ſacra, & alibi paſſim fit mentio, ij ſolares ſunt, non lunares, cùm Hebræi omnéſque ferè nationes, quæ ſuos ad rationem Lunæ menſes componebant: annos lunares ad ſolares debita intercalatione reducerent. Et licèt Hebræi annum ſuum ciuilem, ſecundum quem negotia politica diriguntur, inciperent à menſe ſeptimo Tiſri: annum tamen cœremonialé, ſeu ſacrum, ſeu legitimum, iuxta cuius calculum feſta & ſacra componuntur, à primo menſe Niſan circa æquinoctium vernum; iuſſu Dei *a* auſpicati ſunt, in ipſo exitu Ægypti. *a* Exod. 12. v. 2.

Quòd Hebræi annum ciuilem ipſis mundi natalibus inhærentes (quem communis ſententia autumnali æquinoctio conditum tenet) à 7. menſe Tiſri exordirentur, patet ex libro, Exodi *b*, vbi feſtũ Tabernaculorum, (quod 15. die menſis 7. iuxta anni ſacri calculum occurrebat) dicitur celebrandum in exitu anni, putà ciuilis, ſeu, vt alibi dicitur, redeunte anni tempore. *b* c. 23. v. 34

Annus ſabbathicus & Iubilæus, etſi ſacri; à menſe 7. inchoabantur, ita Ioſephus *c*, & Rabbini. De Iubilæo quidem id exprimitur in *d* Leuitico: Et ſanè ſi à vere inchoati fuiſſent iſti anni, cum in eis abſtinendum eſſet ab omni ſatione, & meſſe, debuiſſent ſemper duobus annis continuis Hebræi ſuã meſſe carere: ſabbatico verò anno à vere inchoato, non potuiſſet meſſis iam adulta proximâ æſtate demeti; aliáve (quia autumno ſequẽte abſtinendum erat à ſatione) ſubſequenti æſtate ſperari. Et tunc Iubilæus annus ſequenti anno ſuperueniſſet, aut biennio ſabbaticum præueniſſet, vt ſæpè fiebat, & toto quadriennio meſſe caruiſſent. At incipiendo annos illos ſabbaticum, & Iubilæum ab Autumno; vna tantùm ſementis, vnáque meſſis peribat, nunquam duæ, niſi quando ſabbaticus annus Iubilæo proximè adhærebat; ſed iſti caſui tum Deus proſpiciebat inuſitatâ fertilitate, & exuberante prouentu anni præcedentis. *c* l. ant. iq. 8. *d* c. 25. v. 9. 10.

Eſt & aliud haud contemnendum annorum genus, nempè annus emergens, in quo ſcilicet inſigne aliquid contigit, & ab hoc ſingulari facto in eius memoriam anni incipiunt computari. Hinc tot, támque diuerſæ etiã in Scriptura Æræ, quæ non parum torquent Chronologos. Inter annos emergẽtes, qui in Scriptura ſacra habentur, anni Regni Græcorum, quibus liber 1. Machabæorũ vtitur, inchoantur ab æquinoctio verno, ac primo menſe Niſan, quia tunc deuicto Antigono Rege minoris Aſiæ, Seleucus totius Syriæ obtinuit principatum: anni vero quibus vtitur liber 2. Machabæorũ, ſemeſtri ſerius ſumunt exordium nempè ab autumnali æquinoctio ac 7. menſe Tiſri (ſicut & anni Hebdomadum Danielis) Quod vel hoc vno demonſtratur exemplo ann. 150. libri prioris, quo Antiochus Eupatör Hieroſolymam obſedit, erat Sabbaticus; vt ſatis indicat lib. 1. Machabæorũ, ac teſtatur Ioſephus: hic tamen annus in poſteriori libro dicitur fuiſſe 149. Cum igitur Sabbaticus ab autumno, ſeu menſe 7. inchoatus, in autumno ſequente deſierit, non poteſt Sabbaticus idem putari in priori lib. 150. & in poſteriori 149. niſi ab autumno & menſe Tiſri antecedente numeratus hic annus 149. ſit idem cũ eo qui à verno tẽpore, & à menſe Niſan in libro 1. computatus eſt 150. Hincque patet quorumdam error Chronologorum, qui prædictos annos Græcorum ſeſqui anno in priori libro Machabæorum antecedere putant eos, qui in poſteriori numerãtur: ſi enim hoc verum eſſet; deberet annus ille centeſimus

quinquageſimus iniens primo menſe Niſan in libro priori, computari In poſteriori centeſimus quadrageſimus octauus, cœptus à menſe ſeptimo; ſabbariſmi enim exordium ex antecedenti Tiſri repetendum eſt. Sicqne anni vtriuſque libri integro ſemeſtri ſimul coincidunt, putà poſterius ſemeſtre annorum ſecundi libri cnm priori annorum libri primi. Atque ea hac obſeruatione, ac diſtinctione anni ciuilis & ſacri, ſeu cœremonialis, & emergentis plures eiuſdem Scripturæ ſoluuntnr difficultatis.

Et quoniam Iudæi ſerulerunt etiam Romanis, non eſt ignorandum quod Romani olim annum ciuilem, ſicut & Hebræi poſt ſeruitutem Ægyptiacam, annum ſacrum, inchoabant à verno tempore, ſcilicet ab aliqua ſubinde parte menſis Martij, quem primum fuiſſe arguunt antiqua hæc menſium nomina, Quintilis in Iulium, Sextilis in Auguſtum, Vndecembris in Ianuarium, & Duodecembris in Februarium commutata. Suffragatur & ipſa Februarij Etymologia, quia Februarius dictus eſt, quod tunc extremo anni tempore populus februaretur, id eſt purgaretur; per duodecim enim dies continuos celebrabantur Februa linguâ Sabinorum ſic dicta, Latinorum verò purgamenta, hiſque diebus pro impertanda mortuorum manibus quiete, omnis populus piaculis, & ſacrificiis circa ſepulchra, accenſis facibus, cereiſque intentus erat. Poſteà autem à primo die Ianuarij cœptus eſt annus; eum enim menſem Numa Pompilius voluit eſſe primum anni tanquam bicipitis Dei, tranſacti anni finem, futuriſque principia reſpicientis: & ab eodem primo Ianuarij die annum inchoauit Iulius Cæſar, cùm anno circiter quadrageſimo quarto ante natiuitatem Chriſti Kalendarium Romanum emendauit, ab eodémque die placuit Eccleſiæ Romanæ Æram vulgatem Chriſti, & Indictionem Pontificiam incboare. Et hoc ſtatu (qui iam poſt correctionem anni à Gregorio XIII. factam, conſtans ac firmus eſt,) anni perſeuerant. Porrò quia toties Articulis præcedentibns de hac ciuilis anni à Gregorio XIII. correctione, & Kalendarij à Iulio Cæſare emendatione factà dictum eſt; hic locus exigit, vt de vtráque ſequentem articulum inſtituamus.

ARTICVLVS VII.

De emendatione Kalendarij à Iulio Cæſare, & correctione Anni Ciuilis à Gregorio XIII. facta.

GRadatim, vt & cæteræ diſciplinæ, adoleuit doctrina temporum, & ex rudioribus initiis (iiſdem tamen qnibus Aſtrologia, cui ſubeſt Chronologia,) ad perfectam ſcientiæ conditionem, numeratis paſſibus progreſſa eſt.

Annos ad ſolis, ſicut & menſes ad Lunæ conuerſiones dirigi, omnes obſeruarunt; ac initio quidem animaduerterunt circuitum ſolis integrum, ſupra dies trecentos ſexaginta quoque horis inſuper aliquot expleri, dum interim lnna modò duodecies, modò terdecies cum ſole coniungeretur, aut eumdem ex aduerſo reſpiceret: ideóqne populares annos ita deſcripſerunt, vt duodecim, aut tredecim menſium alternos faceret, variiſque ſubinde, vt annorum ratio conſtaret excogitatis Periodis, commodiſſima fuit Enneadecaëteris, ſeu Cyclus Decemnouennalis, ſeu Periodus annorum decem & nouem, à Metone reperta deinde ab Euctemone & Philippo emendata, cui tamen iterùm emendandæ Calippi Cyziceni Periodus altera ſucceſſit annorum ſeptuaginta ſex, in qua perdiù acquieuerunt Aſtrologi; donec Hipparchus deprehenſo illius vitio longiorem huic ſubſtituit, quatuor Calippicis conſtantem: Hipparcheis inuentis, noua quædam & accuratiora Ptolemæus poſteà attexuit: progredientis tamen minúſque perfectæ artis fuit omnis illorum ſolicitudo. Cúmque ordinandorum ratio temporum, ſicut & artes cæteræ, à Græcis ad reliquas gentes tranſiſſet: ad ipſos quoque Romanos lubens transfretauit, qui à Græcis vſum annorum priuſquàm peritiam accepiſſe commemorantur: ſeptem enim amplius ſæculis hæc eos inſcitia tenuit (accedente eorum incuriâ, qui intercalationibus ad annos lunares, cum ſolaribus æquandos, neceſſariis præerant) & eóvſque progreſſum habuit, vt & hyberni menſes in æſtiuorum locũ paulatim obreperent, ac reliqui deinceps alienam in ſedem ac ſtationem inuaderent, vt qui proprij erant ſolſtitiis, iam penè ad æquinoctia demigrarent.

Illuxit tandem orbi perſpicax genus Iulij Cæſaris, qui ab Alexandrinis Mathematicis edoctus inueteratam illam perturbationem abſtulit, annúmque ciuilem rectè compoſuit. tantúmque ab eo facto apud poſteros gloriæ decus eſt aſſecutus, vt partas victorias hâc vnâ caſtigati anni, emendatique Kalendarij laude propemodũ obſcurarit, omnéſque gentes, quæ hanc vbique correctionem gratis animis exceperunt immortali beneficio deuinxerit.

Ea porrò fuit Cæſaris induſtria, ſuis vt ſedibus menſes ſingulos reſtitueret, & præcedentium annorum errata corrigeret: tres ſcilicet menſes, ſeu nonaginta dies anno tunc excurrenti adiecit, ac intercalauit. Et hic annus fuit 447. dictúſque eſt vulgò à minùs peritis annus confuſionis; & ne in poſterum erraretur intercalari menſe ſublato, annum ciuilem ad Solis curſum formauit, diebus 354. quibus lunaris conſtat, addidit vndecim, & pro 40. diei, ſeu horis ſex, quæ ſupererant, inſtituit vt peracto 40. circuitu, dies vnus intercalaretur ſub finem Februarij (nempè 6. ſextà die Kalendas Martij) vbi menſis olim intercalari ſolebat, & quia tunc bis dicendum erat 6. Kalendas Martij, dies ille bis ſextus dictus eſt.

Equidem abſque eximia illa Iulij Cæſaris induſtria, reperiri neqnaquam potuiſſet tam commoda, támqne perpetua ciuilis anni ratio, nec ſine eiuſdem ope ac beneficio, iam conſtituta ſeruari, & à mendis, quæ poſſent ſubrepere, vindicari, prout ſtatim à Cæſaris obitu ipſa probauit experientia. Cùm enim Sacerdotes Romani, quibus diei illius intercalandi cura erat demandata, primis triginta ſex illis annis Iulianis poſt cuiuslibet trien-

nij circuitum, præpropera feſtinatione diem illum intercalaſſent; mox nouus error irrepſit, qui à Cæſare Auguſto correctus eſt, duodecim annis ſubſequentibus, abſque vlla intercalatione adictio eius, tranſiri iuſſis; vt ſic tres dies anteà intercalati abſumerentur.

Cæterùm licèt mira fuerit illa Iulij Cæſaris in emendatione anni ciuilis induſtria, quia tamen aliquot minuta, quæ prædictis ſex horis deerant non obſeruauit, vel fortè obſeruata non cauit, minùs perfectæ, nec ad plenũ expolitæ artis fuit eius correctio; ſed ei deinceps ſæculum præteritum, poſt diuturnam obſeruationem, ac longius interuallum, anno Chriſti 1582. vltimã manum adhibuit: quando Gregorius XIII. decem dies, ſuperfluos, qui longo annorum decurſu irrepſerant, præſcindens, labentis anni ruinas non ſolùm reparauit, ſed etiam arti illi ſuam tribuit integritatem, & conſtantem ac perpetuam, quæ hactenus ei deerat, nec antiquorum vllus conſequi potuerat, contulit firmitatem. Noſtro hoc loco parùm exceder rationem inſtituti, nec ſtudioſo Lectori erit iniucundum, ſi clarius, breuiſſimè tamen, explicetur, quomodo vitium eiuſmodi in annum ciuilem irrepſerit, eáque Gregorij correctio ſe habuerit.

Vitium illud in annum ciuilem ſic irrepſit. Cùm ad prædictum diei quadrantem ſeu horas ſex, quæ ſuperſunt in anno ſolari, & ex quibus quarto quoque anno conſurgit dies intercalaris, deſint aliqua minuta, his minutis neglectis, aut minùs obſeruatis, eo modo in ſucceſſiua annorum reuolutione, & ſupputatione proceſſum fuit, ac ſi illa minuta minimè deeſſent, annúſque ſolaris vltra dies 365. contineret integras ſex horas; vndè factum eſt, vt minuta, quæ vltra debitam quantitatem annis ſingulis addebantur, decurſu temporis ita excreuerint, vt ipſo anno correctionis 1582. iam conſtituiſſe dies decem, totidémque æquinoctium vernum è ſede ſua exceſſiſſe, compertum ſit; cui malo occurrens Gregorius XIII. diligenti Aſtronomorum examine præmiſſo, inſtituit vt prædicti decem dies menſe Octobri eiuſdem anni 1582. ſupprimerentur, adeò vt poſt quartam diem D. Franciſco ſacram, ſequens dies non eſſet quinta, ſed decima quinta: ſicque error, qui tot annorum decurſu ſenſim irrepſerat, momẽto fuit correctus, & æquinoctium vernum ſedi ſuæ reſtitutum, nempe duodecimæ diei Kalendas Aprilis, & luna Paſchalis in ſuo loco repoſita. Et ne in poſterum idẽ, ſimilíſque error recurreret, aut æquinoctium vernum, & decima quarta luna Paſchalis è propriis ſedibus nuſquam excederent, eligenda erat certa aliqua anni menſura, vt iuxta illam deinceps fieret intercalatio, vt æquinoctij inſtituendi ratio maneret immobilis. Et quidem poſt longam Mathematicorum diſquiſitionẽ, placuit præ cæteris Alphonſi Caſtellæ Regis menſura, quà verus annus ſolaris minor eſt anno Iuliano 134. quouis anno, & aliquot inſuper menſibus, octo circiter exactis, vnus dies intercalaris omittendus eſſet.

Verùm quia difformis illa, nec protſus indubitata ad quemuis 134. annorum octo menſium acceſſio, aliquod tandem ſubſequentibus ſæculis expeditiori diei intercalaris intermiſſioni poneret obſtaculum, huic incommodo prouidiſſe videtur prædictus Gregorius, cùm ſtatuit, vt biſſextus quidem quarto quouis anno, vti mos erat, continuaretur, præter quam in certis quibuſdam centeſimis annis, qui, licèt omnes biſſextiles anteà ſemper fuiſſent, (qualem etiam eſſe voluit centeſimum correctionis anno proximum) ſtatuit vt deinceps ea quadringentis quibuſque annis, tres centeſimi priores ſine biſſexto tranſigerentur, ſolúſque quartus centeſimus eſſet biſſextilis; ideò vt ea quatuor proximis centeſimis annis, annos 1700. 1800. 1900. biſſextiles non ſint, ſed tantum ſolus bis milleſimus, & ſic deinceps.

Et hæc præſcripta à Gregorio diei intercalaris ratio, concurrit cum alia eiuſdem diei quouis anno 134. cum octo circiter menſibus exacto, intermittendi ratione; ter enim centum triginta quatuor faciunt quadringentos annos ac duos inſuper, qui octo illos menſes additicios in ſe continent: ſicque ordo ille intermittendi, intercalandíque biſſextum diem quadringentis quibuſque annis, ſi conſeruetur nihil deinceps in annorum vſum vitij aut prauitatis incidet, ſed conſtans erit, & abſque vllo erroris periculo continua vſque ad diem nouiſſimum annorum reuolutio, vel ſi fortè ſucceſſu temporum aliquid erroris ſubrepere à ſubſequentibus obſeruaretur Mathematicis id ab eiſdem præſcriptis regulis facilè tolletur.

Cæterùm quia Periodi & Æræ certum aliquem annorum numerum inuoluunt, earúmque notitia Scripturæ ſacræ non rarò ſubſeruit, operæ pretium erit hoc loco in quo de annis, anni que correctione, actum eſt, etiam de Periodis & Æris nonnihil obſeruare.

ARTICVLVS VIII.

De Periodis.

Iulianâ potiſſimùm.

Periodi dicuntur à nonnullis certi annorum, ab vno termino ad alium v.g. ab orbe condito ad finem diluuij decurrentium, numeri. Periodi quoque magiſque propriè vocantur certi annorum numeri, qui in orbem redeunt, & certiùs de tempore rerum geſtarum poſteris fidem faciunt. Equidem ſi annorum, qui ab orbe condito ad noſtra vſque tempora fluxerunt certus, omniúmque conſenſu receptus iniri numerus poſſet, nequaquam altera Periodus annorũ eſſet adhibenda; ſed hæc ipſa ſumma ſufficeret, & ad eius Epocham Cyclorum omnium origo deberet referri. Verùm quia eorum, qui ex Hebraïcis, Latiniſque Bibliorum Codicibus interualla ſubducunt, tantũ ac tale in annorum definiendo numero eſt diſſidium, vt quot hodie Chronologiæ ſacræ prodeunt, totidem fermè ſint annorum ſummæ: naturale illud ac primæuum rerum omnium, temporúmque principium teneri nequaquam poteſt. Huius itaque loco variæ à diuerſis ſunt excogitatæ, ac inſtitutæ Periodi.

Apud Hebiæos duæ erant Periodi nobiliores, cæteriſque aliia vetuſtiores, vna quæ Hebdomas annorum dicebatur, erátque circulus ſeptem annotum quorum vltimus ſabbathieus uuncupabatur; quo terra ab omni cultura quieſceta iubebatur: altera quæ Iobel, ſeu Iubilæus vocabatur; erátque circulus quinquaginta annotum quorum vltimus diecebatur annus Iubilæus, quo nou ſolùm tetra ab omni cultura quieſcebat, ſed etiam æs alienum remitti, & ſerui dimitti debebantur. De his in Exodo *a*, & Leuitico *b*.
cap.23. c.25.
Vtráque Periodus cœpit ab autumnali æquinoctio primi auui, quo Hebręi poſt tranſituin Iotdanis terram promiſſionis ingreſſi, deuictis iam duodecim Regibus, eã colete, cœperũt vt videra eſt in obſeruatione ad Hiſtoriam ſacram quartâ mundi ætate excurrentem. Et ſiquidem hæ Periodi conſtanter ab Hebræis obſeruatæ, & iu hiſtoriia anuotatæ ſuiſſent, maximam Chronologiæ lucem afferrent; eſſéntque inter Chronicos characteres, ac notæ anuorum certiſſimæ? ſed vix vnquam illarum fit mentio, vt eum Prophetæ *c* aliquando redarguunt Iudæos, quod Sabbathicos anuos negligarent.
Ierem.1.v. Ezech.20. 13.

Aſſignantur & aliæ Periodi uon paucæ, quibus tanquam fidis cuſtodibus illæſa ſeruatur temporum ſeries. Apud Græcos famoſiſſimæ eraut Olympiades quatuor annos complexæ, adeóque τετραετηρίδες dictæ, de quibus Articulo ſequeuti; erat & ἐννεακαιδεκαετηρὶς ideſt decem nonalis, ſeu 19. annorum Periodus, quâ etiamnum Romana vtitur Eccleſia, vocátque Cyclum decemnouennalem Lunæ; iis enim decem & nouem aunis abſolutis, Neomeuiæ ad idem ferè principium redeuut, & hæc Periodus aureum, vt vocant, inuoluit numerum, cuius vſus ab autboribus Eccleſiaſticis paſſim explicatur, ſicut & Cycli ſolaria, qui eſt viginti & octo annorum, ad aliquam tamen huius Cycli ſolia explicationem.

Scienduin aſt annum Iulianum conſtare diebus trecentis ſexaginta quiuque, quibus tamen quatto quoque vertente anno, dies biſſextilis accreſſit, qui quidem dies treeenti ſexaginta quinque ſeptenario ordine diſtributi conficiunt Hebdomadas quinquaginta duas & vnum diem ſuparfluum, & quia per ferias ſeptem totidem literis A.B.C.D.E.F.G in Kalendario expreſſas quælibet Hebdomada euoluitur, à quaeumque feria, literáve annus incipiat, in eadem terminatur, adeò vt ſi biſſextilis nullus eſſet annus, orbis Hebdomadicus ſeptem annis abſolueretur, ſingulæque per orbem litteræ anni caput obtinerent, viciſsímque Dominicam diem notarent v. g. ſi hoc anno litera Dominicalis eſſet G. ſequenti ſoret F. tettio E. quarto D. quinto C. ſexto B. ſeptimo A. & hæc literarum Dominicalium ſeries, initialibus huiuſce verſus literis indicatur.

Gaudet Francus Equo, Dacus Cane, Barbarus Arcu.

Quibus peractis ad primum G. fieret reuerſio; ſed biſextilis ille dies æquabilem hunc curſum interpellat: biſſextilis enim annus non in eandem vnde cœptus eſt feriam deſinit, ſed in ſequentem; propterea orbis iſte literarum Dominicalium quater ſeptem hoc eſt viginti octo anuis explicatur; quibus earum viciſſitudo continetur, & hic vulgo dicitur Cyclus ſolis, vel litterarum Dominicalium, quo abſoluto ad idem caput, eumdémque deinceps litetarum otdinem regtedimur, eundémque velut citculum, ſeu Cyclum repetimus. Hie Cyclus Romano more ab vno biſſextili, litetiſque G. F. ſumit exordium, vt videte eſt in collaterali ſchemate Çyclum ſolis ad oculum exhibente.

Eſt & alius Cyclus Romanæ, ſeu Pontificiæ Indictiouis, conſtans annis quindecim; Quæ ſit huius origo Indictionis nódum planè iuter Doctos conuenit; id tamen tribus iſtis Cyclis poſterioribus Solis, Lunæ, & Indictionis, commune eſt, vt non ſolùm tota ipſa quibus conſtant annorum ſumma, ſed & anni ſinguli Cycli dicantur, exempli cauſa, Cyclus primus, ſecundus, tertius, eſt annus primus ſeeundus tettius, Cycli viginti octo annorum Solis, & ita de aliis: & ex triplici illo Cyelorum genere contextus eſt quidam annorum otbis, qui vulgo Periodus Iuliana nuncupatur. Ducendo enim Cyclum Lunæ 19. in Cyclum Solis 28. exurgit Periodus Victotiana annotum 532. Et hæc itetum multiplicata per Cyclum Indictionis 15. conficitur numerus annorum 3980. pro Periodo Iuliana, quæ quia hodiè celebertima eſt, cæteraſrúmque omnium ampliſſima, ideò fuſius de ea agendum eſt.

Iuliana hæc Periodus ita nuncupatur, quoniam ad anni Iuliani, quem ſcilicet Iulius Cæſar à Kalendis Ianuarij auſpicatus eſt, eiúſque Cyclorum methodum accommodata eſt à Ioſepho Scaligero, qui eam inuenit, vel ſaltem à Græcis ad Romanum vſum primus tranſtulit, & in firmiſſimum totius Chtonologiæ munimentum adhibuit.

Huius Periodi ea ratio eſt, vt quilibet lius annus iis propriis Cyclis ita ſit prædictus, vt eoſdem omnino, nullus alius anuus in tota Periodo poſſideat v. g. primus annus Periodi habet Cyclum Solis 1. Lunæ 1. & Indictionis 1. nullum alium in toto illo 7980. anuorum decurſu iuuenies cui tres illi ſimul congruant Cycli. Cùm autem Iuliana hæc Periodus plures annos contineat, quam ab initio mundi ad natalem Chriſti iuxta Hebraïcas Latináſque vulgatæ editionis paginas vllus vnquam putator temporum ſtatuerit, omnes vtique alias Periodos, omnéſque Chtonologias in ſe includat neceſſe eſt.

Huius Periodi munimentum eſt vulgaris Chriſti Æra, quam Romana & Occidentalis Eccleſia, fixam & immutabilem retinet, & in quam omnes conſentiunt: nemo eſt enim qui non hunc ipſum, quo hæc ſcribimus, annum numeret Chriſti 1645. & quamuis de p.21 5-1644
vero anno natalis Chriſti, quem nos primum v.5.
Æræ Chriſti annum immediatè præceſſiſſe eum communi ſantentia dicimus, digladientur inter ſe Chronologi, híque vuo anno, illi duobus, alij pluribus vulgarem Chriſti Æram anteuertant, in Æra tamen Chriſti,

ſiue

ſiue annis computandis nullus ab altero diſcrepat. Quamobrem primus iſte Æræ Cbriſti annus fitmiſſimum eſt hiſtoriæ ac Chronologiæ, ceatrum, à quo velut lineæ quædam ſic annorum variæ ſummæ in infinita ſpatia tam præterita, quàm futura propagantur, & ab iis rurſus ad idem centrum redeunt, in eoque coniunguntur.

Cumque primus Æræ Chriſti annus præditus ſit Cyclo ſolis 10. lunæ 2. & Indictionis 4. hi tres Cycli in nullo alio totius Iulianæ Periodi anno reperiuntur quàm in 4714. atque ita ab initio huius Periodi ad primum illum annum Æræ Cbriſtianæ integri fluxerunt anni 4713. & ſuperſunt vſque ad finem eiuſdem Periodi anni 3267.

Nullus eſt autem ex Latinis, Hebræiſque Chronologia, qui mundi primordium non multò poſteriua priori illa annorum 4713. ſumma conſtituat, nam quatuor millium circiter annorum, aut paulò amplius minuſve interuallum iſtud definitur: nondum etiam ad poſteriorem 3267. annorum Æra Chriſti peruenit; adeoque citra Periodi Iulianæ principium omnium annalium initia, ac metæ conſiſtunt.

Quod ſpectat ad vſum huius Periodi, ſi quis eam ad quemuis annum ante, vel poſt Æram Chriſti deſignandum adhibere intendat, iuxta calculum noſtrum, eorumque qui Cbriſtum anno mundi 4000. natum dicunt, adeoque mundum anno Periodi Iulianæ 713. conditum aſſeruut, velitque dignoſcere quotus Iulianæ Periodi ſit quiuis annus ab orbe condito ad Chriſtum natum, vel à Chriſto nato ad noſtra tempora: duplicem hanc obſeruet regulam.

Prior regula. Quiuis annus ante Chriſti Æram deſignandus erit is Iulianæ Periodi annus, qui conſurget cùm ad illum annum deſignatum addideris annos 713. quos ex Iuliana Periodo ante orbem conditum effluxiſſe fingimus: exempli gratiâ, ſi deſignes annum ab orbe condito 244. eique addas prædictos annos fictitios 713. inuenies annum illum mundi 244. eſſe annum Iulianæ Periodi 956.

Poſterior regula; quiuis annus in Æra Chtiſti deſignandus erit ia Iulianæ Periodi annus, qui conſurget cùm ad illum annum deſignatum addideris annos 4713. qui ex Iuliana Periodo fluxerunt, vſque ad natale Chriſti incluſive, & Æram Chriſti excluſive v. g. præſens Chriſti annus 1645. eſt Iulianæ Periodi annus 6358. hic enim annorum numerus reſultat, ex illis 1645. & 4713. ſimul iunctis.

Si ſcire cupis de quovis mundi anno deſignando, quotus ipſe ſit ante Chriſtum natum incluſiuè, & ante Æram Chriſti excluſiuè (hæc enim incipit ab anno natiuitatem Chriſti proximè conſequente) id facilè comperies, ſi attendas quot ſuperſint anni ab illo anno deſignato, vſque ad annum mundi 4000. quo Chriſtum natum aſſerimus 25. Decembris: exempli gratia annus mundi 2500. & annus ante Chriſtum natum 1500. tot enim ſuperſunt ab illo anno 2500. excluſiuè vſque ad annum 4000. mundi incluſum. & Æræ Chriſti excluſum.

ARTICVLVS IX.

De Æris, ſeu Epochis. Græcorum maximè, Romanorum, & Babyloniorum.

ÆRa erat numeri nota in ære, ſeu moneta, qua eius pretium deſignabatur *a*. — *a* ita Lucillus.
Tum Aſtrologi temporis initium, à quo ſupputationem incipiebant, Æram vocarunt *b*. — *b* ita Cælius. Rhodiginus l. 10. c. 2.
Epocha verò apud eoſdem Aſtrologos, eſt gradus planetarum in Zodiaco, ſeu ſtatus cœli poſituſqua ſyderum. Poſteà Æra, & Epocha vtraque pro temporum exordiis apud Cbronologos paſſim ſumitur, eſtque aliqua annorum ſeries pro libito à diuerſis punctis inchoata, è quibus Chronologi ſua ſupputant tempora. Quæ propius ad ſacram accedunt hiſtoriam, eique ſubſeruiunt, ſunt Æræ Græcorum, Romanorum, & Babyloniorum.

Græci per excurrentes Olympiades ſuoa potiſſimum deducebant calculos; erat autem Olympias ſpatium quatuor annorum, quod duos inter ludos Olympios, ſolſtitio æſtiuo, labebatur. Olympiades iſtæ accuratiſſimæ ſunt notæ temporum; eæque ſi de initio illarum apud omnes conſtaret, certiſſimæ nam Olympiadibus ſingulis peracto iudicio, lataque de victoribus ſententia, eorum nomina ſtatim per Sacerdotes ei curæ præpoſitos, tabulis publicis inſcribebantur, quibus & alij euentua, ad ſingulos ſingularum Olympiadum annos ſummatim annotabantur. Hæque tabulæ in fano Iouis Olympij, apud Elidenſes loco tutiſſimo ſeponebantur, adeoque religiosè ab iiſdem Sacerdotibus cuſtodiebantur, vt viginti ſeptem priores Olympiades quibus illa Victorum nomina conſcripta minimè fuerunt, obliteratæ ſint.

Olympias prima quæ in numerum venit ab Iphito celebrata eſt anno Periodi Iulianæ 3938. & ab orbe condito iuxta calculum noſtrum 3225. & quoniam primus hic Olympiadum Iphiti annus ſingulare eſt præſidium Chronologiæ, & fax quædam vetuſtorum Græciæ temporum certiſſimia & indubitatis argumentis, ſi omninò ſuppeterent, Epocha hæc eſſet firmanda. Videri poſſunt ea quæ tum ex obſeruationibua Aſtronomicis tum ex conſtanti præſtantiſſimorum Scriptorum authoritate, ſuppeditant recentiores Chronologi *c*. Porrò ad has vſque — *c* Petauius de doct. temporum l. 9.
Olympiades in Græcorum hiſtoria nihil certum reperitur, ſed omnia confuſis temporibus deſcripta ſunt, vnde ex M. Varrone Cenſorinus tria diſtinguit temporum diſcrima. Primum ab orbe condito ad diluuium, & vocat ἄδηλον, id eſt incertum & incognitum. Secundum à diluuio vſque ad primam Olympiadem, quod μυθικὸν, id eſt fabuloſum nuncupat. Tertium à prima Olympiade ad tempora ſequentia, quod ἱστορικὸν, & certum appellat, quia à prima Olympiade ſuis ſingula annis diligenter annotabantur neque vlla fuit exinde temporum confuſio, vt ex Iulio Africano ait Euſebiua *d*. — *d* lib 10. de apparat. Euang.

Et hæe per Olympiades annorum enumeratio vſque ad Conſtantinum magnum perſeuerauit : qui æque Græcorum ac Latinorum Imperator, anno Chriſti 312. deuicto Maxentio tyranno , & pace Eeclefiæ redditâ , Olympiades cum ludis Olympiacis abrogauit,illique priſtinæ per Olympiades annorum enumerationi , Indictionum (quarum vnaquaque quindecim annorum ſpatium complecteretur) ſupputationem ſubſtituit:quæ ſic denominatæ ſunt,quod eſſent indicia ac noræ perſoluendorum Cæſari tributorum. Et hæc nouæ per Indictiooes ſupputatio, ſi olim, vt quidam volunt , ab Auguſto Cæſarl fuit promulgara ; à Conſtantino tamen fuit inducta, & à Concilio Nicæno confirmata. Animaduertenda tamen eſt ea quæ inter Indictiones Imperatorum , & Indictiones ſummi Pontificis intercedit, trium menſium intercapedo. Imperatoriæ enim à vigeſimo quarto Septembris initium ſumunt , Pontificiæ verò ab ipſo natiuitatis Chriſti die ; quod diſcrimen tempore Concilij Conſtantienſis obſeruatum eſt, vt vna cum Indictionibus Ecelefiæ natiuitas Chtiſti decurreret *a*.

a Ciacon. in Iſagoge vitæ Pontif.c. 11. de indict. ratione Onuphrius in Faſtis.

Romani à Roma condita ſuos deducebant calculos. Vodecimo Calendas Maias, ſeu vigeſimo primo Aprilis iacta fuiſſe à Romulo prima vrbis fundamenta conoeniunt omnes *b*. Ipſis nempe Palilibus , ſeu feſto Pales Deæ Paſtorum, quæ ad arcendos lupos,morbóſque pellendos illo die à Paſtoribus colebatur, ex quo deinceps ille quotanuis vrbis. Romæ trahitus eſt natalis. De anno diſputatur inter Varronem & Caronem (vel Verrium Flaccum, & alij placet) qui faſtos Romanorum conſcripſere. Varro prima vrbis fundamenta iacta vult anno Iphiti vigeſimo tertio. Cato verò iacta vult anno ſequenti nempe quarto eiuſdem Olympiadis : & hic Calculus Catooicus , vt in exordio , ſic & in progreſſu & in Conſulibus annotandis ſemper vuo anno poſterior eſt Varroniano. Catoni ſubſcribunt aliqui *c* ; plures verò ac nobiliores *d* adhærent Varroni. Porrò fundamenta illa iecit Romulus cùm Eclypſis eſſet ſolis in Tanro verſantis, vt notant Plutarchus, Dionyſius Halicarnaſſenſis , Solinus, & alij , ex qua Eclipſi demonſtrant Aſtrologi annum illum ante vulgarem Chriſti nati Æram fuiſſe 753. & 6. ante Æram Nabon-Aſſaris.

b Ouid.l.4. Faſtorum.

c Clem.Alex. l.1. Stromat.

d Lactant. Cicer. Plin. Tacit.Gell. Plutar. Ioſephus Euſeb. Aug. Baron

Ægyptij, Babylonij , & reliqui Chaldæi , Aſſyrij, Perſæ, Medi , cæterique Orientales eamdem priſcis temporibus Æram habentes, ſuos eodem modo deducebant calculos ; ſed hac Æra vetuſtiſſima exſpirante , oona ſubinde in honorem Prælæſtriorum Regum apud eaſdem nationes ioſtitutæ ſunt ; ſed omnium clariſſima fuit Æra Nabon-Aſſaris primi Babyloniorum Regis qui relicto priuato nomine Baladam, quo in Scriptura nominatur *e* , regium cum ſceptro nomen Nabon-Aſſar aſſumpſit , & nouam à die inaugurationis ſuæ , qui fuit vigeſimo ſexto Februarij, Æram inchoauit , quæ Nabon-Aſſaræa dicta eſt,gratiſſimis vbique animis,etiam ab Ægyptiis excepta : cœpitque anno Iphiti vigeſimo nono , ſeu octauæ Olympiadis anno primo , & anno ſexto à Roma condi cæpta : Ita Chronologi *f* ; vnde Æra Nabon-Aſſaræa ſequitur ſemper Æram vrbis Romæ ſex annis. Æram verò Olympiadum annis viginti nouem. Et qoia Chaldæi atque Ægyptij carent intercalatione, anooſque ſuos ſolares omninò pares babent , conſtantes ſolidis 365. diebus , oeglecto illo diei quadrante reſiduo , ex cuius collectione nos quarto quoque anno diem vnum componimus, annoque biſſextili addimus, hinc fiebat vt initium , ſeu caput anni Nabon-Aſſaræi (quod ipſi Thoth vocant, nomine deſumpto à primo menſe ſuo Thoth) paulatim in anteriora ſecedens, ſingulis quadrienniis vno die longius deflecteret , tum à Palilibus , ſeu Æra Romæ conditæ, tum à ſolſtitio æſtiuo , ſeu initio anni Olympici. Et quidem apud Ægyptios ſine fine aut limire, adeò vt vagus annus Ægyptius appelletur, cujus menſes qui hiemales ſaerant , poſtea Autumnales, dein æſtiui , tum verni quoque in orbem fiant. Chaldæi verò cum aliis Orientalibus populis, etſi pari modo , vnius diei quarto quouis anno intercalationem negligerent, atque ita paulatim in anteriora deflecterent, non tamen vltra menſem Februarium noſtrum, vel vigeſimam quartam diem Ianuarij vnquam abibant , ſed centeſimo vigeſimo quoque anno ex neglectis intercalationum diebus , menſem totum conflabant , quem aliis duodecim illius anni menſibus adiiciebant, atque ita redibant ad prius caput.

e 4. Reg. 20. v.12.

f Cenſor. Ptolem. Scalig. & alij.

Præ cæteris Æris vna illa emendari à Iulio Cæſare Calendarij ibit in perpetuam memoriam : nam omnes dehinc anni , illi maximè quorum hodie per vniuerſum orbem Romanum vſus eſt, Iuliani dicuntur.

Æra vulgaris *Chriſti* , quæ & Dionyſiana dicitur , incipit à prima die menſis Ianuarij , qui ſubſecutus eſt vigeſimum quintum diem præcedentis menſis Decembris , quo *Chriſtus* natus eſt , Iuxta hanc Æram Chriſtiani ſuos deducunt, & fortè vſque ad conſummationem mundi deducent calculos ; adeò Romana & Occidentalis Ecclefia hanc Æram fixam ; & immutabilem retinet,adeoque in ipſam Latinorum omnium Chronologorum conſpirant calculi : nemo eſt enim qui non hunc ipſum quo hæc ſcribimus annum numeret Chriſti 1644. & quamuis de vero anno natalis *Chriſti* (quem nos primam Æræ *Chriſti* annum immediatè præceſſiſſe cum ſententia communi dicimus) digladientor inter ſe Chronologi , hique vno anno, illi duobus , alij pluribus vulgarem Chriſti Æram anteuertant , in Æra tamen ipſa , ſine annis Chriſti computandis nullus ab altero diſcrepat.

Præter hanc firmiſſimam Chriſti Æram , aſſignantur & aliæ inſignes Æræ , ſeu Epochæ Chronologicæ , quibus periti omnes quamlibet in cæteris diſſidentes inter ſe conſentiunt, etſi eas quæ biſtoriæ ſacræ , noſtroque inſtituto magis conducunt , hoc Articulo , aut præcedenti retulerim , eaſdem tamen ſuo quamque ordine operæ pretium erit hoc loco recenſere , non tam ad annos mundi, qui variè à diuerſis definiuntur , ſed maximè ad Periodum Iulianam, & vulgarem

Chriſti

Chriſti Æram, quæ ambæ fixæ ſunt, accommodatas, & vel inde ſtudioſus Lector moneatur, quod ad earum normam, etſi plures prophanæ ſint, noſtrum ſacræ Chronologiæ calculum, vt par eſt, [illegible]mponimus. Sunt ergo inſignes illæ Epochæ, circiter viginti prout ſequuntur.

1. Primus agon Iphiti, ſiue Olympiadum initium quod contigit an[illegible]o periodi Iulianæ 3938. ante natale *Chriſti* incluſivè, ſeu ante vulgatem *Chriſti* Æram excluſivè 776. anno mundi iuxta calculum noſtrum 3225.

2. Annus primus Romæ conditæ Varronianus, ſiue Palilia Varroniana quæ incidunt in annum tertium exeuntem Olympiadis ſextæ Periodi Iulianæ 3961. ante Æram *Chriſti* 753. & in annum mundi iuxta calculum noſtrum 3248. Capitolinorum verò faſtorum Palilia cadunt in annum ſubſequentem.

3. Æra Nabon-Aſſaris, qua Ptolemæus, aliique graues Authores vtuntur, iniit die vigeſima ſexta Februarij anni Periodi Iulianæ 3967. ante Æram *Chriſti* 747. anno mundi iuxta calculum noſtrum 3254.

4. Quando Cambyſes Cyri filius regnare cœpit, anno ſcilicet Periodi Iulianæ 4185. ante Æram *Chriſti* 529. anno mundi iuxta calculum noſtrum 3472.

5. Quando Darius Hyſtaſpis filius, regnum iniit nempè anno Periodi Iulianæ 4193. ante *Chriſtum* 521. & mundi 3480.

6. Quando Xerxis naualecum Græcis certamen ad Salaminem commiſſum eſt anno primo Olympiadis 75. Periodi Iulianæ 4234. ante *Chriſtum* 480. & mundi 3521.

7. Bellum Peloponneſiacum, quod iniit anno Periodi Iulianæ 4283. ante *Chriſtum* 431. mundi 3568.

8. Alexandri Magni victoria ad Arbella, & Imperij Perſici occaſus, qui incidit in annum Periodi Iulianæ 4383. ante *Chriſtum* 331. & mundi 3670.

9. Quando mortuus eſt Alexander Magnus videlicet anno Periodi Iulianæ circiter 4390. ante *Chriſtum* 324. anno mundi 3677.

10. Seleucidarum Æra, qua Macedones in Oriente ſunt vſi, quaque in libris Machabæorum anni Græcorum vocitantur, cæpit anno Periodi Iulianæ 4402. ante *Chriſtum* 312. anno mundi 3689.

11. Quando Ptolemæus regnum iniit, puta anno Periodi Iulianæ 4429. ante *Chriſtum* 285. anno mundi 3716.

12. Quando Antiochus Epiphanes Templum prophanauit Hieroſolymis anno Seleucidarum, ſeu Græcorum 145. Periodi Iulianæ 4546. ante *Chriſtum* 168. anno mundi 3833. & quando eodem anno Macedonicum regnum clade Perſei defecit in Europa cùm Æmilius Romanus Macedonicas acies ſuperauit.

13. Certiſſima quoque eſt Æra trium annorum Sabbathicorum. Primus eſt quo Antiochus Eupator Epiphanis filius Ieroſolymam obſedit, cum Lyſia, qui fuit annus Græcorum 150. vt conſtat ex libro primo Machabæorum *a*, cui adſtipulatur Ioſephus *b*, & Periodi Iulianæ 4550. ante *Chriſtum* 164. & mundi iuxta calculum noſtrum 3837. *a* c. v. 20. 49. 53. *b* 12. antiq.

Secundus annus Sabbathicus eſt ille, quo Simon, Ioannis Hircani Pater inſidiis Ptolemæi generi ſui in caſtello Dog interfectus eſt, menſe vndecimo Sebeth, anni Græcorum 177. *c* quem annum Sabbathicum fuiſſe Ioſephus indicat *d*, inciditque in annum Periodi Iulianæ 4578. ante *Chriſtum* 136. anno mundi iuxta calculum noſtrum 3864. *c* 1. Machab. 16. v. 14. *d* 13. antiq. 16.

Tertius annus Sabbathicus ille fuit, quo ab Herode & Soſio capta eſt Ieroſolyma, Agrippa & Caninio Coſſ. vt auctor eſt Ioſephus *e*, incidit in annum Periodi Iulianæ 4676. antè *Chriſtum* 38. anno mundi iuxta calculum noſtrum 3963. adcò autem certiſſima eſt Æra horum trium annorum Sabbathicorum, vt quomodocunque de primo Sabbathico poſt exitum ex Ægypto Chronologus ſtatuat, debeat ab illo poſitus annus, tribus illis reſpondere; nec aliunde quam ex his, ſeu in anterioribus, ſeu in poſterioribus ſæculis, certæ aliorum Sabbathicorum ſedes inueſtigari queunt. *e* 14. antiq. 28.

14. Quando annus Primus Iulianus cœptus eſt, anno Periodi Iulianæ 4669. antè *Chriſtum* 45. anno mundi 3956.

15. Quando victus eſt ad Actium, Antonius cum Cleopatra, anno Periodi Iulianæ 4683. ante *Chriſtum* 31. qui mortui ſunt ambo, anno ſequenti, antè *Chriſtum* 30. anno mundi 3971.

16. Æra Chriſtiana vulgaris, ſeu primus annus *Chriſti*, qui incipit à Calendis Ianuarij anni Periodi Iulianæ 4714. Iuliano anno 46. Olympiadis 194. anno quarto dimidiato, anno mundi 3948.

17. Quando Auguſtus Imperator obiit, 19. die Auguſti anni Iuliani 59. Æræ Chriſtianæ 14.

18. Quando Nero poſt Claudium imperare cœpit, anno *Chriſti* 54.

19. Quando Domitianus periit, anno *Chriſti* 96.

TRACTATVS TERTIVS.

DE QVATVOR PRÆCIPVIS ORBIS Monarchiis, vt Scripturæ ſacræ congruunt, ſubſeruiuntque.

QVONIAM Hiſtoria prophana ſacræ paſſim ancillatur, nec raro facem præfert: & quia plurimorum ex Ethnicis Principibus & Monarchis, in Diuinis ſcripturis fit mentio: vtraque de cauſa, neceſſarius eſt ad Hiſtoriæ ſacræ Scripturarumque intelligentiam Tractatus iſte, cui per modum Appendicis, aliquid de Syriæ Præſidibus, ac Iudææ Procuratoribus, qui Romanorum Imperatorum vice, vſque ad excidium Ieroſolymæ, Iudæis præfuerunt, obſeruabitur.

Quatuor ergo præcipuæ, ſibique ſuccedentes, iuxta ipſam potiſſimùm Scripturæ phraſim, aſſignantur, Orbis Monarchiæ, in quadrimateriata ſtatua Nabuchodonoſor; nec non in quatuor beſtiis, apud Danielem figuratæ. Prima eſt Aſſyriorum ac Chaldæorum. Secunda Perſarum ac Medorum: Tertia Græcorum. Vltima Romanorum, de quibus, totidem Articulis nonnihil obſeruabitur.

Dan. 2. cap. 7.

ARTICVLVS I.

De Monarchia Aſſyriorum, ac Chaldæorum.

VNa, eademque, apud omnes, cenſetur Monarchia Aſſyriorum in Niniue; & Chaldæorum, ſeu Babyloniorum in Babylone ſubinde præualentium; nec immeritò, nam è duobus primis illius Regibus Nemrod & Aſſur. Nemrod ædificauit Babylonem *a*, Aſſur Niniuen *b*, & ab iſto quidem Aſſyriorum Monarchia nomen habuit, ab illo tamen inchoata eſt circa annum ab orbe condito 1932. & à diluuio 275. & inuicta ſtetit per annos 1302. in 37. Regibus, quorum nomina, annos, & acta recenſet Euſebius *c*, & ex eo cæteri Chronologi *d*. Prior illorum Regum fuit Nemrod, qui & Baal, Bal, Beel, Bel in Scripturis; apud Ethnicos, Belus, & Iupiter. Hic nouum rudes in populos primus vſurpauit imperium. Nemrod, ait Hieronymus *e* arripuit inſuetam in popolum tyrannidem, cùm ante eum qui in qualibet familia prior erat natu, authoritatis & honoris prærogatiua familiam regeret, eiſque ius diceret. Quæ ſanè Hieronymi ſententia, verbis Scripturæ congruit, vbi de Nemrod ait. [*Ipſe cæpit eſſe potens in terra: & erat robuſtus venator coram Domino f.*] Ac ſi diceret, cæpit eſſe potens non tam mole corporis, & robore, quàm audaciâ & crudelitate: in verſione namque 70. Interpretum [*potens*] habetur Gigas: & erat robuſtus venator, non modò ferarum, ſed & hominum, quos prædonis inſtar ac tyranni, partim vi & armis, partim inſidiis & dolo capiabat, ſpoliabat, ſibique ſubiiciebat, ac ſeruire cogebat, taliſque erat coram Domino, id ſpectante ac ſuſtinente; imò & contra Dominum, hoc eſt, ius, faſque à Deo authore naturæ hominibus tributum, vt cùm liberi naſcerentur, nullius dominationi parêrent. Hoc autem ius naturale Nemrod primus violauit. Hunc fuiſſe Belum Saturni filium ex eo ſatis comprobatur, quòd in vtrumque quadrant, quæ de tempore, quæ de loco, quæ de tyrannide, & imperio, quæ de vtriuſque moribus Euſebius *g*, Hieronymus *h*, Auguſtinus *i*, aliique Scriptores tradidere.

Defuncto Nemrod ſucceſſit in imperio & tyrannide filius eius Aſſur, qui ædificata Niniue *k*, ſeu Ninâ (ex qua Ninus ab Ethnicis dictus eſt) ſedem imperij è Babylone, in eam tranſtulit, & circa annum..., regni ſui contra Zoroaſtrem Magum Bactrianorum Regem dimicauit, coacto vndique exercitu 1700000. Peditum, 210000. Equitum, & 10600. curruum falcatorum *l*, qui numerus haud videtur probabilis. Quicquid tamen ſit de ea exercitus copia, Ninus totum Zoroaſtris regnum ditioni ſuæ ſubiecit, ope & induſtriâ Semiramidis Aſcalonitidis, quæ

tunc

a Gen. 10. v. 10.
b v. 11.
c in Chron.
d Mercator. Torniel. Foncius. Salian.
e in quæſt. Hebraic.
f Gen. 10. v. 8. 9.
g in Chron.
h in 44. Hebraic.
i lib. 16. de Ciuit. Dei.
k Gen. 10. v. 11.
l Diod. Sicul. ex Cteſia.

tunc vnius ex militibus eius vxor erat. Huius pulchritudinem & venuſtatem miratus Ninus, eamque concupiſcens, cùm maritus vel impotente coniugis amore, vel Regis metu ſuſpendio ſibi necem intuliſſet, vxorem duxit, moxque ex ea genuit filium, qui dictus eſt Ninus Iunior, ſeu Ninias & Zameis.

Aſſur mortuo, Semiramis eius vidua Aſſyriorum capeſſit imperium, tenuitque per annos 42. ac Babylonem, ita reparauit, vt eam de nouo condidiſſe meritò dicatur; aſſumpſit autem pro inſignibus imperialibus Columbam illam Pſalmiſtæ *a* deargentatam; cuius poſteriora erant in pallore auri, id eſt deaurata. De hac Heroïna mira narrant Authores prophani, Diodorus *b* maximè.

a Pſ.47.v.14

b l.3.c.23.

Semiramidi è viuis ſublatæ ſublatæ ſucceſſit filius eius Ninias, qui parto à parentibus imperio contentus, belli ſtudia depoſuit, ac veluti ſexum cum matre commutaſſet, rarò in conſpectum hominum prodibat, & ſic in fœminatum cœtu conſenuit. Poſteri quoque eius exempla ſecuti, ipſa etiam reſponſa Gentibus per internuncios dabant *c*, eamque viuendi gubernandique rationem inierunt, vſque ad Tonos Concoleros, qui à Græcis Sardanapalus dictus eſt, luxu, mollitie, ac ſocordia ſua notiſſimus. Cumque mos ille Aſſyriorum Monarcharum inualuiſſet, vt inter Scortorum greges pudendam viris, nedum dignam Regibus, vitam ducentes ſe nemini videndos præberent; contra hunc morem admiſſus Arbaces Medorum præfectus, cum Sardanapalum muliebri habitu inter pellices penſa trahentem deprehendiſſet, rei indignitate commotus ab eo defecit, eumdemque biennio obſeſſum ad regni vitæque abdicationem adegit; cùm enim ipſi Sardanapalo nullus effugio foret locus, nolletque hoſtibus eſſe ludibrio, pyram in Regiæ ſuæ penetralibus erexit 400. pedes altam, in eaque menſas aureas quinquaginta, totidemque lectos, mille auri myriades, & decem millia argenti, vxorem, pellices, & quicquid pretioſum habuit imponens, ſe flammis in conſpectu obſidentium viuum comburendum tradidit *d*, vt hoc vno facinore vtcumque virum ſe eſſe comprobaret. Hinc ad ſecundam Perſarum Monarchiam tria ſubinde ſuborta, erectaque ſunt regna ſeu Imperia, nempe Medorum, Aſſyriorum, & Babyloniorum ſeu Chaldæorum, de quibus, totidem ſectionibus agetur.

c Iuſtin. l.13. Diod. l.3. c. 6.

d Athen. l.12. cap.12.

SECTIO I.

De Medorum Regno.

ASſyriorum vltimo Monarcha Sardanapalo flammis aſſumpto, victor Arbaces, Medorum in Aſia condit Imperium: in quo nouem circiter Reges extitere, qui per annos 317. rerum potiti ſunt; de iis (Arphaxad, & Dario exceptis) nulla mentio in Scriptura. Arphaxad quidem (Deioces Herodoto, Diocles Euſebio) à Nabuchodonoſor Aſſyrio, vt enarratur in libro Iudith *e*, victus, captuſque, iaculis confoſſus eſt. Darius verò, iuxta prophanam hiſtoriam Aſtyagis vltimi Medorum Regis filius extitit, Scripturæ tamen phraſi ipſe cenſetur vltimus, quia poſt Patrem regno exactum, Medis præfuit. Cùm enim Aſtyages Cyaxaris filius à Cyro nepote ſuo ex Mandane (quam Cambyſi Perſæ ignobili vxorem dederat) captus ac regno exutus fuiſſet, regnum Medorum, cum Perſico coiuit, anno primo regni Cyri, qui ſuo loco Darium Medum auunculum ſuum, & deſtituti Aſtyagis filium ibi Regem conſtituit, & cum eo poſtea Babylonem expugnauit, translataque à Chaldæis ad Perſas Monarchiâ, conſortem Imperij habuit, vt patet ex Daniele *f*. Ita Torniellus, aliique recentiorum ex Xenophonte, Ioſepho, & omnibus Græcis hiſtoricis.

e Iudith. 1. v.5.

f c.5.& 6. v. vlt.

SECTIO II.

De inſtaurato Aſſyriorum Regno.

MEdis rerum potientibus rurſus inſtauratur regnum Aſſyriorum, erigiturque de nouo regnum Babyloniorum ſeu Chaldæorum, quo præciſè Medorum anno, id acciderit haud ita certum; de vtriuſque tamen regni Principibus in Scriptura fit mentio. Regnum Aſſyriorum in Sardanapali cineribus ſepultum, ipſa vel teſte Scriptura, refixiſſe cernitur in Phul, qui Manahem rex Iſraël fuit ſtipendiarius *g*.

g 4. Regum 15. v.19

Phul defuncto ſucceſſit Phul-Aſſar eius filius, qui & Theglatphalaſſar *h*, & Thelgathphalnaſar *i* nuncupatus eſt. Hic euocatus ab Achaz Rege Iuda contra Raſin Syriæ, & Phacee Iſraëlis Reges, venit Damaſcum, & occiſo Raſin, perrexit in Ieruſalem, ipſumque Achaz oppreſſit, ac eius terram vaſtauit *k*. Ex Iſraële verò tranſtulit in Aſſyrios Tribus aliquas, capta Galilæa, & vniuerſa terra Nephtali *l*. Et hæc eſt prima Iſraëlitarum captiuitas.

h v.29.

i 2. Paral. 28. v.20.

k 4 Reg. 16. v.5. 2. Paral. 28. v.20.

l 4. Reg. 15. v.29.

Teglathphal-Aſſaro Salman-Aſſar ſuccedens anno primo regni ſui fecit ſibi tributarium Oſæ regem Iſrael *m*, ac comperto quòd is adhæreret Sua Ægypti Regi, obſedit Samariam, eâque biennio poſt expugnatâ, reliquas etiam Tribus Iſraël, ſimulque Tobiam *n* cum ſua familia tranſtulit in Aſſyriam, & confœderatam adhuc Mediam *o*. (Et hæc eſt ſecunda Captiuitas Iſraëlitarum) eductis è Babylone, nec non aliunde Coloniis quas miſit in terram Iſraël *p*.

m c.17.v.3.

n Tob. 1. v.12.

o 4. Reg. 17. v.6.

p v.24.

Poſt Salman-Aſſar regnat Sennacherib, qui dum Ieroſolymam obſidet ſub Ezechia, percuſſis ab Angelo Domini 185000. ex eius exercitu *q*, profugit, & in Niniuen reuerſus, in templo Dei ſui Neſroch, ab ipſis filiis ſuis Adramelech & Saraſar iugulatus eſt *r*, quos vt volunt aliqui, intendebat traducere per ignem; & regnauit alter eiuſdem filius Aſar-Haddon *s*, qui à Ioſepho Aſar-Acoldas nuncupatur.

q 4. Reg. 19. v.35.

r v.37. & 2. Paral. 32. v.21. Iſai. 37. v. 36.

s 4. Reg. 19. v. vltim. Iſai. 37. v. vlt.

Nabuchodonoſor filius adoptiuus, vel gener, vel ſaltem cognatus Aſar-Haddonis circa finem regni ſui vincit, capit, & iaculis configit Arphaxat, Herodoto Deiocem, regem Medorum *t* Ecbatanis vrbem ac ſedem regiam deſtruit, quæ tamen poſt cæſum ſe-

t Iudith. 1. v.5.21.

quenti

quenti anno ante Bethuliam Nabuchodonoſoris exercitum cum Holoferne, Medis in libertatem reſtitutis, paulatim inſtaurata fuit. Hic vulgò dicitur Nabuchodonoſor Iudith, quia ſub eo contigit hiſtoria Iudith *a*.

a Genebr. & alij.

Quinam deinceps in Niniue ſederint Reges prorſus incertum. Hoc certiſſimum perpetua ipſis fuiſſe diſſidia cum Medis & Babyloniis, qui tandem ſub Ioſia Rege Iuda, iunctis viribus, Niniuem expugnarunt & exciderunt. Et hæc de inſtaurato illo Aſſyriorum regno.

SECTIO III.

De ſuborto Babyloniorum regno.

PRobabilis coniectura eſt Babylonios aliquanto tempore, poſt extinctum cum Sardanapalo, Aſſyriorum Imperium, à Medis defeciſſe, ac priuatum ſibi ſtatuiſſe regnum, cuius tamen obſcura ſunt primordia, nec de his præter coniecturam, aliquod certi prophana habet hiſtoria. Quod ad ſacrá attinet: Prima in ſacris litteris *b* Babyloniorum fit mentio ſub Ezechia Rege Iuda circa annum eius XIV. quo Merodach Baladan filius Baladan, Rex Babyloniorum legatos miſiſſe fertur ad Ezechiam quem ægrotaſſe didicerat, & vt interrogaret eum de portento quod acciderat ſuper terram, quando reuerſus eſt Sol'decem lineis. Et hocce Chaldæorum regnum erectum fertur ab illo Baladan patre Merodach; & regis Aſſyriorum Phul in Babylonia præfecto, qui auxilio Chaldæorum ac potentia fretus, Domini ſui in regia Niniue Imperantis, iugum excuſſit: relictoque gentilitio nomine Baladan, regium cum ſceptro nomen aſſumpſit Nabon-Aſſar, & nouam à die Inaugurationis ſuæ, qni fuit XXVI. Februarij noſtri, Æram ordiri voluit, quæ Nabon-Aſſarea dicta eſt, gratiſſimis vbique animis excepta, cœpitque anno periodi Iulianæ 3967. & anno mundi, iuxta calculum noſtrum, 3254. regnauit annis 27.

b 4. Reg. 20. 12. 2. Paral. 32. 31.

Nabon-Aſſari defuncto ſucceſſit is, qui in Scripturis ſacris dicitur Merodach Baladan filius Baladan *c*, & alibi *d* Berodach Baladan, qni, vt dictum eſt, miſit munera & legatos ad Ezechiam regem Iuda *e*: regnauit annis 52.

c Iſai. 39. v. 1. *d* 4. Reg. 20. 12. *e* Iſai. 39. & 4. Reg. 20.

Defuncto parenti ſucceſſit Bem-Merodach, qui vectigalis factus Sennacherib Aſſyriorum regi, cum hunc à filiis occiſum audiiſſet, iugum excuſſit, ſeque, ſuumque regnum Babylonicum rurſus in libertatem vindicauit, ac paulatim in tantam creuit potentiam, vt paucos poſt annos ab excuſſo iugo, Aſſyrium ipſum imperium, deuicto Aſar-Haddone, non parum labefactarit, Regnauit annis 44. De annis horum trium teſtes ſunt Euſebius *f*, & Beroſus apud Ioſephum.

f Euſeb. de præparat. Euang. l. 9.

Poſt Ben-Merodach regnat Nabo-Pol-Aſſar, totius Syriæ & Aſiæ domitor, qui nouam & ipſe Epocham Nabo-pol-Aſſaream inchoauit à ſuo inthroniſmo *g*. Imperauit ſolus annis 25. id eſt vſque ad annum à primo Nabon-Aſſare 148. quo expugnata per filium ſuum Nabul-Vſſarem ſeu Nabuchodonoſor ſeniorem, vrbe Niniue, Monarchiam Aſſyriorum tranſtulit ad Chaldæos, eodemque filio ſuo in conſortem Imperij adſcito vixit adhuc quatuor annis imperans cum eo.

g Beroſ. Ioſ. Ioh. Scaliger & alij.

Porrò Nabul-Aſſar, qui & Nabol-Aſſar & in Scripturis ſacris Nabuchodonoſor, puta ſenior, exciſa Niniue, inchoauit & ipſe annos imperij ſui, ſuperſtite licèt adhuc per quadriennium parente, eique quam nonnulli ab Aſſyriaca ſecernunt, Monarchiæ Chaldæorum initium dedit; tunc enim Babylonij omnino præualuerunt Aſſyriis, exciſâ Niniue eorum regia. Regnauit autem Nabul-Aſſar annis 21. quibus expletis, aſſumpſit in conſortem Imperij *g* ſui Nabuchodonoſorem iuniorem, cognomine Magnum, eoque aſſumpto regnat adhuc annis 14. in Babylone, dum interea filius varias expeditiones ſuſcipit in Syria, viciniſque regionibus.

g Ierem. 25. v. 1. 4 Reg. 24 v. 12. & c. 25. v. 8.

Nabuchodonoſor hic Magnus, ſeu iunior qui & Labinitus ſenior *h*, gener fuit Cyaxaris Medorum regis, imperauitque annis 45. nempè à quarto anno *i* regni Ioachim regis Iuda, vſque ad annum 37. tranſmigrationis Iechoniæ *k*. Hunc calculum communiter ſequuntur Hebræi, imò & Græci, ac Latini, etſi Beroſus, & Polyhiſtor 43. tantum annos tribuant Nabuchodonoſori illi Magno, cuius tres diuerſæ ſunt Æræ: prima inchoata eſt anno 22. parentis ſui, quando vna cum eo regnare cœpit, videlicet anno 4. Ioachim regis Iuda. Secunda ſtatim à morte parentis ſui, & hæc Æra incidit in tempus exuſti templi, ſub finem regni Sedeciæ regis Iuda, & ſecundùm eam ſcribit Daniel *l* Nabuchodonoſorem 18. regni ſui erexiſſe ſtatuam auream à cunctis pro Deo adorandam *m*, erat enim is 18. annus tantùm ſecundus iuxta Æram tertiam. Æra namque tertia cœpit à propagata, completaque Monarchia, nempe anno regni eius cum parente inchoati, 35. qui erat 27. tranſmigrationis Iechoniæ regis Iuda, vt habet Ezechiel *n* c. 29. vbi prædicit Ægyptum tradendam in manus Nabuchodonoſoris pro mercede ſeruitutis, qua ſeruierat Deo aduerſus Tyrum contra quam 13. annis dimicauit, teſte Ioſepho *o*. Et ſecundùm hanc Æram regni eius Monarchici, dicit Daniel *p*, nec non Ioſephus *q* Nabuchodonoſorem anno ſecundo regni ſui vidiſſe ſomnium de ſtatua quadrimateriata, alterumque de arbore frondoſa vſque ad radicem ſuccidenda; & duodecimo dehinc menſe *r* regno eiectum, toto ſeptennio cum feris habitaſſe, eoque exacto precibus Danielis ſanitati & regno reſtitutum; paucis autem poſt menſibus obiit Nabuchodonoſor, vt opinio eſt, timens ac colens Deum.

h Beroſ. apud Ioſeph. Polyhiſtor apud Euſeb. præparat. Euang. l. 9.
i Ierem. 25. v. 1.
k 4. Reg. vlt. v. 27.
l Dan. c. 3. v. 1.
m Chryſoſt. ſerm. de tribus pueris. Theod. in Dan.
n Ezech. 29. v. 17.
o Ioſeph. ex Beroſ. l. 1. contra Apionē.
p c. 2. & 4.
q 10. antiq.
r Dan. 4. v. 26.

Nabuchodonoſori ſucceſſit filius eius Balthaſſar (ſic enim ſemper à Daniele vocatur,) dicitur tamen alibi Nabo *s*, & Merodach *t*, & Euil-Merodach *u*, & Labonidus à Ioſepho *x*, & Labinitus iunior ab Herodoto, Hic primo regni ſui initio eduxit Iechoniam regem Iuda è carcere *y*, & regnauit annis tribus, vt colligitur ex Daniele *z* qui tertij tantùm anni ipſius meminit. Iis expletis Cyrus

s Iſai. 49. v. 1.
t Ierem. 50. v. 2.
u 4. Reg. vlt. v. 27.
x 11. antiq. 22.
y 4. Reg. vlt. v. 27.
z Dan. 8. v. 1.

Perſa

Perſarum Rex cum Dario aunnculo ſuo Medorum Rege Babylonem ingteſſus ſacrilegum Balrhaſſarem in vaſis templi Domini bibentem interficit, & Monarchiam Chaldæorum ſeu Aſſyriorum ad Perſas transfert.

ARTICVLVS II.

De ſecunda Monarchia, ſcilicet Perſarum.

SEcunda Monarchia, Perſarum eſt, taliſque vulgò nuncupatur; Scripturæ tamen phraſi regnum Medorum & Perſarum *a*, aut Medorum tantùm nonnunquam vocitatur. [*Diuiſum eſt regnum tuum*, ait Daniel Balthaſſari adhuc viuenti, *& datum eſt Medis & Perſis b*] ac paulò poſt ſubdit [*Occiſus eſt Balthaſſar rex Chaldæorum, & Darius Medus ſucceſſit in regnum eius annos natus ſexaginta duos c.*] Vbi priori loco Scriptura euerſionem Monarchiæ Chaldæorum tribuit Medis ſimul & Perſis, quia reuerà vtrique conuenerunt ad expugnationem Babylonis: poſteriori verò Medis tantum eorumque regi Dario (prætermiſſo Cyro, Perſiſque) eam videtur adſcribere. Græci verò Scriptores vni Cyro Imperij Babylonici euerſionem attribuunt, tum quòd ipſe aliis iam Victoriis clariſſimus egregiam ea in re nauarit operam; tum etiam quia defuncto paulò poſt Dario auunculo, ipſe ſolus vniuerſum Imperium tenuit, & Monarchiæ Perſarum author extitit.

a Dan. 5. v. 28. 2. Mach. 1. v. 2.

b Dan. 5. v. 28.

c v. vlt.

Darius quidem Medus Cyrum in regno præceſſit, quia, vt ait Hieronymus, ordo ætatis & propinquitatis ſeruatus eſt. Erat enim Cyro ſenior Darius, & eius auunculus, & maioris, potentioriſque regni Dominus: (maius quippe Medorum quam Perſarum regnum fuiſſe legimus) Darius tamen & Cyrus Collegæ fuerunt, & vtrumque regnum pro vno habetur in Scriptura. Imperium tamen propriè Perſis obuenit, & vulgo dicitur Imperium, ſeu Monarchia Perſarum & Cyrus primus Perſarum Monarcha.

Cyrus hic, Cambyſis Perſæ filius & Mannes filiæ Aſtyagis regis Medorum, regnauit totis 30. annis, vt communiter authores *d* teſtantur, ſed prioribus 27. non niſi Perſarum rex fuit, vt iidem ſcribunt. Extorſit quidem Aſtyagi auo ſuo materno regnum Medorum, ipſum tamen ſibi non vſurpauit, ſed potiùs Dario auunculo ſuo prædicti Aſtyagis filio tradidit, vnde Herodotus, cæterique hiſtorici duas Cyri Epochas diſtinguunt, vnam Perſici regni, Babylonici Imperij alteram. Quod ſpectat ad priorem conſentiunt Chronologi *e* Cyrum, Aſtyage in ordinem redacto, in Perſide regnare cœpiſſe anno primo Olympiadis 55. Periodi Iulianæ 4155. ante Chriſtum 559. & anno mundi iuxta Calculum noſtrum 3440. Quod ad poſteriorem attinet, nulla in hiſtoria legitur, quo anno regni ſui Perſici, Babylone ſit potitus, ideoque alij plures, alij pauciores Monarchiæ Perſicæ annos ei adſcribunt: Tertij tantùm anni in Scriptura fit mentio: ac primo ineunte ſoluit captiuitatem Iudæorum *f*, ſecundo adſciuit ſibi Cambyſem filium, vt expeditionem in Maſſagetas liberiùs ſuſciperet, a quibus anno tertio cæſus eſt.

d Tull. l. 2. de Diuinat. Cteſias Euſ. Hier. Beda & alij.

e Euſeb. l. 10. de Præpar. Euang. citatque Diodorum Thallum, Caſtorẽ Polybium, & alios qui Olympiadas digeſſere.

f 2. Paral. vlt. in fine & 1. Eſdr. 1. v. 2.

Cyro ſuccedens Cambyſes filius ſeptennio regnaſſe dicitur, ſumpto ſcilicet exordio ab eo anno, quo à parte aſſumptus eſt in conſortem Imperij.

Hunc Eſdras Aſſuerum *g* vocat & Artaxerxem *h* quæ nomina fuiſſe communia omnibus regibus Perſarum haud incongruè teſtatur Herodotus, qui enim in editione Latina dicitur Aſſuerus, Chaldaicè vocatur Archaſueros, id eſt magnum caput, ſeu vt ita dicam, magnus Capitaneus; & Perſicè Xerxes, id eſt bellator, & Artaxerxes id eſt magnus bellator.

g l. 1. c. 4. v. 6.

h v. 7. & 8.

Smerdes Magus poſt Cambyſem præfuit ſeptem menſibus, qui tribuuntur Dario eius ſucceſſori.

Darius Hyſtaſpis filius, imperauit annis 17. Hic eſt Aſſuerus, qui repudiata Vaſthi duxit Eſther in vxorem, vt affirmant authores *i* veteres ac recentiores; patetque ex Scriptura ſacra, quod enim vno loco de amplitudine Imperij Aſſueri dicitur, idem prorſus *k* alibi de Dario Hyſtaſpis affirmatur. Præterea in Scriptura *l* dicitur quòd regnauit ab India vſque ad Æthiopiam; at ſoli Dario Hyſtaſpis tribuitur ſubactio Indorum ab Herodoto *m*. Denique quod Aſſuerus hic agnoſcat beneficio Dei Iſraël traditum ſibi ſuiſque maioribus Imperium *n* optimè conuenit cum voto quod fecit Deo cœli Darius Hyſtaſpis vt obtineret regnum *o* quod & narrat Ioſephus, quadratque cum Edicto eiuſdem Darij de inſtaurando templo Hyeroſolymitano *p*. Nec quemquam mouere debet quod Darius hic vocetur & Aſſuerus *q*, & Artaxerxes *r*, nam illud maximè, commune erat nomen omnium regum Medorum, ſicut & iſtud Perſarum, vt iam annotatum eſt.

i Megaſthen. Ammian. Rabbi Salomon, Lyran. Feuarden. & alij.

k 3. Eſdr. 3. v. 2.

l Eſther. 1. v. 1.

m l. 4. & 7.

n Eſther vlt. v. 16.

o 3. Eſdr. 4. v. 43.

p 1. Eſdr. 6. v. 12.

q Ibid.

r c. vlt. v. 1.

Cæterum Darius hic, anno ſecundo regni ſui poteſtatem fecit Iudæis intermiſſam templi fabricam repetendi, & perficiendi *r*: eodemque anno vidit Mardochæus ſomnium ſuum *s*. Tertio anno repudiatur Vaſthi *t*, ſeptimo Eſther coronatur *u*; decimo deteguntur inſidiæ Eunuchorum *x*; duodecimo mittuntur ſortes, quo die Iudæi omnes iugulandi eſſent *y*, & in fine anni ſuſpenſo Aman *z*, duodecima tertia die menſis vltimi, Iudæorũ loco iugulati ſunt illorum *a* hoſtes.

r 1. Eſdr. 6. v. 7.

s Eſther 11. v. 2.

t c. 1. v. 20.

u c. 2. v. 16.

x v. 21.

y c. 3. v. 7.

z c. 7. v. 10.

a c. 8. v. 12. & c. 9. v. 1.

Xerxes ſuccedit Dario parenti ſuo, cum quo fere biennio regnarat & 20. adhuc annis regnauit *b*. Ioſephus *c* putat hunc fuiſſe Artaxerxem illum qui Eſdram cum noua Iudæorum Familia remiſit Ieroſolymam, anno regni ſui ſeptimo *d*. Xerxes hic anno quinto regni ſui in Græcos expeditionem mouens, & Helleſpontum traiiciens menſe ſecundo ante Olympiadem 75. *e* ob ancipitem belli aleam Artaxerxem filium ſuum ſibi collegam aſſumpſit, & ſe abſente Vicarium in Perſide conſtituit, & cum eo annos 26. adhuc regnauit, donec per Artabanum militiæ præfectum occiſus eſt.

b c. 11. v. 2.

c 11. antiq. 5.

d Ioſeph. loco cit.

e Thucydides l. 1. belli Peloponneſiaci Herodot.

Porrò de Xerxe iſto, tribuſque aliis præcedentibus, putà Cambyſe, Smerde, & Dario qui proximè Cyro ſucceſſerunt, prophetauit Daniel anno tertio eiuſdem Cyri his verbis. [*Ecce adhuc tres Reges ſtabunt in Perſide & quartus ditabitur opibus nimiis ſuper omnes & cum inualuerit diuitiis ſuis concitabit omnes aduerſus regnum Græciæ.*] Xerxes enim fuit opulentiſſimus, & bellum Græcis intulit, eiuſque tantæ fuerunt opes & copiæ, vt flumina ab exercitu eius ſiccata ferantur, naues quoque decies centena millia habuiſſe dicatur *a*. Alios autem nouem ſubſequentes Perſarum Reges præterit Daniel, quia ſcopus eius fuit deſcribere regnum Græcorum, putà Alexandri Magni eiuſque ſucceſſorum Ptolemæorum ſcilicet ac Seleucidarum: tranſit ergo à Xerxe ad Græcos, quia cùm ipſi Xerxem infami clade percuſſiſſent, erexerunt ſe, & Perſarum opibus ac regno cœperunt inhiare.

a Ita Iuſtin.

Nouem ergo alij Perſarum Reges ſunt Artaxerxes ὁ μακρόχειρ, id eſt Longimanus, eò quòd altera manus ei longior eſſet, præter 16. annos quos cum patre ſuo Xerxe in Imperio tranſegerat, imperauit alios annos 40. & ab illo anno quo primùm cum patre regnare cœpit initium Imperij ſui inchoari ſolet, & anno dehinc 20. (qui tantùm quartus erat ex quo ſolus regnarat) miſſus eſt ab eo Nehemias vt vrbis Ieroſolymæ muros inſtauraret *b*, totoque triennio, plateas, domos, tum publicas tum priuatas exædificauit, completaque vrbis & Templi fabrica, ſolenniter omnia dedicauit.

b 1. Eſdr. 7. v. 7.

Darius Nothus filius Longimani regnat annis 19. Huic Ægyptij reſumptis viribus rebellarunt.

Xerxes ſecundus regnat duobus menſibus, & Sogdianus octo, ſed hi decem menſes partim præcedentis Darij Nothi, partim ſubſequentis Artaxerxis Mnemonis annis includuntur.

Artaxerxes Darij Nothi filius, Mnemon dictus à præſtantia memoriæ, regnat annis 43.

Darius Artaxerxes Ochus, qui ſubiugauit Ægyptum regnat annis 23.

Arſes ſeu Arſames, Ochi filius, regnat annis 3.

Darius Codomannus Arſamis filius regnat ancipiti fortuna annis ſex, & anno ſeptimo ab Alexandro Macedone, vincitur, ſpoliatur Imperio, & cum eo Perſarum, ac Medorum Monarchia extinguitur, & ad Græcos tranſit.

SECTIO III.

De tertia Monarchia, ſcilicet Græcorum.

GRæcorum Monarchiam, deuicto Dario Codomanno Perſarum vltimo, inchoauit Alexander Magnus, Philippi filius, ac Macedonum rex, de quo illa Danielis prophetia. [*Surget verò rex fortis, & dominabitur poteſtate multa, & faciet quod placuerit c ei.*] Et in huius Prophetiæ propalatam veritatem dicitur libro primo Machabæorum. [*Percuſſit Alexander Philippi Macedo qui primus regnauit in Græcia Darium regem Perſarum & Medorum d.*] Macedonum, vt & Græcorum omnium, nomen & potentia, famoſa iam inde fuit ab initio (neque enim vel Aſſyrij, vel Medi, vel Chaldæi, vel Perſæ, licèt tot regionum domitores, tot victores populorum, potuerunt vnquam Græcos ſubiugare) cœpitque creſcere in immenſum Philippo regnante, qui vicinos Græcos alioſque populos ſceptro ſubiecit Macedonico. Philippo poſt 24 annos regni ſui à Pauſania interfecto, filius eius ex Olympiade matre Alexander, ſuccedens, fortunam Macedonum ad ſummum faſtigium euexit, cùm poſt ſex annos regni ſui, quibus Perſarum tunc imperantium potentiam continuò atteruerat, tandem, Dario Codomanno debellato, Monarchiam à Perſis, vt dictum eſt, ad Macedonas tranſtulit anno tertio Olympiadis centeſimæ duodecimæ, Nabonaſſaris anno 418. Periodi Iulianæ 4384. vixitque poſtea in ſummo faſtigio aliis ſex annis quorum decurſu, vt dicitur lib. 1. Machabæorum [*Conſtituit prælia multa, & obtinuit omnium munitiones, & interfecit reges terræ, & pertranſiit vſque ad fines terræ: & accepit ſpolia multitudinis gentium & ſiluit terra in conſpectu eius e.*] Poſt hæc tamen, Babylone veneno periit. [*Decidit in lectum, & cognouit quia moreretur, & vocauit pueros ſuos nobiles qui ſecum erant nutritos à iuuentute, & diuiſit illis regnum ſuum & mortuus eſt f.*] Huius diuiſionem regni Imperiique prædixerat Daniel his verbis. [*Contereretur regnum eius & diuidetur in quatuor ventos cæli: ſed non in poſteros eius, neque ſecundum potentiam illius, qua dominatus eſt. Lacerabitur enim regnum eius etiam in externos g.*] Ptolemæo namque Lagi filio ceſſit Ægyptus, Seleuco Aſia maior ſeu Syria & Babylonia: Antigono Aſia minor: Aridæo velut Alexandri iunioris tutori Macedonia obuenit, cum bona parte reliquæ Græciæ: iuniori tamen Alexandro tum puero, rebuſque gerendis nondum idoneo, & ab aliis ducibus tantæ fortunæ, quam in parente obſeruarant, æmulis facilè depreſſo, de patris fortuna parum aut nihilum adhæſit; cúmque Antigonus poſt duodecim annos à Seleuco fuiſſet deuictus, Seleucus totius Aſiæ Imperium ſibi vendicauit: ſicque Græcorum Monarchia in Ptolemæo Ægypti rege, & Seleuco Syriæ totiuſque Aſiæ Domino bipartita ſtetit, vſque ad Monarchiam Romanorum; nulla ſaltem de aliis in Scriptura fit mentio, ſed de ſolis Ægypti & Syriæ regibus, de quibus propterea duplex erit ſectio.

c c. 11. v. 3.

d 1. Mach. 1. v. 1.

e 1. Mach. 1. v. 2. 3.

f v. 6. 7. 8.

g Dan. 11. v. 4.

SECTIO I.

De Regibus Ægypti.

HOrum Ægypti regum nomina, & anni ex Euſebio deſumentur. Primus fuit Ptolemæus Lagi filius Soter, nuncupatus: Ab eo cæteri deinceps Ægypti reges Ptolemæi nomen aſſumpſerunt (vt anteà Pharaonis à primo Pharaone, regnauit annis quadraginta. Hic ſub ſimulatione ſacrificij venit

Perſa

Ieroſolymam ſublato, & multa Iudæorum millia doloſè capta transfert in Ægyptum, ac in ſeruos vendit. De hoc Ptolemæo Lagi, nec non de filio eius Philadelpho, vt aſſerit D.Hieronymus (minimè verò de Philopatore, provt vult Theodoretus,) eſt illa Danielis *a* prophetia. [*Et conforiabitur rex Auſtri & dominabitur ditione : multa enim dominatio eius.*] Nam Ptolemæus Lagi vir fortiſſimus fuit, nec tantùm Ægyptum, ſed & Cyprum, Phœnicen, multaſque alias inſulas & regiones occupauit, quin & Pyrrhum Epirotarum regem expulſum reſtituit, ita Hieronymus. Porrò Ptolemæi, ſeu reges Ægypti, Scriptura phraſi maximè apud Danielem *b* reges Auſtri, ſicut & Seleucidæ, ſeu reges Syriæ reges Aquilonis dicuntur; quia Ægyptus Iudææ eſt ad Auſtrum, ſicut & Syria ad Aquilonem. Et ſub iis nominibus regum Auſtri & Aquilonis recenſet Daniel bella quæ inter hos reges per annos 140. geſta ſunt; ſcilicet à ſecundo rege Ægypti Ptolemæo Philadelpho, vſque ad ſextum nempe Philometorem, & à tertio rege Syriæ qui dictus eſt Antiochus θεὸς, vſque ad octauum ſcilicet Antiochum Epiphanem.

a c.11.v.3.

b c.25.v.5. & ſeq.

Secundus, Ptolemæus Philadelphus Soteris filius literarum amantiſſimus qui innumeros libros vndique ſibi cõparauit in Alexandrina ſua Bibliotheca; audiens autem diuinam legem Hebraicè ſcriptam eſſe Ieroſolymis, vt eam obtineret, 120. millia Iudæorum, qui à patre ſuo capti in regno ſuo ſeruiebant, redimit, ſolutis pro quolibet capite 120. drachmis argenti & liberos remittit, miſſaque ad Eleaaarum ſummum Pontificem legatione, multiſque muneribus pro Templo Domini, obtinuit ab illo 72. Interpretes qui ſacra Biblia ea Hebræo idiomate in Græcum miro, conſenſu tranſtulerunt.

Tertius Ptolemæus Euergetes, Philadelphi frater, ſic dictus ob collata Ægyptiis beneficia, ac reſtituta eiſdem Idola quæ Cambyſes in Perſidem aſportarat. Seleucum Callinicum eiuſque filium Ceraunium ſuperauit annis 26.

Quartus Ptolemæus Philopator per antiphraſim ſic dictus, nam occidit patrem, & matrem, & fratrem, & ſororem, & vxorem, captus illecebris Agathocleæ meretricis, noctes in ſtupris & dies in conuiuiis abſumebat. De hoc Prophetat Daniel *c* ſub nomine regis Auſtri. Regnauit annis 17.

c Dan.11.v.9.

Quintus Ptolemæus Epiphanes Philopatoris filius, qui accepit vxorem Cleopatram filiam Antiochi magni, quam Daniel *d* vocat filiam fœminarum, id eſt formoſiſſimam, à qua deinceps omnes reginæ Ægypti nomen Cleopatræ ſumpſiſſe videntur. Regnauit annis 23.

d Dan.11. v.17.

Sextus Ptolemæus Philometor Epiphanis filius ex Cleopatra natu maior, regnat annis 35. variante fortuna; initio namque regni eius cœpit diſſidium, Primaribus Ægypti in Philometorem inſurgentibus, eiuſque loco ſubſtituentibus Phiſconem fratrem natu minorem. Hac occaſione Antiochus Epiphanes ſpecie ferendæ opis Philometori, ſed re vera vt regnum Ægypti Syriæ adiungeret, bis ſuſcepit expeditiones in Ægyptum *e*; quod veriti Ptolemæi fratres legatos vnà miſerunt ad Senatum Romanum, à quo miſſus Pompilius cùm videret cunctari Antiochum, virga eum circumſcripſit, iubens ne priùs exiret illo circulo, quàm reſponſum Senatui daret, pacémne vellet an bellum; qua aſperitate territus Antiochus paruit Romanis, & fratres Ptolemæos in pace dimiſit. Denique cùm Ptolemæus Philometor Aleaandro genero ſuo regnum Aſiæ perfidè tentat eripere, ſubitò moritur.

e 2.Mach. 4.v.21.

Septimus Ptolemæus Euergetes, ſeu Phiſcon poſt mortem Philometoris fratris regnat annis 29. Hi duo fratres dicebantur filij, fratres, & mariti Cleopatræ, quæ vt genuerat vtrumque, ita & vtrique nupſerat.

Octauus Ptolemæus Lathurus, Phiſconis filius cum regnaſſet annis 16. à matre expulſus per 10. annos, ſed ob matris tyrannidem reuocatus, regnat iterum octo annis.

Nonus Ptolemæus Auletes pater Cleopatræ vltimæ ex Ptolemæis reginæ, regno pulſus Romam fugit, regnante interim filia eius Berenice.

Decimus Ptolemæus Dionyſius, Ptolemæi Auletis filius, ſed puer omnia adminiſtrante ſorore eius Cleopatra.

Vndecimus eadem Cleopatra, quæ ſubmerſo Dionyſio, & huius fratre minore ad regnum non idoneo, ſola ſceptrum tenuit, tota Marci Antonij amoribus implexa, donec primò apud Actium, & rurſus apud Pharum victo, eatinctoqite Antonio; ne ipſa in poteſtatem triumphantis Auguſti viua veniret, Aſpidis, vt fertur, morſu interiit, & cum ea Græca Monarchia finem fecit, cum durâſſet 300. annis, tota enim Ægyptus tunc Auguſto victori ceſſit, qui propriè ex eo tantùm tempore Monarchiam Romanorum inchoauit.

SECTIO II.

De Regibus Syriæ, totiuſque Aſiæ.

HOrum Syriæ, totiúſque Aſiæ Regum qui vulgo Seleucidæ, à primo Seleuco dicuntur; nomina & anni ex Euſebio, aut ex libris Machabæorum deſumentur. Primus fuit Seleucus ob illuſtres Victorias, Nicanor nuncupatus, regnauit annis 43. Hic deuicto Antigono Aſiæ minoris rege poſt duodecim annos à morte Aleaandri magni Æram nouam inchoauit, quæ cœpit à primo menſe Niſan, vocanturque hi anni Macedonici, vel Seleucidarum, vel regni Græcorum, quibus vtitur liber primus Machabæorum: ſexquennio ſeriùs incipiunt anni vulgò dicti Antiocheni, vel Syriaci, vel Chaldæi, qui incipiunt à menſe ſexto Elul, & quibus vtitur liber ſecundus Machabæorum, qui inſiſtens calculo Chaldaïco fere ſemper ſexquiennio, poſterior eſt libro primo.

Secundus, Antiochus Soter Nicanoris filius, cuius tempore obtinuerunt Iudæi propè Babylonem inſignem de Galatis victoriam *f*, regnat annis 19.

f 2.Mach. 8.v.20.

Tertius, Antiochus Soteris filius (ὁ θεός) à Mileſiis appellatus, quòd Lymarchum eorum tyrannum expuliſſet. Sub hoc Parthi à Regibus Syriæ deſecerunt. Regnat annis 15.

Quartus, Seleucus Callinicus qui Berenicem nouercam cum infantulo interfecit; ſed Neptem ſuam vltos Ptolemæus Energetes ſpoliauit regno Callinicum, iuxta prædictionem Danielis *a*. Regnat annis 20.

Quintus, Seleucus Ceraunius, id eſt fulmineus, quòd audaci, velocique eſſet ingenio, filius Callinici, dolo à ſuis interemptus eſt, cùm regnaſſet annis tribus. Hunc deſcribit Angelus apud Danielem *b* cum fratre eius Antiocho magno.

Sextus, Antiochus magnus, qui primùm à Ptolemæo Philopatore cæſus, poſteà contra filium eius Ptolemæum Epiphanem quadriennem vnà cum Philippo Macedonum rege caſtra mouit, ſed à Romanis pupilli tutelam ſuſcipientibus in Aſia ad Termopylas victus Antiochus, Romanis & Lucio Scipioni Romanorum duci qui inde Aſiaticus dictus eſt, Aſiam ceſſit, pro obſide Romam miſſo filio ſuo iuniore Antiocho Epiphane, ac poſteà ab Elymæis cum omni ſuo exercitu deletus, eſt, iuxta vaticinium Danielis *c*. Regnat annis 37.

Septimus, Seleucus Philopator, qui & iners, Antiochi magni filius ſenior [*Viliſſimus & indignus decore regio,*] vt dicitur apud Danielem *d*, ſolâ auaritiâ famoſus, nam licèt initio regni ſumptus omnes ſuppeditaret ad ſacrificia Iudæorum pertinentes *e*, poſteà tamen miſit Heliodorum *f*, vt ærarium templi expilaret, ſed paulò poſt ab eodem Heliodoro regni inuaſore occiſus eſt, cùm regnaſſet annis 12.

Octauus, Antiochus Epiphanes Græcè, Latinè Illuſtris *g* ſeu, Nobilis *h* dictus. Vocatur impudens facie *i*, & radix peccati *k* viuiſque coloribus à Daniele *l* depingitur. Roma vbi obſes erat, vt dictum eſt, profugit in Aſiam, indeque pulſa, per Eumenem & Attalum reges, Heliodoro; fraudato quoque Demetrio nepote ſuo ex Seleuco fratre, regnum dolo inuaſit *m*. Hic anno primo regni ſui exauthorato Onia ſummo, ſanctoque Pontifice, impium Iaſonem fratrem eius, illi ſubſtituit *n*. Anno ſecundo primam expeditionem ſuſcipit in Ægyptum *o*; indeque regrediens, Ieroſolymam placatus ingreditur. Anno quinto, ſubmoto Iaſone, Menelaum de Tribu Beniamin ſubrogauit *p*. Anno ſexto ſecundam profectionem, ſeu expeditionem parauit in Ægyptum *q*. Anno ſeptimo, deuicto à Romanis Perſeo vltimo Macedonum rege, Antiochus eorumdem Romanorum iuſſu coactus eſt Ægypto quam inuaſerat excedere, inde Ieroſolymam properans, omnem furorem ſuum effudit in Iudæos *r*, triduò occidit octoginta millia, vendit quadraginta millia, totidemque in carceres trudit *s*. Anno eius nono Mathathias Aſſamonæus, ſacerdos de ſemine Eleazar, & de Vice Ioiarib (Onia iam occiſo, ac Ianne vltimo Ducum Iuda extincto) ſummum Pontificatum, & politicum populi Ducatum ſuſcipiens inſorgit contra Tirannum *t*. Et Mathathia poſt aliquot menſes defuncto, filius eius Iudas Machabæus arma capeſſit *u*; tandemque ſceleſtus ille Antiochus mœrore confectus, inter horribiles cruciatus, ſcatentibus toto corpore vermibus, ſuiſque fœtore ſuo intolerabilis, extinctus eſt *x*.

Nonus, Antiochus Eupator Epiphanis filius nouennis, qui poſt duos annos cum tutore Lyſia occiſus eſt à Demetrio Seleuci Philopatoris filio *y*.

Decimus, Demetrius Soter, Seleuci Philopatoris filius, regno ſibi debito potitus, contra eius duces Bacchidem & Alcimum ac viginti duo millia, Iudas Machabæus cum octingentis à manè vſque ad veſperam fortiter dimicans, cecidit *z*; cui mox frater eius Ionathas ſufficitur *a*. Cæterum cùm Demetrius regnaſſet annis decem, occiſus & ipſe eſt ab Alexandro Vele, Antiochi Epiphanis filio.

Vndecimus, Alexander Veles Antiochi Epiphanis alter filius & Ionathæ, quem exaltauit, amiciſſimus *b*, hic quoque cùm regnaſſet annis ſex occiſus eſt, amputato per Zabielem eius capite, miſſoque ad Ptolemæum Philometorem Ægypti regem & Socerum, regnique inuaſorem, qui & ipſe tertio poſt die mortuus, eſt *c*.

Duodecimus, Demetrius Nicanor, Demetrij ſoteris quem Alexander Veles occiderat, filius, cùm regnaſſet annis ſex captus eſt ab Arſace rege Perſidis, & miſſus in cuſtodiam *d*, quo adhuc viuente,

Decimus tertius, Antiochus Alexandri Velis filius regnum quadriennio tenuit ope Tryphonis tutoris, poſteà tortoris ſui, occiſo enim per dolum Antiocho pupillo ſuo ipſe Tryphon extra ſtirpem Seleucidarum regno Aſiæ potitur tribus annis *e*, anteà occiderat proditoriè captum Ionatham & filios eius *f*, occiſus eſt & ipſe ab Antiocho Sedete.

Decimus quartus, Antiochus Sedetes, aliis Soter, frater Demetrij Nicanoris, quo à Perſis adhuc detento, oblatum ſibi à Cleopatra fratris vxore regnum, & coniugium capeſſit: fœdus cum Simone, Iudæ Machabæi & Ionathæ fratre feriit, fregitque *g*, & cum regnaſſet annis ſeptem occiſus eſt à fratre Nicanore, à Perſis dimiſſo, quem regno ſuo reſtitutum, poſt tres annos occidit Alexander Seuina, à Ptolemæo Phiſcone Ægypti rege Tyrannus in regnum Syriæ intruſus, qui & ipſe viciſſim poſt duos annos ab Antiocho Grypho Demetrij Nicanoris & Cleopatræ filio occiditur.

Decimus quintus, Antiochus Gryphus, occiſo per Cleopatram fratre ſuo Seleuco, ope eiuſdem matris ſuæ regnum capeſſit, quam tamen poſteà venenum quod ipſa filio pararat ſpecie officioſitatis ebibere coëgit, regnauitque ſolus annis duodecim, aliiſque 17. vixit potiùs quam regnauit, à Cyzieno fratre ſuo exautoratus.

Decimus ſextus, Antiochus Cyzienus, filius Antiochi Sederis ex eadem Cleopatra, (hæc enim duobus fratribus filiis ſuis nupſerat) occiſo Grypho fratre ſuo vterino, quem iampridem regno exuerat, non niſi vno anno ſuperuixit, occiſus & ipſe à Seleuco Gryphi filio.

a Dan. c. 11. v.7.
b Dan. c. 11. v.10.
c c. 11. v. 1[illegible].
d v. 20.
e 2. Mach. 3. v. 3.
f v. 7.
g 1. Machab. v. 11.
h 2. Mach. 4. v. 7.
i Dan. 8. v. 23.
k 1. Mach. 1. v. 11.
l c. 11. v. 21. & ſequent.
m 1. Mach. v. 11.
n 2. Mach. 4. v. 7.
o v. 21.
p 2. Mach. 4. v. 23.
q c. 5. v. 1.
r 1. Mach. 1. v. 25.
s l. 2. c. 4. v. 14.
t 1. Mach. 2. v. 1.
u c. 3. v. 1.
x c. 6. v. 16.
y 1. Mach. 7. v. 4.
z c. 9. v. 19.
a v. 31.
b Mach. 10. v. 62.
c 1. Mach. 11. v. 17. 18.
d 1. Mach. 9. v. 15. & c. 14. v. 1. & 3.
e 1. Mach. 13 v. 30. & c. 13 v. 32.
f c. 12. v. 48. & 13. v. 12. & 23.
g 1. Mach. 15. v. 1. & 17.

Decimus ſeptimus, Seleucus Gryphi filius, ſimul cum Antiocho fratre ſuo germano regnat, ſed ſuperatus eſt ab Antiocho Euſebe filio Cyziceni, tum poſt annus ſeptem, illis duobus fratribus è medio ſublatis.

Decimus octauus, Antiochus Euſebes Imperium capeſſit, ſed cùm duobus aliis Philippo ſcilicet & Demetrio reſiſtere non poſſet breui interiit.

Decimus nonus, Philippus vnà cum Demetrio fratre, primùm adminiſtrat, ſed poſteà ſuperato in pugna Demetrio, ſolus Philippus regno potitur. Tigranes autem rex Armeniæ, occaſione diſſidij iſtorum fratrum ſpecie iuuandi illos contra Euſebem, ipſe regnum Syriæ inuaſit, tenuitque annos quatuor, donec Lucullus Romanus eum inde depulit.

Vigeſimus, Antiochus Aſiaticus, (ſic dictus quia in Aſia minore enutritus eſt) Euſebis filius, regnum capeſſit, & tenet permiſſu Luculli annos quatuor, ſed Pompeius Lucullo infenſus Syriam Antiocho ademit, eamque cum tota Iudæa in Prouinciam Romanam redegit. Stetit ergo Monarchia Græcorum in Syria annis circiter 267. vſque ad extinctos Seleucidas, inde verò vſque ad initium Monarchiæ Romanæ fluxerũt anni 33.

ARTICVLVS IV.

De quarta Monarchia, Romanorum videlicet.

DE hac vltima Romanorum Monarchia, quæ vltra Scripturæ ſacræ limites protenditur, operæ pretium eſt aliquid obſeruare, quod non tantum ſacræ, ſed etiam Eccleſiaſticæ conducat hiſtoriæ; ac propterea ſciendum eſt, varium ſubinde fuiſſe Romanæ reipublicæ ſtatum, triplicem maximè. Primus floruit ab Vrbe condita per annos 244. ſub ſeptem regibus, ſcilicet Romulo, Numa Pompilio, Tullo Hoſtilio, Anco Marcio, Tarquinio Priſco, Seruio Tullio, & Tarquinio Superbo. Medius viguit ſub annuis Conſulibus per annos 480. ab expulſis regibus per Iunium Brutum & Tarquinium Collatinum primos Conſules. Tertius ſub Imperatoribus per annos circiter 600. initio ducto ab anno primo Monarchiæ Romanæ, cùm ſcilicet prima die Auguſti, Octauiano Auguſto quartùm, & Craſſo Conſulibus, victo ab eodem Auguſto ad Pharum, occiſoque Antonio Triumuiro, Cleopatræ vltimæ è ſanguine Ptolemæorum reginæ amaſio, ipſaque Cleopatra ne viua in poteſtatem Auguſti veniret, aſpidis, vt fertur, morſu extincta tota Ægyptus Auguſto victori ceſſit, & ipſe ſibi, ac Romanis liberam, plenamque dominationẽ adeptus eſt, cũctiſque poſt varia bella deuictis hoſtibus, cum maximo triumpho Romam ingreſſus, templum Iani, quod ad iudicandum bellum ducentis iam annis patuerat, clauſit in ſignum pacis; vnde & anno eiuſdem Auguſti in ſummo faſtigio regnantis, trigeſimo, toto orbe terrarum in pace compoſito, natus eſt Princeps Pacis *Chriſtus* Dominus.

Floruit deinceps Romanorum Monarchia, ſuccedentibus, aut ſibi ſubſtitutis Imperatoribus ab Octauiano Auguſto; vſque ad Conſtantinum Magnum, qui cœlo diù, noctuque ipſum admonente, fidem Chriſtianam amplexus Eccleſiæ colendæ, & amplificandæ exemplum cæteris Principibus præbuit, ſummo Pontifici, eiuſque ſucceſſoribus regiam domum, palatium ſcilicet Lateranenſe dono dedit, Vrbemque ceſſit, & migrans in Orientem Conſtantinopoli ſedem fixit, ibique Imperio Orientali initium dedit, totumque poſteà Romanorum Imperium ab eius morte in Orientale, & Occidentale ſubinde diſſectum eſt.

Orientale, quod & Grecorum dicebatur, cùm per annos circiter 1120. ſubſtitiſſet, tandem anno à *Chriſti* natiuitate 1452. captâ à Turcis Conſtantinopoli, & Conſtantino (qui ob exercitam in hoſtes ſæuitiam Draco, vulgò Dragoſes nuncupatus eſt) vltimo Imperatore occiſo, penitus extinctum eſt; & quod feliciter cœperat in Conſtantino magno ſanctæ Helenæ filio infeliciſſimè deſiit in puſillo, aut puſilli ſaltem animi, Conſtantino alterius Helenæ filio.

Occidentale verò, quod propriè Romanum, ſeu Romanorum eſt appellatum; quodque tot poſt Victorias glorioſè cœperat ſub Auguſto, cum ſtetiſſet pluſquam quingentis annis, corruit ſub Auguſtulo; (hoc eſt Momilio Auguſto, qui per ludibrium dictus eſt Auguſtulus) eo enim eiecto ac relegato, Odoacer Rex Erulorum, Arianus, Imperium Occidentis extinxit, anno Chriſti 493. inde enim partim ſub Regibus Arianis, partim ſub Exarchis Græcorum Imperatorum fuit, per annos pluſquàm trecentos, nempè vſque ad Carolum Magnum Francorum Regem, qui anno Chriſti 800. ipſo die natalis Domini, creatus eſt Romæ nouus Romanorum Imperator in Occidente; tenuitque Imperium in poſteris ſuis Francis, vſque ad annũ Chriſti 920. tunc enim à Francis ad Saxonas, alioſque Germanos, tandemque anno Chriſti 1278. per Rudolphũ Habſpurgenſem Comitem, cœlo, vt aiunt, retribuente, ad domum Auſtriacam delatum eſt Imperium; in qua penè continuata Imperatorum ſerie perſeuerat, & Mahumetico licèt marte ſæpiùs impetitum, adhuc tamen in agone contendit.

APPENDIX.

De Syriæ Præſidibus, & Iudææ Procuratoribus, qui Romanorum Imperatorum nomine, ad excidium vſque Ieroſolymæ præfuiſſe leguntur.

PLVRIMVM ad hiſtoriæ ſacræ, quæ in Euangeliis, Actiſque Apoſtolorum perſtringitur, ſeriem illuſtrandam, confert Magiſtratuum Romanorum, per idem tempus, Syriam & Palæſtinam adminiſtrarunt, accurata cognitio.

Syriæ regnum, extinctis Seleucidis, in Prouinciam Romanorum, Magnus Pom-

peïus redigit; eámque poſteà Auguſtus, in diuiſione Prouinciarum, inter Cæſareas adſcripſit *a*: ad quam administrandam miſſi Magiſtratus legati; vel Prætores, vel Præſides appellabantur: quacunque dignitate in vrbe functi eſſent, ſi conſulatu, Conſulâtes: vt apud Ioſephum *b* Vitellius, qui poſt conſulatum, Præſes Syriæ factus eſt.

[Margin: *a* Strab.l.17. Dion.l.53.]
[Margin: *b* l.18.antiq. c.5.]

Præter hunc Syriæ Magiſtratum, minores alij deſtinati ſunt, velut Procuratores, qui & ipſi Præſides aliquando nominantur; quorum officium fuit, vectigalia colligere, & impenſas facere in ea Prouinciæ parte, quæ illis erat demandata. Paulatim verò ius eorum amplificatum eſt, ita vt ſæpè gladij ius acceperint, vt de capitalibus cauſis agnoſcerent; præſertim in minoribus Prouinciis, quibus nemo præter Procuratorem ius dicebat: quod in Iudæa, quæ portio quædam erat Syriæ, contigit, quæ tametſi Syriæ Præſidi ſubeſſet, maxima tamen in ea procuratoris poteſtas fuit: nec de Procuratoribus à Cæſare miſſis, citra eius mandatum, Præſides cognoſcebant. Idipſum in Samaria, Galilæa, ac reliquis Syriæ partibus euenit, quæ ſingulæ ſuos Procuratores habuere, quamdiu nulli proprio Regi, vel Dynaſtæ ſuberant; ac proinde regnante apud Iudæos Herode, & poſteà Agrippa Seniore, Procurator in Iudæa nullus extitit: quinam autem reliquo, ad excidium vſque tempore Procuratores; ac regnantibus etiam Herode magno, & Agrippa, Syriæ Rectores fuerint; ex Ioſepho *c*, & Tacito paſſim colligitur.

[Margin: *c* l.17. antiq. c.7.]

In primis igitur paulò ante Herodis obitum, Quintilius Varus Syriæ præfuit, vt Ioſephus teſtatur, & Saturnino ſucceſſiſſe dicit. In eadem Syria Procurator erat Sabinus; qui, Herode mortuo, Iudæam quoque procurauit, donec Archelaus Roma reuerteretur, qui citò reuerſus, ſub Tetrarchiæ titulo eam adminiſtrauit. Poſt Archelai verò relegationem, eius ditio Syriæ eſt adiuncta.

Poſt Varum, recenſet Ioſephus Sulpitium Quirinum; qui, Archelao in exilium pulſo, venit in Syriam, & cum eo Coponius; vt cum ſumma poteſtate Iudæam procuraret: cui ſuffectus M. Ambibius, huicque Annius Rufus, quo Procuratore obiit Auguſtus: Rufo ſucceſſit Valerius Gratus, circa annum Tiberij ſecundum; & hic annis vndecim adminiſtrauit; ac poſt eum, decennio Pontius Pilatus vſque ad mortem Tiberij.

Quod ſpectat ad Præſidem Quirinum, vir iſte per omnes honorum gradus ad Conſulatum vſque prouectus, bis in Iudæa cenſum egit; priorem D. Lucas appellat primam deſcriptionem, cuius gratia, S. Ioſeph cum B. Virgine partui iam propinqua, Bethleem contendit; in qua tributi nihil aut capitationis exactũ fuiſſe, probabile eſt. Non enim, Herode adhuc ſuperſtite, in eius regno Auguſtus id vſurpaſſet: Neque illud Lucæ, ἀπογράφεσθαι, aliud eſt quàm cenſeri, ac nomen profiteri; quod citra penſitationem fieri potuit. Plerique tamen tributum exactum, aiunt. Poſterior cenſio, poſt Archelai relegationem, facta eſt ab eodem Quirino, qui Iudæam adiit, vt Iudæorum fortunas cenſeret; & Archelai, Tetrarchia ſua mulctati, bona diuenderet.

Quirino ſucceſſere Creticus Silanus, Cneus Piſo, Sentius Saturninus, Ælius Lamia, Pomponius Flaccus, qui in præmium compotationis & ebrietatis à Tiberio Syriam Prouinciam ſortitus eſt *d*, eamque diu tenuit: poſt quem, Vitellius, poſt Conſulatum Præſes, in Syriam miſſus eſt: Hic Pilatum, quod à Iudæis accuſatus eſſet, Romam ad Tiberium nauigare iuſſit, deſtinato interim ad Procurandam Iudæam Marcello amico; ſed antequam Pilatus Romam appuliſſet, fato functus eſt Tiberius, à cuius ſucceſſore Pilatus exautoratus, in exilium miſſus eſt, ſubſtituto ei Procuratore Marcello *e*.

[Margin: *d* Suet.c.42]
[Margin: *e* Ioſep.18. an.8.]

Poſt Vitellium, Præſidem Syriæ fuiſſe Petronium, docet Ioſephus; idque ſub extremum tempus imperij Caligulæ, quo occiſo, Claudius ad Imperium euectus, Agrippæ ſeniori Iudæam & Samariam ſub titulo regni conceſſit: ideoque Procurator hoc tempore nullus in Iudæa fuit. Præſes verò Syriæ Vibius Murſus Petronio ſuffectus eſt *f*; & Murſo Caſſius Longinus, Longino Quadratus. Agrippa extincto, eius regni Procurator datus eſt Cuſpius Fadus, cui ſubſtitutus eſt Tiberius Alexander, & Alexandro *g* Cumanus, qui ob flagitia apud Quadratum Syriæ Præſidem accuſatus, ac Romam miſſus, ibi exilio mulctatus, ſucceſſorem habuit Felicem, qui antea Samariæ præerat, vt ait Tacitus, ſicque verba D. Pauli, Felicem ita abloquentis: [*Ex multis annis te eſſe Iudicem genti huic ſciens, bono animo pro me ſatisfaciam h.*] Conciliantur verbis illis D. Lucæ: [*Biennio autem expleto, accepit ſucceſſorem Felix Porcium Feſtum i.*] Biennio enim tantùm Iudeæ Procurator fuit, etſi iampridem Samariam adminiſtraſſet. Feſto ſucceſſit Albinus eodem anno, quo Quadrato Syriæ Præſidi Domitius Corbulo; Corbuloni ſuffectus eſt Cæſtius Gallus, & Albino Florus; ſub vtroque exarſit bellum Iudaicum, anno Neronis 12. Extincto Gallo, Veſpaſianus ad Iudæos rebelles opprimendos in Syriam mittitur; eoque poſteà dum Hieroſolymam obſidione premit, in Imperatorem Romanorum aſſumpto, Titus Cæſar eius filius eamdem excidit.

[Margin: *f* Idem 19. antiq.6. Tacit.l.12.]
[Margin: *g* Ioſeph.20. antiq.5.]
[Margin: *h* Act.24.]
[Margin: *i* v. 2.]

TRACTATVS QVARTVS.

DE CIVILI HEBRÆORVM Republica.

VETEREM Hebræorum rembublicam à Deo olim inſtitutam, atque intimis ſacrarum litterarum penetralibus incluſam inueſtigare, res eſt non modò ad cognoſcendum præclara, ſed etiam ad ſacros libros intelligendos vſque adeò opportuna, vt iure mirari quiſquam poſſit veterum neminem, quos ſingulari diuinarum rerum exponendarum ſtudio exarſiſſe conſtat, in hoc genere lucubrationis elaboraſſe, vnúmque tantùm Carolum Sigonium in hac ſacra indagine, ſub præteriti ſæculi finem inſudaſſe, quem poſteà tamen ſubſequuti ſunt recentiorum non pauci. Equidem ſi Romanæ reipublicæ curioſius peruestigata gubernatio, & Ethnicorum Monarcharum ſubtilius elimata ſucceſſio delectat; potentiſſimæ illius reipublicæ, (quæ dum capiti ſuo Regi Regum, ac Domino Dominantium ſubiecta ſtetit, terrori fuit vniuerſis) plus vtique delectabit accurata deſcriptio. De hac ergo celeberrima, & ab ipſo Deo conſtituta Republica breuiter agendum eſt in hac obſeruatione ſatis producta, plurimis tamen, ne dicam vniuerſis, Scripturæ locis intelligendis perneceſſaria. Vt autem debito id fiat ordine, Obſeruatio hæc in tres diuidetur partes; & quælibet pars in ſuos articulos, & hi, vbi productiores fuerint, in ſuas Sectiones. In prima parte tractabitur de ipſa Hebræorum Republica in communi ſpectata. In ſecunda de Magiſtratibus ſeu Perſonis rempublicam adminiſtrantibus. In tertia de Conciliis & Iudiciis, quibus ipſa quotidiana reipublicæ forma ſubſtitit.

PRIMA PARS.

De Republica Hebræorum in communi ſpectata.

CIRCA Hebræorum, ſeu populi Dei rempublicam in communi ſpectatam, tria maximè veniunt obſeruanda; nempè populi nomen; Reipublicæ formæ, & natale ſolum, locúſve in ea præcipuus: Varia enim electus Dei populus eſt ſortitus nomina, & ſuas ſæpiùs à temporibus diluuij mutauit ſedes, variáſqoe ſubinde aſciuit Reipublicæ formas. De his tribus totidem agetur Articulis. Primus erit de variis nominibus populi Dei. Secundus de eiuſdem natali ſolo. Tertius de varia ſubinde Hebrææ Reipublicæ forma.

ARTICVLVS I.

De Variis nominibus populi Dei.

CVm ab ipſis mundi exordiis vſqoe ad Chriſtum quatuor maximè huius populi Generationes extiterint, quas Scriptura ſacra Generationes vocat. Prima ab Adamo vſque ad Noë, ſub quo contigit diluuium; altera à Noë ad Abraham: Tertia ab Abraham vſque ad Dauidem: Quarta à Dauide vſque ad Chriſtum. In prima quidem nullo peculiari populi Dei gauiſus eſt nomine; at in ſecunda Hebræorum; in tertia Iſraëlitarum; in vltima Iudæorum nomen tulit.

Hebræi ab Heber, in cuius familia poſt confuſionem linguarum, Hebræa lingua, cultúſque veri Dei perſeuerauit, propagati ſunt Iſraëlitæ à Iacob qui [Iſraël *a*] à Deo Gen. 49. v. 28.

 appellatus

appellatus eſt, diſſeminari veterem Dei notitiam ac religionem conſeruantes, in duodecim tribus *a* diſpertiti ſunt. Iudæi à nobiliſſima Tribu Iuda ſic dicti ſunt: cùm enim Salomone defuncto, decem Tribus, facto ſchiſmate, à Domo Dauid, Ieroboam de Tribu Ephraim Regem ſibi conſtituiſſent in Sichem, ſola Tribus Iuda, Initio; móxque Tribus Beniamin adhæſit Roboam filio Salomonis, & ex illa vnione, ambæ pro vnâ tantùm tribu à Scriptura acceptæ, vnóque Iudæorum nomine noncupatæ ſunt.

a Exod 24. v. 4.

Quotcumque porrò ex illis, ſubinde nomen tulerit populus ille, bipartitus ſemper fuit. Vnus quidem indigenarum, qui Græcè *αὐτόχθονες* alter ſemper fuit aduenarum, qui *προσήλυτοι* dicti ſunt, quo nomine proſelytorum vſi ſunt etiam qui ſacras hiſtorias in Latinum Idioma tranſtulerunt. Indigenæ erant illi omnes qui ab Iſraële genus trahentes, ſimul cum Lege ſumpſerunt circumciſionem, quam Deus Abrahæ mandauerat *b*. Proſelyti fuere alienigenæ, qui ex gentibus procreati, & ab idolorum ſuperſtitione ad Dei cultum traducti, circumciſione donati ſunt, quos Deus pro indigenis haberi iuſſit, dum ait; [*Si quis peregrinum in veſtram voluerit tranſire coloniam, & facere Phaſe Domini, circumcidetur prius omne maſculinum eius; & ſic ritè celebrabit, eritque ſicut indigena terræ, &c. c*] quantùm verò à Iudæis adhiberetur ſtudij vt proſelytos facerent, & gentiles circumciderent, docuit *Chriſtus*, dum in eos ſic inuehitur: [*Circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proſelytum, & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplò quàm vos d.*]

b Gen. 17. v. 10.

c Exod 12. v. 48.

d Matth. 23. v. 15.

ARTICVLVS II.

De Populi Dei natali ſolo, & quis in eo fuerit præcipuus locus.

CVm totius populi Iſraëlitici vna communis duodecim Tribuum conſtituta eſſet Reſp. ſtatuendum vtique fuit aliquod natale ſolùm vnúſque præcipuus in eo locus, ad quem omnes ex ſuis Tribubus atque oppidis conuenirent, & in quo Deo ſacrificia facerent, primitias offerrent, concilia in commune agitarent, iudicia ciuilia, & capitalia exercerent; & vbi is demum ſederet, qui ſummam rerum ſacrarum, vel ciuilium adminiſtraret.

Eiuſmodi natale ſolum, ac regio, in qua Hebræorum Reſpublica conſtituta eſt, magna pars Syriæ fuit, cuius longitudo & latitudo, ſingularúmque Tribuum termini & confinia, in libro Ioſuë fusè deſcribuntur, & in noſtro Typo habentur exarata. Orientalem illius partem, Iordani fluuius mediam ſecuit, qui ex duplici fonte Ior & Dan, ſeu, vt ait Plinius, fonte Paneade ortus, vbi primam conuallium occaſionem eſt nactus, in lacum Genezareth, ſeu mare Tiberiadis ſe fundit, indéque velut inultus Aſphaltitem lacum, ſeu mare mortuum dictum naturâ petit, à quo poſtremò abſorptus aquas laudatas peſtilentibus miſcet.

Vniuerſa hæc regio, olim in ſacris litteris terra Chanaan, ſeu Chananæa dicta eſt, cum Abraham, iuſſu Dei, huc ex Meſopotamia tranſiit, atque per id tempus à ſeptem populis, putà Amorrhæis Chananæis, Gergeſæi, Hetthæis, Heuæis, Iebuſæis, & Phereſæis; quibus etiam Philiſtæis adiungi poſſunt, fuit inhabitata. Deinde cum eam poſteri Iſraël armis occupaſſent, terram Iſraël appellarunt, diuiſerúntque in duodecim partes, quas Tribus vocitarunt. Statuerunt Tribum Rubem, & Gad, & dimidiam Manaſſe trans-Iordanem; cis verò, Iudam, Beniamin, Simeon, Ephraim, Dan, Aſear, Iſſachar, Zabulon, Nephtalim, alterámque dimidiam Manaſſe. Poſteà facto ſchiſmate ſub Ieroboam, decem aliis Tribubus à Iuda & Beniamin auulſis; ac demum in Aſſyriam tranſportatis; hæ regionis illius cis Iordanem celebrari cœperunt partes, Iudæa, Samaria, Galilæa, Palæſtina: trans-Iordanem verò Ituræa, Trachonitis, & Chalcidica. Tum præualentibus Iudæorum viribus opibúſque, tota regio Iudeæ nomen aſſumpſit. Poſt Chriſtum etiam Palæſtina, & Terra ſancta, paſſim nuncupata eſt.

Huius porrò regionis præcipuus locus fuit ille, quem Deus Inuocando ſuo nomini ſubinde delegiſſet, prout expreſſis his verbis Moyſes indicauit, [*Ad locum quem elegerit Dominus Deus veſter de cunctis Tribubus veſtris, vt ponat nomen ſuum ibi, & habitet in eo, venietis & offeretis in illo holocauſta & victimas Veſtras e.*] Ecce quoad res ſacras. Quod ſpectat ad Ciuiles, ſubditur [*Si Iudicum ſententiam in portis tuis videris variari, aſcende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, vt ibi nomen eius inuoces*] & in hunc locum præcipuum, elegit Deus eas Vrbes, in quibus primò Tabernaculum fixum fuit, ac poſteà Templum ædificatum, inter priores nominata fuit Silo in Samaria, & finibus Ephraim, vbi cùm Ioſuë, mandato Dei, Tabernaculum cum Arca poſuiſſet, ibi etiam ſedem religionis, & reipublicæ fixit, vt apertè comprobant hæc ſcripturæ teſtimonia, [*Congregati ſunt omnes filij Iſrael in Silo, ibique fixerunt Tabernaculum teſtimonij f.*] Item, [*Conuenerunt omnes in Silo, & aſcenderunt vt dimicarent contra eos qui trans-Iordanem erant g.*] Item [*Venerunt omnes ad domum Dei in Silo, & in conſpectu eius ſedentes vſque ad veſperam leuauerunt vocem h*] Item, [*Ecce ſolemnitas Domini eſt in Silo anniuerſaria i.*] Tum Deus reiectâ Silo; alias ſubinde elegit ciuitates; in quas mobile illud ac portatile Moyſis Tabernaculum, ſubinde tranſlatum fuiſſe, colligitur ex variis Scripturæ locis, putà in Nobe, & Gabaon. Earum tamen ciuitatum potiſſima fuit Silo. Quia ibi fixum eſt & diù valdè manſit Tabernaculum, parum in reliquis: ipſam tamen reiectam, ac demum euerſam ſuadet illud Ieremiæ, [*Ite ad locum meum in*

e Deut. 12. v. 6.

f Ioſuë 18. v. 1.

g c. 22. v. 12.

h Iu dic. 21. v. 2.

i c. 21. v. 19.

Silo

Silo vbi habitauit nomen meum à principio ; & videte quæ fecerint ei propter malitiam populi mei Iſrael.a] & alibi ; [*faciam domui huic in qua inuocatum eſt nomen meum , ſicut feci Silo b.*]

a Ierem.7. v.12.
b v.14.

Silo reiectâ , aliſque, elegit , Deus Ieruſalem tempore Dauidis regis , is enim Iebuſæos, quos Iuda & Beniamin eiicere non potuerant , ſtrenuè expugnauit , fudit, profligauit , ibique primus , Arcâ in monte Sion tranſlatâ, Deo iubente , ſedem poſuit; huçque alludens ait ; [*& repulit Tabernaculum Ioſeph , & Tribum Ephraim non elegit ſed elegit Tribum Iuda montem Sion quem dilexit c.*]Eò etiam ſpectat illud Samaritanæ, *Patres noſtri in monte hoc adorauerunt : & vos dicitis , quia Ieroſolymis eſt locus vbi adorare oportet d.*] Patres enim ſuos vocat Ephraimitas , ex quibus ſe oriundos iactabant Samaritæ.

c Pſal.77. v.67.& 68.
d Ioan.4.v. 20.

ARTICVLVS III.

De varia ſubinde Hebrææ Reipublicæ forma.

Articulus hic quia productior eſt, quatuor haber Sectiones I. eſt de ciuili Patriarcharum Politia, ab orbe condito ad Legem latam. Moyſi. I I. de ciuili Hebræorum Republica , à Lege data Moyſi vſque ad Reges. I I I. à Regibus vſque ad captiuitatem Babylonicam. I V. à captiuitate Babylonica vſque ad exciſam à Tito Ieroſolymam.

SECTIO I.

De ciuili Patriarcharum Politia ab orbe condito ad Legem datam Moyſi.

Etſi Hebræorum Reſpublica , ex eo tempore tantum quo habere cœpit Principes ſuæ gentis , ſuum propriè ſumpſerit exordium , nempè ab exitu ex Ægypto , dato ſibi tunc temporis , in ducem, Moyſe ; ea tamen politia , quæ ab orbe condito, in prioribus viguit Patriarchis , inuaſtiganda eſt.

Ciuilis huius politiæ , quâ patres vſi ſunt, duplex maximè tempus attendi poteſt : vnum quod præceſſit ætatem Nemrod , qui regnare cœpit in Babylone , dominiumque in homines vſurpauit : Alterum quod huiuſce tyranni tempora , vſque ad legem datam Moyſi ſubſequutum eſt.

Politiæ ciuilis adminiſtratio ante Nemrod , penès eos fuit, penès quos erat & Eccleſiaſticæ : id enim primis temporibus ſolemne fuit , ac perpetuum , vt qui Reges erant , iidem etiam Sacerdotium fungerentur ; ex quo manifeſtè conſtat vetuſtiorem iſtam politiam fuiſſe Monarchicam.

Politia quæ à diebus Nemrod vſque ad Moyſem inualuit , duplex erat ; priuata , & publica Priuata fuit penes Patres-familias , eorúmque primogenitos. Ex vtráque enim Hiſtoria ſacra , & prophana comprobatur antiquos illos Patres-familias in liberos & ſeruos , vitæ neciſque habuiſſe poteſtatem ; quæ & in vxorem & nurum extendebatur : ita vt illos caſtigare etiam ſeueriùs , pro rei merito poterint ; adeóque domi , ſua, ſuóſque ad iuſtitiæ regulam componebant, & de criminibus intrà familiam , vel aduersùs familiam commiſſis , cognoſcebant ; pœnáſque ſtatuebant , & curabant exſequendas.

Publica adminiſtratio duplex fuit , nempe Regia , ſeu Monarchica , & Democratica ; vtráque ſuos ſeniores , ſeu ſenatures habuit , qui in Monarchica procuratione aliquando vocantur ſaniores *e* , aliquando ſerui Regis *f* : in Democratica ſemper dicuntur ſeniores. Commune fuit vtrique Politiæ , cognoſcere de rebus publicis , de contractibus inter diuerſas familias initis , & de delictia extra familiam admiſſis.

e Gen.50.v. 7.
f c.50.v.8. & 40.v.2.41. v.10.37.38. 45.v.16. 50.v.7.

Quibus legibus , & à quo inſtitutis hæ Politiæ adminiſtratæ fuerint , non planè conſtat , ſi illam excipias quã Deus poſt diluuium , indulgens Noë ac poſteris eius vſum carnium , addit [*excepto quod carnem cum ſanguine non comedetis , ſanguinem enim animarum veſtrarum requiram* , &c. *g*] ſed veriſimile eſt primos Patres ex verbi Dei interpretatione , atque ex ipſis communibus nationibus , inſtante neceſſitate , ciuiles leges ſtatuiſſe (inter quas adulterij pœna poteſt annumerari) quæ poſteà à quibuſdam eorum poſteris auctæ , ſuiſque locis ac temporibus accommodatæ fuerunt. Hinc factum eſt , vt cum Abraham & Iſaac, pro ſe ſuiſque fœdus cum Indigenis Chananæis iniſſent , familiæ ſuæ , ex ſuis legibus ius dixerint , non verò ex alienis infidelium illorum inſtitutis. Eodem illo iure vſus eſt Iacob , & filij eius, vt apparet ex adulterij pœna , quam Iudas in ſua familia circa Thamar nurum ſuam, locum habere voluit.

g Gen.9.v. 4.5.

An eadem prorſus apud eos, poſtquam à Chananæa migrarunt in Ægyptum, Politia perſeuerauit , incertum eſt. Illud verò certiſſimum , eos in Ægypto aliquam habuiſſe Politiam , vt conſtant vel ex eo quòd Moyſi in Ægyptum profecturo mandat Deus , vt ſeniores *h* ipſos adeat , qui vtique inter cæteros auctoritate eminebant, eiſque ius dicebant. De horum numero ſeniorum non conſtat, ſed ſi coniecturæ detur locus, videtur ſeptuaginta fuiſſe: quaſi ſeptuagenarius ille numerus , quem Deus poſteà in Lege conſtituit , non tam ab eo, tum inſtitutus , quam continuatus fuerit: ſicut & alia plurima apud Patriarchas vſitata, ad montem Sinai potius confirmata ſunt , quàm recens inſtituta. Septuagenatij autem iſtius numeri origo petita videtur ex eo , quòd tam crebrò in ſacris litteris repetitur *i* Septuaginta animas ingreſſas fuiſſe in Ægyptum. Sanè veriſimile eſt cenſum illum,

h Exod.4. v.29.
i Ge 46.v. Exod.1.v.5. 27 & alibi.

illum , qui in ſepruaginta illis animabus velut ſeptuaginta Hebræorum gentibus , à Moyſe ſæpiùs iteratur , ab ipſo eorum parente Iacob , nouiſſimis vitæ ſuæ temporibus , actum fuiſſe. Enimverò , ſi ab iſtis vt à primordialibus ſtirpibus omnes familiæ per ſingulas Tribus poſteà propagatæ ſunt , haud incongruum fuit , vt ab vnaquaque earum familia , vnus aliquis in hunc numerum , ad Republicæ Iudaicæ adminiſtrationem cooptatus dicatur. Fauet quod Dominus iubens ſeptuaginta ea Senioribus Iſraëlis ad ſe vnà cum Moyſe accedere *a* , non exprimit quomodo is ipſos eligat , quo ſanè innuit , ibi de re agi ſatis nota.

a Exod.24. v.1.

Politiam hanc , poſteriorum Pharaonum Ægypti regum tyrannide , illius maximè noui regis , qui ignorabat Ioſeph *b* , fuiſſe imminutam indubitatum eſt, & iudiciorum ſaltem publicorum adminiſtrationem ademptam illis Senioribus , qui propterea , cùm ea Ægypto exceſſiſſent Caſtrenſibus rebus alias ſatis impediti , omni iudicio abſtinuerunt ; iúſque à Moyſe dicebatur , ac rerum ſumma præſcribebatur , quæ poſteà per Seniores , & præfectos populo ſignificabatur. Atque intermedij huius temporis Politia , inſtar Regiæ ac Monarchicæ fuit , ſed ſub Deo , cùm Moyſes nihil niſi ex ore Domini reſponderet.

b c.1.v.8.

Quum verò cauſarum , & iudiciorum multitudine Moyſes obrueretur , aſſiſtente ſibi populo & præſtolante [*à mane vſque ad veſperam c.*] Soceri ſui Ierbeo ſequutus conſilium , ſelegit ea populo quoſdam Tribunos , ſeu Chiliarchos, qui præeſſent mille familiis : Centuriones , qui centum ; Quinquagenarios , qui quinquaginta ; & Decanos , qui decem : quique de eorum cauſis leuioribus cognoſcerent , quod autem grauius erat , ad eum referrent. Et quia populus Iſraël primo diſtributus fuit in tredecim Tribus ; & Tribus in ſeptuaginta gentes , quas Hebræis animas vocant , & gentes in domus ſeu familias : crediderim , quòd Tribuni illi , Centuriones,Quinquagenarij, & Decani qui numero immenſi erant , ea familiis aſſumpti ſunt.

c 18.v.13.

SECTIO II.

De ciuili Hebræorum Republica , à Lege data Moyſi vſque ad Reges.

PRimam ac germanam Hebræorum Reipublicam formam Deus , tradita à ſe Lege per Moyſem præſcripſit. Duo autem præcipuè capita Reſpublica hæc complexa eſt , nempè Eccleſiaſticam & Ciuilem diſciplinam , duobúſque potiſſimum fulcris , fuit comprehenſa , putà cultu Dei, & charitate proximi. De Eccleſiaſtica diſciplina, Deo benè fauente , alio volumine diſſerendum eſt , cùm agetur de Eccleſia in ſtatu Naturæ , Legis , & Gratiæ. De Ciuili iam agendum venit , quæ ea ſuo gubernandi modo , Ariſtocratica fuit ; ſumma námque rerum apud Hebræos, ea ipſa Dei inſtitutione , penes Iudices & Optimates fuit : Moyſes enim à Deo in Ducem populi & Legiſlatorem aſſumptus , viris bonis & prudentibus rem totam commiſit , vt alij ſacra curarent , alij prophana ; ea his autem qui prophana adminiſtrarent , alij conſultationibus ; alij iudiciis ; nonnulli pacis , quidam belli ſtudiis vacarent. Omnes verò ea præſcripto Legis , non ex arbitrio propriæ voluntatis ſuo fungerentur munere ; ac in primis iudicia & iuſtificationes exercerent, Quibus muneribus obeundis , Tribuni , Centuriones, Quinquagenarij , & Decani potiſſimum addicti ſunt. Cùm vero nec ſic quidem maioribus , & difficilioribus immenſi ac duræ ceruicis populi cauſis dirimendis ſufficeret Moyſes, Dominum orat , vt & alios ſibi largiatur adiutores : Deus igitur præcipit vt ſeptuaginta viros eligat ea his Senioribus Iſraël , quos ipſe ſenes populi ac Magiſtros eſſe cognouiſſet , eoſque ad Tabernaculi oſtium deducat , prout narratur in libro Numerorum *d.* De præciſo eorum numero difficultas eſt apud Authores : quidam enim eos ſeptuaginta & duos conſtituunt , quaſi ea qualibet duodecim Tribuum ſeni deſcripti fuiſſent , ea quibus tamen duo nimirum Eldad & Medad remanſerint in Caſtris *e*. Alij ſeptuaginta & vnum ponunt, fortaſsè quod Iudicum numerus imparesſe debeat , huic numero lubenter ſubſcribunt Hebræi , qui ſuum Synedrion vocant de nomine ſeptuaginta & vnius. At iſta ſententiarum diuerſitas facilè conciliari poteſt: cùm enim Dominus ſeptuaginta congregare iubeat *f* , veriſimile eſt eos primùm ſeptuaginta fuiſſe , ſiue prædicti Eldad & Medad , qui fortiſan humilitatis ergo remanſerant in Caſtris , cæteris qui ſteterunt ad Tabernaculum poſteà acceſſerint , (æquè enim ſuper ipſos ac ſuper alios requieuit ſpiritus Domini) ſiue eiſdem Eldad & Medad duo alij ſint ſubſtituti : Iis verò ſeptuaginta , ad cœtum moderandum additus Moyſes ſeptuageſimum primum effecit : ſummus verò Sacerdos de iure reſponſurus , ſeptuageſimum ſecundum. Quidquid ſit de præciſo ſeniorem numero , præfati Tribuni , Centuriones , Quinquagenarij , & Decani , quiſque apud ſuos de leuioribus cauſis cognoſcebat : ſi dignus vindice nodus incideret , ſiue quid grauius ſuboriretur , ad ſeptuaginta Seniores referebatur, qui vt plurimum , præſente Moyſe , de rebus decernebant. Immo & ipſe Moyſes aliquando ſolus de rebus grauiſſimis , ex Dei reſponſis, ſtatuebat ; & is vnus fusè ſatis deſcripſit *g* Leges, ex quarum præſcripto Iudæis ius dicebatur.

d cap.11.

e v.26.

f v.16.

g In Exod. Leu.Num. & Deut.præſertim. Deut.16.v.17.18.19.20 & c.17.18.& 19.

Certiſſimum eſt , eo tempore quo Ioſuë aduerſus Chananæos bella geſſit , eamdem Politiam perſeueraſſe , quæ prius à Moyſe fuerat obſeruata. Ioſuë enim vt fidelis olim ſocius Moyſi,ac poſteà ſucceſſor , Tribunm

Ruben,

Ruben, Gad & dimidiam Manaſſe adegit ad officium præſtandum reliquis aliis Tribubus *a*, quale Moyſi promiſerant *b*. Deo altare ædificandum ad montem Hebal, ibique holocauſta & pacifica offerenda, lectáque Lege coram omnibus, benedictiones & maledictiones pronuntiandas curauit *c*. Tandémque cunctis, quæ ſcripta erant in volumine Legis Moyſi, executioni mandatis; ex eiuſdem præcepto cuique Tribui terram promiſſionis partitus eſt.

a Ioſuë 1. v.12.13. *b* Num 32. & 20. *c* Ioſuë 8. v.33.

Certum quoque eſt, filios Iſraël diuiſâ ſibi terrâ Chanaan, non ſolùm ea obſeruaſſe, quorum vſum cum præceptis à Moyſe acceperant: ſed & illa quoque quorum præcepta dumtaxat habuerat, etſi nullum eorum, ob deſerti aſperitatem, & frequentis itineris moleſtias, ac ſubitam ad motum columnæ nubis, vniuerſi populi diſceſſionem, in praxim redegiſſent.

Præcepta quæ ad eam Politiam attinent, continentur maximè in Deuteronomio *d*; ex quo, aliiſque paſſim Exodi, Leuitici, ac Numerorum locis conſtat Iſraëlitas ciuilem ſuam Politiam ita exegiſſe, vt vnaquæque ciuitas ſuos haberet Seniores, Senatum, ex Tribunis, Centurionibus, Quinquagenariis, Decurionibus, & Magiſtris ſeu Præfectis conſtiſtitutum. In qualibet autem Tribu ſuus fuit etiam ſummus Dux, qui in ſua ciuitate ex Tribunis aſſumeretur. Summus præterea fuit in toto, & ex toto populo, Senatus; conſtans 70. Senioribus ita electis, vt ratio temporis ferre potuit. Nam ante ſchiſma decem Tribuum & ſeceſſionem à domo Dauidis, veriſimile eſt eos ex 70. familiis illorum, qui olim in Ægyptum ex Chananæa deſcenderant, aſſumptos fuiſſe: quinetiam, vt nonnunquam res poſtulabat, ſingularum Tribuum patres-familias ad ſolennes conuentus coiiſſe indubitatum eſt. Vt vel ex libro Ioſuë *e*, vbi de ſolemni agitur conuentu, ſatis comprobatur, ibi enim primùm omnis Iſrael, hoc eſt omnes omnium Tribuum patres-familias, qui vel ciues, vel ciuitatis iure donati fuerant, ponuntur: deinde maiores natu, nimirum ſeptuaginta Seniores, tum Principes ac Duces, id eſt tredecim Tribuum Summi tredecim Duces. Poſtremò Iudices & Magiſtri, ſeu Præfecti, nempe cuiúſque ciuitatis Iudices ordinarij, qui ex Tribunis Centurionibus, Quinquagenariis, Decurionibus, & Præfectis cuiuſlibet vrbis conſtabant.

d c.16.v.18. 19.20 & cap. 17.18.19. *e* c.23.v.2 & 24.v.1.

Atque Ciuilis iſta Politeia, duraſſe videtur poſt mortem Ioſuë, eo potiſſimum tempore, quo grandæui illi, quæ opera Dei in deſerto viderant, fuere ſuperſtites, ex quorum numero erat Phinees; cuius quidem ætate contra Beniamitas turpiſſimos, aut ſaltem turpiſſimum ſcelus approbantes, concluſum eſt bellum, prædictâ conuentûs formâ ritè obſeruatâ. Eóque tandem bello vniuerſâ Tribu Beniamin penè exterminatâ, eodem agendi modo de ea reſtituenda iidem agunt *f*, & aduerſus habitatores Iabes Galaad expeditionem mittunt, nec non conſilium ineunt de rapiendis virginibus in Silo, choreas ducentibus. Id ad noſtrum ſpectat inſtitutum, quod ſub finem illius hiſtoriæ ſubiungitur, [*in diebus illis non erat rex in Iſrael: ſed vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur faciebat g.*] Quibus verbis innuitur ſcelus Beniamitarum inde exortum, quòd nullus eſſet Dux, aut Princeps (qualis videlicet fuerat Moyſes aut Ioſuë, & quales fuerunt poſteà ſuſcitati Iudices) qui Hebræis imperaret, eóque in ordinem cogeret, & in officio ita contineret, vt vim publicè aut priuatim illatam vindicaret; vnde factum eſt, vt vbique plurimi multa patrarent, dictu horrenda.

f cap 21. *g* v ult.

Conciderat nimirum magna ex parte ſpecioſiſſima illa Politiæ forma, quæ claruerat temporibus Moyſis & Ioſuë, ita tamen vt non prorſus eſſet extincta. Remanſerant enim in vnaquaque ciuitate ſui Iudices & Seniores, qui ita tamen populo indulgebant, vt officij ſui, debitíque multa prætermitterent, prout manifeſtè conſtat ex tota Iudicum hiſtoria, quæ Dominum ita populi idololatriis, & impietatibus offenſum fuiſſe narrat, vt cum ſæpiùs admonuerit per Prophetas, deinde etiam acerrimè punierit per Chananæos, qui dum Hebræis dominarentur, ſummo in eos imperio & tributis videntur fuiſſe contenti, reliquam vero Politiam tanquam ius municipale eiſdem relinquerent.

Porrò quum Chananæorum tyrannide opprimerentur Hebræi, dicuntur ad Dominum clamaſſe, qui illis miraculo quodam Iudices ſuſcitabat, vt velut Dictatores quidam populum in priſtinam ſuam libertatem aſſererent, & quæ gerenda eſſent ei præſcriberent. Vnde & tempore belli, auctoritate valebant maximè; poſt dimiſſos tamen milites, priuati agebant, vt plurimum: vt apparet in Iephte, qui confecto bello, nuſquam legitur ius ordinarium in populum exercuiſſe, quamuis tale aliquod ſibi ſtipulari à ſuis popularibus viſus fuiſſet *h*. Imò etiam Gedeon cum populum liberaſſet, oblatam ſibi regiam poteſtatem repudiauit, ipsámque prædam ex populi manibus recepit. Adeóque cùm diu ſatis neglecta fuiſſent Iudicia, reſtitui cœperunt à Samuële, de eo námque ſic loquitur Scriptura [*iudicabat quoque Samuel Iſraëlem, cunctis diebus vitæ ſuæ: & ibat per ſingulos annos circuiens Bethel, & Galgala, & Maſphath, & iudicabat Iſraelem in ſupradictis locis i* :] Tribus ſcilicet illis locis ſolemnes & iuridicos conuentus indicendo, ac cuique Iſraëlitarum ius dicendo.

h Iudic.11. v.9.10. *i* 1.Reg.7.v 15.16.

Cùm autem conſenuiſſet Samuël, nec poſſet amplius iudiciis exercendis, vt cœperat ſufficere, ac regiones illas peragrare, duos filios ſuos Ioëlem & Abiam, ita iudiciis præfecit, vt vnà cum illis etiam ius redderet domi ſuæ, in Ramatha, commorando: At cum illi iudicia peruerterent turpis lucri gratiâ. Seniores, putà Tri-

buni,

buni, Centurioues, aliique omnes inferiores Iudices ad Samuëlem conueniunt, poſtulántque vt illis regem talem crearet, qualem reliquæ gentes habebant *a*; & qui
a 1.Reg.8. v.5. pnpuli cauſas iudicaret: quam petitionem ægerrimè ferens Samuël, retulit eam ad Dnminum, qui Prophetam ſuum conſolatus, populum ab hoc inteuto dehortari iubet, propoſito eis Regis iute admodùm oneroſo. At vbi populus in poſtulando tege pertinaciter ſeſe obfirmaſſet, iubet Deus Samuëli, vt regem ei deſignet [*audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi, non enim te abiecerunt, ſe me, ne regnem ſuper eos b.*]
b v.7. apetiè ſignificans Iudicibus ſummam rerum ex lege babentibus & adminiſtrantibus, regnaſſe Deum immediate ſeipſo ſuper Iſtaël, Principatu verò ad regem, more gentium, tranſlato, Deum ſæpiſſimè non regnaturum cùm ſæpè non penès legem, ſed penès voluntatem vnius hominis, adminiſtratio eſſet futura. Et boc arbitrarium regis imperium expreſſit Deus, cùm addidit [*filios & filias & prædia, & ſeruos vobis auferet, & greges veſtros addecimabit, & vos eritis ei ſerui, neque clamantes*
v. 17. *audiemini à Deo.*] Saüle igitur, iuſſu Dei, in Regem vnĉto Ariſtocratiam excepit Monarebia, ſeu Imperium ſummum vnius hominis.

SECTIO III.

De ciuili Iudæorum Republica à Regibus ad captiuitatem Babylonicam.

QVamuis ſnrtitò creatus fuiſſet Saül in
a 1.Reg 10. Maſpba ante Dominum *e*, & regno inaugutatus à Samuële: Nibilnminus tamen iuueuti ſunt filij Belial, qui Saülis imperium detrectatent; atque inde factum eſt, vt ipſe velut priuatus homo aliquamdiù vixerit, & prorogata fuerit Samuëlis adminiſtratin, tum in ductando pet aliquod tempus exercitu, tùm iu reſpondendn de iure iis qui ad ipſum ventitabaut: ac propterea dicitur Samuël iudicaſſe Iſraëlem omnibus diebus vitæ ſuæ. Saül enim quamdiu ſapuit, & Deo obtemperauit, Samnëlis conſilia, & dictamen ſecutus eſt, vt conſtat ex bello coutra peccatores Amalecitas inito: Cùm verò Saul contra expteſſum Dei præceptum de exterminaudo Amalec; Agag eius regem viuum, & optima quæque ſeruaſ-
e Reg.15. ſet *e*, ac proptereà à Deo proiectus fuiſſet, ne regnaret ſuper Iſraël, vncto in eius locum Dauide Samuël ſueceſſit iu Ramatha, ſuáque Prnphetarum collegia perrexit moderari, nullique ad ſe aduentanti, & de verbo Dei ſciſcitanti vſquam defuit.

f c.31.v.4. Poſtquam autem Saül eruentas ipſe ſibi manus intuliſſet *f* Isboſetb eius filius auunculi ſui Abuer fretus præſidio imperauit Iſraëli, ſola Tribu Iuda ſubiecta
g 2.Reg.5. v.5. Dauidi *g*, per ſeprem annos & ſex menſes, quibus elapſis omnes Tribus vnxerant eum Regem ſuper vniuerſum Iſraëlem. Is eum omnia domi compoſuiſſet, dicitur iudicaſſe pnpulum vtróque tempore & belli & pacis. Vtque ſingula debito fierent ordine, plures conſtituit, ſibique ſubſtituit in adminiſtranda republica miniſtros, primarins quidem filios ſuos, præſertim grandiores, qui legati erant in exſequendis mandatis regiis, quod indicat Scriptura, cùm ait [*filij autem Dauid ſacerdotes erant i*] *i* c.8. v.18.
& primi ad manum Regis *k*. Poſt bellum *k* 1.Paral.18. v.17.
tamen ciuile filij ſui parricidæ Abſalon, videtur Dauid noluiſſe ampliùs filios legatos ſuos eſſe in exſequendis mandatis regiis, ſed eorum loco habuiſſe Irau Iairiten *l*; & præ- *l* 2.Reg. 20. v.26.
feciſſe Adoniram tributis exigendis, conſtituit quoque Ioab principem militiæ, ac totius exercitus miniſtrum, Benaiam præfectum Chereti & Pheleti regiæ videlicet cuſtodiæ, quæ ex veterania ita nuncupatis, conſtabat. Ioſaphat à commentariis *m*. *m* c.8. v.16. 17.18.
id eſt conſcribendis biſtoriis; & ſic de aliis.

Iudicia autem municipalia, penitùs in priſtinum ſuum ordinem vsúmque, nouniſi ſub poſtrema regni ſui tempora reſtituit, impeditus enim bellis, variiſque negotiis, contentus fuit iudiciis illis, quæ magna ex parte, iam à temporibus Ioſuë iu ſingulis vrbibus collapſa erant; ita tamen vt ad eum grauiores cauſæ, atque adeò prouocationes referrentur, vt ſatis innuitur illo Scripturæ loco [*& manè conſurgens Abſalon, ſtabat iuxta introitum portæ, & omnem virum qui habebat negotium, vt veniret ad regis iudicium, vocabat Abſalon ad ſe n.*] Tandem vero illam *n* 2.Reg.15. v.2.
quoque Reipublicæ partem inſtaurauit, ita vt numeratis Leuitis tam in Eccleſiaſtica Politia, quàm in Ciuili, vaga & incerta eorum munera, firma ſtatuerit; in Ciuili namque dicitur ex Leuitis deſtinaſſe Præpoſiturum & Iudicum ſex millia *o*. *o* 2. Paral.23. v.4.

Dauide adhuc ſuperſtite, Salomon bis vnctus eſt in Regem, primùm quidem in Gihon, quaſi ex improuiſo, videlicet ad inſtantiam Bethſabee, paucíſque ſeruis Dauidis præſentibus; deinde coram vniuerſo agmine 3.Reg. 1.
& conuentu omnium Principum Iſraël *p*, & *p* 1.Paral. 19. v.22.
ordo ille Iudiciorum duraſſe videtur ſub Salomone: quo defuncto, factóque ſchiſmate decem Tribuum Iſraël à Tribu Iuda & Beniamin, & à domo Dauid: duo exinde in populo Dei fuere regna: vnum Iuda nuncupatum; alterum veteri nomine, Iſraël dictum, quia plures, nempe decem Tribus continebat. Vocatum eſt etiam Ephraim *q*. Nuncupatum *q* Ierem 7. v.15
quoque eſt Samaria, quia ſedes regia cùm primùm in Sichem, ſub Ieroboam & Nadab; poſteà in Therſa, ſub Baaſa & Ela ſteriſſet, tandem ab Ambri fixa eſt in Samaria vſque ad excidium per Sulmanaxar, ſub Oſee, regnum Iſraël.

Facto autem illo ſchiſmate, ac diuortio; maximè inter Iudæos, aliáſque Tribus ſchiſmaticas, contentiones, diráque odia exarſerunt. Cúmque ingratus ac impius Ieroboam, relicto veri Dei cultu, vitulos aureos in Dan & Bethel erexiſſet, ne populus ſuus ad Templum Ieroſolymitanum quotannis ex Lege conueniens, aliquo modo iniret à ſe

defectionem:

defectionem : eo ſcelere commoti Sacerdotes , & Leuitæ , illas quas paſſim in decem Tribubus incolebant vrbes dimiſerunt , ſéque in Iudæam contulerunt , & ſacra ſibi à Deo commendata, Templo Ieroſolymitano viciniores facti diligentiùs peregerunt. Ciuilis tamen Politia decem Tribuum ſchiſmaticarum, ſeu regni Iſraël , proximè acceſſit ad Politiam regni Iuda ; habuit enim caput ipſum Regem ; habuit & Principes , & Seniores , qui eius quoque regni Synedrium ſummúmve Iudicum conſeſſum conficiebant , qui ad Regiam , (qualis erat Ieſrahel tempore Achab ,) vt plurimùm conſidebat. Habuit quoque ſuos Iudices ordinarios , & Tribunos, Centuriones , Quinquagenarios , Decanos. Inerat , & in Populo aliqua poteſtas, vt ex eo arguitur , quod teſtes aduersùs innocentem Naboth ſubornati , dicuntur teſtimonium ſuum coram populo ediſdiſſe. Mixta verò huiuſmodi Politia ex Regia , & Ariſtocratica , & Democratica poteſtate , proculdubio tyrannica fuit , vt ex geſtis ipſis Regum decem Tribuum ſatis apertè conſtat.

Porrò cùm Iudæi cum iiſdem Tribubus ſchiſmaticis ſæpiùs armis contendiſſent , Galilæam eorum regionem, (ex qua incolas Teglath Phalaſar Rex Aſſyriorum , Phacee regnante in Aſſyriam tranſportarat) ſub Achaz *a* , ſibi vendicarunt , cæteríque paulò pòſt , bello ſubacti , in eandem Aſſyriam à Salmanazar ſub Oſee vltimo Regum Iſraël tranſlati ſunt , eorum verò vacuam regionem nouæ coloniæ de Babylone , Cutha , Auah , Emath , & Sepharuaim *b* , eo traductæ repleuerunt ; & quia vrbem , regionémque Samariæ obtinebant , vocari ſunt Samaritæ. At cùm deſerta ſecum idola colerent , patriámque Deorum ſuperſtitionem tuerentur ; paſſim à leonibus vorabantur , compertóque id fieri , quia verum Deum Iſraël ignorarent , nec legem eius tenerent , miſit eis rex infidelis Sacerdotem Iſraëliticum ; à quo edocti , Deum verum deinceps coluerunt , ſuíſque ſimul idolis ſeruierunt , permixtóque itidem quodam iure , ciuilem Politiam administrarunt.

a 4. Reg. 15. v. 29. 30.

b 4 Reg. 17. v. 24.

Interiecto deinde aliquot annorum interuallo , Iudæi quoque à Nabuchodonoſor Chaldæorum rege ſubacti , exciſâ Ieroſolymâ , Templóque exuſto , in Babyloniam deportati ſunt ; vbi Sedechia vltimo regum Iuda carceribus mancipato, & in vinculis extincto, Iudæorum regnum in ducatum degenerauit : Salathiel enim filius Neri electus eſt in Ducem.

Eſdræ 4. v. 16.

SECTIO IV.

De ciuili Politia Iudæorum ab vltimo eorum Rege , exciſáque per Chaldæos Ieroſolyma , ad Herodem Aſcalonitam, dum inuaſit ſceptrum Iuda.

EVersâ Ieroſolymâ , & exciſo regno Iuda , populóque in captiuitatem abducto ; ſatis intelligitur ciuilem quoque Politiam corruiſſe , etſi nonnihil Politici regiminis in ipſa captiuitate Babylonica extitiſſe conſtet ; vel ex eo , quod Salathiel dicitur Dux Populi *c* ; & Suſanna caſtiſſima ab iniquis Sedechia , Aachab , qui , & iudices erant , adulterij inſimulata , damnatur ad mortem , ab vniuerſo Populo *d*.

c loco citat.

d Daniel. 13. v. 28. & ſeq.

Soluta vero captiuitate *a* Cyro Perſarum Proto-Monarcha , omnes Iudæi, quotquot redire voluerunt ad reædificandum Templum Ieroſolymámque , remiſſi ſunt *e* , Iſraëlitis , aliiſve decem Tribubus in Aſſyria , & Media remanentibus , iuxta illud Oſee [*non addam vltra miſereri domui Iſrael , ſed obliuione obliuiſcar eorum , & domus Iuda miſerebor , & ſaluabo eos in Domino Deo ſuo f.*] Móxque eodem Cyro copiam faciente , Templum , & Vrbem inſtaurare cœperunt. Sed nec tunc opus perficerent , à Samaritis inhibiti ſunt , quod tamen poſteà Dario Hiſtaſpis filio , rerum potiente , inuitis illis , conſummarunt. Nulla tamen legitur ab iiſdem Perſarum Imperatoribus facta Iudæis , Politiæ ciuilis reſtituendæ copia : eius dumtaxat aliqua ex parte inſtaurandæ poteſtas à Dario Artaxerxe Longimano data eſt Sacerdoti Eſdræ *g* , à quo maximè ciuilis Hebræorum Politia conſtituta eſt , vt regis loco haberet Ducem ſeu Præſidem Prouincialem , qui ſub auſpiciis Perſicæ Monarchiæ Iudæam adminiſtraret *h*. Secundo loco habuit Principes *i* , ſeu Optimates *k* , id eſt Patritios , & Principes familiarum ; & ex his conſtabat Synedrij conſeſſus. Tertiò habuit Magiſtratus *l* , ſeu Iudices ordinarios , putà Chiliarchos , Centuriones , Quinquagenarios & Decanos , quarto habuit ciuium omnium cœtum , qui vocatur , & cœtus tranſmigrationis *m* , & vniuerſa multitudo *n* , & concio magna *o*. Horum omnium ordinum diſertiſſimè meminerunt Eſdras & Nehemias variis in locis : prioris quidem Nehemias , cùm de ſeipſo loquens ait [*A die autem illa , qua præceperat rex mihi mihi vt eſſem Dux in terra Iuda , ab anno vigeſimo vſque ad*

e 1. Eſdræ.

f Oſee 1. v. 6.

g 1. Eſdræ. 7. v. 3.

h Eſdr. 5. v. 14 15.

i 1. Eſdr. 8. v. 2.

k 2. Eſdr. 4. v 4.

l ibid. & c. 5. v. 7. 17.

m 1. Eſdr. 10. v 8.

n v. 14.

buni, Centuriones, aliique omnes inferiores Iudices ad Samuëlem conueniunt, poſtulántque vt illis regem talem crearet, (a 1.Reg.8. v.5.) qualem reliquæ gentes habebant *a*; & qui populi cauſas iudicaret: quam petitionem ægerrimè ferens Samuël, retulit eam ad Dominum, qui Prophetam ſuum conſolatus, populum ab hoc intento dehortari iubet, propoſito eis Regis iure admodùm oneroſo. At vbi populus in poſtulando rege pertinaciter ſeſe obfirmaſſet, iubet Deus Samuëli, vt regem ei deſignet [*audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi, non enim te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos b.*] (b v.7.) apertè ſignificans Iudicibus ſummam rerum ex lege habentibus & adminiſtrantibus, regnaſſe Deum immediate ſeipſo ſuper Iſraël, Principatu verò ad regem, more gentium, tranſlato, Deum ſæpiſſimè non regnaturum cùm ſæpè non penès legem, ſed penès voluntatem vnius hominis, adminiſtratio eſſet futura. Et hoc arbitrarium regis imperium expreſſit Deus, cùm addidit [*filios & filias & prædia, & ſeruos vobis auferet, & greges veſtros addecimabit, & vos eritis ei ſerui, neque clamantes audiemini à Deo.*] (v.17.) Saüle igitur, iuſſu Dei, in Regem vncto Ariſtocratiam excepit Monarchia, ſeu Imperium ſummum vnius hominis.

SECTIO III.

De ciuili Iudæorum Republica à Regibus ad captiuitatem Babylonicam.

QVamuis ſortitò creatus fuiſſet Saül in Maſpha ante Dominum *e*, (e 1.Reg 10.) & regno inauguratus à Samuële: Nihilominus tamen inuenti ſunt filij Belial, qui Saülis imperium detrectarent; atque inde factum eſt, vt ipſe velut priuatus homo aliquamdiù vixerit, & protogata fuerit Samuëlis adminiſtratio, tum in ducendo per aliquod tempus exercitu, tùm in reſpondendo de iure iis qui ad ipſum ventitabant: ac propterea dicitur Samuël iudicaſſe Iſraëlem omnibus diebus vitæ ſuæ. Saül enim quamdiu ſapuit, & Deo obtemperauit, Samuëlis conſilia, & dictamen ſecutus eſt, vt conſtat ex bello contra peccatores Amalecitas inito: Cùm verò Saül contra expreſſum Dei præceptum de exterminando Amalec; Agag eius regem viuum, & optima quæque ſeruaſſet *e*, (e Reg.15.) ac propterea à Deo proiectus fuiſſet, ne regnaret ſuper Iſraël, vncto in eius locum Dauide Samuël ſucceſſit in Ramatha, ſuáque Prophetarum collegia perrexit moderari, nulliſque ad ſe aduenranti, & de verbo Dei ſciſcitanti vſquam defuit.

Poſtquam autem Saül cruentas ipſe ſibi manus intuliſſet *f* (f c.31.v.4.) Isboſeth eius filius auunculi ſui Abner fretus præſidio imperauit Iſraëli, ſola Tribu Iuda ſubiecta Dauidi *g*, (g 2.Reg.5. v.5.) per ſeptem annos & ſex menſes, quibus elapſis omnes Tribus vnxerant eum Regem ſuper vniuerſum Iſraëlem. Is cum omnia domi compoſuiſſet, dicitur iudicaſſe populum vtróque tempore & belli & pacis. Vtque ſingula debito fierent ordine, plures conſtituit, ſibíque ſubſtituit in adminiſtranda republica miniſtros, primarios quidem filios ſuos, præſertim grandiores, qui legati erant in exſequendis mandatis regiis, quod indicat Scriptura, cùm ait [*filij autem David ſacerdotes erant i*] (i c.8.v.18.) & primi ad manum Regis *k*. (k 1.Paral.18. v.17.) Poſt bellum tamen ciuile filij ſui parricidæ Abſalon, videtur David noluiſſe ampliùs filios legatos ſuos eſſe in exſequendis mandatis regiis, ſed eorum loco habuiſſe Iran Iairiten *l*; (l 2.Reg. 20. v.26.) & præfeciſſe Adonitam tributis exigendis, conſtituit quoque Ioab principem militiæ, ac totius exercitus miniſtrum, Benaiam præfectum Chereti & Pheleti regiæ videlicet cuſtodiæ, quæ ex veteranis ita nuncupatis, conſtabat. Ioſaphat à commentariis *m*. (m c.8.v.16. 17.18.) id eſt conſcribendis hiſtoriis; & ſic de aliis.

Iudicia autem municipalia, penitùs in priſtinum ſuum ordinem vſúmque, nonniſi ſub poſtrema regni ſui tempora reſtituit, impeditus enim bellis, variiſque negotiis, contentus fuit iudiciis illis, quæ magna ex parte, iam à temporibus Ioſuë in ſingulis vrbibus collapſa erant; ita tamen vt ad eum grauiores cauſæ, atque adeò prouocationes referrentur, vt ſatis innuitur illo Scripturæ loco [*& manè conſurgens Abſalon, ſtabat iuxta introitum portæ, & omnem virum qui habebat negotium, vt veniret ad regis iudicium, vocabat Abſalon ad ſe n.*] (n 2.Reg.15. v.2.) Tandem vero illam quoque Reipublicæ partem inſtaurauit, ita vt numeratis Leuitis tam in Eccleſiaſtica Politia, quàm in Ciuili, vaga & incerta eorum munera, firma ſtatuerit; in Ciuili namque dicitur ex Leuitis deſtinaſſe Præpoſitorum & Iudicum ſex millia *o*. (o 1. Paral.23. v.4.)

Dauide adhuc ſuperſtite, Salomon bis vnctus eſt in Regem, primùm quidem in Gihon, quaſi ex improuiſo, videlicet ad inſtantiam Bethſabee, pauciſque ſeruis Dauidis præſentibus; (3.Reg. 1.) deinde coram vniuerſo agmine & conuentu omnium Principum Iſraël *p*, (p 1.Paral. 29. v.22.) & ordo ille Iudiciorum duraſſe videtur ſub Salomone: quo defuncto, factóque ſchiſmate decem Tribuum Iſraël à Tribu Iuda & Beniamin, & à domo Dauid: duo exinde in populo Dei fuere regna: vnum Iuda nuncupatum; alterum veteri nomine, Iſraël dictum, quia plures, nempe decem Tribus continebat. Vocatum eſt etiam Ephraim *q*. (q Ierem 7. v.15.) Nuncupatum quoque eſt Samaria, quia ſedes regia cùm primùm in Sichem, ſub Ieroboam & Nadab; poſteà in Therſa, ſub Baaſa & Ela ſtetiſſet, tandem ab Ambri fixa eſt in Samaria vſque ad exciſum per Salmanazar, ſub Oſee, regnum Iſraël.

Facto autem illo ſchiſmate, ac diuortio; maximè inter Iudæos, aliáſque Tribus ſchiſmaticas, contentiones, diráque odia exarſerunt. Cúmque ingratus ac impius Ieroboam, relicto veri Dei cultu, vitulos aureos in Dan & Bethel erexiſſet, ne populus ſuus ad Templum Ieroſolymitanum quotannis ex Lege conueniens, aliquo modo iniret à ſe

defectionem:

deſectionem : eo ſcelere commoti Sacerdotes, & Leuitæ, illas quas paſſim in decem Tribubus incolebant vrbes dimiſerunt, ſéque in Iudæam contulerunt, & ſacra ſibi à Deo commendata, Templo Ierosolymitano viciniores facti diligentiùs peregerunt. Ciuilis tamen Politia decem Tribuum ſchiſmaticarum, ſeu regni Iſraël, proximè acceſſit ad Politiam regni Iuda; habuit enim caput ipſum Regem; habuit & Principes, & Seniores, qui eius quoque regni Synedrium ſummúmve Iudicum conſeſſum conficiebant, qui ad Regiam, (qualis erat Ieſrahel tempore Achab,) vt plurimùm conſidebat. Habuit quoque ſuos Iudices ordinarios, & Tribunos, Centuriones, Quinquagenarios, Decanos. Inerat, & in Populo aliqua poteſtas, vt ex eo arguitur, quod teſtes aduersùs innnocentem Naboth ſubornati, dicuntur teſtimonium ſuum coram populo edidiſſe. Mixta verò huiuſmodì Politia ex Regia, & Ariſtocratica, & Democratica poteſtate, proculdubio tyrannica fuit, vt ex geſtis ipſis Regum decem Tribuum ſatis apertè conſtat.

Porrò cùm Iudæi cum iiſdem Tribubus ſchiſmaticis ſæpiùs armis contendiſſent, Galilæam eorum regionem, (ex qua incolas Teglath Phalaſar Rex Aſſyriorum, Phacee regnante in Aſſyriam tranſportarat) ſub Achaz *a*, ſibi vendicarunt, cæteríque paulò pòſt, bello ſubacti, in eandem Aſſyriam à Salmanazar ſub Oſee vltimo Regum Iſraël tranſlati ſunt, eorum verò vacuam regionem nouæ coloniæ de Babylone, Cutha, Auah, Emath, & Sepharuaim *b*, eo traductæ repleuerunt; & quia vrbem, regionémque Samariæ obtinebant, vocati ſunt Samaritæ. At cùm delata ſecum idola colerent, patriámque Deorum ſuperſtitionem tuerentur; paſſim à leonibus vorabantur, comperióque id fieri, quia verum Deum Iſraël ignorarent, nec legem eius tenerent, miſit eis rex infidelis Sacerdotem Iſraëliticum; à quo edocti, Deum verum deinceps coluerunt, ſuíſque ſimul idolis ſeruierunt, permixtóque itidem quodam iure, ciuilem Politiam adminiſtrarunt.

a 4. Reg. 15 v. 29. 30.
b 4 Reg. 17. v. 24.

Intericcto deinde aliquot annorum interuallo, Iudæi quoque à Nabuchodonoſor Chaldæorum rege ſubacti, exciſâ Ieroſolymâ, Templóque exuſto, in Babyloniam deportati ſunt; vbi Sedechia vltimo regum Iuda carceribus mancipato, & in vinculis extincto, Iudæorum regnum in ducatum degenerauit: Salathiel enim filius Neri electus eſt in Ducem.

Eſdræ 4. v. 16.

SECTIO IV.

De ciuili Politia Iudæorum ab vltimo eorum Rege, exciſáque per Chaldæos Ieroſolyma, ad Herodem Aſcalonitam, dum inuaſit ſceptrum Iuda.

EVerſâ Ieroſolymâ, & exciſo regno Iuda, populóque in captiuitatem abducto; ſatis intelligitur ciuilem quoque Politiam corruiſſe, etſi nonnihil Politici regiminis in ipſa captiuitate Babylonica extitiſſe conſtet; vel ex eo, quod Salathiel dicitur Dux Populi *c*; & Suſanna caſtiſſima ab iniquis Sedechia, Aachab, qui, & iudices erant, adulterij inſimulata, damnatur ad mortem, ab vniuerſo Populo *d*.

c loco citat.
d Daniel. 13. v. 28. & ſeq.

Soluta vero captiuitate à Cyro Perſarum Proto-Monarcha, omnes Iudæi, quotquot redire voluerunt ad reædificandum Templum Ieroſolymámque, remiſſi ſunt *e*, Iſraëlitis, aliiſve decem Tribubus in Aſſyria, & Media remanentibus, iuxta illud Oſee [*non addam vltra miſereri domui Iſrael, ſed obliuione obliuiſcar eorum, & domui Iuda miſerebor, & ſaluabo eos in Domino Deo ſuo f.*] Móxque eodem Cyro copiam faciente, Templum, & Vrbem inſtaurare cœperunt. Sed nec tunc opus perficerent, à Samaritis inhibiti ſunt, quod tamen poſteà Dario Hiſtaſpis filio, rerum potiente, iouitis illis, conſummarunt. Nulla tamen legitur ab iiſdem Perſarum Imperatoribus facta Iudæis, Politiæ ciuilis reſtituendæ copia: eius dumtaxat aliqua ex parte inſtaurandæ poteſtas à Dario Artaxerxe Longimano data eſt Sacerdoti Eſdræ *g*, à quo maximè ciuilis Hebræorum Politia conſtituta eſt, vt regis loco haberet Ducem ſeu Præſidem Prouincialem, qui ſub auſpiciis Perſicæ Monarchiæ Iudæam adminiſtraret *h*. Secundo loco habuit Principes *i*, ſeu Optimates *k*, id eſt Patritios, & Principes familiarum; & ex his conſtabat Synedrij conſeſſus. Tertiò habuit Magiſtratus *l*, ſeu Iudices ordinariòs, putà Chiliarchos, Centuriones, Quinquagenarios & Decanos, quarto habuit ciuium omnium cœtum, qui vocatur, & cœtus tranſmigrationis *m*, & vniuerſa multitudo *n*, & concio magna *o*. Horum omnium ordinum diſertiſſimè meminerunt Eſdras & Nehemias variis in locis: prioris quidem Nehemias, cùm de ſeipſo loquens ait [*A die autem illa, qua preceperat rex mihi vt eſſem Dux in terra Iuda, ab anno vigeſimo vſque ad*

e 1. Eſdræ.
f Oſee 1. v. 6.
g 1. Eſdræ. 7. v. 3.
h Eſdr. 5. v. 14 15.
i 1. Eſdr. 9. v 2.
k 2. Eſdr. 4. v 4.
l Ibid. & c. 5. v. 7. 17.
m 1. Eſdr. 10. v 8.
n v. 14.

annum trigeſimum ſecundum Artaxerxis Regis, per annos duodecim, ego & fratres mei annonas quæ Ducibus debebantur, non comedimus. Duces autem primi qui fuerant ante me grauauerunt populum, &c. a] Trium verò poſteriorum mentionem facit Eſdras, vbi de diſſoluendis legitimis conoubiis agens, dicit [*& omnis qui non venerit in tribus diebus, iuxta conſilium Principum & Seniorum, auferetur vniuerſa ſubſtantia eius, & ipſe abijcietur de cætu transmigrationis. b*] Quatuor verò omnia ſimul attingit Nehemias his verbis [*cogitauitque cor meum, & increpaui Optimates & Magiſtratus; & dixi eis: vſuraſne ſinguli à fratribus veſtris exigitis? & congregaui aduersùs eos concionem magnam, &c. c*] Tradit enim ibi ſe Ducem ac præſidem diſceptaſſe de Hebræorum quorumdam aduersùs fratres ſuos inhumanitate, apud Patritios viros, & apud ordinarios, ſeu ſubalternos Magiſtratus: deinde vbi cum illis, & de re quæ agebatur, tranſigere non potuiſſet, illis oppoſuiſſe concionem & aggregationem magnam populi, in qua rem totam componeret. Eo itaque modo reſtituta fuit priſtina Hebræorum Politia, vt aliquid haberet & Regni, & Ariſtocratiæ, & Democratiæ; nunquam tamen deinceps ea poteſtate, aut libertate polleret, quæ olim ſub Regibus viguit; nam triplex illud tributum, de quo meminit Eſdras *d* (exceptis templi Magiſtris) Perſis quotannis penſitarunt, quo ſupremum illorum in ſe teſtarentur imperium, illam tamen tributorum immunitatem penſionéſque quas Longimanus ad Templi vſum elargitus erat, ſuſtulit Artaxerxes Ochos *e*, quæ tyrannis ſeptennio duraſſe dicitur.

a 2.Eſd.5.v.14.15.
b 1.Eſd.10.v.8.
c 2.Eſd.5.v.7.
d 1.c.7.v.24
e Ioſeph.11.antiq.3.

Duces maxima autoritate valuiſſe conſtat ex iis quæ geſſit Nehemias, præſertim cùm Manaſſen fratrem Iaddi ſummi Pontificis, ex illo mulctari fecit, quòd duxiſſet in vxorem filiam Sanaballat Samaritani Satrapæ; & cùm reliquos Iudæorum qui vxores alienigenas duxiſſent obiurgaſſet, eoſdem verberibus cædi, & in ſummam ignominiam depilari præcepit. Sub auſpiciis Ducis fuiſſe Ieroſolymis ſecundarium quemdam Præfectum, ſeu Ducis legatum ex Tribu Beniamin, colligi poteſt ex illis Nehemiæ verbis: [*Iudas filius Senua ſuper ciuitatem ſecundus. f*] Ibi namque dùm enumerantur Beniamitæ, vnà etiam ſecundarius iſte nominatur, cui vrbis cuſtodia commiſſa eſſet: atque hic videtur is eſſe qui à Ioſepho *g* vocatur Supprǽfectus Ieroſolymorum. De Tribu Beniamin fuiſſe legatum illum comprobatur etiam ex eo quòd ciues Ieroſolymitani maxima ex parte Beniamitæ recenſeantur à Nehemia, vrbſque illa erat in tribu Beniamin *h*.

f 2.Eſd.11.v.9.
g 14.Antiq.11.
h Adrichom. in Theatro Terræ ſancte.

Iudicibus etiam illis ſuos adfuiſſe præfectos, indubitatum eſt, quot verò aſſignati fuerint, non ita conſtat; pauciſſimi profectò cùm Leuitæ reduces adeò pauci fuerint, vt vix ſuis ordinariis muneribus in Templo capeſſendis exequendíſque ſuffecerint. Huic ſanè tempori, ſi vlli alteri accommodari poſſet, quod de eorum præfectorum numero dicit Ioſephus *i*, duos nimirum ex Leuitis ſeptem Iudicibus aſſediſſe. Atque, ſi vnquam locum habuit Politia illa Magiſtratuum & Iudicum quam recenſent Talmudiſtæ *k*, ad hæc procoldubiò Hebræorum tempora referri valet; tradunt videlicet ſupremum Hebræorum Senatum, ſeu Synedrion gladij ſeu necis poteſtatem, quam habebat in cauſis maioribus (quales erant de Tribu, de ſummo Sacerdote, de Pſeudo-Propheta, de Rege) viginti Tribus viris, qui capitalia iudicia tractabant, communicaſſe; & ſeptem quoque viros Iudices pecuniarum, & bonorum in ſingulis vrbibus conſtitutos; ac prætereà decem quaſi ædiles creatos eſſe; qui annonæ, & rerum venalium curam haberent, & quorum vnus è Sacerdotali genere eſſet. Tres etiam receptos arbitros, ex quibus vnum ſibi eligebat vterque litigantium, & electi duo tertium optabant.

i 4.Antiq.6.
k in Talmud ad tractatum de Synedriis.

Vbi autem ad Darium Codomanum vltimum Perſarum Monarcham peruenit res, Manaſſes frater Iaddi Pontificis Iudæorum, vt dictum eſt, cùm alienigenam duxiſſet vxorem, filiam nempè Sanaballat Satrapæ Samariæ, & Præfecti Darij Regis; nec eam repudiare vellet, ab altari pulſus, adiit ſocerum, qui defectione ad Alexandrum Magnum eidem Dario iam præualentem inita; eius permiſſu Templum Ieroſolymitano ſimile in celſiſſimo Samariæ monte, nomine Garizim extruxit, eíque Manaſſem generum ſuum præfecit Pſeudo-Pontificem, quo facto Samaritæ, ſublatis animis, æquales iam ſe Iudæis præſumentes; progeniem ſe eſſe Ioſeph patris Ephraïm, veróſque Ephraïmitas, ac veri Dei cultores prædicarunt: eóſque qui quorumvis criminum apud Iudæos conuicti, ad ſe confugerent; benignè excipere conſueuerant. At vbi poſt aliquot annos, res Iudæorum ab Antiocho Epiphane Syriæ tyranno afflictas obſeruarunt, legem & ſacra eorum euerſa; his perterriti Samaritæ ſe non Deum, ſed Deos colere aſſeruerunt; nec ſe Iſraëlitas, ſed Sidonios eſſe dixerunt: Templúmque ſuum Schiſmaticum Ioui Cretenſi ſe dedicaturos profeſſi ſunt: ſicque præſentem armati Regis iracundiam eluſerunt.

Vt autem ad Iudæos redeamus; eos quoque Alexander Magnus honoribus extulit, vbi enim Aſiam & Ciliciam domuiſſet, Tyrumque expugnaſſet, eique minarum & cædis ſpiranti occurriſſet Iaddus Pontificalibus indutus veſtibus, Alexander equo exſiliens, Sacerdotem magnum pronus adorauit, & Ieroſolymitanum Templum ingreſſus Iudæorum Religionem magni fecit, & αὐτονομίαν conceſſit vniuerſis, ipſis quoque qui ſub

eſſus

eius auſpiciis militatum proficiſcerentur, imò, & ſeptimo quoque anno immunitatem à tributis; itavt in altiſſima pace vixerint, quoad Ptolemæus Soter Lagi filius cui defuncto Alexandro, ceſſit Ægyptus, dolo Ieroſolymam ingreſſus *a*, durius egit, cùm ipſis, plurimóſque in Ægyptum deportauit, quibus tamen ſuam αὐτονομίαν conceſſiſſe ſuadetur, ex eo quòd Ioſephus *b*, agens de Iudæis Ægyptum incolentibus, meminit eorum qui illis præerant, & Politiam adminiſtrabant. Idem quoque Ioſephus *c* confirmat ex Strabone, Alexandriæ, aliiſque in vrbibus Ægyptiacæ ditionis, qualis eſt Cyrenaïca, & Heliopolitana: Iudæos iam inde à priſcis temporibus ſuum habuiſſe Ethnarcham, id eſt Principem aliquem ſuæ gentis, qui eius iudicia moderaretur, & contractuum & edictorum obſeruationem ita curaret, ac ſi eſſet Magiſtratus illius Politiæ, quæ à nullo penderet alio. Ex his enim vtrumque conſtat Iudæos à quinque prioribus Ptolemæis putà Sotere, Philadelpho, Euergete, Philopatore, & Epiphane ſuam illam αὐτονομίαν obtinuiſſe, quamuis iiſdem Ægypti Regibus ſemper tributarij fuerint.

a Ioſeph. 11. antiq. Iudaic. 1.

b Lib. 12. antiq. 2.

c Lib 14. cap. 13.

Cùm verò Iudæi Syriæ, ſeu Aſiæ Regibus in poteſtatem ceſſiſſent, eandem αὐτονομίαν Antiochus Magnus tanta illis conceſſit liberalitate vt non ſolùm eos, qui Ieroſolymam incolebant, ſed & alios omnes per ſuam ditionem diſperſos, eorúmque filios, anteà ſeruos, liberos eſſe iuſſerit: & Iudæos Antiochiam incolentes, pari cum Antiochenis ipſi indigenis iure donauerit; idipſum gratiarum eis contulit Seleucus Philipatur eius filius natu maior *d*, etſi ab ea magnificentia ipſum aliquando reuocaſſet Apollonius eius Satrapa, iniquis artibus Simonis Beniamitæ, ſacræ pecuniæ, Patriæque delatoris, qui Templi Præpoſitus fuerat conſtitutus: mox enim, vt Heliodorus (quem Rex miſerat, vt Templum expilaret) à Deo flagellatus, omnibus ea quæ ſub oculis ſuis viderat opera Magni Dei *e*, teſtatus fuiſſet, ſubſtitit Seleucus, & à cœptis deſtitit.

d Machab 3. Ioſeph. 12. Antiq. Iud. 3.

e 2. Machab. 3.

Mortuo Seleuco, prolabi cœpit ea αὐτονομία, ſub Antiocho Epiphane, Seleuci fratre natu minore: nam cum ſacrilegus Iaſon, ſancti Oniæ ſummi Sacerdotis frater, magna pecuniæ vi ab eodem Epiphane Pontificatum emiſſet, pro Legibus diuinis, Græcorum inſtituta paulatim ſubſtituit, quod & impudentiùs fecere poſteà Menelaüs & Lyſimachus de Tribu Beniamin, æquè nequitiâ ac ſanguine cognati; & demùm idem Epiphanes, radix peccatrix *f*, octauo ſui regni anno, αὐτονομίαν illam, omnémque Iudæorum Politiam, prorſus abrogauit. Sed per illos de genere Sacerdotali, quos vulgo Hebræi Aſſamonæos, noſtri Machabæos vocant, paulatim reſtituta eſt.

f 1. Machab 1. v. 11.

Ioſeph. c. 2. antiq.

Anno námque ſubſequenti, Mathatias Aſſamonæus, de ſemine Eleazar, & vice Ioiarib, inſurrexit in tyrannum; &, S. Onia Pontifice, proditoriè iam occiſo *g*, extinctóque Ianne vltimo Ducum Iuda, à potiore Iudæorum parte princeps inſtitutus, religionis ac Reipublicæ tuendæ zelo, ducatum ſimul cum Pontificatu ſuſcepit, tenuítque legitimè, ac filij eius poſt ipſum, vt potè ex Tribu Iuda per Elizabeth oriundus *h*; & abrogatam Dei legem cœpit inſtaurare. Cúmque poſt aliquot menſes obiiſſet, Iudas Machabæus eius filius, ac ſucceſſor, ex patris deſignatione, vbi aduerſus Apollonium Antiochi Epiphanis Satrapam quem occidit, ſuæ fortitudinis periculum feciſſet, audiſſetque Regem bellum propediem redintegraturum, Iudæos ſolemni rito ieiunaturos, & Deum deprecaturos ad Maſpha conuocat; ibique priſcæ Politiæ veſtigia ſequutus, conſtituit Tribunos, Centuriones, Pentaconiarchos, & Decuriones, qui, tempore belli præſertim, populum regerent *i*. Ac tandem deuictis Gorgia & Lyſia, Ieroſolymam aſcendens, Templum emundauit, ipſumque & omnia in eo, Dei cultui dicata, iterum conſecrauit; & vbi fœdus iniiſſet cum Romanis, multaque prælia cum Syriæ Regibus, eorúmque Ducibus feliciſſimè geſſiſſet, tandem à Bacchide & Alcimo Demetrij Regis Ducibus cum viginti millibus virorum, & duobus millibus equitum, ipſe cum octingentis tantum viris à mane vſque ad veſperam commiſſo certamine ſeu gladio, ſeu viribus exhauſtis gloriosè cecidit *k*.

g 2. Machab 4. v. 34.

h Exod. 6. v. 23.

i 1. Mach. 3.

cap 4.

k 1. Mach. 9. v. 18.

Iuda mortuo, frater eius Ionathas ab amicis, & meliore Iudæorum parte inducitur ad ſuſcipiendum populi principatum, cui & poſteà Alexander Veles (qui ſe Antiochi Epiphanis filium iactabat, ac proinde legitimum Syriæ Regem) contulit porpuram *l*, ſupremi principatus inſigne ac ſymbolum: ſed & Demetrius ſecundus cùm Syriâ ſolus potiretur, Iudæos à vectigalibus, & tributis omnibus, quæ ſuis anteceſſoribus pendebantur immunes fecit, quod ita perpetuum eſſe voluit, vt expreſſum eius rei monumentum in celebri loco templi reponendum curauerit: hoc tantum excepit, vt præſidium, quod Syri in Arce Hieruſalem habebant, inde eiicere non liceret *m*.

l c. 10. v. 20 & 62. Ioſeph. 3. antiq. 5.

m 1 Machab 11.

Hanc αὐτονομίαν, & αὐτεξουσίαν Iudæis reſtitutam, vt ſartam tectam retinere poſſet Ionathas, miſſis legatis ad Romanos, & Spartiatas ſeu Lacedæmones, renouat cum vtriſque amicitiam. Reſtitutam fuiſſe ſub Ionatha veterem illam mixtam Iudæorum Politiam, liquet ex ipſa literarum, quas per eoſdem legatos Spartam ad redintegrandum fœdus miſit; inſcriptione, quæ talis eſt [*Ionathas Summus Sacerdos, & Seniores gentis, Sacerdotes, & reliquus populus Iudæorum Spartiatis fratribus ſalutem n*,] ibi enim primùm Ionathas inducitur tanquam Princeps; deinde Senatus, (quæ vox Iudices ſuperiores & inferiores continet.) Poſtremò populus ipſe: atque illis temporibus Politia Machabæorum aliquid ampliùs Democratiæ

n c. 12. v. 6.

aut Ariſtocratiæ habuit quam Monarchiæ.

Eam vero Politiæ formam perſeueraſſe, ex eo ſatis arguitur, quòd Simon accepto nuntio, de fratre ſuo Ionatha, apud perfidum Tryphonem, detento; non priùs exercitus ductandi, & reipublicæ adminiſtrandæ ſubiit Prouinciam, quàm conuocatus populus, eum Ducem in locum fratris ſubſtituiſſet *a*. Idipſum comprobatur ex eo, quòd Demetrius ſecundus reſcribit eidem Simoni in hæc verba [*Rex Demetrius Simoni ſummo Sacerdoti, & Senioribus, & genti Iudæorum ſalutem b.*] Atque etiam ex hoc Epiſtolarum, quas Spartiatæ miſerunt exemplo: [*Spartiatarum Principes & ciuitates, Simoni Sacerdoti magno, & Senioribus & Sacerdotibus, & reliquo populo Iudæorum, fratribus ſalutem c.*] Huius tamen Simonis maieſtas amplior prædicatur, quàm ſuperiorum eius fratrum Iudæ & Ionathæ; tum quia ex communi conſenſu Iudæorum, & Sacerdotum, deſignatus dicitur; tùm quia hoc illius Principatui tribuitur, quòd ſublatum fuit ab Iſraële iugum Gentium, ac recepta tandem Arx illa, in qua erat Syrorum præſidium, quam à pollutionibus repurgauit; ſuiſque glorioſiſſimè reſtituit; túmque in illa Politia, aliquid ampliùs Monarchiæ, quàm Ariſtocratiæ, aut Democratiæ refulſit; vt paulatim eius Poſteri commonſtrarunt. Ioannes enim, qui & Hircanus, Simoni patri occiſo, ſuccedens, ipſo quidem ſui principatus initio αὐτεξουσίαν non tamen αὐτονομίαν ſuæ gentis amiſit, ſed paucis poſt diebus ita excuſſit Antiochi Sedetis tyrannidem, vt quamlatiſſimè fines ſuos amplificauerit *d*. Samariam obſidione captam, ſolo adæquauit; Templúmque illud Schiſmaticum, quòd ducentis circiter annis ſteterat in monte Garizim, dextruxit, Idumæos debellatos circumciſionem ac Iudaiſmum recipere compulit; & exinde omnes Idumæi fuere Proſelyti.

a cap. 13. v. 8.

b v. 3. 8

c c. 14. v. 19. & 20.

d Ioſeph. 13. Antiq. 16. 17.

Hircano defuncto, filius eius Ariſtobulus I. Patrum gloriâ minimè contentus, vt Dux ac Pontifex diceretur, prior poſt captiuitatem Babylonicam, regium cum Diademate nomen aſſumpſit, veteríque Iudæorum Politiæ nonnihil admiſcuit tyrannidis, ſicque denuo, ac quarto loco, Reſpublica Iudæorum gubernata fuit per Reges, qui ſimul etiam erant ſummi Pontifices. Regi Ariſtobulo primo ſucceſſit Alexander eius frater, Rex etiam dictus, Iudaïcæ dominationis fines ad ſummum eucait; neque tamen prædictæ tyrannidis macula, immunis fuit.

Alexandro è viuis ſublato, ſucceſſit vxor Alexandra: ita tamen vt Hircanum natu maiorem ex filiis ſuis, deſignaret Pontificem, & Phariſæos adminiſtrationis regiæ, haberet conſortes. Eâ vero grauius morbo laborante, Ariſtobulus ſecundus natu minor, intra quindecim dies, viginti duo caſtella cœpit; ac matre mortua, fratrem Hircanum (adhibito adhibito etiam ſolemni Sacramento) adegit, vt depoſito Pontificatu, priuatam vitam ageret *e*, ipſe vero ſummus Sacerdos & Rex eſſet. Atque hi duo fratres ad Herodis vſque tempora de regno diſceptarunt, ſuiſque diſſidiis occaſionem dederunt Romanis Iudæam inuadendi. Cùm enim Ariſtobulus, Hircanum fratrem Seniorem eieciſſet, regnúmque ac Pontificatum per tres annos & ſex menſes, vi tenuiſſet; eiectus Hircanus adiit Damaſcum, & de violentia ſibi illata conqueſtus eſt apud Magnum Pompeium, qui cum exercitu in Iudæam properauit, eámque ex eo tempore Romanis ita ſubiecit, vt eis tributa penderet, quæ olim Ægyptiis & Syriis penſitarat; ſuis tamen Legibus vteretur: Hircano Pontificatum regnúmque reſtituit; Ariſtobulo, duobúſque eius filiis Antigono, ſcilicet & Alexandro Romam abductis.

e Ioſeph lib. 14. antiq. c. 1.

Dum autem Hircanus à Pompeio reſtitutus regnat; Alexander Ariſtobuli ſecundi filius natu minor, Româ profugus, ope Parthorum Iudæam inuaſit. Sed, triennio exacto, coactus eſt ſe dedere Gabinio Romano, qui Iudæam in quinque Toparchias, ſeu Curias partitus eſt, & ſua cuique Metropolis, nempe Ieruſalem Dora, Amathuntis, Iericho, & Sephorim, ſuumque Synedrion aſſignatum eſt. Cúmque hæc Iudæorum Ariſtocratia per aliquod tempus duraſſet; Hircanus iam anteà à Gabinio exauctoratus, & Templo præfectus, ad aliquem gradum priſtinæ rediit dignitatis *f*, ita vt & rurſus ſummus Sacerdos eſſet, & Ethnarcha gentis Iudæorum: eodem prorſus iure, iiſdémque priuilegiis, quibus eius maiores, vt pote cui permiſſum fuerit decimas & vectigalia, aliáque tributa à Ioppenſibus exigere, quaſi tunc Iudæa, non tam Romanorum prouincia, quàm ſocia eſſet.

f Ioſeph. 15. & 16. antiq.

Cæterùm quia Hircanus iudicio paulò ſegniore videbatur, Iulius Cæſar Antipatrum Idumæum ac Proſelytum, Iudææ procuratorem deſignauit; eadémque de cauſa Antipater Phaſelum filium ſuum natu maiorem, Hircano propiùs adiunxit, ſub titulo præfecti Ieroſolymorum, ac locorum circumiacentium; & eodem titulo, Herodi Aſcalonitæ ex filiis ſuis alteri Galilæam commiſit. Atque ita Hircanus tanquam ſummus Princeps gentis Iudæorum, procuratorem ſub ſe habuit Antipatrum, & Præfectos eius filios, contentúſque Iudæos domi regere, cætera omnia Antipatro, eiúſque filiis permiſit: quo factum eſt, vt Magiſtratus & Optimates Iudæorum, ea de re, apud Hircanum conqueſti ſint, quaſi Antipater eiúſque filij tyrannidem in Iudæos affectarent; arreptâ præſertim inde occaſione, quòd Herodes contra patrias Hebræorum Leges, iuſque Synedrij, quamplurima in Iudæa perpetraſſet, quorum etiam nomine apud ſummum Ieroſolymæ Synedrion, cuius amplitudo, iúſque cum Principatu Hircani planè reſtitutum fuerat, eſt euocatus.

Eò tamen res rediit, vt non ampliùs, Iudæorum res, Hircanus tractauerit: nec Optimates quicquam, aut certè quam minimùm adminiſtrationis habuerit, etiam ex ipſius

Hircani conſenſu, qui ſuo teſtimonio, apud Antonium confirmauit Phaſelum & Herodem, Antipatri filios, meliùs præeſſe quàm Iudæos ipſos. Vnde & vterque illorum deſignatus eſt Tetrarcha, ſicque Ariſtocratia in republica Iudæorum admodum imminuta eſt, etſi duo Antipatri filij, ex propriis Iudæorum Legibus ac Iudiciis, eam adminiſtrarent.

Poſteà Antigono, Ariſtobuli ſecundi, Hircani fratris, filio, noua moliente, adeò vt patruum ad Parthos relegarit: Iudæorum reſpublica tota Herodi Aſcalonitæ in regnum ceſſit; cuius tyrannide creſcente, Iudæorum Politia ſic imminuta eſt, vt ægrè ſe ſuſtentaret. Is enim, omnes ſummi Synedrij Iudices; excepto vno, aut altero, interficiendos curauit: & reliquis qui aliquâ pollebant auctoritate, aut alicuius dignitatis gradum obtinebant, occiſis, aut depoſitis, ſubſtituit quos voluit. Nec ideò abolita prorſus ab eo fuit veteris Iudæorum Politiæ forma. Eius tamen apertam tyrannidem palam atteſtatur, quod antiquum amicum Hircanum ex Synedrij auctoritate morte mulctarit, aliiſque modis grauiſſimis vexarit Iudæos, qui durâ illâ longâque triginta annorum feſſi tyrannide, vltrò regnum ei offerunt & ſacramentum fidei præſtant, adeóque deinceps Herodes regat legitimè, ablato tunc ſceptro de Iuda, quòd primùm datum fuerat Dauidi.

Herode extincto, cum filij eius de regno contenderent, Auguſtus neutri illud conceſſit, ſed eo in Tetrarchias, idest quatuor ditiones, diſpertito, Archelao Iudæam, Herodi Antipæ Galilæam; Philippo Ituræam (quæ es Gaulonitis) & Trachonitidem, Lyſaniæ Abilinam adminiſtrandam dedit *a*; Matthæus *b* Archelaum, & Lucas *c* Herodem Antipam regem nominant ex ingenio vulgi eos reges adulatoriè vocitantis; illam verò Iudaïci regni diuiſionem conſecuta eſt Synedriorum noua diſtinctio, vno quoque Tetrarcha procul dubio ſuam ſeorſim iuriſdictionem tuente.

a Luc.3.v.1. *b* cap.2.v.2. *c*

Archelao autem Iudææ Tetrarcha conſtituto, cùm impotenter dominaretur, à Iudæis inſolentiæ accuſatus apud Auguſtum, Viennam Galliæ relegatur, ac deinceps Iudæa gubernata fuit à Romanis præſidibus & procuratoribus; de quibus vna alibi *d* erit obſeruatio; & à quibus, vt patet ex Ioſepho *e*, ſuam ſemper Iudæi obtinuerunt αὐτονομίαν, in qua, vt pendebat à Dei per Moyſem, inſtitutione primum tenebat locum Eccleſiaſtica Politia, ſecundum Ciuilis, in qua erant perſonæ quæ Magiſtratum obibant, potiores quidem Septuaginta ſenes, ex quibus Synedrium conſtabat: erant deinde Iudices ordinarij, Tribuni videlicet, Centuriones, Quinquagenarij, & Decuriones; erant quoque Leges Moyſes, ex quarum præſcripto de rebus propoſitis iudicabatur. Et de his non ſemel fit mentio in nouo Teſtamento, in quo Septuaginta illi ſenes varia ſortiuntur nomina, vocantur Principes populi *f*, Seniores populi *g*, Senatus populi *h*, Senatus filiorum Iſraël *i*. Ordinarij verò Iudices, Magiſtratus Templi *k* dicuntur. Et quia horum, vel vnius authoritas ad prehenſionem ſufficiebat, Scriptura nonnunquam in ſingulari numero exprimit huiuſcemodi Magiſtratum Templi. Templi verò nomen adiungitur; vel quòd eorum iuriſdictio in Templo exerceretur, vel iuxta Templi, idest Religionis Iudaïcæ Leges inter eos qui eodem templo, iiſdémque ſacris vtebantur. Quod enim & Moſaïcarum Legum inſtitutis & præſcripto ius diceretur, ſatis confirmat adulteræ hiſtoria, vbi dicuntur Scribæ & Phariſæi Iudæorum, quaſi præcipui eorum Iudices, *Chriſto* legem Moyſis de adultera propoſuiſſe, vnà cum ipſa muliere, quam eo nomine mortis ream eſſe contendebant. Quam proinde *Chriſtus* nequaquam remiſit ad Pilatum, aliudve tribunal alienigenarum, ſed liberâ Scribis & Phariſæis, vt eam lapidarent, tribuit facultatem; modò is inter ipſos, qui foret ſine crimine, prior in illam lapidem mitteret *l*. Quæ nunquam facturi fuiſſent Iudæi, niſi aliquam gladij, ſeu morte plectendi poteſtatem habuiſſent. Eadémque de cauſa Pilatus dixit Iudæis, vt *Chriſtum* acciperent & ex ſua Lege eum iudicarent *m*: Quod vero illi exceptione ſibi non licere interficere quemquam, exponi debet de eo turpiſſimo, & acerbiſſimo mortis genere, quod *Chriſto* imprecabantur exclamantes: Crucifige, Crucifige eum. Ea quoque de cauſa Lyſias Antoniani Præſidij Tribunus, apud Felicem Præſidem omnino ſe excuſat, quod Paulum Iudæis eripuerit, quia ſcilicet noſſet eum ciuem Romanum, adeóque à Legibus & Tribunali Iudæorum liberum. Huc etiam ſpectat quòd Tertullus Iudæorum Orator audacter admodùm pronuntiat, apud eumdem Præſidem, Iudæos prehendiſſe Paulum, & voluiſſe eum ex ſua Lege iudicare, conqueritúrque Lyſiam Tribunum Iudæis Paulum per vim eripuiſſe. Quamuis autem Iudæi ſuam ſemper habuerint αὐτονομίαν, tamen quia Romani Imperatoris intereſſe videbatur, ſi ſummus Sacerdos, qui præcipuum Iudæorum Magiſtratum moderabatur, parùm ſtudioſus illius eſſet, penès Præſides Iudææ eſſe voluit ſummos Sacerdotes exauctorare, alioſque ſubſtituere. Atque hæc Politia ſub Præſidibus & Procuratoribus Imperatorum durauit, donec Claudius Cæſar adiecisset regno Herodis Agrippæ Iudæam & Samariam, adeo vt Iudæorum Reſpublica nonnihil minus tunc habuerit, quàm ſub Romanorum Præſidibus, eos enim pluribus benificiis affecit Herodes. Nec propterea tamen ab omni prorſus tyrannide liberi fuerunt ipſi Iudæi, Fideles potiſſimum, occiſus eſt enim Iacobus Apoſtolus, & Petrus miſſus in carcerem *n*.

d Ad Hiſtor. ſacram quarta mundi Ætate excurrentem. *e* 14. antiq. 19. & 16. cap. 12. & 19. c. 5. *f* Luc. 23. v. 13. 35. & cap. 24. v. 20. Actor. 4. v. 8. *g* Matth. 27. v. 1. 12. 41. & c. 28. v. 12. Matth. 15. v. 1. *h* Luc. 22. v. 66. *i* Act. 5. v. 21. *k* Luc. 22. v. 51. Act. 4. v. 1.

l Ioan. 8. v. 5. 3. 7.

m Ioan. 18. v. 31.

n Actor. 12.

Herode Agrippa ab Angelo Domini percuſſo *o*, Iudæorum Reſp. rurſus ad Præſidum adminiſtrationem rediit *p*, iiſdem omnino Legibus, quibus ante Agrippam, Ariſtocratiâ, & Democratiâ apud eos obtinente, donec in Oligarchiam degeneraſſet à duodecimo videlicet Neronis anno, ad ſecundum vſque Veſpaſiani, quo tempore, ita cum vrbe; totâque gente concidit illa Reſpublica, vt nunquam deinceps reſtaurari potuerit. De eius exterminio, & excidio Ieruſalem per Titum vna eſt libro primo obſeruatio, numero XCIX.

o Ibid. v. 23. *p* Ioſeph.

SECVNDA PARS.

De variis Hebræorum Reipublicæ Magiſtratibus.

a In Politicis. QVONIAM omnis ciuilis ſocietas, vt ait Philoſophus *a*, vtilis ac iuſti communione conciliatur. (Harum enim duarum rerum, ſoli homines notionem adepti ſunt, ſicut ſoli etiam ſermonis compotes facti ſunt, quo illa inter ſe, re poſtulante communicarent) vtilitatem Concilia; æquitatem Iudicia perſcrutantur. Et quia tam Concilia, quàm Iudicia cœtus quidam ſiue Conſultorum, ſiue Iudicum ſunt, propterea principe aliquo eguerunt, qui eos conuocaret, atque ad eos quæ eſſent de vtilitate & iure diſcutienda referret: neque enim multitudo regi ſine capite aliquo poteſt. Qui verò aut Conciliis aut Iudiciis præſunt, communi nomine Magiſtratus appellantur: ideircò ita ciuilem hanc Hebræorum adminiſtrationem proſequemur; vt prius de variis Magiſtratibus; poſteà de Conciliis & Iudiciis diſſeramus. Et quidem quod ſpectat ad Magiſtratus, qui Conciliis & Iudiciis apud Hebræos præfuerunt, hi à Latino Interprete Principes, à Græco ἄρχοντες vt plurimum appellantur. Quoniam autem ἄρχειν, non ſolùm præeſſe ac Ducem eſſe, ſed etiam imperare atque iubere ſonat. Ideò via in Magiſtratu inſita duplex eſt: vna vt populo præſit, eique quæ facienda ſunt præſcribat; altera vt ius dicat, ac iudicet; ſiue vt Scriptura loquitur, (Iudicium ac iuſtitiam faciat *b*) quare Magiſtratus in ſacra Hiſtoria aliquando Duces populi, aliquando Iudices appellantur; vt in ipſis Regibus qui ſummo gaudebant Magiſtratu poteſt perſpici; maximè in tribus prioribus: Hi enim verè & populi Duces fuiſſe, & populum iudicaſſe dicuntur. Quod ſpectat ad Ducatum, de Saüle qui fuit primus Rex Iſraël, dicit Deus Samuëli [*vnges eum Ducem ſuper populum meum Iſrael c*] & ad Dauidem Saülis ſucceſſorem ait [*tu paſces populum meum Iſrael, & eris Dux ſuper Iſrael d.*] & ipſe Dauid de filio ſuo Salomone ait [*Salomon regnabit pro me, illique præcipiam vt ſit Dux ſuper Iſrael, & ſuper Iudam e.*] Quod ſpectat ad Iudicium; dixit populus ad Samuëlem [*conſtitue nobis Regem, vt iudicet nos f.*] & de Dauide dicit Scriptura [*Dauid Rex faciebat Iudicium & iuſtitiam omni populo g.*] & Regina Saba ait ad Salomonem [*idcirco Deus poſuit te ſuper Iſrael Regem, vt facias Iudicium atque iuſtitiam h.*] Vtrumque ergo, ius & Ducis, & Iudicij, in ſupremum Hebræorum Magiſtratum concurrebat: Ducatum exercebat maximè in bello gerendo; Iudicium verò in iure reddendo.

b Pſal. 118.
c 1. Reg. 9. v. 16.
d 2. Reg. 5. v. 2.
e 3. Reg. 1. v. 36.
f 1. Reg. 8. v. 5.
g 2. Reg. 8. v. 15.
h 2. Paral. 9. v. 8.

Cæterum cùm in Hebræorum Republica triplex ſeries obſeruari ac diſtingui ſemper potuerit, nimirum vniuerſi populi, ſingularum Tribuum; & ſingularum Vrbium; triplex quoque in ea fuit ordo Magiſtratuum: ſupremus; medius; & infimus. Supremi Magiſtratus vniuerſi populi, dicti ſunt ſubinde Iudices, Reges, Duces, Pontifices: ſingularum vero Tribuum, Phylarchi, Patriarchæ, Tribuum Principes: ſingularum denique Ciuitatum, vocati ſunt Tribuni, Centuriones, Quinquagenarij, Decani, Ciuitatum Principes. Et de his tribus Hebræorum Magiſtratuum ordinibus totidem articulis aliquid obſeruandum eſt.

ARTICVLVS I.

De variis ſupremi ordinis Magiſtratibus, ſeu Principibus vniuerſi Populi.

CVm Reſpublica Hebræorum ab exordio ſui nempè ab exitu ex Ægypto, ex quo habere cœpit Principes ſuæ gentis; vſque ad Herodem Aſcalonitam, qui tyrannicè inuaſit ſceptrum Iuda; varias ſæpiùs induerit formas, variis quoque modis, & per varios ſupremi ordinis Magiſtratus, ſubinde gubernata eſt. Primò quidem per Iudices; deinde per Reges; Tertiò per Duces; quartò per Duces itidem, ſed qui ſummo etiam gaudebant Pontificatu: denique per eoſdem ſummos Pontifices, aſſumpto ſimul nomine, ac diademate regio.

Iudicum primus fuit Moyſes; Samuël verò vltimus. Primus Regum, fuit Saül; Poſtremus Sedechias, qui in Babylonica periit captiuitate, in qua Iudæorum regimen, in Duces degenerauit, & Salathiel filij Neri electus eſt in Ducem; apud Eſdram enim vocatur Dux Populi *i*. Ducatus tamen vulgò cœpiſſe dicitur in Zorobabel eius filio, quia in eo clarior fuit, deſiitque in eo, qui dicitur Ianne à D. Luca, & à Ioſepho Hircanus, quo extincto, & Onia ſancto ſummo Pontifice proditoriè occiſo. Aſſamonæi Pontificatum ſimul & Principatum tenuere; Principatum quidem ſub titulo Ducatus, vſque ad Ariſtobulum primum, qui regium cum diademate nomen prior aſſumpſit; atque deinceps Pontifices fuere etiam Reges: horum vltimus fuit Ariſtobulus tertius. Cæterùm quia de Iudicibus & Regibus in Scriptura potior fit mentio, operæ pretium erit, vt de ipſis adhuc, duplici ſectione, nonnihil obſeruemus.

i 4. Eſd. cap. 5. v. 16.

SECTIO I.

De Iudicibus Hebræorum.

IVdex, Hebraïcæ præſertim linguæ proprietate, vindicem, vltorem, & ad eos qui oppreſſi ſunt, à potentiorum iniuriâ liberandos, cauſæ cognitorem, diſceptatorémque ſignificat. Et ſanè verbum iudicare in ſacra pagina ſæpiùs pro eo quod eſt vendicare, & vlciſci ſolet accipi; ſicut & iudicium pro animaduerſione ac vindicta, qua & afflicti iniuria ſubleuantur, & potentiores à quibus

illa

illa eſt inflicta coëteentur. Ei hæc norio Saeris illis Hebræorum Iudicibus vel eorum pleti quę conuenir : vnde & Saluatores *a* appellantur.

a Iudic. 3. v. 9. 15. 2. Eſdr. 9. v. 27.

Quod ergo ſpectat ad iſtos Hebiæorum Iudices · Hi cum duplicem poteſtarem & gubernandi & iudicandi haberent, non à Ducatu Duces, ſed à iudicio, tanquam à parte potiori vocati ſunt Iudices ; id eſt noxios condemnandi & innocenres abſoluendi, ius & auctoritarem ex lege habentes ; quam vtique poteſtatem, ſine inferiorum Iudicum cunſilio, paſſim exereuerunt ; & per Tribus ipſas circumeuntes, certis in locis conuentus & ſora egerunt ; ſuaque ibi iuriſdictione vſi ſunt, vt patet vel ex illo quod dicitur de Samuële, qui fuit Iudicum vltimus. [*Iudicabat Samuel Iſraelem cunctis diebus vitæ ſuæ, & ibat per ſingulos annos circumiens Bethel, Galgala, & Maſphat, & iudicabat Iſraelem in ſupradictis locis ; reuertebaturque in Ramatha, ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Iſraelem b.*] Ius verò necis liberum nequaquam habuerunt, ſed legitimum tantùm, quia in omnibus, legis præſeriptum ſequi debebant, quo deinde Reges ſoluti fuerunt. Eos verò belli gerendi auctoritate priuatos fuiſſe, argumento eſt, quod ſeribitur de Iepthe. [*Perrexerunt maiores natu Galaad, vt tollerent in auxilium ſui Iepthe, dixeruntque ad eum, veni & eſto Princeps noſter, & pugna contra filios Ammon c.*] Omnia equidem bella quæ Iudicum tempore contigerunt, ipſi Iudices tanquam ſummi Duces adminiſtrarunt. Belli tamen ſuſcipiendi arbitrium nequaquam habuerunt, ſicut habuere Reges, ſed prout à Deo ſuſcitabantur vt Barac *d*, Gedeon *e*, aut à Populo vocabantur, vt Iepthe *f*. Nec tributa populo, ſicut Reges, imponebant : nec diademate, aut ſceptro, aliiſve Regum inſignibus vtebantur : nec vllum ius condendarum legum babebant : ſed ex Moſaica lege gubernabant : nec eorum, ſicut regum, Principatos hæredirarius fuit ; ſed inſtante publica neceſſitate, prout quis virtute ac belli peritiâ præcellebat è quauis Tribu, in ſupremum Iudicem paſſim aſſumebatur, qui populum à ſeruitute & de manu hoſtium liberaret, vnde & Saluatores *g* dicti ſunt. Cùm autem Scriptura dicit [*dediſti eis ſaluatores h*] ſignificat Deum populo inſpiraſſe, vt hunc, aut illum Iudicem, belli Ducem deſignaret, non ad tempus tantùm, vt Dictatores Romani conſueuerant, ſed ad totam vitam, & cum ſuprema poteſtate : nullus vt eis omninò par eſſet, & hæc ratio eſt cur Ioſephus hunc ſtatum Monarchicum appellatit. Nec illud ignorandum eſt; nonnumquam Iudices, non toti Iſraëlitarum populo, ſed aliquot duntaxat præfuiſſe Tribubus ; quod in Iepthe Galaadite, perſpicuè cernitur. Quamquam enim populum vniuerſum à ſeruitute & calamitate liberarent, ac Iudicum partes penitus implerent, non tamen ad populum vniuerſum illorum iuriſdictio pertinebat, ſed ad eam ſolam partem, quæ ſe ipſis ſpontè ſubiiceret.

b 1. Reg. 7. v. 15. 16. 17.
c Iud. 11. v. 5.
d c. 4. v. 6.
e c. 6. v. 14.
f c. 11. v. 5. 6.
g Iudic. 3. v. 9. 15.
h Eſdr. 9. v. 27.

Singulorum Iudicum ſeriem, annoſque regiminis, videre eſt in noſtra Scripturæ ſacræ ſynopſi Proſopo-Chronica, in quarta mundi ætate, vbi primus eorum recenſetur Moyſes, Ioſuë ſecundus, & ſic de diis ; Samuël verò vltimus. Quamquam & Moyſes titulo Legiſlatoris illuſtrior fuit, & Ioſuë partâ terrâ promiſſionis, glorioſior. Omnes verò Iudices (exceptò Abimelech intruſo ac tyranno) ſanctos fuiſſe, & nunc in cœlo eſſe beatos, nonnulli aſſerunt *i* : eſtque id pium creditu, vt iis Dominus ſanctitatem ac beatitudinem impertitus ſit, per quos voluerit totius populi ſui conſulere ſanctitati, & prophanum idolulatriæ cultum eliminare. Equidem quatuor ex ipſis, ſcilicet Gedeonem, Barac, Samſonem, & Iepthe, dicit Apoſtolus viciſſe regna, operatos eſſe iuſtitiam, adeptoſque repromiſſiones ; eoſque Samuëli, Daoidi, & Prophetis non veretur aggregare *k*. Cæterum quia à principio proſpexit Deus fore, vt Hebræi Iudicibus & gubernatione, Ariſtocratica aliquando non contenti, regiam optarent dominationem ; legem ſanxit *l*, quâ regis creandi, & creati iura præſcripſit, quaque illi vti deberent, ſi quomodo regis habendi cupiditate flagraſſent : quo deſiderio capti tempore Samuëlis Prophetæ, Iudicum vltimi, demum aſſenſu Dei regem obtinent.

i Serrarius q. 10. in 3. Iudic.
k Hebr. 11. v. 32.
l Deut. 17.

SECTIO II.

De Regibus Hebræorum.

QVod ſpectat ad Reges, eorum auctoritas maior vtique fuit quàm Iudicum, vt quæ, non tam à legibus, quàm a libero Regis ipſius proficiſceretur arbitrio. Illorum autem Regum tres primi tantùm, nempè Saül, Dauid, & Salomon totis duodecim præfuere Tribubus. Saül initio regni [*Electus & bonus, & non erat de filiis Iſrael melior illo m,*] eratque innocens ſicut puer vnius anni ; manſitque in illa probitate & innocentia duobus annis ; Sic enim non incongruè intelligendum venit illud [*Filius vnius anni erat Saul cum regnare cœpiſſet, & duobus annis regnauit ſuper Iſrael n.*] Poſteà ob duplicem inobedientiam *o* reprobatus eſt. Dauid verò ſecundum cor Dei, qui fecit omnes eius voluntates *p* nec declinauit [*ab omnibus quæ preceperat ei cunctis diebus vitæ ſuæ, excepto verbo Vriæ Hethæi q*] id eſt, excepto duplici peccato ; vno, quòd adulterium cum vxore Vriæ commiſerit ; altero, quòd ad illud celandum eumdem Vriam ſubdolè ac proditoriè curauerit occidi *r*. Salomon amabilis Domino, ſed poſteà per mulieres alienigenas, quibus amore ardentiſſimo copulatus eſt, deprauatus & infatuatus, factus eſt Idololatra *s*, in cuius pœnam peccati, eo extincto, factum eſt ſchiſma duodecim Tribuum à domo Dauid, ſolis duabus Tribubus, Iuda & Beniamin ei adhærentibus & Roboam Salomonis filium, regem ſibi conſtituentibus. reliquæ verò decem, Ieroboam eiuſdem Salomonis ſeruum in Regem ſibi eligunt *t* & exinde alius fuit Rex in Iuda, alius in Iſraël. Regnum quidem Iuda ſemper in eadem Tribu & familia Dauidis permanſit, filio ſemper patri ſuo ſuccedente. Regnum verò Iſraël, ad diuerſas Tribus, & diuerſas familias

m 1. Reg. 9.
n c. 13. v. 1.
o c. 13. v. 9. & c. 15. v. 9.
p Actor. 13. v. 22.
q 3. Reg. 15.
r 2. Reg. 11. v. 4. & 15.
s 3. Reg. 11.
t c. 12.

T 4 tranſiis,

tranſiit, moxque relicta Dei lege, ad idolorum cultum ſe contulit; omneſque Reges Iſrael, ipſi etiam qui iuſſu Dei electi fuerunt, vnctique, in idololatria perierunt. Vnde & regnum Iſraël citiùs quàm Iuda exciſum eſt. Et circa eoſdem Hebræorum Reges, de ipſorum creatione, inauguratione, & vnctione nonnihil adnotandum venit.

Equidem ſi de creatione eſt quæſtio: aliqui per ſpecialem Dei electionem creati ſunt Reges Hebræorum, vt Saül *a*, Dauid *b*, Ieroboam *c*, Iehu *d*, plerique per naturalem ſucceſſionem, quæ aliquando coniuncta fuit cum expreſſa Dei voce, vt patet in Salomone *e*, vel hominum electione, vt patet in Abia *f*. Aliqui per vim & tyrannidem, vt Zambri *g*, Sellum *h*, Manachen *i*, Phacee, Oſee, in regno Iſraël. Aliqui creati ſunt à Regibus gentilium, vt Ioachim à Nechao rege Ægypti, qui depoſitum Ioachaz, vinctumque duxit in Ægyptum *k*: Sedechias à Nabuchodonoſor Chaldæorum Rege, qui exauctoratum Iechoniam abduxit Babylonem *l*. Aliquando autem prædictæ (cuiuſuis differentiæ fuerit) regnum creatinni, accedebat publica & ſolennis populi approbatio & applauſus, eo modo quo hodie, cùm nouus Princeps ſuccedit patri, ſolet populus applaudere.

a 1. Reg. 10. *b* c. 16. v. 13. Act. 13. v. 22. *c* 3. Reg. 12. v. 20. *d* c. 16. v. 2. *e* 2. Paralip. 28. v. 5. *f* Paral. 11. v. 22. *g* 3. Reg. 16. v. 9. *h* 4. Reg. v. 10. *i* v. 14. *k* c. 23. *l* c. 24. v. 17.

Si verò de inauguratione ſermo ſit. Hæ potiſſimùm in publica Regum inauguratione, ſeu conſecratione adhibitæ leguntur cæremoniæ: futurus Rex in Throno, ſeu ſolio collocabatur *m*, vngebatur à ſummo Sacerdote, diadema capiti eius imponebatur, dabaturque in manus liber Deuteronomij, in quo lex Dei inſcripta erat *n*, & in huius legis obſeruationem iurabat Rex *o*, & acclamabatur à populo, viuat Rex *p*. Fiebant omnis generis Sacrificia; variaque lætitiæ & approbationis edebantur ſigna *q*. Hi tamen ritus, nec omnes, nec ſemper, eo ordine quo iam enumerati ſunt, fuerunt adhibiti.

m 3. Reg. 2. v. 48. *n* 4. Reg. 11. v. 12. 2. Paral. 23. v. 11. *o* Pſ. 118. v. 101. *p* 1. Reg. 10. v. 24. 4. Reg. 11. v. 12. *q* c. 11. v. 15.

Si denique de vnctione eſt diſputatio, duplex fuit Regum vnctio, vna priuata, altera publica: illa ante ſolennem inaugurationem, hæc verò in ipſa inauguratione fiebat. Priuatim vncti ſunt Saul *r*, & Dauid *s* à Samuële, & Iehu à filio Prophetæ *t*. Publicè leguntur vncti iidem Dauid *u*, Salomon *x*, Ioas *y*, & Ioachaz *z*, Reges Iuda. Extraordinarij quidem Reges, quales fuere Saül, & Dauid, Iehu, Azaël, à Prophetis quibus nota erat extraordinaria Dei voluntas, inungebantur. Ordinarij verò & ex legitima ſucceſſione, à ſummo Pontifice. Inter vnctiones autem Regum ac Pontificum, triplex fuit diſcrimen. Primùm, omnes Pontifices ex præſcripto legis vngebantur, & niſi vncti eſſent, ad officium Pontificale non admittebantur *a*: at nullum extabat Dei præceptum, quo omnes Reges ad vnctionem adſtringerentur. Secundum, Pontifices ſemper vngebantur publicè coram populo, ante Tabernaculum Domini *b*: Reges verò aliquando etiam priuatim, aliquando publicè, vt dictum eſt. Tertium, Pontifices vngebantur oleo ſancto, id eſt, vnguento compoſito ex oleo, myrrha, cinnamomo, calamo, & caſia *c*: Reges verò oleo ſimplici: Deus namque præceperat, vt nullus hominum vngeretur oleo illo ſancto, niſi Pontifex & Sacerdotes *a*. Prætereà oleum illud ſanctum numquam in Scriptura appellatur oleum ſimpliciter, ſed oleum vnctionis *b*, vel oleum vnctionis ſanctum *c*, vel oleum ſanctæ vnctionis *d*, vel vnguentum compoſitum opere vnguentarij *e*: at oleum quo Reges vngebantur, vbique appellatur oleum *f* ſimpliciter, quia non erat compoſitum ex oleo & aromatibus, ſed erat purum & ſimplex oleum. Huc ſpectat illa prohibitio facta ſummo Pontifici ne lugeret mortuos, eorumve funera proſequeretur, ratio enim illius prohibitionis redditur, [*quia ſuper caput eius fuſum eſt vnctionis oleum g*:] & infra [*quia oleum ſanctæ vnctionis Dei ſui ſuper eum eſt h*] At Reges poterant lugere mortuos, eorumque funera proſequi, ſicut fecit Dauid, qui luxit Saülem & Ionathan *i*, & Abſalonem filium ſuum *k*, & fleuit ſuper Abner Principem militiæ Saülis, & feretrum illius ad ſepulturam proſecutus eſt *l*; ſicque oleum ſanctæ vnctionis non erat fuſum ſuper caput Regum.

r 1. Reg. 9. v. 27. *s* c. 16. v. 13. *t* 4. Reg. 9. v. 6. *u* 2. Reg. 2. v. 4. & c. 5. v. 3. *x* 3. Reg. 1. v. 45. *y* 4. Reg. 11. v. 12. *z* c. 23. v. 30. *a* Exod. 29. v. 7. Leuit. 8. *b* Exod. 29. v. 7. Leuit. 8. v. 3. *c* Exod. 29. v. 7 & c. 30. v. 23.

a Exod. 30. v. 30. *b* c. 30 v. 7. *c* c. 30. v. 25. & 31. *d* Leuit. 2 8. v. 12. *e* Exod. 30. v. 25 *f* 1. Reg. 10. c. 16. v. 3. & 4. Reg. 9. *g* Leuit. 21. v. 10. *h* v. 12. *i* 2. Reg. 1. *k* c. 18. v. 33. *l* c. 3. v. 31. 32

At inquies, de Dauide dicitur, *inueni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum m*; & de Salomone, *ſumpſit Sadoc Sacerdos cornu olei de Tabernaculo, & vnxit Salomonem n*. Reſpondet Genebrardus, Dauidem & Salomonem ex peculiari diſpenſatione vnctos eſſe oleo ſancto: & ex Cabala, ſeu traditione Hebræorum, aſſerit ex conſilio Samuëlis & Prophetarum illius temporis, diſpenſatum fuiſſe cum Dauide, cæteriſque Regibus familiæ Dauidicæ, vt oleo Sacerdotali vngerentur; quia *Chriſtus* ex familia Dauidis erat naſciturus, cuius, ſicut & Salomonis, externa & corporalis vnctio, internæ ac ſpiritualis vnctionis *Chriſti*, erat typus. Aſſerit quoque oleum ſanctum, quod à Moyſe fuerat confectum in deſerto, vſque ad captiuitatem Babylonicam, tametſi omnes Pontifices & Reges familiæ Dauidicæ eo vncti fuerint, integrum perſtitiſſe: Poſt captiuitatem verò, Pontifices nouo oleo, quod ad ſimilitudinem prioris erat confectum, vnctos fuiſſe. Et hæc Rabinorum traditio non eſt improbabilis, imò honorabilis eſt Meſſiæ; ſimilique fere miraculo, quod etiamnum hodie apud nos viget, ſuaſu facilis: Etenim Rhemis in Gallia, conſeruatur ſacra ampulla chriſmatis, ore columbæ cælitus aduenientis, delata, qua Clodonæus Chriſtianiſſimorum Franciæ Regum primus à Sancto Remigio ſacratus eſt: quaque deinceps, perenni miraculo, chriſma ſuppeditante, reliqui omnes Francorum Reges cùm ſacrantur, inunguntur.

m Pſal. 88. *n* 3. Reg. 1. v. 39. *o* in Pſ. 88.

Cæterùm licèt aliquando, maximè verò tempore captiuitatis Babylonicæ & Herodis Aſcalonitæ, poſt occiſum ab eo Ariſtobulum III. Aſſamonæorum Pontificem, Regemque vltimum, fuerit apud Iudæos aliquod interregnum; non eſt tamen ablatum ſceptrum de Iuda, quod primò datum fuerat Dauidi; donec Iudæi, longâ eiuſdem Herodis feſſi tyrannide, vltrò ei regnum, eiuſque poſteris tradidere, & ſacramentum fidei præſtiterunt: vnde & mox naſci debuit *Chriſtus*, iuxta illam Prophetiam Iacob [*non*

auferetur

auferetur ſceptrum de Iuda, nec Dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt a.] Vbi textus Hebraicus, vt refert Galatinus, pro neque Dux, habet neque Scriba *b*, quod expreſſius de *Chriſto* perhibet teſtimonium: non enim tantùm dominationis poteſtas, in Meſſiæ aduentu, à Iudæis auferenda erat, ſed Iudiciaria quoque Sapientum, qui Sanhedrin dicebantur, auctoritas: quod Rabbi Moſes Hadarſan apertè affirmat ſuper illud eiuſdem Prophetiæ verbum, & Scriba de femore eius, dicens: Hi ſunt Sanhedrin ſedentes in conſiſtorio Gazith, ad iudicandum iudicia animarum; hi numquam de terra Iuda auferentur, quouſque veniat Silo, qui eſt Meſſias; qui quidem quarto anno, ab acceptato à Iudæis in regem Herode, natus eſt.

a Gen.49. v.10.
b l.4.c.5.

ARTICVLVS II.

De Principibus Tribuum.

MEdij ordinis Magiſtratus, Principes Tribuum dicebantur, græcè φυλάρχαι ſeu ἀρχίφυλοι, fueruntque illi qui ſingulas Tribus duxerunt, earumque rationes adminiſtrarunt: quare vt duodecim Tribus, ſic duodecim earum Principes extiterunt *c*. Licèt autem aliquando *d* duo Principes nominentur tribus Manaſſis, cuius media pars cis, & altera trans Iordanem ſedem fixerat; & vnus Princeps Tribus Leui; hiſque duobus ad illos duodecim adiunctis, eſſent quatuordecim Principes Tribuum: ille tamen numeros duodecim Principum magis celebratur; qui etiam Principes Iſraël *e*, & Principes Synagogæ *f*, id eſt, Vniuerſæ populi concionis, paſſim nuncupati ſunt.

c Num.1. v.44.
d 1.Paralip.
e 1.Paral.28.
f 34.v.3.

Hi autem duodecim Tribuum Principes, triplex maximè ius conſecuti ſunt, Primum aſtitere lateribus Regis, eique aſſidentes cum eo conſilia inierunt. Secundum, ius ſingulis Tribubus reddiderunt, (quiſque vtique ſuæ.) Tertium, cum Rege ſe obligarunt, ſi quid iureiurando publico ſanciendum putarent. Illos ad conſilium adhibitos comprobatur, vel ex his Scripturæ locis, [*congregauit Dauid Rex omnes Principes Iſrael, Duces Tribuum g*] item [*conuenit Salomon Rex omnes Seniores Iſrael, & omnes Principes Tribuum h*] & huc alluſit Dauid, cùm de ſe Rege creato loquens, ait [*Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem, vt collocet eum cum Principibus, cum Principibus populi ſui i*] id eſt, vt ſedere Regem faciat inter duodecim Principes Tribuum, illi aſſidentes. Quòd eorum quiſque ſuæ Tribui ius reddiderit: ſuadetur ex illo Chriſti Domini, [*Amen dico vobis, quòd vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim Tribus Iſraël k.*] Neque enim aliò quàm ad veterem Hebræorum rempublicam, quæ Regum temporibus maximè floruit, reſpexit *Chriſtus* cùm ait, ſe tanquam regem in cœleſti throno maieſtatis ſeſſurũ, duodecim autẽ Apoſtolos, tanquam duodecim Phylarchos ſuper ſedes duodecim, ipſas duodecim Tribus iudicaturos. De iureiurando denique patet ex illo Iosue, Ioſue fecit fœdus cum Gabaonitis iurans, & ſimul Principes multitudinis *l*.

g 1.Paral.28. v.1.
h 2. Paralip. 5.v.2.
i Pſ.112.v.7
k Matth.19. v.28.
l Ioſuë 9. v.15.

Porrò decem Tribubus ab ipſo reipublicæ corpore, per ſchiſma Ieroboam auulſis; ac poſteà exciſo regno Iſraël, in Aſſyriæ regiones translatis, Iudæi ipſum duodecim Tribuum numerum, vt etiam 70. Seniorum, retinuerunt: vt patet ex illo Eſdræ [*Iudæi Babylone reuerſi, duodecim hircos ſacrificant, pro peccato totius Iſrael, iuxta numerum Tribuum Iſrael m*] item [*& hædos pro peccatis vniuerſi Iſrael, duodecim; ſecundum numerum Tribuum Iſrael n.*]

m 1.Eſdr.6. v.17.
n 3.Eſdr.7.

Sub illis Principibus Tribuum, veniunt etiam Principes ſeu Præfecti familiarum, quæ partes Tribuum fuerunt: has familias Latinus interpres gentes quoque, generationes, cognationes, & domos vocat. Nomina verò familiarum, quæ è ſingulis Tribubus, ſeu filiis Iſraël emanarunt, aliaſque ſub Moyſe floruerunt, recenſentur in libro Numerorum *o*. Principes iſti dicti ſunt, vno nomine, Patriarchæ *p*. Officium eorum erat, vt familias quibus præerant, conuocarent, ad eaſque referrent quæ ad rempublicam pertinerent; & Duces earum in bello eſſent. Nonnumquam etiam à Regibus & ad concilia, & ad iudicia adhibiti ſunt. De conciliis ſuadetur ex hoc Scripturæ loco, [*Congregauit Salomon Rex maiores natu Iſrael, & cunctos Principes Tribuum, & Capita familiarum de filiis Iſrael q:*] de iudiciis verò, ex iſto [*Ioſaphat Rex conſtituit Leuitas, & Sacerdotes, & Principes familiarum ex Iſrael, vt iudicium & cauſam Domini iudicarent r.*]

o Num.26.
p 1.Paral.8. v.28.
q 2.Paral.5. v.2.
r c.19.v.8.

ARTICVLVS III.

De Principibus ciuitatum.

INfimi ordinis, Magiſtratus vocabantur Principes Ciuitatum: etenim quia ſingulæ Tribus multas nactæ ſunt ciuitates, in quas ipſæ earumdem Tribuum familiæ diſpertitæ ſunt, ſingulæ quæque ciuitates ſuos Principes habuerunt. Hos Moyſes primùm inſtituit in deſerto, ac populo & iudicibus præeſſe iuſſit, priùs quidem ſuaſu Iethro ſoceri ſui, deinde iuſſu Dei. [*Tuli*, inquit Moyſes, *de Tribubus veſtris viros ſapientes & nobiles, & conſtitui eos Principes, Tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios, & Decanos, qui docerent vos ſingula r*] eodemque libro, addit. [*Iudices & Magiſtros conſtitues tibi in omnibus portis tuis s.*] Vbi Græca verſio pro voce Magiſtros, habet γραμματεισαγωγεῖς id eſt litteratum introductores: de qua voce D. Auguſtinus ait [quos autem dicat γραμματεισαγωγεῖς. Poſt Decuriones, non facilè ſciri poteſt, quoniam hoc nomen in nullo vſu habemus, vel officiorum, vel Magiſteriorum *t*] crediderim cum Sigonio *u* fuiſſe, eos qui ex cauſis ad ſe delatis, quas accipiendas arbitrarentur, ad Iudices introducerent. Ordo enim actionis ſic conſtitutus fuiſſe videtur, vt qui litem alicui vellet intendere; i₂

r Deut.1. v.15.
s Deut. c.16. v.18.
t Referente Sigon. de rep.Hebr. l.7.c.7.
u ibid.

aduerſarium, ad aliquem horum Principum adduceret; qui ſi litem nomenque receipiſſet, rem ad iudicium introducebat: Tum Iudices, cognitâ causâ, aut abſoluebant reum, aut damnabant; damnatum autem exactori tradebant, qui illum in carcerem coniiciebat, donec parti læſæ feciſſet ſatis. Ordo iſte comprobatur ex illo Chriſti Domini: [*Cum autem vadis cum aduerſario tuo ad Principem, in via da operam liberari ab illo, ne fortè tradat te ad Iudicem, & Iudex tradet te exactori, & exactor mittat in carcerem: dico tibi non exies inde donec etiam nouiſſimum minutum reddas a.*] fuere ergo ait Sigonius Tribuni, Centuriones, Quinquagenarij, & Decani Magiſtratus, qui inter cætera eorum muneta, cauſas ad iudices introducerent *b*.

a Luc.12. v.58.59.

b Sigon. loco citato.

Hi quoque in re bellica adminiſtranda tenebant Principatum, adeò vt Princeps militiæ ſummam in caſtris poſt Regem haberet poteſtatem. Et Tribunus, ſeu Chiliarchus, mille viris; Centurio, centum; Quinquagenarius, quinquaginta; Decanus, decem, eſſet Præpoſitus.

Ex præfectis autem militaribus, quidam præſidio Templi præfuerunt, qui Præſides Templi, & Præfecti exercitus Templi, dicti ſunt. Id olim præſidij Iudas Machabæos appoſuit Templo, eique iunctam turrem Antoniam, eius poſteri condidere. De Præſidio Templi, ſic Scriptura: [*Iudas ædificauit montem Sion, & per circuitum muros altos, & turres firmas, ne quando venirent Gentes, & conculcarent eum, ſicut antè fecerant, & collocauit illic exercitum c.*] De Turri, ſic Ioſephus [Principes Aſſamonæi turrim Templo continentem præcipuè communierunt, quam Barim dixerunt; atque ibi ſtolam Pontificiam aſſeruari iuſſerunt: quam turrim Herodes Rex poſteà ad Templi cuſtodiam confirmauit, & in gratiam M. Antonij Triumuiri amici ſui, Antoniam appellauit *d.*] Habuiſſe autem Iudæos, eiuſmodi cuſtodiæ causâ, milites; indicat Sacrum Euangelium: cùm enim petiiſſent Iudæi à Pilato, vt iuberet cuſtodiri ſepulchrum *Chriſti*, vſque in tertium diem; reſpondit Pilatus [*habetis cuſtodiam, iſte cuſtodite, ſicut ſcitis e.*] Huic verò præſidio præerat Tribunus militum vnus, aut plures cum cohortibus ſuis. Et ſi qui nonnunquam rei, violati Templi, aut contemptæ religionis, alteriuſve flagitij grauati, aut ita potentes, vt eos lictores timerent, eſſent comprehendendi; tunc lictoribus cuſtodes adiungebantur, vt illis manus in reum iniicientibus, milites ſicundè fortè vis ingrueret, eam propulſarent. Et hæc omnia ex hiſtoria paſſionis *Chriſti* comprobantur. Primùm enim Iudas proditor acceſſit ad Principes Sacerdotum, & ſe, ſi ſibi pretium darent, *Chriſtum* illis proditurum promiſit: inde cum aliquot eorum adiit ad Tribunum militum, & cohortem accepit; tùm miniſtros ſumpſit: demùm cum his omnibus contendit ad *Chriſtum* capiendum. Antequam Euangelij loca proferantur, monet lectorem Sigonius, Latinum Interpretem particulam, ϛρατηγὸν, parùm aptè vertere Magiſtratum; quia militarem Principatum, qui in voce ϛρατηγὸς includitur, non exprimit: Deinde quia eam confundit cum Principibus populi, qui poſteà cum ſenioribus eidem iudicio affuerunt, eodemque Magiſtratus nomine afficiuntur; cùm tamen in Græco Autographo non ϛρατηγοὶ, ſed ἄρχοντες nominentur, hac præmiſſa cautela, tutiùs modò Euangelicæ proferentur loca hiſtoriæ. [*Iudas autem locutus eſt cum Principibus Sacerdotum, & Magiſtratibus, quemadmodum illum traderet eis f.*] [*Iudas cum accepiſſet cohortem, & à Principibus Sacerdotum, ac Phariſæis, miniſtros; venit illuc g*] & mox [*cohors autem & Tribunus, & miniſtri Iudæorum, comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum h*] [*dixit autem Ieſus ad eos qui venerant ad ſe, Principes Sacerdotum, & Magiſtratus Templi, & Seniores i.*] Græcè pro Magiſtratus Templi eſt ϛρατηγοὺς τοῦ ἱεροῦ: Idem oſtendit hiſtoria Actuum Apoſtolorum. [*Loquentibus autem Apoſtolis ad populum, ſuperuenerunt Sacerdotes, Magiſtratus Templi, & Sadducæi k.*] Item. [*Vt audierunt hos ſermones Magiſtratus Templi, & Principes Sacerdotum, ambigebant de illis; quidnam fieret? tunc abiit Magiſtratus cum miniſtris, & adduxit illos vi l.*] Ex quibus ſanè videtur argui Magiſtratus Templi Duces militares fuiſſe ad reos capiendos olim adhibitos: & eſt Sigonij ſententia *m* & hæc de Principibus ciuitatum.

c 1. Mach 4. v.60.

d Ioſeph.

e Math. 27. v.66.

f Luc.22. v.4.

g Ioan.18. v.3.

h v.12.

i Luc.22. v.52.

k Act.4. v.1.

l c.5. v.24. 26.

m Sigon de rep. Hebr. l.7.c.13.

Sub his ciuitatum Principibus, veniunt Scribæ, non illi qui legem interpretabantur, ſed illi qui ſcribendo, operam Regi, & Senatui præſtiterunt. Et hoc comprobat illud Pſalmorum, [*lingua mea calamus Scribæ velociter ſcribentis n,*] & illud Ieremiæ [*verè mendacium operatus eſt ſtylus mendax Scribarum o.*] Idemque Propheta, vbi ait ſe dediſſe prophetiam ſuam ſcribendam & recitandam Baruch Scribæ, quam vbi Rex Ioachim audiuit, eam ſcalpello ipſius Scribæ diſcidit *p.* Et vbi ait de Ieruſalem adductum [*Scribam Principem militum qui probabat Tyrones q.*] Fieri autem potuit, vt idem Scriba qui ſcriptioni operam dabat, multis aliis officiis publicis inſeruiret. Regem habuiſſe ſcribas, certiſſimum eſt; Saraias *r* enim fuit ſcriba Dauidis, Eliboſeph & Abia *s*, Salomonis, & Sobria *t*, Ezechiæ: Ioſephus *u* quoque nominat Ariſtæum virum inſignem, Scribam ſenatus.

n Pſ.44. v.2.

o Ierem. 8. v.8.

p idem. c.36. v.23.

q c.52. v.25.

r 2. Reg.8. v.18.

s 3. Reg.4. v.2.

t 4 Reg.18. v.18.

u Ioſeph.5. belli Iudæi.

TERTIA PARS.

De Conciliis & Iudiciis Hebræorum.

QVONIAM in Republica Hebræorum, Magiſtratus Conciliis ac Iudiciis præfuerunt, pœnaſque nocentibus ſtatuerunt: cùm proximè diſputatum ſit de Magiſtratibus, reſtat vt iam agatur de iiſdem Conciliis, Iudiciis, & pœnis; quod triplici fiet Articulo.

ARTICVLVS I.

De Conciliis Hebræorum.

COncilia appello Cœtus illos, qui ea præcipuè decernebant, quæ ad vniuerſæ reipublicæ ſtatum attinerent; qualia ſunt bellum ineundum, Pax componenda, annonæ apparatûs, legum inſtitutio, Magiſtratuum creatio; aliaque id generis ipſi reipublicæ vtilia, quæ lege ſingillatim comprehendi minimè potuerant. Hæc verò Concilia in duplici fuere differentia; aut enim promiſcuè ab omnibus, aut ſeorſim à paucis, iiſque natu grandioribus, inita ſunt: & quidem ſi ab vniuerſis concionem; ſi à paucis, maximè verò à ſeptuaginta Senioribus, Senatum appellarunt. De vtroque, duplici ſectione, nonnibil obſeruabitur.

SECTIO I.

De concione Hebræorum.

POpuli concio in ſacris litteris duobus nominibus, Græco-Latinis plerumque exprimitur, nempe Synagogâ, & Eccleſiâ, vt ex variis locis ſæpiùs iam citatis innoteſcit: neque enim adhuc erat inter Synagogam & Eccleſiam ea differentia, quæ poſt traditum à *Chriſto* Euangelium interceſſit. Vt autem triplex, prout dictum eſt, quaſi reipublicæ Series fuit, putà totius populi; ſingularum Tribuum; & ſingularum in quauis Tribu ciuitatum; ſic triplex populi concio extitit, vna in quam omnes Tribus Iſraël, altera in quam omnes Tribus vnius familiæ; Tertia in quam vniuerſi cuiuſque ciuitatis viri conuenirent.

Vniuerſi populi concionem à Deo inſtitutam, illud arguit, quòd is ſæpè Moyſem in Exodo alloquens, dixit: [*Loquere filiis Iſraël a; loquimini ad vniuerſum b cœtum filiorum Iſraël.*] Quodque omnia mandata, præcepta, iuſtificationes, iudicia, & teſtimonia ſua, exponi iuſſit omnibus filiis Iſraël. Vnde & populus reſpondit. [*quæ locutus eſt Dominus faciemus, & obedientes erimus c.*] De illa vniuerſi populi concione, hæc Moyſis verba intelliguntur, [*dedit mihi Dominus duas Tabulas lapideas quando concio populi congregata eſt d.*] Eiuſmodi autem concionem nemo conuocare potuit, niſi qui ſummum in republica gerebat Principatum; vt Iudices, Reges, Duces, ſicut ex his innuitur Scripturæ locis, de Iudice, [*Dixit Samuel, congregate omnem Iſraëlem in Maſphat e*] de Rege, [*Congregauit vniuerſum Iudam & Beniamin f*] de Duce verò, id diſertè expreſſum eſt in decreto, quo Simon Dux, Princepſque conſtitutus eſt, in quo dicitur [*vt nemini conuocare conuentum liceat, ſine ipſo g.*] De ratione autem conuocandi populi, Scriptum eſt in lege, vt cùm populus acciretur, vario tubarum occentu, id fieret h.

a Exod. 25. v. 2.
b Exod. 12. v. 3.
c 24. v. 8.
d Deut. 9. v. 10.
e 1. Reg. 7. v. 5.
f 2. Paral. 15. v. 9.
g 1. Mach. 14. v. 44.
h Num. 10. v. 7.

Conuenire autem conſueuit vniuerſus populus, triplici de cauſa; nempe ad audiendum; ad orandum; & ad agendum. Ad audiendum; vt cùm à principio conuenit ad audienda mandata Dei; iuxta illud Domini ad Moyſem, [*Congrega ad me populum, vt audiant ſermones meos i.*] Adorandum maximè in oppido Iudæ, nomine Maſpha, conuenire ſolitus fuit Hebræorum populus, ex illo Macchabæorum. [*Et congregati ſunt, & venerunt in Maſpha contra Ieruſalem; quia locus orationis erat in Maſpha ante in Iſraël, & ieiunauerunt illa die, & induerunt ſe ciliciis, &c. k*] Nec immeritò, dixerat enim olim Samuël. [*Congregate vniuerſum Iſraël in Maſpha, vt orem pro vobis Dominum l.*] Quoniam autem in Maſpha, neque Tabernaculum, neque Arca, tunc fuit, ſed in Silo; ſequitur vt aliquod altare, ibi conſtructum ſit, cuius gratiâ, ad Dominum veniſſe dicantur; cùm eò, orationis causâ, acceſſerunt. Ad agendum denique conuenerunt, duabus de cauſis, vna creandi Iudicis m, regis n, aut Principis o; altera iubendi, aut gerendi belli gratiâ p.

i Deut. 4. v. 10.
k 1. Mach. 3. v. 47.
l 1. Reg. 7. v. 5.
m Iudic. 10. v. 21.
n 1. Reg. 10. v. 17.
o 1. Mach. 9. v. 55.
p Iud. 20. v. 1.

De populo verò ſingularum Tribuum, veriſimile admodùm videtur) cum ſingulæ Tribus Principes ſuos habuerint, ipſas ex eorum auctoritate conueniſſe, conſultaſſe, iudicia feciſſe, & bella geſſiſſe. Belli geſti duo hæc monumenta ſuperſunt, quòd Tribus Dan proprium bellum geſſit contra vrbem Laïs q, eamque inuaſit; & Tribus Ephraim inſurrexit in Iepthe r.

q Iud. 18. v. 27.
r c. 12. v. 4.

Idipſum dicendum videtur de populo ſingularum ciuitatum, cum in eiſdem quoque fuerint Magiſtratus, quos ciuitatum Principes appellarunt. Cæterum quia reſpublica Hebræorum omnino popularis non fuit, ſed aut Ariſtocratica, aut Regia; idcircò populus haud magnæ in illa fuit auctoritatis; cum in Ariſtocratica, Senatus; in Regno autem Rex præualuerit. Quòd ſi quid neruorum aut poteſtatis habuit populus, maximè poſt exciſum à Chaldæis regnum Iuda, id præſertim contigit, cum Aſſamonæos Principes ſibi aſciuit. Per id enim temporis, miſſæ ſunt litteræ cum hoc indice: *Populus qui eſt Ieroſolymis, & in Iudæa, Senatuſque, & Iudas, Ariſtobulo magiſtro Ptolemæi Regis; qui eſt de genere Chriſtorum Sacerdotum, & his qui in Ægypto ſunt Iudæis, ſalutem & Sanitatem s.*] & alibi. [*Simoni Pontifici, & Senioribus, & cuncto populo t.*] Et apud Ioſephum, [Claudius Cæſar, Principibus, Senatui, populo, gentique Iudæorum u] quaſi verò populus partem aliquam reipublicæ haberet. Ex quo apparet, non ſolum dum Iudæa Regibus ſuis obtemperauit, ſed etiam cùm Imperatori Romano, populari concioni, ſi legitima eſſet, non autem confuſa, iuris aliquid fuiſſe, perinde ac in cæteris Aſiæ ciuitatibus, in quibus & iuriſdictionem, & rei capitalis cognitionem, Proconſul Romanus forum agens exercuit.

s 2. Mach. 1. v. 10.
t 14. v. 22.
u 20. Antiq.

Legitima Concio eſt illa quæ ex lege, certis diebus, erat coacta: Confuſa verò quæ temerè; & extra ordinem fuerat conuocata. Hæc, vel ex D. Luca Græci & Romani moris peritiſſimo, comprobantur; qui de conuentibus Romanis, & legitima Epheſiorum concione, quam illi Eccleſiam nominabant,

ſic ſcripſit. [*Paulo autem volente intrare in populum, non permiſerunt diſcipuli, erat enim Eccleſia confuſa a*] & mox, [*Cùm ſedaſſet Scriba* a Act. 19. v. 30. 31. *Turbas, dixit, ſi Demetrius, & qui cum eo ſunt artifices habent aduerſus aliquem cauſam; Conuentus forenſes aguntur, & Proconſules ſunt. Accuſent inuicem, ſi quid autem alterius rei quæritis, in legitima Eccleſia poterit abſolui. Et cum hæc dixiſſet, dimiſit Eccleſiam.*] Id eſt Concionem. Cumque ternas, ſingulis menſibus, ex lege Conciones habitas eſſe ſcribat D. Chryſoſtomus b, meritò, ſedato tumultu, b in Acta Apoſtol. dixit Scriba ad Epheſios qui Concionem confuſam inierant, ſi crimen aduerſus aliquem habetis, quod deferre velitis, Proconſulem Aſiæ adite cùm forum aget, & conuentum habebit, id eſt, cùm ius dicet Epheſi: ſin autem alia cauſa eſt, expectate legitimam Epheſini populi Concionem, & apud eum agite. Atque his dictis dimiſit Concionem, quæ confuſa erat, id eſt, temerè & non ex lege conuenerat.

SECTIO II.

De Senatu Hebræorum, ac ſeptuaginta Senioribus.

TRiplicem Senatum habuerunt Hebræi, vt triplici populo ius dicerent; vnum in quem Seniores populi vniuerſi, alterum, in quem Tribuum ſingularum; tertium, in quem ſingularum ciuitatum Iudices conueniebant.

Senatus vniuerſi populi conſtitutus eſt à Deo ex ſeptuaginta viris, qui cæteris ætate & prudentia in toto Iſraële præſtarent: dixit enim Dominus Moyſi. [*Congrega mihi Septuaginta de Senibus Iſrael, quos tu noſti; quod Senes populi ſint, ac magiſtri & Duces ad Oſtium Tabernaculi fœderis vt ſuſtentent tecum onus* c Num. 11. v. 16. 17. *populi, & non tu ſolus graueris c.*] Aſſederunt autem hi in vrbe metropolitana, ſummo reipublicæ Pontifici; atque ab eo adhibiti, vna cum Principibus populi de ſumma rerum inierunt conſilia: vt inſinuatur ex illo Scripturæ loco, [*Congregati ſunt omnes maiores natu Iſrael ad Regem Salomonem in Ieruſalem d.*] Septuaginta iſti Seniores, dicti ſunt d 3. Reg. 8. v. 1. etiam Scribæ, & legum latores; quia quidquid ſcribebant vel tradebant, tanquam lex ab aliis habebatur. Iidemque e Septuaginta e Ita Rabbi Iohanan, referente Galatino, l. 4. c. 5. Linguas nouerant, ne oporteret eos, alios interpretes audire. Statura quoque & externum decus in eis requirebatur, vt in reuerentia haberentur apud omnes. Duo maximè in eo ſupremo Senatu, auctoritate præcellebant, nempè Princeps Senatus, quem Naſi vocabant; qui à cæteris delectus, Moyſis locum tenebat; & ille qui præſtabat ætate, quem Conſiſtorij Seniorem appellabant: hic enim primum locum ad Principis dexteram obtinebat; cæteri ſexaginta nouem ſedebant ordine dignitatis & promotionis.

Senatus hic, cùm ſucceſſu ac iniuria temporis penè collapſus fuiſſet, à pio Ioſaphat reſtitutus eſt f; vt patet ex libro 2. Paralipo- f 2. Paralip. 19. v. 8. & equ. menon, vbi inter alia dicitur. [*In Ieruſalem quoque conſtituit Ioſaphat Leuitas, & Sacerdotes, & Principes familiarum ex Iſraël, vt iudicium & cauſam Domini iudicarent habitatoribus eius, præcepitque eis, dicens: ſic agetis in timore Domini fideliter, & corde perfecto omnem cauſam, quæ venerit ad vos fratrum veſtrorum, qui habitant in vrbibus ſuis inter cognationem, vbicunque quæſtio eſt de lege, de mandato, de ceremoniis, de iuſtificationibus: oſtendite eis vt non peccent in Dominum; & ne veniat ira ſuper vos, & ſuper fratres veſtros: Sic ergo agentes, non peccabitis. Amarias autem Sacerdos & Pontifex veſter, in his quæ ad Deum pertinent præſidebit g.*] g 2. Paral. 19. v. 8. 9. 10. 11.

Hic duo maximè veniunt obſeruanda; vnum in vltimis verbis, nempè Pontificem fuiſſe Præſidem Concilij Seniorum, prout intelligunt aliqui; id tamen verba illa Scripturæ haud ita arguunt. Certum quidem eſt, quòd Pontifex, ſi aliàs prudentia polleret, admittebatur à collegio ad illum conſeſſum: An autem in eo præſideret, vel tantum aſſiſteret non adeò certum, cum tamen præfuiſſe crediderim. Aliud obſeruandum eſt in præcedentibus, cum dicitur: [*Vbicunque quæſtio eſt lege, de mandato, de Ceremoniis, de iuſtificationibus;*] Ibi enim quatuor ſummatim exprimuntur genera controuerſiarum; nam aliæ oriebantur h ex lege Decalogi; aliæ h Ita Lyranus in eum locum. ex mandatis moralibus, quæ ſunt extra legem Decalogi; aliæ ex præceptis ceremonialibus, ad Diuinum cultum ſpectantibus; aliæ denique ex præceptis iudicialibus, quæ ad externam pacem, iuſtitiamque conſeruandam erant accommodata. Et ſub his quatuor controuerſiarum generibus, veniunt omnes omnino, quæ in populo Iſraël ſuboriri poterant controuerſiarum differentiæ, de quibus omnibus Concilium LXX. Seniorum, quique ei præſidebat Pontifex ferebat ſententiam, eamque certam & infallibilem; vt ſuadetur ex eo quòd illi LXX. in ipſa ſui electione in deſerto, Spiritum prophetiæ acceperunt. [*Cumque requieuiſſet in eis Spiritus*, inquit Moyſes, *prophetarunt, nec vltrà ceſſauerunt i.*] i Num. 11. v. 25.

Et licèt non ita conſtet, cæteros qui poſteà in eorum locum ſubrogati ſunt, eundem accepiſſe prophetiæ ſpiritum, credibile tamen eſt ſingularem Dei aſſiſtentiam, quoties de rebus difficilioribus deliberandum erat, eis adfuiſſe; maximè verò Pontifici qui eis præſidebat, vt ſupremi iudicis in ferenda ſententia fungeretur officio; quod ex illo Deuteronomij ſatis comprobatur: [*Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram: & iudicum intra portas tuas videris verba variari, Surge & aſcende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, venieſque ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad Iudicem qui fuerit illo tempore: quæreſque ab eis qui indicabunt tibi, iudicij veritatem, & facies quodcunque dixerint qui præſunt loco quem elegerit Dominus; & docuerint te iuxta legem eius; ſequeriſque ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, & decreto Iudicis; morietur ille homo k.*] Ex his enim k Deut. 17. v. 8. &c. Scripturæ locis rite perpenſis Pontificem

fuiſſe

fuiſſe infallibilem Iudicem controuerſiarum apertè colligitur. Primò quidem ex diſcrimine, quod erat inter ſummum Pontificem, & alios inferiores Iudices: quando enim ſuboriebatur aliqua difficilior controuerſia in cuius deciſione inferiores Iudices diſſentiebant, præcipiebat Deus, vt eam partes litigantes deferrent ad Pontificem in ſuperiori Concilio præſidentem, cum hac promiſſione quòd ab eo accepturi eſſent iudicij veritatem: quod ſanè arguit Pontificis infallibilitatem; nam ſi Pontifex in tali caſu fuiſſet fallibilis, non accepiſſent litigantes ab eo iudicij veritatem. Secundò ex eo quòd mandabat Deus omnibus ſub pœna mortis, vt acquieſcerent ſententiæ Pontificis: etenim certum eſt Deum non mandaſſe vt acquieſcerent ſententiæ falſæ, maximè in negotio fidei ac religionis. Tertiò ex parte litigantium, nam ſi Pontifex quando publicè pronunciabat ſententiam, potuiſſet falli; nuſquam litigantes qui ad eum acceſſerant, fuiſſent ſecuri; nec altera pars ſub pœna mortis debuiſſet ſubiacere ſententiæ contra ſe latæ, quam falſam aut iniquam potuiſſet ſuſpicari. Hinc conſtat, Pontificem cum ſuo Seniorum Concilio in ſententia publicè ferenda circa controuerſias nequaquam errare potuiſſe. Et quæ paſſim obiiciuntur, ſolum id vt plurimùm attingunt, eum in aliquo ſingulari facto erraſſe, (in quo quidem, ſicut & alios quiſpiam mortalium errare poterat) minimè verò in diiudicandis legalibus controuerſiis.

Perturbatis deinde in Babylonica captiuitate iudiciis; deletoque LXX. Seniorum Concilio; poſtquàm in patriam redierunt Iudæi, vt cætera, ſic hæc quoque reſtituerunt: & Sacerdotibus poteſtas Iudiciaria, in conſilio data eſt; vt præmonuit Ezechiel, Deo ſic per Prophetam loquente: [*Sacerdotes populum meum docebunt, quid interſit inter ſanctum & pollutum; & inter mundum & immundum oſtendent eis, & cum fuerit controuerſia ſtabunt in iudiciis meis, & iudicabunt leges meas, & præcepta mea in omnibus ſolemnitatibus meis cuſtodient a.*] Id eſt de cauſis religionis & capitalibus cognoſcent, prout ego in lege faciendum eſſe præſcripſi. Sunt qui hoc LXX. Seniorum Concilium, è familia Dauidis deinde ſelectum fuiſſe dicant; ac demùm ab Herode Aſcalonita ſublatum, occiſis ex Dauidica ſtirpe Senioribus illis, qui magis in lege videbantur conſulti; & ſubſtitutis in eorum locum Proſelytis. [Herodes, ait Philo, anno 30. principatus ſui, Sanhedrin ex domo Dauid ſuſtulit b]

o Ezech.44. v.23.&c.

b l. de temporibus.

Quod ſpectat ad ſecundum ſingularum Tribuum Senatum, vnamquamque Tribuum ſuos habuiſſe Senatores, ab iis qui vniuerſi populi erant, diuerſos; coniectura, probabilis, quàm auctoritate, certius eſt. Licèt enim Scriptum ſit. [*Congregati ſunt ad eum* (nempe Regem Ioſiam) *omnes ſenes Iuda c*] item [*Dauid miſit dona de præda Senioribus Iuda, proximis ſuis d*] item [*Diſſipabo conſilium Iuda e.*] Fieri tamen poteſt, vt qui Iudæ Seniores dicuntur, iidem ſint cum Senioribus populi.

c 4. Reg. 20. v.1.
d 1.Reg.30. v.26.
e Ierem.19. v.7.

Ciuitates autem ſingulæ, procul dubio ſuos quoque Senatores habuerunt, à prioribus diſtinctos; vt patet vel ex his Scripturæ locis, [*Si fugerit* (nempe homicida) *ad vnam de ſupradictis vrbibus, mittent Seniores ciuitatis illius, & arripient eum de loco effugij f*] item [*apprehendit* (nempè Gedeon) *puerum de viris Socoth, interrogauitque nomina Principum, & Seniorum Socoth g*] item. [*Tollens Booz decem viros de Senioribus ciuitatis Bethleem, dixit ad eos, ſedete hic, & teſtes eſtis h*] Item. [*Congregati ſunt ad Regem Ioſiam omnes Senes Iuda, & Ieruſalem i.*]

f Deut.19. v.11.
g Iudic.8. v.14.
h Ruth.4. v.19.
i 4.Reg 20. v.1.

ARTICVLVS II.

De Iudiciis, ac duplici Hebræorum tribunali.

CVm Articulo præcedenti actum ſit de Conciliis, in quibus præcipuè de ciuitatis vtilitate diſceptatur. Sequitur vt in iſto agatur de iudiciis, in quibus ſingularis æquitas, quæ lege, aut prouideri, aut præcipi non potuit, definitur & quia Iudicia hæc apud certa Tribunalia ferebantur; de his quoque Tribunalibus aliquid obſeruandum eſt.

Duplex maximè apud Hebræos fuit olim Tribunal; vnum minus, quod 23. tantùm habebat Iudices, & Iudicium appellabatur. Aliud maius, quod Talmudiſtæ Sanhedrin; Græci Συνέδριον vocant; Latinus Interpres Concilium Seniorum, vel abſolutè Concilium vertit; quod ex LXX. Senioribus conſtabat. Vtriuſque Chriſtus Dominus mentionem facit, dum ait, [*Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio: qui autem dixerit raca, reus erit conſilio k.*] Vtrumque ſuam habuit originem ſub Moyſe in deſerto; minus quidem ex perſuaſione Iethro l: maius verò ex mandato Dei m.

k Matth.5. v.22.
l Exod.18. v.14.
m Num.11. v.16.

Moyſes Dux ac Iudex Hebræorum, & Pontifex extraordinarius, interno videlicet Spiritus Sancti vnctus oleo, prius omnea omnino controuerſias quæ ſuboriebantur in populo, ſolus iudicabat; poſteà verò, vt eo ſubleuaretur onere, ſoceri ſui perſuaſione, inſtituit Tribunos, Centuriones, Quinquagenarios, & Decanos, qui minores cauſas iudicarent; grauiores ad illum remitterent: ac demùm ipſius Dei præcepto elegit LXX. Seniores, qui etiam in cauſis grauioribus ei aſſiſterent n. Vnde & poſt mortem Moyſis, cùm iam filij Iſraël veniſſent in terram promiſſionis, duplex Tribunal, vnum Ieroſolimis, pro cauſis difficilioribus; alterum in ſingulis ciuitatibus, pro facilioribus, conſtitutum eſt: adeò vt illud prius, Concilio LXX. Seniorum; hoc verò poſterius, Concilio Tribunorum, Centurionum Quinquagenariorum, & Decanorum, reſponderet.

n Num.11. v.17.

De eorum iudicandi poteſtate, & modo, habetur in libro Sanhedrin Babylonico: vbi etiam dicitur, Iudicia diuitiarum ſiue pecuniarum, & bonorum mobilium, per tres Iudices fieri ſolita: Iudicia verò animarum, per 23. qui eùm interfeciſſent animam, id eſt, eùm aliquem occidendum iudicaſſent, tota die nihil guſtabant; vt notat Rabbi Akiba, apud Galarinum o. Conueniebant quotidie LXX.

o L4. c.5.

V Iudices,

Iudices,& conſidebant à matutinis boris vſque ad veſperam; hac lege vt cuique pro ſuoium negotiorum ratione, abeſſe ant abire liceret, dummodu tertia pars Concilij, id eſt viginti tres ſupereſſent. Senatus ille de rebus præcipuis cognoſcebat, ad Religionem & rempublicam attinentibus, v. g. de conttouerſiis legalibus, anno intercalari, Pſeudoprophetis, Apoſtatis, de Rege, Pontifice, bello, fœderibus, legatis, vectigalibus, publicis ædificiis, & cæteris huiuſmodi. Ordinabant etiam aliorum Iudicum Conuentus, qui in aliis ciuitatibus & locis circumquaque populum regebant; hac tamen conditione, vt qullibet cuiuſcunque regionis Conuentus, magno maiorum conuentui, in Ieruſalem in loco Gaxiib exiſtenti, ſubeſſet. (Locus ille Gaxith, fuit cutia quæ ex Adrichomio in inferiori vrbe, antiquo ciuitatis muro cooiuncta erat.) Aliæ domus iudicij viginti trium, in diuerſis locis erant; vna in porta mooiis domus, id eſt templi; altera in porta atrij; aliæ in ſingulis ciuitatibus Iſraël, quarum quælibet euocare poterat ad propinquiorem, & ex hac ad illam quæ in potta montis domus Domini erat; poſteà ad eam quæ etat in porta atrij; ac demùm ex hac, ibant ad Conſiſtotium Gazith, id eſt, dolatum vel politum, in quo Sanhedtim à manè vſque ad veſperam ſedentes etant. Hæc ex Galatino *a*.

a loc. citat.

Aduocarunt hoc Concilium, aut Rex, aut Pontifex, provt crimen delatum, aut ciuitatem attigit, aut Religionem. Ordo autem rei, apud hos Iudices peragendæ, fuit huiuſmodi. Qui crimen alterius deferre cupiebat, is aut Regem, aut Pontificem, aut Principes, cauſarumve introductores adibat; reumque denuntiabat: tum iſti ſi cauſam recipiendam arbitrarentur, miniſtros ad reum capiendum mittebant; & ſi res, aut capturæ periculum, expoſtulaſſet, cohortem etiam à Præfecto Templi adiiciebant, eumque ad ſe adductum, in carcere, ac in cuſtodia militari habebant, donec de illo iudicaretur. Inde vniuerſo Concilio conuocato, cognitioni cauſæ dabatur opera.

Intendebatur autem ab accuſatore crimen, & pœna, bis verbis: [iudicium mortis eſt viro buic, quia hoc, vel illud fecit *b*] repellebatur verò à defenſore, iſtis [iudicium mortis non eſt viro buic, quia illud non fecis, aut quia iuſtè fecit.] Patet hæc intendendi, repellendique criminis vtraque formula, ex illis verbis Ieremiæ; *Loquuti ſunt Sacerdotes & Propheta ad Principes, dicentes. Iudicium mortis eſt viro huic, quia prophetauit aduerſus ciuitatem iſtam; & dixerunt Principes ad Sacerdotes. Non eſt viro huic iudicium mortis, quia in nomine Dei noſtri locutus eſt ad nos c.*] Vbi verò perorata vtrinque cauſa erat: à Iudicibus ſuffragia dabantur; tum reus, pro numero ſententiarum, aut condemnabatur, aut abſoluebatur, formula damnationis habetur apud Matthæum, in cauſa Chriſti: [*Quid vobis videtur* [*at illi reſpondentes dixerunt, reus eſt mortis d*] & apud Marcum [*Omnes condemnauerunt eum reum eſſe mortis e.*]

b Sigonius de repub. Hebr. l. 6. c 7.
c Ierem. 26. v. 11. 19.
d Matth 26. v. 66.
e Marci. 14. v. 64.

Cæterum vbi Iudæa, victo Ariſtobulo II. in Prouinciam Romanorum redacta, Antipatrum Herodis Aſcalonitæ patrem, procuratorem accepit: Concilio relicta tantùm eſt condemnatio; animaduerſio verò erepta, & Procuratori tradita; adeo vt ſine eius auctoritate, Concilium io damnatum animaduertere nequaquam poſſet *f*: vt patet io iudicio *Chriſti*. Concilium enim damnauit *Chriſtum*, & morti addixit; his verbis. [*Reus eſt mortis g, omnes condemnauerunt eum reum eſſe mortis h*] poſteà tamen reſponderunt Pilato, [*Nobis non licet interficere quemquam i, perſuaſeruntque populo, vt peterent Barrabam, Ieſum verò perderent.*] Tum Publius Gabinius Syriæ Proconſul ab Alexandro Ariſtobuli ſecundi filio Prouocatus, nouâ victoriâ partâ, Iudæam, quatuor Conciliis additis, in quinque Toparchias diſtribuit; quibus ſua uique Metropolis eſt aſſignata: nempe Ieruſalem, Dote, Amathuntis, Iericho, & Sephotim quæ à Ioſepho vocatur Sephora *k*. Vnde cùm deinceps quinque Concilia eſſent, meritò *Chriſtus* poſteà ad Diſcipulos dixit, [*Cauete ab hominibus, tradent enim vos in Concilia l.*] Græcè ſic Συνέδρια.

f Ioſeph ac antiq. vbi de S. Iacobo fratre Domini loquitur.
g Matth. 26. v. 66.
h Marci 1. v. 64.
i Ioan. 18. v. 31.
k l. 14. antiq c. 10.
l Matth. 10. v. 17.

ARTICVLVS III.

De pœnis apud Hebræorum Tribunalia infligi ſolitis, nec non de vltima ob necem Chriſti, Parricidæ genti à Deo inflicta.

POenarum, quæ apud Hebræorum Tribunalia infligi ſolebant, hæc potiſſimum genera io Scripturis inueniuntur. Reſtitutio *m*, mulcta *n*, talio, verberatio, exſilium, venditio, mors.

m Exod. 22 v. 1.
n Exod. 21. v. 22.

Reſtitutio vt [*Si quis furatus fuerit bouem, aut ouem, & occiderit, vel vendiderit; quinque boues pro vno boue reſtituet, & quatuor oues pro vna oue o.*].

o Exod. 22. v. 1.

Mulcta. [*Si quis percuſſerit mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, ſed ipſa vixerit; ſubiacebit damno, quantum maritus mulieris expetiuerit, & arbitri iudicauerint p.*]

p c. 21. v. 22

Talio. [*Sin autem mors eius fuerit ſubſequuta; reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, aduſtionem pro aduſtione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore q.*]

q v. 23.

Verberatio. [*Sin autem qui peccauit dignum viderint plagis; proſternent, & coram ſe facient verberari. Pro menſura autem peccati, erit & plagarum modus: ita dumtaxat, vt quadragenarium numerum non excedant, ne fœdè laceratus antè oculos tuos abeat frater tuus r.*]

r Deut 25. v. 2.

Venditio. [*Si non habuerit quod pro furto reddat, ipſe venundabitur s.*]

s Exod. 22. v. 3.

Exſilium. [*Qui autem non eſt inſidiatus; ſed Deus illum tradidit in manus eius, conſtituam tibi locum, in quem effugere debeat t.*]

t Exod. 21. v. 5. 13.

Mors baber ſub ſe plures ſpecies; tres nominatim in lege exprimuntur: nempè combuſtio, lapidatio, crucifixio; reliquæ ſub nomine generali occiſionis inſinuantur. Côbu-

ſtionis fit mentio in Leuitico *a*. Crucifixionis, hæc lex traditur à Deo. [*Quando adiudicatus morti appenſus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno; ſed in eadem die ſepelietur: quia maledictus à Deo eſt qui pendet in ligno b.*] Crucifixionis ſupplicium frequens habetur In Scriptura *c*. Duplexque eiuſdem ex iudicio conſtitutæ, in ipſa occurrit exemplum; vnum iudicio Dei; alterum verò Pilati. De priore dicitur. [*Iratus Dominus contra eos qui fornicati erant cum filiabus Moab, ait ad Moyſem: tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Iſrael d.*] De poſteriore, quâ *Christus* damnatus eſt; legitur. [*At illi clamauerunt, Crucifige eum. Pilatus autem volens populo ſatisfacere, tradidit Ieſum flagellis caſum, vt crucifigeretur e.*] Crediderim eos Chriſtum crucifigi poſtulaſſe, non legibus ſuis, ſed Romanis; nam qui perduellionis erat inſimulatus, is ex ipſorum Romanorum iudiciis, in crucem agebatur *f*. *Christum* autem læſæ maieſtatis reum fecerant, quod ſe Regem Iudæorum aſſereret; cùm ſolum Cæſarem ſe pro rege habere proteſtarentur. Mos etiam fuit, vt cruci affixorum cadauera, cognatis ad ſepulturam commendarentur; vt ſuggerit Philo, dùm ait. [Noui quoſdam iam crucifixos, inſtante feſto Auguſtorum, de cruce depoſitos, & ad ſepulturam, de more, cognatis redditos *g*.] Hoc & in *Christo* obſeruatum eſt.

a Leuit. 20. v. 14.
b Deut. 21. v. 22. 23.
c Ioſue 8. v. 29.
d Num. 25 v. 4.
e Marc. 15. v. 15.
f Sigon. de rep. Hebr. l. 6. c. 8.
g Philo in Flaccum.

Quod ſpectat ad lapidationem; lapidibus obruendos legimus eos qui Deo maledixerunt *h*; qui alienos Deos coluerunt *i* qui Sabbathum violauerunt *k*; qui adulterium commiſerunt *l* & hæc de tribus mortis ſpeciebus quæ apud Tribunalia Hebræorum infligebantur, & nominatim in lege Dei exprimuntur: reliqua ſub nomine generali occiſionis inſinuantur. Strangulationis autẽ ſeu ſuſpendij, nulla velut pœnæ ſtatutæ fit mentio in Scriptura ſacra refertur quidem ſpontanea ſtrangulatio *m*, nec non Iudæ proditoris, qui in pœnam traditi à ſe ſanguinis iuſti, ipſemet in deſperationem actus. [*Laqueo ſe ſuſpendit n, & ſuſpenſus crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia viſcera eius o.*]

h Leuit. 24. v. 16.
i Deut. 13. v. 10 & c. 17. v. 5.
k Num. 15. v. 35.
l Deut. 22. v. 24.
m 2. Reg. 17. v. 23.
n Matth. 27. v. 5.
o Act. 1. v. 18

Luerunt & ſuas pœnas Iudæi patricidæ, qui *Christum* crucifigi à Pilato vehementiùs efflagitarunt, vniuerſi clamantes [*Crucifige, crucifige eum p*] eoque de illius innocentia palam proteſtante, ſucclamarunt; [*Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros q.*] Et Pilato adhuc obſiſtente, & admonente, [*Regem veſtrum crucifigam r.*] Exclamarunt [*non habemus Regem niſi Cæſarem s.*] Multa enim ac duriſſima à Romanis perpeſſi ſunt: ac demum Titus Cæſar, cùm inſtantis Paſchatis occaſione, vndequaque Ieroſolymam ex more confluxiſſent; Caſtra poſuit in Monte Oliueti, vnde Dominus olim videns *t* ciuitatem, fleuit ſuper illam, & intra triduum vallo, muroque ita cinxit, vt nulli pareret exitus: ſicque vrbs illa perfecti decoris, gaudium vniuerſæ terræ, facta eſt ſepulchrum mortuorum, fame ac peſte pereuntium. Ac demum capta, in vltionem necis *Christi*, comburitur, & exſcinditur: tantaque ſtrages paſſim edita eſt, vt pietaque incendia largiſſimus ſanguis extingueret. Et ex eo tempore diſperſi Iudæi ſeruierunt vbique, ſine Duce ſine Rege, qui *Christum* habere noluerunt, noluntque, in ſua ſemper nequitia pertinaces.

p Ioan. 19. v. 6.
q Matth. 27. v. 25.
r Ioan. 19. v. 15.
s Ibid.
t Luc. 19. v. 41.
Vide lib. præced. Obſeruat. vlt.

Nec tamen à perfidis illis *Christi* perduellibus, eam, quam olim fideli Abrahæ, eorum parenti ſecundùm carnem, de multiplicando ipſius ſemine repromiſit Deus, temporalem abſtulit benedictionem: gens enim illa Iudæorum ferro licèt, ignéque fuerit diminuta, tantiſque attrita malis, totque deſuper icta, & natali ſolo excuſſa fulguribus; adeò tamen creuit ac multiplicata eſt, vt Poëtarum aliquis *x* in Iudæos poſt Titi victoriam vbique diſperſos ſcripſerit.

x Rutilius.

Atque vtinam, nunquam Iudæa ſubacta fuiſſet
Pompeij bellis, imperioque Titi:
Latius exſciſſa peſtis contagia ſerpunt,
Victoreſque ſuos natio victa premit.

APPENDIX.

De diſperſionibus Iſraëlis, ſeu Gentis Iudaicæ.

DISPARSIONVM Iſraëlis, diſperſioniſve Iudæorum non rarò meminit Scriptura *y* ad eas Catholicam ſuam dirigit Iacobus frater Domini, his verbis. [*Iacobus Dei & Domini noſtri Ieſu ſeruus, duodecim Tribubus quæ ſunt in diſperſione ſalutem z.*] Prioremque ſuam Princeps Apoſtolorum ſcribens, ait. [*Petrus Apoſtolus Ieſu Christi electis aduenis diſperſionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithyniæ a.*] Idque ſingulare Pſalmiſta tribuit Meſſiæ, quòd ante finem mundi [*diſperſiones Iſraelis congregabit*] vt hæc, hiſque ſimilia vtriuſque fœderis loca poſſint intelligi, obſeruanda ſunt quæ ſequuntur.

y Iudith. 5. v. 23. Pſ. 146. v. 2.
z Iacob. 1. v. 1.
a 1. Petr. 1. v. 1.

Iudæi qui ante tranſlationem ſuæ gentis, aut poſt eam, Palæſtinorum ſedes reliquere, vt alias terras quæ in vicino erant, incolerent, aliquâ infamiæ notâ inurebantur; & vt Terræ ſanctæ contemptores à cæteris audiebant. Referunt Talmudici *b* ſæuiſſima Numinis edicta, quibus cautum fuit, ne Iudæus quiſpiam migrandi libidine, patrium ſolum deſereret. Inter eorum ſcita, hoc erat: [Qui peregrè extra terram ſanctam degit, velut ſyderum, planetarumque cultor habendus eſt.] Nec leuem huius rei fidem faciunt iſta Dauidis ad Saülem inſequentem ſe verba: [*Si Dominus incitat te aduerſum me odoretur ſacrificium: ſi autem filij hominum maledicti ſunt in conſpectu Domini qui eiecerunt me hodie vt non habitem in hæreditate Domini, dicentes: vade ſerui diis alienis c.*] Aliquæ tamen fuerunt cauſæ quæ Iudæos aliò migrantes culpâ liberarent, vt fames, ſterilitaſque, quæ Elimelech de Tribu Iuda, & Noëmi eius vxorem, cum duabus filiis Machalon, & Chelion, vlla abſque noxa, adegit in terram Moab *d*. Item vis illata tum decem Tribubus ſchiſmaticis, quarum duas, nempè Ruben & Gad, & dimidiam Manaſſe, trans Iordanem ſitas Teglatbphalazar *e* tráſtulit in Aſſyrios: & filius

b Teſte Petro Cuneo l. 2. c. 23.
c 1. Reg. 26. v. 19.
d Ruth. 1. v. 1. 2.
e 4. Reg. 15. v. 29.

eius Salmanaſar *a* reliquas eis eumdem fluuium poſitas.) Tum duabus, ſcilicer Iuda, & Beniamin quibus conſtabat regnum Iuda; quas Nabuchodonoſor captiuas duxit in Babilonem.

His aliiſque modis Iudæi per Aſiam, Græciam, Ægyptum, & Africam diſperſi latè ſedes ſuas procul à Palæſtina poſuere, Regum illarum Gentium tantis affecti beneficiis, vt inter exteros lubentiſſimè vitam exigerunt. Qui Aſiam incoluere, Aſiatici; qui Ægyptum & Græciam, Helleniſtæ nuncupari ſunt. Aſiaticorum digniſſimi, nobiliſſimique erant Babylonienſes, qui à Chaldæis trans Euphratem adducti Babylone, viciniſque in locis habitauerunt. Horum pats quædam, expletis LXX. annis deſolationis, Ieroſolymam rediit: cæteri munificentiâ Regum ſub quibus viuebant allecti, ſedes ſuas, ac Colonias ibi fixere, magnamque excreuerunt in Gentem. Incredibile dictu eſt, quàm amplas ibi res tenuerinr exules, commiſſa eis erant Babylonici imperij atcana, quæ Sacerdos Hebræus cuſtodiebat turri immenſi operis ad boc in Ecbatauis Medotum exſtructa.

Iudæis extraneam terram incolentibus ſumma coniunctio ac neceſſitudo cum Ieroſolymitanis fuir: non eos inſtitutorum diuerſitas, non patrius ſermo diſtinxir: omnia genuina & eadem fuere in vtriſque. Quare vr Babylone illis procul à patria habitare permiſir Deux, quòd ibi nulla eos peregrini moris contagio afflaret: ita eiſdem vltrò pergere ad habitandum prohibitum fuit, vt refert Rabbi Moſes Ben-Maimon, explicans illud Ieremiæ: [*Babylonem ducentur, atque illic erunt.*] Ibi quamdam velut rempublicam inter ſe agitarunt, & iura dixerunt cæteris de eadem gente, qui extra Palæſtinam eſſenr. Principatum ſemper ibi tenuerunt quidam proceres, qui genus ſuum impermixtâ ſerie ad Dauidem referebant. Quin & temporibus Herodis magni, Hircano Ariſtobuli II. fratte ex Parthis ad eumdem Herodem properante infulam & diadema, hoc eſt Pontificatum ei obtulere. Vrhes duas naturâ pariter & opere munitiſſimas Neerdam & Niſibim babuere, in quibus tanquam in ærario quodam ſiti omnes theſauri etant, quos in Palæſtinam identidem hominum caterua deuehebat, ne Parthorum rapinæ cedetent.

Inter Helleniſtas, quos ſcilicet non ſolùm omnis Græcia, ſed & Ægyptus exceperat, primatum quemdam tenebant Alexandrini, qui Alexandriam incolebant, quoſque Alexander magnus lubentes ab Ieroſolyma abduxerat, & cum Macedonum parte illa in vrbe locauerat, quam ex nomine ſuo Alexandriam nuncupauit. Moxque ingens turba ob Syriæ motus illuc exundauit, nec pauciores Ptolemæus Lagi filius, eiuſdem Alexandri in Ægypto ſucceſſor captâ Ieroſolymâ perduxit, atque ita per omnem Ægyptum, latè ſuas ſedes poſuere: Cúmque eorum fidem & virtutem ſummam perſpexiſſet, omnia Ægypti propugnacula & præſidia ipſis commiſir: & vt Cyrenen cæteraſque Lybiæ vrbes ditione firmiſſimâ teneret, multas eorum colonias in ea loca deduxit: cui ſuccedens Philadelphus, adeò deditus fuit Iudæis qui ſub ipſius erant imperio, vt ſacram eorum legem Græcè vetti, atque in omnium manibus eſſe volnerit. Poſtremò Philometor, & vxor eius Cleopatra curam tutelamque totius regni Ægyptiis his Iudæis dedere; & ex his Doſitheum & Oniam illis præfecere copiis ex quibus rerum momenta pendebant. Libertate autem omnes iis in ſedibus tanta vſi ſunt, vr Templum quoque in Heliopolitana præfectura habuerint, quod magnâ religione adirent. Manſit tamen, inhæſitqúe Iudæis qui extra Palæſtinam erant, non ſolùm Aſiaticis, ſed & Helleniſtis tantus amor, affectuſque in ædem Ieroſolymitanam, vt in eam, & pecunias ſtatis temporibus, & donaria ampliſſima mitterét.

Nihilominus Iudæi Ægyptij adeò inuiſi fuerunt Ieroſolymitanis, vt hi noluerint communes cum illis habere Synagogas: auxit odij cauſas patriæ neglectus linguæ Iudæis Ægyptiis, quam plerique ne intelligebant quidem: quare Helleniſtæ dicti ſunt, tam ipſi, quàm qui ab ipſis propagati Græciam, & vicina loca tenuerunt: ſecus etat de Babylonienſibus, quos Palæſtini tanquam fratres germanos, incorruptamque maiorum ſobolem, ſummo in bonore babuerunt; & laudandum eſt quòd patria Inſtituta inter prophanas gentes religioſiſſimè ſeruauetunr. Er pat gloria fuit illis qui Ægyptum & Græciam incoluere: imò & omnibus qui per Orbem Romanum variis locis ſub Cæſarum imperio viuebant; vniuerſi ſiquidem in accurata eatum quas Moyſes præſcripſerat legum obſeruatione perſtiterunt: benignè vt plurimùm leniterque à Principibus habiti, quorum recepti ſedibus fuerunt. Extanr apud Ioſephum *a* litteræ Octauij Auguſti, & Agrippæ, aliorumque Principum ad Cyrenenſes, Epheſios, Sardos, alioſque miſſæ, quibus mandatur ne Iudæi qui apud illos babitabant, dona, pecuniaſque in vſum Templi, & ſacrorum mittere Ieroſolymam prohiberentur.

a l. 16. antiq. c. 10.

Cæterum poſt vltimam eiuſdem Templi, vrbiſque per Titum euerſionem, deterior Iudæorum conditio apud exteros fuit, & priuilegia eorum vbique imminuta ſunt. Cautum eſt ne Synagogas nouas extruerent *b*: ne plures eodem tempore vxores haberent *c*; quamquam Iudæi qui verum Meſſiam non ſuſceperant, polygamiam ſuam clam retinuere, donec Theodoſius, Arcadius, & Honorius eos nihil hac in re à Romanis diſcrepare iuſſerunt. Retinuerant etiam aliquo tempore poteſtatem iudicandi iuxtas leges ſuas in omnibus quæ ad illos pertinebant, poſteà redacti ſunt ad ius Romanum. Etſi enim Imperatores Theodoſius & Valentinianus quoſdam Iudæorum primates fuiſſe ſignificent, qui in vtriuſque Palæſtinæ Synedriis dominabantur *d*, tamen horum iuriſdictio exilia omninò fuit, & in rebus penè nihili ſita.

b l. vlt. C. de Iudæis.
c l. 7. C. eodem.
d l. 17. C. de Iudæis, & Cæl.

TRACTATVS QVINTVS.

DE IVRE BELLI HEBRÆORVM, aliorumque ſub vexillis Domini Sabaoth ritè militantium.

INSPECTA Iudæorum ciuili republica, quâ nulla vnquam in terris, ſanctior, aut bonis exemplis ditior fuit, (vtpotè quæ iis conſtaret inſtitutis, quæ magna ex parte in ſacris codicibus exprimuntur:) ſola eſt militaris diſciplina, de qua paucíſſima admodùm poſterorum memoriæ tradita ſunt. Omnino tamen virtutem bellicam, ea in gente, magna in exiſtimatione fuiſſe conſtat, vel ex eo quòd Deus Hebræorum, honoris titulo, Dominus exercituum, & Deus agminum Iſraël à Dauide nuncupatur. (1.Reg.17. v.45.) Fortitudinem quoque militarem apud illos ſummam fuiſſe fatebitur, qui heroïcas & inſignes Iſraëlitarum victorias attendet, quippe homines exules, atque Ægypto profugi, quos longus error, & quadraginta duorum annorum calamitas in vaſtiſſimis Arabiæ deſertis attriuerat, omnem Chananæam bellicoſiſſimis populis inhabitatam breui tempore ſubegerunt. Ac primo quidem adortu, pugnaciſſimis viris debellatis, monſtriſque filiorum Enac de genere gigantæo exterminatis, (Num.13. v.34.) vrbes grandes atque muratas fortiter inuaſere, terramque (v.29.) fluentem lacte & melle, ſibi olim à Deo promiſſam feliciſſimè poſſederunt; (Gen.12.v.7. & 15.v.18.& 17.v.8.) tanto ſtudio commune bonum, tantaque animi magnanimitate & generoſitate publicam libertatẽ defendentes, vt quominùs, vniuerſa Palæſtina, iam pro vrbe vnica cenſeri poſſet, id vnum obſtabat, quòd non iiſdem mœnibus, omnes eius incolæ clauderentur. Cùmque omnes vndique è finibus etiam magis diſſitis, ad eum locum quem Dominus elegiſſet, ter quotannis ad Sacra communia conuenirent, religio hæc communis concordiæ tam arctiſſimum, fortiſſimumque fuit vinculum, vt aduerſus Hebræos, Deo Sabaoth pro eis pugnante, nulla vis hoſtilis, bellorumque ingruentium tempeſtas inualuerit, ſemper cladibus ſuis maiores ab ipſo ferro inimico animos, operaque repetentes.

Vnde nec immeritò reges exteri, cùm auxiliares copias aliundè adſciſcerent, Iudæo milite ſæpiùs vſi ſunt, frequentibus experimentis edocti, virtute eius patratas eſſe res maximas. Vt alios taceam, Alexander Magnus, dum gentes innumeras, terrarumque ſpatiis longè diſſitas, ſuo ſubiugaret imperio, Iudæos partem exercitus ſui fecerat, vt gloriam domiti orbis etiam illis acceptam ferret. Cum ergo virtutem bellicam, aqud Hebræos ſummam fuiſſe tot argumentis exploratum ſit, haud immeritò de iure belli Hebræorum aliorumque ſub vexillis Domini Dei Sabaoth ſtrenuè, riteque pugnare volentium, Tractatus hic inſtituitur.

Quantam vim habeat in bellis iuſtitiæ conſcientia, hiſtoriarum Scriptores palàm oſtendunt, dum huic iuſtæ cauſæ victoriam attribuunt, vnde & adagium, rarò eum ſoſpitem redire, qui iniuſta arma ſumpſerit. Nec mouere quemquam debent, iniquarum aliquot molitionum proſperi ſucceſſus; ſatis enim eſt, quòd cauſæ æquitas ſuam, eamque magnam habeat vim ad agendum: quamquam ea vis nonnumquam, Deo id permittente, ab effectu ſuo impediatur. Atque illis de cauſis compertum eſt, eſſe aliquod inter populum Dei, aliaſque gentes, commune ius, quod ad bella, & in bellis valeat. De hoc iure procedit breuis iſte Tractatus in ſeptem diuiſus Articulos. Primus eſt; de duplici bellorum genere apud Hebræos, & cautionibus in vtroque ſeruandis. Secundus, quale bellum olim apud Hebræos, hodieque apud fideles iuſtum ſit. Tertius, de iuſtitia ipſa quæ reperitur in bellis tam priuato, quàm publico, ſolenni potiſſimum. Quartus, an in bello iuſto liceat implorare auxilium infidelium contra fideles. Quintus, an bellum inferiorum in ſuperiores iuſtum eſſe queat. Sextus, an lex Poteſtatibus ſublimioribus non reſiſtendi, quouis in caſu obliget. Septimus, de iuſta belli cauſa pro ſui, ſuorumque defenſione.

ARTICVLVS I.

De duplici bellorum genere apud Hebræos, & cautionibus in vtroque ſeruandis.

BEllum, ſi actionem attendas, eſt certatio per vim: ſed qoia vſus obtinet, vt non actio, ſed ſtatus, belli nomine denotetur. Bellum eſt ſtatus aliquorum per vim certantium; & in hoc potiſſimùm ſenſu vſorpatur nomen belli in hoc Articulo, ac ſequentibus. In hoc ergo ſenſu duplicis generis bella ab Hebræis geſta, Talmudici a conſtituunt: alia quæ iuſſu Dei: alia quæ ex decreto Iſraëlitarum ſuſcepta ſunt.

a Rabbi Moſes Ben-Maimon Ægypt. refer. Cunæo l.2.c.19.

Bellum iuſſu Dei, ſeo lege à Deo data indictum, illud eſt, quod cum ſeptem populis terræ Chanaan, & cum Amaleeitis fuit. De Septem illis populis ait Moyſes: [*Cùm introduxerit te Dominus Deus tuus in terram quam poſſeſſurus ingrederis, & deleueris gentes multas coram te, Hethæum & Gergeſæum & Amorrhæum, Chananæum, & Phereſæum & Heuæum & Iebuſæum, ſeptem gentes multo maioris numeri quàm tu es, & robuſtiores te: tradideritque eas Dominus Deus tuus tibi, percuties eas vſque ad internecionem; non inibis cum eis fœdus, nec miſereberis earum, neque ſociabis cum eis coniugia b.*]

b Deut.7.v.1.2.3.

De memoria Amalecitarum obliteranda, celebre eſt diſtrictum illud Diuini numinis edictum: [*Memento quæ fecerit tibi Amalec in via quando egrediebaris ex Ægypto, quomodo occurrerit tibi, extremos agminis tui qui laſſi reſidebant ceciderit, quando tu eras fame & labore confectus, & non timuerit Deum. Cùm ergo Dominus Deus tuus dederit tibi requiem, & ſubiecerit cunctas per circuitum nationes in terra quam tibi pollicitus eſt, delebis nomen eius ſub cœlo: caue ne obliniſcaris c.*]

c Deut.25.v.17.18.19.

Bellum poſterioris generis illud eſt, quod ex decreto Iſraëlitarum ad proferendos ipſorum fines, & eorum magnitudinem famamque ampliandam; vel ad ſuppetias ferendas alicui Tribui, quam hoſtis inuaderet, ſubindè ſuſceptum eſt.

In vtriuſque generis bello nonnullas cautiones Deus ſeruari voluit, quas Moyſes his verbis exprimit, [*Si quando acceſſeris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primum pacem, ſi receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea eſt ſaluabitur, & ſeruiet tibi ſub tributo: ſin autem fœdus inire noluerit, & cœperit contra te bellum, oppugnabis eam, cúmque tradiderit Dominus Deus tuus illam in manu tua, percuties omne quod in ea eſt generis maſculini in ore gladij d*] & poſt pauca [*de his autem ciuitatibus quæ dabuntur tibi, nullum omnino permittas viuere, ſed interficies in ore gladij, Hethæum videlicet & Amorrhæum, & Chananæum, Phereſæum & Heuæum & Iebuſæum, ſicut præcepit tibi Dominus Deus tuus e.*] His & aliis ſimilibus verbis, quibus alibi f vtitur Moyſes, addocti Interpretes vulgò ſine diſcrimine, nullaque exceptionis lege, factam à Deo earum ſeptem gentium proſcriptionem ac internecionem, aiunt: quod quidem primâ fronte Diuinæ bonitati ac clementiæ videtur repugnare. Nec abs re, prædictus Rabbi Moyſes affirmat ad eum locum, Feciales pacis offerendæ gratiâ, vt ad alios qui longè erant à Chananæa, ita & ad ſeptem iſtos eiuſdé Chananææ populos miſſos fuiſſe: probatque inſigni hoc Ioſuë teſtimonio. [*Multo tempore pugnauit Ioſue contra reges iſtos. Non fuit ciuitas quæ ſe traderet filiis Iſrael, præter Heuæum qui habitabat in Gabaon, omnes, omnes enim bellando cœpit. Domini enim ſententia fuerat, vt indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Iſrael, & caderent, & non mererentur vllam clementiam, ac perirent, ſicut præceperat Deus Moyſi g.* Hîc enim inſi-

d Deut.20.v.10.&c.

e v.16.17.

f Deut.7.v.2.

g Ioſue 11.v.18.19.20.

nuatur

rnatur ideò deletas eas gentes fuiſſe, quia potiùs belli fortunam tentare maluerunt, quàm pacem conficere, iuxta præſcriptas à Deo Iſraëlitarum Leges. Quòd ſi Fecialibus obediſſent, ſalus earum in dubio nequaquam fuiſſet. His tamen obſtare videtur actio Gabaonitarum, qui ſe gentem procul in aliis terris ſitam finxerunt, pacémque dolo petendam cenſuerunt, quam tamen deditione obtinere potuerant: ſed reſpondet Rabbinus ille legatos anteà ad Gabaonitas ipſos, ſicut ad cæteras nationes miſſos, ac ſpretos fuiſſe, & ex eo tempore Legem Dei de internecione ſeptem gentium latam valuiſſe, quam cùm Gabaonitæ poſteà reſcirent, copiaſque Iſraëlitarum latè victrices pertimeſcerent, imminenti ſibi malo cauiſſe, arte ac fallaciis vſos. Multa tradit idem R. Moyſes de Sacerdote, qui prælij causâ oleo ſacro conſecratus erat, vt ſub tempus prælij, ſiue gerebatur pro imperio, ſiue Lege Diuina indictum eſſet, exercitum ad fortiter & animosè pugnandum hortaretur: orationis quâ ipſe ad populum vtebatur, in Scriptura fit mentio. [*Audi Iſraël, vos hodiè contra inimicos veſtros pugnam committitis, non pertimeſcat cor veſtrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos, quia Dominus Deus veſter in medio veſtri eſt, & pro vobis contra aduerſarios dimicabit, vt eruat vos de periculo b*]

b Deut. 20. v. 3.

Cæterùm; ſummi Legiſlatoris mentem fuiſſe, vt populus Iſraël pareeret illis gentibus, quæ oblatam pacem acciperent, ex vetuſtiſſima maiorum traditione aſſeuerant Talmudici, ſub ea conditione, vt inſuper neceſſe fuerit huiuſmodi gentes ſuſcipere ſeptem præcepta, quæ illi dicebant data filiis Noë, ante Abrahami tempora: alioquin vitam illis haud fuiſſe ſeruandam, quibus religio nulla, Numiniſque obſeruatio eſſet. Et ſex quidem priora accepiſſe etiam primum hominum parentem; ita vt primum mandatum eſſet, celebrandi Diuinam Maieſtatem. Secundum, dicendi ius mortalibus. Tertium, non effundendi ſanguinem humanum. Quartum, non colendi idola. Quintum non exercendi rapinas. Sextum, ne multiplicato mox humano genere, homines inceſtis ſe nuptiis fœdarent. Tandémque Noë pro ſeptimo præcepto iuſſus eſt à Deo ne carnem cum ſanguine comederet c. His ſeptem mandatis tantiſper regebatur mortale genus, donec Abrahæ data eſt lex de Circumciſione d; ac poſteà Moyſi in monte Sinaï Decalogus e, præceptáque iudicialia f, & ceremonialia.

c Gen. 9. v. 5.
d Gen. 17. v. 10. &c.
e Exod. 20.
f cap. 21. &c.

Ea quoque in bellis Hebræorum, primis maximè temporibus, cautio adhibita eſt, vt equitatu non vterentur: Equi ſaltem, equitatúſque veluti res Ægyptiorum aliorúmve gentilium propriæ, in Scripturis ſacris malè audiunt; nec vſquam mentio fit in ea de equo regio, ſed tantum de mulo g, & mula h regia. Quia & Dominus exprobrat Iudæis quod more Gentilium alant equos i: & Doctores k aſſerunt non ſolùm regi, ſed & toti Hebræorum populo prohibitum fuiſſe vſum equorum. Præceptum eſt in Lege vt Hebræus non habeat equos, inquit D. Hieronymus in illud [*dormitauerunt qui aſcenderunt equos l*] quod confirmatur ex illo præcepto dato Ioſuë, [*equos eorum ſubneruabis m*] id eſt pedes & crura eorum incides & inutiles reddes.

g 2. Reg. 18. v. 9.
h 3. Reg. 1. v. 38.
i Iſaiæ 2. v. 7.
k Orig. hom. in Ioſué, Hieron. &c.
l Pſal. 75. v. 7.
m Ioſ. 11. v. 6.

Crediderim tamen Regi non fuiſſe abſolutè prohibitum vſum equorum, ſed abuſum, exceſſumque, quod ſuadetur ex illo Scripturæ loco [*Cùmque fuerit conſtitutus Rex non multiplicabit ſibi equos n*] Et Dauid cùm deuiciſſet Adarezer regem Soba, cœpit quadrigas eius, & ſeptem millia equitum, ſubneruauitque omnes equos curruum, exceptis centum quadrigis, quas ſibi reſeruauit o. Hoc ſanè Dauidis facto comprobatur, non licuiſſe regibus Hebræorum habere ingentem equitatum, licuiſſe tamen habere nonnullos equos, alioquin peccaſſet Dauid, cæteris ſubneruatis, centum quadrigas ſibi reſeruando. Portò Scripturæ teſtimonia quibus equorum vſus Iudæis videtur interdictus, eò tendunt, vt Hebræos admoneant, ne tempore belli in multitudine equorum & curruum, ſicut Ægyptij, aliíque Gentiles; ſed potiùs in virtute ac protectione Dei fiduciam ponant. Hinc factum eſt, vt rarus fuerit vſus equorum apud Hebræos ante tempora Salomonis qui copiam equorum ad luxum & ſplendorem introduxit p, & Ioram q, aliíque reges ad vſum belli r.

n Deut. 17. v. 16.
o 2. Paral. 18. v. 4.
p 2. Paral. 9. v. 25.
q c. 21. v. 9.
r 4. Reg. 3. v. 7.

ARTICVLVS II.

Quale bellum olim apud Hebræos, hodiéque apud fideles iuſtum fuerit.

MAnichæi quodcumque bellum; ex natura rei, aſſerebant illicitum, & ideò Ioſuë, Dauidem, alióſque veteris Teſtamenti reges & principes, qui bella geſſerunt, impietatis inſimulabant s.

s Auguſt. l. 22. contra Fauſtum c. 74.

Quæſtio hæc, vt & aliæ paſſim quæ deinceps ſequentur, ad ius naturæ primùm, deinde ad ius poſitiuum, ſeu etiam ius gentium exigenda eſt. Iure naturæ id iuſtum dicitur, quod naturæ rationali; iure gentium, quod vitæ ſociali conſentit: iniuſtum verò quod eiſdem repugnat. His poſitis, aſſerere haud veremur, viri licet pacifici, bellum aliquando poſſe eſſe iuſtum: bellum enim per ſe nullis repugnat naturæ principiis, neque vlli Legi poſitiuæ, ſiue Diuinæ, ſiue Humanæ. Quod ſpectat ad prima naturæ principia, nullum eſt quod per ſe bello aduerſetur. Cùm & finis belli, vitæ ſcilicet membrorúmque conſeruatio, & rerum ad vitam vtilium retentio, aut repetitio, ipſius naturæ principiis maximè conueniat & vi, bellóque ad eam rem vti, ſi neceſſitas cogat, ipſa natura ſuggerit, quæ & animantibus ſingulis vires ideò tribuit, vt ſe tuendis iuuandiſque ſufficiant. Et animalium quodque natiuo inſtinctu impetuque ad ſui tutelam eo vtitur, quo maximè valet. Vitulus nondùm enatis cornibus, eâ parte minatur, & equuleus nondùm firmatis vngulis calcitrat; & catellus dentibus nondùm robuſtis morſitat: Et manus ex Philoſopho t data eſt homini, pro haſta, pro enſe, & pro armis

t Lib. 4. de part. animal. c. 10.

quibuſlibet, quia propriæ manus opera, omnia poteſt fabricare & ſibi ſumere.

Neque humana ſocietas, aut recta ratio omnem vim inhibet; ſed eam tantum quæ eidem ſocietati repugnat, & ius alienum tollit. Societas enim eo tendit, vt ſuum cuique ſaluum ſit, communi ope ac conſpiratione, quod vtique locum habuiſſet, tametſi, id quod dominium appellamus, introductum non fuiſſet. Nam membra, vita, libertas ſic quoque cuique propria eſſent, ac proinde non ſine iniuria, à quouis impeterentur. Sic & rebus quas natura, & omne iua communes eſſe voluit vti, & quantum natura deſiderat illas abſumere, ius eſſet occupantis, contra quod quicumque huiuſmodi res alteri eriperet, grauem ipſi faceret iniuriam. Et hoc nunc poſtquam ex Lege, aut vſu dominium formam ſuam accepit, multò facilius intelligitur.

Iuri naturali ſacra ſuffragatur Hiſtoria: primum bellum quod à fidelibus illatum fuiſſe Scriptura commemorat, illud eſt quod Pater fidei Abraham quatuor regibus intulit *a*, eóſque ſuperauit. Huc bellum ei licitum iuſtúmque fuiſſe, nemo dubitat, id enim ſingula comprobant; ſanctitas Abrahæ, iuſtiſſima cauſa liberandi Loth conſanguineum ſuum, cum tota familia bonìſque abductum, occurſus & benedictio Melchiſedech *b*, partâ victoriâ. Eo caſu eáque de cauſa fidelis Abraham ſine ſpeciali Dei mandato, arma ſumpſit *c*; Id egit fretus iure naturæ, ſicut & poſteà eius poſteri, cum duce Ioſuë Amalecitas vim ſibi inferentes, repulerunt *d*; & quod Deus non iuſſerat, factum probauit, ac demum leges generales ac perpetuas de modo gerendi bello populo ſuo præſcripſit, eo ipſe oſtendens iuſtum bellum, etiam abſque ſpeciali ſuo mandato, eſſe poſſe, quod non poteſt non eſſe iuſtum quando adeſt ſpeciale Dei mandatum, & in bello quod iuſſit contra ſeptem populos maximorum criminum reos, eos ab aliorum populorum cauſa diſtinguens. Equidem cum Scriptura *e* de iuſtis cauſis belli ſuſcipiendi nullam mentionem faciat, eo ipſo oſtendit, eas naturali lumine ſatis eſſe manifeſtas; qualis fuit illius atrociſſimi delicti perpetratio, cuius vlciſcendi causâ, Tribus vndecim vſque ad internecionem perſecutæ ſunt Tribum Beniamin *f*; qualis etiam fuit violatio legatorum in bello Dauidis aduerſus Ammonitas *g*. Vnde haud incongruè Apoſtolus ait, [*Gedeonem, Barac, Iephthe, Sampſonem Dauidem, Samuelem, alioſque per fidem debellaſſe regna, inualuiſſe in bello castra vertiſſe exterorum h.*] quo loco ſub fidei nomine, includit perſuaſionem, qua id quod fit Deo placere creditur, ita tamen, vt de facto placeat Deo, in hoc ſenſu ſapientiſſima Thecuitis ait, eundem Dauidem præliari Dei prælia *i*, id eſt pia & iuſta.

a Gen. 14. v. 13.

b

c Gen. 14. v. 14. 15.

d Exod. 17. v. 9. 10.

e Deut. 20 v. 10. 15.

f Iudic. 21.

g 2. Reg. 10.

h Hebr. 11. v. 33. 34.

i 1. Reg. 25. v. 28.

Hiſtoriæ ſacræ accedit vnanimis omnium gentium & ſapientiorum conſenſus, [hoc & ratio doctis, ait Tullius *k*, & neceſſitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipſa præſcripſit, vt omnem ſemper vim quacumque ope poſſent, à corpore, à capite, à vita ſua propulſarent] adeóque manifeſtam æquitatem habet hoc naturæ principium, vt inter vermiculos ipſos, inter beſtiolas viliſſimas [ſi vis inferatur, nulla eſt cui non ſit ira, non ſit anima iniuriæ impatiens, & prompta, ſi noceas, ad ſe defendendum alacritas, vt ait Plinius *l*.] Iure ergo naturæ ſatis conſtat, bella non omnia iniuſta, ſed aliqua ipſis naturæ principiis ſecundùm rectam rationem, humanamque ſocietatem iuſtiſſima.

k Pro Milone

Quod ſpectat ad ius poſitiuum; de Diluuio eſt difficultas, ob has necis minas, Noë ac poſteris eius à Deo intentatas: [*Quicumque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius, ad imaginem quippe Dei factus eſt homo m.*] At interdictum hoc de ſanguine humano non effundendo, latiùs haud patet, quàm illud, *non occides*, quod neque capitalibus ſuppliciis, nec bellis obſtitiſſe manifeſtum eſt. Et hoc quod Deus ait de ſanguine etiam homicidæ reciprocè effundendo, continet ius naturalis æquitatis, ex cuius ſenſu Caïn fratricidij ſibi conſcius dixerat: [*Omnis igitur qui inuenerit me, occidet me n*] ſubiunxit tamen Deus, [*nequaquam ita fiet, ſed omnis qui occiderit Cain ſeptuplum punietur o.*] Deus quippe primis illis temporibus ob hominum raritatem, id quod naturaliter licitum videbatur, edicto repreſſit, & contactum quidem ac commercium homicidæ defugi voluit, vitam tamen ei non eripi: Ex quo facto, ſumptâ coniecturâ Diuinæ voluntatis, ita in Legem iuit, vt Lameth, ſimili quoque facinore perpetrato impunitatem ſibi auſus ſit polliceri *p*. Verùm cum iam ante diluuium, gigantum ætate, promiſcua inualuiſſet cædium licentia, inſtaurando poſt diluuium humano generi, ne in eandem noxam reciderent, ſeueriùs occurrendum Deus cenſuit, ad reprimendam prioris ſæculi atrocitatem, quod natura non dictabat eſſe iniquum, & ipſe permiſit, vt inſons eſſet qui homicidam occidiſſet, quod poſteà, inſtitutis, Diuina auctoritate, iudicibus, maximè pro reorum punitione, ad Iudices ſolos reſtrictum eſt; ita tamen, vt in iure eius qui occiſum, ſanguine proximè attingeret, moris priſtini veſtigium remanſerit, etiam poſt Moyſis Legem. Neque in homicidas tantùm, ſed in alios facinoroſos ſupplicia capitalia, non modo apud populos extraneos, ſed apud ipſos quoque Patriarchas vſurpata ſunt. Nimirum coniecturam Diuini beneplaciti, ipſâ naturâ ſuggerente, à ſimilibus ad ſimilia proceſſerat, vt quod in homicidam conſtitutum erat, in alios quoque valdè ſceleratos haud iniquum videretur; ſunt enim aliqua bona quæ vitæ æquiparantur, & aliquando pluris fiunt, vt pudor virginalis, fides matrimonij, fama ac ſimilia, ſine quibus vita tuta eſſe, aut grata nequaquam poteſt: aduerſum hæc qui peccant, homicidis cenſentur interdum peiores.

m Gen. 9. v. 6.

n Gen. 4. v. 14.

o v. 15.

p Gen. 4. v. 24.

Huc ſpectat vetus Hebræorum traditio, leges plures filiis Noë à Deo traditas, quæ non omnes à Moyſe recenſentur, quia ſatis erat ad huius inſtitutum Legiſlatoris, eas poſteà in Lege Hebræorum peculiari eſſe comprehendendas; inter illas autem aiunt fuiſſe, vt non homicidia tantùm, ſed & adulteria, & inceſti concubitus, & violentæ ra-

pinæ morte punirentur : tùm verò lex per Moyſem data ſanctionibus capitalibus rationes adiicit, quæ apud alios populos, non minùs quàm apud Hebræum populum valent,

a Leuit. 18 v. 24. 25. 26. &c.

vt apparet vel ex hoc loco Leuitici *a*. [*Ne polluamini in omnibus his , quibus contaminatæ ſunt vniuerſæ gentes , quas ego eiiciam ante conſpectum veſtrum, & quibus polluta eſt terra, cuius ego ſcelera viſitabo , vt euomat habitatores ſuos , cuſtodite legitima mea , atque iudicia , & non faciatis ex omnibus abominationibus iſtis, tam indigena quàm Colonus , qui peregrinantur apud vos. Omnes enim execrationes iſtas fecerunt accolæ terræ , qui fuerunt ante vos , & polluerunt eam. Cauete ergo, ne & vos ſimiliter euomat , cum paria feceritis , ſicut euomuit gentem quæ fuit ante vos.*] Idipſum conſtat ex aliis Scripturæ locis *b*.

b Pſal. 101. v. 5. Prouerb. 20. v. 8.

Equidem cùm lex Moyſis de iudiciis , expreſſum fuerit Diuinæ voluntatis ſignaculum, quis non credat rectè piéque feciſſe nationes quæ ſuum inde ſibi ſumpſerunt exemplar ? Atticos præſertim, magna enim in iure veteri Attico , &, quod inde ſumptum eſt , Romano duodecim tabularum, cum Legibus Hebræis eſt ſimilitudo.

Neque tantùm lex Moſaïca , ſed & Euangelica , bello nunnunquam iuſtè indicendo ſuffragatur ; etenim Ioannes Baptiſta ſeriò interrogatus à militibus Iudæis (cuius gentis Myriades Romanis militaſſe , ex Ioſepho, aliiſque hiſtoricis manifeſtum eſt) quid haberent faciendum, vt iram Dei effugerent ; non eis militiam deſerere præcepit , ſed in ea potiùs à concuſſionibus abſtinere, & ſtipendiis ſuis eſſe contentos *c* ; quod apertam ſatis militiæ approbationem continet ; & pertinet ad Euangelium , lex enim dicitur duraſſe vſque ad Ioannem *d*, id eſt ab ipſo cœpiſſe doctrinam perfectiorem : & principium Euangeli ducitur à Ioanne *e*, qui hoc nomine cenſetur maior Prophetis. Miſſus ſcilicet non modò ad dandam cognitionem ſalutatem populo *f*, ſed etiam ad Euangelium annuntiandum *g*. Hinc & Cornelius Centurio , cùm in nomine *Chriſti*, à Petro baptizatus eſſet, militiam abdicaſſe , aut ad eam abdicandam ab Apoſtolo monitum fuiſſe, non legimus , ſanè cùm id maximè narrari tunc conueniret , nec tamen narratur , id nec factum cenſendum eſt.

c Luc. 3 v. 14

d Matth. 11. v. 13.

e Marc. 1. v. 1

f Matth 11. v. 9. Luc. 7. v. 26.

g Luc. 3. v. 18.

Aliud petitur argumentum ex verbis Apoſtoli , ſic loquentis de rege : [*Dei miniſter eſt tibi in bonum , ſi autem malum feceris , time, non enim ſine cauſa gladium portat . Dei enim miniſter eſt , vindex in iram , ei qui malum agit h.*] ibi etiam per gladium , vetus gladij vſus, qui bello iuſto ad iniuriam propulſandam ſeruit, intelligendus eſt. Vnde haud immeritò hortatur idem Apoſtolus, vt fiant obſecrationes [*pro regibus & omnibus qui in ſublimitate ſunt , vt quietam & tranquillam vitam agamus i.*] Nec his obſtat quòd Principes eo tempore quo D. Paulus ſcribebat , à Chriſtiana veritate alieni fuerint ; neque enim de Perſonis eſt quæſtio , an impiæ fuerint ? ſed an vſus ille gladij, armorúmque in ipſis impius extiterit? quod Apoſtolus inficiatur , aſſerens functionem illam à Deo inſtitutam, etiam apud infideles. Ac proinde ipſemet, alio tempore intellectis in ſe Iudæorum inſidiis , eas Tribuno voluit indicari , & cùm Tribunus mandaſſet eum duci ad Præſidem à militibus ducentis , equitibus ſeptuaginta , & lanceariis, quorum præſidio in itinere aduersùs vim omnem tutus eſſet , nil contradixit , neque vnquam Tribunum, aut milites monuit, ne vim vi repellerent, atqui , is erat Paulus, qui nullam edocendi muneris occaſionem aut omitteret ipſe , aut omitti ab aliis vellet.

h Rom. 13. v. 4.

i 1. Timoth. 2. v. 1.

His accedit generoſa illa Thebææ legionis ad Diocletianum Imperatorem reſponſio , veri militis (Chriſtiani præſertim) officium mira breuitate perſtringens ; hæc ab impio Principe vt idolis thus adoleret , ſemel atque iterum interpellata , & ſtrenuis militi-
„ bus conſtans , vno ore reſpondit [*offeri-*
„ *mus noſtras in quemlibet hoſtem manus , quas*
„ *ſanguine innocentium cruentare nefas ducimus.*
„ Dexteræ ipſæ pugnare aduerſus impios, &
„ inimicos ſciunt : laniare pios , & ciues ne-
„ ſciunt , meminimus nos , pro ciuibus po-
„ tius quàm aduerſus ciues arma ſumpſiſſe.
„ Pugnauimus ſemper pro iuſtitia , pro pie-
„ tate , pro innocentium ſalute , hæc fue-
„ runt hactenus pretia periculorum. Pugna-
„ uimus pro fide quam quo pacto conſerue-
„ mus tibi , ſi hanc de noſtro non exhibe-
„ mus ?] Neque ex Iſaia aſſerente futurum , vt populi gladios contundant in ligones , & lanceas in falces , aliiſve ſimilibus Prophetarum vaticiniis inferri aliquid poteſt contra bellorum æquitatem , quamdiu ſunt qui viros probos pace frui non ſinunt , ſed vim eis intentant. Quæ verò de manſuetudine Chriſtianis præcepta , qualis ea eſt , vt percutienti in maxillam dexteram , præbeatur & altera : id patientiæ magiſter *Chriſtus* conſuluit de iniuriis , quæ nec vitam impetunt ; nec corpus mutilant, ſed potius contemptum quemdam noſtri præ ſe ferunt.

ARTICVLVS III.

De iuſtitia quæ reperitur in bellis, tàm priuato quàm publico , ſolemni potiſſimùm.

PRima , maximéque neceſſaria belli diuiſio eſt , in priuatum & publicum. Priuatum eſt quod proprio tantum nomine geritur : publicum verò , quod eo auctore qui iuriſdictionem habet , ac publicam bellandi poteſtatem : & ſubdiuiditur in minus ſolemne, & ſolemne ex iure gentium.

In bello priuato ius quaſi momentaneum eſt , & ceſſat ſimul atque iudicem adiri res patitur : at in publico , quia hoc non oritur, niſi vbi non ſunt , aut ceſſant iudicia, tractum habet , & perpetuò fouetur nouis damnis & iniuriis accedentibus. Prætereà in bello priuato mera , vt plurimum defenſio conſideratur ; at publicæ poteſtates cum defenſione , ius quoque habent vlciſcendi , vnde & eis præuenire licet vim imminentem , non directè , ſed indirectè , nimirum vlciſcendo delictum iam cœptum , licet non conſumma-

rum, niſi qui illud commiſerunt parati ſint ſatisfacere, & reipſa ſatisfaciant.

Circa bellum priuatum, quod antiquius eſt publico, difficultas eſt, an poſt conſtituta iudicia publica, bellum priuatum ſit licitum, vt quis contra iniuſtum aggreſſorem ſe tueatur, etſi enim vbi copia eſt iudicij, multo ſit honeſtius, & ad quietem hominum conducibilius, vt ab eo cuius nihil intereſit res cognoſcatur, quàm vt homines ſinguli, nimiùm ſæpè ſui amantes, quod ius putant, id manu exſequantur, vbi tamen ceſſat iudicium, vt ſi quis eſſet in mari, ſolitudine, aliiſque locis, in quibus nulla eſt ciuitas, aut vbi ſubditi iudicem non audiunt, aut iudex apertè cognitionem cauſæ repulerit, tunc ſanè naturali iuri nimimè repugnat bellum priuatum. Suadetur ex illa lege, in qua Deus per Moyſem ait: [*Si effringens fur domum, ſiue ſuffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percuſſor non erit reus ſanguinis; quod ſi orto ſole, hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipſe morietur a.*] Omnino enim videtur hæc lex tam accuratè diſtinguens, non ſolùm impunitatem hac in re inducere, ſed etiam explicare ius ipſum naturale, non in peculiari aliquo mandato Diuino, ſed in omni fundatum æquitate: ſic omnium quas nouimus gentium Legibus, inſons iudicatur, qui contra aggreſſorem, vitam periclitantem armis defenderit. Et communis iſte populorum conſenſus atteſtatur, in eo priuato bello, nihil eſſe quod naturali iuri contrarium ſit.

a Exod.22. v.2.

Neque eidem ius Diuinum Euangelicum videtur aduerſari, licèt enim Deus cui plus iuris eſt in vitam noſtram, quàm nobis ipſis, potuerit à nobis patientiam eò vſque exigere, vt etiam priuatim in periculum adducti, occidi deberemus potiùs quàm occidere, ad id tamen haud voluit nos adſtringi, iubemur enim in Euangelio proximum amare ſecundùm nos ipſos, non præ nobis ipſis, imò vbi par malum imminet, non vetamur nobis potiùs quàm aliis conſulere, cùm charitas bene ordinata incipiat à ſeipſo. Qui obiiciunt id quidem locum habere in bonis inæqualibus, vitámque corporalem potiùs exponendam eſſe, quàm inuaſor permittatur æternæ ſubeſſe damnationi; attendant, eum qui impetitur ſæpenumerò indigere tempore ad pœnitentiam, ad quam ipſi quoque aggreſſori ante mortem poterit ſpatium ſupereſſe, aut ſi non ſupereſt, ſe ipſe in hoc malum volens, lubens inicit. Nec eos prorsùs incongruè loqui crediderim, qui dicunt Apoſtolorum aliquos ad vltimum vſque tempus vitæ Chriſti, Chriſto vidente & ſciente, iterfeciſſe armatos gladio, quod & alios Galilæos è patria Ieroſolymam versùs properantes, ob infeſtas latronibus vias factitaſſe, diſcimus ex Ioſepho: qui & de Eſſenis innocentiſſimis ac religioſiſſimis viris idipſum tradidit, & forſitan inde factum eſt, vt cùm *Chriſtus* diceret tale tempus imminere, quo gladij, comparandi causâ, vel veſtis vendenda eſſet *b*, Apoſtoli reſponderint, in ſuo comitatu duos eſſe gladios: gladios autem habere certè non liceret, ſi vti illis, nullo pacto foret permiſſum.

b Luc.22. v.36.

Nec prædictis obſtat illud Chriſti: [*ego autem dico vobis non reſiſtere malo c*:] id enim non magis vniuerſale eſt, quàm quod ſequitur, [*qui petit à te, da ei d.*] Quod tamen exceptionem admittit, niſi quis eo dato nimium grauaretur. Neque magis obſtat, quod Chriſtus ipſe dixit Petro: [*Conuerte gladium in locum ſuum, omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt e*] quia tunc non debebat Petrus ſe defendere, neque *Chriſtum*, qui defendi nolebat eo tempore *f*: vlciſcendi ergo animo Petrus, vt erat natura promptus ac feruidus, agebatur, imò & in eos qui publicarum poteſtatum nomine aduentabant; an vllo in caſu reſiſtere liceat, peculiaris eſt quæſtio. Ad id verò quod adiicit Chriſtus, [*Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt g*] Hebræorum prouerbium eſt, quo ſignificatur, ſanguinem ſanguine elici, nec adigi nos, vt eam quam Deus ipſe ſuo tempore ſit exacturus, vltionem præripiamus. Neque etiam obſtat exemplum *Chriſti*, qui pro inimicis impiis mortuus eſt, licet enim eius facta vniuerſa, virtutis plenæ ſint, & quæ imitari laudabile ſit, coroniſque digniſſimum; non tamen omnia eiuſmodi ſunt, vt aut ex lege veniant, aut legem faciant. Nam quod *Chriſtus* pro inimicis atque impiis occubuit, id non egit ex lege aliqua, ſed ex ſpeciali quaſi pacto & fœdere inito cum Patre, qui ſi id faceret, non modò ſummam ei gloriam, ſed & gentem in æternum duraturam promiſit *h*; alioqui erat hoc factum ſingulare, & cui nunquam reperiatur ſimile *i*. Neque demum obſtat illud Apoſtoli: [*Non voſmetipſos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ.*] vox enim illa *defendentes*, iuxta vim textus originalis ἐκδικοῦντες non tuendi, ſed vlciſcendi habet ſignificationem, ſicut & in aliis pluribus Scripturæ locis *k*, maximè verò in hoc quo ſuam admonitionem confirmat D. Paulus, Deuteronomij loco, [*mihi vindicta & ego retribuam l*] Et hæc quoad bellum priuatum.

c Matth.5. v.39.
d v.42.
e Matth.26. v.52.
f Ioan 18. v.8.9.11.
g Matth.26. v.52.
h Iſaiæ.53. v.10.
i Rom.5.v.7. Rom.12.v.18.
k Iudith.1. v.12. Luc.18.v.7. 8 & 21 v.22. 2.Theſſ.1. v.8.
l Hebr.10. v.30.

Iam ad publicum. Bellum publicum inter hoſtes eſt, hoſtes autem apud Romanos Iuriſconſultos ſunt, qui nobis publicè bellum inferunt, aut quibus nos bellum publicè decernimus, ceteri latrones ſunt, aut prædones. Bellum publicum, aliud eſt minus ſolemne, quòd ſcilicet à quouis magiſtratu, niſi aliunde prohibitum eſſet, & abſque alio ſolemni ritu decerni valet, aliud eſt ſolemne ex iure gentium, ad quod duo requiruntur, vnum vt vtrinque geratur, eo auctore, qui ſummam poteſtatem habeat; aliud vt in ciuitate patri alteri cum certis quibuſdam ritibus promulgatum ſit.

Quod ſpectat ad priorem conditionem, equidem ſi citra Leges ciuiles, res ſpectetur, videtur omnis magiſtratus, ſicut ad tuendam plebem ſibi creditam, ita & ad exercendam iuriſdictionem, ſi vis occurrat, ius habere belli gerendi: ſed quia ex bello, tota ciuitas in periculum venit, propterea omnium ferme populorum Legibus cautum eſt, ne bellum inferri poſſit, niſi auctore illo, qui ſummam poteſtatem in ciuitate habeat; & hinc emanauit illa conſtitutio Valentiniani & Valentis; nulli prorſus nobis inſciis atque inconſultis quorumlibet armorum mouendo-

rum

tum copia tribuatur *a*. Eadémque de cauſa dixit Africauus doctor [ordo naturalis mortalium paci acominodatus, hoc poſcit, vt ſuſcipiendi belli auctoritas atque coucilium, penes Principes ſit.

a L. vn. vt annor. vſus Cod. Lib. 11

Nec tamen contra legem illam, ordinémve peccabit inferioris ordinis magiſtratus, qui per apparitores ſuos, vi cugat paucos inobedientes, quoties ad eam rem maioribus copiis opus non eſt, nec periculum imminet ciuitati: ſi tamen periculum ita ſit præſens, & tempus non ferat eum conſuli, qui ſummam in republica habet poteſtatem, tùm illi legi neceſſitas hæc porriget exceptionem. Porrò ſumma poteſtas ea dicitur, cuius actua alterins iuri non ſabſunt, nec alterius humanæ poteſtatis arbitrio irriti reddi poſſunt. Neque illius poteſtatis eminentiæ derogat, etiamſi certum quid penſitet, aut ad redimendas iniurias, aut ad tutelam comparandam, vt ſæpè factitatum eſt ab Hebræorum regibus.

Quod ſpectat ad poſteriorem ſolemni belli conditionem, quod certis cum ritibus promulgatum ſit. Naturali quidem iure, vbi aut vis iniuſtè illata arcetur, aut ab eo qui deliquit, pœna depoſcitur, aut dominus rei ſuæ manum inicere vult, nulla requiritur denunriatio; at quoties pro debito, res debitoris, eorúmve qui ei ſubditi ſunt inuaditur, interpellatio requiritur, qua conſtet aduerſario, eum qui bellum indicit, non proprio auſu id agere, ſed quia alio modo, quod ſuum eſt, conſequi non valet, poſtulátque vt ſibi fiat ſatis: quin vbi ius naturæ talem interpellationem fieri non præcipit, ritè tamen ea interponitur. Vnde & Deus præcepit Hebræis vt ciuitatem oppugnandam potiùs ad pacem inuitarent. Et licèt ius legationum ab hoſte violatum ſit, illa tamen denunciatio, quoquo modo tutiùs, putà per literas, fieri debet.

Indictum autem bellum ei, qui ſummum in populo habet imperium, indictum quoque cenſetur omnibus eius ſubditis, eíſque qui ſe ſocios eidem adiuncturi ſunt: eo tamen abſoluto; ſi propter auxilia ſuppedirata, horum aliqui bello impetendi ſint, noua indictione, ex iure gentium, opus erit: iam enim non vt acceſſio ſpectatur, ſed vt quid principale.

Bello ſolemni ſic indicto, plurima in hoſtes licere dicuntur, non quòd omnia ſaluâ pietate, & officiorum regulis, fieri poſſint, ſed quòd apud homines, pœnæ non ſubiaceant, eadem ratione, qua regibus dicuntur omnia licere, quia à pœnis humanis exempti ſunt. Hoc ergo modo lædere hoſtem in perſona, & in rebus, hoſti licet, qui ex iuſta cauſa bellum gerit, imò & ei qui ex iniuſta: ita ſcilicet vt ob illatas iniurias puniri non poſſit, tamquam homicida aut fur: quinimò præter hunc effectum impunitatis, eſt etiam alius effectus dominij rerum hoſti ereptarum: Ratio cur illud ita fieri, gentibus placuerit, hæc eſt, quod inter duos Principes, populóſve, de iure belli pronunciare velle, periculoſum ſit, quódque in bello iuſto vix ſatis cognoſci poteſt ex indiciis externis, quis iuſtus ſit ſe tuendi, ſuáque recuperandi, aut pœnas exigendi modus. Ita vt omninò præſtiterit hæc communi bellantium beneplacito exigenda relinquere, quàm ad aliena arbitria vocare.

Tam latè autem patet hoc ius licentiæ, vt non tantùm comprehendat eos, qui actu ipſo arma gerunt, aut hoſtis ſubditi ſunt, cuiúſque ætatis, aut ſexus: ſed omnes etiam qui intrà fines hoſtiles degunt, maximè ſi ex ipſis diſcedere potuerant, quia ab iſtis quoque damnum metui poteſt, quod in bello continuo & vniuerſali ſufficit, vt ius illud locum habeat. Et quidem quod ſpectat ad illos qui ſubditi ſunt hoſtium: eos paſſim obuios offendere & occidere licet, iure gentium, quod enim in territorio non hoſtili id non liceat, non ex ipſorum venit perſona, ſed ex iure eius qui ſuum ibi imperium habet, nec vult quidpiam per vim agi, niſi iudicio tentato, in quo perſonarum ſpectantur merita, ceſsátque rigidum illud nocendi ius inter hoſtes introductum.

Quin & ſupplicum interemptorum paſſim occurrunt exempla, nam & Auguſtinus laudans Gothos, qui ſupplicibus, & in templa profugientibus pepercerunt, ait *b*: [quod belli iure licuiſſet, illicitum ſibi eſſe iudicarunt.] Nec qui ſe dedunt, ſemper recipiuntur, ſed & acceptos in deditionem ſine conditione vlla leges *c* immaniſſimæ interfici permittunt: vt à Sulla Sannites, à Cæſare Numidas, à Cæcina Iulium Alpinum: Idem ius & in obſides vſurpatum eſt, nec in eos tantum qui ſe obligauerunt quaſi ex conuentione, ſed in eos qui ab aliis traditi. A Romanis olim occiſi Volſci Arunci, ad trecentos. Cauſam huius tam ſæuæ licentiæ referunt aliqui ad talionem, aut pertinaciam in ſiſtendo; ſed fruſtrà, nam talio iuſta, & propriè dicta in eamdem perſonam quæ deliquid exercenda eſt, ſolo igitur iure gentium rigor ille defendi poteſt.

b Lib. 1 1. de ciuit. cap. 2.

c Apud Dionyſium & Liuiam.

ARTICVLVS IV.

An iuſto in bello licitum ſit implorare auxilium infidelium contra fideles.

ID per ſe, & ex naturæ rei licitum eſſe, aſſerit Banuez *d*. Addo tamen dummodo ea quæ iudicio viri prudentis, & debitum erga Catholicam regionem zelum habentis, mature aut ſubſequi poſſunt, damna caueantur. Et ratio eſt quia actus iuſtitiæ ex natura rei, poteſt ab omnibus tam fidelibus quàm infidelibus exerceri: gerere autem iuſtum bellum eſt actus iuſtitiæ vindicatiuæ. Accedit quod in iuſto bello, licitum eſt vti ſubſidio equorum, elephantorum, aliorúmque brutorum animalium, ergo & hominum infidelium. Iudæi tamen triplici titulo prohibebantur inire fœdus cum infidelibus. Primo ex parte ſui, putà ratione periculi ſubuerſionis ſibi imminentis; periculum enim erat ne ipſi ad idololatriam proni, & in eam ſæpè ſæpiúſque prolapſi, ex tali fœdere & ſo-

d In 2. 2. q. 40. art. 3.

cietate

ciatate cultum Dei deſeterent, fierêntque idololatræ *a*. Secundò ex parte infidelium, qui perfidi erant Iudæis & præuaricatores;& pacta cum eis inita, vt plurimùm non ſeruabant *b*. Tertiò ratione imminentis ſcandali, tùm quia petendo auxilium ab infidelibus, videbantur fiduciam ſuam potiùs in illis, quàm in Deo ponere. Hoc nomine reprehenditur Aſa Rex Iuda ab Hanani Propheta, quia à Benadab Rege Syriæ petierat auxilium *c*. Tùm quia putabantur eſſe focij eorum etiam in infidelitate & impietate. Hoc ſenſu, increpatur & alius Regum Iuda, ſcilicet pius Ioſaphat, qui impio Achab regi Iſtaël ſuſpetias tulerat; [*impio prabes auxilium, & his qui oderunt Dominum, amicitia iungeris? d*] ait illi Iehu Propheta filius Anani.

a Exod. 34. v. 12. Deut. 7. v. 3. *b* 4 Reg. 3. v. 5. 1. 1. Mach. 11. v. 13. 12. v. 48. 16. v. 16. *c* 2. Paral. 16. v. 7. *d* c. 19. v. 2.

ARTICVLVS V.

An vnquam bellum ſubditorum in ſuperiores ſit iuſtum?

CErtum eſt apud omnes, bellum gerere poſſe & priuatos in priuatos, & viatores in lattonea; & priuatos in eos qui ſummum imperium habent in alios quàm in ipſos, vt Abraham in quatuor reges *e*, & ii qui ſumma gaudent poteſtate, in eos qui eadem quoque potiuntur, vt Dauid in regem Ammonitarum *f*, atque etiam in alios ſibi non ſubditos, ſi facinoroſi ſint, vt in piratas. Difficultas eſt, an aut priuatis, aut publicis perſonis inſiſtere liceat, aut bellum gerere in eos, quorum imperio, ſiue ſummo, ſiue inferiori ſubſunt?

e Gen. 14. v. 14. *f* 2. Reg. 10. v. 11.

Dico primò; apud vniuerſos probitate præditos extra controuerſiam eſſe. ſi quid imperarent ſuperiores quicumque, quod naturali iuri, aut Diuinis præceptis contrarium ſit, minimè faciendum quod iubent: & Apoſtoli cùm dixerunt Deo magis obediendum eſſe quàm hominibus *g*, ad certiſſimam regulam, totius humanis generis mentibus inſcriptam, prouocarunt. Et, ſi quod ex tali cauſa dedecus aut iniuria priuatis inferatur, ea toleranda potiùs eſt, quàm vi reſiſtendum: & licet naturaliter omnes, ad arcendam iniuriam à ſe, ius habeant reſiſtendi; ciuili tamen ſocietate ad tuendam tranquillitatem ſemel inſtitutam, ex huiuſmodi inſtitutione, ipſi Reipublicę ius quoddam maius in nos, & noſtra naſcitur, quatenus ad finem illum id neceſſarium eſt. Potuit igitur Reſpublica ius illud reſiſtendi promiſcuum, publicâ pacis & ordinis cauſâ, prohibere, voluítque quia aliter non poſſet finem ſuum conſequi: nam ſi maneat promiſcuum illud reſiſtendi ius, non iam ciuilis ſocietas erit, ſed diſſociata & confuſa multitudo.

g Actor. 5. v. 24.

Dico ſecundò: quamdiù ſummæ poteſtates nihil imperant naturali iuri aut Diuino contrarium, eis obediendum eſt, & ſi huiuſmodi tantùm imperent, non eſt eis reſiſtendum vi. Id ex Diuina lege, & veteri, & noua ſatis adſtruitur. In lege veteri, mortis ſupplicio damnatur, qui fuerit inobediens, aut ſummo Pontifici *h*, aut ei qui extra ordinem rector populi à Deo eſſet conſtitutus *i*. In noua verò *Christus* præcipiens dari Cæſari quæ Cæſaris ſunt, intellexit non minorem à ſuæ diſciplinæ ſectatoribus obedientiam deberi ſummis poteſtatibus, etiam ſi illi, qui in iis ſunt conſtituti, ſint crudeles, quàm olim ab Hebræis Dauidi aut Salomoni impendebatur; quod latiùs explicans Apoſtolus, & officia ſubditorum fusè deſcribens: ait: [*Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non eſt enim poteſtas niſi à Deo, quæ autem ſunt à Deo, ordinata ſunt: itáque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit, qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt k.*] Vbi vas electionis in Chriſtianorum ſubiectione, includit non reſiſtendi neceſſitatem, ad quam obligamur, non modò erga Deum, verùm etiam erga homines. Nec obſtat quod aliquando poteſtates illæ ſublimiores. prauo quodam affectu impulſæ, minùs rectam ineant viam, quæ ad tranquillitatem ducat: prætterquàm enim quòd iſtud inter minus frequentia habendum eſt, & quæ interuentu meliorum compenſantur, non liberat à debito obediendi illi s.

h Deut. 17. v. 12. *i* Ioſue 1. v. 18. *k* Rom. 13. v. 2.

Vtrique legi Diuinæ ſubſcripſit pia veterum Chriſtianorum conſuetudo, optima legis interpres; quamuis enim principes peſſimi ſæpè Romanorum tenuerint imperium, nec defuerint, qui obtentu iuuandæ reipublicæ, iis ſeſe opponerent, numquam tamen eorum conatibus Chriſtiani ſe adiunxerunt: vnde Tertullianus *l*: [Circa maieſtatem Imperatoris infamamur, tamen numquam Albiniani, vel Nigriani, vel Caſſiani inueniri potuerunt Chriſtiani,] Albinianos, Nigrianos, & Caſſianos vocat eos, qui Albinum, Nigrum, aut Caſſium ſecuti, in diuerſos imperatores Reipublicæ reſtituendæ prætextu, armis aſſumptis, rebelles fuerunt. Quin & D. Ambroſius, cùm iniuriam non ſibi tantùm, ſed & gregi ſuo, imò & Clero fieri videret, à Valentino, Valentiniani filio, populi concitati motu ad reſiſtendum vti noluit; eius verba Euangelici mellis plena, hæc ſunt. [Coactus repugnare non noui, dolere potero, potero flere, potero gemere, aduerſùs arma, milites, Gothos quoque, Lacrymæ meæ arma ſunt, aliter nec debeo, nec poſſum reſiſtere *m*.] Sic Iulianum Apoſtatam peſſima conſilia in Chriſtianos agitantem, lacrymis eorumdem Chriſtianorum repreſſum ait Nazianzenus *n*: [Hoc ſolum contra perſecutorem erat remedium.]

l Ad Scapulā c. 3. *m* Ambr. orat. 5. in Na ... tiú tom. 5. *n* Orat. 1. in Iulian.

Neque audiendi ſunt qui dicunt, præcedentia locum habere, in priuatis tantum, minimè verò in Magiſtratibus inferioribus, ſeu intermediis, quibus iura eſſe putant reſiſtendi iniuriis eius cuiùs ſummum eſt imperium; Apoſtolus enim ſubiectos nos vult eſſe, aliter Regi, aliter Magiſtratibus: Regi quidem, vt præcellenti, id eſt abſque vlla exceptione alia, quàm eorum quæ Deus directè imperat; Magiſtratibus verò tanquam à rege miſſis, id eſt poteſtatem ab eo habentibus. Huc ſpectat illud Auguſtini *o*, dicentis de Pilato: [talo quippe Deus dede-

o in Ioan.

rat illi poteſtatem vt eſſet etiam ipſe ſub Cæſaris poteſtate. Neque vnquam in populo Hebræo (apud quem tot fuere Reges humani, Diuinique iuris contemptores) inferiores Magiſtratus, quantalibet pietate ac fortitudine inſignes, id ſibi iuris ſumpſerunt, vt regibus vim illam opponerent, niſi ſi qui à Deo, cuius in Reges ſummum ius eſt mandatum ſpeciale
a 4.Reg. 9. v.7.
acceperant, vt Iehu *a*. Quin è contra, quod procerum officium ſit, oſtendit Samuël, cùm ipſis, ac vniuerſo populo inſpectantibus, Saülem iam peruersè regnantem
b 1.Reg.15. v.30.31.
ſolita veneratione eſt proſequutus *b*. quod ſi quid aliquando contra reges ac poteſtates ſublimiores, vi factum enarratur, id in teſtimonium Diuinæ prouidentiæ id permittentis, non in approbationem facti, recenſetur.

ARTICVLVS VI.

Poteſtatibus ſublimioribus reſiſtere probibitum eſt præſertim Chriſtianis.

SOlemne eſt effatum illud Apoſtoli: [*Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: Non eſt enim poteſtas niſi a Deo: quæ autem ſunt à Deo ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damna-*
c Rom.13. v.1.2.
tionem acquirunt c.] Id protulit, Doctor Gentium ſcribens ad Romanos ex Ethnica impietate prauiſque moribus, vtibúſque ad Chriſti fidem nuper conuerſos; eóſque ſicut, & in aliis, ita & in hac poteſtatum ſublimiorum obſeruantia cum Iudæis conciliare ſtudens. Eiuſmodi enim reuerentia etiam in Lege veteri (quæ aliàs dentem pro dente, oculum pro oculo eruere permittebat) animis fidelium tam altè impreſſa fuit; vt is, qui leones & vrſos ſe inuadentes ſuffocabat, & proſternebat gigantes; cum tamen Saüli Regi ſe hoſtiliter perſequenti, cultum inuiolatè impenderit. (Etiamſi in eius iamdiu reprobati locum, iuſſu Dei, à Samuële Propheta vn-
d 1.Reg 16.
ctus fuiſſet *d*.) Vt licèt indicio Ionathæ, pluribúſque aliis argumentis compertum eſſet Saülem Regem odio percitum, vitæ ſuæ imminere; neque ei reſtiterit; neque (quingentis licèt primùm, deinde pluribus robuſtiſſimis pugnatoribus ſtipatus;
e 1.Paral. 12. v.8.
quorum facies, quaſi facies leonis *e*,) pugnandi, aut præualendi captarit occaſiones, ſed latebras quæſierit: modò in locis deuiis; modò apud extraneos, hâc religione, vt popularibus ſuis nullum vnquam damnum inferret. Eámque vir ſecundùm cor Dei, in quocumque periculo cautionem ſemper adhibuit; vt Perſonæ Regis, & manu, & lingua parceret; idque non tantùm ex ſublimiori virtutis propoſito, ſed etiam ex officij neceſſitate: quod & ipſe apertè teſtatus eſt, dicens: inſontem neminem eſſe poſſe, qui manus Chriſto Domini inferret: percuſſitque cor ſuum Dauid, quòd vel, innocente licet animo, e clamyde Saülis, modicum quid
f 1.Reg 24. v.6.
abſcidiſſet *f*; tantam intelligebat regiæ perſonæ eſſe dignitatem: nec immeritò, nam cùm ſumma poteſtas plurimorum odiis pateat, eâ fungentis ſecuritas, peculiari iure fuit munienda.

Simile contigit in Machabæis, quos cùm Antiochus Epiphanes, radix peccatrix *g*,
g 1.Machab. 1. v.11.
ac crudeliſſimus tyrannus dirè vexaret, etiam ob Religionem, & diuinæ Legis obſeruationem, ita tamen intrà ſui defendendi terminos ſe continuerunt, vt in loca deſerta *h*, quærendæ ſecuritatis gra-
h cap 2. v. 27.& 28.
tiâ, Dauidis exemplo, ſecederent. *Ædificauit Rex Antiochus*, ait Scriptura, *abominandum idolum deſolationis ſuper altare Dei, & per vniuerſas ciuitates Iuda in circuitu ædificauerunt aras: & ante ianuas domorum, & in plateis incendebant thura, & ſacrificabant: & libros legis combuſſerunt igni ſcindentes eos, & apud quemcumque inueniebantur libri Teſtamenti Dei, & quicunque obſeruabat legem Domini, ſecundum edictum Regis trucidabant eum i.*] His aliiſque per-
i c.1.v.57.58
petratis, quid agit generoſus Mathathias, cum filiis ſuis Machabæis, à viris Antiochi ad idololatriam quoquo modo impulſus? *dixit magna voce, etſi omnes Gentes Regi Antiocho obediunt: ego & filij mei, & fratres mei obediemus Legi Patrum noſtrorum. Propitius ſit nobis Deus, non eſt nobis vtile relinquere legem & iuſtitias Dei. Et exclamauit Mathathias voce in ciuitate, dicens: Omnis qui zelum habet Legis, ſtatuens teſtamentum, exeat poſt me. Et fugit ipſe & filij eius in montes, & reliquerunt quæcunque habebant in ciuitate.* Quid egerunt & mille alij, qui eo perſecutionis tempore in deſerta loca confugerunt, & in antris latitabant? Quia Iudæus vniuerſos ea tenebat religio infuſo geni Numine, quod die ſabbathi tentaretur, ea die impetiti ſe occi-
k c.2.v.37. 38.
di paſſi ſunt *k*.

Si id ſub Lege Moſaica in tabulis lapidæis exarata actum eſt, quid fieri debet in Euangelica ſcripta in tabulis cordis carnalibus: ſi Iudæi poteſtatibus ſublimioribus eouſque ſubditi fuerunt, quid agendum erit Chriſtianis? quorum magiſter crucem ſibi tollere toties iubens, exactiorem patientiam in eis videtur requirere. Certè vbi ciuilis poteſtas ob religionem, mortem intentat Chriſtianis, Chriſtus fugam concedit, iis ſcilicet quos officij neceſſitudo nulli loco alligat, vltrà fugam nihil; vnde & illos Apoſtolorum Princeps ſui muneris admonet, his verbis, *Chriſtus paſſus eſt pro vobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur l.*] Idemque in
l 1. Petri 2. v.21.22 23. in c 4 v.16.
gratias agendas Deo ait, & gaudendum Chriſtianis ſi tamquam Chriſtiani pœnis ſubdantur: & hæc maxime patientia, inualuiſſe Chriſtianam religionem, ſanguinemque martyrum, ſemen fuiſſe Chriſtianorum;

legimus. Quod præclarè explicat Auguſtinus, cùm de veteribus Chriſtianis qui recentes ab Apoſtolorum Apoſtolicorúmque virorum diſciplina, eorum præſcripta, & intelligebant meliùs, & perfectiùs implebant, verba faciens ait *a*: [Neque tunc ciuitas Chriſti, quamuis adhuc peregrinaretur in terris, & haberet tam magnorum agmina populorum, aduersùs impios perſecutores pro temporali ſalute pugnauit, ſed potiùs, vt obtineret æternam, non repugnauit, ligabantur, includebantur, cædebantur, torquebantur, vrebantur, laniabantur, trucidebantur, & multiplicabantur.] His accedit Heroicum Thebeæ legionis exemplum, quæ vt diximus *b*, cùm ſex millibus ſexcentis & ſexaginta ſex generoſis viris conſtaret Chriſtianis omnibus, & Maximianus apud Octodurum exercitum compelleret, idolis ſacrificaret; id illi recuſantes Agaunum iter arripuerunt: cúmque Imperator decimum quemque, ex ipſis ſacrificandum venire renuentibus, iuſſiſſet interfici; Mauritius eiuſdem legionis primicerius commilitones ſuos allocutus eſt, vt refert Eucherius Epiſcobus Lugdunenſis, [Quàm timui ne quiſquam, quod armatis facilè eſt, ſpecie defenſionis, beatiſſimis funeribus manus obuiam afferre tentaret, iam mihi ad hulus rei interdictum, *Chriſti* noſtri parabatur exemplum, qui exemptum vaginâ Apoſtoli gladium, propriæ vocis iuſſione recondidit, docens maiorem armis omnibus, Chriſtianæ confidentiæ eſſe virtutem, ne quiſquam operi mortalibus dexteria obſiſteret, quinimò cœpti operis fidem perenni religione compleret.] Cúmque eo ſupplicio peracto ſuperſtitibus eadem quæ anteà præciperet Imperator, ſic ei omnes reſpondent: [Milites quidem Cæſar, tui ſumus, & ad defenſionem reipublicæ Romanæ arma ſuſcepimus, nec vnquam aut deſertores bellorum, aut proditores militiæ fuimus, aut ignauæ formidinis meruimus ſubire flagitium; tuis etiam obtemperaremus præceptis, niſi inſtituti legibus Chriſtianis, dæmonum cultus, & aras ſemper pollutas ſanguine, vitaremus. Competimus præcepiſſe te, vt aut ſacrilegiis pollueres Chriſtianos, aut de denis interfectis nos velles terrere. Non enim inquiras longius latitantes: nos omnes Chriſtianos eſſe agnoſce, habebis poteſtati tuæ ſubdita omnium corpora, auctorem verò ſuum reſpicientes *Chriſtum* animas non tenebis.] Tùm Exuperiùs legionis Signifer, ſic eam allocutus narratur: [Tenere me, commilitones optimi, ſæcularium quidem bellorum ſigna perſpicitis, ſed non ad hæc arma prouoco, non ad hæc bella animos veſtros, virtutémque compello: aliud vobis genus eligendum eſt præliorum; non per hos gladios poteſtis ad regna cœleſtia properare.] Deinde Imperatori hæc nunciari iubet: Non nos aduersùm te Imperator, armauit ipſa quæ fortiſſima eſt in periculis deſperatio, tenemus ecce arma, & non reſiſtimus, quia mori quàm vincere magis volumus, & innocentes interire, quàm noxij viuere præoptamus.] Et poſteà. [Tela proiicimus, exarmatas quidem dexteras ſatelles tuus, ſed armatum, fide Catholica, pectus inueniat.] Adductum audiuimus à Thebæis militibus *Chriſti* exemplum, vt nobis imitandum, cuius patientia ad mortem ſe extendit, adeóque nec Chriſtianos etiam pro fide vexatos, poteſtati ciuili poſſe reſiſtere, ſatis ſupérque comprobatum ſit.

a Lib. 22. de ciuit. Dei.

b ſup. art. 2.

ARTICVLVS VII.

De iuſta belli cauſa prò ſui, ſuorúmque defenſione.

PRior potiórque belli cauſa, cenſetur defenſio ſui: átque ita ſi corpus impetatur, vi præſente, cum periculo vitæ non aliter euitabili, tum bellum eſſe iuſtum, etiam cum interfectione periculum inferentis, iam ante diximus: ius enim hoc defenſionis per ſe, ac primariò naſcitur ex eo quod natura quemque ſibi commendat; minimè verò ex iniuſtitia, aut peccato alterius, qui periculum intulit; quare etſi ille peccato careat, putà quòd bona fide militet, aut inſaniâ, vel inſomniis agitetur, non ideò ius ſe tuendi tollitur, cùm ad id ſufficiat, imo nequaquam teneri, id quod ille intentat, pati non magis quàm ſi beſtia illud idem periculum intentaret. An autem innocentes, qui interpoſiti defenſionem aut fugam impediunt, transfodi debeant, Theologi nonnulli id licere putent. Equidem ſi naturam ſolam attendimus, multò apud eam minor eſt ſocietatis reſpectus, quàm cura propriæ ſalutis; at Euangelica lex dilectionis, quæ proximum nobis æquat, id ægrè permitteret: in eo tamen caſu vetæ defenſionis, vt notat D. Thomas *c*, homo non dicitur tunc occidi ex intentione, quia ea mors haud eligitur, vt quiddam primariò intentum, ſed vt refugium vnicum quod eo tempore ſuppetit, maximè cum is qui impetitus iam eſt, etiam illo tempore teneatur id agere, quo alter vel exterreatur, vel debilitetur, quam quo intereat.

c 2. 2. quæſt. 64. artic. 7.

Si aggreſſor vim non iam præſentem intentet, ſed coniuraſſe, aut inſidiari, ſi venenum ponere, ſi falſam accuſationem, falſum teſtimonium, iniquum iudicium moliri etiam certò compertus ſit hic iure nequit interfici, ſi aut aliter euadi periculum poteſt, aut non certum eſt ſatis aliter euadi non poſſe: plerúmque enim interpoſità temporis morâ via ad multa remedia, ad multos etiam caſu inopinatos patet; quamquam non deſunt Iuriſconſulti, imò & Theologi, qui indulgentiam ſuam largiùs & nimis extendant.

Si aggreſſor mutilationem membri intentet, probabile eſt iure eum occidi poſſe, ſi membrum ſit ex præcipuis, cuiúſque damnum graue, & vitæ æquiparabile, maximè cùm vix ſciri poſſit, an

illa

illa mutilatio periculum mortis poſt ſe trahat.

Pro pudicitia tuenda iure quis aggreſſorem necat, non enim communis tantùm æſtimatio, ſed & lex Diuina pudicitiam vitæ adæquat. Vnde & plures immundos ac ſpurcos, qui in alienam honeſtatem, caſtitatem turpiter attentarunt, iure interfectus narrant Hiſtoriæ. In hoc tamen caſu, aliiſque explicatis, euenire poteſt, vt inuaſoris vita perſonáque multis ſit vtilis, & tunc inuaſus abſque peccato occidi non poteſt, nec id tantùm ex vi Diuinæ legis, ſiue veteris, ſiue nouæ, de quibus ſuprà, ſed ipſo etiam naturæ iura, quod non ea tantùm reſpicit quæ dictat iuſtitia, ſed aliarum quoque virtutum cardinalium, temperantiæ ſcilicet, fortitudinis, & prudentiæ actus in ſe continet, in certis circumſtantiis, non honeſtos tantùm ſed & debitos.

Neque audiendus eſt, qui dicit principem qui in innocentem inſultat, deſinere Principem eſſe ipſo facto, hæc enim propoſitio nec vera eſt, neque eâ, alia vix vlla periculoſior; nam ſicut dominia, ita & imperia non amittuntur delinquendo nec vlla vſquam reperta lex eſt, quæ illa amitti eo in perſonam priuatam delicto ſtatuerit, & certè huiuſmodi lex ſummam rerum confuſionem induceret, & poteſtatum ſublimiorum capita in diſcrimen vocaret. Et licèt imperia æquè ſubditorum ac ſuperiorum vtilitatem reſpiciant, non tamen ſtatim res deficit, cuius vtilitas aliqua ex parte deeſſe conſpicitur. Adde quod charitas monet, ne dicam imperat, vt ſuo bono priuato, innocens præferat bonum commune. Sapienter Seneca *a*, dum ait, [principes regéſque, & alio nomine quicúmque ſunt tutores ſtatus publici, non eſt mirum, amari vltra priuatas etiam neceſſitudines, nam ſi ſanis hominibus, publica priuatis potiora ſunt, ſequitur vt is quoque carior ſit, in quem ſe res publica conuertit] & idem alio loco *b*. Calliſtratus & Rutilius, ille Athenis, hic Romæ, reddi ſibi penates ſuos noluerunt ſuos noluerunt clade communi, quia ſatius erat duos vnico malo affici, quàm omnes publico.

a Lib. 1. de clem. c. 4.

b Sen. lib. 6. de benef. c. 37

Quod ſpectat ad alapam aut ſimilē iniuriam eam etiam cum nece inimici arceri poſſe, putant aliqui. At Chriſtus id omnino illicitum proclamat, dum ait, [*ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram c.*] Mirum eſt, cùm de Dei voluntate tam expreſsè conſtet, inueniri nihilominus Theologos, qui non modò cædem putent rectè admitti, vt imminens alapa vitetur, ſed vt eâ acceptâ, iniuriam vindicet qui læſus eſt, ſi alius fugiat, idque ad honorem, vt aiunt, reparandum, quod non ſolùm à pietate Chriſtiana, ſed ab ipſa quoque ratione alienum eſt, nam honor eſt opinio de excellentia, & qui talem ſuſtinet iniuriam, is patientem, ac magnanimum ſe excellenter oſtendit, adeòque honorem magis ſibi addit, quàm minuat: maximè, cùm Ethnici Philoſophi agnouerint, puſilli animi eſſe contumeliam ferre non poſſe; magnanimi, patienter eam ſuſtinere. Nec obſtat ſi quidam, corrupto iudicio, virtutem hanc corruptis nominibus in probrum traducant, peruerſa enim] illa ſæculi opinio, nec rem, nec rei æſtimationem immutant. Et hæc circa iniurias propriæ perſonæ illatas. Cæterùm, quia naturaliter vnuſquiſque, non tantùm ſui iuris, ſed & alieni, eſt executor: quæ cauſæ iuſtæ ſeipſum defendendi ſunt ipſi, cuius res agitur, eædem & iuſtæ ſunt, eos defendendi, quibus opem ferre obligamur, inter quos potiorem locum tenent ſubditi, ſiue qui familiari, ſiue qui ciuili ſubſunt imperio; ſunt enim quaſi quædam pars ſuperiorum, ſic pro Gabaonitis, qui ſe Hebræis ſubiecerant, arma ſumpſit Ioſuë dux Hebræorum *d*; non tamen ſemper quæuis cauſa iuſta ſubditi, ſuperiorem ad bellum compellit, ſed ita demum, ſi id ſine omnium, aut plurium ſubditorum diſcrimine fieri poteſt; ſuperioris enim officium magis circa totum, quàm circa partes verſatur, & quò pars eſt maior, eò ad totius naturam propiùs accedit, adeóque, ſi ciuis vnus, etſi innocens, ab hoſte viribus præualente, ad mortem depoſcatur, deſeri poteſt, ſi nulla eum defendendi ſpes appareat. An verò etiam tradi poſſit in manus hoſtium, vt vitetur alioqui imminens ciuitatis excidium? negant eruditi id licere; ſed an is tunc teneatur hoſtibus ſe dedere? quamuis ad hoc aliàs non adſtringatur, charitas tamen haud patitur, vt aliter agat; multa enim ſunt dilectionis officia, quæ omitti ſine culpa nequaquam poſſunt, quale eſt hoc, vt maximè multitudinis innocentis vitæ ſuam vnuſquiſque poſtponat.

c Matth. 5. 39.

d Ioſuë 10. v. 6.

Subditis in hoc quod defendi debeant, pares ſunt ſocij, in quorum fœdere id comprehenſum eſt, ſiue in tutelam & fidem aliorum ſeſe dederunt, ſiue mutua auxilia pacti ſunt. Qui non repellit iniuriam à ſocio, ſi poteſt, tam eſt in vitio, quam ille qui facit, inquit Ambroſius *e*; vbi particula illa, ſi poteſt obſeruatione digna eſt, quia ſi nulla ſpes ſit boni exitus, ad eam iniuriam repellendam non tenetur. Defendendus autem ſocius eſt etiam contra alium itidem fœderatum, niſi in priore fœdere ſpecialior alia conuentio interceſſerit.

e Lib. 1. de offic. c. 36.

Conſanguinitas quoque & amicitia, qualis fuit in Abraham, reſpectu Loth cognati ſui, imò hominum inter ſe coniunctio, ad opem etiam armis ferendam ſola ſufficit: homo in adiutorium mutuum generatus eſt, ait Seneca *f*. & D. Ambroſius *g* [fortitudo quæ defendit infirmos, plena iuſtitiæ eſt.] & Plato puniendum cenſet qui vim alteri illatam non arcet, quod intellige niſi manifeſtum ſit periculum, vel vitæ, vel rerum: poteſt enim quilibet ſuam vitam, ſuáſque res alienis præferre.

f De ira lib. 1. c. 27.

g Lib. 1. de offic. c. 5.

Illi porrò qui in conditione parendi ſunt poſiti, vt filij familiarum, ſerui ſubditi, imò & ciues ſinguli, ſi cum ciuitatis ſuæ corpore comparentur; hi omnes, ſi libera ipſis optio detur militandi, eaſdem attendere, eaſdémque ſequi debent æquitatis regulas, quas & alij qui ſuopte arbitrio, pro ſe vel aliis bella ſuſcipiunt: at ſi imperetur ipſis vt militent, & cauſa belli om-

nino inluſta ſit, & talis à maiori virorum proborum parte iudicetur abſtinere omnino debeut, Deóque potiùs obedire quam hominibus *a*, vt paiam profitentur Apoſtoli; quòd ſi dubitent an bellum licitum ſit, necne, parendum eſt, & in re dubia obſequendum ſuperiori maximè cum in famulo vis deliberatrix plena non ſit, & iuſtè propriè dicatur is ſolus agere, à quo eſt actionis principium: huc ſpectat illud Taciti. Principi ſummum rerum iudicum Dij dederunt, ſubditis obſequij gloria relicta eſt. Atque ita ſpecialiter in hac de militia quæſtione ſentit Auguſtinus, vbi ait *b*. Ergo vir iuſtus, ſi fortè ſub rege etiam ſacrilego militet, rectè poteſt, illo iubente, bellare, ſi ciuicæ pacis ordinem ſeruans, quod ſibi iubetur, vel non eſſe contra Dei præceptum certus eſt, vel vtrum ſit, certus non eſt, ita vt fortaſſe reum faciat regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem oſtendat ordo ſeruiendi.] idem alio in loco *c*. [Miles cùm obediens poteſtati ſub qua legitimè conſtitutus eſt, hominem occidit, nulla ciuitatis ſuæ lege reus eſt homicidij; imò niſi fecerit, reus eſt imperij deſerti atque contempti, quòd ſi ſua ſponte atque auctoritate feciſſet, in crimen effuſi humani ſanguinis incidiſſet, itáque vnde punitur, ſi fecerit iniuſſus, inde punietur, ſi non fecerit iuſſus.

a Actor. 5. v. 29.

b Lib. 22. cont. Fauſt. c. 74.

c Lib. 1. de ciuit. c. 26.

APPENDIX.

De nonnullis ad rem bellicam ſpectantibus.

QVIA rei bellicæ plurima vocabula ob eorum antiquitatem vel deſuetudinem penè obliterata ſunt; & aliqua ob ſui nouitatem paucis nota, operæpretium erit nonnulla eorum hîc attingere, vel animi remittendi & oblectandi gratiâ. Bellum per Fecialem denuntiatur, aut per Caduceatorem pax petitur, ſi quis ſe imparatum, aut hoſtili potentiæ imparem arbitratur. Bellicus enim apparatus multa depoſcit, maximè verò militem qui ſcribendus, armandus & in diribitorio luſtrandus eſt. Tum ordinandus exercitus per Legiones, Cohortes, & Contubernia, Legionibus ab eligendo milite ſic dictis, vti ſunt Romani, in quibus ſingulis ſena millia, interdum amplius militare conſueuerant: quælibet autem Legio diuiſa erat in decem cohortes vnaquæque Cohors in ſuas Centurias, & quæuis Centuria in decem Contubernia. Prima Cohors quæ & Miliiaria dicebatur conſtabat 1105. peditibus & equitibus loricatis 142. tenebátque Aquilam ſignum in Romano exercitu præcipuum. Aliarum nouem Cohortum vnaquæque habebat 555. Pedites, & equites 66. & cuique Cohorti præerat Tribunus, & milites nomina ſumebant à numero & ordine ſuæ Cohortis, dicebantur primi verbi gratia, qui primæ; ſecundani qui ſecundæ, Decumani qui decimæ erant Cohortis. Quia verò facilè commiſſo bello ordines turbantur, confunduntúrque huiuſmodi confuſionis vitandæ gratiâ Cohortes in Centurias centum viris conſtantes diuiſæ ſunt, & ſingulis Centuriis ſinguli Centuriones præfecti, ſinguláque in eis vexilla conſtituta, in quibus inſcriptum erat ex qua Cohorte vel quota eſſet Centuria, quod intuentes milites in quantouis eſſent tumultu, à commilitonibus & contubernalibus ſuis minimè aberrabant, Centuriæ Turma perſimilis erat conſtans triginta duobus equitibus; qui illi præerat Decurio dicebatur. Contubernium decem milites ſub vno papilione degentes complectebatur, quibus vnus præerat Decanus qui caput Contubernij vocabatur, ipſum verò Contubernium Manipulus quod coniunctis manibus pariter dimicarent.

Romanorum Legionibus apud Gallos, & Celtiberos, pluréſque barbaras nationes reſpondebant Catetuæ in quibus erant armatorum ſena millia, & apud Macedonas, Græcos, & Dardanos Phalanges vnaquaque earum octo millia armatorum continente, nullúmque aciei genus validius erat apud Macedonas. In exercitu tirones intermiſcentur vete) ranis. Volones (quos ſpontaneos vocamus) cum peditatu & equitatu ſe conglomerant. Volones primitus dicti ſunt ſerui, qui bello Punico cùm deeſſent qui ſcriberentur, pro Dominis pugnaturos ſe polliciti iure ciuitatis donati ſunt, & Volones appellati, quia illud ſponte voluerunt. Cunicularij, Baliſtarij, & munitores expeditionem iuuant; Lixæ, Calones & Caculæ ſeruitiis deputantur.

Cataphracti circumquaque loricati ſunt. Claſſis naualis etiam vncos, aduncos, harpagones, hamáſque poſcit. Gladius capulo tenus vaginæ reconditus accomodetur ad latus, aut baltheo ſuſpendatur vtè thecis ſtringatur promptiùs. Sagittarij è pharetra ſagittas promere, arcum neruo tendere, & ingruẽtes emiſſis telis proteláre conſueſcant. Sclopetarij nitrato, ſeu tormentario puluere; plumbóque alite ſclopeta onerare, & aptato martulo diplodere & ad ſcopum collimare prædiſcant.

Expeditione ſuſceptâ caſtrametari, tentoria paxillis figere, munitionibus ſeſe vallare excubiis circumuenire & ſtratagematis priuſquam acie pugnare opus eſt. E mittendi ſubinde ſiue armati, ſiue inermes Corycæi ſeu explorat[illegible] quorum in militia inſignis vſus, eſt, vt & teſſeræ ſeu ſymboli quo ſui ſe diſcernant. Hemerodromi item reuerſionem faciũt, excurſiones, vel populationes cùm frumentatum itur, vel prædæ cauſa, fiunt agminatim non ſine populatione, & ſæpe huiuſmodi, vt ne in rutis quidem & cæſis quicquam reſidui permaneat. Induciæ ſi pangantur, dantur obſides.

Ad prælium eductæ copiæ vel in cuneum coguntur, vel in Phalangem vel in quadratam aciem hinc inde alis munitam, vel cornu dextro & ſiniſtro vtrinque firmatam. Vexilla in medio ferunt ſignifieri, quos Anteſignani cum Spathis ſeu Romphæis præcedunt. Tympaniſtæ & tibicines claſſicum canentes tympanorum ſtrepitu & ingeminato lituorum clangore ad alacritatem

incendunt,

incendunt, & poſt dimicationem receptui canunt. Velites leuiſſimè omnium armari, vt plurimum initium pugnæ velitando faciunt, mox toto agmine concurritur: eminùs quidem lapides fundis & catapultis, tela baliſtis, glandes tormentis & ſclopis, ſpicula amentis iaculando: cominùs autem ſariſſis & lanceis mucronatis, haſtis & bipennibus magno niſu vibratis tranſuerberando, clauis & tragulis perturbando, frameis, & pugionibus confodiendo, machæris & acinacibus cædendo, cadunt promiſcuè plurimi hinc & hinc, eiulatu & boatu horrendo cuncta perſonant. Conflictu incaleſcente ſuccenturiati ex inſidiis aliquando ſuperueniunt, & à tergo adoriuntur, & aciem diſturbant; victi partim ſe dedunt, aut capiuntur, aut diſperſi palantur. Arx rebellis quo ſe profligati recipiunt circumſiſtitur, circumuallatur, anguſtatur & machinis muralibus oppugnatur. Præſidiani propugnantes ſi erumpant repelluntur. Expugnata ante vltroneam deditionem vrbs diripitur, nec rarò ad internecionem exciditur. Proſtaia, ſeu munimina priùs occupata recuperantur. Victores adeptâ palmâ ſpoliis & manubiis onuſti, trophæis erectis ouantes, & Pæana concinentes cum triumpho redeunt. Strenui ob Heroïca facinora inſignibus condecorati nobilitantur, transfugæ & deſertores multantur, ſaucij curantur, captiui redimuntur, aut permutatione liberantur, & poſtliminio redeunt. Qui pro patria occubuerunt adorea afficiuntur. Ad extremum miles exarmatur exautoraturque. Emeriti rude donantur & dimittuntur. eſt enim duplex militum dimiſſio ſcilicet ignominioſa & honeſta, prior eſt cùm quis propter delictum Sacramento ſoluitur: honeſta eſt quæ emeritis ſtipendiis, vel ante ab Imperatore indulgitur: emeritis ſtipendiis, dimittuntur, qui militiæ tempus expleuere, quod ab anno decimo ſeptimo in quadrageſimum ſextum extenditur a: ante emerita ſtipendia dimittuntur, qui viginti annos in militia compleuerunt: & vtrique veterani dicuntur. Ad honeſtam miſſionem cauſaria reuocatur, cum quis ob vitium animi vel corporis minus idoneus militiæ renunciatur, & hi veteranorum iura habent ſi dimiſſi ſint poſt viginti annos, ſecus ſi intra

a Ex leg. Grachana.

TRACTATVS SEXTVS.

DE SAPIENTIA CHALDÆORVM, Ægyptiorum, & Græcorum.

GENTILIS ſextæ primi Sapientes apud Perſas dicti ſunt Magi, apud Babylonicos & Aſſyrios Chaldæi, apud Ægyptios, Sacerdotes & Prophetæ, apud Græcos Philoſophi; Apud Indos Gymnoſophiſtæ, quorum illi qui ex generis ſucceſſione veluti hæreditariam ſapientiæ poſſeſſionem amplectebantur Brachmanes dicti ſunt, qui verò electione, ad Philoſophiæ profeſſionem aſſumebantur Samanei. Ad hos profectus Apollonius Thyaneus, vt Iarcham in ſolio aureo ſedentem de ſiderum motu audiret diſſerentem, teſte Hieronymo. Apud Gallos & Germanos Druidæ ἀπὸ τῶν δρυῶν id eſt à quercetis in quibus habitabant, ſic dicti, & à Fynuano Scotorum Rege primum inſtituti a. Eorum erat, ſacrificia curare publica & priuata, adoleſcentes diſciplinis inſtituere, controuerſias dirimere, penáſque conſtituere; ſi quis priuatam aut publicam gerens perſonam eorum decreto non ſtetiſſet, ſacrificiis interdicere omnium hominum congreſſum & colloquium declinabant, ne ſæculi contagione polluerentur. Vni eorum in vniuerſum ordinem ſumma erat poteſtas, in cuius defuncti velut antiſtitis locum alius ſuffragio ſubrogabatur. Cogebatur eorum concilium certo anni tempore in Carnutum finibus (eſt is locus Galliarum ferè medius) controuerſiáſque eò delatas ſuo componebant decreto, tandem à Tyberio Cæſare, propter humanas victimas, penitus deleti ſunt.

a Boët. lib. 2

Atque ex his omnibus ſapientiam differentiis, ſolam ſapientiam

Chaldæorum Ægyptiorum, & Græcorum inueſtigare noſtri eſt inſtituti, de ea namque non de aliis Scriptura ſacra mentionem facit. Propheta Daniel ſe vnà cum tribus ſodalibus Anania, Miſaële & Azaria, omni ſapientia literis, & lingua Chaldæorum fuiſſe eruditum affirmat. Simile quid pronunciat Stephanus de Moyſe cùm ait:*a* [*Et eruditus eſt Moyſes omni ſapientia Ægyptiorum, & erat potens in verbis & in operibus ſuis. b*] Græcos ſapientiam toto ſtudio quærere teſtatur Apoſtolus, ſæpiúſque in ſacris literis ad trium illarum nationum, (vel ob ipſum imperium, & occupatam ſuper Iudæos dominationem obſeruandarum) mores & ſapientiam, veram, vanámve, fit alluſio, ideóque de triplici hac ſapientia provt maximè cuiúſque notitia pluribus Scripturæ locis intelligendis inſeruiet. Tractatus hic inſtituetur, ex quo quidem & Chriſtianæ ſapientiæ dignitas magis innoteſcet, fidéſque in vnum & verum Deum promptior exſurget, ardentiórque, ſiue quòd ſapienter, ſiue quòd inſipienter ab illis dictum actúmque eſt attendatur, vtrúmque enim ad illam multùm conferet.

a Actor. 7. v. 22.

b 1 Corinth. 1. v. 22.

Quæ enim apud ſapientum Ethnicorum nobiliores de Deo, de cœlo, de natura rerum ſapienter & abſque errore diſputata ſunt Chriſtianis inſtitutis haud parum adſtipulantur, ea quippe vt plurimùm ex Moyſis Pentateucho, aliiſque libris ſacris quos apud ſe habebant deprompta ſunt: Vnde nec dedignatur Apoſtolus ad tertium licèt cœlum raptus, ipſorum quoque Poëtarum vti autoritate, dum in medio Areopagi idolorum vanitatem inſectans; & vnius Dei adſtruens veritatem, addit [*ſicut & quidam veſtrorum Poëtarum dixerunt, ipſius enim & genus ſumus c.*] Multa paſſim apud authores Ethnicos, & dicta grauiter, & acta conſtanter inuenies, vt non modò ex eorum effatis fidem aliquam veritas Chriſtiana repetat, ſed etiam eorumdem exemplis religioni noſtræ nonnullum incitamentum virtutis accedat. Enimverò quàm fœdum, plenúmque dedecoris eſt ſi Chriſtianum hominem (cui æternæ vitæ ſpes certa ſit) virtuti operam dare pigeat cùm viros à vero Dei cultu longè alienos, probitati, continentiæ, frugalitati, cæteriſque id genus humanæ mentis virtutibus ita ſtuduiſſe, vt D. Auguſtinus dicere non erubuerit. [Platonici paucis mutatis Chriſtiani fierent *d.*]

c Actor. 17. v. 25.

d Lib. de vera rel.

Quæ verò inſipienter (& hæc innumerata ſunt) ab Ethnicis ſapientibus proferuntur, ea quoque Chriſtianæ ſuo modo conferunt ſapientiæ, cùm enim inter illos qui Gentilis ſapientiæ fuere Principes & Coryphæi, tanta de rebus diuinis & humanis variarum opinionum concertatio ſit, vt ſe inuicem deſtruant: neque vbi conſiſtant dignoſci poſſit, maiori tunc alacritate animus pietate imbutus Diuinæ miſericordiæ gratiam amplectitur, æmulatúſque chariſmata meliora, ad fontem primæ veritatis anhelat, accurritque: Etſi enim apud Ethnicorum ſapientes probabilia quædam & conſona veritati ſparſim inuenias, mens tamen humana tantam ſententiarum varietatem faſtidiens, ſacris literis ediſcendis ardentiùs incumbit.

PARS PRIMA.

De Sapientia Chaldæorum.

CHALDÆORVM ſapientiam, (quæ & Babylonica, & Aramæa, & Syria, & Syriaca ab his nationibus Chaldææ cognominibus, vel contiguis aliquando nuncupatur) plures ſub ſe habuiſſe Sapientum claſſes, ſubindicat textus ſacer, cùm Danielem eiuſque ſocios in Chaldæam tranſportatos affirmat, eruditos omni ſapientia ipſorum: hæc enim particula, *omnis*, plurium ac diuerſarum eiuſdem ſapientiæ differentiarum eſt collectiua, diuerſaſque ſectas innuit, quas omnes à Rege Nabuchodonoſor ad interpretationem ſomniorum difficilium acciras refert idem Daniel his verbis: [*Præcepit autem rex Nabuchodonoſor, vt conuocarentur Arioli, Magi, Malefici, Chaldæi & Aruſpices vt indicarent regi ſomnia ſua a.*] Item [*Tunc ingrediebantur Arioli, Magi, Chaldæi, & Auſpices b.*] Ex quibus locis ſimul iunctis conſtat Sapientiam Chaldæorum, ſeu Aſſyriorum eo tempore in quinque ſaltem ordines Sapientum fuiſſe diſtinctam; ſcilicet in Ariolos, Magos, Maleficos, Chaldæos & Auſpices. In his Sapientiæ partibus Propheta Daniel cum ſuis Sodalibus, à Babyloniis præceptoribus, ſicut & olim Moyſes in omni Sapientia Ægyptiorum pleniſſimè fuit eruditus, tamen vt Iuſtinus Martyr rectè admonet, quâ parte huiuſmodi praua erant & prohibita tentabant, numquam eis vſus eſt, neque eas approbauit, ſed vt maximè contrarias legibus Dei ſui, pro quo ſemel, atque iterum idem Daniel traditus eſt Leonibus, treſque eius ſocij ignibus, vehementer exhorruit. Quapropter ſciendum eſt qua parte prauæ eſſent, quinque illæ Sapientiæ partes. Arioli ſanè, Malefici, nec non Auſpices ipſa ſui notione vocabuli malè audiunt, & peruerſum quid palàm profitentur. Arioli namque Dæmonum incantationibus dediti fuere, originem trahentes à Zoroaſtre Bactrianorum rege, qui ſolus inter mortales eâdem quâ natus eſt die riſiſſe fertur, quique primus naturalis magiæ corruptor, admirabilem illam ſapientiam à maioribus ſuis acceptam ad incantationum deliramenta detorſit: vnde & iuſto Dei iudicio à Nino Aſſyriorum rege debellatus eſt, regnoque expulſus.

Malefici erant illi, vt putat Hieronymus, qui ex victimis, & ex corporibus mortuorum diuinabant. Aruſpices denique qui inſpectis hoſtiarum inteſtinis futura præſagiebant.

Supereſt ergò vt Magi & Chaldæi aliquam veræ Sapientiæ ſpeciem præ ſe ferant. De his ergo duplex erit Articulus.

a Dan. c.2. v.2.

b c.4. v.4.

ARTICVLVS I.

De Chaldæis.

ETſi Chaldæorum nomine deſignentur omnes Babyloniorum ſectæ, propriè tamen & ſpecialiter Danielem, vt inquit Hieronymus, ſignificant genus hominum, quos vulgus Mathematicos, & Genethliacos appellat. Hos Plinius ait initium habuiſſe à Belo, ſeu Ioue (qui in Scriptura ſacra dicitur Nemrod) primo Babylonis rege, primoque ſcientiæ ſyderum inuentore. Hi circa Aſtronomiæ rationes & prædictiones, quæ & Aſtrorum obſeruatione fiunt, occupabantur, vt teſtatur Philo Iudæus his verbis: [Chaldæi cum primis exercitati ſyderali ſcientia, omnia tribuebant ſtellarum motibus, à quibus credebant diſpenſari mundi potentias, quæ conſtant ex numeris, eorumque proportionibus. Venerabantur iſti res viſibiles, non percipientes inuiſibilia, & intelligibilia ſcrutantes illarum tantùm ordinem: atque ita è Solis, Lunæ, Stellarum erraticarum, fixarumque circuitibus, & anni in quatuor tempora diſtincti vicibus, conſenſuque rerum cœleſtium ac terreſtrium: mundum ipſum exiſtimabant eſſe Deum, profanâ opinione creaturam facientes Creatori ſimilem.] Hæc Philo de Chaldæis quos D. Hieronymus ait aſſeruiſſe materiam viſibilis huius mundi Sempiternam eſſe, & à nullo productam, in quo inſipienter locuti ſunt, vniuerſa enim condita ſunt in tempore à Deo.

ARTICVLVS II.

De Magis.

MAgorum nomen in ſacris literis ſæpiùs vſurpatum & à barbaris ad Græcos, tum ab his ad Latinos traductum, initio Perſis & Chaldæis in honore fuit velut proprium Sacrorum Antiſtibus regnorum moderatoribus, Philoſophis ac Theologis; vnde non incongruè Magi à vetuſto Latinæ Editionis Interprete Philoſophi dicti ſunt: de omnium enim tam diuinarum quam humanarum rerum cauſis diſſeruerunt. Diogenes Laërtius c ſcribit Zoroaſtrem Perſen fuiſſe Magorum Principem, Magos, verò vtpotè Sacerdotes diuino vacaſſe cultui. Inter eorum dogmata potiſſimum erat, vnum eſſe Deum primum omnium, & ſempiternum, idque docuiſſe eumdem Zoroaſtrem aſſeuerat Euſebius. (Poſuerunt tamen illi, & alios eſſe Deos ſecundos, ſeu Genios) affirmabant etiam animas poſt hanc vitam eſſe immortales; & homines iterum reſurrecturos; & iniquorum, impiorumque corpora flammis cauſenda auri & argenti vſum interdixerunt, de iuſtitia cæteriſque virtutibus multa diſſeruerunt: prædictionem exercebant aſſerentes Deos ſibi apparere, aëremque plenum eſſe Dæmonibus: reuicturos homines,

c lib.1.

immortaleſque futuros. His veſtis candida, lectus humus, eſcâ olus, paniſque cibarius erat: arundine pro baculo, vtebantur, cuius in ſummitate præfixum caſeum uti applicantes mandebant *a*.

a Diogn. Laër. l. 1.

De Magorum Sapientia Philo *b* Iudæus ſic loquitur. [Veram quidem illam Magiam, hoc eſt ſpeculatiuam ſcientiam, per quam naturæ opera cernuntur clariùs, vt honeſtam expetendamque non modò plebei ſectantur, ſed etiam reges regum maximi, præſertim Perſici tam curioſi harum artium, vt regnare non liceat, niſi cum Magis verſato familiariter.] His ſubſcribens D. Hieronymus *c* ait: [Magi ſunt qui de ſingulis philoſophantur, conſuetudo autem communis Magos pro Maleficis accipit, qui aliter habentur apud Gentem ſuam, eò quod ſint Philoſophi Chaldæorum, & ad artis huius ſcientiam Reges quoque & Principes eiuſdem Gentis omnia faciunt, vnde & ipſi in natiuitate Domini fuerunt inter primos qui diuinitus Saluatoris ortum intellexerunt & ve[nientes] in Bethleem adorauerunt:] admoni[tus] cer illo Balaam (quem Balac rex Moa[b] cerſiuit, ad maledicendum Iſraëlem) vaticinio: [*Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael, & percutiet duces Moab &c. d*] Porrò licèt olim Magorum & Magiæ nomen celebre fuerit, poſteà tamen ob abuſum in infamiam cœpit vergere, cunctiſque malis artibus attribui, quod vt intelligatur, & legitima, puraque Magia ab Spuria prauaque diſcernatur, explicandum eſt huc locu quid ſit Magia in communi, & quotuplex.

b lib. de ſpecialibus legibus.
c in Daniel.
d Num. 24. v. 17.

Magia vniuerſim ſumpta eſt *ars*, ſeu *facultas* vi creata, & non ſupernaturali, quædam inſolita & mira efficiens, quorum ratio communem hominum captum ſuperat. Hac definitione, *ars*, ſeu *facultas* accipitur pro quauis operatione, & cognitione liberali, vel mechanica, artificioſa, vel artis experte, vera, vel circulatoria, ſuperſtitioſa, vel vitij libera. *Efficiendi* vocabulum pro omni tam mentis, & animi, quàm ſenſuum, aut membrorum functione ponitur; additur, *vi* videlicet rei adhibitæ, ſiue perſonæ adhibentis, hominis nempe, vel Dæmonis; ſubiicitur *vi creata & non ſupernaturali*, ad excludenda vera miracula, quæ virtute ſupernaturali à ſolo Deo produci poſſunt, *mira* verò & *inſolita* à Magia effici queunt, quorum quidem ratio communem hominum captum excedit, quia plurium magicorum effectuum cauſam ſoli Sapientiores conſequuntur.

Magiæ ſic latiùs acceptæ diuiſio, ſumi poteſt in ordine ad cauſam efficientem, ratione cuius diuiditur in naturalem, artificioſam, & Diabolicam; cuncti enim eius effectus adſcribendi ſunt vel inſitæ rebus naturæ, vel humanæ induſtriæ, vel Dæmonum malitiæ ac ſagacitati. Duæ priores licitæ ſunt, nec aliquid ſuperſtitionis habent quamdiu bona gaudent intentione, & licitis vtuntur mediis, nec vlli ſcandalum generant: Postrema impia noxia, & capitalis eſt. De hac agetur Tractatu ſequenti in 2. Parte, quod ſpectat ad alias.

Naturalis Magia nihil eſt aliud, quàm exactior quædam arcanorum naturæ cognitio, quâ cœlorum, ſyderumque curſu & influxu, & ſympathiis, atque antipathiis rerum ſingularum obſeruatis, ſuo tempore, & loco, modoque debito res rebus applicantur, & mira quædam hoc pacto perficiuntur, quæ illarum cauſarum inſcij præſtigioſa vel miraculoſa indicant; vt cum Tobias iunior patris cæcitatem felle piſcis diſcuſſit, quam virtutem Callianymo piſci tribuunt Phyſici, cumque alia ſtupenda paſſim accidunt, de quibus Philoſophi, imò & SS. Patres naturalem hanc Magiam cum cæteris ſcientiis Deus largitus eſt Adamo, à quo edocta poſteritas eam fideli & ingenua traditione per orbem propagauit, eâdemque reparato poſt diluuium mundo piiſſimus Noë filios ſuos, ipſum etiam Cham arte imbuit, adeoque virorum illuſtrium fuit propria, vt ex Thalmudicis authores tradant ſeptuaginta Sanhedrij [ſe]niores, ac iudices, Magiæ peritos eſſe debuiſſe. Eiuſdem periſſimum fuiſſe Salomonem omnes aſſerunt. Quæ autem de morbis ab ipſo per incantationem curatis Ioſephus retulit *d*, ea vel falſa ſunt, vel in illud tempus referenda, quo per mulieres alienigenas infatuatus, idololatriæ ſeſe manciparat. Hanc quoque Propheta Daniel cum ſuis Sodalibus Anania, Miſaële, & Azaria perfectiſſimè calluit. De ipſa ſcripſere non pauci, pluresque eorum venenum hæreſeos, aut atheïſmi aureo Babylonis calice incautis propinant. In hæc enim præcipitia per floridas abditarum inueſtigationum vias ſpiritus nequam curioſos facilè pertrahit. Et niſi quis Eccleſiæ Catholicæ cenſuram tanquam Cynoſuram ſequatur, lubrica eſt talium authorum lectio, quorum proinde nomina ipſa ſubticere ſatius erit.

d l. 8. antiq. cap.

Artificialis Magia eſt, quæ per humanam induſtriam mira perficit; diuiditurque in Mathematicam & præſtigiatricem: Mathematica eſt quæ principiis geometricis, arithmeticis, vel aſtronomicis vtitur, cuius exempla plura ſuppetunt, maximè ſphœra illa Archimedis vitrea de qua Tullius *e*. In Syracuſarum obſidione, nauium per ſpecula combuſtiones *f*. Leonis Imperatoris auiculæ aureæ cantillantes *g*; & Boëtij cereæ inſuper volantes, & his ſimilia. Hæc Magia indiget naturalium ope cauſarum, quæ certo motu, certiſque dimenſionibus applicentur, & quamdiu effectus cauſis naturalibus correſpondent per ſe bona eſt & licita Magia illa; per accidens tamen fit illicita, nempe ſi ſcandalum oriatur, ex eo quòd putentur hæc patrari opera Dæmonum. Et ſi quod inde ſpirituale, vel corporale damnum immineat; Hinc damnantur qui abſque neceſſitate; vel iuſta cauſa ſe mortis periculo per luſum exponunt.

e Tuſcul. & lib. 2. de natur. Deor.
f Plut. in Marcel.
g Glycas, & Manaſ. in Amal.

Magia Præſtigiatrix, ſeu ludicra, eſt illa cuius effectus non ſunt quales aut qui videntur: pluraque ad eam pertinent, quæ à Funambulis, Circulatoribus creduntur incantationibus patrari, cùm tamen agilitate manuum, pedumque fiant. Hæc tamen Magia facilè in Diabolicam degenerat qua Dæmones ſic medium diſponunt, aut oculos intuentium ita faſcinant, vt vna res alia videatur. Ad eam vtique ſpectabant quæ Trithe-

mius refert anno 876. tempore Ludouici Imperatoris Sedechiam quemdam Iudæum religione, profeſſione medicum coram priucipibus viris pattaſſe. Inter alia videbant eum currum onuſtum fœno cum equis & autiga deuorare; amputare aliotum manus, pedes, & capita, & ſanguine ſtillantia euuctis ſpectanda præbere, eademque ſtatim ſuo loco reſtituere; venationes, decurſiones, haſtilia, & quæ homines in tertis agirant, ea in aëre audiri faciebat: media hyeme hortum ac amœniſſimum in Cæſaris palatio floribus herbis, arboribus ſubitò natis, auditáque auium collatioue producebat. Hæc de ſapientia Chaldæorum, eiúſque pattibus dicta ſufficiant, ex quibus ſatis patet quantùm iuſipientiæ & peruerſitaris ſenſim contraxerit, ac demum in Magiam Dæmoniacam, Diuinarionem & maleficinm, de quibus Tractatu ſequenti, degenerarit.

PARS II.

De Sapientia & Hieroglyphis Ægyptiorum.

ÆGYPTIORVM ſapientia penès Sacerdotes erat & Prophetas; de illorum numero fuit Putiphar, Sacerdos Heliopoleos & ſocer Patriarchæ Ioſeph *a*: de iſtorum verò, Etban, Hemau, Chalcol & Dorda filij Mahol *b*, ſeu Zaræ nepotis Iudæ *c*. Hi quidem ſapientes Ægyptij Magis, Chaldæiſque fuere poſteriores *d*; eorũ verò præcipua dogmata eraur hæc: Mareriam principium fuiſſe rerum; Ex ea deinceps quatuor elementa diſcreta perfectaſque complures animantes, ex quibus vtiles quaſque, & vſui hominum accommodatas diuino honore proſecuti ſunt; Solem ac Lunam Deos eſſe, alterúmque Oſitim, alterum Irim appellatos, quos exprimebant per auimalia diuerſa: ſtatuas fabricabant quòd ignorarent effigiem Dei. Mundum genirum, mortalemque eſſe aiebant, & ad ſphæræ ſimilitudinem rotundum: ſtellas ignem eſſe quarum temperatà commixtione cuncta ſuper terram naſcuutur: lunam deficere cùm in terræ vmbram decidit. Animam & perdurare, & ſubindè migrate *e*. Ad ſapientiam Ægyptiorum provt eius noticia noſtri eſt inſtituti, ſpectant potiſſimùm Hieroglypha; confert & ominoſorum dierum obſeruantia: de his erunt duo Articuli.

a Gen. 41. v. 45.
b 3. Reg. 4. v. 31.
c 1. Paral. 2. v. 6.
d Diog. Laër. ex Ariſt. l. 1. de Phil.
e Diog. Laërt. l. 1.

ARTICVLVS I.

De Hieroglyphis Ægyptiorum.

MOyſen omni ſapientia Ægyptiorum vniuersè eruditum fuiſſe pronunciat D. Srephanus *f*. Addir Philo *g*, & ex eo Clemens Alexandrinus *h*. in ſpirituali Moyſis ſupellectile occultam Philoſophiam litteris hieroglyphicis comprehenſam fuiſſe, hæc eſt animalium, quæ ipſi pro Numinibus venerabantur, notis, aut variis etiam corporis humani membris, vt habet Diodorus *i*. Atque adeo rebus ex vniuerſa natura petitis, vt conſtat ex hieroglyphicis Pierij. Et hæc erat vltima ſcientia quæ ab Ægyptiis tradebatur, quam Philo vocat τὴν διὰ συμβόλων φιλοσοφίαν. Clemens verò μυστικὴν θεολογίαν à ſeulptura dictam hieroglyphicam. Non enim, ait Ammianus *k*, vt nunc litteratũ numerus præſtitutus & facilis exprimit quod humana mens concipere poteſt; ita priſci quoque ſcriptitarunt Ægyptij, ſed ſingulæ litteræ ſiugulis uominibus ſeruiebant, & verbis nonnumquam ſignificabant integros ſenſus *l*.

f Act. 7. v. 22.
g l. 1. de vita Moyſis.
h l. 1. de vita Moyſ.
i In hiſt. Æthiop.
k lib. 17.
l Sub finem lib. 22.

De ea ergo ſcientia, eiuſque partibus quæ ad rem noſtram faciunt audi Clementem Alexandrinum *m*, Virum Ægyptium ac eruditiſſimum: [Qui docentur ab Ægyptiis, inquit primùm quidem diſcunt Ægyptiarum Litterarum viam ac rationem, quæ vocatur ἐπιστολογραφική, hoc eſt apta ad ſcribendum epiſtolas: ſecundò autem ἱερογραμματικήν, qua vtuntur Scribæ ſacrorum: vltimò ἱερογλυφικήν, id eſt ſacram quæ inſculpitur Scripturam, cuius quidem vna eſt per prima elementa propriè loquens: altera ſymbolicè, id eſt per ſigna ſiguificaus. Symbolica autem vna quidem propriè loquitur per imitationem: alia verò ſcribitur veluti ropicè; alia verò ſumitur allegoricè per quædam ænigmata; ſubdit exemplum ſymbolicæ primi generis, vt qui dum ſolem ſcribere voluut, circulo eius rotunditatem imitantur, & qui lunam eius cornua in ſemi circulo repræſentant: ſecuudi autem, vt cùm per varios tropos ſenteutia modificatur, & ſecundùm eos inſculptis inſcribitur notis, vt ſi Bacchum pto viro ſculpant, & Cererem pro frumento, aut vice verſa. Tertij denique vt cùm aſtra propter obliquam conuerſionem corporibus ſerpentem aſſimilant.] Hæc ille.

m lib. 5. Strom.

Perſimilem quoque aliarum gentium & docendi & myſteria occultandi ne prophanis, ſed idoneis tantùm traderentur, fuiſſe rarionem arguunt Poëticæ & Æſopicæ fabulæ, imò & Pythagorica, vererumque Philoſophorum ſymbola. Equidem Hebræorum & Syrorum non aliena fuir ab hac docendi ratio, qua & Chiiſtus Dominus populi ſe captui, Doctorumque conſuetudini accommodans, vſus eſt, quæ à primis vſque temporibus poteſt reperi. Eò forte quis retulerit ſignum in Cain poſitum *n*; & quaſi emblema in eius fronte ab ipſo Deo inſculptum velut notam recepti hominis in fidem ſuam, ne qui in illum incidiſſet imprudens tanquam monſtrum piaculare perimeret: eôdem pelliceas tunicas, & Cherubim cum gladio flammeo, atque verſatili *o*: eôdem columbam cum ramo virentis oliuæ, remiſſam *p*: eôdem Domini cum Abraham fœdus in caligine tenebroſa, in clibano fumante ac lampade ignis inter diuiſiones tranſeunte *q*: eôdem innocentis Ioſeph ſtellás atque manipulos *r*: eodem tres Pincernæ propagines, totidem caniſtra Piſtoris *s*, vaccas, ſpicaſque Pharaonis *t*.

n Gen. 4. v. 15.
o c. 3. v. 24.
p c. 8. v. 12.
q c. 15. v. 17.
r c. 37. v. 7. 9.
s c. 40. v. 10. 17.
t c. 41. v. 18. 22.

Et in iis quæ Deus per Moyſem tradidit populo ſuo Ægyptiorum diſciplinis vtcum-

que inſtructo obſeruare poſſumus eiuſdem doctrinæ veſtigia. Ad primum enim genus illius, quam Clemens Alexandrinus κυριολογικὴν etiam vocat, ſacrum illud Pectorale, ſeu Rationale iudicij vtique pertinet, in quo artificioſè admodùm illigati erant duodecim lapides pretioſi, & in ſingulis cælata ſingula Tribuum nomina, vt pro iis iugiter ſummus Sacerdos orare meminiſſet: huc etiam ſpectat illud Vrim, & Tummim id eſt illuminationes & perfectiones, ſeu doctrinæ & veritates in eodem Rationali ſculptum, apertè monens Sacerdotem ſcientiæ ad illuminandum populum, & veritatis ac ſanctitatis ad perfectionem propriam ſtudioſè conquirendæ: Eôdem quoque pertinet aurea illa Lamina, in qua opere cælatoris inſculptum erat ſanctum Domino; vt clarè intelligeret Pontifex ſe Domino eſſe addictum & conſecratum: ſunt & alia plurima quæ in hanc claſſem referri poſſunt.

Ad Hieroglyphica Symbola per imitationem ſpectat effictus, figuratuſque ſerpens æneus, qui cruci affixus ſanitatem afferebat intuentibus; ſymbolum vtique Hieroglyphicum fuit expreſsáque figura ad imitationem futuri Meſſiæ, qui externà tantùm ſpecie, re autem ipſa minus peccator quàm æneus ille ſerpens, cruci affixus cunctis in eum per veram fidem intuentibus ſalutem attulit, quantumuis infernalium ſerpentum morſibus fuiſſent impetiti. Hieroglyphicum hoc ſymbolum ipſe, qui eo figurabatur *Christus* explicuit dicens. [*Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam a.*]

a Ioan. 3. v. 14.

Ad Symbolica tropica per tranſlatitiam aliquam conuenientiam ſpectant illi duo Cherubini aurei fuſiles alis ſuis operientes ac portantes Propitiatorium, & Angelorum miniſteria in diuino cultu conuenienti tranſlatione repræſentantes; nam & alis agendi velocitas, & geſtatione obſequium metaphoricè ſignificatur: ſic Dæmones vocabulis & figuris ſerpentum ob effectorum ſimilitudinem, in Scriptura indicantur.

Ad Symbolica ænigmata pertinent illa Patriarchæ Iob in benedicendis filiis verba nouiſſima, *Catulus Leonis Iuda ad prædam fili mi aſcendiſti; & ligans ad vineam pullum ſuum,* aliaque ſimilia: huius generis ſunt parabola Ioathan b filij Gedeonis, & Ænigma Samſonis c.

b Iudic. 9. v. 8.
c c. 14. v. 12.

ARTICVLVS II.

De Ominoſorum dierum apud Ægyptios Obſeruantia,

Nec non de vana ipſa Obſeruantia.

AD ſuam dubio procul ſapientiã referebant Ægyptij illam certorum dierum, quos ominoſos vocabant quouis in menſe obſeruantiam: Cunctarum quidem ferè nationum dies ominoſos collegit Alexander ab Alexandro d, prætermiſit tamen Ægyptiacos ſed eorum in communi meminit D. Auguſtinus e dicens: [Plena ſunt conuenticula noſtra hominibus qui tempora rerum agendarum à Mathematicis accipiunt, iam verò ne aliquid inchoëtur aut ædificiorum, aut eiuſmodi aliud operum diebus, quos Ægyptiacos vocant ſæpè etiam nos monere non dubitant.] Singulos verò recenſet Petrus Breſſayus f, atque eos eſſe I. & XXV. Ianuarij: IV. & XXVI. Februarij. I. & XXVIII. Martij X. & XX. Aprilis III. & vltimum Maij X. & XVII. Iunij XIII. & XXVII. Iulij I. & XXIV. Auguſti III. & XXI. Septembris III. & XXII. Octobris V. & XXVIII. Nouembr. VII. & XII. Decembr. Verú hoc genus ſuperſtitionis damnat Apoſtolus. Scribens ad Galatas, eoſque redarguens his verbis: [*Dies obſeruatis & menſes, & tempora & annos. Timeo vos ne fruſtra laborauerim in vobis.*] Hancque diariam obſeruantiam Catholica ſemper improbauit Eccleſia ſuo feriens anathemate, eos, qui Temporatiorum more, dies, menſes, & annos quá tales ſunt, non ad Dei cultum, ſed ad ſuorum negotiorum directionem obſeruant. v.g. ſi dies Conuerſionis D. Pauli ſerenus ſit ſpondent ſibi anni fertilitatem, vnde illud. *Clara dies Pauli bona tempora denotat anni.* Item qui inſerunt arbores ipſo die Annunciationis B. Mariæ, & his ſimilia, naturalem cauſam vanè attendentes, quæ iis in rebus nulla eſt. Excuſarentur tamen vtcumque, ſi iſta vera eſſent & illa Sanctorum meritis adſcriberent, cumque Deo velut ſanctos illos hac ratione honoranti tribuerent effectum.

d l. 4. Gen. dier. c. 2.
e in c. 4. Epiſt. ad Galat.
f l. 1. Nor.. bilium ...

Portò non pauci (alioqui fortè in opinione vulgi, celebres) in illam Ægyptiacam, aliaſque perſimiles vanas obſeruantias per imprudentiam quotidiè impingunt; & quia ab Ægyptiorum fabuloſis ſuperſtitionibus maleficia & artes magicas exortas eſſe refert Epiphanius g, explicandum eſt hoc loco quid ſit vana obſeruantia, & quibus modis frequentiùs contingat.

g l. 1. aduer. Hær.

Vana Obſeruantia definiri poteſt, ſuperſtitio qua commodum aliquod ſperatur ex re, quæ naturaliter id præſtare nequit, nec ſupernaturaliter ex Dei placito eò pertinet: Dicitur vana, vel quia non conſequitur effectum, vel ſi conſequatur plus noxæ quàm commodi affert, quia homo ea vtens pro re Leui animæ ſuæ detrimentum patitur. Vana quippe Obſeruantia lethale peccatum eſt, ſi fiat ex pacto expreſſo vel tacito cum Dæmone. Additum eſt in definitione. *Nec ſupernaturaliter ex Dei placito eò pertinet*, quia ex rebus ſacris v g. Sanctorum reliquiis, ac ſimilibus abſque vlla vana Obſeruantia ſperari poteſt commodum, quod ipſæ naturaliter præſtare nequeunt, quia ſupernaturaliter, ex Dei beneplacito ac bonitate illud hominibus ritè diſpoſitis ſæpiſſimè conferunt.

Contingit autem vana Obſeruantia modis innumeris, ſed his frequentiùs. Primò ſi quis vtitur certis orationibus, aut ſententiis etiam ſacris, aut piis operibus in rebus vanis, & ad Dei gloriam nec directè, nec indirectè ſpectantibus. Dixi indirectè: ſi enim ſanitas corporis v.g. ad Dei honorem refertur, omnis miraculoſæ authorem ſanitatis, eaque

ſecundum praxim aliquam inter Chriſtianos conſuetam,nec improbatam poſtuletur, non eſt illicitum; etſi enim illius praxeos rationem ignoremus, fieri tamen poteſt, vt aliquis ſanctimonia clarus eam inſtituerit, & à Deo huius efficientiæ: gratiam obtinuerit.

Secundò ſi quis obſeruatis nonnullis certis cæremoniis certa ieiunia, & orationes abſque vllo labore ſcientiam acquirere præſumat ſecundùm inſtituta cuiuſdam artis, quâ (vt aiunt) fretus Salomon vnius noctis ſpatio Sapientiam conſecutus eſt, eiuſque methodum libello quem circumferunt complexus. Verum hæc ars damnata fuit Pariſiis anno 1320. & de ea agunt Theologi. Huic aliam perſimilem aſſignant alij, quam Paulinam vocant, fingentes eam à Deo traditam D. Paulo in ecſtaſi conſtituto, quam & Apoſtolus ipſe dederit poſteritati.

Tertiò ſi quis Euangelium S. Ioannis, aut aliquid ſacrum geſtat, adiunctis variis circumſtantiis v. g. Scriptum ſit Oriente ſole, in pergameno virgineo, quod conficiunt cute pueri recens nati, & ante baptiſmum mortui, vel abortiui, aut quid ſimile. Nec ignorandum hoc loco, quòd licet Canones non permittant orationes alias inſcribi petiaſtis præter orationem Dominicam, & Symbolum; vſu tamen Catholico id ad Euangelium B. Ioannis, aliaſque partes Scripturæ videmus extenſum, quia par in iis militat ratio, nempè deuotio geſtantis, & verborum Sanctitas, quæ ſi proſunt piè lectitatæ, cur non & piè geſtatæ? Superſtitione tamen omni ſemper & vbique euitatâ.

Quartò contingit vana Obſeruantia in ſtrenis, quas vocant, quæ primo die cuiuſque anni beneuolentiæ ergo dantur amicis, in omen & precationem anni proſperè decurſuri, ſi dentur ex vana quadam, & erronea exiſtimatione. Has Ianuarij Kalendas maxima olim celebritate colebant Ethnici in honorem Iani, ſibique inuicem dare conſueuerant ſtrenas, ita dictas quaſi trinas quòd ternarius perfectionis atque plenitudinis index habeatur: tria enim ſunt omnia Philoſopho *a*. Et propter huiuſmodi aliaſque rationes Concilium Antiſſiodorenſe *b* ſtrenas illas vocat diabolicas, his verbis. [Non licet Calendis Ianuariis ſtrenas diabolicas obſeruare: ſed in ipſa die ſic omnia beneficia tribuantur, ſicut & reliquis diebus *c*:] Illas quoque damnat Martinus Papa dum ait, [Non licet iniquas obſeruationes agere Calendarum, & otiis vacare, neque lauro, aut viriditate arborum cingere domos, omnis enim hæc obſeruatio Paganorum eſt.] Et in Ethnicæ huius ſuperſtitionis deſtructionem ſolebant pij Chriſtiani eo die ieiunare: qui verò contempto ieiunio cum Infidelibus agebant, illis Romanum Concilium ſub Zacharia celebratum dixit anathema *d*. Quare ſi quis hodie vel in honorem Iani, vel ſtreniæ Deæ epulis vacaret, aut ſtrenas mitteret vel acciperet, Is eſſet Idololatra. Si verò id tantùm faceret, vt omen certum proſperi euentus, foret vana obſeruantia, diuinationi mixta: ſi fieret amicitiæ fouendæ gratia pro conſuetudine, quæ nunc inter Chriſtianos inualuit, abolitis iamdiù Gentilium ſuperſtitionibusque æ tam rigidæ ſanctionia Canonum cauſa fuere, nullum eſſet peccatum, ſed meritum potiùs, ſi fiat in honorem nominis IESV, quod illa die in Circumciſione impoſitum eſt Verbo Incarnato.

a l. 1. de cæl. & mundo.
b cap. 1.
c c. non licet 26. q. 7.
d c. ſi quis 25. q. 7.

Quintò variæ ſunt ad arcenda infortunia, ad morbos & vulnera ſananda, aut quid ſimile vanæ obſeruantiæ. Innumeræ circumferuntur ad id orationum formæ, quæ licèt nil niſi pietatem contineant, quia tamen iis nullum accedit naturale medicamentum, ſanè effectus ille totus expectatur à Deo per modum miraculi; miracula autem ſic aſſiduè, & quaſi ex conſuetudine poſcere, eſt Deum tentare. Profectò viri Sancti ad edenda miracula certis & conceptis verborum formulis vſi non ſunt: nec qui ſanationum dona à Deo acceperunt, ea ſub conditione vt talibus verbis vterentur vnquam habuere. Commentitiæ ergo illæ ac ſuperſtitioſæ verborum formulæ, pacti, ſaltem taciti ac tacentis indicia ſunt. Adde quòd nuſquam liceat vlli priuatæ perſonæ comminiſci formulas, quas nec ſacræ litteræ, nec Eccleſiaſticus vſus approbauit. Obiicies illud Apoſtoli: [*Omnia quæcumque facitis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite e.*] Reſpondetur hoc ſolùm velle D. Paulum, vt quæcumque facimus omnia in hoc anguſtiſſimo IESV nomine, & non in alio faciamus, minimè verò aſſerere intendit licitum eſſe quicquid in eo nomine iactatur fieri, maximè ſi quid ſuperſtitionis aut prauæ circumſtantiæ adiunctum habeat.

e Coloſſ. 3. v. 17.

PARS III.

De Sapientia, ſeu Philoſophia Græcorum.

GRæcorum myſteria religioneſque ex Ægypto tranſlata eſſe in Græciá aſſerit Epiphanius *f*. Idipſum de Sapientia licet aſſeuerare; hæc enim religionem ſeu veram, ſeu ſuperſtitioſam vt eius cognata indiuiduo comitatu conſequitur. Sapientia apud Græcos olim σοφία dicta eſt, & qui eam profitebantur σόφοι primum nuncupati ſunt, ac poſteà σοφισαὶ, quòd eam methodo adhibita alios docerent. At Pythagoras nullum hominem, ſed ſolum Deum eſſe ſapientem animaduertens, prædictorum nominum exoſus Inſolentiam, non ſe σοφὸν, quòd hoc nomen ſoli Numini conueniret; nec σοφιςὴν quòd arrogantis eſſet earum rerum cognitionem aliis polliceri, quarum ipſe vix vmbram attigiſſet, ſed φιλόσοφον, amatorem ſcilicet & ſtudioſum Sapientiæ nuncupari voluit. Quam Pythagoræ modeſtiam ita poſteri amplexati ſunt, vt vniuerſi deinceps Græcorum ſapientes Philoſophos ſe dici maluerint, eamque quam profitebantur ſapientiam Philoſophiam nuncuparint. De hac Philoſopia in communi procedet prior Articulus; poſterior de præcipuis Philoſophorum, in particulari.

f l. 1. aduer. hæreſ.

ARTICVLVS I.

De Philoſophia Græcorum in Communi.

SVam Græci Sapientiam, ſeu Philoſophiam non tam inueniendo, quàm imitando adepti ſunt, nec minùs ambitioſi quàm aſtuti dum ab alienigenis, Chaldæis ſcilicet, Ægyptiis, Indis ac Hebræis potiſſimùm arrepta diſciplinarum ſemina nouo fuco illita pro ſuis venditare ſatagentes in varias ſectas deducti ſunt; cùm de iiſdem rebus alij aliter ſentirent, illud eximiæ Hebræorum Sapientiæ certiſſimum argumentum Ioſephus *a* eſſe aſſerit, quod cum Græcorum Philoſophia in diuerſas ſectas abierit, Hebræorum ſemper vna permanſerit, quam Caballam nuncupabant, religione impediti, ne alienigenis eam diſcere volentibus communicarent: ſecretiores enim & acroamaticas illas diſciplinas Gentibus incircumciſis manifeſtare nefas eſſe dicebant. Eo factum vt quamuis vera Sapientia apud Hebræos eſſet, ex Ægypto tamen quòd illic venalis proſtaret eam alienigenæ peterent. Pythagoram certè cum Iudæis Sacerdotibus conuerſatum hiſtoriæ produnt, non priùs tamen quam Iudaïcis ſacris initiatum. Potuit ipſe tantiſper religionem ſimulare donec Sapientiam ab illis extorſit, ac poſteà ad vomitum rediit.

a l.1. contra Apionem.

Græcorum Philoſophia variè à variis diuiſa eſt, nos facili methodo eam diuidemus per reſpectum quem habet ad triplex genus cauſæ materialis ſcilicet, formalis, & efficientis. Reſpectu materialis, ſeu materiæ ſubiectæ, circa quam verſatur Philoſophia diuiditur in Phyſicam, Ethicam, & Dialecticã. Phyſica de Mundo & de rebus naturalibus, quæ in eo ſunt, diſſerit: Ethica de vita, moribuſque tractat: Dialecticà, ſeu Logica ambarum partium affert rationes. Sola vſque ad Archelaum Athenienſem Phyſica viguit, qui propterea dictus eſt Phyſicus; quia ei maximè incubuit, & in eo deſiit tanti fieri quanti antea; in eo deſiit Phyſica. A Socrate Ethica initium ſumpſit; & à Zenone Eleate, Dialectica.

Reſpectu formæ ſeu ratione Philoſophandi alia eſt Dogmatica, alia Sceptica. Dogmatica (eaque communis eſt, & paſſim vſitata) de rebus diſſerit quaſi comprehendi poſſint, & ad eas mente percipiendas & definiendas aptiori qua poteſt methodo plurima tradit documenta. Sceptica, id eſt conſideratiua ἀπὸ τῦ σκέπτεσθαι. Tota in conſiderando occupata nihil vnquam adſtruit, aut definit, ſed aliorum dogmata ac decreta ſemper oppugnans in veritatis inquiſitione perpetuò ſe ſe verſat. In quo ſanè mentita eſt iniquitas ſibi, in eo namque quod nihil ſe definire ait, & aliorum documenta coarguit, omnique rationi contrariam eſſe rationem aliam aſſeuerat, idipſum aſtruit, definitque. Huius author ſectæ fertur Pyrrho Helienſis.

Reſpectu cauſæ efficientis duo antiqua extitere Philoſophiæ genera, nempe Ionicum & Italicum; Ionicum dictum ab Ionia authoris ſui patria, puta Thaletis, aut Anaximandri Mileſij, (Miletus enim Ioniæ in Græcia vrbs eſt clariſſima) Ionicum enim hoc Philoſophandi genus ſectati ſunt Thales Mileſius primus è numero ſeptem Sapientum, & Anaximander eius diſcipulus ambo è Mileto oriundi, quibus ſucceſſere ſibi inuicem Anaximenes, Anaxagoras, Archelaus, Socrates, qui Phyſicâ relictâ adhæſit Ethicæ, & ex eius ſcholâ, clariſſimæ propagatæ ſunt ſectæ: prodiit inter alios Plato veteris inuentor Academiæ, Arceſilaus mediæ, & Lacydes nouæ. Item Ariſtoteles, qui relictâ Academiâ in Lyceo Peripateticam ſcholam aperuit, & Antiſthenes Cynicæ princeps, cui ſucceſſit Diogenes Cynicus, Crates Thebanus, Zeno Citticus Stoïcæ ſectæ inuentor.

Italicum Philoſophiæ genus ſic dictum quòd in Italia (quæ tunc magna Græcia dicebatur) viguerit. Huic primum initium dedit Pherecydes Syrus, illudque Pythagoras Samius perfecit, ideoque fertur eius author, propagarunt Telauges, Xenophanes, Parmenides, Zeno Eleates, Dialecticæ inuentor, Leucippus, Democritus, aliique deinceps. Deſiit hæc ſecta in Epicuro. Quod ſpectat ad has aliaſque Philoſophorum ſectas, de quibus in hoc Articulo facta eſt mentio earum nomina explicabimus & dogmata referemus Articulo ſequenti cum ſinguli earum occurrent authores.

ARTICVLVS II.

De Præcipuis Græciæ Sapientibus ac Philoſophis in particulari.

SApientiæ Græciæ profeſſores in particulari methodi gratia diuidi poſſunt ex dictis ſuprà; primum in eos qui Sapientum titulo gauiſi ſunt, & in eos qui modeſtiori gratia Philoſophorum nomine fuere contenti: Hique rurſus diſtingui valent in eos qui Ionicum, & alios qui Italicum Philoſophiæ genus ſectati ſunt. Atque ita tres erunt huius ſectiones. Prima erit de primis Græciæ Sapientibus: Secunda de iis Philoſophis qui Ionicum; Tertia de aliis qui Italicum Philoſophiæ genus profeſſi ſunt.

SECTIO I.

De primis Græciæ Sapientibus.

INter primos Græciæ Sapientes Muſæum & Linum recenſet Laërtius *b*. Muſæo Athenæ inquit: Thebæ Lino inclytæ ſunt, Muſæus enim Athenis Theogoniam ſuam, ſeu Deorum Origines, & Genealogias docuit, & ſphæram primus tractare aggreſſus eſt, aſſeruitque ex vno omnia oriri, & in idem redire. Linus apud Thebanos mundi ortum, Solis & Lunæ vias, animalium & fructuum origines deſcripſit. In principio ſui operis omnia ſimul nata dixit.

b lib.1.

In primis etiam in Philoſophia claruerunt illi Septem qui vocabulum proprium ſibi fecerunt, eâdemque floruerunt tempeſtate

circa

a In Protagora. *b* In Phocicis. *c* Diogen. Laert. l. 1.

circa tempora Captiuitatis Babylonicæ, qui hoc ordine à *a* Platone & Pauſania *b* recenſentur. Primus fuit Thales Mileſius, clarus genere, natus Olympiade XXXV. *c* & LVIII. obiit. Hic primus Geometriam creditus à nonnullis in Græciam induxiſſe, obſeruaſſe temporum ambitus, ventorum flatus, ſtupendos tonitruum fragores, obliqua ſyderum curricula, ſolis annua reuerticula, immortales animos dixiſſe. Interrogatus quid in rerum natura difficillimum exiſtimaret, ſeipſum noſſe inquit, quid è contra facile, ab alio moueri. Rogatus quomodo optimè & iuſtiſſimè viuere liceret; ſi inquit quod in aliis reprehendimus ipſi non faciamus. A Thalete, nec nõ ab Anaximandro eius diſcipulo Ionica fluxit diſciplina, ſicut Italica à Pythagora.

Secundus Pyttacus Mitylineus, qui floruit Olympiade XLII. & obiit Olympiade LII. Hic à ſuis contra Athenienſes certantibus dux conſtitutus, ipſum Athenienſium ducem ſingulari vicit certamine. Dicebat: prouidere oportet, ne caſus venerint, ſi fortè venerint, æquo animo tolerare. Prudentium virorum eſſe priuſquam aduerſa contingant prouidere ne veniant, fortium verò cùm illa contigerint æquo animo ferre. In templo Fortunæ Scalas conſtituit, vt iis imaginem exprimeret humanæ vitæ, in qua alij ad ſumma bonorum faſtigia conſcendunt, alij ex altiſſima dignitate in ſummas deſcendunt calamitates *d*.

d Ælian. de var. hiſt.

Tertius Bias Prienenſis, ſeu Prienæus, vir regio animo cuius æterna laude dignum hoc facinus. Cũ Meſſeniæ nobiles virgines à prædonibus captæ eſſent, eas ille ſuapte pecunia redemptas, domi aluit, filiarumq; habuit loco. quas deinde propinquis eas repetentibus nullo neque redemptionis, neque alimentorũ accepto pretio reddidit. Ciuium ſuorũ princeps fuit, quos diù tutatus tandem, captâ patriâ cùm vniuerſi fugerent pretioſiſſimarum rerum ſarcinis onuſti, ipſeque interrogaretur cur ex bonis ſuis ſolus nihil ſecum ferret? reſpondit: Omnia bona mea mecum porto. Fortuita enim inter bona ſua non numerabat: Præcipuæ eius ſententiæ ſunt: Omnibus placere ſtude: habet enim id multum gratiæ: contrà verò faſtus & ſuperbia ſemper nocuit. Si quid agere inſtituis lentè id aggredere: cæterum in eo quod elegeris perſiſte. Duo maximè ſunt contraria conſilio, ira, & feſtinatio. Noli citò loqui, eſt enim inſaniæ indicium. Quicquid boni egeris in Deos refer. Vxorem tibi parem elige, nam ſi clariorem duxeris, affines dominos habebis. Secunda fortuna arridente ſuperbire noli, neque frangi aduerſa. Infœlicem dicebat qui ferre nequibat infelicitatem; morbumque animæ, impoſſibilia amare & appetere. Rogatus quidnam eſſet difficile: ferre inquit mutationem in deterius. Percontanti impio quid eſſet pietas tacuit: Cumque ille ſilentij cauſam ſciſcitaretur, reſpondit, quia de rebus nihil ad te pertinentibus quæris. Malle ſe inter inimicos, quàm inter amicos iudicare; aiebat quippe ex amicis alterum futurum inimicum (quem ſcilicet damnaſſet) ex inimicis autem alterum amicum, videlicet eum in cuius gratiam, ſententiam tuliſſet.

Quartus Solon, patriâ Salaminius, qui Olympiade XLV. prætor Athenis fuit, & Athenienſibus leges dedit tanto tẽperamento compoſitas, vt parem gratiam à Senatu, & plebe conſecutus ſit; quanquam ipſi in ſumma priùs diſſenſione eſſent. Draconis leges quæ ſanguine non atramẽto cõſcriptæ erant, omneſque delinquentes, ipſos etiam otioſos, & olera ſurripiẽtes pœnâ capitis plectebant, abrogauit, iis exceptis quæ in homicidas erãt ſtatutæ. Piſiſtrato æmulo ſuo, genere licèt propinquo, cuius eloquentiâ plus poterat apud populum, quàm ipſius ſapientia ſponte ceſſit, abiitque. Inter alia eius monita hæc ſunt: Noli malis congredi: Impera, ſed cùm imperium ferre didiceris: Conſule non quæ ſuauiſſima, ſed quæ ſunt optima. Parentes reuerere. Crœſo opes ſuas ei oſtentanti, atque interroganti, num quis ſe fœlicior eſſet? reſpondit, Tellum quemdã pauperrimũ, alioqui iuſtum, Athenis agentem: ſimul affirmans nihil eſſe fœlix, quod temporũ mutationi ſubiaceat: fœlicitatemque finem tantum iudicare. Cuius ſententiæ Crœſus poſteà à Cyro captus, & pyræ impoſitus, memor fuit. Decedens in Cypro mandauit oſſa Salaminem transferri, ibique per regionem diſſipari, ne Athenas deferrentur, diſcedens enim Athenienſes iureiurando adegerat ſe non antiquaturos leges ſuas, donec ipſe rediret.

Quintus Cleobulus Lyndius cuius illud documentum fuit. Antequam quis domo exeat, quid acturus ſit apud ſe pertractet, rurſus cum redierit, quid egerit recogitet.

Sextus Myron Chenenſis, ſeu Chenæus, quem virorum omnium ſapientiſſimũ Apollo prædicauit. (Eum tamen ferunt oſorem fuiſſe hominum, vt & Timonem, & Apemantum) pro eo alij Periandrum Corinthiorum tyrannum, alij Periandrum Ambraciotem, alij Epimenidem Cretenſem; alij Anacharſim Scytham numerant de his cum de Chilone egerimus.

Septimus Chilo Lacedemonius, cuius tria hæc aurea præcepta Delphis in Tẽplo Apollinis conſecrata, ſcilicet; Noſce te ipſum. Nihil nimium copias. Comes æris alieni, atque litiũ eſt miſeria. Lapideis cotibus aurum examinari, dicebat, auro hominum mentem comprobari. Damnum potiùs, quam turpe lucrum eligendum; nam id ſemel tantum dolori eſſe, hoc ſemper. Rogatus quid difficile? Arcana, inquit, reticere, & otium diſpenſare, iniuriaſque tolerare: Filium in Olympio coronatum amplexatus præ gaudio expirauit.

Periander Ambraciotes, cuius dictum, Exercitatio poteſt omnia; alius à Periandro Corinthiorum rege & crudeliſſimo tyranno s vterque tamen à nonnullis inter ſeptem Sapientes numeratur.

Epimenides Cretenſis Olympiade XLVI. Athenas vocatus ad expiationem vrbis aras complures excitauit, nulli certo Deo dicatas; ex quibus haud dubiè fuit illa, quam inuenit D. Paulus in qua ſcriptum erat *Ignoto Deo*, atque inde occaſione captatâ prædicauit *Chriſtum* in medio Areopagi *e*. Fertur annos 57. in ſpelunca dormiſſe, & vixiſſe 157. vel 298. *f*

e Act. 17. v. 23. *f* Diogen. Laert. l. 1.

Anacharſis Scytha, Caduidæ Scytharum regis frater, ſtudio Philoſophiæ in Græciam

ſe contulit, ea tempore quo ſeptem ſapientes florebant. Inter eius dicta habetur: linguâ, ventre, pudendis, abſtinendum eſſe. Rogatus quo pacto quis abſtemius fieret: ſi turpes, inquit ebrioſorum motus ſibi ante oculos ponit. Vitem, vuas tres ferre aiebat, primam voluptatis, ſecundam ebrietatis, tertiam mœroris. Interroganti vtrum plures ſint viui, quam mortui? nauigantes, inquit, vtra in parte conſtituis? Eius ſententia: antiquiſſimũ eorum omnium quæ ſunt, Deus, ingenitus enim. Pulcherrimum mundus, á Deo enim factus eſt: maximum, locus, capit enim omnia: velociſſimum, mens, nam per omnia diſcurrit: fortiſſimum, neceſſitas, cuncta enim ſuperat. Interrogatus latere tne Deos homo malè agens? reſpondit, ne cogitans quidem. Ibat nudis pedibus, humi dormiens, famem habens pro pulmento. Hic leges ſimillimas eſſe dicebat araneatum telis, quæ muſcas quidem, & cætera eius generis infirmiora animalcula irretirent, à fortioribus autem perrumperentur. Rogatus quidnam eſſet hominibus bonum ac malum? lingua inquit: inuenit, vt quidam volunt anchorã, & rotã figuli.

Pherecydes Syrus Badis filius, & Pyttaci Mytilenæi vnius ex ſeptem ſapientibus auditor, inter Græciæ ſapientes recenſetur. Eum Theopompus aſſerit primum omnium de natura, & de Diis ſcripſiſſe. Plurima de eo ſtupenda memorantur, ac inter alia duo hæc. Deambulando ſecus littus intuitus nauem fauſto vento perlatam, breui mergendam prædixit, quod & contigit eo ſpectante. Hauſtam aquam ex puteo cùm aliquando biberet, poſt diem tertium terræ motum futurum prædicauit, atque ita factum eſt.

SECTIO II.

De iis qui Ionicum Philoſophiæ genus ſectati ſunt.

IOnico huic Philoſophandi generi initium dederunt Thales de numero ſeptem ſapientum primus, & Anaximander eius diſcipulus Mileſij ambo. De primo dictum eſt. De poſteriori præcipuiſque vtriuſque ſucceſſoribus, agitur hic in particulari. Anaximander primus Gnomonem, quem ſolis vmbilicum vocat Plinius *a*, inuenit, ipſúmque Lacedæmone in loco captandæ vmbræ idoneo, ſtatuit: eóque conuerſionem Solis, & æquinoctia notauit. Horoſcopia quoq; fabricatus eſt *b*, ac primus terræ, mariſque circuitus deſcripſit, & ſphærã inſuper conſtruxit. Obiit Olymp. 58.

a Lib. 2. c. 71

b Laërt. lib. 2

Anaxagoras relicto patrimonio, patriáque cuidam ſe ita compellanti, Nullane tibi patriæ cura eſt. Et quidem ſumma eſt, digitum in cœlum intendens, reſpondit. Rogatus cuius rei cauſa natus eſſet? inſpiciendi, inquit, cœli, Solis & Lunæ. Lunã habitacula in ſe habere, & colles & valles, Solem candentem eſſe laminam, initia rerum ſimilitudines habere partium. Obiit Olympiade 78. *c*.

c Laert. lib. 2.

Archelaus Anaxagoræ diſcipulus primus ex Ionia Phyſicã Philoſophiã Athenas inuexit adeóque appellatus eſt Phyſicus. Socrate eius diſcipulo Ethicã introducente, aut ab eo ſumptam propagante: Neque enim Archelaus Ethices rudis fuit, de legibus námque philoſophatus eſt, & de honeſto, & æquo. Duas eſſe generationis cauſas aſſerebat, calidum & frigidum: mundum vniuerſum infinitum appellauit. Primus è Geographis, omnem ab Alexandro peragratam terram deſcripſit.

Laërt. lib. 2.

Socrates Archelai diſcipulus, vir conſtantis animi, inuictæque conſtantiæ, frugi & continens, Ethicæ autor Philoſophiæ, vnicũ bonũ ſcientiam eſſe dicebat, vnicum malum inſcitiã ſéque hoc vnũ ſcire, quòd nihil ſciret. Trium maximè rerũ cauſa gratias agebat fortunæ. 1. quòd homo nõ bellua; deinde, quòd vir nõ mulier; 3. quod Græcus eſſet, non barbarus. Aliquando à quodam calce percuſſus admirantibus illius conſtantiã dixit. Quid enim, ſi me aſinus calce impetiſſet, num illi diem dixiſſẽ? Cùm eorum, quæ vendebantur publicè, multitudinẽ intueretur, ſecũ iſta voluebat. Quàm multis ipſe non egeo. Illum Diis maximè propinquum affirmabat, qui nullius egeret. Nuntianti quemdã maledictis ſe inceſſere, reſpondit benè loqui non didicit. Xanthippe vxor, cùm in eum conuitia ac maledicta ingeſſiſſet, poſtea verò & ſordidis aquis perfudiſſet, ait, ſciebam Xantippen tonantem quandóque pluituram. Cúmque de eo Pythia hoc oraculũ didiſſet Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος, magna in eũ inuidia cõflata eſt: quódque eos qui ſe magni facerent, vt ſtolidos & inſenſatos temneret accuſatus inique, damnatúſque cicutam bibit Olympiade 95. multa prius de immortalitate animæ diſſerens, quæ in Phœdone Plato. Athenienſes tanta eius facti pœnitentia ducti, mox vt palæſtras & gymnaſia clauderent, & accuſatorum alios morte, alios exilio plecterent, Socratem verò ærea ſtatua à Lyſippo efficta, & in celeberrimo vrbis loco poſita honorarent *d*.

d Laërt. lib. 2.

Inter præcipuos Socratis diſcipulos, qui & Socratici ſunt appellati numerãtur Xenophõ. Æſchines, Ariſtippus, & Crito, Antiſthenes, & alij; ſed cunctis præcelluit Diuinus Plato.

Xenophon venerandus admodùm, & vltra quã dici poſſit, ſpecioſus Socratis diſcipulus, primúſque Philoſophorum ſcripſit hiſtoriam Audita filij morte dixit, ſciebam me genuiſſe mortalem: alij ad Anaxagoram, alij ad Solonem hæc referunt.

Æſchines à puero miræ indolis, laborúmq; patiẽtiſſimus, ita adhæſit Socrati, vt hic de illo dicere ſoleret. Solus nos nouit colere Æſchines. Huic inopia laborãti dixit Socrates, vt à ſeipſo vſuras exigeret ſibi ſubducẽdo cibaria.

Ariſtippus Socratis famã Athenas profectus, primus Socraticorũ mercedẽ exegit, & quæſtu philoſophatus eſt, cúmque aliquando 20. minas Socrati præceptori miſiſſet, is ipſas continuo remiſit, aſſerẽs, Deum Socrati id ſibi non permittere. Nouerat omnẽ complacẽtiæ ſimulare rationẽ, quamobrẽ Dionyſio tyrãno plus cæteris probabatur, quia ad omne quod emergeret benè affectus, inſtructuſque videbatur, Ideóq, prætereuntẽ illũ aliquando Diogenes Cynicus olera abluẽs obiurgauit, & dixit: iſta tu ſi parare tibi didiciſſes, tyrannorum aulas non ambires. Tu vero, ait ille, ſiquidẽ conuerſari cum hominibus ſcires, olera profectò nõ lauiſſes. Rogatus aliquãdo, quid habẽt eximiũ Philoſophi, ſi omnes, inquit, leges pereãt, æquabiliter viuemus. Interrogatus

in quo differant docti ab indoctis, quo in-
qnit, domiti equi ab indomitis. Cùm ali-
quando conuitiis ageretur, abibat; inſecta-
tore verò proſequente, ac dicente, cur fugis?
Quoniam, inquit, maledicendi tu poteſta-
tem habes, audiendi ego non item. Corin-
thum nauigabat aliquando, & cum tempe-
ſtate iactatus turbari cœpiſſet, cuidam in-
ſultanti, ac dicenti, Nos imperiti non me-
tuimus, vos Philoſophi cur trepidatis? non
inquit de eadem anima vtriſque noſtrum en-
ta incumbit. Oratori, qui cauſam pro ipſo
dixerat, & vicerat, ſciſcitanti quid ſibi pro-
fuiſſet Socrates? hoc, inquit, vt oratio,
quam pro me habuiſti vera ſit. Geſtabat eius
famulus in itinere pecuniam, & cum pre-
meretur onere, Effunde, ait, quod nimis eſt,
& fer ea quæ potes. Orabat aliquando Dio-
nyſium pro amico, & cùm repelleretur cor-
ruit ad pedes eius: id factum cum argueret
quiſpiam, non ego, inquit, in culpa ſum,
ſed Dionyſius, qui aures habet in pedibus.
Rogatus quænam Iuuenes oporteat diſcere?
Ea inquit quæ viris vſui futura ſunt.

Antiſthenes Athenienſis audito Socrate,
diſcipulos ſuos monuit vt ſui ſub eo fierent
condiſcipuli, ſtatímque facultatibus publicè
diſtributis nihil ſibi præter pallium reſerua-
uit. Socratis tolerantiæ & tranquilitatis imi-
tator effectus dicere ſolebat, Inſania potiùs
quam voluptate afficiat. Docuit eoſdem eſſe
nobiles, & virtute præditos. Seipſa ad vitam
beatam contentam eſſe virtutem, eamdém-
que rebus non verbis metiendam eſſe. Tam
expetendum eſſe vulgi contemptum, quàm
opes, & diuitias. Bona honeſta, mala turpia
ſola eſſe. Nihil eſſe turpe quod naturæ con-
uenit. Pontico adoleſcenti ad eius diſciplinam
recipi poſtulanti, rogantique quanam ſibi
re opus eſſet? Libro, inquit nouo, & ſtylo no-
uo, & nouâ tabellâ; animum ſignificans. Cum
audiſſet aliquando Platonem ſibi maledicere.
Regium, inquit eſt male audire, cùm benefe-
ceris. Satius eſſe aiebat in coruos, quàm in aſ-
ſentatores incidere; illi quippe mortuos, iſti
viuos deuorat. Cùm aliquando à malis lau-
daretur; infelicitet, inquit, & inauſpicato,
metuo enim ne quid mali fecerim. Ea dicebat
paranda ſibi viatica, quæ cum naufrago ſimul
enatarent. Probro illi aliquãdo dabatur, quòd
congrederetur malis: at Medici, inquit, inter
ægrotos verſantur, neque tamen febricitant.
Rogatus quid ex Philoſophia lucratus eſſet?
mecum, inquit, colloqui poſſe. Quænam eſſet
diſciplina magis neceſſaria, mala, inquit, dedi-
ſcere. Ab Antiſthene exorti ſunt Cynici.

Cynici ſic dicti vel à Cynnoſarge Gym-
naſio in quo Antiſthenes primus nouum hoc
Philoſophiæ genus induxit; vel à canina mor-
dacitate, qua in hominum vitas nullo diſcri-
mine inuehebantur; ſiue, vt alij volunt, quò-
caniñ more in propatulo coire non erubeſced
rẽt, vt de Crate, & Hipparcho tradit Laërtius;
vnde & nonnulli Cynicam ſectam conſtan-
tiam, ſeu peruicaciam vitæ dicebant, potiùs
quàm ſcholam Philoſophiæ; Cynici námque
Logicam omnem, Phyſicámque tollebant,
Ethicæ ſoli ſiue depraauatæ intenti. Repudia-
bant quoque diſciplinas liberales, maximè
Geometriã, & muſicam, & alia id genus aien-
tes finem eſſe ſecundum virtutem viuere, quod
& Stoici aſſerebant, nam & ſocietas quædam
erat inter has duas ſectas. Placebãt eis ſimplex
& parabilis victus, & ſobria cibaria: diuitias,
gloriam, nobilitatémque contemnebant; ple-
ríque etiam herbis, & frigida vtebantur aquâ,
& doliis pro tecto, dicentes Deorum pro-
prium eſſe Indigere nullo; eorum verò qui
Diis eſſent ſimiles, minimo.

Diogenes patriâ Synopæus nominatiſſi-
mus inter Cynicos, rogatus cur canis vocare-
tur? reſpondit, Quia malos mordeo. Hic cùm
Athenas conceſſiſſet, conuenit Antiſthenẽ, à
quo repulſus ſua eum perſeuerãtia, & patien-
tia vicit; illo ſiquidem aliquando baculum ei
intentante, hic ſubiecto capite, ait, Cæde, non
enim ita durum baculum reperies, qui me abs
te arcere poſſit. Velut profugus è patria ſe ad
victum ſimplicem contulit. Pallio, vt quidam
volunt, primus duplicato vſus eſt, vt eo ſe
dormiens obuolueret, perámque tulit, in qua
& cibos ferebat, omníque ad omnia vtebatur
loco, & comedens, & dormiens, doliúmque
pro domo habuit. Æſtate quidem ſe in feruida
arena volutabat, hyeme verò ſtatuas niue per-
fuſas amplexabatur, omni ex parte ſeipſum
ad laborum tolerantiam exercens vanámque
gloriam in his, aliíſque aucupatus. Stabat ali-
quando, manantibus perfuſus vndis, his verò
qui circumſtabant illum miſerantibus, Plato
(nam & is aderat) dixit ſi vultis illum miſe-
rari, abire; vanam in eo gloriæ cupiditatem ſi-
gnificans. Intuitus aliquando puerum conca-
uâ bibentem manu, cotylen perâ productam
abiecit, dicens: Puer me vilitate ſuperauit, eo-
dem ſtudio proiecit & catinum, cum aliũ vi-
diſſet puerum vaſculo fracto concauo pane
lenticulam ſuſcipientẽ. Ad ſolem ſedenti aſſi-
ſtens Alexander, ait, Pete à me quod vis, at il-
le reſpõdit, Noli mihi vmbram facere: Inter-
roganti quanam hora prandere oporteret? ſi di-
ues, inquit, eſt, quando vult, ſi pauper, cùm
poteſt. Baiulo qui eum imprudenter trabe
concuſſerat, & poſteà clamanti, Caue; reſpon-
dit, Num iterum me ferire vis.

Acer erat in deſpiciendis, & mordẽdis aliis.
Platonis ſtratum aliquando calcãs aiebat: Cal-
co Platonis faſtum, Sed alio faſtu, reſpondit
Plato. Interrogatus quo in loco Græciæ viros
vidiſſet bonos: viros ait, nuſquam; ſed Lacedę-
mone pueros vidi. Muſicos in ius vocabat,
quod cum Lyræ chordas congruè aptarent,
animi mores inconcinnos haberent. Carpebat
Mathematicos, quòd ſolem & lunam intuẽtes
quæ ante pedes eſſent, negligerent, & Orato-
res quòd ſtuderent iuſta dicere, non facere.
Stomachabatur eis, qui pro bona valetudine
ſacra facerent, inter ſacrificia verò contra ſa-
nitatem cœnarent. Captus à Piratis & ven-
ditus, cùm interrogaretur, quid ſciret facere?
reſpondit, Scire viris imperare, atque ad præ-
conem, Prædica, inquit, quia Dominum ſibi
emere vult; & indicans Corinthium quemdã
habitu ingenuo prætereuntem, Xeniadem no-
mine, ait: Huic me vende: Hic enim indigebat
Domino. Cùm aliquando clamaret, Heus ho-
mines, conueniſſéntque plurimi, baculo illos
abigebat dicens, homines, non purgamenta
vocaui. Lucernam interdiù accendens, inter-
rogatus quid quæreret? hominẽ aiebat, quæro.

Lyſia Pharmacopola ſciſcitante, an Deos eſſe crederet? quomodo, inquit, non credo, qui te Diis inimicum puto. Eis qui terrerentur ad ſomnia dicebat; ea quidem quæ vigilantes agitis non veremini, quæ verò dormientes imaginamini ea curioſè diſquiritis. Captus, & ad Philippum abductus, & ab eo interrogatus quis eſſet? reſpondit, Explorator inſatiabilis auiditatis tuæ. Ex quo admirationi habitus liber dimiſſus eſt. Intuens aliquando adoleſcenté lapides in crucem iacienté. Euge, inquit, ſcopo, potieris. Glorianti cuidã quod Leonis pelle tegeretur, deſine, inquit, virtutis ſtramenta pudefacere. Cum pecuniis egeret eas ſe ab amicis repetere, non petere dicebat. Cum vidiſſet prodigi cuiuſdam domui inſcriptum (venalis) ſciebam, inquit, quod præ nimia crapula domum euomeres. Rogatus quomodo Dionyſ. ſuis amicis veteretur, vt vaſculis, inquit, dum plena ſunt, ſuſpendit, & abiicit vacua, prodigum quemdam intuitus oleas in diuerſorio edentem: ſi ſic prandiſſes, inquit, non ita cœnares. Amorem vacantium occupationem vocabat & diuitem indoctum ouem aurea vellere. Rogatus quænam pernicioſiſſimè morderet bellua? ex feris, inquit, obtrectator, ex cicuribus, adulator. Rogatus cur pallens eſſet aurũ, ait: quia multos habet inſidiatores. Videns adoleſcentulum rubore ſuffuſum, ait confide fili, huiuſmodi eſt virtutis color. Myndum ingreſſus cum videret magnificas portas, & vrbé modicam, ait: Viri Myndij portas claudite, ne vrbs veſtra egrediatur. Eum olera lauantem intuitus Plato, accedens tacitè illi dixit: ſi Dionyſio obſecutus fuiſſes, olera profectò non lauares; cui iidem ad aurem reſpondit: Et ſi tu lauaſſes olera, Dionyſio non eſſes obſecutus. Prandenti in platea circumſtantes acclamabát, Canis, ipſe verò illis: Vos canes eſtis, qui prandentem circumſtatis. Sacrificantibus quibuſdam vt filium à Diis impetrarent, vt inquit bonum impetretis, non immolatis. Videns Adoleſcentulum quemdam motibus & veſtibus veluti effœminatũ; ait illi non pudet deteriùs quàm naturam ipſam de te ipſo ſtatuere? illa enim te virum fecit: tute cogis mulierem fieri. Videns decorum adoleſcentem indecorè loquentem, ait: non erubeſcis ex eburnea vagina plumbeum educens gladium? imperitum iuruens Sagittarium, iuxta Scopum conſedit dicens, Ne fortè me feriat. Alexandro ſtanti, & interroganti, Num me times? reſpondit, quis enim es? bonus an malus? Alexandro reſpondente, bonus: Diogenes dixit quis ergo, vir bonus, bonum timeat? rogatus quid eſſet inter homines optimum? reſpondit, libertas. Nobilitatem, & gloriam, & cætera huiuſmodi ridebat dicens; malitiæ eſſe velamenta. Nuptias nihil arbitratus dicebat communes vxores eſſe oportere adeoque communes filios. Obiit anno 3. Olympiadis.....

Crates Thebanus inter ſapientiſſimos Diogenis diſcipulos fuit. Huius illud dictum, Amorem ſedat fames, ſin minùs tempus, eis verò ſi vti non vales, laqueus. Floruit circa CXIII. Olympiadem. Refert Diocles perſuaſiſſe illi Diogeném, vt peculium dimitteret, ac ſi quid pecuniæ haberet, iactaret in mare: Demetrius verò Magneſius ait illum pecuniam apud Trapezitam depoſuiſſe, eã conditione, vt ſi quidem filij idiotæ eſſent, eã illis traderet: ſin autem Philoſophi, plebi diſtribueret, nihilo quippè egere Philoſophos. Dicebat poſſibile non eſſe inueniri, qui lapſus non ſit, ſed veluti in malo punico granum etiam aliquod putridum eſſe. Rogatus num patriæ reſtitui vellet? reſpondit habere ſe patriam contemptum gloriæ & paupertatem; quæ in poteſtatem fortunæ numquã ſit ceſſura. Sunt & alij Socratici ſed eorum aliorumque omnium excellentiſſimus Plato.

Diuinus Plato anno 1. Olympiadis 88. natus, obiit anno 1. Olymp. 108. annum agens 81. priuſque eſt Ariſtocles vocatus, ob orationis vbertatem, & miram latitudinem, ſiue quod ampla eſſet fronte, & egregio corporis habitu Plato cognominatus eſt. Fertur Socrates vidiſſe per ſomnium Oloris pullum ſibi in gremio plumeſcere, qui continuo exortis alis in altum aduolans ſuauiſſimos cantus ediderit: & poſtridie cùm ſibi Plato à patre commendatus eſſet, hunc Cygnum eſſe ait, quem viderat. Viceſimum ætatis annũ agens Socratem audiuit octo annos, eoque defuncto Cyrenen profectus Theod. Mathematicũ, indeque in Italiam ad Pythagoricos ſe recepit; & ab his in Ægyptum ad Prophetas, Sacerdoteſque conceſſit. Miſcuit Heracliteorũ, Pythagoreorum, & Socraticorum rationes, atque in his quidem quæ ſenſibus ſubiacent, Heracliti partes tuebatur. Porrò in his quæ ad intelligentiam pertinent Pythagoræ acquieſcebát; in rebus autem ciuilibus Socraté ſuum maximè amplectebatur; atque ita in vnum corpus triplicem Philoſophiæ cópegit rationem. Ait Laërtius: quæ vbique aſſerebat, hæc ſunt. Deum omnibus prouidere, & curare res humanas: Bonorum præmia, malorumque ſupplicia fore. Summum bonum eſſe, ſi quis Deo ſimilis ſit. Virtutem ad beatam vitam requirere corporis emolumenta & fortunæ; Quatuor rerum eſſe cauſas. Materiam, Deum, Ideã, & Exemplar, Platoni in ſchola ſucceſſit Speuſippus Potones, Sorôris eius filius.

A Platone orti ſunt Platonici, qui, vt ait Epiphanius, Deum, & materiam & formam conſtituerunt: Mundum genitum, ac corruptioni obnoxium. Animam ingenitam & immortalem, ac diuinã arbitrati ſunt: Huius tres eſſe partes, vnam ratione præditam, alteram qua iraſcimur; tertiam, qua concupiſcimus. Animarum in varia corpora etiam beſtiarũ, tranſitus affirmabant. Deos denique complures ab vno eſſe productos. D. Aug. apud Platonicos reperire ſe dicit, quod ſacris Chriſtianorum literis non repugnet: & alibi, Platonici, ait, paucis mutatis Chriſtiani fierent. Porrò Platonici dicti ſunt Academici ab Academia, loco ſcilicet nemoroſo, mille paſſus ab Athenis diſſito, vbi velut in gymnaſio verſatus eſt Plato, Philoſophiam magna diſcipulorũ frequentia profeſſus eſt, ac veterem, quam vocant Academiam inſtituit. Ibi hominum quantumuis agreſtium animi ita componebantur, vt illinc egreſſi vultum modeſtum, hilarem, grauemque præ ſe ferrent.

Poſtea prodiit Arceſilaus ex Æolide, mediæ fundator Academiæ, vir miro quidem ingenij,

acumine

cumine, ſed nimia in diſputando pertinacitate. Fuit aſſertor τῆς ἀκαταληψίας ſeu incomprehenſibilitatis ; aſſeruitque verum & certum nihil eſſe, ſicut nec falſum. Cohibendam aſſenſionem ab omni re, ſcientiam nullam rerum eſſe, ſed tantùm opinionem. Nihil eſſe affirmandum ſapienti ; vnde & ignorantiæ magiſter à Lactantio appellatur cumque Tullius *a* ait euertiſſe omnem Philoſophiam, quemadmodum Gracci euerterunt omnem rempublicam. Induxit enim Philoſophiæ quoddam genos ἀσύςατον, id eſt quod ſubſiſtere non poteſt, aſſerens nihil omninò ſciri poſſe, quod certè abſque repugnantia nequit intelligi; ſi enim ſciamus nihil ſciri poſſe, falſum eſt nihil ſciri poſſe cùm iam aliquid ſciamus. Floruit Olympiade CXX. *b*

a l.5. de fi.

b Diogen. Laërt.

Huuc ſecutus eſt Lacydes Cyrenæus nouæ author Academiæ. Obiit Olymp. 134. Poſtremus Academicæ ſectæ propugnator Clitomachus fuit qui & aliarum diſciplinarum ſententias apprimè calluit.

Xenocrates Chalcedonius Platonicæ ſectæ magiſter à primis ferè annis Platonis auditor, ſeuero, ſemper, ac ſerio habitu, & ore perſeuerabat. Tardus erat ingenio, quæ cauſa fuit, vt eum cum Ariſtotele Plato conferens diceret, huuc fræuo, illum calcaribus egere. Item cui equo aſinum iungo. Adeo cõtinens fuit, vt cum Phrynen nobile Scortum humanitatis cauſa intra ædiculam admiſiſſet, eique lectuli ſui, quem vnicum habebat, partem conceſſiſſet, fruſtraque impudens Scortum contra viri pudicitiam attentaſſet, percontantibus reſpondit, ſe non à viro, ſed à ſtatua exire. Tanta illius verbis fides adhibebatur, vt eùm iniurati nullius teſtimonium admitteretur, huic ſoli remiſerint Athenienſes iuſiurandum, Adeò vir frugi erat, vt cum illi Alexander M. Ingentem pecuniæ ſummam miſiſſet, ſublatis ſolùm tribus minis Atticis, reliquum remiſerit. Gloriæ & faſtus inprimis contemptor fuit, ac ſæpè meditationi vacabat, atque vnam ſilentio horam diſtribuebat. Cum Dionyſius aliquando Platoni diceret, Caput tibi quiſquam tollet ; Xenocrates ſuũ oſtendens, ait: nullus id priùs quàm iſtud abſcindet. Obiit Olympiade....

Polemo Athanienſis impudicæ anteà vitæ adoleſcens poſteà in cunctis Xenocratem imitatus, tantam oris & habitus inter ipſa Philoſophandi principia aſſumpſerat conſtantiam, vt idem ſemper permaneret, vocemque nunquã immutaret. Quin à cane rabioſo impetitus, immobilis perſtitit, nec expalluit.

Ariſtoteles Staglrites Olimpiade 99. Stagyræ Thraciæ natus, inter omnes Platonis diſcipulos eminentiſſimus, voce gracili, & Balba, paruiſque oculis, veſte inſigni, & annulis, ac tonſura vtens, receſſit à Platone (qui propterea dicebat, Ariſtoteles in nos recalcitrauit non ſecùs ac in matrem pulli geniti) nam relicta Academiâ in Lycæo Gymnaſio propè Athenas celeberrimo, ſcholam Peripateticam inſtituit, & ſubſtituena τὴν [illegible]. Hic artes & ſcientias ſingulatim adhibita methodo tractauit, primuſque omnium Philoſophiæ omnigenæ præcepta in vnum collegit, & ſemina à prioribus Philoſophis accepta tanta excoluit diligentia, vt diuino Platone excepto ad Philoſophiæ arcem ſolus penetraſſe videri poſſit. Teſtantur hæc illius ſcripta, quibus ſi maiorẽ pleriquæ laborẽ impẽderent, cũ re literaria meliùs ſanè ageretur.

Peripatetici dicti ſunt ἀπὸ τοῦ περιπατεῖν, quod ſicut & ipſorum præceptor Ariſtoteles inambulando docerent, diſputarentque. De eorum Origine ſic ſcribit Tullius. [Platonis autem authoritate, qui varius & multiplex, & copioſus fuit, vns, & conſentiens duobus vocabulis Philoſophiæ forma inſtituta eſt Academicorum, & Peripateticorum, qui rebus conuenientes, nominibus differebant. Nam eùm Plato Speuſippum Sororis filium Philoſophiæ quaſi hæredem reliquiſſet: duos autem præſtantiſſimos ſtudio atque doctrina Xenocratem Chalcedonium, & Ariſtotelem Stagiritem; qui erant cum Ariſtotele Peripatetici dicti ſunt, quia diſputabant inambulantes in Lycæo; illi autem qui Platonis inſtituto in Academia, quæ erat alterum Gymnaſium quod extruxerant, in quo ſermones habere ſolebant, è loci vocabulo nomen habuerunt.]

Theophraſtus Ereſius in ſchola Ariſtotel ſucceſſit, primo Platonis, tum eiuſdem Ariſtotelis auditor, vir ſummæ prudentiæ, ſtudiique ſingularis, beneficus cùm primis, & maximè affabilis, & ob diuinam elocutionem ab eodem Ariſtotele Theophraſti nomine honeſtatus. Accurrebant ad eum audiendum diſcipuli ad duo millia. Habebat ſemper illud in ore, ſumptus pretioſiſſimus tempus eſt.

Demetrius Phalereus eius in ſchola ſucceſſor, & Ptolemæi Philadelphi præceptor, vir eloquentiſſimus : Phyſicus appellatus eſt, quòd in ea ſpeculatione præ cæteris diligentiſſimè verſatus eſt. Hunc ſubſecutus eſt Lycon Troadenſis, vir adeò eloquens & ſuauis in dicendo, vt eius nomini literam, G, præmitterent vt eſſet Glycon, quod dulcedinem ſonat ; Educandis, inſtituendiſque pueris maximè idoneus erat; aiebatque eis neceſſariò adiungi debere pudorem & laudis ſtudium, valut equo calcar & frænum.

Zeno Citticus Cratis Thebani, de quo ſupra, auditor, ſecta Cynicus, at verecundior quàm vt ſe ad impudentiam Cynicam conferret. Cùm oraculum conſuluiſſet quo pacto viuère optimè poſſet, reſpondiſſetque ſi mortuis concolor fieret. Purpuram ex Phænicia olim mercatus, eamque aduectans, naufragio facto, ait: Quàm benè fortuna fecit, quæ nos ad Philoſophiam impellit: poſteáque dicebat, tunc ſecundis ventis nauigaui, quando naufragium feci. Ad Philoſophiam ergo conuerſus tanto honore apud Athenienſes habitus eſt, vt vrbis, & mœnium claues apud illum deponerẽt, coronaque aurea, & ærea ſtatua honorarent. Aiebat primum eſſe animalis appetitionẽ ſeipſum conſeruare. Adoleſcentẽ aliquid plus quàm per ætatem conueniret, inquirentẽ, admoto ſpeculo iuſſit inſpicere: rogauit deinde, num ſibi videretur ei faciei congruere tales quæſtiones. Alteri adoleſcenti loquaciori ait : aures tuæ in linguam confluxere Alterique inepta loquenti, dixit idcircò aures habemus duas, & os vnum vt

plura audiamus, loquamur pauca. Cuidam breuia eſſe Philoſophorum dicta aſſerenti; reſpondit vera loqueris; oportet enim ſi fieri poſſet breues eſſe illorum & ſyllabas. Nullius nos rei maiorem inopiam perpeti quàm temporis aiebat. Seruum in furto deprehenſum verberabat: cumque ille diceret, Fatale mihi erat furari; & cædi, inquit. Docuit Athenis in loco qui Στοὰ dicebatur, eximia videlicet porticus, varieque depicta, quò diſcipuli ad illum audiendum confluebant, atque ab ea Stoici vocati ſunt, qui antea Zenonij dicebantur.

a c. 18. de conſol. ad Poly.

De Stoïcis ait Seneca *a*. Scio inueniri quoſdam duræ magis, quàm fortis prudentiæ, qui negent doliturum eſſe ſapientem. Aiebant. Bonum non eſſe vllum præter honeſtum, vt nec malum præter turpe. Commoda aut incommoda corporis vel fortunæ, nec bona eſſe, nec mala, ſed indifferentia, eſſe tamen alia aliis anteponenda. τὰ πάθη motus eſſe violentos, non naturales, ſed ex opinione praua natos, ideoque iis carere ſapientes, & eſſe ἀπαθεῖς. Communes eſſe debere ſapientibus vxores, mundum finitum eſſe: vacuum rem infinitam [Deum inquit Epiphanius *b*, eſſe mentem aſſerunt, quæ totius aſpectabilis molis cœli nimirum ac terræ cæterarumque rerum velut corporis anima ſit. Rurſus diuinitatē vnam in plures ac particulares naturas diſtribuunt; ſolem videlicet, lunam, ac ſtellas, animam, aërem reſque cæteras. Ad hæc animarum ex aliis in alia corpora transfuſiones ac tranſitus admittunt. Eas quippe de corpore decedere, ac rurſus ingredi, iterumque gigni ſtatuunt, & conſceleratum illud dogma quadam erroris abundantia confetunt. Cæterum particulam quandam Dei eandemque immortalem animam eſſe prædicant.]

b L. 1. aduer. hær. hær. 5. & in Reſp. ad epiſt. Acacij & Pauli.

Cleanthes Aſſius olim pugil, profectus Athenas in Zenonis decretis perſtitit, inopia eogente noctu in hortis hauriebat aquas, interdiu liberalibus diſciplinis operam dabat, vnde & φρεάντλης id eſt exhauriens puteos appellatus eſt: Quæ à Zenone audierat teſtæ, boumque oſſibus inſcribebat, pecuniis carens quibus chartas emerat. Hoc vitæ clarus inſtituto, obtinuit vnus ex multis clariſſimis Zenonis Diſcipulis, vt magiſtro ſuccederet *c*.

c Diogen. Laert. l. 7.

Chryſippus poſt Cleanthem, ſcholam obtinuit, quo tempore Pyrrho Helienſis vnus eorum qui Italicum Philoſophiæ genus ſectati ſunt: docuit, nihil tale eſſe reuera quale videretur. Succeſſit Euclides Magarenſis dicens id bonum eſſe quòd ſit vnum, ſimile, idem, & ſemper. Bonum appellari aliàs prouidentiam, aliàs Deum, aliàs mentem. Omne bonum in mente poſitum eſſe & acie mentis qua verum cernatur.

SECTIO III.

De iis qui Italicum Philoſophiæ genus ſectati ſunt.

HActenùs de viris qui in Ionica Philoſophia magis claruerunt; iam agendum eſt de ea quæ Italica cognominata eſt, & cuius Princeps fertur Pherecydes Syrius, vnus ex primis Græciæ ſapientibus, vel potiùs Pythagoras eius diſcipulus, qui in Italia docuit. Hic olim athleta ex Samo inſula oriundus (dictuſque Pythagoras quod veritatem perinde ac Pythius ipſe loqueretur) addiſcendi ſtudioſiſſimus relicta patria cunctis fere barbaris Græciſque myſteriis initiatus eſt, tandemque Italiam petens ibi leges Italis dedit, & cum diſcipulis clarus habitus eſt, qui ferme trecenti rempublicam adminiſtrabant. Eius diſcipuli facultates omnes in vnum deponebant, communeſque faciebant: quinquennium integrum ſilebant, ſolum quæ dicerentur audientes, ſicque probati ad domum Pythagoræ, aſpectumque admittebantur. Geometriam perfecit cum antea Mœris elementa eius inueniſſet. Neque pauciores ſexcentis erant qui noctu ad eum audiendum confluebant *d*, diis qui vulgò habentur ſacrificare, animalia veſci, aut vino vti prohibuit; Quæ ab Luna ſurſum patent immortalia, quæ mortalia ſunt inferiora dicebat, animas è corporibus in alia corpora etiam animalium ac beſtiarum transfundi, ac poſtremò Deum haberi ſe voluit ait Epiphanius *e*. Erant hæc eius præcipua ſymbola: ignem gladio non fodiendum, id eſt potentium iram tumentemque indignationem non commouendam. Stateram non tranſiliendam, id eſt æquum & iuſtum non tranſgrediendum. Cor non edendum, id eſt animam angoribus doloribuſque non excruciandam. Riſu abſtinebat & facetiis, & iocis, odioſiſque narrationibus. Iratus nunquam vel ſeruum, vel liberum cædebat. Fabis veſci tam ſtrictè prohibuerat, vt cùm domum in quæ cum ſuis conſederat quiſpiam eorum, quos ille admittere noluerat, per inuidiam incendiſſet, Pythagoras flammam fugiens agrumque fabis plenum offendens, ne eas conculcaret ibi ſubſtiterit, aiens capi præſtat quàm has pedibus terere, cædique ſatius eſt quàm quicquam loqui, atque ita iugulum inſecutoribus nudauit, pluresque ex diſcipulis eius cum ipſo occiſi ſunt. Floruit Olympiade 60.

d Diogen. Laert. l. 4.

e In reſp. ad epiſt Acacij & Pauli.

Pythagoreorum ſchola, Sectaque durauit vſque ad generationem decimam nonam: aiebant illi inter alia, principium omnium eſſe vnitatem, dualitatem verò rerum materiem: ex monade, & indeterminata dualitate numeros gigni, & ex numeris puncta ex punctis lineas, ex quibus plana figuræ conſtent, ex planis autem ſolidas figuras, ex quibus item ſolida corpora conſiſterent.

Heraclitus Epheſius, ſecta Pythagoricus, ita ſuperbus animo, vt Homerum dignum diceret qui colaphis cæderetur: cumque rogaretur à ciuibus vt leges eis poneret, contempſit, quòd iam ciuitas peſſimis moribus imbuta eſſet, tandemque hominum odio ſeceſſit, vitamque egit, in montibus, olera & herbas comedens eâque de cauſa intercutis morbo abreptus in vrbem deſcendit, ſpretiſque medicis, fimo bubulo oblitum, ſoli ſiccandum ſe

præbuit,

præbuit, dormiénſque à canibus dilaceratus eſt *a*. Quoties domo egrediebatur flebat, ſicut Democritus ridebat: quòd alteri omnia quæ agimus digna fletu, alteri ineptiæ viderentur *b*. Cognominatus eſt σκοτεινός, id eſt tenebricoſus, quia in ſcriptis ſuis de induſtria adeo ſtylum obſcurabat, vt eius volumina Philoſophi ſudantes vix intelligant. Eius ſtui contubernio optauit Darius Hiſtaſpis filius Perſarum rex, per officioſam epiſtolam ipſum aduocans quod ipſe reſpuit, inuidiam quæ ſplendorem comitari ſolet deuitans *c*, floruit Olimp. 69.

a Suidas.
b Tull. lib. 4. Academ.
c Diog. Laet. lib 9.

Democritus Mileſius adhuc puer, magos quoſdam, ac Chaldæos quos Xerxes Perſarum rex, apud patrem eius hoſpitatus reliquit, præceptores habuit, & ab iis Aſtrologism & Theologiam didicit. Is omnes Philoſophiæ partes ita complexus eſt, vt coæuus eius Socrates poſt habitum cum ipſo colloquium πένταθλον eum appellarit, ſimilémque quinque gymnaſticorum certaminum victori. Erat ſanè in Philoſophia πένταθλος, naturalia námque, Moralia, Mathematica, liberalium diſciplinarum rationes artiúmque omnium callebat peritiam. Cum ad eum Hippocrates veniſſet, iuſſit Democritus afferri lac, eóque inſpecto, dixit & capellæ primi partus & nigræ eſt. Erat & hoc eius dictum ſermo operis vmbra: docuit infinitos eſſe mundos generationi & corruptioni obnoxios: nihil ex eo quod non ſit fieri, neque in id quod haud quaquam ſit corrumpi. Principia rerum omnium eſſe atomos & magnitudine & numero infinitos, ferríque per inane ac rotari, átque ita per eorum concretiones gigni ignem, aërem, aquam, terram, imò ſolem & lunam. Cuncta ſecundum neceſſitatem, illam ſcilicet atomorum vertiginem fieri. Finem ac ſummum bonum eſſe animi tranquillitatem, ſeu rectum quietúmque animi ſtatum, quem εὐθυμίαν, & ἀθαμβίαν vocabat, ſecundùm quam animus magna tranquillitate conſtantiáque beatus eſt, dum nullo metu, nullâ ſuperſtitione, aut alia quauis perturbatione agitatur. Refertur eum ſe oculis corporis priuaſſe quod mulieres ſine cupiditate inſpicere non poſſet *d*: vixit annos 109. obiítque Olimp. 105.

d Tertull. Apolog. 46. Diog. Laer. lib 9.

Parmenides Eleates primus terram globoſam ac rotundam dixit, & in medio ſitam duóque eſſe elementa ignem & terram, illum opificis, hanc materiæ tenere ordinem *e*.

Zeno Eleates Dialecticæ inuentor *f*. fuit, placuit illi mundos eſſe plures, vacuúmque non eſſe; naturam omnium rerum ex calido & frigido, ſicco & humido eſſe profectam, cùm iſta in alterutrum commutentur. Is cùm Nearchum Tyrannum eiicere tentaſſet ab eo comprehenſus, quaſi aliquid de coniurationis conſciis ad aurem ei dicturus, naſum præſcidit, ac demum abſciſſam ſibi linguam in faciem Tyranni conſpuit, quò facto animati ciues Tyrannum lapidibus obruerunt.

e Idem ibid.
f Teſte Ariſtot.

Empedocles, Parmenidis auditor amore ſui immodico & iactantia elatus, Deum ſe dixit in carmine, auream coronam geſtans in capite, & Delphicas in manibus, aureóſque in pedibus calceos, vrbes pertranſibat, vt opinionem Diuinitatis conſequeretur, ſenex in Ætnam ſe coniecit noctu, vt à diis raptus crederetur ſandalium tamen eius à flammis eiectum impoſturam notam fecit *g*, floruit circa Olimp. 84. vt & Protagoras & Hippocrates medicus.

g Suid. Diog. Laer.

Protagoras Abderites, omnium conſenſu æqualis Socrati, primus dixit duas omnium rerum eſſe rationes inuicem contrarias, primúſque ſophiſmata iis qui contentionis ſtudio delectantur induxit; cum Deos eſſe ambigeret pulſus eſt ab Athenienſibus, librique eius in foro cremati ſunt ſub præconia voce à ſingulis qui illos apud ſe habebant inueſtigati *h*, claruit circa Olimp. 84.

h Diog. Laer. lib. 9.

Anaxarchus Abderites ſe ne id quidem ſcire dicebat, quòd nihil ſciret. Ob animi conſtantiam, victúmque tenuem maximè authoritatis erat ad alios emendandos. Alexandrum enim Deum ſe eſſe arbitrantem admonuit id minimè eſſe, cùm ex ictu quodam ſanguinem illi fluere vidiſſet, digito oſtendens dicénſque: hic quidem ſanguis eſt, non autem cruor qualis diuis eſſe ſolet. Nicocreontem Cypri Tyrannum inimicum habuit, cumque illum Alexander in conuiuio rogaſſet, quidnam de cœna illa ſentiret, dixiſſe ferunt: Cuncta magnifice ô Rex, verùm oportebat iam caput Satrapæ cuiuſdam apponi, Nicocreontem intuens, quod hic ægrè ferens defuncto Alexandro comprehenſum Anaxarchum in ſaxum concauum iniecit, iuſſitque ferreis malleis cædi, dúmque is ingeminare ictus iuberet, ait ille: Tunde tundo Anaxarchi vaſculum, nam Anaxarchum nihil teris. Iubente autem Tyranno ei præcidi linguam, mox eam ipſemet propriis dentibus ſibi præſcidit, & in faciem illius conſpuit *i*.

i Idem ibid.

Pyrrho Helienſis, ſeu Helius, Anacharchi diſcipulus, commentus eſt modum quo de omnibus nihil decerneret, neque quicquam comprehendi poſſe diceret, vnde & ab eo orta eſt ſecta nomine Sceptica, id eſt conſideratrix, nihil adſtruens, nihil definiens, aliorum tantum decreta oppugnans & in veritatis inquiſitione perpetuo ſeſe verſans. Aſſerebat Pyrrho lege ac conſuetudine cuncta homines facere, ſuſtinebat omnia, nihil deuitans neque currus ſi occurriſſent, neque canes à quibus ſeruabatur per neceſſarios ſequentes ſe. Et cum aliquando Anaxarcus in ſcrobem incidiſſet, pertranſit ille nihil ei opem ferens; cum tamen ſemel inuadentem ſe canem repuliſſet, cauſanti cuidam reſpondit, graue eſt & perdifficile hominem penitus exuere. Compſures habuit inſtituti ſui, hoc eſt rerum negligentiæ & contemptus æmulos, tanto in honore à patria ſua habitus vt eum pontificem conſtituerit, eiúſque gratia omnes publico decreto Philiſophos immunitate donauerit.

Epicurus Epicureorum princeps, ſeptennio natus poſt obitum Platonis, aiebat ſummum bonum eſſe voluptatem animi, in non dolendo poſitam, eámque ex corporis voluptate naſci: ſummum verò malum dolorem animi, qui ex corporis dolore oriatur. Virtutes voluptatis cauſa comparari, eáſque nihil eſſe niſi voluptatem pariant. Animam non eſſe incorpoream, adeóque interire vna cum homine. Deum non curare

a Lib. 1. de hær. 8.

res humanas, & ita, vt ait Epiphanius a prouidentiam è mundo ſuſtulit; ſolem & lunam tanta eſſe quanta oculis videantur. Senſus perpetuò veraces eſſe nec falli, nec refelli à re vlla poſſe. De atomis idem docuit ac Democritus. Schola eius permanſit vſque ad Iolium Cæſarem per annos circiter 235. quibus ſucceſſores habuit quatuordecim, obiit Olymp. 107. annos natus ſeptuaginta duos.

Hæc de triplici Chaldæorum, Ægyptiorũ, Græcorumque ſapientia dicta ſint; ſi alicubi minùs accurate id indulgendum, vel ideò quia variè à variis Authoribus de iis ſcribitur, & idipſum ſæpè diuerſis attribuitur Philoſophis, quas ſanè minutias otio perfruentibus enucleandas lubens dimittit Scripturæ ſacræ ſtudioſos, dignioribus intentus. Sufficit ei vt ex hoc Tractatu diſcat quæ à viris doctis de ſapientibus Ethnicis vulgò proferri ſolent, memineritque diuinam Sapientiam diuitem in omnes, ipſos quoque infideles, ſui participes facere, haud dedignatam eſſe, & contremiſcat ad verbum illud Apoſtoli b: [*perdam ſapientiam ſapientium & prudentiam prudentium reprobabe*,] attendátque quamcumque ſapientiam niſi ad *Chriſtum* tendat & ſubſiſtat in *Chriſto Ieſu* qui factus eſt nobis ſapientia à Deo & iuſtitia, in inſipientiam citò citiùs degeneraturam. Mox ſiquidem ac humanæ vanitatis nebula ſapientium illorum infidelium mentes inuaſit [*Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: dicentes enim, nec ſine iactantia ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum & ſerpentium*] vt loquitur Apoſtolus c, ſicque falſa pro veris ſuperſtitioſa pro diuinis, tartarea pro cæleſtibus inualuere, vnde meritò Epiphanius d [Philoſophorum ſectæ tametſi ſecum iouicem in en conſentiant, quòd errorem propugnent, paremque, & eandem idololatriæ atque impietatis doctrinam contexant: in illa tamen erroris libidine ſemetipſas collidunt ac mutuò repugnant:] inde commentitiorum Numinum enata ſeges & maleficia, magicæque artes exortæ ſunt, vt ait idem Epiphanius e, proptereáque Dæmon, non modò illo tempore frequentiſſimè, vt ex ipſa Scriptura patet, ſed etiam nunc, licet rariùs & animas & corpora hominum palam obſedit, poſſeditque; & quos inuadere non potuit, ſpectris ac terriculamentis infeſtauit: quare de his meritò tres vltimi, qui ſequuntur Tractatus inſtituentur.

b 1. Cor. 1. v. 19.

c Rom. 1. v. 21.22.23

d Lib. 1. adu. hær. 2.

e Ibid.

TRACTATVS SEPTIMVS.

DE NVMINIBVS COMMENTITIIS, quorum mentio fit in Scriptura ſacra.

TRACTATVS hic innumeris, paſſímque obuiis Scripturæ locis intelligendis perneceſſarius eſt: ſæpius enim in in ipſa Commentitiorum Numinum occurrunt nomina; frequentiſſimæ ſunt, apud Prophetas potiſſimùm, in idololatras inſectationes: nec rarò ſuperſtitioſi eorum cultus, ac prophanæ inſinuantur Ceremoniæ, ex ſacris myſteriis ab eo, quia Dei ſimia eſt, vt plurimùm ſuffuratæ.

Etenim fraudulentus Sathan diuinæ gloriæ à prima ſui conditione æmulus, proprio Deo honores vſurpare molitus eſt ſemper, & vt exoſum ſibi genus humanum ſub pietatis ſpecie deciperet, ſacras veræ religionis ceremonias in prauos idololatriæ vſus verſipellis ille detorſit, totóque ſtudio earum ſanctitatem mille fabulis, & ſpurcitiis deturpare conatus eſt: quæ quia ſæpiùs in ſacris Codicibus attinguntur, adeóque obſcurè, & perplexum relinquant Lectoris animum: his explicandis inſeruit Tractatus iſte, cui proptereà prophanæ miſcentur litteræ, vt ſacras illuſtrent.

Enimverò cùm ipſi Hagiographi Ethnicorum acta, dictáque commemorent, his intelligendis Scripturæ ſacræ ſtudioſus ad aliena caſtra tranſire valet, non vt profugus, ſed vt explorator. Ecquis enim abſque ſolemni in certaminibus moderandis coroníſque dandis ex Authori-

bus prophanis vſu intellecto comprehenderet, quæ ſæpiùs à certandi ritu ad militiam Chriſtianam eleganter transfert Apoſtolus *a.* Quis mentem caperet Doctoris Gentium dicentis: [*Puto enim quod Deus nos Apoſtolos nouiſſimos oſtendit tanquam morti deſtinatos, quia ſpectaculum facti ſumus mundo b.*] Niſi vſitatum in ſpectaculis reſciret morem? occiſis nempè, ſeu victis gladiatoribus, aut beſtiariis, alios ſuffici ſolitos, quos ſuppoſititios dixerunt Latini, & ſuccidaneos (quaſi ſuccidaneas, id eſt ſecundo loco cædendas hoſtias) quod ſolæ prophanæ litteræ palam docent? Quis *Chriſtum* de vngendo capite loquutum *c* caperet, niſi vnguenti in conuiuiis vſus aliundè, quàm ex ſacris literis, pateret? Dorcada lotam *d* fuiſſe fruſtrà mirabitur is, qui abluendi mortui ritum in Gentium monimentis traditum neſciat. Hæc aliáquè id genus in ſacris Scripturis locum ſortita, prophanas literas velut ſubſidiarias ad ſacram diſciplinam promouendam meritò aſſumendas ſatis oſtendunt.

a 1. ad Timoth. 1. v. 5.
b Corinth. 4. v. 9.
c Matth. 6. v 17.
d Actor. 9. v. 37.

Idipſum maximè coarguunt quæ de Numinibus Commentitiis ſacra Scriptura commemorat. Quis enim verbi gratia, vnquam intelliget illud Ieremiæ [*mulieres circumdatæ funibus in viis ſedent ſuccendentes oſſa olinarum?*] niſi turpem puellarum, Veneri Mylittæ ſacrarum ſuperſtitionem è prophanis litteris didicerit; átque his omnibus difficultatibus elucidandis incumbit Tractatus iſte in duas tributus partes. Prior ea, quæ in vniuerſum ad Numina Commentitia ſpectant, ediſſerit; poſterior, quæ ad ſingula.

PRIOR PARS.

De iis quæ in genere ad Commentitia ſpectant Numina.

PArs iſta quatuor habet Articulos: I. eſt, Quandónam Commẽtitiorum cultus Numinum, ſeu idololatria ortum habuerit? II. De nomine Baal, cunctis Numinibus falſis communi; III. De duplici horum Numinum differentia; IV. De ſacris quæ eiſdem Numinibus exhiberi conſueuerant.

ARTICVLVS I.

Quandónam Commentiorum Numinum cultus, ipſáque idololatria ortum habuerit?

DVas Salomon idololatriæ obſeruat differentias. Prior his verbis indicatur; *vani autem ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei, & de his quæ videntur bona non potuerunt intelligere eum, qui eſt, neque operibus attendentes agnouerunt quis eſſet artifex ſed aut ignem, aut ſpiritum, aut citatum aerem, aut gyrum ſtellarum, aut nimiam aquam, aut ſolem, aut lunam, rectores orbis terrarum Deos putauerunt a.* Poſterior verò iſtis inſinuatur. [*Infideles enim ſunt, & inter mortuos ſors illorum eſt qui appellarunt Deos opera manuum hominum, aurum, argentum, artis inuentionem, & ſimilitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquæ b.*] In priori idololatriæ differentia minor eſt querela, ſubdit Sapiens, minorem námque merentur reprehenſionem, qui ſolem, lunam, aſtra, elementa, quæ ad omnem vſum conferunt, quàm qui ſerpentes, pecora, mutáſve ſtatuas pro diis coluère.

a Sap. 13. v. 1. & ſeqq.
b Ibid. v. 10.

Neutram ex his idololatriæ ſpeciebus ante diluuium prodiiſſe conſentiunt Doctores; nec Auguſtinus *c* audet affirmare, genus humanum ante diuiſionem linguarum à verò Dei cultu fuiſſe alienatum; ſed communis eſt ſententia, idololatriam in mundum fuiſſe introductam, aliquot annis poſt diluuium, cùm verus Dei cultus altas iam in cordibus hominum, etiam per exteriores obſeruantias, egiſſet radices, ex quibus idololatræ modum ſacrificandi Numinibus ſuis Commentitiis, plurimáſque prophani ſui cultus hauſere ceremonias.

c Lib. 16 de ciuit. c. 10.

Subtiliorem primæ differentiæ idololatriam erga, Solem, Lunam, & aſtra, in Chaldæa priſca Aſtrologorum alumna priùs viguiſſe, cui Zoroaſtes dederit principium, colligitur ex his, quæ de ipſo profert Chronicon Alexandrinum his verbis. [Zoroaſtes ille nobilis Perſarum Aſtronomus moriturus precatus eſt, vti fulmine citiùs interiret, Perſiſque denunciauit, vbi me, inquit, cœleſtis ignis conſumpſerit, crematorum oſſium

meorum

meorum cineres tollite, & ſeruate; nec regnum à vobis ex hac regione tolletur, quamdiù oſſa mea cuſtodietis. Inuocato ergo Orione (fortè Nemrod nuper defuncto, & à populis ſub nomine Orionis inter numina & Sydera locato) à cæleſti flamma depaſtus interiit, reliquia cinerum ipſius hodie cuſtodiunt a.

a Chronic. Alexand. pag. 39.

Aliam quoque ſecundæ differentiæ idololatriam in Chaldæa ortum habuiſſe, poſt obitum Nemrod occaſione ſtatuæ ſibi à filio ſuo Aſſur erectæ, dicunt plurimi. Hic (vt innuere videtur Ezechiel b, & ibi obſeruat Hieronymus c, refértque Adrichomius d) dolens de morte patris ſui, Nemrod fecit ſibi exſculpi ad viuum eius imaginem, eámque in memoriā defuncti in medio ciuitatis erexit, ac quibúſque reis ad ipſam tanquam ad azylum confugientibus impunitatem conceſſit: vnde vulgus cœpit illi ſtatuæ tam beneficæ ſummum honorem exhibere. Illius exemplo patres filiis ſuis (ex quo primam idololatriæ originem repetit ſapiens e) & multi paſſim Heroïbus ſtatuas dedicarunt, defunctóſque pro diis coluere: Quam ſuperſtitionem Dæmones obſeruantes, in idolis latitant, reſponſa dant diuinúm cultum ſibi vendicant, ſicque introductā idololatriā vbique Gentium (Hebræis exceptis, qui per Abraham, Iſaac, & Iacob primogeniti ſunt,) ita inualuit, vt idolitus error tanquam lex cuſtodiretur; & pœna capitis plecteretur, qui eum contemneret f. Quin & inter primos Deorum penatum fictores in Chaldæa fuiſſe Thare patrem Abrahæ inſinuat Epiphanius g; idque ſatis euidenter atteſtantur illæ Scripturæ verba [*trans fluuium habitauerunt patres veſtri ab initio, Thare pater Abraham, & Nachor ſeruierunt Diis alienis h.*] At quo tempore falſus Deorum cultus irrepſerit in terram Chanaan? crediderim nullam in eam, iis ſaltem partibus, quas Melchiſedech & Abraham inhabitarunt, eorumdem temporibus viguiſſe idololatriam; de hac enim re nullum in ſcriptura habetur indicium; etſi tunc omnis ibidem, in Sodomis potiſſimùm, graſſaretur iniquitas; multum námque ſuper hoc inuigilabat Antiſtes Melchiſedech, ſedulámque eidem negotio fidelis Dei ſeruus Abraham nauabat operam; poſt cuius tamen obitum irrepſiſſe eam colligo ex eo, quòd poſt vaſtatam, ob ſtuprum Dinæ, vrbem Sichem à filiis Iacob, hic iuſſu Dei progreſſurus in Bethel, conuocatā omni domo ſuā ait [*abiicite Deos alienos qui in medio veſtri ſunt, dederúntque ei omnes Deos alienos quos habebant* i] quæ quidem idola nequaquam fuere illa quæ antea à decem circiter annis Rachel furata erat patri ſuo Laban; neque enim de ſola Rachel, ſed de pluribus aliis nempè domeſticis dicitur. [*dederunt ergo ei omnes Deos alienos quos habebant*] eos ſcilicet quos in direptione vrbis apud Sichimitas repererant, & cum reliqua præda ob pretium materiæ, operiſve abſtulerant. Quod ſanè arguit Sichimitas huiuſmodi idola habere ſolitos; à quo autem tempore illis vti cœpiſſent; non conſtat; probabile, vt dixi, quòd tantùm poſt mortem Abrahæ.

b cap. 23.
c In illud Ezech. cap.
d pag. 104.
e c. 14. v. 15.
f Sap. 14. v. 16.
g Sub initi. panorij.
h Ioſuē 24. v. 2.
i Gen 35. v. 4

Cæterùm quia idololatria ex honore viris dignitate, aut virtute illuſtribus exhibito ortum hábuit, honos ille, cultúſve, etſi poſteà turpiter k, primò tamen candidè, ac ſimplici animo cœpit exhiberi, vt patet ex his Beroſi de Patricha Noë verbis. [*Tunc ſeniſſimus omnium pater Noë, iam ante doctos*

k Lib. 3. antiq.

„ (nempè Scythas, & Armenos,) Theolo-
„ giam & ſacros ritùs; cœpit eos erudire hu-
„ manam ſapientiam: docuit item illos
„ aſtrorum curſus, & diſtinxit annum ad cur-
„ ſum ſolis, & duodecim menſes ad motum
„ Lunæ: ob quæ illum æſtimarunt diuinæ
„ naturæ eſſe participem, & propterea illum
„ Olybama, & Arsa id eſt cœlum & ſolem
„ cognominauerunt, & illi plures ciuitates
„ dedicauerunt. His verbis tres inſinuantur modi, quibus antiqui ſuos Heroas, ſuóſque Rephaim, ſeu patronos, honorabant: primò exiſtimando eos diuinæ participes naturæ, Deóſque vocando: ſecundo, illis vrbes dedicando; Tertiò eos inter Sydera collocando, ſeu Syderibus claritate & influxu nobiliſſimis comparando. Sic vnaquæque regio, vrbſve quem præ aliis eminentem & illuſtriſſimum obſeruarat poſt eius mortem aſtro alicui, potiſſimùm Saturno planetarum ſupremo comparabat, eúmque in Baal id eſt, Dominum, Patronum, protectorem Tutelarem aſſumebat: Hinc vetuſtiſſima illa ciuitatum nomina Baal-Meon l, Baal-Had m, Baal-Hermon n, Baal-Pharaſim o, Ghariath Baal, id eſt ciuitas patroni; ſic Sem filij Noë ſicut & pater eius Deus habitus, Soli comparatus eſt & quædam ei ciuitates dicatæ ſunt, putà Beth-Semes p, id eſt domus Solis, Hir-Semes q, id eſt ciuitas Solis, & in ſuo Teraph, id eſt ſtatua ſibi erecta honoratus eſt. Et quia paulatim, tam ſuperſtitioſa fuit populorum erga illos patronos reuerentia, vt prædictorum Syderum & Aſteriſmorum imagines & figuras effingerent, & vnuſquiſque ſuum ſydus ad diuinitatem vſque eueheret; inde ortus eſt quartus Heroüm exaltandorum modus per exteriores eorum ſtatuas, quarum tamdiù licitus fuit vſus, quamdiù fuerunt tantùm in ſignum & memoriale prototypi, eo ſenſu quo ſerpens æneus præcipitur à Deo poni in ſignum r; nempe ſerpentium ignitorum: Neque enim ſtatuæ illæ, ſeu Teraphim, aliud erant quàm Noë, Sem, Heber, Abraham, Iſaac, Iacob, aliorúmque imagines, in quibus fideles horum patriarcharum pietate præcellentium venerarentur memoriam, & coram ipſis Deum per eorum merita deprecarentur, non etiam os Domini interrogarent: adeóque licèt Teraphim interrogari, aut Teraphim reſpondere, ſi de propria ac ſenſibili locutione intelligatur de ſolis dicatur idolis, quæ Dæmonis arte reſponſa dediſſe notum eſt, in ſenſu tamen orthodoxo Teraphim non dare reſponſa, eſt Deum ipſum, etiam poſt allegata Abrahæ, Iſaac, & Iacob, aliorumve virorum ſanctorum coram ipſis Teraphim, merita reſponſum negare, aut votis non annuere. Vnde illa Oſee ad filios Iſraël in captiuitatem abducendos: [*dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine rege, & ſine principe & ſine ſacrificio & ſine altari, & ſine Ephod, & ſinè Teraphim s.*] id eſt ſinè ſanctis Therapeutis ſeu prophetis, & religioſis viris, per

l Num. 32. v. 38.
m Ioſuē 11. & 13. v. 5.
n Iudic. 3. v. 3.
o 2. Reg. 5. v. 20.
p Ioſ. 15. v. 60.
q c. 19. v. 22. v. 41.
r Num. 21. v. 5. 9.
s Oſee 3. v. 4.

quos

quos Dei ſciſcitarentur oracula, & ſine ſanctorum virorum ſimulachtis, ad quorum conſpectum mentis oculos in cœlum erigerent; meritiſque eorum interpoſitis propriorum demeritorum veniam à Deo conſequerentur. Hinc colligere eſt potuiſſe Rachelem vxorem Iacob citra omnem idololatriam vti ſimulachtis Laban patri ſui, non vt ea adoraret, ſed vt ad eorum conſpectum memor foret prototypi, ſanctóſque Patriarchas quos ipſa repræſentabant mente recolens, eorum ſolicitè virtutes imitaretur.

ARTICVLVS II.

De nomine Baal cunctis Numinibus falſis communi.

BAal, Beel, Bal, Bel & in plurali Baalim Commentitiorum Numinum nomen eſt generale, in diuinis Scripturis ſæpius occurrens, & apud Phænices maximè & Chaldæos celebre, cum hoc diſcrimine quòd Phænices ſeu Punici eorúmque contermini Baal dicebant [Baal, inquit diuus Auguſtinus, Punici videntur dicere dominum, vnde Baalſamen quaſi Dominum cœli *a*] & probabile eſt nomen illud Punicum Ethbaal, quo vocabatur Sidoniorum Rex, pater impiæ Iezabelis *b*, aliáſque his ſimilia vt Annibal, Aſdrubal etiam in cultum patrij Numinis Baal eſſe efformata: Deorum enim nomina principum nominibus vti bona omina ſæpiſſimè addita ſunt. Nomen quoque Baal in vſu erat apud Phænices. Chaldæi verò & Babylonij dicebant Beel, Bel, quâ quidem differentiâ à Latinis, & Græcis minùs obſeruatâ, ab vtriſque indiſtinctè Orientalium dialectorum haud curioſis, tam Phænicium quam Babylonium Numen plerúmque Belus vocabatur, & Iupiter ab Europæis. Baal in lingua ſacra idem ac Dominus: vndè non incongruè hoc nomen olim Deo vero tributum eſt, ſed poſtquàm ad profana Numina vox illa frequentiùs traducta fuit, vetuit Deus, ne ſe quis vltra eo nomine vocaret, idque videtur colligi ex his eius apud Oſee prophetam verbis [*Et erit in die illa, ait Dominus, vocabit me vir meus & non vocabit me vltra Baali. Et auferam nomina Baalim de ore eius c.*]

a qu. 16. ſiu Iudices.
b 3. Reg 16. v 31.
c Oſee 2. v. 16.

Solem fortè primo, quem ſolum in cœlis Deum putabant Phænices, ſub nomine Baal, venerabantur; poſteà verò & in ſimulachta alia, ſiue ſyderum, ſiue Heroüm, quorum memoria poſteris longè chariſſima, idem nomen, ad augendum, quâ fieri potuit, eorum honorem, eſt impiè deriuatum. Verij etiam ritus, ceremoniæ & ſacrificia ſunt addita, ſic Aſſyrij, Chaldæi, Babylonij, Phænices, Chananæj, aliique ſuos fecere Belos, ſuóſque coluere Baalim. Beli Babylonij Templum & idolũ memorantur apud Danielem *d*; innumera eſt in Scripturis Baalim, Belorúmque varietas: inde Baal-Berith *e*, Beel-Phegor *f*, Beelzebub *g* & his ſimilia. Simili diuerſitate trecentos Ioues Tertullianus ex Varrone recenſet, vt ſicut Europæis Ioues, ita Aſiaticis Beli ſeu Baalim, generale Diuûm vocabulum eſſe denotaretur. Sunt qui & Aſſyrium & Perſium Belum, Martem vocant, & bello præficiunt, his non modicum faciunt, qui bellum à Belo deducunt.

d c. 14 v. 2.
e Iud. 9. v. 4.
f Num. 35. v. 3.
g 4. Reg. 1. v. 2.

Cæterúm vniuerſa illa per totum terrarum orbem exorta Deorum ſeges, in ipſam quoque Iudæam propagata eſt. Vnde & illa Dei Optimi Maximi apud Ieremiam increpatio: [*In tempore afflictionis ſuæ dicent, ſurge & libera, vbi ſunt Dij tui quos feciſti tibi? ſurgant & liberent te in tempore afflictionis tuæ: ſecundum numerum quippe ciuitatum tuarum erant Dij tui Iuda h.*] Inde & Apoſtolus [*Nullus eſt Deus niſi vnus, nam etſi ſunt qui dicantur Dij, ſiue in cœlo, ſiue in terra (ſiquidem ſunt Dij multi & Domini multi i.)*] Quod Aſiaticorum more interpretari licet, ſunt Beli, ſeu Baalim, multi: & Europæorum, Ioues multi. Sicut enim Baal & Bel, primò ſupremum rerum omnium Creatorem & Gubernatorem Deum Optimum, Maximum, vt diximus deſignabat, ita & Iupiter. Graſſante verò hominum errore, iiſque hominibus ad Idola tranſlatis, quod vnicum ac ſimpliciſſimum in primis erat tam multiplex, variúmque poſteà deuenit, vt quot Gentes in orbe, quot ciuitates, quot oppida, tot conficta Numina.

h Ier. 2. v. 27.
i 1. Cor. 8. v. 5.

Equidem ſi aliqua hac in re, humanæ conceptioni detetur libertas, abſurdum fortè non eſſet dicere, quòd Iupiter deduci potuit ab Auguſtiſſimo illo Dei nomine Iehoua Pater, & Iouis, ſeu Διος vocabulo Deus Optimus Maximus haud incongruè valuit indicari. Teſtem inuoco Diuum Paulum qui ad Athenienſes de vno, ac vero Deo verba faciens ait [*ſicut & quidam veſtrorum Poetarum dixerunt: ipſius enim & genus ſumus. Genus ergo cum ſimus Dei &c. k*] Poëta enim ille Aratus eſt, qui Phœnomena ſua pro more Poëtarum à [Ioue auſpicatus eſt in hunc modum: Ab Ioue principium] paucíſque interiectis addit ipſius enim & Genus ſumus: quod Aratus igitur ſcripſit, & Apoſtolus citauit, eſt Iouis, id eſt Iehoua, Genus ſumus. Teſtimonio diui Pauli vtcumque ſubſcribit diuus Chryſoſtomus cùm de Arati verbis à diuo Paulo allatis ait, [haud ea quæ de Ioue dicuntur trahit ad Deum, verùm quæ Deo conueniunt, atque impropriè Ioui ſunt attributa, ea Deo reddit cùm nimirum illius ſit tantummodò nomen Deus, & non ſine iniuria Idolis imponatur.] Huc ſpectat illud Minutij Fœlicis: [qui Iouem Principem volunt, falluntur in nomine, ſed de vna poteſtate conſentiunt] falluntur equidem, niſi ad originem ſuam Iehoua ſcilicet Iouem referant, ſic enim eraſa omni fabularum ſpurcitiâ, & excluſis idololatriæ cunctis ritibus vnum Deum tantummodo, & adorandum, & colendum habes.

k Actor. 17. v. 28.

De ignoto Deo ab iidem Athenienſibus impiè culto haud veretur Apoſtolus expreſſis verbis dicere [*quem ergo ignorantes colitis, hunc ego annuntio vobis l*: [hæc enim textus Græci exacta eſt verſio, etſi vulgata editio dicat [*quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis*] illud ſcilicet vocabulum quod excæcati ac ſuperſtitioſi Athenienſes ſub ignoto myſterio, dæmoni attribuebant, voluit diuus Paulus, vt ad ſummum potius vniuerſi

l Actor. 17. v. 23.

Creatorem

Creatorem mundíque reparatorem cui competebat, iure träſiret Rectè Seneca *a* Pauli familiaris de Etruſcorum agens Theologia, ait [eundem quem nos Iouem Intelligunt Cuſtodem Auctoremque vniuerſi, animum ac ſpiritum mundani huius operis, dominum & artificem, cui nomen eſſe conuenit.] His accedit Clementis Alexandrini animaduerſio in illa verba, quæ Diuo Petro tribuuntur. Petrus, vt referunt, aiebat: hunc Deum veneramini, ſed non ſicut Græci, ad hæc verò addit Clemens *b*, non igitur dixit, ne veneramini Deum quem Græci, ſed non ſicut Græci, modum cultus immutauit, haud alium Deum prædicauit.]

a Natural.] qu. 2. cap. 45.

b Lib. 6.

Nec quis obiiciat Tetragrammaton Dei nomé tam ἄῤῥητον ac ineffabile fuiſſe; vt Gentibus nequaquam innoteſceret; contra, enim à Rabſace Aſſyrio blaſphemo, idololatra viróque militari, non ſolum cognitum, ſed & ſæpius prolatum legimus pluribus Scripturæ locis *c*. Sanè qui ſæculis antiquioribus ac deinceps, ſemper abſconditam Diuini illius nominis pronunciationem diceret, Rabinorum dictis nimiùm indulgeret. Etſi enim apud Authores reperias, Citeriorum præſertim ſæculorum, Iudæos ab eius pronunciatione abſtinuiſſe, & ſemel tantùm quotannis, in feſto expiationis, à ſummo Pontifice quàm religioſiſſimè prolátum fuiſſe; & certum ſit 70. Interpretum verſionem; pro nomine Iehoua, Adonai, aut Dominum ſemper ſubſtituere; haud tamen incredibile videtur, nomen illud Gentibus non fuiſſe omnino incognitum, maxime verò Pythagoreis qui per τετρακτὸν, ſeu quaternarium numerum, iuſiurandum ſuum concipiebant.

c 4. Reg. 18. v. 30. 2. Paral. 32. v. 11. Iſaie 36. v. 15.

Nec mirum eſt Pythagoræ, præ aliis, nomen illud Tetragrammaton innotuiſſe; quippe qui Chaldæos, & Nazaratum, Aſſyrium (quem Ezechielem Prophetam putant nonnulli veterum) docentes audierit, adeóque res Iudaïcas calluerit: nec aduerſatur temporis ratio, quin Nazaratus ille Ezechiel fuerit, & Ezechiel Pythagoræ contemporaneus; accuratiſſima namque Chronologia Ezechielem & Pythagoram inter 50. & 52 Olympiadas ſimul floruiſſe docet. Huc ſpectat, quod de eodem Pythagora Ambroſius ait [cum ex populo Iudæorum, vt pleríque arbitrantur, genus duxerit, ex eius diſciplina deriuauit etiam magiſterij præcepta *d*] quam ergo facilè fieri potuit, vt Pythagoras nomen ſummi Dei Tetragrammaton, nec prorſus abſconditum, nec temerè tamen propalatum didicerit, & τετρακτὸν vocarit.

d Ambr. lib. 1 epiſt. 6.

ARTICVLVS III.

De Duplici Commentitiorum Numinum differentia.

QVidquid ſuperſtitioſa nugaxque Gentilitas ſanctuariis ſuis adieciſſe memoratur in ſacris litteris ad duas, vt in articulo præcedenti dictum eſt, Commentitiorum Numinum differentias reduci poteſt, videlicet ad corpora cœleſtia, quæ, Scripturæ phraſi, dicuntur militia cœli, & ad Dæmones, ſeu idola manu facta, in quibus Dæmonia latitabant, reſponſa dabant, ſummumque cultum, ſibi Deo debitum, ſibi ſumebant,

Prior differentia olim ſuos etiam apud Reges Iuda habuit aſſertores; impius enim Manaſſes [*adorauit omnem militiam cœli e*] & [*& extruxit altaria vniuerſæ militiæ cœli, in duobus atriis templi Domini f.*] Ea tamen pius Ioſias eiuſdem Manaſſis nepos deſtruxit, deleuítque [*eos qui adolebant incenſum Baal, & Soli, & Lunæ, & duodecim ſignis, & omni militiæ cœli g.*]

e 4 Reg. 21. v. 3.

f v. 5.

g c. 23. v. 5.

De illo cœleſtium corporum cultu, Hagiographorum antiquiſſimus Iob, ait [*ſi aſpexi Solem cùm ſplendeſceret, aut Lunam nobiliter incedentem, & ſeductum eſt in abſcondito cor meum & applicata eſt manus mea ori meo, & hæc eſt iniquitas à Iudice vindicanda, quia ſic negaſſem Deum ſupremum h.*] Quibus verbis vetuſtiſſimum aperit adorationis ritum quo ſcilicet manus ori, capite inclinato, admouebatur, vnde adoratio dicta, de qua Hieronymus [qui adorant, ſolent deoſculari manum, & capita ſubmittere i.] Quem cultum vetat Moyſes vbi ait.] *Ne fortè eleuatis oculis in cælum videas Solem & Lunam, & omnia aſtra cœli, & errore deceptus adores ea & colas quæ creauit Dominus Deus tuus in miniſterium cunctis gentibus quæ ſub cœlo ſunt k.*]

h Iob. 31. v. 26. 27.

i Hieron. lib. 1. contra Ruſin.

k Deut. 4. v. 16.

In corporum cœleſtium venerationé procliue fuit ſemper humanum genus: & qui à verò Deo deficiebant, hæc primùm animo propenſiſſimo ſibi adſciſcebãt Numina; cùm enim cœlorum, ſyderúmque imperium in hæc inferiora, cunctáque vitæ commoda non ſine religione ſuſpicerent, nec creaturam, à factore ſuo, impij diſtinguerent, modica ſenſus ſui vlna diuinitatem metiri præſumentes, haud alium Deum, præter ſummos lucis & tenebrarum, noctium, & dierum, annorum & tempeſtatum diſpenſatores cognoſcebant, ipſo quidem naturalis rationis cæcutientis impulſu ducti, ſed ſeducti.

Ea Chaldæi de cauſa, primis poſt diluuium ſæculis, exuto veri Dei cultu, omnium maximum numen Solem æſtimabant, Planetis, & quæ ſunt cætera ſydera, velut nutum eius obſeruantibus, & tamquam lictoribus, qui accenſi Solis adſtarent conſiſtorio, prout aiebant Ægyptij.

Hebræi autem non pauci ex male intellecta Patrum ſuorum Cabala, ſummum Cœlis, ſyderibúſque honorem deberi ſibi ſuaſerunt. Cabala hæc (quæ velut ius ſacrum ac hæreditarium à primis parentibus ad poſteros, continuâ generationum ſerie, tranſmittebatur; & quam poſtea arcano Moyſes volumine condidit) aiebat Lunam, & ſtellas Dominos eſſe diei & noctis, lucis, & tenebrarum, quod illi perperam interpretati, & Deos eſſe facilè crediderunt, maximè cum ſupremum dominium expreſſior Diuinitatis ſit character.

Neque abſurdum eſt, vt impietatis initia ex ſacris Prototypis depromantur, id enim ſæpiùs actum innumeris exemplis confirmari poſſet. Ægyptiis in Iudaïco Paſchate greges

&

& arbores minio, quotannis illinire ſolenne erat. Id, vt fusè narrat Epiphanius *a*, ex deprauato ſacræ traditionis, de Hebræorum ſuperliminaribus Agni ſanguine illitis, manauit intellectu. Perperam accepta, de æneo ſerpente Moyſis hiſtoria, effecit vt Thymiamata ei incenderentur *b*.

a In hæreſi Nazar.

b 4. Reg. 18. v. 4.

Sacrum illud quod toties occurrit in ſacris paginis, *Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob*, iamdiù in Carmina magica transmigrauit, atque ita à pluribus perceptum, vt nec Abrahā, nec Iſaac, nec Iacob, alius quàm Deus ob amphibulogiam cenſeretur. Vndenam quæſo Iupiter Sabazius, niſi à Iehoua Sabaoth quod propriū Dei Opt. Max. nomen fuit? Qui plura de his deſiderat, Conſulat Iuſtinum in ſecunda ſua pro Chriſtianis Apologia; vbi Bacchi fabulas, Bellerophontis Herculis, Æſculapij, aliorumque ex depravato ſacrarum litterarū ſenſu elicitas, & imperito ac inſipienti vulgò obtruſas eſſe docet.

Quàm autem procliue ſemper fuerit humanum genus in eiuſmodi fingendorum Numinum inſaniā, non obſcurè liquet ex Athenienſium in D. Paulum, conuiciis; Apoſtolus *Chriſtum*, & mortuorū reſurrectionē illis annuntiabat, vt verū Deum agnoſcerent: ij verò nouorū Dæmoniorū, ſeu Numinū annuntiatorē eum vocabant, ac ſi *Chriſtus* nouum Numen, & Reſurrectio noua Dea adoranda enūtiaretur, vt eo Actorū loco adnotat Chryſ. *c*.

c Actor. 17. v. 18.

Eò demum proceſſit hic error, quem, de cœleſtium corporū imperio, & beneficiis, & quę inde pendebat Apotheoſi, imbiberant, vt ab eadē origine etiam in terris Deos ſibi fingerent. Etenim Mare, Ventos, Tellurē, Aërem, Ignem, & quicquid humanæ vitæ commoda præſtaret, Soli, Lunæ, & Syderibus adiecerunt. Imò & fruges, vites, allia, cæpe, & quæ ſunt alia, è gremio Telluris educta bona, ideoque Tellus ipſa, non tam Dea quàm Deorum mater nuncupata eſt, eoque deuentum licentiæ, vt omnis ferè qualitas in qua aliquid maioris virtutis ineſt, Deus cenſeretur, vt Fides, Honor, Salus, Concordia, Victoria, Libertas; imò & affectus corporis vt Febris, hâc enim placatâ, ſalutem duxerunt ſperandam; & mala Fortuna, Contumelia, Impudentia, quas, ne læderent, diuinis honoribus cumularunt, & non nocere quum poſſent, pro beneficio habebant: Inde etiam Romæ Tempeſtatibus Ædes ſacra erat *d*. Quin & eò dementiæ venit humana cæcitas, vt flatus ipſos fœtidos quòd emiſſi ſanitati corporis conducerent, ſuppreſſi verò forent noxii, Numinum inſigniret titulo. Adeò vt nihil omnino extaret, quod humanæ vitæ aliquid commodi vel incōmodi afferret, quio diuinitate donarent. Et hæc de ficta quæ in cœleſtibus corporibus primò pullulauit diuinitate, dicta ſufficiant.

d Tull. l. 3. de Nat. Deorum.

Altera Commentitiorū differentia Numinum, & quorū vetuſtiſſima mentio eſt, Dæmones ſunt, ac Dæmonia, ſeu Dij inuiſibiles, horum cultū Deus per Moyſem prohibet Hebræis dicens. *Et nequaquam vltra immolabunt hoſtias ſuas Dæmonibus, cū quibus fornicati ſunt e.*] quo loco pro Dæmonibus dictio Hebræa, bircos ſonat, & piloſos Dæmones intelligit Dauid Cimchi, qui mediam quamdam inter humanam & ferinam ſortiuntur naturam, ſicut Fauni, Ægipanes, Satyri; ſanè qui tenebroſa, & abſtruſa Sagarum conciliabula aperiunt ij Dæmonem principem, qui præſidet hirci figuram præſe ferre tradunt. Moyſes verò exprobrat Hebræis Dæmoniorum cultum, dum canit, [*immolauerunt Dæmonus & non Deo, Diis quos ignorabant f.*] Quo etiam nomine veniunt Heroës, ſubdolè enim ingerebant ſe Dæmonia, & præſtigiis animos in ſuperſtitionem procliues, ac ſolennia Dæmoniorum feſta celebrantes ad diuinum cultum circa horum quoque monimenta ſibi exhibendum illiciebant. Cùm enim vulgus Heroës illos, ſiue ob res fortiter in bello geſtas, aut artes adinuētas, aut quid eximiū pręſtitū, tanto primùm honore proſequeretur, vt eis ſtatuas erigeret: facile fuit, vt ad ipſas ſtatuas Dæmonia colerentur, quæ quo pacto ab Heroibus diſcreparēt, imperitū vulgus ignorabat, Nec ipſi, qui in ſpinoſis eiuſmodi Idololatriæ apicibus poſteà deſudarunt, ſatis docuere; adeò vt Heroës, Dij, & Dæmonia vulgò idem ſonent.

e Leuit. 17. v. 7.

f Deut. 32. v. 17.

ARTICVLVS IV.

De ſacris in Commune quæ Commētitiis Numinibus exhiberi conſueuerant.

Inter ſacra Prophana, quæ gentes Numinibus ſuis commentitiis exhibere conſueuerant, quatuor maximè recenſeri poſſunt: ſæpe Simulachra, Colūnæ, Symbola, Inuocationū & Hymnorum ritus. Simulachrorum mentio primùm fit, in Scriptura ſacra *g* vbi de Idolis Labā agitur. Simulachra quidem non fuerūt primò in hos vſus inſtituta, neque Columnæ in Deorum honorē fixæ, ſed ad memoriam & cumulum gloriæ demortuorum ſtatuebantur, eorum nempe qui Patres patriæ, aut rebus geſtis inſignes, aut chariſſimi extiterunt, & quorū præmatura & acerba mors ſuperſtite aliquo monimēto erat vindicāda; vnde & anniuerſaria his acceſſere feſta, nomina in ſacros commentarios relata, flores circa tumulum ſparſi, coronæ dicatæ, aliaque his ſimilia, vſq; adeò adiecta, vt cæca poſteritas eos tanta ſolennitate honorandos eſſe crederet, quòd genere humano maiores extitiſſent, quare poſtmodum ipſis vt Diis erexerunt Simulachra.

g Gen. 31. v. 19.

Quod de Simulachris diximus, id etiam de Columnis ſepulchralibus, ſeu Columellis intelligendum eſt, atque eodem modo, quo Dæmoniorū, deorum vè Idola, haberi cęptæ ſunt. Equidem in more fuit antiquiori, Columnas ponere quæ poſteà ſæpe in aras, ſi per figurā liceret demigrarunt, vnde quod ſtatua nonnullis eſt & ςή... ideſt Columna ſeptuaginta Interpretibus pro ara in ſacris litteris iuxta veritatem Hebraïcam vſurparur.

Simulachris & Columnis adiungimus Symbola: de horum numero erat Ignis apud Chaldæos, qui Solis Cœlorum regis vicarius ſiue ſignum ac Symbolum habebatur, idem ſub Pyramidis ſpecie à Syris colebatur, Venus Pilæ ſeu quadrati ſaxi ab Arabibus, Paphiis, aliiſque: & ſeptem Columnæ erectæ ſunt ritu priſco apud Laconas errantium ſyderum ſigna ac Symbola. Cùm enim ob Cœleſtium corporum diſtantiam, ſacra eis ad votum fieri haud ita com-

modè potuerint, eiuſmodi ſymbola, quæ imprimis congrua viderentur, in eorum honorem conſecrare, pium eſſe iudicabant. Neque Dagon ille Philiſtinorum, ex humana ſimul & marina figurâ, partibuſque coaleſcens, aliud quàm Neptunum, Amphitritem, Oceanum, aut Thetym, eoſve omnes, id eſt mare ipſum, velut maximi Numinis Symbolum denotauit. Eiuſdem quoque maris piſces Symbolum erant, eaque de cauſa Iuuencæ apud Ægyptios ob lactis beneficium, primum velut Telluris matris ac Nutricis poſtea & Iſidis, ſiue Lunæ, Symbola diuino cultu excipiebantur; benignis namque Telluris & Lunæ viribus alimenta præcipuè deberi agnoſcebant. Innumera erant apud Ægyptios aliaſque gentes eiuſmodi Symbola, tantaque vulgi ſuperſtitis, vt idipſum pluribus Symbolis, & plura vno repræſentarent, adeo vt procedente in infinitum errore, nec demortuos à Dæmoniis, nec horum alterutra à cœleſtibus corporibus, aut beneficis naturæ viribus, neque has ſatis ab inuicem diſterminare impietas ipſa potuerit. Sed quidquid Diuinitati ſacratum eſſet, id, vt Numini cuicumque communicaretur, ab eorum inſtitutis haud erat diſſentaneum. Inde Saturnus, Iupiter, Sol, in Baal & Moloch; Luna, Venus, & Tellus in Aſtarte: eademque Luna & Venus & Mare in Dagon inextricabili hallucinatione confundebantur. Inde Dij, Patrij, & Genij innumeri, & vix pauciores, Saturni, Ioues, Soles, Lunæ, Veneres quàm ipſi in horas exareſcens Columnullarum, Idolorúmque numerus. Inde innumeræ vbique Gentium ſtatuæ fictis à vetuſtate diis creatæ; quæ gentilia nomina ſingulæ capientes, haud aliter fermè diſcrepabant. Sic enim Belus Sidonius, Belus Babylonius &c. Iupiter Olympius, Iupiter Cretenſis, &c. Apollo Clarius, Delphicus, &c. Porro ad ſymbolorum figuram multiplicem non pauca ſimulachra formabantur parúmque intererat, an Numinis ipſius ſymbolum, an ſymboli ſignum adorarent. Vt ex ipſo vitulo aureo quod in deſertu fecerunt filij Iſraël manifeſtum eſt, is enim Oſiridem, ſeu Solem præ ſe ferebat, quia Iuuenci ſeu boues mares in Ægypto Solis erant ſymbola, & vitulus ille aureus huiuſce ſymboli ſimulachrum.

Inuocationum & Hymnorum ritus, ita plerumque peragebatur, vt quamplurimis quæ elogia complectebantur congeſtis nominibus, Commentitium Numen inuocaretur. Titulorum enim varietate conciliari Deus, & ad vota ſuſcitari, ſibi perſuadebant, credebántque Polyonymiam eiuſmodi exoptatiſſimam eſſe Numinibus gloriam. Ab hoc ritu Iſis, ſeu Luna μυριώνυμος, dicta eſt. Quemadmodum autem ab immenſa, ſimulachrorum, Columnarum, & ſymbolorum copia, ſic à Numinum in ſactis adhibitorum copia, ſic à Numinum fiebat acceſſis, & quæ primum nomina tantummodò, Numina deinde diuerſa æſtimabantur, ſic Luna, quæ & Iſis, & Lucina, & Diana, & Triuia, & Hecate dicebatur pepetit innumeras; idem Soli accidit qui & Phœbus, & Apollo, & Hipperion dictus eſt, ad ſuperſtitioſum hunc inuocationis ritum alludit Chriſtus dum ait [*orantes autem nolite multum loqui ſicut Ethnici, putant enim quod in multiloquio ſuo exaudiantur. Nolite ergo aſſimilari eis a.*] a Matth. 6. v. 7.

Quam porrò in hac tanta Numinum pluralitate amplexarentur ſententiam, doctiores Gentium, & Philoſophi, & Hierophantæ, qui vulgo curioſius diuina ſcrutabantur; ij apud ſe credebant vnicam eſſe ſupremam omnium cauſam, vnicum orbis moderatorem, qui in innumeris illis Numinibus Commentitiis coleretur; quod in vulgus, eiuſcemodi diſciplinæ prorſus incapax, proponere auſi non fuerint, ita tamen ipſi ſacra ſua inſtituerunt, vt quod ſentirent facilè à prudentibus & eruditioribus poſſet coniici, cuicumque Deo ſuum quiſpiam cultum exhiberet, non illo modo ſeorſim, ſed omnes pariter Deos, Deáſque inuocando quatenus omnem, & multiplicem illam Diuinitatem in vno aliquo conſiſterē, & in vnum contrahi deberi exiſtimabat. Apud Homerū habentur ſolennes precum & inuocationum ritus; ibi nuncupat aliquos Deos, ſed omnes inuocat; exēplo ſint Agamemnonis preces, ad Deos periurij vltores fuſas b, & Briſeidis iuramentum b v. Iliad. 4. de inuiolata ſua pudicitia c. Deos quidem à c v. Iliad. 7. Stygiis, in ſacris vulgaribus ita diſtinguebant, vt his victimam guttore ad ferrum depreſſo, illis ſurſum verſo iugularent, aliiſque ritibus inter ſe oppoſitis vterentur: Eos tamen ad faciliorem vulgi diſciplinam, non ad ſenioris intelligentiæ dogmata inde ſatis patet inſtitutos, quod hos etiam omnes quā per vulgus liceret periode ac ſi vnicum Deum ita vnū dumtaxat ſacrorum agnoſcerēt non rarò confundebant. Nam omnibus diis communes aras, & Fana communia non raro ſacrabant, & omnes ſimul velut vnum, vno ſacro colebant. Sic Eleis, Arcadibus, Athenienſibus, Corinthiis, Lacedæmoniis, altaria erant diis omnibus in communi βωμοὶ θεοῖς πᾶσιν ἐν κοινῷ. Suffragatur aureum illud Ariſtotelis effectum: cùm porrò Deus vnus ſit, pluribus nominibus appellatus eſt: ab iis vtique ſuis omnibus effectibus denominatus quorum ſpecimen edere ipſe ſolet. Libro de mundo. Si eiuſmodi exempla ac prophanæ autoritates ſcripturæ ſacræ ſtudioſo videntur infirmæ aut minùs placent: præſto erit Apoſtolus ſtylum ſuum in illos Philoſophos ac ſapientes acrius ſtringens, & inſtantem Dei iram eis intentans his verbis, [*Reuelatur enim ira Dei de Cœlo ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent, quia quod notū eſt Dei manifeſtū eſt in illis, Deus enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas ita vt ſint inexcuſabiles; quia cum cognouiſſent Deum non ſicut Deum glorificauerunt vt gratias agerēt: ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiciens cor eorum dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum & ſerpentium d.*] Sanè cùm ſimul omnes Deos, Deáſque ſacrorum

Antiſtes inuocarent, vniuerſos vtique velut multa tantum vnici ſupremíque omnium rerum moderatoris nomina deſignabant, vnúmque Numen agnoſcebant, quod tamen vulgo imperito pandere, nec Reipublicæ, nec ſibi ipſis tutum eſſe iudicabant; ne velut Nouatores morte plecterentur: adeò enim peruicax eſt vulgus, morúmque à patribus traditorum ita tenax, vt abſurdiſſima quæuis dogmata, ſi à maioribus ſint accepta, quantumcumque veritas ingeratur, efferato auſu, ac impetu propugnet.

POSTERIOR PARS.

De ſingulis Numinibus Commentitiis, quorum in Scriptura ſacra fit mentio.

DE vnoquoque Numinum Commentitiorum acturus iam in particulari ſingula eadem articulorum ſerie percurram, quâ & in ſacris vtriúſque Teſtamenti Codicibus recenſentur.

ARTICVLVS I.

De Numine Bonæ Fortunæ.

INter Commentitia Numina quorũ mentio fit in ſacris literis Bonæ fortunæ Numen prius occurrit; vbi Lia ſuſcepto ex Zelphâ ancilla ſua, quam marito ſuo Iacob tradiderat, filio [dixit feliciter, & idcirco vocauit nomen eius Gad *a*] hoc cum loco plerique & Hebræorum, & Græcorum, & Latinorum Bonam fortunam intelligunt: Liámque locutã aiunt, quaſi partui bene eſſet ominata. Nec immeritò: nam Hebræi fontes, pro illa particula editionis, feliciter habent Bagad, id eſt venit Gad, & nomen Gad apud eoſdem Hebræos, idem eſt ac felix, felicitas, fortuna. Hebrææ veritati ſubſcribit Chaldæus Paraphraſtes dicens, venit fortuna bona, & 70. Interpretes Legunt ἐυτύχῃ, & alibi. Gad δαιμόνιον vertunt vbi enim editio vulgata habet [*qui ponitis fortunæ menſam & libatis ſuper eam b*] & Latina eorum apud Hieronymum verſio habet, *parantes fortunæ menſam & implentes dæmoni potionem*] de quo ſacrorum ritu Doctor ille ait [eſt autem in cunctis vrbibus, & maximè in Ægypto, & in Alexandria Idololatriæ vetus conſuetudo, vt vltimo die anni, & menſis eorum qui extremus eſt ponant menſam refertam varij generis epulis, & poculum multo mixtum, vel præteriti anni, vel futuri fertilitatem auſpicantes. Hoc autem faciebant, & Iſraelitæ omnium ſimulachrorum portenta venerantes; & nequaquam altari victimas, ſed huiuſcemodi menſæ Liba fundebant.] Quòd autem ad Liam eo fortunæ nomine infantulo fauſta precantem attinet, id ad Aſtrologorum ſortes referri valet, quas à muliercula ibi vſurpari, vbi ipſæ initia ſua, & incrementa habuerint, videlicet in Chaldæa ac contermina Meſopotamia, non eſt mirum [Certè Lia, inquit Diuus Auguſtinus, propterea ſic locuta eſt, quòd adhuc Gentilitatis conſuetudinem retinebat:] etenim Aſtrologorum Antiquiſſimi, fata eorum qui naſcuntur à fortuna, ſiue fortunæ maximè ſuſpendi putabant: atque inde de re familiari, militia, peregrinatione, Magiſtratu, coniugio, opibus & quæ ſunt id genus, iudicabant, ſed hæc nihil ad nos; eas enim ſortes, ac themata genethliaca, & Horoſcopi rationes, reiicit damnátque ſacra Theologia, ſufficítque Scripturæ ſacræ ſtudioſo, vt ad prædictorum Geneſeos, & Iſaiæ, ſimiliúmque locorum intelligentiam, nouerit, fortunam bonam, eiuſque ſortem apud Antiquiſſimos pro Numine habitum, delubro item, & ſacris honoratam; ſolemne quoque fuiſſe Romanis Ἀγαθῇ τυχῇ. Id eſt Bonæ Fortunæ, monimenta ſacrare.

a Gen. 30. v. 11.

b Iſaie 65. v. 11.

ARTICVLVS II.

De Idolis Laban, & Teraphim.

IDola quæ furata eſt Rachel Patri ſuo Laban, Hebræi Teraphim vocant *c*, quæ quidem pro Diis ac Numinibus à ſe habita teſtatur ipſe Laban, dum ad primum occurſum generi ſui Iacob, ait illi, cum ſtomacho, [*cur furatus es Deos meos d.*] ea ab Aſtrologis effecta fuiſſe ſimulachra, vt futura prædicarent ſentit Rabbi Dauid Cimchi, & ad humanam formam, vt cœleſtis influentiæ eſſent capacia, adnotat Abraham, Abenn-Eſra celebris Iudæorum Theologus, & Aſtrologus. Vnde inter cauſas cur Rachel illa idola abſtulerit, hæc præcipua recenſetur, ne ſcilicet eorum inſpectione innoteſceret Laban, per quod iter ipſa cum Iacob marito ſuo abiiſſet fauet Diuus Auguſtinus dum ait *e*; [quòd Laban dicit quare furatus es Deos meos, hinc illud fortaſſe quòd augurari ſe dixerat] vbi enim anteà Laban loquens ad Iacob iuxta editionem vulgatam ait, [*Experimento didici quia benedixerit mihi Deus propter te f*] vetuſtiores vertunt [*auguratus ſum, quod benedixerit mihi Deus propter te.*] Et de prænoſcendo ſeu coniiciendo locum illum intelligunt Hebræi, imò & Aben-Eſra, Augurium illud ad Teraphim Laban refert.

Huiuſcemodi Teraphim, in ſacris literis, mentio ſæpiùs occurrit, dicitur in libro Iudicum *g* de matre Michæ, [*tulit ducentos argenteos, & dedit eos argentario vt faceret ex eis ſculptile, atque conflatile, quod fuit in domo Michæ, qui ædiculam quoque in ea Deo ſeparauit, & fecit Ephod & Teraphim, id eſt veſtem ſacerdotalem & idola, impleuítque vnius filiorum ſuorum manum, & factus eſt ei ſacerdos.*] Perperam Dei & idolorum ſeu Dæmoniorum cultum miſcuit hic Micha, Ephod enim & Leuitam Bethlaemitem de quo in eodem Scripturæ loco *h* fit mentio, indubitanter Deo vero ſacrauit; Teraphim autẽ & conflatilia dæmonis vtráque tamẽ ſacro & diuino cultu honorãda duxit. Hoc quo-

c Gen. 31. v. 19.

d v. 30.

e Quæſt. 4. in Gen.

f Gen. 30. v. 27.

g c. 17. v. 4. 5.

h v. 7.

a c.3.v.4.

que ſenſu intelligendum eſt illud Oſee a Prophetæ [*Dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine Rege, & ſine Principe, & ſine ſacrificio & ſine altari, & ſine Ephod & ſine Teraphim.*] Sacrificium enim, & Ephod ad verum cultum; Teraphim verò ad Idololatriam referuntur, vt patet vel ex hoc Ezechielis loco b[*Stetit Rex Babylonis in biuio in capite duarum viarum, diuinationem quærens, commiſcens ſagittas, interrogauit idola, exta conſuluit ad dexteram eius facta eſt diuinatio ſuper Ieruſalem vt ponat arietes,* &c.] vbi enim editio vulgata Legit idola, Hebræi fontes habent Teraphim. Cæterùm quia diuinatio hæc, de qua agit, Propheta inſignis eſt, & difficilis intellectu de ea agetur c. Sunt qui volunt Teraphim effigies eſſe ad certos ſyderum poſitus, & ſecundùm figuras in cœlo creditas efformatos; ſæpiùs tamen ad Teraphim naturam accedunt ſimulachra, quæ non ſolùm à ſyderum poſitura, verùm etiam ab inhabitatione dæmoniorum, & oracula reddere, & mala depellere putabantur. Huiuſmodi ſtatuarum vetuſtiſſima eſt memoria apud Mercurium Triſmegiſtum d qui eas vocat futurorum præſcias, animatas ſenſu, & ſpiritu (id eſt dæmone, ſiue Angelo plenas. Innumera ſanè apud Magos Angelorum nomina & plurima occurrunt in Apocryphis Henoch. Quia nomina Angelorum obſeruare iureiurando obſtringebantur, Eſſenorum ſectæ olim initia, vt ſcriptum reliquit Ioſephus, quos perſtrinxit forſan Apoſtolus dum ſcribēs ad Coloſſenſes e, ait. *Nemo vos ſeducat in Religione Angelorum.*

b c.21.v.21. 22.

c Tract. ſeq.

d In Aſclep.

e 2.v.18.

ARTICVLVS III.

De Vitulo Aureo.

VItulum aureum (bouem ſi vis appelles licet (Iſraëlitæ Ægypriâ ſuperſtitione inquinati in deſerto erexerunt, coluerúntque f, & dixerunt [*Hi ſunt Dij tui Iſrael qui te eduxerunt de terra Ægypti, quod cum vidiſſet Aaron ædificauit altare coram eo, & præconis voce clamauit, dicens: Cras ſolemnitas Domini eſt; ſurgenteſque mane obtulerunt holocauſta, & hoſtias pacificas, & ſedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere g. Cumque appropinquaſſet Moyſes ad caſtra vidit vitulum & choros g*:] Quo ſimulachro celebratiſſimum illum Ægyptiorum bouem, Apin, ipſos exhibuiſſe volunt Patres, & ab hoc Api cultum aurei illius vituli initia traxiſſe ſentiunt: inter illos Lactantius i de ipſis Iſraëlitis ait, [In luxuriam prolapſi ad prophanos Ægyptiorum ritus, animus tranſtulerunt. Cùm enim Moyſes dux eorum aſcendiſſet in montem, átque ibidem 40. dies moraretur, caput bonis quem vocant Apin, quod eis ſigno præcederet, figurarunt:] ſi mireris quòd non vitulum, aut bouem dixerit, ſed caput bouis, audi Optatum Mileuitanum k aliósque in ea loquendi formâ Lactantio conſentientes: [temporibus Moyſis, ait ille, populus Iſraël caput vituli coluit.] Accedit Tertullianus: [Cùm ex monilibus fœminarum, & annulis virorum aurum fuiſſet igne conflatum, & proceſſiſſet eis bubulum caput.] Vituli caput memorat Hieronymus l [Videtur, inquit, idcirco mihi populus Iſraël in ſolitudine feciſſe ſibi vituli caput, quòd coleret & Ieroboam filius Nabat vitulos aureos fabricatus, vt quod in Ægypto didicerant Ἆπιν καὶ Μνεῦιν, qui ſub figura boum coluntur eſſe Deos, hoc in ſua ſuperſtitione ſeruarent.] Nonnulli Apin ſolis ſymbolum fuiſſe aſſerunt, alij Mneuim Soli, Lunæ verò Apin ſacrum dictitant.

Exod.32. 4.

g v.4.5.6. v.19.

i De vera ſapien.c.10.

k Lib.3.

l Ade.4. Oſee.

Quicquid ſit Apis ille non coitu pecoris, ſed cœleſti igne, vel radiis Lunaribus conceptus, ita fingebatur, corpore niger, quadrato in fronte candore, albâ maculâ, cornicularis Lunæ imaginem referente, dextróque Lateri ingenitâ, duplicibus pilis in cauda, & lingua notatus cantharo, puta ſcarabeo, vel cœleſti ſigno, quod in Aquario triplici ſtella conſtat. Cúmque hac forma inuentus eſſet nouus Apis, ſolemni pompâ, Memphim Ægypriorum Regiam à Sacerdotibus deducebatur, pueris in ſacro illo comitatu carmen, nato, repertóque Numini vniuerſis præcinentibus, & lautiſſimo conuiuio publico gaudium atteſtantibus m, is tamen Deus poſt certum anorum ſpatium, in ſactis illorum libris præſcriptum, profundo ſacri fontis, id eſſe Nili immerſus necabatur, nec diem ei longius licebat trahere móxque alius requitebatur, illâ quàm diximus, ſolemnitate ſacrandus.

m Alexan. ab Alex. lib.6. c.2. Nascallinas lib.21. Suid. n Papinius

Haud parum Analoga ſunt ea, quæ de Apis ſolenniis relata ſunt, & illa quæ de feſto Vituli aurei recenſet Moyſes; è quibus id præſertim obſeruandum, quod ipſas etiam Apis notas in vitulo ſuo conflatili Aaron figurare tentauerit, vbi enim Editio vulgata Legit [*& formauit opere fuſorio & fecit vitulum conflatilem o.*] Hebraïca veritas ſignificat, & formauit eum ſtylo, ſeu graphio figurauit. Sanè cum conſtet idolum illud fuiſſe conflatile, haud facilè intelliges quid ſtylo fecerit Aaron, niſi notas Apis, aut eiuſmodi quid inſculpſerit. Id quoque animaduertendum quòd Moyſes [arreptum vitulū quem fecerant combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aqua p] Api illo aquis ſubmerſo.

o Exod 32. v.4.

Cæterùm Vitulus ille ex auro conflatus ab iis qui mores imbiberant Ægyptios, ſymbolum fuit Apidis Ægyptij, qui erat aureus, aut ſaltem deauratus, vt euidenter patet ex facto Ieroboam, qui cum diù in Ægypto egiſſet, & Vitulos in Dan & Bethel collocandos formare vellet, ex auro eos conflauit, nec abs re Iſraëlitis à Deo prohibitum fuit [*Deos aureos non facietis vobis.*] Nec ſinè graui de cauſa hortatur ipſos Iſraëlitas Moyſes, vt & ab aliis quoque caue[illegible] Numinibus Ægyptiorum, qui præ cæteris gentibus in ridiculam Deorum turbam erant infames, monétque ne huiuſmodi ſimulacbra efforment. [*Cuſtodite igitur ſolicitè animas veſtras*, inquit, *non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die, qua locutus eſt vobis Dominus in Horeb, de medio ignis: ne forſè decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem aut imaginem maſculi vel fœminæ ſimilitudinem omnium iumentorum, quæ ſunt ſuper terram, vel auium ſub cœlo volantium, at-*

p v.20.

Exod.20. v.23.

que

que reptilium, quæ mouentur in terra, ſiue piſcium quæ ſub terra mouentur in aquis: ne fortè eleuatis oculis ad cælum videas Solem, & Lunam, & omnia aſtra cæli, & errore deceptus adores ea, & colas quæ creauit Dominus Deus tuus in miniſterium cunctis gentibus, quæ ſub cælo ſunt, voſque tulit Dominus, & eduxit de fornace ferrea Ægypti, vt haberet populum hæreditarium, ſicut eſt in præſenti die a.]

a Deut.4.v.15.&c.

ARTICVLVS IV.

De Idolo Beelphegor, & Chamos Numinibus Moabitarum.

ISraëlitas Idolo Beelphegor initiatos aſſerit Moyſes his verbis: [*Morabatur autem eo tempore Iſraël in ſettim, & fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ſacrificia ſua. At illum comederunt, & adorauerunt Deos earum, initiatúſque eſt Iſraël Beelphegor, & iratus Dominus*, &c. *b*] Ex quibus conſtat Beelphegor Moabitarum, fuiſſe numen, Idolúmque turpitudinis: cuius verò turpitudinis, haud expreſſum ſe inueniſſe apud Hebræos aſſerit Origenes *d*, his verbis: [Interpretationem nominis ipſius cùm requireremus, attentiùs inter Hebræa nomina hoc tantum inuenimus ſcriptum, quòd Beelphegor ſit ſpecies turpitudinis. Noluit tamen declarare, quæ, vel qualis ſpecies, vel cuius eſſet turpidinis, honeſtati credo conſulens, qui interpretatus eſt, ne auditum pollueret audientium.] Eam tamen ſpeciem nominíſque interpretationem Hebræorum rerum peritiſſimus Hieronymus poſtea indicauit *e*. Quam & nos eidem conſulentes honeſtati ſobticemus, iſtis tantùm eiuſdem Doctoris contenti verbis [Ipſi autem educti de Ægypto fornicati ſunt cum Madianitis, & ingreſſi ſunt ad Beelphegor Idolum Moabitarum, quem nos Priapum poſſumus appellare.] Quibus conſentiunt Iſidori verba *f*. Beelphegor interpretatur ſimulacbrum ignominiæ Idolum enim fuit Moab, cognomento Baal, ſuper montem Phegor, quem Latini Priapum vocant. Deum Hortorum.] Turpiſſimum hoc ſimulachrum confregit, & combuſſit piiſſimus Aſa Rex Iuda: de eo námque dicitur: [*Inſuper & Maacham matrem ſuam amouit, ne eſſet Princeps in ſacris Priapi, & in loco eius quem conſecrauerat: ſubuertitque ſpecum eius, & confregit ſimulacbrum turpiſſimum & combuſſit in torrente Cedron.*

b Num.25. v.1.2.3.

d Hom.20. in Num.

e Ad c.4.& 9. Oſee.

f Lib.8.Orig.

Sacrificia quæ teſte Moyſe in ſacris Beelphegor comedebantur erant inferiæ in memoriam defunctorum peractæ, vt canit Pſalmographus: [*Et initiati ſunt Beelphegor, & comederunt ſacrificia mortuorum.*] Id eſt victimas quas Diis Manibus, ſeu Ioui Stygio, vel Plutoni mactabant: & ritè epulantes iuſta faciebant, ac ſi nouendiales ferias agerent. Hic cultus, hæc Idoli ſacra.

Eiſdem Moabitis erat Numen nomine Chamos, de quo Ieremias, [*& ibit Chamos in tranſmigrationem, Sacerdotes eius, Et principes eius ſimul g.*] Et poſt pauca. *& confundetur Moab à Chamos, ſicut confuſa eſt domus Iſraël à Bethel in qua habebat fiduciam h.*] Hoc Numen voce tantùm à Beelphegor diſtare ſentit Diuus Hieronymus *i*; ait enim. [In Nabo erat Chamos Idolum conſecratum, quod alio nomine appellatur Beelphegor.] Philo Iudæus *k*, eius Etymologiam explicat dicens [Chamos ſonat vt contrectatio, ſiue vt palpatio quæ cæcis ferè propria.]

g Ierem.48 v.7.

h v.13.

i Hieron. in Iſaie.

k Allegor.

ARTICVLVS V.

De Dagon Idolo Azoti.

SAcratiſſimum fuit apud Philiſtinos Numen Dagon *l*, & celebre apud eoſdem In Azoto inclyta ipſorum vrbe, Dagonis fanum, in quo Arcam fœderis cœſis Iſraëlitis ſublatam intulerunt: [*& ſtatuerunt eam iuxta Dagon*, vt ſacra narrat Hiſtoria, *Cúmque ſurrexiſſent diluculo Azotij, altera die ecce Dagon iacebat pronus in terra, ante Arcam Domini. Et tulerunt Dagon, & reſtituerunt eum in locum ſuum. Rurſumque mane die altera conſurgentes inuenerunt Dagon iacentem ſuper faciem ſuam in terra coram Arca Domini: caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abſciſſa erant ſupra limen. Porrò Dagon ſolus truncus remanſerat in loco ſuo m:*] Id eſt tantummodò forma piſcis relicta eſt in eo. Etenim Dagon à voce Dag ſeu Dagah, quæ in lingua ſacra piſcis interpretatur, originationem accipit. Vetuſtiſſima de hoc Numine, ex Aſia teſtimonia præferunt Authores propbani *n*; vbi de Oanne ſuo agunt, aiúntque fuiſſe animal cuius caput, & vox humana, cætera piſcis, è cuius tamen cauda adnaſcerentur pedes humanis ſimiles, è mari Erythræo emerſum Babyloniam peruenisse fabulantur, occidente verò ſole in mare rediuiſſe, morémque hunc amphibiorum inſtar repetiuiſſe; ab eo homines omnifarias artes, literas, agriculturam, ædium ſacrationes, Architecturam & Leges politicas, & quidquid ad vitam ciuilem pertinere potuit, didiciſſe. Simulachrum autem eius vſque ad Beroſi tempora, id eſt ad initia Græcæ Monarchiæ ſeruatum. Hæc de Dagon ſub nomine Oannis dicta eſſe tenet Seldenus *o*.

l Iudic.16. v.23.

m 1.Reg.5. v.4.5.

n Beroſus Apollod.

o De Diis Syris.

Maſculinum Numen vulgo habetur Dagon, demigrauit tamen in Deum Adirdagam, quæ & Adargidis, Adargatis, Derceto, Derca, & quæ ſunt alia ab Europæis deprauata eius nomina, variè nuncupata eſt. Hæc námque ſubinde corrupta vocabula ab Aditga proflunnt, quæ vox iuxta veritatem Hebraicam idem ſonat ac piſcis magnificus, ſeu potens, quod ſanè nomen Dagoni ſeu Oanni ex humana & marina figura coaleſcenti qui tot fingitur hominibus contuliſſe beneficia, conuenientiſſimum eſt.

Si qua in ſabulis ſit marinæ illius in Dagone, aut Adiodaga, figuræ ratio, ea eſt, quòd olim piſces Dereen Veneris filiam in mare decidentem ab aquarum iniuria ſeruaſſent *a*, ſiue ob ipſius Veneris Typhonem fugientis in Piſcem metamorphoſim. Et hinc fiebat quòd Piſcem Syri venerarentur *b*. Et quod ab eſu Piſcium, veluti Deorum, abſtinerent: vt patet ex illo Ouidij *c* [*Meviolent timidi piſcibus ora Syri*] timebant enim ne ſibi venter, aut aliud quod menbrum ſi piſcibus veſcerentur, Dea Vindice, intumeſceret, vel vlceribus ſcateret, aut hepar tabe conſumeretur, atque hoc gulæ facinus expiabant ſacco induti in cœno ſiue ſterquilinio volutati ſedentes *d*.

a Theo. in Arat.
b Lic. lib. 3. de nat. Deor.
c Lib. 2. hiſt. faſt.
d Plutarch.

ARTICVLVS VI.

De Idolo Moloch.

INter commentitia Ammonitarum Numina, poriſſimum erat Moloch *e*, Idolum ex ære conflatum, vt ait Rabbi Salomon, additque Paulus Phagius faciem huius idoli fuiſſe vt faciem vituli, manus planè diſpoſitas ad recipiendum ab aſtantibus, & ſaltabant interim dum puer in Idolo igne ſuccenſo cremabatur; huic enim Idolo execrando, crudeliſſimi Parentes ritu ſolemni filios cremabant, in quos has Deus minas intentat: [*ſi quis dederit de ſemine ſuo Idolo Moloch, morte moriatur, populus terræ lapidabit eum, & ego ponam faciem meam contra illum, ſuccidámque eum de medio populi ſui, eo quòd dederit de ſemine ſuo Moloch, nec voluerit eum occidere, ponam faciem meam ſuper hominem illum, & ſuper cognationem eius, ſuccidámque & ipſum, & omnes qui conſenſerunt ei, vt fornicaretur cum Moloch, de medio populi ſui f.*] Et libro 4. Regum dicitur de pio Ioſia Rege Iuda: [*Contaminauit quoque Topheth, quod eſt in conualle filij Ennom, vt nemo conſecraret filium ſuum, vel filiam per ignem Moloch g.*

e 3. Reg. 11. v. 33.
f Leuit. 20. v. 2. 3. 4. 5.
g 4 Reg. 23. v. 10.

Non combuſtos, aut mactatos pueros ſcribunt plerique Hebræorum, ſed duabus Pyris exſtructis per illarum medium ſolummodò traductos, & velut febrnatos, ſacerdotibus Moloch, rem procurantibus: vel vt alij dicunt, ipſo patre humeris geſtante puerum quem ritu ſolemni traderet ſacerdotibus, qui poſtmodùm illum patri reddebant. Verùm non modò traductos per ignem ſed etiam crematos pueros illos in Idoli ſacrificium, conſtat ex Pſalmographo cultum illum execrandum his verbis exprobrante: [*Immolauerunt filios ſuos & filias ſuas dæmoniis h.*] Accedit Ioſephus, qui hiſtoriam de Achaz Rege Iuda iuxta hunc immolationis ſenſum refert, etſi de illo dicat ſcriptura: [Inſuper & filium ſuum conſecrauit transferens, per ignem, ſecundùm Idola gentium.] Idipſum maniſeſtiùs patet variis ex Prophetis, præſertim ex Ieremia: [*Ædificauerunt excelſa Topheth, quæ eſt in valle filij Ennom, vt incenderent filios ſuos, & filias ſuas igni, quæ non præcepi nec cogitaui in corde meo, ideò ecce dies venient, dicit Dominus, & non dicetur amplius Topheth, & vallis filij Ennom, ſed vallis interfectionis, & ſepelient in Topheth i.*] idem alibi reperitur. *k*

h Pſal. 105. v. 37.
i Ierem. 7. v. 31. 32.
k c. 19. v. 5.

In his, aliiſque ſimilibus ſcripturæ locis obſeruandum eſt, Vallem filiorum Ennom fuiſſe in agro ſuburbano, propè Ieruſalem ad aquas Siloë: iuxta ſacram Etymologiam Ennom dicitur à rugitu, ſeu lamentis puerorum dum exurebantur: ſicut Topheth à tympano, quia ne lamenta illa & eiulatus à parentibus exaudirentur, tympanis dum abominanda ſacra fierent, vicinia perſonabat, quin & lamenta puerorum aut parentum inter mactandum exaudiri piaculum habebatur, tanti horroris erant illa, illáque vallis Ennom, vt ab ea Euangeliſtæ deduxerint vocem τὴν γέενναν quæ inferorum pœnas denotarent; Nec ignorandum quòd Moloch dicitur Baal & Melchom *l*. Et vbi Diuus Lucas ait: [*& ſuſcepiſtis tabernaculum Moloch:*] Syrus & Arabs ſcribunt Melchon, quod ad vetus Teſtamentum referas oportet, ex quo locus iſte depromptus eſt *m*.

Mach. 5. v. 22. 29.
l Ierem. 19. v. 5.
3. Reg. 11. v. 7.
Act. 7. v. 43.
m Amos. 5. v. 26.

Cæterùm numen Moloch plerúmque cenſent Saturnus Latinis, Græcis Κρόνος cui pueri immolabantur, eáque ſacra nefanda è Syria in Europam & in Africam migrarunt. Ouidij faſtos, Macrobium, alióſque perquàm obuios conſulat, qui de Europæo Saturno id diſquirit. Lactantius refert Carthaginienſes Saturno humanas hoſtias, ſolitós immolare, & cum victi eſſent ab Agathocle Rege Siculorum, iratum ſibi Deum tenentes, vt diligentiùs piaculum ſoluerent, ducentus nobilium filios mactaſſe. Ad Tyberij vſque tempora impium illum morem in Africa duraſſe ſcribit Tertullianus *n*.

Lib. 1. de diuin. inſt. c. 21 ex Feſto.
n Apol. c. 9.

Nec horrendi illius puerorum ſacrificij, ſi fides Phœnicum annalibus adhibenda ſit, latet origo. Tradidit ex eis Porphyrius Saturnum, quem Phœnices Iſraël nuncupabant, Regem Phœniciæ vetuſtiſſimum, vt regnum ſuum à ſummo imminentis belli periculo liberaret, ſuperóſque propitios haberet, vnicum filium Regio ornatum faſtu conſtructam ſuper aram immolaſſe. Quod exemplum nefariâ poſteritas perperam intellectum imitata eſt; ſi ea hiſtoria commentum ſit, crediderim quòd alluſio fiat ad ſacrificium Abrahę de filio ſuo vnigenito Iſaac, Nec obſtat quòd rex ille Iſraël dictus ſit, & nomen Iſraël dictus ſit, & nomen Iſraël non Abrahæ, ſed Iacob conueniat, neque enim Hiſtoria ſacra, niſi interpolata, & falſis permixta potuit à prophanis Scriptoribus enarrari, maximè cùm verba & res ſacras, ad impias Magorum operas arriperent, & ex rebus diuinis in tabulas ſacras relatis, horrendos & nefandos cultus inſtituerent.

ARICVLVS VII.

De Aſtarthe Dea Sidoniorum.

PRæcipuum Sidoniorum Numen memoratur Dea Aſtarthe, vti dicitur [*ſed colebat Salomon Aſtarthen Deam Sidonio-*

rum

rum a:] Quæ qnidem Aſtarthes alibi vocatur, [Aſtaroth idolum Sidoniotum *b*] neque enim ſcriptura ſacta, aut etiam priſea Gentium myſteria ſtatuunt ſexum certum in falſis Numinibus aut idolis: Vnde hoc exprobrat Gentilibus: conſueſtis, inquit, Arnobius *c* in piecibus, ſiue tu Dens es, ſiue tu Dea, dicere. Quin & ipſe Mercurius Triſmegiſtus Deum ἀῤῥενόθηλυν, id eſt maſculo fœminam vocat. Et ex hac ſexus ratione communi LXX. Interpretes Baal generale Deorum nomen, adiunctione articuli, nunc maſculinum faciunt, nunc fœmininum: dicendo τῷ Βαὰλ, καὶ τῆς Βαὰλ, τῷ Βαὰλ καὶ τῇ Βαὰλ, quos etiam in eo ſequitur Diuus Paulus *d*.

a 3. Reg. 11. v. 5. 33.
b 4. Reg. 23. v. 13. Iudic. 2. v. 13. 1. Reg. 7. v. 3
c l. 3. aduerſ. Gentes.
d Rom. 11. v. 4.

Porrò cnm nomen illud Aſtaroth alludat ad vocabolum Aſteroth, quod apud Hebræos, Lucos ſignificat, hnc referunt aliqui qnod de Manaſſe Rege Ioda dicitur: [*Poſuit quoque Idolum Luci quem fecerat in Templo Domini e.*] Quercum cui cultus exhibebatur intelligit R. Salomon Iarchi. Si quis citea hæc coniecturæ detur locus, crediderim Idolnm illud Luci, in Templo Salomonis, ab impio Manaſſe collocatum, fuiſſe Aſtarthes ſimulachrum, quod quia ex Ligno compactum erat, haud incongruè Idolum Luci ſeu Lucus, & Aſteroth iuxta Hebraïcam veritatem dicitur, vt & ad nomen Aſtaroth fieret alluſio, & tam impari Diuinitati, ligneæ materiæ contumelia ipſo vocabulo exprobraretur.

e 4. Reg. 21.

Huic Idolo vrbs erat cognominis Aſtaroth, Regia Og Regis Baſan. *f* An ab hac vrbe Idolo ipſi, an ab iſto vrbi nomen translatum ſit, incertum puto. Quale autem Numen fuerit Aſtarthes, & quam Deitatem à prophanis Authoribus decantatam repræſentarit? Lucianus *g* Aſtartem Lunam eſſe opinatur, ſeu Iunonem, D. Auguſtinus de Poëtis loqnens ait *h*: [*Iuno ſine dubitatione ab illis Aſtarthea vocatur.*] Venerem eſſe vult Cicero *i*, Alij Mineruam. Verùm Lunæ, Iunonis, Veneris, aut Mineruæ nomina, ſi ad Aſiaticos Deos reſpexeris, ita ſunt confuſa, vt qui vnam dixerit, alias vtcunque ſubindicet. Quinimò ſicut plures erant Iunones, Plures Veneres, Deæ Syriæ Plures,[1] ob ſimulachrorum multitudinem, ita & plures Aſtartæ, & in plurali numero à LXX. Interpretibus αἱ Ἀστάρται aliqnando exprimantur. Eamque tot Dearum pluralitatem illi deſignarunt qui ritus Aſiaticos ſecuti [*Deabus matribus*] aras ſacrabant Lunam potiſſimùm per Aſtarten intellexiſſe videtur Ieremias, vbi Reginam cœli, id eſt Lunam, [quæ non minùs Regina cœli, quàm Sol Rex cœli dicitur) commemorat, & ſacta quæ fiebant ei, recenſet. [*Filij*, inquit, *colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt farinam vt faciant placentas Reginæ cæli, & libent Diis alienis k.*] Et alibi commurmurantes impij Iudæi aiunt: [*Ex eo autem tempore, quo ceſſauimus ſacrificare reginæ cæli, & libare ei libamina, indigemus omnibus; & gladio & fame conſumpti ſumus. Quod ſi nos ſacrificamus reginæ cæli, & libamina; numquid ſine viris noſtris fecimus ei placentas, &c. l*] His ſanè, aliiſque *m* locis, per reginam cœli, ſeu Lunam, Aſtarten intelligi: Propheta; Lunam maximè ſeſe oſtendit Aſtarthe, cum fronte corniculata fuerit conſpicua.

f Ioſue 9. v. 10. c. 12. v. 4. 1. Paral. 6. v. 71.
g Περὶ συρίης θεᾶς.
h qu. 16. in c. 2. Iudic.
i de natura Deos l. 3.
k Ierem. 7. v. 18.
l c. 44. v. 18. 19.
m v. 17. 25.

ARTICVLVS VIII.

De Beelzebub Deo Accaron.

PRæcipuum Accaronitarum, ne dicam Philiſtinorum numen, erat Beelzebub; de quo in vtroque Teſtamento non ſemel fit mentio. Hunc impius Ochozias rex Iſraël, cum per cancellos cænaculi ſui, diſrupto ſcilicet opere reticulato, præceps cecidiſſet, colliſo corpore conſuluit per nuntios, dicens ad eos: [*Ite conſulite Beelzebub Deum Accaron vtrum viuere queam de infirmitate mea hac n.*] De hoc quoque procedunt atrociſſimæ illæ Scribarum & Phariſæorum in *Chriſtum* contumeliæ & calumniæ [*Quoniam Beelzebub habet o*] [*Si Patrem familias Beelzebub vocauerunt p*] [*In Beelzebub Principe Dæmoniorum eiicit Dæmonia q.*]

n 4. Reg. 1. v. 2.
o Mar. 3. v. 22.
p Math. 10. v. 25.
q c. 12. v. 24. Luc. 11. v. 15

Beelzebub in lingua ſacra, idem ſonat ac Dominus, ſeu Deus muſca, ſeu muſcæ: & Ioſephus de prædicto Ochoſiæ lapſu verba faciens, Accaronitarum Deum, & muſcam eum appellat, quo etiam nomine LXX. Interpretes vſi ſunt, eorumque verſionem Gregorius Nazianzenus, aliique ſecuti ſunt. Vtrum ab Accaronitis inuentum fuerit id nomen, an à Iudæis in Idoli opprobrium, diſputatur, A muſcarum multitudine, quæ victimarum carnes abundè nimis ac importunè ſectantur, originationem ſuam accepiſſe, nonnulli putant; ob illud maximè, quia veri Dei ſacra, muſcas nequaquam infeſtaſſe ferat traditio. Denominationi iocum acceſſiſſe vult Scaliger dum ait: [Id quod dicebatur Beelzebub, Deus victimarum immolationum, ſacrificiorum, ioculari vocabulo Scriptura vocauit Deum Muſcæ, quod in Templo Hieroſolymitano muſcæ carnes victimarum non liguriebant quum tamen gentium fana, à muſcis infeſtarentur, propter nidorem victimarum.] Crediderim quod vulgò, paſſim ab ipſis etiam Accaronitis Beelzebub dicebatur, neque enim eius nominis, niſi veluti Numinis venerandi mentionem fecit Ochozias rex Iſraël, cum dixit. [*Ite conſulite Beelzebub Deum Accaron r:*] Ecquis enim Deum quem coleret, ac de ſalutis inſtauratione conſolendum duceret, contumelioſo, aut ioculari vocabulo compellaret? neque ita turpe aut inhoneſtum, vt quis crederet, cenſebatur vocamen illud, cum ipſi quoque Europæi Iouem & Herculem, ſub eiuſdem ſignificationis nomine ſolerent nominare Μύαγρον eum, & Ἀπόμυιον à muſca vocitantes. An verè hæc Diuûm cognomina, minùs quàm illud Accaronitarum ex ſeipſis ridicula? An Accaronitæ in Idolorum titulis, religioſiores magis cenſendi, quàm Romani, aut Græci?

r 4. Reg. 1. v. 2.
Ἀπόμυος abactor muſcarum.

Nec hoc loco ſubticendum, quòd Græcorum nonnulla, eaque Doctorum ſenſu optima, D. Matthæi Marci, ac Lucæ exemplaria, vbi de Beelzebub fit mentio, Βεελζεβὺλ

babent;& Origenes,Athanaſins, Chryſoſtomns, ac plerique Veterum Beelxebnb legnnt, quod idem eſt,ac Dominus ſeu Dens ſtercoreus,ſeu ſtercoris. Haud malè dixeris iſtud in contumelian Idoli, & Idololatrarum inuentum vocabnlum,vt ſentit Druſius, adnotans etiam huiuſmodi appellationes in fictorum Numinum ignominiam fieri ſolenniter præcepiſſe Iudæorum ſapientes. Inde eſt qnod mendaciſſimum illum impoſtorem Meſſiæ nomen ſub Traiano ſibi vendicantem,Barchocebam, id eſt filium ſtellæ, priùs dictum, Barchozibam poſteà, id eſt filium mendacij appellarint.

Cæterùm qua de cauſa apud Mattheum, Matcnm,& Lucam Scribæ,& Phariſæi *a* Beelzebub Principem Dæmoniorum nuncupent, haud ita compertum eſt; id ſe latere fatetur Origenes,neqne enim Beelzebub Dæmoniorum Principem faciunt Hebræorum monlmenta, ſed Aſmodæum potiùs, quem Chaldæns Paraphraſtes *b* vocat Aſchmedæi, ſic dictus à ſchamad, hoc eſt perdidit, ſiue exterminauit; quod equidem nominibus illis Angeli, Abyſſi, ſcilicet Ababdon, & Ἀπολλύων perquam eſt congruum; appellatur & ab Elia *c* Samaël, quod volunt proprium eſſe nomen diaboli, qui primos decepit parentes, Refert idem Elias Veterem commemorationem Sanctorum Eccleſiæ Orientalis in qua legitur: Accuſationis Samaëlis ne recorderis, memento autem defenſionum Michaëlis. Notiſſima ſunt nomina ſatanas, id eſt, aduerſarius ſeu inimicus, & Διάβολος, id eſt calumniator, qnæ etſi communia malignis Spiritibus dici poſſint, Cacodæmonum tamen Principi propria eſſe non eſt improbabile. De Satanæ nomine videri poteſt Iuſtinus Martyr *d*, ſicut & de Luciferi Euſeb. *e*

a Math.12. v.24. Marc. 3.v.22. Luc. 11.v.15.

b in c.1.Eccl.

c Elias in Thisbi.

d Dial. ad Tryphon. Iudæum.

e in demõſtr. Euang. l.9. c.9.

ARTICVLVS IX.

De Remmon Syrorum Numine.

HVius Numinis mentionem fecit Naaman leproſus, princeps militiæ regis Syriæ,iam à lepra ſua ſanatus ab Elizeo, & ad verum Deum conuerſus, dixitque Prophetæ: [*Non enim faciet vltrà ſeruus tuus holocauſtum aut victimam Diis alienis, niſi Domino. Hoc autem ſolum eſt, de quo deprecaris Dominum pro ſeruo tuo, quando ingredietur Dominus meus Templum Remmon vt adoret, & illo innitente ſuper manum meam, ſi adorauero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, vt ignoſcat mihi Dominus ſeruo ſuo pro hac re f.*]

f 4.Reg.5. v.17.18.

Remmon linguâ ſacrâ malum punicum ſignificat, & Venerem denotari, cenſeri poteſt, quòd Poma Veneri dicata,eiuſque ſimulachra, vix abſque illo fructu ſacrentur.

ARTICVLVS X.

De Numinibus Aſſyriorum qui Samariam miſſi ſunt.

QVum Salmanaſar Aſſyriorum rex, exciſo ſob Oſee, Iſraëlis ſeu Samaritanorum regno, incolas captiuos abduxiſſet in Aſſyriam; alios [*Adduxit* inquit Scriptura, *de Babylone, & de Cutha, & de Auah, & de Emath, & de Sepharuaim, & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filiis Iſrael g.*] Et infra [Et vnaquæque gens fabricata eſt Deum ſuum: poſueruntque eos in fanis excelſis, quæ fecerant Samaritæ, Gens & Gens in vrbibns ſuis,in quibus habitabat. Viri enim Babylonij fecerunt Sochoth-benoth: viri autem Cbutæi fecerunt Negel:& viri de Emath fecerunt Aſima. Portò Heuæi fecerunt Nebahaz, & Tharthac. Hi autem qni erant de Sepharuaim comburebant filios ſuos igni Adramelech & Anamelech diis Sepharuaim *h*.] de ſingulis iſtis Aſſyriorum Nnminibns,ſingulis etiam ſectionibus agendum eſt.

g 4. Reg.17. v.24.

h v.29.30. 31.

SECTIO I.

De Numine Babyloniorum Sochoth-Benoth.

VOlunt Hebrænrum nonnulli Sochoth-Benoth ſimulachrum fuiſſe Gallinæcum pullis ſuis; ſed hæc Rabinorum deliria ſunt. Nomen enim iſtud Soccoth-Benoth, iuxta Hebraicam veritatem, idem eſt, ac Tabernacula filiorum; ſeu muliercularum: nec tam Deum aliquem, Deámve, quam fanum ipſum, ſacróſque in illo ritus videtnr denotare. Ipſiſſimum enim erat Babyloniæ Mylittæ, ſiue Verenis Vranlæ Templum, vbi puellæ corolliſè funiculis tennibus reuinctæ, ſedebant ſingulis in ſpatiis, ad quas aduentantes hoſpites, ritè imploratâ Venere Mylittâ, pecnniáque quantulacúnque data (quæ Deæ ſacra erat)enm eis à fano ſubductis turpiter verſabantur. Nec cuiquam earum fas erat priùs inde diſcedere, qnam ad hanc ſpurcitiam fuiſſet electa; fiebátque vt deformiores diù nonnunquam id exſpectarent. Lege verò patriâ omnibus fœminis erat commune, vt ſemel in vita, ita deſidentes illam cum aduenis conſuetudinem haberent. Et hæc planè filiarum ſeu muliercularum tabernacula Soccoth-Benoth propriiſſimè dicuntur. Qui Hiſtoriam de his optat ampliorem, conſulat Herodotum *i*, & Strabonem *k*, ex quibus illa depromere coëgit neceſſitas, cum ſinè ipſis, vllus haud capere poſſet Ieremiam, dum in ſua ad Iudæos in Babylonia captinos Epiſtola, hortatur eos, vt à prædicta Babyloniorum caueant Idololatria: [*Mulieres autem*, inquit, *circumdata funibus in viis ſedent, ſuccendentes oſſa oliuarum: cum autem aliqua ab ipſis attracta ab aliquo tranſeunte, dormierit cum eo, proxima ſuæ exprobrat, quòd ea non ſit digna habita, ſicut ipſa, nec funis eius dirruptus ſit l.*] Illas Veneris Mylittæ Puellas Ieremiam indicaſſe, vel ex ipſis eiuſdem verbis, ſatis manifeſtum eſt; & ſimilis turpitudo prohibetur in Leuitico his verbis. [*Ne proſtituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo.*]

i lib.1.

k lib.16.

l Baruch.6. v.42.43.

Difficile eſt hoc loco ſcire, qui fuerint illi funes quibus circundatæ erant mulieres, & quæ illa quæ ſuccendebantur oſſa oliuarum, Quod ergo ſpectat ad funem quo quælibet

illatum mulierum circundata diſrumpi expectabat, ipſummet vniuſcuiuſque cingulum eſſe crediderim, quo tanquam ſigno Veneri ſacro, ſignificarent ſe Veneris religione captas detineri vt diſtumperetur à primu obuio, à quo peterent, vt funem ſolueret, & turpia ſacra Veneri faceret, & poſtmodùm funcdirupto, matrimonium inirent, ſi vellent.

Quod ſpectat ad oſſa, ſeu nucleos oliuarum: Oliua priſcis tam Ægyptiis quàm Hebræis, hieroglyphicum fuit pacis, amoris, concordiæ, imò ſpei, & ſupplicationis: illorum ergo ſuccenſio oſſium, philtrum, erat ſiue veneficium magicum, quo ſcorta illa diobularia, quæ nec forma, nec aliud commendabat, cremandn oſſa ac nucleos oliuatum concupiſcentiæ ſuæ flammam teſtabantur, & procorum animos allicere, & incantare ſatagebant, ne diù deſiderent. Vnde ſimul cum hac crematione precabantur, vt ſic hoſpites, earum amore torrerentur: hæc de ſpurco ritu ſufficiant leteniæ potiùs eum indicantis mentem aſſequi ſtudeamus, hanc ſanè Idololatrarum obſcænitatem, vt ipſos exoſos reddat, Propheta repræſentat Hebræis; ac ſi diceret: Aduertite ſacrilegæ venerationis turpitudinem, animaduertite, an id diuinum ſit Numen, cui quaſi Lenoni ſtupra, & ſtupri pretia contra legem veri Dei Gentes offerunt: Cui, non Oliuas ſed oſſa tantùm, ac nucleos oliuarum concremant. Illis nimirùm ſpurcitiis gaudet Dæmon, hoc eius eſt thymiama, Deus autem noſter caſtimonia, victimiſque puriſſimis delectatur.

SECTIO II.

De Nergel numine Cutæorum.

a 4. Reg 17. v.30. b ad 4. Reg. 23.v.13.

QVid ſit Nergel *a*, notu difficile, Rabbi Dauid Cimchi *b* Gallinam Silueſtrem fuiſſe ait: Rabbi Salomon Iarchi, Gallum gallinaceum, quem Solis auem norunt omnes. Probabiliùs tenent alij, Nergel fuiſſe ignem illum perennem quem, vti Solis Symbolum, in Sacratiis ſuis Perſæ ac Cuthæi religioſiſſimè aſſeruabant, Solem præ cæteris ſuis Numinibus colentes, cumque in omni ſacrificio, vt Romani Ianum inuocantes. Sciendum enim eſt, Cuthæos à Cutho Perſidis fluuio, ac regione cognomine eſſe nuncupatos, Ignem verò ita ſacrum apud Perſas extitiſſe refert Strabo *c*, additque in fanis Anaïtidos, id eſt, Lunæ, & Anani, id eſt, Solis, Perſicorum Numinum, quæ apud Cappadocas colebantur curam perpetui illius ignis, Magis qui eo ab igne Pyrethi dicti penitùs demandatam. [In Cappadocia, inquit, magna eſt Magorum multitudo, qui Pyrethi dicuntur: multa item Perſicorum Diuûm fana haud cultro, ſed ſtipite quodam mactant, velut piſtillo verberantes. Sunt etiã Pyrathia ſacraria quædam, memoratu digna. Horum in medio ara eſt, in quo cinis multus, ignem autem ibi inextinguibilem ſeruant Magi, quotidie ingreſſi per horæ fermè ſpatium accinunt, faſciculum Virgarum ante ignem tenentes, Tiaris laneis velantur, quæ vtrinque aptatæ labra etiam, & maxillas contegunt.] Pyrathæia illa ſunt, quæ ſempiterni Magorum foculi ab Ammiano Marcellino denominantur. Id verò quod accinebant, Theogonia erat, quia nullum in ſacris efficacius, vel æquè efficax carmen æſtimabant Perſæ Virgæ demùm, Myricinæ fuiſſe exiſtimantur, ipſis namque Magis in cæteris ſacris, myricinas tenere, dum Theogoniam accinebant, ſolenne erat; hiſque virgis ignem, inter accinendum tangentes ſuſcitabant & fouebant.

c lib.15.

Tam vetuſtum autem Ignis apud Chaldæus cultum, Hebræi memorant, vt Vr Chaldæorum, de quo in Geneſi *d*, pro eorum Deo igne acciperant. (Vr enim in lingua ſacra, ignem, ſeu lucem denotat) dicuntque Abraham vinculis mancipatum, ac bonis ſpoliatum, quòd ignem adorare recuſaret. Atque hic eſt Deus ille Nachor, & Deus Thare, de quo Laban ait ad Iacob, [*Deus Abraham, & Deus Nachor, iudices inter nos, Deus patris eorum. e*] Id eſt Thare qui fuit Pater Abraham & Nachor) Deus enim Nachor & Thare alius vtique fuit à Deo Abraham; huius enim Deus, erat verus & vnus Deus; illorum verò, Dij alieni & commentitij, vt expreſsè aſſerit Ioſuë exhibita à Deo Iſraëlitis beneficia commemorans, his verbis: [*Trans fluuium habitauerunt Patres veſtri ab initio, Thare Pater Abraham, & Nachor, ſeruieruntque Dijs alienis: tuli ergo Patrem veſtrum Abraham de Meſopotamiæ finibus &c. f*] Et ad Idololatricum illum Deorum cultum alludit Deus in Leuitico, dum has Iſraëlitis minas intentat: [*Deſtruam excelſa veſtra, & ſimulachra confringam g,*] quòd maximè ſub piiſſimo Ioſia rege Iuda contigit, vt narratur libro 2. Paralippomenon *h* vtroque enim loco pro ſimulacbris, ſacra lingua Chamanim habet, quo vocabulo ſolis effigiem, ſeo effigies Rabini intelligunt. Nam & Solem & calorem Chanimha vocant. Inde Chamanim pro quibuſcunque Soli dicatis, ſiue ſimulachris, ſiue Pyrethæis accipiunt quæ piiſſimus Ioſias deſtruxit: [*Abſtulit quoque equos quos dederant Reges Iuda Soli, in introitu, Templi Domini: Currus autem Solis combuſſit igni i.*] Per equos illos, intellige Equorum fuſa ſimulachra, & Soli ſacrata, nam equus Soli ſacer; & mactari ſolitus apud Parthas. Quadrigæ autem eidem antiquitùs dicatæ, velut τὸ τάχιςον τῷ ταχυτάτῳ θεῷ, vt loquitur Heliodorus *k*. Ad oſtium autem Templi Salomonis, illorum Equorum quadrigatumque locus erat, & intrà oſtij veſtibulum, Orientem versùs, Solem Iudæi idololatrico cultu venerabantur, vt expreſsè narrat Ezechiel, his verbis: [*Et introduxit me in atrium domus domini interiùs: & ecce in oſtio Templi Domini inter veſtibulum & altare, quaſi viginti viri dorſa habentes contra Templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum Solis l:*] Etenim Sanctum Sanctorum ad Occidentalem Templi Iudaïci plagam collocatum erat; vt ad Orientalem altaria Chriſtianorum, qui vt plurimum ab Occidente ſacraria intrœunt, & in Orientem verſi, more ab Apoſtolis tradito, *Chriſtum* ſolenniter inuocant, non ſolum quòd *Chriſtus* Crucifixus ab Oriente verſus Occidentem ſpectaret, ita vt ab adorantibus in Orientem ſuſpici poſſet; verum etiam, quia ſicut fulgur paret & emicat ab Oriente in Occidentem.

d c.11.v.28.
e Gen.31. v.53.
f Ioſuë 24. v.3.
g Leuit.26. v.30.
h c.34.v.4.
d 4. Reg.23 v.11.
k Æthiopicorum 10.
l Ezech.8. v.16.

dentem, ita in extremo Iudicij die erit aduentus filij hominis *a*. Qui plura ſcire deſiderat de plaga in quam ſe olim conuertebant Iudæi, nec non Chriſtiani inuocantes, conſulat Dionyſium Areopagitam *b*, Clementem Alexandrinum *c*, & Damaſcenum *d*.

a Matth 24. v. 27.
b Cœl. Hier. 21.
c Strom. 7.
d l 4. Orth. fid. c. 13.

Verùm, ne à propoſito vel modicum aberrem, viginti illi apud Ezechielem Heliolatræ, ad Orientem ſe conuertebant, more Perſarum, qui ritus, aliaque non pauca, ex eorum ſacris traducta, ſed præſertim excelſa, paſſim in veteri Teſtamento Hebræis, ipſis etiam Regibus Iuda, ſæpiùs exprobrantur. In excelſis enim, ſeu locis editiſſimis ſacra peragere mos erat Perſarum vt teſtis eſt Herodotus *e*, qui de ipſis verba faciens ait: [Motis eis eſt editiſſimas montium ſummitates aſcendere, & Ioui hoſtias ibi immolare, omnem cœli gyrum Iouem appellantes.]

e in Clio.

SECTIO III.

De Aſima Numine virorum Hamath, & de Nebahaz & Tharthac Numine Heuæorum nec non de Andramelech, & Anamelech, & Neſroch.

PLerique Hebræorum, Aſima *e* Hamathitarum Numen, Hircum fuiſſe volunt, quin & eorum vnus *f* ſcripſit, Samaritanos Pentateuchum ſuum auſpicari ab his verbis: In principio creauit aſima. Sed ea forſan eſt illorum calumnia, ob inueteratum in iſtos odium, eiuſdem enim farinæ aliæ à Iudæis conſarcinatæ ſunt; & licèt Doſitheus Samaritanus ſacras litteras impiè nimis interpolarit, haud tamen eò ſtultitiæ deueniſſe credendum eſt, vt quid tam ridiculum ac Prophanum, ipſo diuinorum voluminum aditu propoſuerit.

e 4. Reg. 17. v 30.
f Aben-ezra in præfat. ad Eſther.

Nebahaz Heuæorum Numen, canis figuram retuliſſe aiunt R. Dauid Cimchi, & R. Iarchi: alij putant Tharthac figuram aſini, Andramelech Muli, Anamelech Equi: prædictus tamen R. Cimchi ex priſcis refert Andramelech Pauonis effigie, & Anamelech Phaſiani aut Coturnicis eſſe cultos, crediderim vtrumque cenſeri poſſe vnius & eiuſdem nomen, idemque cum Moloch de quo ſupra huic enim ſicut & Moloch viri [*Sepharuaim comburebant filios ſuos igni g.*] Vnum etiam & idem Numen Heuæorum, fuiſſe Nebahaz & Tharthac præſumptio eſt.

g 4. Reg 17. v. 31.

Inter Aſſyriorum quoque Numina Neſroch velut præcipuum memoratur & colebatur in Regia Niniue, vt refertur in ſacris litteris: [*Et reuerſus eſt Sennacherib Rex Aſſyriorum, & manſit in Niniue. Cumque adoraret in Templo Neſroch Deum ſuum, Adramelech & Saraſar filij eius percuſſerunt eũ gladio h.*]

h 4. Reg c. 19 v. 36. Iſaiæ 37. v. 37.

ARTICVLVS XI.

De ſerpente Æneo.

NEfas duxerim inter Idola dare locum Æneo ſerpenti *i*, quippe qui iuſſu Dei, à Moyſe conflatus eſt, & propoſitus vt percuſſi à ſerpentibus mortiferis, in eum, velut in ſignum futuri redemptoris, inſpicientes ſanarentur, & viuerent *k*. Id *Chriſtus* ipſe palàm oſtendit dicens: [*Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam l, &c.*] quia tamen de eodem ſerpente, in ſacra Ezechiæ Idololatriam exterminantis hiſtoria, dicitur: [*Confregitque ſerpentem Æneum quem fecerat Moyſes, ſi quidem vſque ad illud tempus filij Iſrael adolebant incenſum: vocauitque nomen eius Noheſtan m.*] Satis indicat quòd myſticum illud ſignum, ac religioſum Symbolum, ſucceſſu temporis, ob inolitam Iſraëlitarum ſuperſtitionem, degenerarit in Idolum. Idque ipſum ab Ægyptiorum profectum vanitate, qui [quamlibet carnificinam priùs ſubierint quàm aſpidem, aut Ibin, violent.] aut Tullius.

i 4. Reg. 18. v. 4.
k Num. 21. v. 9.
l Ioan. 3. v. 14. 15.
m 4 Reg. 18. v. 4.

ARTICVLVS XII.

De Aceruo Mercurij.

DIcitur in Prouerbiis Salomonis: [*Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij: ita qui tribuit inſipienti honorem n.*] Etſi Chaldæus Paraphraſtes ac plerique recentiorum aceruum, Mercurij fundam interpretantur, Beda tamen, & alij communiter de ritu Idololatrico illam λιθοβολίαν explicant. Quod vt intelligas, ſciendum eſt, Mercurium ſeu Hermetem ab Ethnicis exiſtimatum viarum Præſidem, Numenque viatorum, in cuius honorem lapidum acerui Mercuriales [Græcis Ἑρμαῖοι λόφοι, ſeu τὸ Ἕρμαιον] viis publicis & compitis ad itinera demonſtranda erant congeſti quos tranſeuntes viatores, crebro lapidum iactu, in aliquem Mercurij cultum magis, ac magis augebant. Senſus autem Salomonis fuit, eum qui ſtultum honeſtauerit, tantumdem facere, perinde ac ſi ad aceruum Mercurij lapidem adderet, nec magis conueniant collata ſtulto, quàm lapidum aceruo beneficia: Neuter enim beneficium ſibi impendi ſatis agnoſcit, neuterque gratum rependit animum.

n Prouerb. 26. v. 8.

ARTICVLVS XIII.

De Numine Nabo.

ALiquam in Moabitide regione vrbem eſſe, quæ dicitur Nabo, videre eſt apud Ierem. dum ait: [*Ad Moab hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Væ ſuper Nabo quoniam vaſtata eſt & confuſa o.*] Fuit nihilominus Numen aliquod nomine Nabo, de quo Iſaias: [*Confractus eſt Bel contritus eſt Nabo, facta ſunt ſimulachra eorum beſtiis & iumentis onera veſtra graui pondere vſque ad laſſitudinem p.*] Ad quem locum Hieron. [Nabo & ipſum Idolum eſt, quod interpretatur Prophetia, & diuinatio, quam poſt Euangelij veritatem in toto orbe conticuiſſe ſignificat] Babylonium ſeu Aſſyrium fuiſſe Numen inde ſuadetur, quod eius veſtigia pateant in principibus Babyloniis

o Ierem. 48. v. 1.
p Iſaiæ 46. v. 1.

Nabopo

Nabopolaſſar, Nabolaſſar, Nabonito, aliiſque; Deorũ enim nomina, Principum nominibus, vti bona omina, ſæpiùs addita ſunt.

ARTICVLVS XIV.

De Adonide.

ADonidem Aſſyriis & Phænicibus Numen habitum, nemo neſcit. De hoc falſo Numine dicit Ezechiel: [*Et introduxit me per oſtium Portæ domus Domini quod reſpiciebat ad Aquilonem, & ecce ibi mulieres ſedebant plangentes Adonidem a.*] Quaſi Adonidis luctus, Poëtis celebratiſſimus, illis mulieribus in more fuiſſet. Pro Adonide LXX. Interpretes habent Thammuz: Et D. Hieronym. in illum Ezechiel. locum, notat ex fabulis, Adonidem ab apro interfectum menſe Thammuz, atque ex eo Adonidem, Thammuz nuncupatum, reuixiſſe autem, & anniuerſariam ei celebratam eſſe Solennitatem [in qua, ait ille, plangitur à mulieribus quaſi mortuus, & poſteà reuiuiſcens canitur atque laudatur.] Quod vt intelligas, ignorandum non eſt ex eiſdem fabulis quod Adonidem Veneris Amaſium ab apro occiſum, Proſerpina adamauit; at cum Venus Inferos enixè deprecata eſſet, vt ſibi viuus reſtitueretur Amaſius, obſtaretque Proſerpina tandem tranſactum eſt, vt alternis vicibus vtraque Dea iuuenis amore frueretur, datis cuique ſex menſibus, aut anno integro, vt variè ſomniant. Mors eius quæ ἀφανισμὸς, & reditus qui εὕρεσις vno eodemque menſe quotannis celebrabantur.

Lamenta Phæniſſarum mulierum, dum quærebant, & gaudia cum reperierant Adonidem, recenſent Authores Prophani, eamque ab iis, vt à vicinis mulieres Iudææ traxere ſuperſtitionem, eò faciliùs, quòd idem quoque Solennis ritus erat in Ægypto, plurimique ſub id tempus in Iudæa Ægyptij morabantur, vt & Iudæi in Ægypto, apud quam Alexandrini quotannis eo ipſo die, quo feſtum Planctus apud Biblienſes in Phænicia celebrabatur, Epiſtolam vaſe Papyraceo incluſam, peractis ritè ceremoniis, in mare mittebant ſeptem diebus (mari ac vento à ſpiritu nequam præparatis) ex Ægypto Byblum tranſuehi ſolitum, quam Biblienſes mulieres præſtolantes, vt primùm eam accepiſſent, gemitus & lamenta ob amiſſum Adonidem, & iam denuò repertum, in ſacra commutabant gaudia, miraque lætitia Deum excipientes, quod reliquum erat feſti peragebant. De his Chronicon Alexandrinum, Cyrillus Alexandrinus b, & Procopius c, qui ab Ægyptiorum more de litteris vaſe papyraceo incluſis, & per mare Byblum tranſmiſſis Interpretatur illud Iſaïæ [*qui mittit in mare legatos & in vaſis papyri ſuper aquas d*] vbi ἐπιστολὰς βιβλίνας habent LXX. Interpretes.

b in c. 18. Iſaia.
c tom. 2. l. 2. in Iſaiam.
d Iſaiæ 18. v. 2.

Eodem, Ezechielis Capite quo Adonis memoratur fit mentio etiam cuiuſdam ſingularis cultus, quem Troglodytarum appellat Philaſtrius, ita dictorum, quòd in ſobterraneo, ſpecu, ſeu occulto antro, omnigenas Numinum effigies velut in Pantheo adorarent. Verba Prophetæ ſunt. [*Et introduxit me ad oſtium atrij: & vidi, & ecce foramen vnum in pariete, & dixit ad me fili hominis, fode parietem, & cum fodiſſem parietem, apparuit oſtium vnum. Et dixit ad me, ingredere, & vide abominationes peſſimas, quas iſti faciunt hic. Et ingreſſus vidi & ecce omnis ſimilitudo reptilium & animalium, abominatio, & vniuerſa idola domus Iſrael depicta erant in pariete in circuitu per totum f.*] Ad hunc locum ait D. Hieron. non ſolum Idolum Zeli (de quo Ezechiel anteà egerat) ſtabat in introitu portæ Aquilonis, ſed & omnes Templi parietes diuerſis idolorum imaginibus pingebantur, vt nulla eſſet beſtia, quam non parietis pictura monſtraret.]

f Ezech. 8. v. 7. 8.

ARTICVLVS XV.

De Numine Maozim.

DAniel dè Antiocho Epiphane & de Antichriſto eiuſdem antitypo Prophetans ait g: [*Deum autem Maozim in loco ſuo venerabitur: & Deum quem ignorauerunt Patres eius, colet auro & argento, &c.*] Maozim in ſacra lingua idem ac fortitudines, arces, ac præſidia ſonat, & ita vertit Theodotion, Aquila, & alij. Antiochus enim poſteà extruxit arcem, in eaque & aliis ciuitatibus validiſſima armauit præſidia, quæ hebraicè vocata ſunt Maozim, ac ſi dicas Deum munitionum, quem ab omnibus Iudæis coli voluit. Antichriſtus quoque licèt cæteros Deos contemnat, vnum tamen Dæmonem ſibi familiarem priuatim venerabitur, nomine Moazim, quaſi fortem ac potentem Deum, quique omnia ſibi ſubiiciat, huic & ipſe imperium ſuum acceptum referret. Vnde Theodorion vertit, glorificabit Maozim, id eſt nominabit & celebrabit Deũ Maozim, quaſi potentem ſuum in bellis ducem, ac Victorem. Dæmon autem nomine ac titulo Maozim coli volet ab Antichriſto vt hoc nomen, quod in Scripturis ſacris Deo vero tribuitur ei adimat, ſibique arroget. Deus enim in veteri Teſtamento ſæpius vocatur h & inuocatur Maoz, id eſt fortitudo, vis, robur. Porrò honoris cauſa Antichriſtus ſuum Dæmonem, non in ſingulari Maoz, ſed in plurali Maozim vocabit, ad imitationem Hebræorum, qui Deum ob excellentiam in Plurali vocant Elohim, Adonai, Elſabaoth, id eſt Deum virtutum, vel exercituum. Et quia ab eo omne ſuum robur, omnes dolos, omnemque agendi modum accipiet. Hæc enim omnia, & qui ea poſſident, dici poſſunt Maozim.

g c. 11. v. 38.
h 2. Reg. 22. v. 33. Prou. 10. v. 29. & c. 15. v. 10. Pſ. 26. v. 1.

ARTICVLVS XVI.

De Dracone Babyloniorum Numine.

DE hoc Dracone, Propheta Daniel his verbis: [*Et erat Draco magnus in illo loco, & colebant eum Babylonij i.*] Dracones ac ſerpentes inter recondita Gentium myſteria olim habita docent antiquorum Pa-

i Dan. vlt. v. 22.

rum *a* nonnulli. Dæmon enim qui primos parentes hâc formâ decepit eâdem vſus eſt deinceps, vt notat D. Auguſtinus *b* ad homines decipiendos, & ſupremum cultum ſibi vſurpandum. Quanto honore Ægyptiis, & & Phœnicibus olim fuerit habitus ſerpens, qui & Ἀγαθοδαίμων dictus, videre eſt apud Euſebium *c*. Romani, graſſante Lue, aduexerunt & coluerunt ſerpentem Epidaurium, quaſi vrbis Æſculapium *d*. Adrianus Imperator in templo Iouis Olympij, quod Athenis erexerat ſumptu maximo, poſuit pro numine Draconem ex India deportatum *e*. Nec tantùm ab Ethnicis, ſed & ab Hæreticis voluit Dæmon coli Draconis, vel ſerpentis ſpecie. Ophytæ inde nomen acceperunt, quòd ſerpentem alerent & colerent quaſi *Chriſtum*, qui eorum Euchariſtica ſeu oblata lambendo ſanctificabat *f*. Quod ſpectat ad magnitudinem Draconis à Daniele interfecti: Dracones aliqui adeò immanes ſunt, vt boues glutire ſoleant, qualis fuit ille qui armenta & Paſtores vi Spiritus ad ſe trahendo abſorbebat, quem Pyram aſcendere iubens vir Dei S. Hilarion *g* exuſſit.

a Clement. Alex. Iuſtin. Martyr. &c.
b l. 11. de Gen. ad litt. c. 28.
c de præpar. Euang. c. vlt.
d Valer. Max. 1. c. 8.
e Dion. in Adrian.
f Epiph. hær. 37.
g D. Hieron. in vita Hilar.

ARTICVLVS XVII.

De Numine Rempham.

DE hoc Numine commentitio dicit Stephanus coarguens Hebræos: [*Et ſuſcepiſtis Tabernaculum Moloch, & Sydus Dei veſtri Rempham, figuras quas feciſtis adorare eas h.*] De Idolo Moloch iam dictum eſt *i*. Quod ſpectat ad Rempham, D. Hieronymus ait alios legere Rempha, alios Repham, alios Rephon; Beda, Lyranus, & alij hoc loco affirmant, Rempham fuiſſe ſtellam illam quæ à nobis dicitur Lucifer, quam & hodie Sarraceni venerantur: Æcumenius *k* tenebras, aut excæcationem interpretatur, quod in irriſionem Idoli vergit, quod nempe cenſeretur ſydus, nec lumen daret, ſed tenebras excæcantes offunderet. Addit idem author id ſydus fuiſſe in fronte Moloch; probabile enim eſt in eiuſmodi ſimulacrorum fronte, ſeu vertice, appictas fuiſſe ſtellas, quemadmodum & Romani, Iulij Cæſaris ſtatuæ ſtellam in vertice addebant *l*, adeoque nec improbabile eidem Idolo duplex fuiſſe nomen nimirum Moloch, & Rempham & duas figuras, vt ait Stephanus, figuras quas feciſtis adorare eas, ſcilicet vt Dij veſtri eſſent.

h Actor. 7. v. 43.
k in hunc locum.
l Plin. l. 2. cap. 25.

ARTICVLVS XVIII.

De Ignoto Deo.

PRoximum quid piaculo fore crederet aliquis, ſi Ignotum illum Deum Numinibus Commentitiis annumerem, quem ad vnius, verique Dei notitiam Athenienſibus inſinuandam ſoletter vſurpauit Apoſtolus, aiens *m* in medio Areopagi. [*Videns ſimulacbra veſtra, inueni & aram, in qua Scriptum erat Ignoto Deo. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis. Deus qui fecit mundum, &c.*] Nihilominus tamen eo ſenſu, propoſitoque quo Athenienſes ipſi aram illam ſuperſtitiosè erexerant, eamque Ignoto Deo, inſcripſerant, Ignotus ipſis hic Deus inter Numina commentitia recenſeri meritò poteſt; in eamque ſententiam præter aliquot eius ſuffragatores, huius loci interpretes, adduxit me quod legeram apud Diogenem Laërtium de Philoſopho quodam Epimenidè Cratenſi. Hic à patre vt ouem rure deferret, inquit Diogenes, aliquando miſſus, meridiano tempore ex itinere in ſpeluncam diuertit, in qua quinquaginta & ſeptem annos perpetuos obdormiuit. Tandem ſomno excitatus, parumque ſe dormiſſe putans, quærebat ouem, quam cum non inueniſſet in agrum reuertitur: cùm verò rerum omnium faciem immutatam cerneret ſtupore attonitus rediit in oppidum. Ibi cùm domum ſuam vellet ingredi, quiſnam eſſet interrogatus, vixque agnitus à iuniore fratre iam vetulo, omnem didicit ex illo rei veritatem. Porrò illius famâ per Græciam volante, Deo eſſe chariſſimus exiſtimatus eſt. Vnde & Athenienſes cum aliquando peſte laborarent, reſponſo à Pythia accepto vrbem expiari oportere; Epimenidem è Creta aduocarunt. Profectus autem Olympiade XLVI. luſtrauit vrbem peſtemque compeſcuit, hoc modo: ſumpſit oues nigro & candido vellere, duxitque in Areopagum, atque indè quò vellent abire permiſit, iis qui illas ſequebantur mandans, vbicumque illæ accubuiſſent ſingulas mactarent peculiari cuipiá, Ignotoque Deo; Atque in hunc modum quieuit lues. Ex eo iam hodieque per Athenienſium pagos, aras *n* ſine nomine inueniri certum eſt, in eius quæ tunc facta eſt expiationis memoriam. Hæc ille. Ex quibus ſatis conſtat, qua de cauſa, quave, ſuperſtitione ducti aras ſine nomine, ſeu Ignoto Deo Athenienſes dedicarint, quodque Commentitium apud ipſos Numen fuerit Ignotus ille Deus?

m Act. 17. v. 23. 24.
n Aræ Ignotorum Deorum meminit Pauſan. in Atticis.

ARTICVLVS XIX.

De Numine Caſtorum.

DE hoc Numine D. Lucas ait: [*Poſt menſes autem tres nauigamus in naui Alexandrina, quæ in Inſula hiemauerat, cui erat inſigne Caſtorum o.*] Ideſt Caſtoris & Pollucis, qui à Græcis dicuntur Διόσκουροι, id eſt Iouis filij ex Læda matre, vno partu editi, vt fert fabula; à Latinis Gemini. Conſtituunt Aſtrologi hos Geminos pro ſigno cœleſti, quod ſol ingreditur XVI. Calendas Iunij, quem ideo menſem Machabæorum *p* hiſtoria, in Editione Latina, Dioſcorum nominat: optimè Theophylactus in illum Actorum locum [*Semper inſigne in Proris, vt in puppibus Tutela:*] Quam diſtinctionem obſeruant Pauci: Dij enim iſti, ſiue picti, ſiue aliter ficti in prora puppique erant; ſed hoc eorum diſcrimen quòd in prora pictus, nauis erat inſigne, vt in illa naui Alexandrina, quâ D. Paulus vehebatur, Caſtor & Pollux; qui verò in puppi,

o Act. 28. v. 11.
p l. 2. c. 12. v. 21.

rutor erat, ſeu Deus Tutelaris aut Deus auerruncus, vti Veteres loquuntur.

Hinc ortæ plures fabulæ: Europa à Ioue in Taurum tranſmutatò rapta dicitur, quia nauis Raptorum Iouis, ſeu Beli tutelam, & Tauri inſigne habuit; ſic Ganymedes ab Aquila & ita de aliis. Nomen verò accipiebant naues à ſignis ſuis, ſiue Animalium, ſiue Heroüm, ſeu aliarum rerum in Proris pictarum, aut cælatarum; vix autem à Numinibus, quorum in tutelis ipſæ fuerint; ſic nauis Raptorum Europæ, Taurus dicta eſt, vnde non incongruè dixit fabula eam à Tauro, potius quàm à Ioue raptam.

Cæterum ne incuriæ noſtræ quis detra-
has, ea etiam Numina, quorum gentilia duntaxat nomina comperimus & quæ earundem gentium, à quibus colebantur nomine tantummodò innoteſcunt, haud præterire viſum eſt, Libro 4. Regum ait Aſſyrius Rabſaces: [*Numquid liberauerunt Dij gentium terram ſuam de manu Regis Aſſyriorum? vbi eſt Deus Emath, & Arphad? vbi eſt Deus Sepharuaim, Ana, & Aua, numquid liberauerunt Samariam de manu mea a?*] Idipſum repetitur apud Iſaiam *b*. a 4. Reg. 18. v. 33. 34. b c. 36. v. 19.

Occurrunt alibi Numina Idumæa cum dicitur: [*Amaſias verò poſt cædem Idumæorum, & allatos Deos filiorum Seir, ſtatuit illos in Deos ſibi & adorabat eos, & illis adolebat incenſum c.*] c 2. Paral. 25. v. 14.

TRACTATVS OCTAVVS.

DE TRIBVS RERVM MAGICARVM ſpeciebus, quarum frequentior in Scriptura fit mentio; videlicet.

De Magia Dæmoniaca, Diuinatione, & Maleficio.

MIRVM eſt valdè quàm diſtrictè lex diuina filiis Iſraël
vſitatas apud Ethnicos (mortis etiam pœnâ intentatâ)
res magicas inhibuerit, & quàm acriter Prophetæ ſuum in
eas ſtylum exacuerint. Audi Dominum dicentem ex ore
Moyſis: [*Quando ingreſſus fueris terram quam Dominus Deus tuus dabit*
tibi, caue ne imitari velis abominationes illarum gentium. Nec inueniatur
in te qui luſtret filium ſuum, aut filiam ſuam ducens per ignem: aut qui ario-
los ſciſcitetur; & obſeruet ſomnia atque auguria, nec ſit maleficus, nec incan-
tator, nec Pythones conſulat, nec diuinos, aut quæras à mortuis veritatem.
Omnia enim hæc abominatur Dominus, & propter iſtiuſmodi ſcelera dele-
bit eos in introitu tuo a.] Audiſti inhibitionem; iam præuaricatorum a Deut. 18.
pœnas attende: [*Maleficos non patieris viuere b.*] Item [*Vir, ſiue mulier* v. 11. 12. b Exod. 22.
in quibus Pythonicus, vel Diuinatorius fuerit ſpiritus, morte moriantur, v. 18.
lapidibus obruent eos, ſanguis eorum ſit ſuper illos c.] Totius Iſraëlis in c Leuit. 20.
captiuitatem ducti hanc ſacra Pagina cauſam aſſignat: [*Diuinationi-* v. 27.
bus inſeruiebant & auguriis, & tradiderunt ſe vt facerent malum coram
Domino, vt irritarent eum, iratuſque eſt Dominus vehementer Iſraëli, &
abſtulit eos à conſpectu ſuo d.] De impio quoque Manaſſe rege Iuda d 4. Reg. 17.
ſacræ litteræ aiunt: [*Obſeruabat ſomnia, ſectabatur auguria, maleficis arti-* v. 18.
bus inſeruiebat, habebat ſecum Magos & Incantatores, multaque mala ope-
ratus eſt coram e Domino idcircò ſuperinduxit eis Principes exercitus Aſſy- e 2. Paral.
riorum, ceperuntque Manaſſem, & vinctum catenis atque compedibus duxe- 33. v. 6.
runt in Babylonem f.] De ſterilitate & viduitate quâ vno die percuſſit f v. 11.
Deus filiam Chaldæorum inquit Iſaias *g*: [*Vniuerſa venerunt ſuper te* g c. 47 v. 9.
propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam Incanta-

torum tuorum vehementem.] Eadem fuit ratio exciſæ Niniues regiæ Aſſyriorum, ait enim Nahum *a* : [*Propter multitudinem fornicationum meretricis ſpecioſæ, & gratæ, & habentis maleficia, quæ vendidit gentes in fornicationibus ſuis, & familias in maleficiis ſuis. Ecce ego ad te dicit Dominus exercituum, & reuelabo pudenda tua, & oſtendam Gentibus nuditatem tuam, & contumeliis te afficiam, & ponam te in exemplum; & erit omnis, qui viderit te reſiliet à te, & dicet, vaſtata eſt Niniue.*] E contra verò inter eximias benedictiones quibus Balaam impulſu diuino populum Dei in terram promiſſionis properantem proſequebatur, potior hæc fuit: [*Non eſt augurium in Iacob, nec Diuinatio in Iſraël*,] Quæ cùm ita ſint, his ſuperſtitionum generibus, explicandis iure merito impenditur Tractatus iſte, in quo eas omnes ſuperſtitionum differentias ad tres præcipuas ſpecies reducemus; nempe Magiam Dæmoniacam, Diuinationem, & Maleficium; de quibus ſcripſere Philoſophorum, Iuriſperitorum, Teologorumque plurimi, ſed pro ſuo quiſque dumtaxat inſtituto. Nec ſiluere hac in re viri religioſi: ex ſolo S. Dominici Ordine prodiere Sprengeri Malleus Maleficarum; Iaquerij Flagellum Faſcinariorum; Vlrici Molitoris de Pythonicis ſpiritibus, Silueſtri Pieratis admiranda Strigimagorum, Spinæi de Lamiis, Michaëlis Pneumatologia. Victoriæ Relectio de Magia, qui omnes vel fidei Inquiſitores, vel ſacri Palatij fuerunt Magiſtri. Prodierunt etiam ex aliis Ordinibus Religioſis de his rebus Magicis noſtro quoque tempore Scriptores accurati, præ cæteris Martinus del Rio; quorum poſteriores, quia præcedentium facem in rebus adeò caliginoſis pertractandis ſecuti ſunt, Ego nouiſſimus eorumdem quoque luce & operâ lubentius vtar, eamque tantùm de tribus illis Superſtitionum generibus hoc Tractatu, totidem in partes tributo, notitiam tradam, quæ ſacræ paginæ ſtudioſum docet: fibras enim artium Magicarum perſcrutari & eruere, hoc præſertim ſæculo nequam, eſſet periculoſum: facilè namque noua illa rerum abditarum notitia illex foret incautis & curioſis eas experiundi, dumque noxia vitare docerentur, venenum potius haurirent quàm antidotum. Prima ergo pars huius Tractatus erit de Magia Dæmoniaca, Secunda de Diuinatione, Tertia de Maleficio.

PRIMA PARS.

De Magia Dæmoniaca.

DARI Magiam quamdam Dæmoniacam quæ ſcilicet nec naturalibus cauſis, nec arte humanâ, nec ope diuinâ, ſed occultâ quadam Cacodæmonum virtute innitatur, & pernicioſos producat effectus, hoc & ſacrarum litterarum authoritate, & SS. Patrum *a*, Doctorumque *b* teſtimoniis, & omnium ætatum experimentis ſatis innoteſcit. Et quidem quod ſpectat ad ſacram paginam: Magos Pharaonis, verbis damnat D. Paulus viris perditis & reprobis eos aſſimilans, his verbis. [*Quod Iannes & Mambres reſtiterunt Moyſi: ita & hi reſiſtunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem c.*] Elymam Magum qui quærebat auertere Sergium Paulum Proconſulem à fide, hâc cenſurâ, pœnaque ferit Apoſtolus. [*O plene omni dolo & omni fallacia, fili Diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere vias Domini rectas? Et nunc ecce manus Domini ſuper te, & eris cæcus non videns ſolem d.*] De Simone Mago ait Diuus Lucas quod ſeduxiſſet gentem Samariæ, & multo tempore Magiis ſuis dementaſſet *e*. Hinc expreſſe illa Dei prohibitio: [*Non declinetis ad magos, aut ab Ariolis aliquid ſciſcitemini vt polluamini ab eis f.*] Et extremi pœnâ ſupplicij tranſgreſſoribus intentata: *Anima quæ declinauerit ad magos & Ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi ſui g.*] De hac

a D. Aug. 11. de Ciuit. c. 6.
b D. Th. l. 3. contra Gent. c. 104.
c 2. Thimot. 3. v. 8.
d Act. 13. v. 10. 11.
e c. 8. v. 9. 11.
f Leuit. 19. v. 31.
g c. 20. v. 6.

hac Magia Dæmoniaca ea tantùm duplici Articulo explicabimus, quæ Scripturæ ſacræ ſtudioſus ignorare nequaquam debet. Articulus primus procedet de ipſa Magia in ſe ſpectata; ſecundus de eius effectibus.

ARTICVLVS I.

De Magia Dæmoniaca in ſe ſpectata, Et pacto cum Dæmone inito, cui ipſa innititur.

VEtus eſt Magorum impoſtura ac traditio, Magiam omnem diuidi in albam quam cenſent eſſe licitam, & nigram ſeu ſecundam, quæ ſit illicita. Albam vocant θεουργίαν, quaſi opus Dei; & nigram γοητείαν, id eſt incantatricem & præſtigiis deditam. At fictitia eſt illa Theourgia, eamque is qui vulgò Archimagus *a* dicitur, ſatis improbat cum expreſsè teſtatur: [ſæpiſſimè ſub nominibus Dei & Angelorum, malis Dæmonum fallaciis eam obſtringi, & licèt eius cæremoniarum pars maxima munditiam animi, corporis, & rerum externarum, vtenſiliumque oſtenter, immundos tamen ſpiritus & deceptrices poteſtates hanc exquirere vt adorentur pro Diis] Eamdem & damnat D. Auguſtinus *b*. Supereſt ergo Sola Magia Nigra, quæ ſicut à Dæmonibus vt nullus inficiatur inſtituta eſt, ab iis quoque eam adminiſtrari fatentur omnes. De hac re eleganter, & acutiſſimè quidam ait [Vanitas olim iuncta Miraculo falſo furtiuo concubitu genuit Magiam, ſecundam cognomine, reformidanſque ne fortè veritas, cum qua perpetuas inimicitias gerit, à qua etiam paribus ſignis congreſſa, ſæpiùs profligata eſt, ſuum partum necaret, illum impudentiæ ac timori iunctis connubiali fœdere commendauit; & illic in ſinu incomprehenſibilitatis è veſtigio collocauit furtim, & ſub præſtigiarum crepundiis educandam. Quæ mox in grandiorem ætatem adulta, iamque pinnulis præmunita euolauit in fatuorum arces, ibique nidulans credulitatem peperit.] Nos ergo pro veritate confligentes vanitatem expugnare ſtudeamus, & timore ac impudentia fugatis labyrinthum illum incomprehenſibilitatis (quis enim quod nihil eſt intelligat aut comprehendat) ſacræ Theologiæ filo permetiri, & præſtigiarum crepundiis in lucem prolatis, illam fatuorum arcem demoliri, & è nidulis ſuis credulitatem adeò perniecioſam profligare.

a l. de vanit. Scient.

b l. de vtilit.

In Magiæ Nigræ patrocinium oſtentantur quidam, Adæ, Abelis, Enoch, Abrahæ, Alberti Magni, aliorumque libri ſuppoſititij, de quibus prædictus Archimagus ſic ſcribit: [Hi libri acutius intuenti præceptorum ſuorum canonem, ritum, conſuetudinem, verborum & characterum genus, extructionis ordinem, inſulſam phraſim, apertè ſe produnt non niſi meras nugas & impoſturas continere, & poſterioribus temporibus à perditiſſimis perditionum artificibus eſſe conflatos, ex prophanis quibuſdam obſeruationibus, noſtræ religionis Ceremoniis permixtis, inſitiſque ignotis multis nominibus ac ſignaculis vt perterreant rudes, & ſimplices, & ſtupori ſint inſenſatis.] Hæc ille qui videns meliora deterioribus tamen adhæſit vſque ad finem vitæ, tanta enim eſt in Magis animi obſtinatio vt è millium millibus vix vnus reſipiſcat; iiſque quibus ſemel implicitus eſt Dæmonis compedibus ſe ſe expediat, iiſdem ſcilicet ex inito pacto firmiſſimè obſtrictus.

Etenim omnes operationes Magicæ velut baſi ſuâ, innituntur pacto per Magos cum Dæmone inito, ita vt quotieſcumque voluerit Magus artis ſuæ adminiculo quicquam efficere, teneatur expreſsè, vel tacitè poſcere à ſpiritu nequam vt ex condicto concurrat. Huc ſpectat quod apud Iſaiam *c* dicunt impij. [*Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.*] Quod D. Thomas, ac ſummi Pontifices Ioannes *d* XXII. & Sixtus *e* V. Magis accommodant. Eiuſmodi pactum duplex eſt, vnum expreſſum, aliud tacitum. Expreſſi triplicem aſſignant modum. Primus eſt, cùm ipſi Cacodæmoni ſub aliqua forma corporea ſenſibiliter apparenti coram teſtibus fidelitas, & homagium promittitur. Secundus priori ſimilis, niſi quòd ſine teſtibus res peragitur. Vltimus per tertiam perſonam initur, cùm is qui paciſcitur Dæmonis aſpectum vel colloquium reformidat. Atque in his omnibus triplicis differentiæ pactis expreſſis, Dæmon proſelytum ſuum miſerabilem, ſceleſtumque primò Chriſti fidem abnegare, Baptiſmo per quem vero Deo initiatus fuerat, renunciare, & ab eius obedientia reſilire cogit. Secundò vngue in frontem eius iniecto ſimulat ſe chriſma abradere, nec non baptiſmi delere characterem, nouoque illos baptiſmatis lauacro intingit, vt apertè ſatis indicat Tertullianus *f* vbi ait: [Hic quoque ſtudium Diaboli recognoſcimus res Dei æmulantis cum & ipſe Baptiſmum in ſuis exerceat.] Tum ridiculum, proprio abiecto, nomen imponit, quale eſt Barbicapra. Et antiquis Baptiſmis & confirmationis ſuſceptoribus abnegatis, vtpotè fidei ſponſoribus, alios ei aſſignat. Tertiò iuſiurandum præſtari ſibi exigit, ſuper circulo in terram exarato, hac ratione ſe Deum iactitans, circulus enim expers principij, & finis, ſymbolum eſt Diuinitatis, & terra ſcabellum Dei. Quartò cogit eos petere deleri de libro vitæ, & inſcribi in libro mortis, ſicut legimus Magos Auinionenſes inſcriptos fuiſſe in libro nigerrimo. Quintò alicui parti corporis (frequentiùs magis latenti) ſtigma ſeu characterem ſuum velut empto mancipio ferro candenti imprimit, & hæc pars corporis etſi acu compungatur, inſenſibilis eſt; Ita verò ſignati plura promittunt Dæmoni, præ cæteris nunquam ſe Euchariſtiam adoraturos, iniuriam perpetuò in Beatam Virginem ac contumeliam in omnes ſanctos verbis, factiſque ſe facturos, quaſcumque

c c. 28. v. 15.

d in Extrau. contr. Magos, quæ incipit ſuper ſpecula.

e in bulla coetu. Aſer.

f l. de baptiſ. cap. 5.

que ſacras reliquias & imagines conſpurcaturos, integram peccatorum confeſſionem Sacerdoti numquam manifeſtaturos ſtatis diebus ad aſſignatos conuentus adoolaturos, & quæ illic peragenda decernerentur, haud ſegniter obituros, quotquot poterunt Dæmonis obſequio adiuncturus, totumque hoc cum Principe tenebrarum commercium alto ac pertinaci Silentio occultaturos.

Pactum tacitum oboenit duobus modis. Primò quando quis ſciens ac volens ſuperſtitioſis vtitur ſignis, quibus vti ſolent Magi, quæque ex eorum libris acceperint, quod lethale eſt crimen, nullo enim modo licet vllam vnquam vel directè, vel indirectè cum ſpiritibus Nequam inire ſocietatem, ex illo D. Pauli [*Nolo vos ſocios fieri Dæmoniorum a.*] Secundò quando quis imprudens vtitur Magicis ſignis, neſciens tamen eſſe mala, aut à Dæmone inſtituta, quod illis ſolet accidere qui curioſiùs libros legunt ſuperſtitioſos, ſegniùs inquirentes an ſint probatæ lectionis, itemque iis qui illa accipiunt ab hominibus, qui non adeò malè audiunt, & hoc quidem in Idiotis nullum aut leue eſt peccatum, ſi admoniti eam ſuperſtitionem dimittere parati ſint, poſt eam verò admonitionem ceſſat ignorantia pro cuius grauitate creſcit enormitas peccati.

a Cor. 10. v. 20.

Porrò eiuſmodi expreſſa vel tacita pacta cum Dæmone inita vana ſunt & fallacia, cum eo videlicet de quo Chriſtus *b* ait. [*Non eſt veritas in eo cum loquitur mendacium ex propriis loquitur quia mendax eſt, & pater eius.*] cum eo inquam, qui & ipſi primæ veritati auſus eſt mentiri dum. [*Oſtendit illi omnia regna mundi & gloriam eorum, & dixit ei Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me c.*] Fingunt tamen Dæmones ſe à Magis cogi, vt plures irretiant, & retineant irretitos.

b Ioan. 8. v. 44.

c Matth. 4. v. 8.

ARTICVLVS II.

De effectibus Magiæ Dæmoniacæ.

DVo ſunt velamina quibus ſe occultare ſolet Magia hæc Dæmoniaca; ſemper enim vel naturæ vim mentitur, ſicut in aſtrorum influxu; vel artificium, ſicut in imaginibus, characteribus ſimilibus; & vt perſuadeat citra præſtigium fieri quicquid admiſcet ſortilegij, ſatagit vt id totū agilitatis eſſe videatur. Ad eas fraudes ritè diſcernendas, & malignas artes probo Lectori indicandas; operæ pretium eſt inueſtigare quid poſſit Magia Dæmoniaca, & quid non poſſit: priùs tamen nonnulla vt certa conſtituenda ſunt, ac dicendis regularum inſtar præmittenda ſupponenda.

Primò ergo certum eſt Magos perficere non poſſe quæ Dæmon nequeat, quæcumque tamen hic tenerà poteſt ea per ipſum poterunt ex pacto Magi. Eadem ergo quæſtio an Magus aliquid poſſit, & an Dæmon aliquid poſſit, quia cuncta Magorum opera vi pacti à Dæmone perficiuntur.

Certum eſt etiam quod licèt Dæmones ac proinde Magi poſſint eos ſtupendos effectus quos authores prophani Græcè θαύματα, Latinè, mira vocant, producere; non tamen eos quos Theologi τέρατα, & vera miracula vocant, vireſque totius naturæ creatæ ſuperant, vt cœco nato viſum reſtituere, mortuos ſuſcitare, &c. Hæc enim cum infinitæ ſint potentiæ ſoli Deo reſeruantur, vt & Nicodemus ſenſit cùm de miraculis Chriſti loquens ait: [*Nemo poteſt hæc ſigna facere niſi fuerit Deus cum eo d.*] Huiuſmodi autem miracula à miris diſcernes; primò, quia Dæmonum mira, Magorumque ſæpe deficiunt in minimis, vt Magi Pharaonis in producendis cyniphibus; miracula verò perfecta ſunt, vtpote Dei opera nilque adeò arduum, vt in eo deficiant. Secondò Dæmonum mira, vana ſunt, & veris miraculis aduenientibus euaneſcunt, ſicut virgæ Magorum deuoratæ ſunt à virga Moyſis, & oracula Dæmonum coram ſanctis hominibus obmutuerunt. Tertiò miracula fiunt per religioſam & plerumque apertam Dei inuocationem; Magorum mira ſemper admixtis obſcuris & ſuperſtitioſis precibus, aut characteribus, aut ſimilibus vanis.

d Ioan. 3. v. 2.

Certum quoque eſt Dæmones mira, cunctaque ſua operari, tribus modis; vel actione immediata, per motum localem; vel mediatâ, idque dupliciter, aut applicando actiua paſſiuis per alterationem veram; vel illudendo ſenſibus, nam quoad motum localem vniuerſæ res corporeæ eis parent, modò tamen per huiuſmodi motum non turbetur ordo vniuerſi; per alterationem multa faciunt quæ naturæ ſolius operatio numquam fuiſſet: ſicut Chymicus peritiſſimus vi ignis, multa perficit quæ ſolus ignis numquam effeciſſet, quando verò nec motus ille localis, nec iſta actiuorum applicatio ſatis iuuant, tunc Magi, Dæmoneſque ad illuſorias deceptiones confugiunt. Hinc Theologorum ſchola duplices Magiæ Dæmoniacæ communiter agnoſcit effectus; alios veros qui fiunt per motum localem, & alterationem, alios apparentes ſeu præſtigioſos. Inter veros annumerantur ſigna & prodigia Pſeudoprophetarum apud Matthæum *e*. Inter præſtigiatorios, referuntor quæ de Simone Mago D. Petri aduerſario narrat D. Clemens *f*, eum ex aëre nouum hominem creaſſe, ſaxa quaſi lutum penetraſſe, ſtatuas animaſſe, in ouem aut capram ſe immutaſſe, & ſimilia. His in communi quoad effectus Magiæ ſuppoſitis, ſex maximè in particulari totidem Sectionibus inueſtiganda ſunt. I. Quid poſſit Magia Dæmon aca circa ordinem naturæ, & leges vniuerſi? II. Quid in ipſos Dæmones, Magoſve III. Quid in animas hominum viuentium, & Defunctorum? IV. Quid in humana corpora? V. Quid in beſtias? VI. Quid per imagines, characteres, verba, & numeros.

e c. 24. v. 24. & 26.

f l. 2. recognit. & l. 6. Conſt. Apoſt.

SECTIO I.

Quid poſſit Magia Dæmoniaca circa ordinem Naturæ, & leges Vniuerſi.

VEriſſima ac certiſſima doctrina Theologorum eſt, Magos Dæmoneſve, non poſſe quicquam quod naturam ſuperet, aut quo mutetur naturæ ordo, ſeu lex vniuerſi. Ita D. Auguſtinus *a*, D. Thomas *b*, & Scholaſtici quibus fauet illud Apoſtoli: [*Non ſubiecit Deus Angelis orbem terræ futurum*,] ſic enim hunc locum interpretati ſunt D. Chryſoſtomus, Theophilactus, D Thomas, & alij. Ex hac generali aſſertione ſequuntur aliæ particulares.

a l. 3. de Trinit.
b l. 3. contra Gent. c. 103.

Primò non poſſunt Magi quauis Dæmonum operâ, cœlorum, ſyderumve motum ſiſtere, aut impedire, vel eorum ſtatos curſus retroagere, hoc enim eſſet perturbare ordinem vniuerſi: eadem quoque de cauſa nequeunt integrum elementum, aliáſve partes quibus integratur mundus de loco ſuo naturali in alium transferre, mouere verò corpora poſſunt, eo motu velociſſimo quo cœli rapiuntur ab intelligentiis, adeoque rem aliquam intuentium oculis ſubtrahere, aliamque tam præproperè ſubſtituere, vt prioris in hanc poſteriorem veram perfectamque conuerſionem perſuadeant. Tales fuere Gentilium Metamorphoſes, Iphigeniæ in ceruam, ſociorum Diomedis in auiculas, vt obſeruauit D. Auguſt. *c* Poſſunt & terræ motus efficere, immiſſo ſcilicet turbulento quopiam ſpiritu in cauernas terræ, vel agitato vehementer aëre qui in viſceribus eius includitur; poſſunt excitare & ſedare tempeſtates, fulgura, grandines, aliaque metheorica creare, & in quem velint locum immittere (vnde & Dæmones ſæpe in ſacris litteris dicuntur aëreæ poteſtates,) poſſent & tenebris circumfuſis Solis, luciſque claritatem aliquibus abripere: poſſunt & certis in locis aërem & aquas corrumpere, & lethales reddere: poſſunt & impedire Ignis actiuitatem adeò vt quis per prunas innoxius ambulet.

c l. 18. de Ciuit. c. 18.

Non poſſunt Magi, Dæmoneſve vacuum in rerum natura inducere nec vllum actu infinitum, nec à priuatione ad eumdem habitum reducere nec ordinem qui inter formas & diſpoſitiones rerum naturalium ſtatutus eſt immutare, aut peruertere, extrema inducendo mediis prætermiſſis, nec corpus transferre ab vno extremo, ad aliud in inſtanti tranſmiſſo medio. Dum autem Tertullianus *d* ſcripſit Dæmones momento eſſe vbique, momentum ſumpſit pro celeri adeò motu, vt ab hominibus vix percipi queat: nec poſſunt actionem agentis naturalis quod habet omnia ad agendum requiſita impedire, niſi indirectè & mediatè, videlicet adhibita contraria cauſa, quæ alterius vim exeri non ſinat, vel per celerrimum ac violentum aëris interiecti motum, quo prohibetur actiuitas naturalis, ne ſe in ſubiectum inſinuet.

d Apol. c. 22.

Non poſſunt Dæmones aliquid ex nihilo producere, quia cauſæ naturalis actiuitas, aliquid ſemper in quod agat præſupponit, nec extenditur in id quod nihil eſt, hoc enim eſt virtutis infinitæ: Nec ex qualibet re naturali poſſunt aliam quamlibet producere, quia vt aliqua introducatur forma debent priùs aptæ diſpoſitiones præcedere; nulla verò res capax eſt naturaliter recipere ſimul & eodem tempore, diſpoſitiones ad omnigenas formas, adeoque, nec poſſunt quauis cauſa, vel inſtrumento quemuis effectum operari, quia cauſa vel inſtrumentum idoneam cum effectu ſuo debet habere proportionem. Neque poſſunt diſpoſitiones omnes ad aliquam formam neceſſarias in inſtanti introducere, formamque producere, quia productio per creaturas nulla fit niſi in tempore; nec æquali tempore poſſunt quicquid volunt perficere, naturaliter enim ad vnam rem quam ad aliam plus moræ requiritur, iuxta plures, aut perfectiores vnius quàm alterius diſpoſitiones. Nec poſſunt vllam formam ſubſtantialem immediatè producere; quia naturæ lex eſt vt corporeum ſubiectum nequeat ab incorporea re immediatè alterari, adeoque non poſſunt vllam qualitatem corpoream & permanentem v.g. calorem, frigus, albedinem immediatè imprimere.

Non poſſunt Magi, Dæmoneſve vnum corpus in duobus locis disjunctis, vel duo corpora in vno & eodem loco penetratiuè collocare, hæc enim principiis phyſicis & ordini naturæ repugnant. Nec corporis quantitatem ſic immutare aut comprimere vt homo inſtar felis & muſtelæ per rimam in cubiculum irrepat, & quæ in contrarium ingeruntur exempla, illuſoria ſunt & prius Dæmon latenter, & abſque ſtrepitu aperit & claudit ianuas vel feneſtras, per quas intromittuntur ſagæ, quæ ſe putant formam eiuſmodi animantium induiſſe. Nequeunt etiam efficere vt corpus quantum & coloratum adſtantibus verè reddatur inuiſibile, oculis eorum ſanis & non præſtigiatis, poſſunt quidem variis illuſionibus & immutationibus medij vel organi impedire ne corpus videatur (prout Giges fictitio ſuo tectus annulo latebat) ſemper tamen reuerâ viſibile permanebit. Illuſio erit ex parte aëris medij impediendo ne ſpecies ad oculum vel alium ſenſum deferantur, imbuendo medium aliqua qualitate qua ſpecies per illud diffuſæ ſic modificentur, vt obiectum alio modo quàm in ſe ſit repræſentent: Et, ſi moto aëre medio ſpecies quoque moueantur. Deceptio autem erit ex parte organi, ſi vel humores eius agitentur vel perturbentur, ſi ſenſatio impediatur, craſſiore quodam humore viam qua ſpiritus ad organum permeat obſtruente, qua forte ratione boni Angeli Sodomitas aoraſiâ percuſſerunt *e*. Cùm autem Dæmon perſuadet hominibus ipſos in beſtias eſſe conuerſos, tunc non ſolùm organum immutat, ſed & aliquando medium, ſemper verò phantaſiã.

e Gen. 19. v. 11.

Non poteſt Magia Dæmoniaca ex vna in aliam ſpeciem corpora tranſmutare, & quæ de Lycanthropis, ſeu hominibus ſpecie lupina apparentibus circumferuntur illuſoria ſunt, & cum natura pugnat iſta hominis in belluam degeneratio, quam qui pertinaciter aſſereret anathematis pœnæ

a c.Epiſc. 26.q.8.

ſubiiceretur *a*: accedit ratio, quia quælibet forma ſubſtantialis vt ſuum eſſe tribuat informando, requirit peculiares ſibique conuenientes diſpoſitiones & organizationem corporis propriam; anima enim definitur actus corporis organici, adeò vt nec anima ferina humanum corpus, nec humana ferinum queat informare: atque ita non poterit anima hominis in lupinum, aliudve ferinum corpus migrare illud informatura, multò minùs poterit ſimul cum corpore anima immutari, vt videtur Poëtis *a* quando agunt de ſociis Vlyſſis à Circe mutatis & reſtitutis. Illuſio ibi ſemper accedit ex parte illorum qui transfiguratos ſe putant; nec rarò ex parte illorum qui videre ſe credunt quod non vident. Licèt autem transformatio illa lupina deluſoria ſit, multi tamen eam comitantes effectus ſunt veriſſimi, v.g. ſtrages hominibus vel pecoribus illatæ per homines vel lupinis tectos exuuiis vel non tectos, ſed efferatos; poteſt enim fieri vt ex humorum vitio, & atræ bilis exceſſu affectus quidam lupini, & odium in greges & homines, ardorque eos inuadendi, vorandique mentem occupent, vnde & Medici λυκανθρωπίαν aliis morbis connumerant: ex ſimili vitio nonnulli ſe canes, & alia bruta eſſe imaginantur, qui ſi eo morbo laborant, non peccant, etſi Lupinam ſæuitiam imitentur.

a Horat. in Epod.

Neque præcedentibus obſtat, quod de rege Nabuchodonoſor poteſt obiici, quicquid enim in eo contigit diuinâ virtute, non arte magicâ actum eſt, licèt autem plerique SS. Patrum negent formam bouis, ſiue bouini corporis effigiem induiſſe; ſed veli vt ſic eum mente alienatum fuiſſe & bouem ſe crederet *b*, Scripturæ tamen ſacræ contextui, & Gregorij *c* magni ſententiæ magis conſentanea eſt explicatio dicentium, regij corporis affectionem in beſtiæ temperamentum mutatam, figuram etiam humanam aliqua ex parte in ferinam degeneraſſe, ſenſuſque internos ſimiles accepiſſe ſenſibus internis pecudum, vnde factum eſt vt quadrupes incederet, & fœno veſceretur, homines fugeret, & ſub dio degeret; diuinâ virtute ſub tali temperamento & habitudine corporis rationalem animum conſeruante.

b de his fusè Medina l.2. de recta in Deum fide.

c l 5. Moral. c.8.

SECTIO II.

Quid poßit Magia Dæmoniaca in ipſos Magos, Dæmoneſve.

CAcodæmones, prout rebus humanis ſeſe immiſcent, diſtinctos legimus in Pythonicos id eſt vaticinatores; Paredros, hoc eſt familiares, ſeu acceſſores: Catabolicos ſcilicet à quibus obſeſſi dirè affliguntur & in terram eliduntur, qualis erat ille de quo D. Lucas *c*, & in Oniropompos, vt loquitur Irenæus *d*, id eſt malorum ſomniorum auerruncatores, vel bonorum oſtentatores; atque omnia hæc genera ſpirituum nequam fingunt ſe magis obtemperare, & in iis omnibus commune eſt aliquos eſſe ſuperiores, alios inferiores; Hi tamen vt praua mancipia diris Dominis, non niſi domiti obediunt: quare quæ inter Dæmones ordinum ex quibus exciderunt adhuc habetur ratio, non eſt vera ſubordinatio, cùm ei deſit ordinis ratio formalis atque perfectio, quæ per media ſubordinata in vnum vltimumque finem dirigitur. Et in hoc ſenſu dicit S. Iob *e*. [*Vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.*] Vnde imperfectam aliquam ordinum diſtinctionem vſque ad finem ſæculi duraturam in Dæmonibus agnoſcunt Patres *f*, & Theologi *g*, quam inſinuat Apoſtolus cùm de Dæmonibus agens duos choros nominat dicens. [*Aduerſus Principes, & poteſtates h*,] Et ex hac naturali quorumdam Dæmonum ſuper alios præcellentia, naſcitur etiam quorumdam Magorum in alios vis atque poteſtas, quâ effectus illorum impediunt, prout potentioribus ſpiritibus nequam fœderati ſunt. Exemplum ſit famoſiſſimi cuiuſdam præſtigiatoris Zytonis *i* Bohemi, qui Bauarum abſumpſit: rem geſtam narrat Ioannes Dubrauius Epiſcopus Olmuzienſis his verbis: [Vvenceſlaus Imperator & Bohemorum rex affinitatem cum Principe Bauariæ Ioanne iniit, ductâ in vxorem filiâ eius Sophiâ. Socer vbi generum ludicris ſpectaculis, & magicis præſtigiis delectari cognouit, plenum Ludionum & præſtigiatorum plauſtrum ſecum Pragam duxit. Ibi dum præſtantiſſimus artificum ludibria artis ad permulcendos oculos explicat, adeſt inter ſpectatores Zyto Venceſlai Magus, ore vſque ad aures dehiſcente, accedenſque propiùs artificem illum Bauari cum omni apparatu protinùs deuorat, ſolos dumtaxat calceos, quia luto obſiti videbantur, exſpuens, ſeceſſumque inde petens, ventrem inſolita eſca grauem, in dolium aqua plenum exonerat, præſtigiatoremque adhuc madidum ſpectatoribus reſtituit paſſim deridendum, adeò vt cæteri quoque eius ſocij à ludo deſiſterent.] Illud de deuoratione merum præſtigium fuit, ſed verè abreptus miſer in dolium aquæ à Dæmone fuit iniectus, non per alui vias egeſtus.

c c.9.v.38. 42.

d l.1.de hær. Sim.

e c.10.v.22.

f Caſſian. collat.3. c.14.16.

g D.Th.1. p.q.109. art. 1.& 2.

h Epheſ. c. vlt.v.12.

i rerum Bohemic. l.23.

SECTIO III.

Quid poßit Magia Dæmoniaca in animas Hominum, ſeu viuentium, ſeu defunctorum.

POteſt Magia Dæmoniaca omnis generis affectiones, putà dolores, gaudij, odij, amoris, timoris, ſpei in animis hominum excitare, idque vel ſpecies & formas rerum, quæ dictarum affectionum ſunt cauſæ, exteriùs obiiciendo; vel phantaſiam ad ſimiles ſpecies repræſentandas mouendo, vel humores qui earumdem affectionum ſunt materia concitando. Poteſt & eeſtaſim ſiue raptum in anima efficere, idque duobus modis Primo, cùm illos obſtruit meatos quibus ſpiritus ſenſitiui

à cerebro ad exteriores ſenſus permeant, ſicut ſomniantibus accidit. Secundò, cùm eoſdem ſpiritus ſenſitiuos ab exterioribus ſenſibus ad interni ſenſus organa pertrahit, eóſque ibi retinet cohibétque ne ad externorum organa defluant: ita enim contingit vt in raptu ob nimiam Internarum virium occupationem, & ſpirituum ad eas confluxum, adeò impediantur ſenſuum externorum munia vt corpus viuum mortui ſpeciem præ ſe ferat. Sanè vera hoc raptus naturalis cauſa, Dæmonis vires haud excedit, taléſque ſunt Sagorum & Magorum ecſtaſes: quibus cum vno loco conſiſtant, variis tamen in locis ſe fuiſſe, & varia peregiſſe arbitrantur. Tales virginis illius Cæſaraugustanæ poſteriori præcedenti ſeculo pſeudoſtigmata Chriſti oſtentantis raptus frequentiſſimi, ex pacto dum oues paſceret cum dæmone inito procedentes, donec fraus anno 1485. ab Archiepiſcopo Cæſaraugustano detecta fuit. Diuinæ eſt prouidentiæ vt raptus hos arte magicâ productos, fideles diſcernant à vero & ſupernaturali raptu, quo per ſpiritum diuinum homines pietate inſignes ad rerum Diuinarum contemplationem, cum abſtractione mentis à ſenſibilibus eleuantur, de quo præclarè

22.q. 175. Doctor Angelicus. In qua ecſtaſi animum extra corpus peregrinari negat apertè Author breuium quæſtionum, quæ D. Athanaſij operibus adiiciuntur *a*; idipſum cenſet D. Auguſtinus *b*; & pro certo axiomate tradit Tertullianus [nuſquam animam ſine carne eſſe quamdiu in carne eſt *c*.] An autem Apoſtolus extra corpus raptus fuerit vſque ad tertium cœlum, ipſe ſe neſcire palam profitetur, déque eo dubitant Patres & Scholaſtici. Verum tamen eſt ſolum Deum ſic animam per raptum è corpore ſeparare poſſe, ac interea in eodem corpore idoneas iterum recipiendæ animæ conſeruare diſpoſitiones, quod efficere potuit in D. Paulo.

a qa. 33.
b Lib 18. de ciuit. Epiſt. ad Euod.
c Lib. de reſurr. carnis c. 15.

Cæterùm ſi de cauſis raptus, qui diuinitus homini contingit, curioſiùs inquiras: cauſa eius ſubiectiua quidem non totus ſecundum ſe homo eſt, ſed anima humana, non ratione intellectus agentis, ſed ratione paſſibilis. Formalis ipſa eleuatio animæ in Deum in facto eſſe, qua animæ quaſi vnitur Deo, & rebus cœleſtibus. Finalis Dei gloria, & illuſtratio in ordine ſupernaturali intellectus hominis, qui raptus eſt. Efficiens Deus ipſe non tantum vniuerſali ſuo concurſu, ſed & ſingulari, & ad hoc ipſum deſignato: poteſt tamen vti intellectu agente vt cauſâ inſtrumentali; quia licet eiuſmodi intellectus proprium munus ſit ſpecies à phantaſmatibus abſtrahere, vt in raptu exſulent omnia phantaſmata: ſolet tamen Deus eùm ſe menti humanæ per ecſtaſim inſinuat, ea quæ nobis eſt manifeſtaturus, diuinâ quadam repræſentatione oſtendere.

An magia Dæmoniaca ſuam etiam vim exerat in animas Defunctorum, hóſque ſuſcitare valeat? quærendi cauſam præbet Pythoniſſa, quæ ad Saülis Inſtantiam ſu-

d 1. Reg. 28. v. 12. ſcitauit Samuëlem *d*. Reſpondeo Dæmonem nullo modo poſſe facere, vt anima rationalis poſt ſeparationem à ſuo corpore, ipſum corpus ſubintret & viuificet; quia naturaliter à totali & perfecta priuatione ad habitum, ex generali Philoſophorum axiomate, non datur regreſſus. Præterea vnicus eſt modus naturalis vniendi animam rationalem ſuo corpori, nempè per generationem eiuſdem corporis, & creationem ac infuſionem animæ: ſupernaturalis vero modus, qui in reſurrectione exercetur interuenit, ſoli Deo competit.

Non poteſt etiam ipſe Dæmon illud corpus informare, quia ipſe eſt ſubſtantia completa & perfecta, cui repugnat aliam ſubſtantiam per modum partis componere. Poteſt tamen ipſe idem corpus ſubintrare & mouere. Quod autem ſpectat ad prædictam ſuſcitationem Samuëlis, D. Auguſtinus *e*, aliíque plures *f*, aſſeuerant veram quidem Samuëlis animam apparuiſſe Saüli, non quidem vi carminis magici euocatam, ſed Dei imperio aduentarem, vt impium regem corriperet, & ad pœnitentiam, denunciatæ mortis timore, prouocaret. Tertullianus verò & alij illam Samuëlis ſuſcitationem illuſoriis magiæ effectibus annumerant, volúntque non ipſam Samuëlis animam, ſed Dæmonem laruatum adueniſſe. Probabilior eſt D. Auguſtini ſententia, ipsíque Scripturæ magis conſona; veram ſcilicet animam Samuëlis apparuiſſe; ſenſuum tamen deceptionem in eo tèpertam, quòd anima Samuëlis viſa fuit obtemperare voci Pythoniſſæ, & quia verum ſuum corpus, & veram ſyndonem, prout videbatur, non aſſumpſerat *g*.

e Lib. de cura pro mort. c. 15.
f Ioſeph. 6. Antiq. 15. Iuſt. martyr. dial. cũ Tryph. Ambr. in c. 1. Lucæ. Lyran. Abulen ſ. Chartuſ. Caiet. & alij.
g Vide ſuprà lib. 1. Obſeru. LXX. de Pythonib. & Pythoniſſis.

SECTIO IV.

Quid poſſit Magia Dæmoniaca in corpora hominum.

POteſt humani corporis compages magno cum dolore diſtrahere, humores perturbare, iiſque perturbatis ſenſibiles potentias lædere, & intellectuales impetere: poteſt & cadauera diu ſeruare incorrupta, vt neque putreſcant, nec in cineres diſſoluantur; quia & hoc naturaliter vel ex aromatibus, & vnguentis apud Ægyptios, vel ex loci natura, ratione ſoli, ſoliſve humidam putredinis cauſam exſiccantis, vel ex ipſius corporis temperamento prouenire poteſt; imò & ea ipſo mortis genere. [Cunctis fere notum eſt, ait Plutarchus *h*; fulmine ictorum non fœtere cadauera putredinem,] Neque cor eorum cremari poteſt qui vel cordiaco morbo, vel veneno perierunt. Cúmque qualitates quarum vi hæc fiunt, Dæmon non ignoret, & poterit & ſimiles in totum cadauer inducere, adeò vt aliquo ſaltem temporis ſpatio igni reſiſtat.

h Lib. 4. qu. conuiu. Plin. lib. c. 37.

Videtur Magia Dæmoniaca poſſe quodammodo humani corporis iouentam renouare, & ſeni quaſi priſtinum vigorem, nitorémque reſtituere, adeò vt qui decrepita iam curuatur ætate, vires & habitum penè iuuenilem, cæteráque quæ ſenium abſtulerat, denuó reſumat. Aquilam enim propriis naturæ viribus renouari fatentur

omnes, neque id abſque perfidia negati poteſt regio Pſalmiſtæ canente, [*renouabitur vt aquila iuuentus tua a.*] Idipſum obuenit ſerpentibus, vt cum tenui illa ſua lcberide exuant ſenecturem, & inuentutem induaut, Humidum radicale aliquo modo in homine reſtaorari; ſenectutis atiditatem temperari corropto deteriori meliorem ſuccum ſuffici; cæteriſque deperditis quædam his aliquatenus reſpondentia & ad banc conoerſionem requiſita ſuppleti, naturæ legibus haud repugnat, huiúſque Metamorphoſeos teſtes adſunt plorimi. Inter alios Torquemada refert *b* anno 1531. Tarenti fuiſſe centenarium, qui pilis, cute. vnguibus; ſqualore decidentibus, cunctiſque in iuuenilem ætatem immutatis velut adoleſcens prodiit, & adhuc qoinquaginta annis ſuperuexiſſe viſus eſt. Eamdem in Caſtella alteri viro ſortem obtigiſſe refert idem Authot. Et Valeſeus Tarentaſius *c*, narrat idipſum eueniſſe moniali cuidam Abbatiſſæ iam vetulæ, cui dentes renari, comæ denigratæ, rugæ cutis adæquatæ mammæ pendulæ in orbem agglobatæ, ſic denique vultu, voce, rotóque corporis habitu in iuueneulam traosformata eſt, vt rei nouitate percuſſa, piæ verecundia omnium oculis ſe ſubtraheret.

a Pſal.v.
b Dial.1.horti floridi.
c Lib.6. Philonij c.12.

Qua verò arte id eis obuenerit non explicant Authores citati. Verum eſt vitam humanam conſeruari humido primigenio, iſtud vero ſingulis annis conſumi, quianeque nutritione ipſa tantum poteſt reparari, quantum ſenio deperit *d*. Neceſſe eſt igitur ad prædictam iuuentæ reparationem, vt illud humidum radicale totáque indiuidui temperatura ingraueſcentis ætatis ſitu deperdita reſtauretur. Et licet talis humidi reparandi ratio hactenus medicis manſerit ignota, Dæmonibus tamen pureſt eſſe nota. Neque hinc ſequitur quod ipſi poſſint hominem reddere immortalem, quamuis ea reparatione longæuus eſſet, mortalis tamen ſemper perſeueraret; ac demùm poſt aliquot annorum centurias vis naturalis ita in eo deperiret, ac ſatiſceret, vt nulla remedia quibus Dæmon vteretur ad reſtaurationem emortui corporis, & naturæ collabeſcentis, ac quaſi proſtratæ ſufficerent. Secus erat ex fructu arboris vitæ, quod eam vim naturalem à Deo acceperat, vt eſu ſuo vitam ad florem perfectæ iuuentutis reuocaret, idcóque Deus poſtquam inobedientem Adamum è Paradiſo expuliſſet, locum ipſum armato Cherubino muniuit ne ille ſubintraret, ſumerétque de ligno vitæ, & viueret in æternum placent Doctores, qui hoc verbum de æterna vita mortem prorſus excludente accipiunt.

d Ita medici Valeſius,&c.

Viſum quoque eſt nonnullis, artem magicam ſexum mutare poſſe. Verùm abſque fundamento, quod enim ſæpè legitur apud prophanos *e* Authores, aliquos factos maſculos, fœmineo ſexu in virilem erumpente, intelligendum eſt, ſolùm ſexum virilem qui latebat erupiſſe in his qui hermaphroditi erant; & tòt, tantæque in oppoſitum ſunt rationes, vt id omnino ſit denegandum Dæmoni, aſſerendúmque ſoli Deo conuenire: ſic præ cæteris Pontanus *f* narrat mulierem cui nomen Æmilia nuptam Antonio Spenſæ ciui Ebulano poſt duodecimum nuptiarum annum in virum mutatum, ſolutóque priori matrimonio vxorem duxiſſe, & liberos procreaſſe. Addit idem Author aliam fœminam, cùm marito ſuo filium vnum peperiſſet, mox exortâ virilitate, illo relicto, fœminam duxiſſe, atque ex ea liberos genuiſſe. Quin & D. Auguſtinus *g*. memorat ex Gentilium ſcriptis, & fœminas, & Gallinas in ſexum maſculinum fuiſſe conuerſas.

e Hipocr.lib. 6.Epidem. p.8. Tit.Liu.lib. 42. Plin. ſecund.lib.7.c. 4.
f in hiſt. Eccleſiaſt.
g Lib.3.de ciuit.c.vlt.

SECTIO V.

Quid poſſit Magia Dæmoniaca in beſtias.

POteſt corpora animalium imperfectiorũ, quæ ex putri quoque materia producuntur, cùm vitam amiſerint, naturalibus remediis viuificare; Dæmon enim optimè nouit cuncta ad illam viuificationem requiſita. In eo tamen caſu non foret hoc animal idem numero; quia licèt poſſit adhoc eadem eſſe materia, tamen anima quæ ex eius potentia de nouo educetur, haud erit eadem numero cum ea quæ perierat, ſoliúſque diuinæ omnipotentiæ priuilegium eſt, poſſe, quod periit, idem numeró iterùm reproducere, quod accidit in hominum reſurrectione. Animalia verò perfectiora, & quæ ex ſola naſcuntur generatione, non poſſunt operâ dæmonum vitæ reddi, hæc enim requirunt perfectiores quaſdam diſpoſitiones, & accuratiorem ſingulorum organorum præparationem, quæ non niſi naturali ſemine, vel à Deo immediatè ſiue ſe ſolo valent confici. Quare ſi qua eiuſmodi animalia ſunt viſa nonnumquam reuiuiſcere, non mortua penitus, ſed mortuis tantùm fuere ſimilia, ſicut Glires, & Vrſi qui certis anni temporibus immoti iacent, & vere ineunte excitantur.

Nequit etiam ars magica efficere, vt anima vnius bruti aliud corpus animet, quia ſingulæ beſtiarum animæ ex potentia materiæ eductæ, ſi à materia ſeparentur, omnino intereunt.

Non poteſt Magia Dæmoniaca facere vt beſtiæ loquantur locutione propriè dicta, hæc enim certa quædam ac naturalia exigit organa, quæ in brutis deſunt. Teſtantur quidẽ ſacræ paginæ. Aſinam Balaam verè locutam *h*, ſed in diuina virtute factum eſt; qui enim omnis locutionis fabricator eſt, poteſt quæ voluerit inſtrumenta ad eam aſſumere: ipſum tamen vt plurimum operâ Angelorum ad hoc vti probabilius eſt, hoc diſcrimine, quod loquela quæ procedit à brutis, Deo ſolo, vel ſolis Angelis eã producentibus, non ſit actio vitalis, qualis eſt loquela, quæ eſt ab homine, vel etiã à Pſittacis, Picis ac ſimilibus animãtibus ferendũ eſt iudiciũ de miraculoſis locutionibus quarũ mẽtio fit in ſacra pagina, vt aſinæ Balãã de qua Caietanus *i* de Angeli in rubo Moyſem alloquentis *k*, idemque martyrum qui in perſecutione VVandalica abſciſſis radicitus linguis, adhuc diſtinctè loquebãtur *l*, illas

i Commentar. in eum locũ.
k Exod.3.v.4.
l Lib 3.hiſt. Hungar. Decad.3.

illas ſcilicet non fuiſſe actiones vitales, Deo in genere cauſæ efficientis ſupplenteritam defectarum partium, aliorúmve quæ ſunt neceſſaria ad locutionem vitalem, in quo facile eſt diſcernere intermiraculoſas iſtas locutiones, & præſtigioſas, quas Diabolus Dei imitatione edebat olim apud Ethnicos in Quercu Dodonæa, & ſimilibus; Dæmon enim non ſupplebat, neque ſupplere poteſt, vt Deus, in genere cauſæ efficientis ſe ſolo, & abſque alius actiui applicati cauſa defectum organi proprij ad locutionem, ſed vtebatur aëre, quem diuerſimode commouebant, & applicabat ad huiuſmodi locutionem.

Nequit etiam omnis Magia Dæmoniaca intelligentiam largiri beſtiis, etſi quippiam ſolertiæ ſit in brutis, præſertim in Elephantibus, ſimiis, canibus, quæ rationem, & diſcurſum, aut prudentiam imitetur *a*: ipſis tamen rationem, diſcurſum, prudentiam tribuere, ſanæ Philoſophiæ & Theologiæ repugnat: Philoſophiæ quidem quia ſi bruta ratione vterentur, rationalia dicenda forent, at ſoli conuenit homini qui propriè, & eſſentialiter definitur animal rationale: item ſi ratione ducerentur, ex electione operarentur, & ſi diſcurſu forent prædita, vniuerſalia quædam noſſent axiomata, ſine quibus nec affirmatiuè nec negatiuè diſcurri poteſt. Theologiæ repugnat, quia ſi bruta ratione vterentur, ergo & libero arbitrio in rebus de quibus diſcurrunt, & ratiocinantur, adeóque mereri poſſent. Aliquando tamen à nonnullis ſcriptoribus bruta dicuntur ratione prædita, quia multa tam ſolerter agunt quam homines ratione præditi; dicuntur etiam prudentiam habere, quia perinde operantur ac ſi ducem ſequerentur prudentiam, quæ eſt habitus faciens nos promptos vt eligamus media fini cuipiam magis accommodata. Neque id mirum ſi perpendamus, quòd opus naturæ, eſt opus intelligentiæ non errantis.

a Ariſt. 7. de hiſt. animal. c. 1. D. Thom. 2. 2. q. 3. art. 2. Auerroes, ac Hipocr.

SECTIO VI.

Quid poſſit Magia Dæmoniaca per imagines, Characteres, verba, aut numeros.

IMagines ad quaſcumque conſtellationes fabricatæ, vel certâ figurâ inſignitæ nullam vim obtinent naturalem ratione conſtellationis, aut figuræ, ſed tantùm ratione materiæ qua conſtant, (ſi qua tamen ei inſit vis naturalis:) quare ſi quis inde prodeat effectus qui vi naturali tali materiæ adſcribi nequeat, effectus ille à Magia Dæmoniaca habet originem. Certiſſima eſt apud Orthodoxos propoſitio noſtra, vnde inter articulos Pariſienſes in auguſtiſſima totius orbis ſacra ſchola ſtatutos vigeſimus primus his concipitur verbis: Quod imagines ex metallo, vel alia materia ad certas conſtellationes fabricatæ, vel certo charactere, aut figura efformatæ, aut etiam baptizatæ à exorcizatæ, aut etiam conſecratæ, aut potius execratæ ſecundùm prædictas artes, & ſub certis diebus, habeant virtutes mirabiles, quæ in libris huiuſmodi ſuperſtitioſis recitãtur error eſt in fide, & Philoſophia naturali, & aſtronomia vera:] Hoc verò error eſt in fide, quia effectus qui à ſolo Deo procedunt, ibi à dæmone, vel à conſtellationibus exſpectantur: & ritus ſacramentorum, & rerum ſacrarum eiuſmodi ſuperſtitionibus inquinantur. Error eſt in Philoſophia naturali, & Aſtronomia vera, quia iſtæ tales, ſyderum influxus non agnoſcunt, nec naturalibus cauſis tales attribuunt effectus. Illæ enim figuræ nullam vim habent quicquam ex aſtris eliciendi, aut in ſubiectum nouam aliquam qualitatem mixturam inducendi, aut illam eſſentialem formam imprimendi, ſed manentibus eadem forma eſſentiali, & materiâ, qualitatibus etiam iiſdem quæ prius fuerant perſeuerantibus; artè tantùm noua figura extrinſecus aduenit; ad quam nullum ſidera reſpectum habent, nullam analogiam. Et hinc extremæ conuincitur amentiæ delirium Magorum, dum quæcumque per characteres, figuras, & numeros ipſi perficiunt, ea produci ſomniant à virtute iis figuris communicatâ & deriuata ab aliis figuris ſublimioribus ex ſympathia quadam naturali rerum inter ſe ſimilium, quatenus hæ figuræ ſibi inuicem coaptantur. Sed quam friuolum ſit hoc commentum, patet vel ex eo quod ſimiles illæ quas in cœlo ponunt imagines, putà vrſa, anguis, Leo, nauis, aries, piſces, & reliquæ prorſus ſunt fictitiæ, & quædam entia rationis, quatenus figuræ quædam ſimilitudo, illis adſcribitur, nomináque ad placitum ſtellas ab inuicem diſtinguendi causâ, impoſita ſunt. Figuræ verò factitiæ, quâ talis eſt, nulla poteſt eſſe efficientia, nec vlla cum vera figura ſympathia, vel amor naturalis.

Cæterùm ſi qui Patres, quos in ſuæ fraudis velamen aſſumunt Magi, videantur aſſerere cœlos & aſtra ſenſu vel intelligente animo eſſe prædita (quod damnatum eſt in Synodo Conſtantinopolitana *b*) figuratè & allegoricè locuti ſunt vt ex ipſa Scriptura ſacra; cuius omnia loca quibus id in ſpeciem innuitur, vno ex quatuor modis accipienda ſunt. Primò per Proſopopœiam, quâ quæ animatorum ſunt, inanimatis tribuuntur, & cœlis & terræ audire *c*; mari videre & fugere *d*; ſecundò per Metonymiam quâ continens ponitur pro contento, vt cum terra dicitur à Deo iudicanda. Tertiò per Hyperbolem, vt cùm terra dicitur aſpectu Dei tremere *f*, vel reſponſura *g* interroganti. Quartò per Analogiam & Metaphoram; vt cum Sol dicitur præeſſe diei, Luna nocti *h*, vt laudare Deum, item cum Luna vocatur regina cœli *i*: & quando cœli, & aſtra dicuntur militia cœli *k*.

c Deut. 32. v. 1.
d Pſal. 113. v. 3.
e Pſ. 9 v. 9.
f Pſ. 103. v. 32.
g Iob. 12. v. 8.
h Gen. 1. v. 16
i Ier. 44. v. 7.
k Deut. 17. 4. 3.

Nulli quoque characteres, nulláque vocabula, per ſe ſpectata, vim habent morbos ſanandi vel noxas alias depellendi. Dixi nulla vocabula, ſiue ore probata, ſiue

ſcripto

ſcripto comprehenſa, ſiue ſignificatiua, ſiue nihil ſignificantia: ſiue Hebræi, ſiue alterius cuiuſvis idiomatis. Addidi vim naturalem, quia ſupernaturalem habere poſſunt: quicquid enim illa zelotypiæ adiuratio habebat efficacitatis, deſurſum erat, eo ferè modo quo preces Eccleſiaſticæ, formulæ Sacramentorum & Sacramentalium, & exorciſmi vim habent ſupernaturalem ex Dei inſtitutione. Similiter amuleta ſacra, vt Euangelium S. Ioannis cùm piè ac religioſè à fidelibus geſtantur, & effectus qui indè oriuntur ſuper naturales ſunt; Deique beneficentiæ adſcribendi.

Numeris muſicis aut arithmeticis nulla ea nomine vis naturalis ineſt, ad eos, quos fingunt Magi, effectus producendos; quia nnmerus, quà numerus eſt, nullam neque narutalem, neque ſupernaturalem vim habet operandi; numerus enim quiſquis ille ſit, eſt quantitas diſcreta, quantitas verò continua per ſe non eſt operatiua, ergo multo minus diſcreta: idcóque illa quæ dicuntur de Saxorum & Syluarum attractione ad Orphæi modulos credenda ſunt vel fabuloſa eſſe, vel operationis Dæmoniacæ.

In muſicorum numerorum patrocinium obiiciunt ictos ab inſecto quodam aranearum genere (à Tarento vrbe Appuliæ vbi frequens eſt, Tarantula nuncupato) harmonia muſica ſanari; cùm enim eius inſecti veneno *a* perpetuò canant, alij rideant, alij plorent, alij alia patiantur incommoda, mirum quam facilè huiuſce veneni vis mulceatur muſicâ, auditis enim lyricis inſtrumentis, vel tibiarum ſono, mox à languoribus ceſſant, & tripudiare incipiunt, ac ſi ſani eſſent; quod ſi tibicines tantillum quieſcant, non multò poſt repentè in terram concidunt, & ad priſtinos redeunt languores, niſi tamdiù indeficiente ſonitu ſaliant, donec veneni virus partim inſenſibiliter per cutis meatus, partim per ſudorem exeat, & diſcutiatur. Ad id igitur tibicines ſtipendio conducuntur; alternatímque motantur, vt abſque vlla ſonitus intermiſſione, tamdiu tripudient demorſi, quoúſque penitus curati. Dummodo quamdiu hæc aguntur, ſint qui antidotis eos corroborent. Sed reſpondetur Muſicam iuuare contra melancholicos & lymphaticos affectus, quos venenum illud inſerit, eâque harmoniâ lætitiam in animo generante pellit noxam conrrariam.

a Mathiolus in Dioſcorid. lib. 2. c. 15.

Pro numeris arithmeticis obiicitur criſim ſeptimæ diei, aut decimæ quartæ, ea communi omnium medicorum ſententiâ, eâque experiētia auſpicatam eſſe & ſalutarem, quod ſanè non niſi ex aliqua ſeptenario numero ingenita virtute prouenit. Sed reſpondetur critici diei rationem ab ipſa potiſſimum conſtitutione, & humoribus qui in homine ſunt pendere, periodo quadam naturali, de qua agens Andreas Laurentius *b* docet, critici diei duas eſſe cauſas, materialem ſcilicet & efficientem; materialis eſt quilibet humor noxius, quantitate, vel qualitate peccans; efficiens verò eſt duplex, vniuerſalis ſeu remota; nempè cœlum, cuius vices ferè omnes luna excipit, & nobis communicat; & particularis, ſeu propinqua ſcilicet natura ipſa, quam Hippocrates vocat calorem inſitum, Galenus facultatem corpus diſpenſantem, alij temperiem ſiue ſpiritum, quæ quidem natura quoquo nomine exprimatur ſic motiones ſuas ſtatis circuitibus efficit, ac ſi ratione vteretur: vt potè ordinata à ſupremo agente. Opus enim naturæ, eſt opus intelligentiæ non errantis: quod ſi illa aliquando erret, id à materiæ vitio procedit contumaciâ ſolâ ſuper eam præualentis: ideóque quod tardior aut celerior ſit criſis, id partim materiali, partim efficienti cauſæ tribuendum. Si enim humor ſit temperamento calidus, ſubſtantia tenuis, qualitate benignus, faciliùs à natura domatur, & celeriùs coquitur; difficiliùs, ſi craſſus, frigidus, contumax. Item à validiore natura citiùs, à debiliore tardiùs excernitur. Quod autem ſeptenariis tantùm perfectæ & ſalutares criſes fiant, id totum efficienti cauſæ adſcribendum: natura enim definitum ſibi eligit tempus, quo motus ſuos & criſes perficit. Tempus illud vt ſola conſtat experientia, eſt ſeptimus dies, decimus quartus, & vigeſimus; cur autem autem ſeptenarium potiùs quàm alium numerum ſibi pro deliciis elegerit natura, id altioris, quàm medicæ eſſe contemplationis fatetur idem Author *c*.

b Lib. 3. de Criſib. c. 13.

c Andre. Laurent.

SECVNDA PARS.

De Diuinatione.

MAGNA apud Græcos & Latinos prodiit nominum varietas ad eos ſignificandos, qui ſtygiis diuinandi & hariolandi myſteriis, forent initiati. Quatuor apud Græcos Synonymus coniunguntur *d* videlicet μάντις, ἐπαοιδός, φαρμακεύς, γόης; quæ tamen ſi propriè & ſtrictè ſumantur, μάντις ariolum, ſeu diuinum ἐπαοιδός incantatorem; φαρμακεύς veneficum, ſeu venenarium, qui malis nocet pharmacis, γόης præſtigiatorem, & quemcumque impoſtorem propriè ſignificabant. Apud Latinos *e* quoque Diuini, Arioli, Augures, Aruſpices, Chaldæi, Genethliaci, Sortilegi ſæpè confundentur: etſi propria cuiúſque (vt videtur in huiuſce Tractatus decurſu) ſit ſignificatio, provt in ipſo etiam Tractatus præcedentis decurſu obſeruari potuit. Sortilegi, ſic dicti quia ſuperſtitioſo ſortium iactu quidvis diuinare præſumunt, à recentioribus Sortiarij nuncupantur, ſi mulieres fuerint, Sortiatriæ: hæ quoque ſi infantulos necabant, dicebantur Lamiæ à veteribus Latinis, & Striges, & Veratricis, quod veri diuinandi ſcientiam profiterentur, ſicut hodie palabundæ illæ cunctarum notionum feces, quæ ſe Ægyptias eſſe iactant, Longobardi Maſeas nominant, eo forſitan, quòd in conuenticulis ſuis laruis ſe regant vel quod ob difformem, quem vt plurimùm fe-

d Apud Platon Syneſ. Chryſ. &c.

runt vultum, latuis magis quàm fœminis ſimiliores ſint. Et quidem quod ſpectat ad illa magis vſitata in Scripturis nomina; Ariolorum ſcilicet, Aruſpicum, Diuinorum, & Diuinationis, ea ſemper in ſacris litteris malè audiunt, neque in ipſis vnquam Diuinatio ſumitur pro lumine prophetico; illud enim Sapientis dictum [*Diuinatio in labiis regis in iudicio non errabit os eius a*] ad prophetiæ donum minime pertinet, ſed ad ſagacitatem in iis, quorum veritas ignoratur conticiendis, & perplexis iudiciorum circa facti ambigua eruendis, vt factum eſt in iudicio Salomonis, cum inter duas meretrices de paruulo diſceptantes veræ matri filium reſtituit *b*. Nec non Danielis inquiſitione, quà ſenum immundorum detectâ perfidiâ, caſtiſſimam Suſannam vitæ, honuti, & marito *c* reddidit. Quæ de materia Diuinationis ad nos ſpectant, ſex complectar articulis. In primo dicetur, quid ſit Diuinatio, in reliquis agetur de illius ſpeciebus.

a Prou. 16. v. 10.

b 3. Reg. 3. v. 24.

c Dan. 13. v. 46.

ARTICVLVS I.

Quid ſit Diuinatio.

d Lib. 1. de Diuinat.

VErſati quamdam ait Tullius inter homines Diuinationem, quam Græci μαντικὴν appellant, id eſt præſentiooem & ſcientiam rernm futurarum, additque, Chryſyppus diuinationem definit eſſe vim cognoſcentem, videntem & explicantem ſigna quæ à Diis hominibus pottenduntur. Quæ viri Ethnici definitio, ſi per Deos Dæmones, (quales fuere Dij Gentilium) intelligas, conſentanea eſt ei quam tradunt Theologi cùm dicunt: *Diuinatio eſt ſignificatio occultorum ex pacto expreſſo, vel tacito cum Dæmone inito.* Dicitur ſignificatio, quia non perficitur ſola meotis intellectione, ſed ſignis quoque & verbis exterioribus vtitur; additur occultorum; qnia Diuinatio eſt tam præteritorum & præſentium, quàm futurorum, dummodo illa ſint occulta, & ab humana cognitione procul remota; & in his dnobus conuenit cum prophetia; diſtinguitur tameo ab ea & à naturali cooiectatione, per pactum cum Dæmone initum, quod in his nullum eſt: Prophetia enim deſuper à Deo infuoditur; naturalia coniectatio ex humana obſeruantia naſcitur. At Diuinatio ſicut & Magia Dæmoniaca alicui pacto, vel expreſſo, vel tacito cum ſpiritu nequam interpoſito, protsùs innititur. Quibus modis cum Dæmone expreſſum ineatnr dictom eſt ſupra. De tacito aliquid diceodum venit.

Pactum tacitum cum Dæmooe io ordine ad Diuinationem eſt, eo ipſo, qnòd quis quærit cognitionem ſoli Deo reſeruatā aliundè quam ex Deo, idque mediis indebitis, hoc eſt à diuina Prouidentia ad hoc minimè inſtitutis. Ad eiuſmodi pactum tacitum ritè diſceroendum, duo ſunt obſeruanda: vnum eſt proportio rei cognoſcendæ & cauſæ per quam cognitio quæritur: alterum iotentio eius qni rem occultam inquirit. Quod ſpectat ad proportionem; ſi ea talis non ſit vt per eam vnum ex alio debitè deprebendatur, culpabilis erit ea inqniſito. Eiuſmodi autem debita proportio triplex eſt, vel effectus ad ſuam cauſam, ſic cognoſcitur Eclipſia ex cœli motu; vel cauſæ ad ſuum effectum, ſic ex fumo inueſtigatur ignis; vel diuerſorum effectuum cum cauſa communi cui vterque effectus connectitur, & ſic, quia quæ cauſa eſt areus cœleſtis eadem eſt quoque & ſerenitatis, rectè ſereoitatem exinde colligimus. Quod ſi nullâ harum trium rationum vnum ex alio cognoſci queat, eius inueſtigatio cum tacito Dæmonis pacto cenſetur coniuncta; maximè ſi quis igoarus tacitum ſubeſſe pactnm poſtea de hoc admonitus nollet deſiſtere, licèt enim plurimi ratione ſui ſtatus id ſcire nequaquam teneantur, vt tamen incipiunt dubitare tenentur conſilium petere à viris peritis, eorumque dictis acquieſcere. Quod ſpectat ad intentionem, is qui rei occultæ cognitionem per media ad id vana ſeriò inquiſit, cum illam à Deo expectare deberet, tacitum pactum cum Dęmone inire pęrſumitur. Tamen pacti taciti ioiti cum Dæmonæ, & vanæ ſuperſtitioni a reus non erit, qui ad cognitionem occultorum obtinendam à Deo, vtetur nonnullis ex ſe mioimè malis, ad huc tamen per ſe ineſficacibus, etiam cognoſceudo eſſe ex ſe ineſficacia, ſi iſtorum vſui coniungat preces, expectando à Deo eorum cognitionem: ſic in ſacris io ſacris littreris excuſaotur ſortes conſultoriæ, de furto Acham *e* de cauſa tempeſtatis propter Ionæ peccatum exortæ *h* iuxta dictum ſapientis *f*: [*ſortes mittuntur in vrnam, ſed à Domino temperantur.*] Sic etiam excuſandi ſunt, qui cum humilitate in graui cauſa, & arduo negotio, cùm aliud non ſuppetit, remedium ſignum à Deo petuot, ex cœlo, vel terra; vel doceri cupiunt per aliquam vocem vel actionem humanam, vt Eliezer *g* ſeruus Abrahæ, & Ionathas *h* filius Saülis regis fecerunt abſque culpa.

e Gen. 24. v. 12.

f Prouerb. 16 v. vlt.

g Gen. 24. v. 12.

h 1. Reg. 24. v. 9.

Explicitum pactum ſemper eſt mortiferum ſiue verbo, ſiue facto Dæmon inuocetur, nec vllus inter fideles ignorationi videtur eſſe locus: exemplo ſint duo Reges Iſraël, Saül Pythoniſſam cooſulens in Endor *i*; & Ochoſias Rex Iſraël, Beelzebub Deum Accaron *k*. Natura quoque ſua lethalis eſt Diuinatio tacito pacto coniuncta, ſed fit veoialia primò per igoorantiam, ſi hæc non niſi cum difficultate vinci potoerit, hoc eſt nec affectata fuerit, nec craſſa. Secundo ſi conſtet snimum & iotentionem à ſuperſtitiooe fuiſſe prorſus alienam.

i 1. Reg. 28. v. 7

k 4. Reg. 1. v. 2.

ARTICVLVS II.

De quatuor Diuinationis ſpeciebus, quæ ſunt Vaticinatio, Necromantia, Ariolatio, Augurium.

Diuinationis ſpecies penè innumeræ; ex quibus ea tantùm attingam quarum aliqua in ſacris litteris fit mentio, quarumque vel leuis explicatio paſſim obuiis Scripturæ locis intelligendis ſeruiet: Eiuſmodi ſunt Vaticinatio *a*, Necromantia *b*, Ariolatio *c*, Augurium, Sors, & Coniectatio. De prioribus quatuor ſpeciebus agetur hoc articulo; ſequenti verò de Sorte & Coniectatione.

a Chron. 3. v. 47.
b Iſaïæ 8. v. 19.
c 1. Reg. 28. v. 4. 9.

Vaticinatio, Vaticinatium, Oraculum, Dæmonomantia in re præſenti idem ſonant & commune habent, quòd iis Theomantiam, ſeu Prophetiam veram Cacodæmon conatus ſit imitari, Diuinitatem per Diuinationem æmulari (dicta enim Diuinatio, quaſi Diuinitatis imitatio) petentibus reſponſa dando vel ex antris, vel ex ſtatuis, vel ex hominibus. Talia fuere Oracula Iouis Dodonæi cuius cultus ad Oracula ab eo expectanda inſtitutus eſt à poſteris Dodanim *d*: qui Magi fuere: Item Apollinis Delphici, Clarij, aliorumque. Plurima autem ex iis oraculis Dæmon reddebat per maleficos, & maleficas quales fuere fœminæ illæ dictæ Dodonides Columbæ *e* & Pythiæ, & omnes Pythoniſſi, qui & ventriloqui, quòd ex imo ventre vox prodire videretur, vt explicant Patres *f*. Talem fuiſſe Saülis Pythoniſſam teſtatur Ioſephus *g*. Vocantur autem Pythones, Pythoniſſi, Pythoniſſæ à verbo πυθέσθαι, quod ſciſcitari eſt: vocantur etiam Fanatici à Iuriſconſultis *h*.

d Gen. 1. v. 4
e Pauſan. in Arcad.
f Orig. hom. 16. in c. 23. Num. & lib. 7 contra Celſum. Oecumen. in c. 18. Actor. Chryſ. in 1. ad Corinth.
g Gen. lib. 6. Antiq. c. 15.
h Lib. 1. de edil. ed ct.

Necromantia, quam ſacra pagina vocat diuinationem in Pythone *i*, eſt Diuinatio per mortuos ex inferis arte magica & incantationibus ſuſcitatos. Hanc inter diabolicas alias ſuperſtitiones populo ſuo diſtrictè prohibet Deus his verbis: [*Nec inueniatur in te qui luſtret filium ſuum aut filiam ducens per ignem, aut qui Ariolos ſciſcitetur, & obſeruet ſomnia, atque auguria, nec ſit maleficus, nec incantator, nec qui Pythones conſulat nec diuinos, aut quærat ex mortuis veritatem k.*] De hac ſimiliter Iſaïas Propheta *l*. [*Et non dixerint ad eos quærite à Pythonibus & à diuinis qui ſtrident in incantationibus ſuis. Numquid non populus à Deo ſuo requiret pro viuis à mortuis?*] Habes exemplum in Saüle rege, qui cum Dominum conſuluiſſet nec ei reſpondiſſet neque per ſomnia, neque per Sacerdores, neque per Prophetas, perrexit in Endor ad mulierem Pythoniſſam, (ipſe licet anteà eraſiſſet Magos & Ariolos de terra) vt ſuſcitaret ei Samuëlem, à quo craſtinum ſui, filiorumque didicit interitum *m*. Necromantiam Ethnici certis locis, quæ putabantur eſſe inferni oſtia, vt apud Auernum, Tarentum, & Cimmerios certis ritibus & obſeruantiis magicis exercebant, quæ accuratè deſcribuntur à Poëtis: Horatius *n* attingit triginta duas. Conſtantinus Magnus lethale ſupplicium ſanxit *o* in eiuſmodi vmbrarum ſeu animarum euocatores tanquam defunctis iniurios. Verùm non vmbra defunctorum, vt docet Tertullianus *p*, ſed Dæmones eorum loco tunc apparebant & ſub obtentu animarum operabantur, omniſque illa incorporalis corporum exhibitio præſtigium erat. Ea porro Necromantia, res eſt plena periculi ipſi Mago, quem Sathan interdum vitæ & luci ſubtrahit, tam eis qui curioſe Magos conſulunt: hos enim non raro mente abalienatos malè periiſſe comperium eſt.

i 1. Reg. 28. v. 8.
k Deut 18. v. 10 11
l c. 8. v. 19.
m 1. Reg. 28. v. 8.
n Satyr 8.
o Lib. Maleſ. de mal. & Mathem.
p Lib. de anima. c. 57.

Ariolatio, ſeu Ariolorum Diuinatio ab aliis Haruſpicina, latiſſimè ſumpta omnem comprehendit Diuinationem; ſed hîc ſtrictè vſurpatur, & vt deſcribitur ab Iſidoro *q*. His verbis: [Arioli vocati, propterea quod circa aras Idolorum nefarias preces emittunt, & funeſta ſacrificia offerunt, iiſque celebrantibus Dæmonum reſponſa accipiunt.] Ab eiuſmodi diuinatione populum ſuum Deus etiam intentata morte deterret his verbis: [*Non declinetis ad Magos, neque ab Ariolis aliquid ſciſcitemini vt polluamini per eos r.*] & alibi: [*Ego ſum Dominus irrita faciens ſigna Diuinorum & Ariolos in furorem vertens. ſ.*] Ariolationis plures erant diuinandi modi ex viuæ adhuc victimæ obſeruatione primus, dum ipſa producebatur, dum ad aram ſiſtebatur, dum attrectabatur, dum vinum ei infundebatur. Secundus, dum ſingula mactatæ hoſtiæ membra rimabantur, iecur maximè; nec in his immoror alios prætereo.

q Lib. 8. Etymol. c. 5.
r Leuit. 20. v. 31.
ſ Iſaï 44. v. 25.

Augurium ſeu Aruſpicium hominum induſtria & artificio rebus futuris non neceſſario, ſed liberè dignoſcendis apud Ethnicos inſeruiebat. Id vanitatis & ineptiæ Tullius *t* ipſe, Ethnicus licet, inſimulauit. Moyſes *u* & Prophetæ *x* damnarunt. Sumebatur autem Augurium è pluribus, ſed potiſſimum ex auibus à quibus dictum Augurium, quaſi auigerium. Et quidem ſi ad naturalem tantùm præſentionem auium, quâ pluuias & tempeſtates nobis indicant quis attendiſſet, nihil fuiſſet ſuperſtitionis, ſed ſolùm actus humanæ ſolertiæ: ſed quia inde alias res futuras, & ex libera hominum voluntate dependentes coniicere paſſim præſumebant, peccatum erat, vetúſque Gentilium ſuperſtitio. Auium autem aliæ erant oſcines, quæ cantu ſeu garritu, aliæ præpetes quæ volatu putabantur prædicere: harúmque rurſus variæ differentiæ inſtituto noſtro minimè conducentes: omnis, in vniuerſum, augurij vanitatem indicat quod Hecatæus prodidit, ſe in expeditione Alexandri cum Iudæis aliquot Equitibus ad mare rubrum contendiſſe; inter quos fuit Moſollamus, vir animoſus, & qui omnes Græcos & Barbaros iaculandi peritiâ antecelleret; ibi cum properantem exercitum augur quiſpiam ſiſteret ex alitis ſedentis volatu omen itineris captare parans, è veſtigio Iudæus ille correptâ ſagittâ, confixit alitem, ioco incuſans ſtul-

t Lib. 2. de Diuinat.
u Leuit. 19. v. 26. Deut. 18 v. 10.
Eccleſ. 34. v. 5.
x Ierem. 27. v. 9.

tiriam

titiam Auguris, qui miſeram auem alieni conſciam facti crederet, cum tamen ignara fuiſſet ſui nec præuideret quantùm periculi à Moſullam ſibi immineret.

ARTICVLVS III.

De ſorte, ac primò de Diuinatoria.

SOrs olim phur dicta quam vocem aliqui perſicam eſſe volunt: Hebræam verò D. Hieronymus ab Hebræo Phur, id eſt cadere ſeu labi, quia ſortes in vrnam coniectæ labuntur. Sortis diuiſio variè à Doctoribus aſſignatur. Diuinitoria, Diuiſoria, & Purgatoria ad nos ſpectant, de quibus totidem agemus articulis, iſto quidem de Diuinatoria, & duobus ſequentibus de Diuiſoria, & Purgatoria.

Sors Diuinatoria Græcè χληρομάντια ex genere ſuo illicita eſt & prohibita. Talis fuit
a cap. 1. v. 7. ſortitio Ionæ *a*. Ea cum multiplex ſit, tres tantùm eius ſpecies noſtro ſeruiunt inſtituto, quæ nomen ſumunt à materia, nempè ῥαβδομάντια, id eſt diuinatio per virgas στοιχειομάντια per elementa, & verba ad ipſam aperturam libri occurrentia, ἀριθμάντια per maiores numeros. Ῥαβδομάντια, quam
b Lib. 6. de morib. Tacitus *b* tribuit Germanis, attingitur maximè in duobus Scripturæ locis, primus
c German. c. 21 v. 21. eſt Ezechielis dicentis *c*: [*Stetit enim Rex Babylonis in biuio in capite duarum viarum diuinationem quærens commiſcens, ſagittas interrogauit idola, exta conſuluit: ad dexteram eius facta eſt Diuinatio ſuper Ieruſalem.* Diuinationem hanc Interpretes variè explicant, audiendus eſt D. Hieronymus in Commentario vbi ait: [*Stabit in ipſo compito*, & ritu gentis ſuæ oraculum conſulet, vt mittat ſagittas ſuas in pharetram & commiſceat eas inſcriptas ſiue ſignatas nominibus ſingulorum, vt videat cuius ſagitta exeat & quam priùs ciuitatem debeat oppugnare. Hanc autem Græci βελομάντιας ſiue ῥαβδομάντιας nominant.] Alter locus
d c. 4. v. 12. eſt Oſee *d*. [*Populus meus in ligno interrogauit, & bacculus eius annunciauit ei.*] Non conſtat omnino apud Hebræos de quo Diuinationis genere id dicat Oſee D. Hieronymus vult de eodem dicere de quo Ezechiel. Idipſum ſentit Theophylactus in eumdem Oſee locum, ipsúmque ritum explicat his verbis: [virgas duas ſtatuentes carmina & incantationes quaſdam ſubmurmurabant: deinde virgis Dæmonum operatione, aut effectu cadentibus conſiderabant quonam vtraque earum caderet antrorſum ne, an retrorſum; ad dexteram vel ad ſiniſtram. Sicque tandem reſponſa dabant inſipientibus, virgarum caſu pro ſigno vſi. Eumdem ad modum Nabuchodonoſor vaticinabatur, vt Ezechiel
e c. 21. v. 21. habet *e*.] Nec ignorandum hoc loco in An-
f Canon. 4. tiſiodorenſi Concilio mentionem fieri ſortium de ligno eaſque prohiberi *f*.

Στοιχειομάντια fiebat olim aperto libro Homeri, aut Virgilij, ipsóque qui primus aſpicienti fiebat obuius verſu conſiderato, præſagium inde captabant. Sic Socrates mortis ſuæ diem coniecit, ſicut imperij & vitæ tempus Claudius, Traia-
nus, & Macrinus *g*. Huic Ethnicorum va- *g Sueton. in Tiber. & alij hiſtor.*
nitati ſucceſſit deinde apud Chriſtianos apertio veteris ac noui Teſtamenti, quâ vſi ſunt Heraclius *h* Imperator, Andronicus *h Cedren.*
ſenior *i*, Merouæus *k* aliique paſſim: & *i Greg. lib. 8.* *k Gregor. Turon. hiſt. Franc. l. 5. c. 14.*
qui inter eos pietate erant inſigniores librum aperiebant, non vt de futuris certiores redderentur, ſed vt conſultorium quid; vel exhortatorium in ſacra Pagina reperirent, à qua re omnis aberat ſuperſtitio: cuius haud fuere innoxij qui inde futuros euentus inferre præſumebant, quod
pluribus Eccleſiæ Catholicæ decretis *l* damnatum eſt. His tamen minimè perſtringeretur qui graui neceſſitate compulſus præmiſſis precibus ea ſacræ Paginæ apertione pro ſorte vteretur vt patet ex D. Auguſti- *l c. aliquanti & c. ſi quis Clerie 26. q 5. Antiſiodor. Concil. Can. 4*
no *m* & Beda *n*. Sanè ad hoc diuinâ reuelatione impulſus fuit Seraphicus Patriarcha B. Franciſcus, de quo etiam Doctor Seraphicus D. Bonauentura *o* ſcribit. [Immiſ- *m Epiſt. 180. ad Honor.* *n in c. 1 Actor.* *o c. 13. de vita S. Franc.*
ſum eſſe eius menti per diuinum Oraculum, quod in apertione libri Euangelici aperiretur ei à Chriſto, quod Deo in ipſo & de ipſo maximè foret acceptum. Oratione itáque cum multa deuotione præmiſsâ ſacrum Euangeliorum librum de altari ſumptum in ſanctæ Trinitatis nomine aperiri fecit per ſocium; virum vtique Deo deuotum & ſanctum. Sanè cùm in trina libri apertione ſemper Paſſio Domini occurreret, intellexit vir Deo plenus, quòd ſicut Chriſtum fuerat imitatus in actionibus vitæ ſic conformis ei eſſe deberet in afflictionibus & doloribus Paſſionis antequam ex hoc mundo tranſiret.

Ἀριθμάντια per numeros procedens duplex fuit; vna Græcorum qui litterarum valorem conſiderantes, eum futurum victorem augurabantur cuius nomen maiores numeros contineret: ideóque Hectorem ab Achille debellatum dictitabant. Altera Chaldæorum, cui ſimilis eſt recentiorum Caba-
la Iudæorum de qua vide Tegnium *p* & Cir- *p Lib. de vero ſtudio Chriſtiano.*
uelum *q* eam refutantes. Sanè D. Ioannes in *q In Paradoxis 44 q. vlt. quæ eſt de Cabala Iudæor. c. 3. v. 18.*
ſua Apocalypſi Antichriſti nomen per numerum 666. ſignificauit vt illi à Deo fuerat reuelatum, in quò nomine reperiendo ſubtiliora hactenus ingenia fruſtra, vt crediderim deſudarunt. Eo tamen facto Arithmantiam nequaquam adſtruit, ſed Arithmeticis dumtaxat numerorum inuolucris Prophetiam contexit. Quod & nobis liceret Spiritu ſancto idipſum inſpirante: ipſis verò numeris vim aliquam vel proprietatem tribuere eſſet erroneum.

ARTICVLVS IV.

De ſorte Diuiſoria.

Diuiſoriâ ſorte vti permittunt iura, ſi de hæreditate & bonis diuidendis, ſi optione pluribus relicta, & ſimilibus ſit quæſtio. (Prohibitum dumtaxat ſortiri Epiſcopatum *a*, vel aliam quamuis dignitatem aut beneficium Eccleſiaſticum *b*:) vt in illis nullum ſit peccatum quatuor deſiderantur conditiones *c*. Primò debet euentus à Deo expectari & non à caſu vel fortuna, quare Deus ex corde innocandus iuxta illud Pſalmographi: [*In manibus tuis ſortes meæ d:*] Si quis autem euentum certò expectaret à fato, ſumpto vt ſumunt Stoici & Aſtrologi, peccaret mortaliter, ſicut & is qui à fortuna, more Gentilium accepta; & præterea hoc peccatum eſſet Idololatricum: ſi verò à fortuna, vt eam Chriſtiani Philoſophi ſumunt, vſurpata euentum expectaret in re graui ſoret veniale, in leui vix foret peccatum. Secundò adhiberi debet ſimplex ſors ſine vlla ſuperſtitione, vllóve rerum, aut litterarum ſacrarum abuſu, qui ſi grauis adſit irreuerentia erit peccatum mortale. Tertiò, neceſſe, vt illi qui ſortiuntur æquali iure gaudeant, aliàs foret iniuſta ſortitio, & graue peccatum ſi de bono publico ageretur, verbi gratia, ſi de officiis publicis obtinendis, ſi digni & indigni ſortes mitterent, ſors enim fauere poſſet indigno cum dignorum iniuria, & grauiſſimo reipublicæ damno. Quartò, requiritur vt mittentium ſortes intentio præcipua non ſit inquirere voluntatem Dei modo extraordinario, quia talis modus incertus eſt, ſed auferre lites, diſcordias, querelas, inuidias, prout docuit ſapiens *e* his verbis: [*Contradictiones comprimit ſors, & inter potentes quoque diiudicat.*] Quare ſi aliter iniri poſſet concordia, res ſorti committenda non eſſet: ſin aliter tolli nequit diſcordia, bonum pacis ſeruatis illis quatuor conditionibus ſortem permittit. Sic inualeſcente tempeſtate ſortiri licet omnium conſenſu quis naui eiiciendus ſit, & graſſante Epidimiâ quis Parochorum in vrbe morari debeat, & morientium curæ mancipari *f*.

a l. 47. Cod. de Epiſc.
b c. fin. de ſortil.
c D. Thom. 2. 2. q. 95. 97. art. 8.
d Pſ. 30. v. 16
e Prou. 18. v. 18.
f D. Aug. Epi. 180 ad Honorat. & lib. 1. de Doctr. Chriſt. c. 28.

Cæterùm ne quem decipiant quæ de ſorte in ſacris litteris paſſim habentur, ſciendum eſt Deum in lege veteri aliquam quoque Ceremoniam inſtituiſſe, quam ſorti præmitterent, & qua in ſortitione vterentur, quæ qualis fuerit, non ita conſtat. Videtur fuiſſe quædam ad Deum mentis eleuatio cum oratione ad hoc inſtituta, vt colligitur ex electione Matthiæ, in qua cum Apoſtoli duos ſtatuiſſent coram, Barſabam ſcilicet & Matthiam: [*Orantes dixerunt, Tu Domine qui corda noſti omnium oſtende quem elegeris ex his duobus vnum accipere locum miniſterij huius Apoſtolatus de quo præuaricatus eſt Iudas, vt abiret in locum ſuum, dederunt ſortes eis, & cecidit ſors ſuper Matthiam g.*] Primùm igitur ſortituri ſiſtebant ſe coram Deo, mox oratio ad eum fundebatur, tum ſortes ſingulis dabantur, quæ miſcebantur vt plurimum in vrna *h*, aliquando in ſinu, ex illo loco: [*Sortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur i.*] Interdum in Calicem, quem ſinu continebant, vnde Calix in Scriptura ſacra ſæpè ſignificant ſortem, vt in his verbis: [*Dominus pars hæreditatis meæ, & Calicis mei k.*] cuius autem ſors exibat, ſuper eum cadere dicebatur. At totum hoc negotium cæremoniale fuit, vt cum reliquis veteris legis ritibus eatenus abrogatum eſt: vnde & Apoſtoli; vt obſeruat Beda *l*, ante aduentum Spiritus ſancti in electione Sancti Matthiæ adhuc legali ſortis Cæremonia vſi ſunt, quam tamen poſt acceptum Spiritum ſanctum amplius non adhibuerunt, ſed ſolam orationem ad Deum ieiunio adiuncto: ſic enim leguntur elegiſſe ſeptem Diaconos *m* & Presbyteros *n*. Equidem cum Chriſtus cuncta promittat ritè orantibus, abſurdum eſſet oratione poſtpoſita ad ſolam ſortem confugere, cui ſe ad futurum Deus in nouo Teſtamento minimè promittit.

g Actor. 1. v. 26.
h Eſth. 3. v. 7. c. 9. v. 26.
i Prou. 16. v. vlt.
k Pſ. 15. v. 6.
l In c. 1. Act.
m Act. 6. v. 5
n c. 14. v. 22.

ARTICVLVS V.

De ſorte Purgatoria.

QVia ſors purgatoria complectitur purgationem Canonicam aliáſque nonnullas vulgi vſurpatione introductas, nempe purgationem per Monomachiam, per ignem, per aquam, & per prouocationem ad Diuinum iudicium, de his quinque modis Purgatoriis totidem ſectionibus agendum.

SECTIO I.

De Purgatione Canonica.

PVrgati Canonica, hoc eſt Eccleſiæ regulis conſentanea, duplex aſſignatur, vna fit per iuſiurandum in qua nihil eſt ſortis: Hac Gregorius Magnus varios Epiſcopos iuſſit ſe purgare *o*, idque ſancitum eſt in Concilio Agathenſi *p*, & Ilerdenſi *q*; quod & ipſi fecere ſummi Pontifices, Sixtus I. & Leo III. *r* Altera purgatio eſt per auguſtiſſimi ſumptionem Sacramenti, quæ licita eſt cùm ab Eccleſiaſtico Iudice competenter iniungitur. Hanc purgationem quoſdam Pontificum exegiſſe legimus. Lotharius Rex pactis,

o c. Presbyt. cum quatuor ſeqq. 2. 4. 5.
p Can. ſi legitim. 2. q. 4.
q c. Presbyt. ſi à plebe 2. q. 4.
r c. auditum. 2. q. 4.

cum

eum Nicolao Pontifice non ſteterat; ſed adulteram iterum in thalami partem redùxerat. Romam profectus abſolui petit ab Hadriano Papa, dicens ſe promiſſis Nicolao

Chepa. anno 870.

factis ſteiſſe. Tunc Pontifex (vt ait Sigisbertus) pro comprobatione innocentiæ ad examinationem Corporis & Sanguinis Domini tam Regem quam Optimates regni incitauit: illi nil Deum veriti Corpus Domini noſtri temere acceperunt:] ſed rege in itinere Placentiæ ſtatim moriente, reliqui omnes intra annum perierunt. Improbus erat Henricus Imperator, idem tamen ſacrilegium committere exhorruit cùm ad ſimilem venerabilis Sacramenti purgationem eum innitaſſet Gregorius VII. eandémque ſimoniacam hæreſim ſibi obiectam priùs eluiſſet, Hiſtoriam refert Lambertus Schaffnaburgenſis *a*, cuius narratio etſi paulò fuſior Lectori

a Ita Mart. del Rio.

accepta erit quia illius purgationis formulam exhibet [Papa inquit, Miſſarum ſolennia celebrauit, confectaque ſacra oblatione; regem cum cætera quæ frequens aderat multitudine ad altare euocauit, præferénſque manu Corpus Dominicum: Ego, inquit, iam quidem à te tuiſque fautoribus literas accepi quibus me inſimulabas ſedem Apoſtolicam per Simoniacam hæreſim occupaſſe, & aliis quibuſdam tam ante Epiſcopatum criminibus vitam maculaſſe: quæ mihi ſecundùm ſcita Canonum omnem ad ſacros ordines aditum obſtruxerant. Et licet multorum Idoneorum certè teſtium adſtipulatione, crimen refellere queam, eorum ſcilicet qui omnem vitæ meæ ab ineunte ætate inſtitutionem integerrimè norunt, & eorum qui meæ ad Epiſcopatum promotionis authores fuerunt; ego tamen, ne humano potiùs quam diuino vti videar teſtimonio, vt ſatisfactionis compendio omnem omnibus ſcandali ſcrupulum de medio auferam, ecce Corpus Dominicum, quod ſumpturus ero, in experimentum mihi hodie fiat innocentiæ meæ, vt omnipotens Deus ſuo me hodie iudicio abſoluat obiecti criminis ſuſpicione, ſi innocens ſum vel ſubitanea interimat morte ſi reus. Hæc & alia, quibus ſolenne eſt, præfatus verba terribilia, quibus Deum cauſæ ſuæ æquiſſimum iudicem & innocentiæ aſſertorem adeſſe precabatur, partem Dominici Corporis accepit & comedit, quà liberrimè abſumpta, cum populus in laudes Dei, innocentiæ eius congratulatus aliquamdiù acclamaſſet, tandem impetrato ſilentio conuerſus ad regem. Fac ergo, fili, inquit, ſi placet quod me vidiſti facere. Principes Theutonici regni, ſuis in dies accuſationibus aures noſtras obtundunt, magnámque tibi molem capitalium criminum impingentes pro quibus non modò ab omni rerum publicarum adminiſtratione, ſed ab Eccleſiaſtica etiam communione & ab omnimoda vitæ ſæcularis conuerſatione vſque ad extremum ſpiritum te ſuſpendi oportere exiſtimant: petunt etiam magnopere diem & locum ſtatui audientiamque præſtari Canonicè diſcutiendi quas aduersùm te adferant accuſationes. Et optimè noſti humana plerúmque vacillare iudicia, & in publicis diſceptationibus nonnumquam falſa pro veris perſuaderi, dum pro diſertorum hominum ingeniis, & dicendi copia & ſuauitate falſitas verborum phaleris adornata libenter auditur; & veritas nullis eloquentiæ nixa adminiculis contemnitur. Cum ergo tibi benè conſultum cupiam, pro eo quod in calamitatibus tuis ſupplex Apoſtolicæ ſedis patrocinium experiſti, fac quod moneo ſi te innocentem noſti & exiſtimationem tuam ab æmulis tuis per calumniam falſis criminationibus impetitam, libera compendiosè, & Eccleſiam Dei ſcandalo, & te ipſum longæ concertationis ambiguo, & ſume hanc reſiduam Dominici Corporis, vt comprobatâ, Deo teſte, innocentiâ tuâ obſtruatur omne os aduerſum te iniqua garrientium: & me deinceps cauſæ tuæ aduocato & innocentiæ tuæ vehementiſſimo aſſertore, Principes tibi reconcilientur, regnum tibi reſtituatur, omnes quibus iamdiù reſpublica diuexatur bellorum ciuilium tempeſtates in perpetuum ſopiantur. Ad hæc ille inopinata re attonitus, æſtuare, tergiuerſari &c.] Vno verbo ne moleſtior ſim in eo textu referendo experimentum hoc innocentiæ ſuæ facere detrectauit. In ea formula, nil niſi pium, & ſacris literis præceptíſque diuinis conſentaneum, quicquid in Eccleſiæ Catholicæ Antiſtites euomat virvllis, purgationem illam, furioſæ explorationis ſpeciem, & Epiſcopos ſacramentales appellans homo ſacramentarius *b*, & in

b 1. Corinth. 11. v. 17.

perniciem conuerti clamans, quod in ſalutem putabatur inſtitutum. Salus eſt Corpus Chriſti dignè ſumentibus, vt ait D. Paulus [*Quicumque manducauerit Panem hunc vel biberit Calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini.*] Quod vt quiſque ſetiò caueat: [*Probet autem ſeipſum homo; & ſic de pane illo edat & Calice bibat, qui enim manducat & bibit indigne iudicium ſibi manducat & bibit non dijudicans Corpus Domini: Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles & dormiunt multi,*] repentinâ videlicet morte in talis ſacrilegij vindictam percuſſi. His ergo Corpus Chriſti pernicies eſt, non inſtitutione ſuâ, vel inſtitutoris voluntate, ſed ſumentis peruerſitate qui eo quod ad ſalutem ipſius datum eſt, in mortem mauult abuti, quàm veritatem aperire, & crimen de quo interrogatur à iudice legitimo confiteri. Quid aliud in tota illa purgationis forma proponitur, quam quod à D. Paulo ſancitum? Dei teſtimonium certiſſimum eſt; adducitur vt dubium tollat; ſi innocens es, vbi teipſum prius probaueris, & intima conſcientiæ arcana ſollicitè ſcrutatus & nihil conſcire tibi deprehendens, Deum ſecurè ac reuerenter in teſtem aduoca. Si reus es, noli eum in tuam perniciem & interitum aduocare. Sublata fuit hæc purgationis forma, quia ſuſpectis non eſt danda Euchariſtia.

SECTIO II.

De purgatione per Monomachiam.

IVdiciàtiæ quædam Diſquiſitiones, qnibus ſortuito euentui veritas culpæ vel innocentiæ decidenda parmittitur, vulgares vocantur purgationes: nec incongruè, vt nomen ipſum; nullo eas vſu legitimo, ſed vulgi quadam obſeruatione fuiſſe introductas apertè manifeſter: quin & earum aliquæ iure Canonico expreſsè ſunt veritæ: quouiam iis Deus tentari potiùs ſolet quam eius voluntas explorari. Poſcitur enim Deus miraculum faciat, veluti ſi quis ſuæ confiſus innocentiæ ad eam probandam peteret ſe gladio ſepties percuti, vt in fœmina ſepties icta, de qua eſt Epiſtola Hieronymi, olim contigit.

Inter vulgares eiuſmodi Purgationes prior occurrit Purgatio per Monomachiam, ſeu Duellum, quâ nulla olim fuit frequentior quotieſcumque ſcilicet criminis notitia, ſeu probatio erat obſcura, vel actor reum prouocabat, vel reus ipſe offerebat ſe, aut alium ſuo loco. Eam apud Palæſtinos olim in vſu fuiſſe conſtat ex Goliath prouocatione, quem Dauid ictu lapidis proſtrauit *a*. In iuſiurandi locum ob crebra periuria apud Francos purgatio illa fuit introducta, quoad cauſas *b* criminales, ac poſteà ad ciuiles *c* extenſa: voluere tamen vt dimicantes fuſtibus vterentur; pleruimque tamen receptum vt armis militaribus ſuæ regionis quique rem dirimerent. Poſteà verò ius armorum præſcribendorum ad reum ſpectauit. Memoranda eſt piiſſimi VVenceſlai Bohemiæ regis hiſtoria, quá Dubrauius recenſet *d*, in cuius Duello, aliiſque pluribus iuſtitiam cauſæ Deus miraculo declarauit. Si autem miraculo non faueret, vel maneret dubia res, vel iuſtam fouens cauſam ſuccumberet, adeóque ſuperſtitioſa & fallax eſt eiuſmodi per Monomachiã purgatio & iuri diuino repugnat, vt patet ex omnibus Scripturæ locis, quibus prohibemur tentare Deum & hominem occidere. Repugnat etiam Eccleſiaſtico ſic enim abuſum hunc quoad ſubditos tantùm Romanæ ſedi donauit Iulius II. diplomate peculiari anno 1508. ſub pœna excommunicationis, quam poſteà Gregorius XIII. ad omnes extendit Chriſtianos, & quod Synodo Tridentinã patres de ſolemni, ſeu publico Duello iam ſtatuerãt; hoc ipſe de priuatis ſanciuit anno 1582. in Bulla quæ incipit, *Ad tollendum deteſtabilem*.

a 1. Reg c.9. v.17.
b L. meatin iii.54.
c vlt. & lib.5. leg. Franciſc. tit.4.
d Lib.5. hiſt. Boh. ni.

SECTIO IV.

De Purgatione per ignem.

TRiplex fuit per ignem Purgatio. Prima per ferrum candens, hoc eſt vomeres lateres vel chirotecas candentes; ſecunda per prunas, tertia per rogum, innocentis probabatur ſi ab iis illæſus quis abiret, ſin, minus nocens habebatur; vnde & eiuſmodi purgationum genera (maximè verò per ferrum candens) Iudicij nomine leguntur nuncupata, & ſæpè numero ſponte ſuſcepta. Richarda Henrici III. Imperatoris vxor adulterij inſimulata candenti ferro crimen diluit *e*: ſicut & Kunegundis Henrici II. vxor *f*. Emmam quoque Angliæ Reginam ad conteſtandam pudicitiam nudis pedibus ſuper ignitos vomeres illæſam ambulaſſe ſcribit Polydorus Virgilius *g*. Non diſſimile fuit iudicium per prunas, quas vel in ſinum conjiciebant, vel manu ferebant, vel nudis pedibus calcabant. Id iudicium ſubiuit S. Brixius D. Martini, in Turonenſi ſede ſucceſſor. Hunc enim populus reum faciebat ſtupri cum Religioſæ profeſſionis fœmina commiſſi, quæ linteanima Epiſcopi lauare ſolita, ex viro nihili pepererat: Brixius iuſſit ipſum infantem nondum menſtruum in medium adferri, & coram omnibus interrogauit num ipſe pater eius foret? reſpondit infans eum non eſſe ſed alium, quem tamen non nominauit. Fiebat id virtute diuinâ, plebs tamen pertinax & obſtinata Dæmonis operæ totum adſcribebat. Tum Brixius prunis candentibus veſtem impleuit, totâque vrbe detulit, & ita ſe à libidinis carnalis flagitio alienum profeſſus eſt.

e Ara. Boio. lib.4.
f Fulgoſ. lib. 8.c.1.
g Angl. hiſt. l.8.

Rogum ingreſſos innocentiæ probandæ causâ multos inuenies. Petrus Maſſilienſis Presbyter ſuſpectus de hæreſi Antiochiæ ipſo die Paraſceues nudus per ardentem pyram integer, & abſque vllo doloris ſenſu pertranſiit *h*. Poppo Danus Preſbyter in fidei Chriſtianæ probationem veſtem cerâ copioſâ illitam indutus in medio populi circo inter flammas perſtitit, donec tota veſtis, intacta eius cute abſumeretur. Videri poteſt apud Theodorum Lectorem *i*. Hiſtoria non iniucunda de duobus Epiſcopis vno Catholico, Ariano altero; duas alias narrat Cæſarius Ciſtercienſis *k*.

h Paul. Æmil. hiſt. Franc lib.4.
i Lib.2. Collectan.
k Lib. 9. miracul. 6.16. & 17.

Cæterùm olim prædictæ per ignem Purgationes miraculi plenæ fuerunt, quia tamen miracula poſcere non neceſſaria, eſt Deum tentare, propterea illas meritò prohibuit Stephanus V. ad Moguntinum Archiepiſcopum ſic ſcribens: [Ferri candentis, vel aquæ feruentis examinatione confeſſionem extorquere à quolibet, ſacri non cenſent Canones, & quod ſanctorum Patrum documento ſancitum non eſt; ſuperſtitioſa adinuentione non eſt præſumendum. Spontaneâ enim confeſſione, vel teſtium approbatione, publica delicta habito præ oculis Dei timore, commiſſa ſunt regimini noſtro indicare, occulta vero, & incognita ſunt illi relinquenda qui ſolus nouit corda filiorum hominum *l*.] Quibus verbis ſubdit Gratianus *m*, non hæc duo tantum purgationis genera, quæ hic nominantur, ſed & quælibet ſimilia videri inhibita, quia in iis æque procedit ratio quam Pontifex addidit, idque apertè dicitur alibi *n*, his verbis: [Vulgarem denique ac nullâ Canonicâ ſanctione] fulcitam legem fer-

l c. Conſuluiſti. 2.4.5.
m c. in libro uamq.
n v. vlt. ad c. Memnon

uentis

uentis ſeilicet aquæ, ſiue frigidæ, ignitique ferri contactum aut euioſlibet popularis inuentionis (quia fabricante hoc ſunt omuino factâ inuidiá) nec ipſum exhibere, nec aliquo modo te volumus poſtulare, imò Apoſtolicâ authoritare prohibemus fitmiſſimè.] Deſumpta ſunt hæc vltima verba ex Epiſtola Alexandri I I. ad Reinaldum Cunarum Epiſeopum. Prohibitum ergo id fuit ab Alexandro II. iterúmque ab Honorio III. qui expreſsè *a* teſtatur ferri eandentis iudicium penitus eſſe interdictum vt potè in quo Deus tentari videtur, mandátque Templarios qui Liuones illud ſubire compellebant per eenſuras Eeeleſiaſtieas eogi eo abſtinere.

a cap. Dilecti filij de vulgari Purgat.

SECTIO IV.

De purgatione per Aquam.

PVrgatio vulgaris per aquam, fiebat adhibitâ vel feroente, vel frigida. Nec videtur inſtitnta ad imitationem poeuli zelotypiæ à Deo inſtituti *b* apud Hebræos ad explorationem adulterij, quod teſtibus probari non poterat; ſie enim Deus, qui ſolus occulta nouit & iudicat, ſe veritatem indieaturum promiſerat, ad cuius manifeſtationem nulla res quæ eſſet in eo potu habebat vim naturalē; quare iure optimo Canones *c* hanc ſuſtulerunt probationem, ſieut & illam quæ fiebat per aquam feruentem immiſſa in eam manu, de qua Gregorius Turonenſis *d*, egregiam narrat hiſtoriam; videlieet Diaconum Catholieum cum Presbytero Ariano diſputantem ad fidei veritatem comprobandam ſie eum prouocaſſe. {Factis rei veritas approbetur, ſueeendatur igni Lebes æneus & in feruenti aqua annulus proiieiatur, qui verò eum illæſa manu inde extraxerit, ille, veritatis partes ſequi comprobetur. Conditione ab Hæretieo aeceptatâ, Diaconus diffidentia quadam tentatus vnguentis quibuſdam manum brachiumque illinit, quod eernens hereticus, exelamat adoerſarium magieis præſidiis, non fidei eonfidere; oritur altercatio, eui ſuperuenit Diaconos alius è Reuenoa Hyacinthus nominē, & vt didieit quid hoc rei eſſet, mox extracto nudo bracchio in Leberem feruentem mergit, & diù multúmque quæſitom annulum tandem reperit, & illæſus extraxit quod eernens Hæreticus valdè eonfuſus iniecit, & ipſe manum in ahenum, & protinus vſque ad oſſium internodia omnis caro liquefacta defluxit.

b Num. 5. v. 12. 13.

c c. Dilecti filij de Pur-

d Lib. 1. de gloria Martyr. c. 8.

SECTIO V.

De prouocatione ad diuinum iudicium.

HAud rarò accidit, vt qui ſe iniuriâ ab aliis affiei putant, nec hominum auxilium ſupereſſe animaduertunt, ad Deum eonfugiant, qui de perſeeutoribus vltionem ſumat, eoſque nonnumquam ad tribunal Dei, & quanduque intra eertum tempus ſiſti iubent. Hae citatio ad Deum iudicem illieita non *e* eſt, ſi eitra vindictæ appetitum, iram, impatientiam, deſperationem, vanitatem, aliudue animi vitium ab aliqoo iniuſtè oppreſſo, fiat bono fine, purà vt innocentia eius appareat, nee infamia grauentur eonſanguinei, aut vt oppreſſor terrore percuſſus reſipiſcat, vel vt è medio ſublatus ab oppreſſione miſerorum deſiſtat. Non deſunt hae in re ſanctorum exempla: ſic vir ſecundùm eor Dei dixit ad Saülem [*Iudicet Dominus inter me & te, & vleiſcatur me Dominus ex te.*] Et Zacharias ſummus ſacerdos filius Ioiadæ eùm iuſſu Regis Ioas iniuſtiſſimè necaretur, ſimile quid proferens ait, [*videat Dominus & requirat.*] Quæ imprecationes exitio perſecutorum ambæ paulò poſt fuerunt approbatæ. Nec alia mens Machabæorum Martyrum, quorum prophetia citationis & imprecationis vim habuit, ſicut & illa Apoſtoli ſeribentis ad Timotheum: [*Alexander ærarius multa mala mihi oſtendit reddet illi Dominus ſecundum opera eius: quem & tu deuita.*] Sancti quoque Martyres noui teſtamenti ad Deum clamant [*vſquequo Domine non iudicas & non vindicas ſanguinem noſtrum de iis qui habitant in terra f.*]

e Feuardent. in c. 13. Eſther.

1. Reg. 24. v. 13.

2. Paral. 24. v. 22.

2. Machab. 7. v. 17.

Epiſt. 2. c. 4. v. 14.

f Apocal. 6. v. 10.

Vt autem à ſacra ad Eeeleſiaſticam hiſtoriam fiat aceeſſio Gualterus Burgenſis; vir doctrinâ & ſanctitate elarus, Epiſeopatu Pictauienſi per iniuriam pulſus à Clemente V. quamdiù vixit patientiſſimè opprobrium tulit: ſed moriens iuſſit ſuo inſeribi ſepulchro: *Ad iudicium Dei appello*]. legit Epitaphium Clemens, memórque iniuriæ quam intulerat expauit: addit Volaterranus *g* eum haud diù poſt obiiſſe. Thomas Cantipratenſis *h* ſcriptor eruditus & verax, narrat de Abbate qui cum iudicem in terra habere non poſſet contra maiorem Præpoſitum quod Conſobrinum ſuum armatâ manu ex illius Monaſterio rapuiſſet, eum intra quadraginta dies ad ſummum iudieem prouocauit.

g Raphael. Volater. Antropol. lib. 2.

h In lib. Apum.

Cæterùm licèt eitationes ad Deum Iudieem abſque vllo animi vitio & in bonū finē factæ illicitæ non ſint, perieuloſum tamen eſt hominibus non compertæ ſanctitatis eas imitari; facilè enim vnum quemque decipit amor ſui, latentis vindictæ aut alicuius paſſionis vapor mentem obnubilat ac perturbat animum. Et lethaliter peecaret qui iniuſtè, ſciens; & volens alios eitaret, ſugillant enim eos quos eitant vt oppreſſores innocentiæ, hócque inſolito agendi modo minùs conſtantes adeò terrere valent vt facilè in morbum incidant & intereant. Qui tamen citantur attendant diligenter an vllum ſit dubium de ſententiæ, aut facti propter quod eitantur æquitate, & ſi quem apud ſe perſentiſeant conſeientiæ ſcrupulum, caueant ſibi & prouideant, & quæcunque ad veritatis indagationem ſpectant iterum examinanda ſuſeipiant, vt vel retractetur prior ſententia, vel maturiore conſilio confirmetur, ſæpè etenim contigit vt qui primum ex allegatis & probatis nocentes videbantur, eos poſtmodum temporis decurſu comprobaui eſſe innoxiòs. Nec iudiees nimiš circumſ-

pectè procedere valent in re tanti momenti in qua non hominis exercent iudicium, ſed Dei *a*.

a 2. Paral. 19. v. 6.

ARTICVLVS VI.

De Coniectatione.

HVcuſque ſermo fuit de illicitis Diuinationis ſpeciebus, reſtat agendum de ea quæ aliquando licita eſt nempe de Coniectatione.

SECTIO I.

De Coniectatione ex Aſtris.

COniectationis ſeu iudiciariæ ex aſtris Matheſeos duæ aſſignantur ſpecies valdè perſimiles, nempè Aſtronomia & Aſtrologia. Aſtronomia vniuerſalibus, veris, incommutabilibus & commenſuratis nititur principiis, poteſtque ex ipſis certò prædicere etiam pluribus antequam contingant annis vniuerſales artis ſuæ euentus, vt concurſus ſyderum, ſtationes, retrogradationes, annorum reuolutiones & his ſimilia, quia euentus iſti certi ſunt & neceſſarij, poterunt igitur certò cognoſci. Ob eamdem rationem poterit Aſtronomus euentus ſublunares, verbo gratia ventos, pluuias, ſerenitates ex Lunæ Soliſque vario colore, aliiſque phænomenis probabiliter prædicere, quia vt plurimum hæc accidunt; etſi ob peculiares aliquas cauſas nonnunquam impediantur. Et hinc ortæ Ephemerides quæ vulgò circumferuntur.

Aſtrologiæ plures ſunt ſpecies; tres tantùm hoc loco nobis conſiderandæ. Prima verſatur circa reuolutiones annorum vel aſtrorum & prædicit totius anni viciſſitudines, aëris ſalubritatem, annonæ pretium; morbos hominum, & animalium, & ſimilia, quæ ſi prænuntiet cum formidine oppoſiti: dicátque hoc & illud minantur aſtra, non erit ſuperſtitioſa. Secunda eſt Magiſterium natiuitatum, docens quid ſigillatim homini totâ vitâ obuenturum ſit. Neque hæc ſuperſtitioſa erit, ſi ſolam inuoluat ſuſpicionem, hunc puerum fore talem, eius animi propenſionem ad hoc vel illud inclinari, talíaque ei portendere horoſcopum. Tertia vocatur Electionum, quæ docet quid ſingulis rebus agendum vt fœliciter cedant, neque ita quoque ſuperſtitioſa eſt, ſi tantùm dicat ſe æſtimare, rem hoc & illo modo feliciter ceſſuram; ratio eſt, quia poſt obſeruatos ſæpiùs euentus ſimiles eamdem aſtrorum poſituram ſubſequutos, licèt nobis æſtimare & metuere ſimilia, neque nullum in hac cautione, quæ eſt portio quædam prudentiæ, peccatum inuenitur. Quod ſi Aſtrologia vltra præſcriptos illos ſpecierum limites progrediatur, prædicens aliquid vt euenturum ſuperſtitioſa eſt; nec artis aut ſcientiæ digna nomine, vnde & damnata eſt pluribus locis Scripturæ ſacræ, quæ docet rerum futurarum præſcientiam ſolius eſſe Dei, vt apud Iſaïam *a*. [*Annunciate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus, quia Dij eſtis vos.*] Monetque ne quis vanam illam infidelium diſcat Aſtrologiam, vel ab aſtris ſibi timeat, vt in iſto apud Ieremiam diuino effato. [*Hæc dicit Dominus iuxta vias gentium nolite diſcere & à ſignis cæli nolite metuere, quia leges populorum vana ſunt b,*] Quare hæc eſt D. Pauli ad Coloſſenſes admonitio: [*Videte ne quis vos decipiat per Philoſophiam & inanem fallaciam ſecundùm traditionem hominum, ſecundum elementa mundi. c.*] Id námque de Aſtrologia illicita intelligit Athanaſius, oſtenditque Chaldæos ab illa ſcientia ſua fuiſſe deceptos. Equidem quotidiana patet experientia iis ipſis qui ſe profitẽtur tertiæ ſpeciei Aſtrologiæ ſcilicet electionum quantumuis doceant quomodo ſingula ſint agenda vt feliciter cedant, cuncta tamen peſſimè & infeliciſſimè cedere.

a c. 41. v. 43.

b Ierem. 10. v. 2.

c Ad Coloſſ. 2. v. 8.

Damnant etiam Aſtrologiam illam iudiciariam, Concilia & ſacri Canones *d* grauiſſimis pœnis in eius ſequaces præſtitutis. Olimque Aquila Ponticus ex Eccleſia pulſus eſt, quod his ſtudiis nollet abſtinere *e* Damnant eam Patres Orthodoxi Baſilius *f*, Chryſoſtomus *g*, Ambroſius *h*, Auguſtinus *i*, Gregorius magnus *k*, aliiſque damnant Theologi maximè verò ſacræ Scholæ Principes D. Thomas *l* & D. Bonauentura *m*, & inter recentiores opere doctiſſimo & vberrimo Ioannes Picus Mirandulæ Comes, Phœnix æui ſui ob imperij excellentiam nuncupatus. Damnant communiter Iuriſconſulti tum Canonici tum Ciuiles, Damnant philoſophi, & Medici ex veteribus Bardeſanes Syrus, & Diogenianu apud Euſebium. Ex recentioribus Georgius Trapezuntius, Damnant Hiſtorici Tacitus *n* inter alios inuehitur in Aſtrologiæ iudiciariæ profeſſores, quos vocat Mathematicos, aitque [Genus infidum petentibus, ſperantibus fallax; quod in ciuitate noſtra vetabitur ſemper, & retinebitur.] Damnant aliquando & ipſi peritiores Aſtrologi ex ipſa horoſcoporum praxi artis ſuæ vanitatem deprehendentes, præſertim eorumdem Coryphæus Ioannes Cornelius, Agrippa qui malo libro, de arte non bona rectum & verum ſerena iudicium ſcribit. [Hanc artem nihil eſſe aliud, quam ſuperſtitioſorum hominum fallacem coniecturam: qui ob multi temporis vſum de rebus incertis ſcientiam fecerunt, in qua emungendæ pecuniæ gratiâ decipiant imperitos & ipſi ſimul decipiantur.

d c. Illud c Illos c. ſed & Illud 26. q. 2. c. Igitur 26. q. 3. cap. non liceat 26. quæſt. 5.
e Epiph. lib. de pond. & & menſ
f Hom. in 6. Geneſ.
g In c. 2. Matth.
h Lib. 4. Hexamer. c. 8.
i Lib. 2. de Geneſ. ad lit. c. 17. lib. 2. de Doctr. Chriſti c. 21. & lib. 5. de ciu. aliquot primis capitis.
k Homil. de Epiph.
l 2. 2. q. 95. art. 5.
m In Centiloquio.
n Lib. 7. de Mathem.

Accedit ratio, quia euentus quos Aſtrologi illi prædicere præſumunt, non continentur in Aſtrorum poteſtate, cui nec ipſum hominis ſubeſt arbitrium. Plures alias rationes ex Bulla Sixti V. contra Aſtrologos, & ex præfato Mirandulani Comitis Opere dato otio petendas omittimus, vt reſpondeamus obiectionibus quas iſti ex ſacris etiam litteris deſumere haud verentur, vt infirmiorum mentem peruertant.

Obiiciunt

a c.1.v.14.

Obiciunt primò illud Geneſis *a*: [*Dixit autem Deus fiant luminaria in medio cœli & diuidant diem ac noctem & ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos.*] Er inde colligunr aſtra etſi cauſæ non ſint, certa tamen eſſe ſigna futurorum omnium euentuum. Et hanc fuiſſe mentem Origenis, & Euſebij, imò & ipſius Diui Auguſtini aſſetit *b* Iulius Sitenius, qui ex his Iſaiæ verbis [*Complicabuntur ſicut liber cœli c.*] Idipſum confirmate nititur. Cum enim, inquit, per cœlum eo loco Geneſeos [Fiant luminaria, in medio cœli] nonnulli intelligant fitmamentum, hoc metitò vocatur liber, quòd in eo tanquam in libro ſtellæ ſint veluri characteres in quibus futura leguntur ſignara. Sed reſpoodetur aſtra eſſe ſigna aſtronomica & vniuerſalia, quæ denotenr tempora, dies, & aunos, & diuerſas anni tempeſtares, & effectus qui naruralitet ab ipſis, vt à cauſis ſuis neceſſariis dependent; noo autem ſigna Aſtrologica, in ſenſu auctorum vanæ Aſtrologiæ, quo ſenſu ſunt ſigna vaniſſima, nec merentnr nomen ſigni. Illa verò Origenis ſententia refertur ab Euſebio, ſed ab eo minimè probatur. Eam verò Diuus Auguſtinus expreſsè refellit *d*: & ſcribens contra Manichæos *e*, per corpora cœleſtia non intelligit orbes cœleſtes, ſed glorioſa beatorum corpora, vt ex ipſo contextu manifeſtè patet. Locus autem Iſaiæ nihil ad rem facit; illa etenim ſimilitudo petitur ex more Hebræorum, qui libros ſacros in longua membrana ſcribebanr, eamque inſtar telæ radio textorio cirenmuolutæ circa cylindrum complicabant. Sicut ergo de cœlo quando à Deo creatum primò apparnit, tegins Pſalmiſta dixit *f*: [*Extendens cœlum ſicut pellem*] ita Iſaias agens de mundi interitu, cœlorumque diſſolutione comparat illam libro illi complicato, vt aduertit Author quæſtionnm Orthodoxarum *g*. Idque clatè explicuit B. Ioannes in Apocalypſi *h* dum ait: *Cœlum receſſit ſicut liber inuolutus.*]

b c.36.&37.
c Iſai. 54. v.4.
d Sub init. l.5. de ciuit.
e l.2.c.21.
f Pſ.103.v.3
g reſponſ.9.
h c.6.v.14.

Obiiciunr ſecundò ex Cantico Debbotæ *i*: [*De cœlo dimicatum eſt contra eos, ſtellæ manentes in ordine & curſu ſuo, aduerſus Siſaram pugnauerunt,*] Quo inqniunt pacto pugnanerunt, niſi quia Iudæis fauitns, Siſaræ verò infauſtus extitit ille curſus aſtrorum. Si ergo Siſara periit ptopter hnnc ordinem ſyderum ei contrarium & inimicum, potuit hoc ipſum per Aſtrologiam præuideri & vitari. Reſpondetur tempore huius conflictus, teſte Ioſepho *k*, exorram fuiſſe procellam magnam & grandinem oculis Chananæorum offuſam, quod anxilium cùm cœlitus per Angelos, qni & in Apocalypſi ſtellæ vocantur miſſum fuerit metitò air Scriptura: [*De cœlo dimicatum eſt, & ſtella aduerſus Siſaram pugnauerunt.*]

i c.5.v.20.
k l. antiq.c.

Obiicinnt tertiò illud Pſalmiſtæ de Deo canentis *l*: [*Et opera manuum eius annunciat firmamentum;*] hoc eſt aiunt ipſi, prænunciat ea quæ Deus facturus eſt. Reſpondetnr, non illum eſſe Dauidis ſenſum ſed iſtum, ſcilicet pulchritudinem cæleſtis huius & viſibilis fabricæ nobis indicare excellentiam inuiſibilium Dei operum, & adigere nos, vt fateamur nnn alium potuiſſe eſſe Firmamenti Architectum. Inſtant ex pluribus hiſtoriis eiuſmodi prædictiones fuiſſe veras. Sed reſpondetur Aſtrologos cùm verum dicunt diligentiùs eſſe cauendos; quia ſatis euidens hoc ſignum eſt eos cum Dæmone pactum iniiſſe vt ait Diuus Auguſtinns *m*, ootatque Deum aliquando permittere, vt ipſi ignari licèt futuri prædicent, verum tamen dicant in pœnam illorum qui eos conſulunt. Sicut & permiſit Balaam Ariolum prophetare *n*.

l Pſ.18.v.2.
m l.2.de Geneſ. ad liter. in fine,& l.5 de ciuit. c.7.
n Num.23. v.24.

SECTIO II.

De Coniectatione ex iis quæ viſuntur in Elementis.

ASteis, cœliſque proximum (ſaltem qnantum ſenſu percipimns) Elementum eſt aër, in cuius regione media variæ ſunt impreſſiones meteoricæ, variaque viſcuntur phœnomena pro exhalarionum quæ ignem concipiunt forma, ita diuerſa, vt modò videantnr flammæ, modò ſtellæ ſaltantes, vel diſcentrentes, modò lanceæ, aliquando acies integræ dimicantes, aut borrendi cometæ, & ſimilia, quæ oſtenta, prodigia, & porrenta vulgus nuncupat, quibus omnibus (cometis maximè ſi frequentes fuerint) commune eſt magnam temporis ſiccitatem denorate, adeoque & ſterilitatem, famem, & peſtem; illi enim ignes omnem vaporum & exhalationum abſumunt humiditatem, vnde & conſequenter mortem minantur biliofis, & qui ardentioris ſuot naturæ, quales ſunt plerique Principum & Magnatum, ob eandem quoque ſiccitatis cauſam, ad bella & ſeditiones mouent. Non rarò Cometæ ex ſupernaturali diuini Numinis pendent diſpoſitione publicam aliquam calamitatem bominibus imminere ſignificantis, nec fetientis niſi quos priùs admonuerit. Ideoque baud temerè Concionatores ex iis imminentem Dei vindictam denuntiant, vt improbos à vitæ prauite deterreant, & ad pœnitenriam borrenrur citiùs peragendam, in eum namque finem ſolent illa à Deo oſtendi. De his conſule D. Auguſtinum *o* qui botum portentorum vanos obſeruatores egregiè confutat. Futura enim contingentia quæ ex his Phænomenis inferunt Aſtrologi plerumque vana ſunt & fallacia.

o l.21. de ciu. c.28.

Aëri ſubſunt Elementa Teſtæ & Aquæ in quibus ex longa ventorum, auinm, plantarum, arborum, Brutorum obſeruatione, plures emerſere Cauones prænotionnm, quibus vtuntur nauræ & de quibus exſtat egregium opus Antonij Mizaldi Monluciani Ephemeridum Ruſticorum titulo inſcriptum.

SECTIO III.

De Coniectatione ex humani corporis pro portione, & lineamentis.

Putà de Phyſiognomia, & Chiromantia.

EX humano corpore plurima ſumuntur præſagia omnis ſuperſtitionis expertia. Illam Medicorum quam vocant σημειωτικὴν, veteres & recentiores integris nec indoctis Tractatibus proſequuti *a* ſunt. Ex iis ſignis ea proba ſunt, & à cunctis approbata, quæ naturalibus principiis, veriſque comprobantur experimentis, cætera vana ſunt, & ab arte Phyſicorum prorſus aliena. Proborum ſignorum alia ſanam, integramque valetudinem reſtantur, alia degenerantem, & malè affectam, alia ſuccumbentem, alia conſurgentem ac victricem, alia ipſis quoque Magiſtris ſunt ambigua. Nec vlla ex prædictis tam certa quin fallant aliquando. Ad eam Medicorum σημειωτικὴν quæ ſignorum omnium differentias, & vim expendit referuntur prænotiones Phyſiognomiæ & Chiromantiæ.

a Hippocr. l. de Prognoſt. Gal. Ariſt. Celſus.

Phyſiognomus ex humani corporis proportione, habitudine, temperie, pilorum colore, ac ſimilibus nonnulla de ingenio & animi affectionibus, & de moribus conijcit, maximè ex faciei, oculorum, frontiſque intuitu; in facie enim legitur homo, vt vulgo dicitur; & oculi, ſpeculum ſunt animæ. Et hæc coniectio vocatur μετωποσκοπία, quam Hippocrates, Galenus, & Ariſtoteles diligenter excoluerunt, eorumque, nec non aliorum qui naturæ veſtigiis inhæſerunt ſcripta laudantur, nec ſacræ improbant litteræ, ſed fauent potiùs; maximè illud Iſaiæ *b*. [*Agnitio vultus eorum reſpondit eis.*] Hoc eſt, exterior eorum facies ſecreta pateſecit. Licèt autem accurata Phyſiognomia multùm habeat probabilitatis: nihil tamen habet neceſſitatis, quia corporis diſpoſitiones affectionibus animi præire ſolent, non trahendo, vel cogendo, ſed aſſiduè inclinando, ita vt fræno rationis, ac generoſo in partem oppoſitam conatu illa naturæ propenſio ſuperetur. Quod de ſe teſtari Socratem non puduit, cùm Zopyrus Phyſiognomus ex aſpectu faciei ſtupidum ac mulieroſum illum iudicaſſet.

b c. 3. v. 9.

Phyſiognomiæ pars eſt Chiromantia, de qua proinde idem ac de illa iudicium eſt. Chiromantia enim naturalis per lineas in manibus apparentes conſiderat ipſam corporis temperiem, ex qua probabiliter indagat animæ propenſiones. Secùs eſt de Chiromantia Aſtrologica, quæ vana eſt & illicita, aſſerens hanc manus areolam eſſe Iouis, illam Mercurij, tertiam Veneris, &c. illarumque linearum ſignificationem ab aſtris infallibiliter dirigi, quæ procul dubio Eccleſiaſticam merentur cenſuram, quam Sixtus V. contra Aſtrologos & Chiromanticos tulit, & vtroſque damnans grauibus ſubiecit pœnis. Nec vlla ratione fauet illis illud S. Iob. *c*. [*Qui in manu omnium hominum ſignas, vt norint omnes opera ſua.*] His enim verbis tantùm ſignificatur hanc temporis viciſſitudinem de qua loquitur vir Dei ſerenitate & procellis niuium, imbriumque à Deo contemperatam, vt & eius potentia manifeſta fiat, & homo videns ſe tam facilè tempeſtate quauis impediri à propoſito, manumque ſuam ſic quaſi quibuſdam vinculis aſtringi, & ab opere arceri; cognoſcat ſe ſine Dei adiutorio poſſe nihil, ſuamque confiteatur imbecillitatem. Fauet Septuaginta ſenum expoſitio hoc ſenſu, *vt cognoſcat omnis homo imbecillitatem ſuam.*

c c. 37. v. 7.

SECTIO IV.

De Coniectatione ex ſomniis.

COniectatio ex ſomniis à Græcis dicitur ὀνειροπολικὴ τέχνη. Somnium, vt huc ſpectat, definitur à variis ſomniorum obſeruatoribus figmentum animæ multiforme futurorum bonorum vel malorum ſignificatiuum. Huius verò prædictionis fundamentum ſtatuunt experientiam, & quamdam proportionis ſimilitudinem rei ſomniatæ ad euentum. Experimentiâ dicunt conſtare, hoc vel illud euenire, ſi quis hoc vel illud ſomniet ex ſimilitudine autem proportionis prouenire, vt ſi quis v. g. ſomniauit ſe lumen à Luna petere, ſignum erit quòd cæcus fiet, quia Luna proprio caret lumine. Vides quam puerilia & ridicula ſint artis huius fundamenta. Vt tamen aliqua huic materiæ concilietur claritas. Obſeruandum eſt Gregorium Magnum ſomnia tribus authoribus adſcripſiſſe nempè Deo, naturæ, & Dæmoni, & Theologos ea diuiſiſſe in diuina, naturalia, & diabolica.

Diuinorum ſomniorum, ſi de iis certò conſtet, obſeruatio licita eſt; ad id enim Angelorum miniſterio nobis ſuggeruntur, vt iis obſeruatis doceamur & corrigamur: Eorumdem tamen interpretatio ad eos pertinet ſolos, quibus ea gratia à Deo data fuerit, iuxta illud Danielis Prophetæ *d*: *Myſterium quod rex interrogat, Sapientes, Magi, Arioli & Aruſpices nequeunt indicare regi: ſed eſt Deus in cœlo reuelans myſteria qui indicabit tibi.*]

d Dan. 2. v. 27.

Somnia naturalia proficiſcuntur vel à cauſa intrinſeca ſomnianti, vel à cauſa illi extrinſeca. Priorum alia potiſſimum naſcuntur ab anima, & hæc dicitur cauſa animalis: alia à corpore, & vocatur cauſa corporalis. Intrinſeca cauſa animalis eſt, quando ſomnia obueniunt de rebus quibus cogitatio vigilantis admodùm fuit intenta iuxta illud: [*Multas curas ſequuntur ſomnia & in multis ſermonibus inuenietur ſtultitia.*] Et Gregorius Nyſſenus eiuſmodi ſomnia comparat citharæ, cuius fides ceſſante manus impulſu adhuc tinniunt. Intrinſeca cauſa corporalis naſcitur ex præſenti corporis temperamento; ſicque illi quibus ſanguis

hac

eſt copioſior, hortos, conuiuia, choreas, volatum & læta omnia ſomniant. Phlegmatici, aquas, ſubmerſiones, tardam, & impeditam ab inſequentibus fugam. Cholerici rixas, incendia, pugnas. Melancholici, fumos tenebras, ſpectra, mortes, & multa triſtia: quibus viſcoſo humore affectæ, obſtructæque ſunt poſteriores cerebri partes, illi comprimi & ſuffocari ſibi videntur, incubum morbum id appellant. Corporalis ac extrinſeca ſomniorum cauſa eſt, quando dormientis imaginatio ab agente extrinſeco corporeo mouetur, puta vel ab aëre, vel ab influxu cœleſtium corporum, quæ in phantaſia Organis corporeis immerſa poſſunt ſpecies illius imaginarias variè coniungere, & adinuicem permiſcere; vnde proueniunt tot ineptæ & ridiculæ imaginationes in ſomniantibus.

Horum omnium ſomniorum quæ ex naturalibus cauſis deriuantur, eatenùs licita eſt obſeruatio & interpretatio, quatenus cauſæ naturales effectibus ſunt adæquatæ, vt Medici & Theologi ſentiunt vnde quando ſomnij cauſa eſt animalis, licet nobis illud obſeruare, vt deinceps ſtudia vitamque melius inſtituamus; & interdiù prout humana foret infirmitas, non niſi bona cogitemus. Quando cauſa corporalis eſt intrinſeca, poteſt quis inſtantes morbos apto remedio præuenire: quando aſt extrinſeca ſi ſomnians poſſit ab ea naturaliter affici, ſicut Podagrici & Hernioſi à cauſis futuræ cras pluuiæ, poteſt aliqua inde peti probabilitas ad eiuſmodi ſomniorum interpretationem: ſi verò ab illa nil poſſit pati, ſicut nec Podagrici ab imbre apud Antipodas dilabente, tunc incerta eſt & fallax ſomniorum obſeruatio. Peccat autem is, qui ex naturalibus ſomniis quauis ex cauſa promanantibus, futura contingentia prædicere præſumit, vel quidquam ab humani arbitrij, ſiue ſomniantis, ſeu alterius pendens libertate, multoque magis qui de iis quæ ſunt gratiæ gratis à Deo dati ſolita; hæc enim à nulla dependent cauſa naturali aut temperie corporis.

Diabolica ſomnia ſunt, quæ ſpiritus nequam immittit, vel ad perturbationes animi ciendas, vt iram, odium libidinem; deſperationem, vel ad exacuendam occultorum futurorumque cognoſcendorum in homine curioſitatem. Eiuſmodi ſomnia obſeruare, vt fraudem Sathanæ caueas licitum eſt, hoc enim animæ ſalutare eſt, & aliquando neceſſarium: ad occulta tamen dignoſcenda vel futura prægnoſcenda non licet, ſed lege diuina prohibitum eſt his verbis *a*: [*Non augurabimini nec obſeruabitis ſomnia.*] Adde quòd haberi non poteſt eorum Interpretatio citra miraculum, niſi ex pacto cum Dæmone, quod prorſus illicitum eſt, & adepta inde occultorum, futurorumve cognitio ſuperſtitioſa eſt, futurorum verò contingentium, non niſi fallax, vtpotè ipſi Cacodæmoni incerta, Diſcernere autem Diabolica ſomnia à Diuinis ad eos pertinet, qui Diſcretionis Spirituum dono ſunt prædìti, & quibus cura incumbit animarum. Et hoc iudicium

a Leuit.19. v.26.Deut.

pendet ex accurato cauſarum & circumſtantiarum examine, ſi enim conſtet neque ex animali neque ex corporali cauſa ſomnium emanaſſe, dubitetur verò vtrùm ſit à Deo, vel à Diabolo, tutiſſimum erit ſi vt à Diabolo immiſſum illud caueas & contemnas; hic enim eſt ſenſus iſtius loci [*Sicut parturientis, cor tuum phantaſias patitur: niſi ab altiſſimo fuerit emiſſa viſitatio, ne dederis in illis cor tuum, multos enim errare fecerunt ſomnia b.*]

b Eccl.34. v.6.

TERTIA PARS.

De Maleficio, & Maleficis.

MALEFICII nomen non pro damno, ſeu quouis peccato hic ſumitur, ſed pro ſigno ſuperſtitioſo, quo quis opere Dæmonis alteri malum parat, & qui eo ſigno vtitur vocatur maleficus, qui verò læditur maleficiatus. Huius Maleficij frequens in ſacra Pagina fit mentio, morti eos qui vtuntur adiudicat lex diuina, his verbis: [*Maleficos non patieris viuere c.*] Nec immeritò nullum enim ſuperſtitionis genus Cacodæmonem magis oblectat, quàm maleficium vt enim ait Syneſius: [Calamitates mortalium, conuiuia ſunt malorum Dæmonum.]

c Exod.22. v.18.Deut. 18.v.10.2. Paral 33.v.6. Iſai 47.v.9. 12.Michæ.5. v.12.Nahum. 3.v.4.

Ad maleficij rationem tria ſemper concurrunt, videlicet Dei permiſſio, Dæmonis operatio, & Malefici libera cooperatio. Neque enim Dæmon plus damni inferre poteſt quàm Deus permittat, nec valet efficere id quod ſibi permittitur; niſi Maleficus in maleficium conſentiat. His autem tribus ſimul concurrentibus maleficium variis partatur modis, rebuſque aliquando minutis, puta quibuſdam pulueribus in cibum aut potum infuſis, vel in veſtes diffuſis, vel nudo corpori affricatis; quandoque herbis, feſtucis, aliiſque id genus friuolis in humum proiectis, quæ ægritudinis vel necis cauſa ſunt, ſi incognita nobis vis venefica ſit illis à Dæmone impreſſa; ſin minùs ſigna tantum data Dæmoni iis quibus à Malefico paratum eſt malum, ſi ſupra res illas gradiantur. Nonnumquam certis vnguentis quibus Maleficorum aliqui manus ſemper illitas habent, ne qua nocendi elabatur occaſio. Nec rarò ſolo halitu afflatuve inficiant; ſic Puerperis ſummo cum vitæ periculo abortus cauſa ſunt. Solis etiam verbis ſiue laudando, ſiue minas intentando grauiſſima inferunt mala, Dæmone ad ea omnia ſigna concurrente. De his aliiſque omnibus quæ ad maleficiorum rationes ſpectant fusè & optimè Nicolaus Remigius in libris quos de Dæmonolatria edidit. Ex iis omnibus ea tantùm quæ noſtro ſeruiunt inſtituto quinque Articulis perſtringemus. Primus erit de Faſcinatione II. de veneficio, III. de Sagittariis cerearum imaginum fabricatoribus, & de maleficio: incendiarii IV. de variis morbis illatis eo præſertim quo ſolida eguntur. V.

De maleficio Ligaminis odij & amoris ſeu Philtrotum,

ARTICVLVS I.

De Faſcinatione.

FAſcinatiouis vocabulum dum ſacræ vſurpaut litteræ illud vt plutimùm pro quauis graui deceptione ſumuur, ſic Sapiens ait : [*Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona a.*] Id eſt Faſcinum vile, nugax & adulatotium nos ita perſtringit, vt ad vera bona pſosſus excutiamus, & tetrena cœleſtibus, peritura ſempiternis piæferamus. Sic Apoſtolus ſcribens ad Galatas *b* ait : [*Quis vos faſcinauit non obedire veritati?*]Hoc eſt quis veſtram ſaluiem vobis inuidens ita vos dementauit, vt tam ſubito ab ea fide defeceritis quæ adeò manifeſtè vobis à me tradita fuit, ac ſi peniciilo prædicationis ante vniuſcuiuſque veſtrum oculos Chriſtus pso vobis foset crucifixus *f*

a Sapient. 4. v. 12.

b c. 3. v. 5.

Nec incongruè Faſcinatio latè ſumpta diuidi ſolet iu Poëticam, Phyſicam, & Magicam. Poëtica, & apud Poëtas ſæpè memorata eſt, ſecundùm quam dicitur quis faſcinari viſione quæ viſio eſt, ſeu aſpectu actiuo faſcinantis de quo ait Virgilius:[*Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.*] At faſcinatio hæc commentitia eſt, meritoque Poëtica, & imperiti rudiſque vulgi æſtimatione : ſi enim ad natalitiam faſcinantis horam eius cauſa reuocetur, conſequens erit omnes illa hora natos faſcinatores eſſe. Eam enim verbis, aut imaginationi adſcribere nemo poteſt ; ſiquidem tribuere vim animæ in corpus alterius, delirium eſt Auicennæ iam diù exploſum. Eam ergo faſcinationem Poëticam meritò reiiciunt Patres, D. Baſilius *c* vt muliebrem nugacitatem damnauit. Theologi etiam illam reprobant, & inter eos Richard. *d* ait anathema dictum eſſe iis qui eam admittunt eandem reſpuunt Iulius Scaliger *e*, Laurentius Ananias *f*, Franciſcus Valeſius *g*. Nec Hippocrates, Galenus, aliuſve veterum medicorum ſi eidem Valeſio multæ lectionis & probatæ experientiæ Medico credimus, Faſcinationis meminere. Accedit & ratio, quia cùm viſio ſit actio immanens, & fiat per paſſionem & intus ſuſceptionem non verò per radiorum emiſſionem, vt volebant Platonici, non poteſt idonea huius Faſcinationis cauſa naturalis aſſignari, niſi quis Faſcinationem hanc Poëticam confundat cum Phyſica de qua iam dicendum.

c Hom. de inuident.

d Quodlib. 3. q. 12.

e de ſubtilit. exercit.

f l. 4. de nat. Dæ mo. 349.

g Sacræ Philoſ. c. 48.

Phyſica Faſcinatio, eſt aliqua contagio ſeu à maligna qualitate infectio ab oculis intuentis, qua alter læditur ; quæ quidem læſio maior eſt quando mutuus eſt intuitus; & magis noxius, cùm manat ab inuidò idque corpore primùm affecto, anima autem conſequenter. Quo pacto autem hic maleuolus affectus ſuam noxialem qualitatem in alium queat effundere vix explicari poteſt : Verùm ita de hac re Heliodorus *g*. [Hic aër inquit, nobis circumfuſus per oculos, nares, hauitum, alioſque meatus ad profunda penetrans, & ex qualitatibus exterioribus eò ſecum inferens qualis influxerit, talem etiam iis à quibus excipitur habitum ingerit. Itaque vbi aliquis inuide perſitus res pulchras intuetur, circumſtantè aërem qualitate malifica replet, ac proprium ſpiritum acerbitatis plenum, in proximum quemque contorquet, ſpiritus autem vtpotè ſubtilis ad ſpiritum vſque & medullas ipſas peruadit ac pleriſque morbus fit inuidia & proprium accipit nomen faſcinationis.] Tùm à contagione peſtis probat idem Author hanc inuidentiæ faſcinationem, quia vtraque ab exhalationibus, prauiſque vaporationibus vitiato aëre prouenit. Non ergo ab ipſa viſione quà viſio, eſt fit alteratio illa in alio, ſed alteratio efficitur per venenatam aliquam qualitatem in putridis humoribus aut vitiata conſtitutione ipſius intuentis inhærentem, quæ quidem qualitas communicatus ſpiritibus vitalibus, qui imaginatione acriore concitantur, & viam quærentes ad oculos perueniunt : ex quibus erumpentes aërem circunſtantem malo ſuo viſu inficiunt, donec infectio perueniat ad aërem perſonæ inficiendæ proximum, qui aër in eius oculos vt partem tenerrimam faciliùs ſe inſinuans inde penetrat ad partes corporis interiores : ita D. Thomas *h*. Obſeruat tamen Abulenſis *i* Phyſicam illam faſcinationem fieri non in corpus longè diſtans, quia virtute naturali expelli debent illi ſpiritus qui ſunt aliquantulum graues, vtpote humidi humiditate aqueâ, & ideo non poſſunt in longum tendere, niſi per magnam virtutem potentiæ expulſiuæ qualis oculo non ineſt, nec ſi ineſſet ſufficeret : quia vis illa noxia per reſiſtentiam medij facillimè mutaretur, ac perinde & alibi eandem rem examinans aſſirmat ſpeciei viſibili nullam ineſſe qualitatem actiuam vel paſſiuam alterantem, ad modum quatuor naturalium qualitatum : quia ſpecies viſiuæ nec calidæ nec frigidæ, nec ſiccæ nec humidæ ſunt formaliter aut effectiuè, ſed nec virtualiter, idque tantum efficere poſſunt, vt earum beneficio res cuius ſpecies ſunt videatur. Quare ipſæ nullum nocumentum inferre poſſunt per ſe, ſed neceſſe eſt vt aliquid illas concomitetur vnde noxa hauriatur. Sanè oculorum ex ſeipſis eſt ſimpliciter videre, perperam autem videre eſt tanquam ea prima origine animi intùs deprauati. Itaque Faſcinatio Phyſica nihil aliud eſt vt definit Valeſius, quàm paſſio oculis illata & concepta, profecta ex quadam affectione animi maligna eius qui intuetur. Et quia liuos in oculis maximè ſe prodit ideò fortè dicitur in Scriptura ſacra : [*Nequius oculo quid creatum eſt.*]

g Æthiopicæ hiſt. l. 1.

h 1. p. q. 117. art. 3. ad 2.

i in c. 21. Gen.

Magica Faſcinatio, ſeu Faſcinum definiri poteſt, perniciosa qualitas arte Dæmonis illata ob expreſſum vel tacitum hominis cum ipſo pactum initum. Conſueuere nefarij iſti homines paciſci, vt quos inuidè vel iracundè inſpexerint, iis ſpiritus nequam perniciem inferat : tum vulgus imperitum putat eos ſolâ viſione & actiuo aſpectu id mali perpeſſos. Atque inde vulgaris illa

Faſcina

Faſcini nata eſt opinio, de homine ſolo intuitu, vel malitioſa vel ſimulata etiam laudatione alios faſcinante. Huc ſpectat illa de faſcino puerorum Valeſij coniectura. Paruuli iſti cum ſolito pulchriores ſint, pinguiores, ac nitidiores à fœminis viriſque occurrentibus ſolent attentiùs aſpici, laudari, palpari, motitari, in vlnas & palmas accipi: cumque ob naturalis habitus teneritudinem etiam cùm optimè valent ſæpè ex inopinato in magnum aliquod vitæ diſcrimen incidunt, cuius tam repentinæ mutationis vulgus incapax vt in malùm eſt ſuſpicioſum, in aſpicientium oculos & verba coniicit, & quia facilè inter illos occurrit etiam anus aliqua moroſa, huic potiùs adſcribitur culpa, quàm cæteris.

ARTICVLVS II.

De Veneficio.

VEneficio, Sagæ, plurimos mortales, morbis grauiſſimis, ipſa quoque morte afficiunt, vt teſtatur D. Auguſtinus *a*, Tertullianus *b*, Ambroſius *c*, & plures è ſummis Pontificiis *d*. Quatuor maximè modis id agunt. Primus eſt per inunctionem de qua Grillandus *e* ait: [Quandò maleficiandum (ſiue maſculus ſit, ſiue fœmina) dormientem ſuis liquoribus, aquis, oleis, aut pinguedine, ſiue aliis ſimilibus vnctionibus plura & diuerſa venena continentibus inungunt, quandoque ſemora, quandoque autem ventrem, aut caput, guttur, pectus, coſtas ſeu aliam partem corporis, perſona maleficianda ſic dormiens nihil ſentit, & eſt tanta vis & potentia illius vnctionis vt paulatim durante calore ipſius dormientis ingrediatur intus carnes, & vadit ad penetralia cordis viſcerum maleficiari: vnde paulò poſt cauſantur ingentes dolores in corde eius.]

a l. 10. de Ciu. habetur c. nec mirum §. m**.26. q.5. & ſerm. 207, de temp. *b* l. de anima. *c* l. 1. contra Gent. *d* Innocent. VIII. Alex. VI. Hadr. VI Leo. X. de maleficio & incant. in 7. De. reta *e* q. 3. & 5.

Secundus modus eſt per inhalationem; cæterorum peſſimum eſt veneficium iſtud. Nec enim craſſioris materiæ vehiculo (cui facile occurritur) indiget, ſed ipſuminet tenuitate ſua ore attractum citò cor occupat & extinguit. Nouerat hoc inſignis ille agyrta, & circulator, qui de ſuæ Theriacæ cum alio contendens efficacia ea ipſum inhalatione deuicit. Hic quidem venenum illi liquidum quod potuit peſtilentiſſimum propinauit, cui ſumptione ſui antidoti mox ipſe obuiauit: tum ori alterius hiare iuſſi pixidem ſemiapertam in qua bufo viuus iuerat appoſuit, eique virulentum halitum ingeſſit, & breui momento ſuum necauit antagoniſtam. In territorio Nigræ ſyluæ Malefica quædam dum à Carnifice cremanda ſtrui lignorum imponeretur, ei in faciem inſufflans dixit: en tibi à me mercedem, ac confeſtim miſer ille toto corpore leprâ coopertus poſt aliquot dies obiit. Huius Veneficij inhalatorij effectus lethalis pendet maximè ex opera Dæmonis ea quæ nouit antidota ſuis præſcribentis, vt innoxij poſſint in alios peſtem transfundere.

Tertiùs modus proprius eſt ſtrigum, quæ virulenti quippiam paruulis inſtillant vnde moriantur, vel ſtatim, aut ſenſim tabeſcant, aliquando acu poſt aurem infixâ necant, quandoque ſanguinem exſugunt, & è cunis in cibum ſibi grauiſſimum rapiunt: & hoc maleficatum genus ab Hebræis Libith, à veteribus Latinis lamiæ dicebantur: ſtriges à recentibus. Rabbi Helias *f* refert mulieres Hebræas ſortilegiis valde deditas contra id genus maleficij vſas certis characteribus in angulis cubiculorum deſcriptis, quos ſe ab ipſa Libith, hoc eſt à primaria quadam ſtrige didiciſſe gloriantur. Lamiarum nomen deſumptum vel à crudeli illa regina Lamia de qua Diodorus, vel à feris Lybicis de quibus Iſaias [*Ibi cubauit Lamia & inuenit ſibi requiem g.*] Et Ieremias dum ſic lamentatur *h.* [*Sed & Lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos ſuos.*] Solitæ erant Lamiæ veteres infantulis mammas porrigere quaſi eos lactaturæ, ſicque eorum fletum compeſcere: & ad hoc alluſit Scripturæ dicens [*Lamiæ nudauerunt mammas ſuas.*] Alimoniam videlicet ſimulantes, interea tamen infantulorum vitam cum ſanguine exſugentes. Striges vocantur ſumpta metaphora ab infauſta & nocturna aue, quæ ſtrix nominatur crediturque exitium inferre infantulis. Ob eiuſmodi Infanticidium infames olim fuerunt Gnoſtici hæretici magicis dediti, à quibus hanc calumniam in Catholicos, vt eos cunctis exoſos redderent Ethnici deriuarunt.

f in Tisbi. *g* c. 34. v. 14. *h* Thren. 4. v. 4.

Quartus modus eſt, quando latenter ſortilegia, vt loquitur Grillandus, ſub certa quadam forma compoſita Chlamydi aſſuunt, vel in lecto abſcondunt ipſius maleficiandi, ſeu in aliquo loco ſubterraneo foueâ factâ, aut ſublimine oſtij ſuper quo deſtruendus ſit tranſiturus. Alios idem profert Author veneficij modos Poëtis, Horatio potiſſimum non ignotos, inſtituto tamen noſtro ſuperfluos. Obſeruaſſe ſufficiat in venenis extrinſecùs applicatis, Dæmonem ipſum ex pacto ſæpiſſimè damnum inferre, quale eſt illud de quo (vt ait Iubertus medicus Aquitanicus) ſi ſtapes inungatur equitem perire neceſſe eſt: tanta enim eſt veneni actiuitas; vt per ocrearum & tibialium inuolucra ſe diffundat. Huc referre licet maleficium de quo D. Hieronymus *k* ait: [Auriga Gazenſis in curſu percuſſus à Dæmone totus obriguit, ita vt nec manum agitare, nec ceruicem poſſet inflectere: delatus ergo in lecto eum ſolam linguam moueret ad preces audit, non priùs poſſe ſanari quàm crederet in Ieſum & ſe ſponderet arti priſtinæ renunciaturum, credidit, ſpopondit, & ſanatus eſt.

k in vitâ Hilar.

ARTICVLVS IV.

De ſorte Diuiſoria.

DIuiſoriâ ſorte vti permittunt iura, ſi de hæredirate & bonis diuidendis, ſi optione pluribus relicta, & ſimilibus ſit quæſtio. (Probibitum dumtaxat ſortiri Epiſcopatum *a*, vel aliam quamuis dignitatem aut beneficium Eccleſiaſticum *b*:) vt in illis nullum inſit peccatum quatuor deſiderantur conditiones *c*. Primò debet euentus à Deo expectari & non à caſu vel fortuna, quare Deus ex corde innocandus iuxta illud Pſalmographi: [*In manibus tuis ſortes meæ d*:] Si quis autem euentum certò expectaret à fato, ſumpto vt ſumunt Stoici & Aſtrologi, peccaret mortaliter, ſicut & is qui à fortuna, more Gentilium accepta; & præterea hoc peccatum eſſet Idololatricum: ſi verò à fortuna, vt eam Chriſtiani Philoſophi ſumunt, vſurpata euentum expectaret in re graui foret veniale, in leui vix foret peccatum. Secundò adhiberi debet ſimplex ſors ſine vlla ſuperſtitione, vllóve rerum, aut literarum ſacrarum abuſu, qui ſi grauis adſit irreuerentia erit peccatum mortale. Tertiò, neceſſe, vt illi qui ſortiuntur æquali iure gaudeant, aliàs foret iniuſta ſortitio, & graue peccatum ſi de bono publico ageretur, verbi gratia, ſi de officiis publicis obtinendis, ſi digni & indigni ſortes mitterent, ſors enim fauere poſſet indigno cum dignorum iniuria, & grauiſſimo reipublicæ damno. Quartò, requiritur vt mittentium ſortes intentio præcipua non ſit inquirere voluntatem Dei modo extraordinario, quia talis modus incertus eſt, ſed auferre lites, diſcordias, querelas, inuidias, prout docuit ſapiens *e* his verbis: [*Contradictiones comprimit ſors, & inter potentes quoque diiudicat.*] Quare ſi aliter iniri poſſet concordia, res ſorti committenda non eſſet: ſin aliter tolli nequit diſcordia, bonum pacis ſeruatis illis quatuor conditionibus ſortem permittit. Sic inualeſcente tempeſtate ſortiri licet omnium conſenſu quis naui eiiciendus ſit, & graſſante Epidimiâ quis Parochorum in vrbe morari debeat, & morientium curæ mancipari *f*.

a L. 47. Cod. de Epiſc.
b c. fin. de ſortil.
c D. Thom. 2. 2. q. 95. 97. art. 8.
d Pſ. 30. v. 16.
e Prou. 18. v. 18.
f D. Aug. Epi. 180 ad Honorat. & lib. 1. de Doctr. Chriſt. c. 28.

Cæterùm ne quem decipiant quæ de ſorte in ſacris litteris paſſim habentur, ſciendum eſt Deum in lege veteri aliquam quoque Ceremoniam inſtituiſſe, quam ſorti præmitterent, & qua in ſortitione vterentur, quæ qualis fuerit, non ita conſtat. Videtur fuiſſe quædam ad Deum mentis eleuatio cum oratione ad hoc inſtituta, vt colligitur ex electione Matthiæ, in qua cum Apoſtoli duos ſtatuiſſent coram, Barſabam ſcilicet & Matthiam: [*Orantes dixerunt, Tu Domine qui corda noſti omnium oſtende quem elegeris ex his duobus vnum accipere locum miniſterij huius Apoſtolatus de quo præuaricatus eſt Iudas, vt abiret in locum ſuum, dederunt ſortes eis, & cecidit ſors ſuper Matthiam g.*] Primùm igitur ſortituri ſiſtebant ſe coram Deo, mox oratio ad eum fundebatur, tum ſortes ſingulis dabantur, quæ miſcebantur vt plurimum in vrna *h*, aliquando in ſinu, ex illo loco: [*Sortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur i.*] Interdum in Calicem, quem ſinu continebant, vnde Calix in Scriptura ſacra ſæpè ſignificant ſortem, vt in his verbis: [*Dominus pars hereditatis meæ, & Calicis mei k.*] cuius autem ſors exibat, ſuper eum cadere dicebatur. At totum hoc negotium cæremoniale fuit, vt cum reliquis veteris legis ritibus eatenus abrogatum eſt: vnde & Apoſtoli; vt obſeruat Beda *l*, ante aduentum Spiritus ſancti in electione Sancti Matthiæ adhuc legali ſortis Cæremonia vſi ſunt, quam tamen poſt acceptum Spiritum ſanctum amplius non adhibuerunt, ſed ſolam orationem ad Deum ieiunio adiuncto: ſic enim leguntur elegiſſe ſeptem Diaconos *m* & Presbyteros *n*. Equidem cum Chriſtus cuncta promittat ritè orantibus, abſurdum eſſet oratione poſtpoſita ad ſolám ſortem confugere, cui ſe ad futurum Deus in nouo Teſtamento minimè promittit.

g Actor. 1. v. 26.
h Eſth. 3. v. 7. c. 9. v. 26.
i Prou. 16. v. vlt.
k Pſ. 15. v. 6.
l In c. 1. Act.
m Act. 6. v. 5.
n c. 14. v. 22.

ARTICVLVS V.

De ſorte Purgatoria.

QVia ſors purgatoria complectitur purgationem Canonicam aliáſque nonnullas vulgi vſurpatione introductas, nempe purgationem per Monomachiam, per ignem, per aquam, & per prouocationem ad Diuinum iudicium, de his quinque modis Purgatoriis totidem ſectionibus agendum.

SECTIO I.

De Purgatione Canonica.

PVrgati Canonica, hoc eſt Eccleſiæ regulis conſentanea, duplex aſſignatur, vna fit per iuſiurandum in qua nihil eſt ſortis: Hac Gregorius Magnus varios Epiſcopos iuſſit ſe purgare *o*, idque ſancitum eſt in Concilio Agathenſi *p*, & Ilerdenſi *q*; quod & ipſi fecere ſummi Pontifices, Sixtus I. & Leo III. *r* Altera purgatio eſt per auguſtiſſimi ſumptionem Sacramenti, quæ licita eſt cùm ab Eccleſiaſtico Iudice competenter iniungitur. Hanc purgationem quoſdam Pontificum exegiſſe legimus. Lotharius Rex pactis,

o c. Presbyt. cum quatuor ſeqq. 2. 4. 5.
p Can. ſi legitim. 2. q. 4.
q c. Presbyt. ſi à plebe 2. q. 4.
r c. auditum. 2. q. 4.

cum

cum Nicolao Pontifice non ſteterat, ſed adulteram iterum in thalami partem reduxerat. Romam profectus abſolui petit ab Hadriario Papa, dicens ſe promiſſis Nicolao factis ſtetiſſe. Tunc Pontifex (vt ait Sigisbertus) pro comprobatione innocentiæ ad examinationem Corporis & Sanguiuis Domiui tam Rege quam Optimates regni incitauit: illi nil Deum verit i Corpus Demini noſtri temere acceperunt:] ſed rege in itinere Placentiæ ſtatim moriente, reliqui omnes intra annum perierunt. Improbus erat Henricus Imperator, idem tamen ſacrilegium committere exhorruit cùm ad ſimilem venerabilis Sacramenti purgationem eum inuitaſſet Gregorius VII. eandémque ſimoniacam hæreſim ſibi obiectam priùs eluiſſet, Hiſtoriam refert Lambertus Schaffnabnrgenſis *a*, cuius narratio etſi paulò fuſior Lectori accepta erit quia illius purgationis formulam exhibet [Papa inquit, Miſſarum ſolennia celebrauit, confectáque ſacra oblatione; regem cum cætera quæ frequens aderat multitudine ad altare euocauit, præferénſque manu Corpus Dominicum: Ego, inquit, iam quidem à te tuiſque fautoribus literas accepi quibus me ioſimulabas ſedem Apoſtolicam per Simuniacam hæreſim occupaſſe, & aliis quibuſdam tam ante Epiſcopatum criminibus vitam maculaſſe: quæ mihi ſecundùm ſcita Canonum omnem ad ſacros ordines aditum obſtruxerant. Et licet multorum Idoneorum certè teſtium ad ſtipulatione, crimen refellere queam, eorum ſcilicet qui omnem vitæ meæ ab ineunte ætate inſtitutionem integerrimè norunt, & eorum qui meæ ad Epiſcopatum promotionis authores fuerunt; ego tamen, ne humano potiùs quam diuino vti videar teſtimonio, vt ſatisfactionis compendio omnem omnibus ſcandali ſcrupulum de medio auferam, ecce Corpus Dominicum, quod ſumpturus ero, in experimentum mihi hodie fiat innocentiæ meæ, vt omnipotens Deus ſuo me hodie iudicio abſoluat obiecti criminis ſuſpicione, ſi inoocens ſum vel ſubitanea interimat morte ſi reus. Hæc & alia, quibus ſolenne eſt, præfatus verba terribilia, quibus Deum cauſæ ſuæ æquiſſimum iudicem & innocentiæ aſſertorem adeſſe precabatur, partem Dominici Corporis accepit & comedit, quâ libertimè abſumpta, cum populus in laudes Dei, innocentiæ eius congratulatus aliquamdiù acclamaſſet, tandem impetrato ſilentio conuerſus ad regem. Fac ergo, fili, inquit, ſi placet quod me vidiſti facere. Principes Theutonici regni, ſuis in dies accuſationibus aures noſtras obtundunt, magnámque tibi molem capitalium criminum impiogentes pro quibus non modò ab omni rerum publicarum adminiſtratione, ſed ab Eccleſiaſtica etiam communione & ab omnimoda vitæ ſæcularis conuerſatione vſque ad extremum ſpiritum te ſuſpendi oportere exiſtimant: petunt etiam magnopere diem & locum ſtatui audientiamque præſtari Canonicè diſcutiendi quas aduersùm te adferant accuſationes. Et optimè noſti humana plerúmque vacillare iudicia, & in publicis diſceptationibus nonnunquam falſa pro veris perſuaderi, dum pro diſertorum hominum ingeniis, & dicendi copia & ſuauitate falſitas verborum phaleris adornata libenter auditur; & veritas nullis eloquentiæ nixa adminiculis contemnitur. Cum ergo tibi benè conſultum cupiam, pro eo quod in calamitatibus tuis ſupplex Apoſtolicæ ſedis patrocinium expetiſti, fac quod moneo ſi te ionocentem noſti & exiſtimationem tuam ab æmulis tuis per calumniam falſis criminationibus impetitam, libera compendioſè, & Eccleſiam Dei ſcandalo, & te ipſum longæ concertationis ambiguo, & ſume hanc reſiduam Dominici Corporis, vt comprobatâ, Deo teſte, innocentiâ tuâ obſtruatur omne os aduerſum te iniquâ garientium: & me deinceps cauſæ tuæ aduocato & innocentiæ tuæ vehementiſſimo aſſertore, Principes tibi reconcilientur, regnum tibi reſtituatur, omnes quibus iamdiù reſpublica diuexatur bellorum ciuilium tempeſtates in perpetuum ſopiantur. Ad hæc ille inopinata re attonitus, æſtuare, tergiuerſari &c.] Vno verbo ne moleſtior ſim in eo textu referendo experimentum hoc innocentiæ ſuæ facere detrectauit. In ea formula, nil niſi pium, & ſacris literis præceptíſque diuinis conſentaneum, quicquid in Eccleſiæ Catholicæ Antiſtites euomat vir vilis, purgationem illam, furioſæ explorationis ſpeciem, & Epiſcopos ſacramentales appellans homo ſacramentarius *b*, & in perniciem conuerti clamans, quod in ſalutem putabatur inſtitutum. Salus eſt Corpus Chriſti dignè ſumentibus, vt ait D. Paulus [*Quicumque manducauerit Panem hunc vel biberit Calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini.*] Quod vt quiſque ſeriò caueat: [*Probet autem ſeipſum homo; & ſic de pane illo edat & Calice bibat, qui enim manducat & bibit indigne iudicium ſibi manducat & bibit non dijudicans Corpus Domini: Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles & dormiunt multi,*] repentinâ videlicet morte in talis ſacrilegij vindictam percuſſi. Iis ergo Corpus Chriſti pernicies eſt, non inſtitutione ſuâ, vel inſtitutoris voluntate, ſed ſumentis peruerſitate qui eo quod ad ſalutem ipſius datum eſt, in mortem mauult abuti, quàm veritatem aperire, & crimen de quo interrogatur à iudice legitimo confiteri. Quid aliud in tota illa purgationis forma proponitur, quam quod à D. Paulo ſancitum? Dei teſtimonium certiſſimum eſt; adducitur vt dubium tollat; ſi innocens es, vbi teipſum prius probaueris, & intima conſcientiæ arcana ſollicitè ſcrutatus & nihil conſcire tibi deprehendens, Deum ſecurè ac reuerenter in teſtem aduoca. Si reus es, noli eum in tuam perniciem & interitum aduocare. Sublata fuit hæc purgationis forma, quia ſuſpectis non eſt danda Eucbariſtia.

Chrpa. anno 870.

a Ita Mart. del Rio.

b 1. Corinth. 11. v. 17.

uentis ſcilicet aquæ, ſiue frigidæ, ignitique ferri contactum, aut cuiuſlibet popularis inuentionis (quia fabricante hoc ſunt omnino facta inuidia) nec ipſum exhibere, nec aliquo modo te volumus poſtulare, imò Apoſtolicâ authoritate prohibemus firmiſſimè.] Deſumpta ſunt hæc vltima verba ex Epiſtola Alexandri II. ad Reinaldum Cunatum Epiſcopum. Prohibitum ergo id fuit ab Alexandro II. iterúmque ab Honorio III. qui expreſsè *a* teſtatur ferri candentis iudicium penitus eſſe interdictum vt potè in quo Deus tentari videtur, mandátque Templarios qui Liuones illud ſubire compellebant per cenſuras Eccleſiaſticas cogi eo abſtinere.

a cap. Dilecti filij de vulgari Purgat.

SECTIO IV.

De purgatione per Aquam.

PVrgatio vulgaris per aquam, fiebat adhibitâ vel feruente, vel frigida. Nec videtur instituta ad imitationem poculi zelotypiæ à Deo instituti *b* apud Hebræos ad explorationem adulterij, quod teſtibus probari non poterat; ſic enim Deus, qui ſolus occulta nouit & iudicat, ſe veritatem indicaturum promiſerat, ad cuius manifeſtationem nulla res quæ eſſet in eo potu habebat vim naturalē; quare iure optimo Canones *c* hanc ſuſtulerunt probationem, ſicut & illam quæ fiebat per aquam feruentem immiſſa in eam manu, de qua Gregorius Turonenſis *d*, egregiam narrat hiſtoriam; videlicet Diaconum Catholicum cum Presbytero Ariano diſputantem ad fidei veritatem comprobandam ſic eum prouocaſſe. [Factis rei veritas approbetur, ſuccendatur igni Lebes æneus & in feruenti aqua annulus proiiciatur, qui verò eum illæſa manu inde extraxerit, ille, veritatis partes ſequi comprobetur. Conditione ab Hæretico acceptatâ, Diaconus diffidentia quadam tentatus vnguentis quibuſdam manum brachiumque illinit, quod cernens hæreticus, exclamat aduerſarium magicis præſidiis, non fidei confidere; oritur altercatio, cui ſuperuenit Diaconus alius è Reuenna Hyacinthus nomine, & vt didicit quid hoc rei eſſet, mox extracto nudo bracchio in Lebetem feruentem mergit, & diù multúmque quæſitom annulum tandem reperit, & illæſus extraxit quod cernens Hæreticus valdè confuſus iniecit, & ipſe manum in ahenum, & protinus vſque ad oſſium internodia omnis caro liquefacta defluxit.

b Num. 5. v. 12. 13.

c c. Dilecti filij de Purgat.

d Lib. 1. de gloria Martyr. c. 8.

SECTIO V.

De prouocatione ad diuinum iudicium.

HAud rarò accidit, vt qui ſe iniuriâ ab aliis affici putant, nec hominum auxilium ſupereſſe animaduertunt, ad Deum confugiant, qui de perſecutoribus vltionem ſumat, eoſque nonnunquam ad tribunal Dei, & quandoque intra certum tempus ſiſti iubent. Hæc citatio ad Deum iudicem illicita non *e* eſt, ſi citra vindictæ appetitum, iram, impatientiam, deſperationem, vanitatem, aliudue animi vitium ab aliquo iniuſtè oppreſſo, fiat bono fine, putà vt innocentia eius appareat, nec infamia grauentur conſanguinei, aut vt oppreſſor terrore percuſſus reſipiſcat, vel vtè medio ſublatus ab oppreſſione miſerorum deſiſtat. Non deſunt hac in re ſanctorum exempla: ſic vir ſecundùm cor Dei dixit ad Saülem [*Iudicet Dominus inter me & te, & vleiſcatur me Dominus ex te.*] Et Zacharias ſummus ſacerdos filius Ioiadæ cùm iuſſu Regis Ioas iniuſtiſſimè necaretur, ſimile quid proferens ait, [*videat Dominus & requirat.*] Quæ imprecationes exitio perſecutorum ambæ paulò poſt fuerunt approbatæ. Nec alia mens Machabæorum Martyrum, quorum prophetia citationis & imprecationis vim habuit, ſicut & illa Apoſtoli ſcribentis ad Timotheum: [*Alexander ærarius multa mala mihi oſtendit reddet illi Dominus ſecundum opera eius: quem & tu deuita.*] Sancti quoque Martyres noui teſtamenti ad Deum clamant [*vſquequo Domine non iudicas & non vindicas ſanguinem noſtrum de iis qui habitant in terra f.*]

e Feuardent in c. 13. Eſther.

1. Reg. 24. v. 13.

2. Paral. 24. v. 22.

2. Machab. 7. v. 17.

Epiſt. 2. c. 4. v. 14.

f Apocal. 6. v. 10.

Vt autem à ſacra ad Eccleſiaſticam hiſtoriam fiat acceſſio Gualterus Burgenſis; vir doctrinâ & ſanctitate clarus, Epiſcopatu Pictauienſi per iniuriam pulſus à Clemente V. quamdiù vixit patientiſſimè opprobrium tulit: ſed moriens iuſſit ſuo inſcribi ſepulchro: *Ad iudicium Dei appello*] legit Epitaphium Clemens, memórque iniuriæ quam intulerat expauit: addit Volaterranus *g* eum haud diù poſt obiiſſe. Thomas Cantipratenſis *h* ſcriptor eruditus & verax, narrat de Abbate qui cum iudicem in terra habere non poſſet contra maiorem Præpoſitum quod Conſobrinum ſuum armatâ manu ex illius Monaſterio rapuiſſet, eum intra quadraginta dies ad ſummum iudicem prouocauit.

g Raphael. Volater. Antropol. lib. 2.

h In lib. Apum.

Cæterùm licèt citationes ad Deum Iudicem abſque vllo animi vitio & in bonū finē factæ illicitæ non ſint, periculoſum tamen eſt hominibus non compertæ ſanctitatis eas imitari; facilè enim vnum quemque decipit amor ſui, latentis vindictæ aut alicuius paſſionis vapor mentem obnubilat ac perturbat animum. Et lethaliter peccaret qui iniuſtè, ſciens; & volens alios citaret, ſugillant enim eos quos citant vt oppreſſores innocentiæ, hócque inſolito agendi modo minùs conſtantes adeò terrere valent vt facilè in morbum incidant & intereant. Qui tamen citantur attendant diligenter an vllum ſit dubium de ſententiæ, aut facti propter quod citantur æquitate, & ſi quem apud ſe perſentiſcant conſcientiæ ſcrupulum, caueant ſibi & prouideant, & quæcumque ad veritatis indagationem ſpectant iterum examinanda ſuſcipiant, vt vel retractetur prior ſententia, vel maturiore conſilio confirmetur, ſæpè etenim contigit vt qui primum ex allegatis & probatis nocentes videbantur, eos poſtmodum temporis decurſus comprobauit eſſe innoxios. Nec iudicea nimis circumſ-

pectè procedere valent in re tanti momenti in qua non hominis exercent iudicium, ſed Dei *a*.

a 2. Paral. 19.

ARTICVLVS VI.

De Coniectatione.

HVcuſque ſermo fuit de illicitis Diuinationis ſpeciebus, reſtat agendum de ea quæ aliquando licita eſt nempe de Coniectatione.

SECTIO I.

De Coniectatione ex Aſtris.

COniectationis ſeu iudiciariæ ex aſtris Matheſeos duæ aſſignantur ſpecies valdè peſſimiles, nempè Aſtronomia & Aſtrologia. Aſtronomia vniuerſalibus, veris, incommutabilibus & commenſuratis nititur principiis, poteſtque ex ipſis certò prædicere etiam pluribus antequam contingant annis vniuerſales artis ſuæ euentus, vt concurſus ſyderum, ſtationes, retrogradationes, annorum reuolutiones & his ſimilia, quia euentus iſti certi ſunt & neceſſarij, poterunt igitur certò cognoſci. Ob eamdem rationem poterit Aſtronomus euentus ſublunares, verbo gratia ventos, pluuias, ſerenitates ex Lunæ Soliſque vario colore, aliiſque phænomenis probabiliter prædicere, quia vt plurimum hæc accidunt; etſi ob peculiares aliquas cauſas nonnunquam impediantur. Et hinc ortæ Epheme ides quæ vulgò circumferuntur.

Aſtrologiæ plures ſunt ſpecies; tres tantùm hoc loco nobis conſiderandæ. Prima verſatur circa reuolutiones annorum vel aſtrorum & prædicit totius anni viciſſitudines, aëris ſalubritatem, annonæ pretium; morbos hominum, & animalium, & ſimilia, quæ ſi prænuntiet cum formidine oppoſiti: dicátque hoc & illud minantur aſtra, non erit ſuperſtitioſa. Secunda eſt Magiſterium natiuitatum, docens quid ſigillatim homini totâ vitâ obuenturum ſit. Neque hæc ſuperſtitioſa erit, ſi ſolam inuoluat ſuſpicionem, hunc puerum fore talem; eius animi propenſionem ad hoc vel illud inclinari, taliáque ei portendere horoſcopum. Tertia vocatur Electionum, quæ docet quid ſingulis rebus agendum vt fœliciter cedant, neque ita quoque ſuperſtitioſa eſt, ſi tantùm dicat ſe æſtimare, rem hoc & illo modo feliciter ceſſuram; ratio eſt, quia poſt obſeruatos ſæpiùs euentus ſimiles eamdem aſtrorum poſituram ſubſequutos, licèt nobis æſtimare & metuere ſimilia, neque nullum in hac cautione, quæ eſt portio quædam prudentiæ, peccatum inuenitur. Quod ſi Aſtrologia vltra præſcriptos illos ſpecierum limites progrediatur, prædicens aliquid vt euenturum ſuperſtitioſa eſt, nec artis aut ſcientiæ digna nomine, vnde & damnata eſt pluribus locis Scripturæ ſacræ, quæ docet rerum futurarum præſcientiam ſolius eſſe Dei, vt apud Iſaiam *a*. [*Annunciate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus, quia Dij eſtis vos.*] Monetque ne quis vanam illam infidelium diſcat Aſtrologiam, vel ab aſtris ſibi timeat, vt in iſto apud Ieremiam diuino effato. [*Hæc dicit Dominus iuxta vias gentium nolite dicere & à ſignis cœli nolite metuere, quia leges populorum vana ſunt b,*] Quare hæc eſt D. Pauli ad Coloſſenſes admonitio: [*Videte ne quis vos decipiat per Philoſophiam & inanem fallaciam ſecundùm traditionem hominum, ſecundùm elementa mundi. c.*] Id námque de Aſtrologia illicita intelligit Athanaſius, oſtendítque Chaldæos ab illa ſcientia ſua fuiſſe deceptos. Equidem quotidiana patet experientia iis ipſis qui ſe profitētur tertiæ ſpeciei Aſtrologiæ ſcilicet electionum quantumuis doceant quomodo ſingula ſint agenda vt feliciter cedant, cuncta tamen peſſimè & infeliciſſimè cedere.

a Iſa. c. 41. v. 43.

b Ierem. 10. v. 2.

c Ad Coloſſ. 2. v. 8.

Damnant etiam Aſtrologiam illam iudiciariam, Concilia & ſacri Canones *d* grauiſſimis pœnis in eius ſequacès præſtitutis. Olimque Aquila Ponticus ex Eccleſia pulſus eſt, quod his ſtudiis nollet abſtinere *e* Damnant eam Patres Orthodoxi Baſilius *f*, Chryſoſtomus *g*, Ambroſius *h*, Auguſtinus *i*, Gregorius magnus *k*, aliſque damnant Theologi maximè verò ſacræ Scholæ Principes D. Thomas *l* & D. Bonauentura *m*, & inter recentiores opere doctiſſimo & vbertimo Ioannes Picus Mirandulæ Comes, Phœnix æui ſui ob imperij excellentia nuncupatus. Damnant communiter Iuriſconſulti tum Canonici tum Ciuiles, Damnant philoſophi, & Medici ex veteribus Bardeſânes Syrus, & Diogenianus apud Euſebium. Ex recentioribus Georgius Trapezuntius, Damnant Hiſtorici Tacitus *n* inter alios inuehitur in Aſtrologiæ iudiciariæ profeſſores, quos vocat Mathematicos, aitque [Genus infidum petentibus, ſperantibus fallax; quod in ciuitate noſtra vetabitur ſemper, & retinebitur.] Damnant aliquando & ipſi peritiores Aſtrologi ex ipſa horoſcoporum praxi artis ſuæ vanitatem deprehendentes, præſertim eorumdem Coryphæus Ioannes Cornelius, Agrippa qui malo libro, de arte non bona rectum & verum ferens iudicium ſcribit. [Hanc artem nihil eſſe aliud, quam ſuperſtitioſorum hominum fallacem coniecturam: qui ob multi temporis vſum de rebus incertis ſcientiam fecerunt, in qua emungendæ pecuniæ gratiâ decipiant imperitos & ipſi ſimul decipiantur.

d c. Illud c Illos c. ſed & Illud 26. q. 2. c. Igitur 26. q. 3. cap. non liceat 26. quæſt. 5.

e Epiph. lib. de pond. & & menſ

f Hom. in 6. Geneſ.

g In c. 2. Matth.

h Lib. 4. Hexamer. c. 8.

i Lib. 2. de Geneſ. ad lit. c. 17. lib. 2. de Doctr. Chriſti c. 21. & lib. 5. de ciu.

k aliquot primis capitis. Homil. de Epiph.

l 2. 2. q. 95. art. 5.

m In Centiloquin.

n Lib. 7. de Mathem.

Accedit ratio, quia euentus quos Aſtrologi illi prædicere præſumunt, non continentur in Aſtrorum poteſtate, cui nec ipſum hominis ſubeſt arbitrium. Plures alias rationes ex Bulla Sixti V. contra Aſtrologos, & ex præfato Mirandulani Comitis Opere dato otio petendas omittimus, vt reſpondeamus obiectionibus quas iſti ex ſacris etiam literis deſumere haud verentur, vt infirmiorum mentem peruertant.

Obiiciunt primò illud Geneſis *a*: [*Dixit autem Deus fiant luminaria in medio cæli & diuidant diem ac noctem & ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos.*] Et inde colligunt aſtra etſi cauſæ non ſint, certa tamen eſſe ſigna futurorum omnium euentuum. Et hanc fuiſſe mentem Origenis, & Euſebij, imò & ipſius Diui Auguſtini aſſerit *b* Iulius Sirenius, qui ex his Iſaiæ verbis [*Complicabuntur ſicut liber cæli c.*] Idipſum confirmare nititur. Cum enim, inqnit, per cœlum eo loco Geneſeos [Fiant luminaria, in medio cœli] nonnulli intelligant firmamentum, hoc meritò vocatur liber, quòd in eo tanquam in libro ſtellæ ſint veluti characteres in quibus futura leguntur ſignata. Sed reſpondetur aſtra eſſe ſigna aſtronomica & vniuerſalia, quæ denotent tempora, dies, & annos, & diuerſas anni tempeſtates, & effectus qui naturaliter ab ipſis, vt à cauſis ſuis neceſſariis dependent; non autem ſigna Aſtrologica, in ſenſu auctorum vanæ Aſtrologiæ, quo ſenſu ſunt ſigna vaniſſima, nec merentur nomen ſigni. Illa verò Origenis ſententia refertur ab Euſebio, ſed ab eo minimè probatur. Eam verò Diuus Auguſtinus expreſsè refellit *d*: & ſcribens contra Manichæos *e*, per corpora cœleſtia non intelligit orbes cœleſtes, ſed glorioſa beatorum corpora, vt ex ipſo contextu manifeſtè patet. Locus autem Iſaiæ nihil ad rem facit; illa etenim ſimilitudo petitur ex more Hebræorum, qui libros ſacros in longua membrana ſcribebant, eamque inſtar telæ radio textorio circumuolutæ circa cylindrum complicabant. Sicut ergo de cœlo quando à Deo creatum primò apparuit, regius Pſalmiſta dixit *f*: [*Extendens cœlum ſicut pellem*] ita Iſaias agens de mundi interitu, cœlorumque diſſolutione comparat illam libro illi complicato, vt aduertit Author quæſtionum Orthodoxarum *g*. Idque clarè explicuit B. Ioannes in Apocalypſi *h* dum ait: *Cœlum receſſit ſicut liber inuolutus.*]

a c.1.v.14.
b c.36.& 37.
c Iſai. 54. v.4.
d Sub init. l.5. de ciuit.
e l.2.c.21.
f Pſ.103.v.3
g reſponſ.9.
h c.6.v.14.

Obiiciunt ſecundò ex Cantico Debboræ *i*: [*De cœlo dimicatum eſt contra eos, ſtellæ manentes in ordine & curſu ſuo, aduersùs Siſaram pugnauerunt,*] Quo inquiunt pacto pugnauerunt, niſi quia Iudæis fauſtus, Siſaræ verò infauſtus extitit ille curſus aſtrorum. Si ergo Siſara periit propter hunc ordinem ſyderum ei contrarium & inimicum, potuit hoc ipſum per Aſtrologiam præuideri & vitari. Reſpondetur tempore huius conflictus, teſte Ioſepho *k*, exortam fuiſſe procellam magnam & grandinem oculis Chananæorum offuſam, quod auxilium cùm cœlitus per Angelos, qui & in Apocalypſi ſtellæ vocantur miſſum fuerit meritò ait Scriptura: [*De cœlo dimicatum eſt, & ſtellæ aduersùs Siſaram pugnauerunt.*]

i c.5.v.20.
k l. antiq.c.

Obiiciunt tertiò illud Pſalmiſtæ de Deo canentis *l*: [*Et opera manuum eius annunciat firmamentum*;] hoc eſt aiunt ipſi, prænunciat ea quæ Deus facturus eſt. Reſpnndetur, non illum eſſe Dauidis ſenſum ſed iſtum, ſcilicet pulchritudinem cæleſtis huius & viſibilis fabricæ nobis indicare excellentiam inuiſibilium Dei operum, & adigere nos, vt fateamur non alium potuiſſe eſſe Firmamenti Architectum. Inſtant ex pluribus hiſtoriis eiuſmodi prædictiones fuiſſe veras. Sed reſpondetur Aſtrologos cùm verum dicunt diligentiùs eſſe cauendos; quia ſatis euidens hoc ſignum eſt eos cum Dæmone pactum iniiſſe vt ait Diuus Auguſtinus *m*, notatque Deum aliquando permittere, vt ipſi ignari licèt futuri prædicent, verum tamen dicant in pœnam illorum qui eos conſulunt. Sicut & permiſit Balaam Ariolum prophetare *n*.

l Pſ.18.v.2.
m l.2.de Geneſ. ad lit. in fine,& l. de ciuit. c.7.
n Num.13 v.24.

SECTIO II.

De Coniectatione ex iis quæ viſuntur in Elementis.

ASteris, cœliſque proximum (ſaltem quantum ſenſu percipimus) Elementum eſt aër, in cuius regione media variæ ſunt impreſſiones meteoricæ, variaque viſeuntur phœnomena pro exhalationum quæ ignem concipiunt forma, ita diuerſa, vt modò videntur flammæ, modò ſtellæ ſaltantes, vel diſcuttentes, modò lanceæ, aliquando acies integræ dimicantes, aut horrendi cometæ, & ſimilia, quæ oſtenta, prodigia, & portenta vulgus nuncupat, quibus omnibus (cometis maximè ſi frequentes fuerint) commune eſt magnam temporis ſiccitatem denotare, adeoque & ſterilitatem, famem, & peſtem; illi enim ignes omnem vaporum & exhalationum abſumunt humiditatem, vnde & conſequenter mortem minantur bilioſis, & qui ardentioris ſunt naturæ, quales ſunt plerique Principum & Magnatum, ob eandem quoque ſiccitatis cauſam, ad bella & ſeditiones mouent. Non rarò Cometæ ex ſupernaturali diuini Numinis pendent diſpoſitione publicam aliquam calamitatem hominibus imminere ſignificantis, nec ferientis niſi quos priùs admonuerit. Ideoque haud temerè Concionatores ex iis imminentem Dei vindictam denuntiant, vt improbos à vitæ prauitate deterreant, & ad pœnitentiam hortentur citiùs peragendam, in eum namque finem ſolent illa à Deo oſtendi. De his conſule D. Auguſtinum *o* qui horum portentorum vanos obſeruatores egregiè confutat. Futura enim contingentia quæ ex his Phænomenis inferunt Aſtrologi plerumque vana ſunt & fallacia.

o l.21. de ciu. c.28.

Aëri ſubſunt Elementa Terræ & Aquæ in quibus ex longa ventorum, auium, plantarum, arborum, Brutorum obſeruatione, plures emerſere Canones prænotionum, quibus vtuntur nautæ & de quibus exſtat egregium opus Antonij Mizaldi Monluciani Ephemeridum Ruſticorum titulo inſcriptum.

SECTIO III.

De Coniectatione ex humani corporis pro portione, & lineamentis.

Putà de Phyſiognomia, & Chiromantia.

EX bumano corpore plurima ſumuntur præſagia omnis ſuperſtitionis expertia. Illam Medicorum quam vocant σημειωτικὴν, veteres & recentiores integris nec indoctis Tractatibus proſequuti *a* ſunt. Ex iis ſignis ea proba ſunt, & à cunctis approbata, quæ naturalibus principiis, veriſque comprobantur experimentis, cætera vana ſunt, & ab arte Phyſicorum prorſus aliena. Proborum ſignorum alia ſanam, integramque valetudinem teſtantur, alia degenerantem, & malè affectam, alia ſuccumbentem, alia conſurgentem ac victricem, alia ipſis quoque Magiſtris ſunt ambigua. Nec vlla ex prædictis tam certa quin fallant aliquando. Ad eam Medicorum σημειωτικὴν quæ ſignorum omnium differentias, & vim expendit referuntur prænotiones Phyſiognomiæ & Chiromantiæ.

a Hippocr. l. de Progn. Gal. Ariſt. Celſus.

Phyſiognomus ex humani corporis proportione, habitudine, temperie, pilorum colore, ac ſimilibus nonnulla de ingenio & animi affectionibus, & de motibus conijcit, maximè ex faciei, oculorum, frontiſque intuitu; in facie enim legitur homo, vt vulgo dicitur; & oculi, ſpeculum ſunt animæ. Et hæc coniectio vocatur μετωποσκοπία, quam Hippocrates, Galenus, & Ariſtoteles diligenter excoluerunt, eorumque, nec non aliorum qui naturæ veſtigiis inhæſerunt ſcripta laudantur, nec ſacræ improbant litteræ, ſed ſanent potiùs; maximè illud Iſaiæ *b*. [*Agnitio vultus eorum reſpondit eis.*] Hoc eſt, exterior eorum facies ſecreta pateſecit. Licèt autem accurata Phyſiognomia multùm habeat probabilitatis: nihil tamen habet neceſſitatis, quia corporis diſpoſitiones affectionibus animi præire ſolent, non trahendo, vel cogendo, ſed aſſiduè inclinando, ita vt fræno rationis, ac generoſo in partem oppoſitam conatu illa naturæ propenſio ſuperetur. Quod de ſe teſtari Socratem non puduit, cùm Zopyrus Phyſiognomus ex aſpectu faciei ſtupidum ac mulierofum illum iudicaſſet.

b c.3.v.9.

Phyſiognomiæ pars eſt Chiromantia, de qua proinde idem ac de illa iudicium eſt. Chiromantia enim naturalis per lineas in manibus apparentes conſiderat ipſam corporis temperiem, ex qua probabiliter indagat animæ propenſiones. Secùs eſt de Chiromantia Aſtrologica, quæ vana eſt & illicita, aſſerens hanc manus areolam eſſe Iouis, illam Mercurij, tertiam Veneris, &c. illarumque linearum ſignificationem ab aſtris infallibiliter dirigi, quæ procul dubio Eccleſiaſticam merentur cenſuram, quam Sixtus V. contra Aſtrologos & Chiromanticos tulit, & vtroſque damnans grauibus ſubiecit pœnis. Nec vlla ratione fauet illis illud S. Iob. *c*. [*Qui in manu omnium hominum ſignas, vt norint omnes opera ſua.*] His enim verbis tantùm ſignificatur hanc temporis viciſſitudinem de qua loquitur vir Dei ſerenitate & procellis niuium, imbriumque à Deo contemperatam, vt & eius potentia manifeſta fiat, & homo videns ſe tàm facilè tempeſtate quauis impediri à propoſito, manumque ſuam ſic quaſi quibuſdam vinculis aſtringi, & ab opere arceri; cognoſcat ſe ſine Dei adiutorio poſſe nihil, ſuamque confiteatur imbecillitatem. Fauet Septuaginta ſenum expoſitio hoc ſenſu, *vt cognoſcat omnis homo imbecillitatem ſuam.*

c c.37.v.7.

SECTIO IV.

De Coniectatione ex ſomniis.

COniectatio ex ſomniis à Græcis dicitur ὀνειροπολία κρίσις. Somnium, vt huc ſpectat, definitur à variis ſomniorum obſeruatoribus figmentum animæ multiforme futurorum bonorum vel malorum ſignificatiuum. Huius verò prædictionis fundamentum ſtatuunt experientiam, & quamdam proportionis ſimilitudinem rei ſomniatæ ad euentum. Experimentiâ dicunt conſtare, hoc vel illud euenire, ſi quis hoc vel illud ſomniet ex ſimilitudine autem proportionis prouenire, vt ſi quis v. g. ſomniauit ſe lumen à Luna petere, ſignum erit quòd cæcus fiet, quia Luna proprio caret lumine. Vides quam puerilia & ridicula ſint artis huius fundamenta. Vt tamen aliqua huic materiæ concilietur claritas. Obſeruandum eſt Gregorium Magnum ſomnia tribus authoribus adſcripſiſſe nempè Deo, naturæ, & Dæmoni, & Theologos ea diuiſiſſe in diuina, naturalia, & diabolica.

Diuinorum ſomniorum, ſi de iis certò conſtet, obſeruatio licita eſt; ad id enim Angelorum miniſterio nobis ſuggeruntur, vt iis obſeruatis doceamur & corrigamur: Eorumdem tamen interpretatio ad eos pertinet ſolos, quibus ea gratia à Deo data fuerit, iuxta illud Danielis Prophetæ *d*: *Myſterium quod rex interrogat, Sapientes, Magi, Arioli & Aruſpices nequeunt indicare regi: ſed eſt Deus in cœlo reuelans myſteria qui indicabit tibi.*]

d Dan. 2. v. 27.

Somnia naturalia proficiſcuntur vel à cauſa intrinſeca ſomnianti, vel à cauſa illi extrinſeca. Priorum alia potiſſimum naſcuntur ab anima, & hæc dicitur cauſa animalis: alia à corpore, & vocatur cauſa corporalis. Intrinſeca cauſa animalis eſt, quando ſomnia obueniunt de rebus quibus cogitatio vigilantis admodùm fuit intenta iuxta illud: [*Multas curas ſequuntur ſomnia & in multis ſermonibus inuenietur ſtultitia.*] Et Gregorius Nyſſenus eiuſmodi ſomnia comparat citharæ, cuius fides ceſſante manus impulſu adhuc tinniunt. Intrinſeca cauſa corporalis naſcitur ex præſenti corporis temperamento; ſicque illi quibus ſanguis

eſt copioſior, hortos, conuiuia, choreas, volatum & læta omnia ſomniant. Phlegmatici, aquas, ſubmerſiooes, tardam, & impeditam ab inſequentibus fugam. Cholerici rixas, incendia, pugnas. Melancholici, fumos tenebras, ſpectra, mortes, & multa triſtia: quibus viſcoſo humore affectæ, obſtructæque ſunt poſteriores cerebri partes, illi comprimi & ſuffocari ſibi videntur, incubum morbum id appellant. Corporalis ac extrinſeca ſomniorum cauſa eſt, quando dormientis imaginatio ab agente extrinſeco corporeo mouetur, putà vel ab aëre, vel ab influxu cœleſtium corporum, quæ in phantaſia Organis corporeis immerſa poſſunt ſpecies illius imaginarias variè cooiungere, & adinuicem permiſcere; vnde proueniunt tot ineptæ & ridiculæ imaginatiooes io ſomniantibus.

Horum omnium ſomniorum quæ ex naturalibus cauſis deriuantur, eatenùs licita eſt obſeruatio & interpretatio, quatenus cauſæ naturales effectibus ſunt adæquatæ, vt Medici & Theologi ſentiunt vnde quando ſomnij cauſa eſt animalis, licet nobis illud obſeruare, vt deinceps ſtudia vitamque melius inſtituamus; & interdiù prout humana feret infirmitas, non niſi bona cogitemus. Qoando cauſa corporalis eſt intrinſeca, poteſt quis inſtantes morbos apto remedio præuenire: quando eſt extrinſeca ſi ſomnians poſſit ab ea naturaliter affici, ſicut Podagrici & Hernioſi à cauſis futuræ cras pluuiæ, poteſt aliqua inde peti probabilitas ad eiuſmodi ſomniorum interpretationem: ſi verò ab illa nil poſſit pati, ſicut nec Podagrici ab imbre apud Antipodas dilabente, tunc incerta eſt & fallax ſomniorum obſeruatio. Peccat autem is, qui ex naturalibus ſomniis quauis ex cauſa promanantibus, futura contingentia prædicere præſumit, vel quidquam ab humani arbitrij, ſiue ſomniantis, ſeu alterius pendens libertate, multóque magis qui de iis quæ ſunt gratiæ gratis à Deo dari ſolita; hæc enim à nulla dependent cauſa naturali aut temperie corporis.

Diabolica ſomnia ſunt, quæ ſpiritus nequam immittit, vel ad perturbationes animi ciendas, vt iram, odium libidinem; deſperationem, vel ad exacuendam occultorum futurorumque cognoſcendorum io homine curioſitatem. Eiuſmodi ſomnia obſeruare, vt fraudem Sathanæ caueas licitum eſt, hoc enim animæ ſalutare eſt, & aliquando neceſſarium: ad occulta tamen dignoſcenda vel futura prægnoſcenda non licet, ſed lege diuina prohibitum eſt bis verbis a:] *Non augurabimini nec obſeruabitis ſomnia.*] Adde quòd haberi non poteſt eorum Interpretatio citra miraculum, niſi ex pacto cum Dæmone, quod prorſus illicitum eſt, & adepta inde occultorum, futurorumve cognitio ſuperſtitioſa eſt, futurorum verò contingentium, non niſi fallax, vtpotè ipſi Cacodæmoni incerta, Diſcernere autem Diabolica ſomnia à Diuinis ad eos pertinet, qui Diſcretioois Spirituum dono ſunt præditi, & quibus cura incumbit animarum. Et hoc iudicium pendet ex accurato cauſarum & circumſtantiarum examine, ſi enim conſtet neque ex animali neque ex corporali cauſa ſomnium emanaſſe, dubitetur verò vtrùm ſit à Deo, vel à Diabolo, tutiſſimum erit ſi vt à Diabolo immiſſum illud caueas & contemnas; hic enim eſt ſenſus iſtius loci [*Sicut parturientis, cor tuum phantaſias patitur: niſi ab altiſſimo fuerit emiſſa viſitatio, ne dederis in illis cor tuum, multos enim errare fecerunt ſomnia b.*]

a Leuit.19. v.26. Deut.

b Eccl.34. v.6.

TERTIA PARS.

De Maleficio, & Maleficis.

MALEFICII nomeo non pro damno, ſeu quouis peccato hic ſumitur, ſed pro ſigno ſuperſtitioſo, quo quis opere Dæmonis alteri malum parat, & qui eo ſigno vtitur vocatur maleficus, qui verò læditur maleficiatus. Huius Maleficij frequens in ſacra Pagina ſit mentio, morti eos qui vtuntur adiudicat lex diuina, bis verbis: [*Maleficos non patieris viuere c.*] Nec immeritò nullum enim ſuperſtitionis genus Cacodæmonem magis oblectat, quàm maleficium vt enim ait Syneſius: [Calamitates mortalium, conuiuia ſunt malorum Dæmonum.]

c Exod.22. v.18. Deut. 18.v.10.2. Paral 33.v.6 Iſai 47.v.9. 12.Michæ.5 v.12.Nahum 3.v.4.

Ad maleficij rationem tria ſemper coocurruot, videlicet Dei permiſſio, Dæmonis operatio, & Malefici libera cooperatio. Neque enim Dæmon plus damni inferre poteſt quàm Deus permittat, nec valet efficere id quod ſibi permittitur; niſi Maleficus in maleficium conſentiat. His autem tribus ſimul concurrentibus maleficium variis patratur modis, rebuſque aliquando minutis, putà quibuſdam pulueribus in cibum aut potum infuſis, vel in veſtes diffuſis, vel nudo corpori affricatis; quandoque herbis, feſtucis, aliiſque id genus friuolis in humum proiectis, quæ ægritudinis vel necis cauſa ſunt, ſi incognita nobis vis venefica ſit illis à Dæmone impreſſa; ſin minùs ſigna tantum data Dæmoni iis quibus à Malefico paratum eſt malum, ſi ſupra res illas gradiantur. Nonnumquam certis vnguentis quibus Maleficorum aliqui manus ſemper illitas habent, ne qua nocendi elabatur occaſio. Nec rarò ſolo halitu afflatuve inficiant; ſic Puerperis ſummo cum vitæ periculo abortus cauſa ſunt. Solis etiam verbis ſiue laudando, ſiue minis intentando grauiſſima inferunt mala, Dæmone ad ea omnia ſigna concurrente. De bis aliiſque omnibus quæ ad maleficiorum rationes ſpectant fusè & optimè Nicolaus Remigius in libris quos de Dæmonolatria edidit. Ex iis omnibus ea tantùm quæ noſtro ſeruiunt inſtituto quinque Articulis perſtringemus. Primus erit de Faſcinatione II. de veneficio, III. de Sagittariis cerearum imaginum fabricatoribus, & de maleficio: incendiariis IV. de variis morbis illatis eo præſertim quo ſolida egeruntur. V.

De maleficio Ligaminis odij & amoris ſeu Philtrorum.

ARTICVLVS I.

De Faſcinatione.

FAſcinationis vocabulum dum ſacræ vſurpant litteræ illud vt plurimùm pro quamis graui deceptione ſumunt, ſic Sapiens ait : [*Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona a.*] Id eſt Faſcinum vile, nugax & adulatorium nos ita perſtringit, vt ad vera bona penitus excutiamus, & terrena cœleſtibus, peritura ſempiternis præferamus. Sic Apoſtolus ſcribens ad Galatas *b* ait : [*Quis vos faſcinauit non obedire veritati?*] Hoc eſt quis veſtram ſalutem vobis inuidens ita vos dementauit, vt tam ſubito ab ea fide defeceritis quæ adeò manifeſtè vobis à me tradita fuit, ac ſi penicillo prædicationis ante vniuſcuiuſque veſtrum oculos Chriſtus pro vobis fuiſſet crucifixus ?

a Sapient. 4. v. 12.

b c. 3. v. 1.

Nec incongruè Faſcinatio latè ſumpta diuidi ſolet in Poëticam, Phyſicam, & Magicam. Poëtica, & apud Poëtas ſæpè memorata eſt, ſecundùm quam dicitur quis faſcinari viſione quæ viſio eſt, ſeu aſpectu actiuo faſcinantis de quo ait Virgilius:[*Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.*] At faſcinatio hæc commentitia eſt, meritoque Poëtica, & imperiti rudiſque vulgi æſtimatione : ſi enim ad natalitiam faſcinantis horam eius cauſa reuocetur, conſequens eſſet omnes illa hora natos faſcinatores eſſe. Eam enim verbis, aut imaginationi adſcribere nemo poteſt ; ſiquidem tribuere vim animæ in corpus alterius, delirium eſt Auicennæ iam diù exploſum. Eam ergo faſcinationem Poëticam meritò reiiciunt Patres, D. Baſilius *c* vt muliebrem nugacitatem damnauit. Theologi etiam illam reprobant, & inter eos Richard. *d* ait anathema dictum eſſe iis qui eam admittunt eandem reſpuunt Iulius Scaliger *e*, Laurentius Ananias *f*, Franciſcus Valeſius *g*. Nec Hippocrates, Galenus, aliuſve veterum medicorum ſi eidem Valeſio multæ lectionis & probatæ experientiæ Medico credimus, Faſcinationis meminere. Accedit & ratio, quia cùm viſio ſit actio immanens, & fiat per paſſionem & intus ſuſceptionem non verò per radiorum emiſſionem, vt volebant Platonici, non poteſt idonea huius Faſcinationis cauſa naturalis aſſignari, niſi quis Faſcinationem hanc Poëticam confundat cum Phyſica de qua iam dicendum.

c Hom. de inuident.

d Quodlib. 3. q. 12.

e de ſubtilit. exercit.

f l. 4. de nat. Dæmo. 349.

g Sacræ Philoſ. c. 68.

Phyſica Faſcinatio, eſt aliqua contagio ſeu à maligna qualitate infectio ab oculis intuentis, qua alter læditur ; quæ quidem læſio maior eſt quando mutuus eſt intuitus; & magis noxius, cùm manat ab inuido idque corpore primùm affecto, anima autem conſequenter. Quo pacto autem hic maleuolus affectus ſuam noxialem qualitatem in alium queat effundere vix explicari poteſt : Verùm ita de hac re Heliodorus *g*. [Hic aër inquit, nobis circumfuſus per oculos, nares, halitum, alioſque meatus ad profunda penetrans, & ex qualitatibus exterioribus eò ſecum inferens qualis influxerit, talem etiam iis à quibus excipitur habitum ingerit. Itaque vbi aliquis liuore percitus res pulchras intuetur, circumſtantē aërem qualitate malifica replet, ac proprium ſpiritum acerbitatis plenum, in proximum quemque contorquet, ſpiritus autem vtpotè ſubtilis ad ſpiritum vſque & medullas ipſas peruadit ac pleriſque morbus fit inuidia & proprium accipit nomen faſcinationis.] Tùm à contagione peſtis probat idem Author hanc inuidentiæ faſcinationem, quia vtraque ab exhalationibus, prauiſque vaporationibus vitiato aëre prouenit. Non ergo ab ipſa viſione quà viſio, eſt fit alteratio illa in alio, ſed alteratio efficitur per venenatam aliquam qualitatem in putridis humoribus aut viſiata conſtitutione ipſius intuentis inhærentem, quæ quidem qualitas communicatur ſpiritibus vitalibus, qui imaginatione acriore concitantur, & viam quærentes ad oculos perueniunt : ex quibus erumpentes aërem circunſtantem malo ſuo viſu inficiunt, donec infectio perueniat ad aërem perſonæ inficiendæ proximum, qui aër in eius oculos vt partem tenerrimam faciliùs ſe inſinuans inde penetrat ad partes corporis interiores : ita D. Thomas *h*. Obſeruat tamen Abulenſis *i* Phyſicam illam faſcinationem fieri non in corpus longè diſtans, quia virtute naturali expelli debent illi ſpiritus qui ſunt aliquantulum graues, vtpote humidi humiditate aqueâ, & ideo non poſſunt in longum tendere, niſi per magnam virtutem potentiæ expulſiuæ qualis oculo non ineſt, nec ſi ineſſet ſufficeret : quia vis illa noxia per reſiſtentiam medij faciliimè mutaretur, ac periret & alibi eandem rem examinans affirmat ſpeciei viſibili nullam ineſſe qualitatem actiuam vel paſſiuam alterantem, ad modum quatuor naturalium qualitatum : quia ſpecies viſiuæ nec calidæ nec frigidæ, nec ſiccæ nec humidæ ſunt formaliter aut effectiuè, ſed nec virtualiter, idque tantum efficere poſſunt, vt earum beneficio res cuius ſpecies ſunt videatur. Quare ipſæ nullum nocumentum inferre poſſunt per ſe, ſed neceſſe eſt vt aliquid illas concomitetur vnde noxa hauriatur. Sanè oculorum ex ſeipſis eſt ſimpliciter videre, perperam autem videre eſt tanquam ex prima origine animi intùs deprauati. Itaque Faſcinatio Phyſica nihil aliud eſt vt definit Valeſius, quàm paſſio oculis illata & concepta, profecta ex quadam affectione animi maligna eius qui intuetur. Et quia liuor in oculis maximè ſe prodit ideò fortè dicitur in Scriptura ſacra : [*Nequius oculo quid creatum eſt.*]

g Æthiopicæ hiſt. l. 1.

h 1. p. q. 117. art. 3. ad 2.

i in c. 21. Gen.

Magica Faſcinatio, ſeu Faſcinum definiri poteſt, perniciosa qualitas arte Dæmonis illata ob expreſſum vel tacitum hominis cum ipſo pactum initum. Conſueuere nefarij iſti homines paciſci, vt quos liuidè vel iracundè inſpexerint, iis ſpiritus nequam perniciem inferat : tum vulgus imperitum putat eos ſolâ viſione & actiuo aſpectu id mali perpeſſos. Atque inde vulgaris illa

Faſcini

Faſcini nata eſt opinio, de homine ſolo intuitu, vel malitioſa vel ſimulata etiam laudatione alios faſcinante. Huc ſpectat illa de faſcino puerorum Valeſij coniectura. Paruuli iſti cum ſolito pulchriores ſint, pinguiores, ac nitidiores à fœminis vitiſque occurrentibus ſolent attentiùs aſpici, laudari, palpari, motitari, in vlnas & palmas accipi: cumque ob naturalis habitus teneritudinem etiam cùm optimè valent ſæpè ex inopinato in magnum aliquod vitæ diſcrimen incidunt, cuius tam repentinæ mutationis vulgus incapax vt in malum eſt ſuſpicioſum, in aſpicientium oculos & verba coniicit, & quia facilè inter illos occurrit etiam anus aliqua moroſa, huic potiùs adſcribitur culpa, quàm cæteris.

ARTICVLVS II.

De Veneficio.

VEneficio, Sagæ, plurimos mortales, morbis grauiſſimis, ipſa quoque morte afficiunt, vt teſtatur D. Auguſtinus *a*, Tertullianus *b*, Ambroſius *c*, & plures è ſummis Pontificiis *d*. Quatuor maximè modis id agunt. Primus eſt per inunctionem de qua Grillandus *e* ait: [Quando maleficiandum (ſiue maſculus ſit, ſiue fœmina) dormientem ſuis liquoribus, aquis, oleis, aut pinguedine, ſiue aliis ſimilibus vnctionibus plura & diuerſa venena continentibus inungunt, quandoque femura, quandoque autem ventrem, aut caput, guttur, pectus, coſtas ſeu aliam partem corporis, perſona maleficianda ſic dormiens nihil ſentit, & eſt tanta vis & potentia illius vnctionis vt paulatim durante calore ipſius dormientis ingrediatur intus carnes, & vadit ad penetralia cordis viſcerum maleficiati: vnde paulò poſt cauſantur ingentes dolores in corde eius.]

a l. 10. de Ciu. habetur c. nec mirum §. [illegible] 26. q. 5. & ſerm. 207. de temp.
b l. de anima.
c l. 1. contra Gent.
d Innocent. VIII. Alex. VI. Hadr. VI Leo. X. de maleficio & incant. in 7. Decreta
e q. 3. & 5.

Secundus modus eſt per Inhalationem; cæterorum peſſimum eſt veneficium iſtud. Nec enim craſſioris materiæ vehiculo (cui facile occurritur) indiget, ſed ipſummet tenuitate ſua ore attractum citò cor occupat & extinguit. Nouerat hoc inſignis ille agyrta, & circulator, qui de ſuæ Theriacæ cum alio contendens efficacia ea ipſum inhalatione deuicit. Hic quidem venenum illi liquidum quod potuit peſtilentiſſimum propinauit, cui ſumptione ſui antidoti mox ipſe obuiauit: tum ori alterius hiare iuſſi pixidem ſemiapertam in qua bufo viuus inerat appoſuit, eique virulentum halitum ingeſſit, & breui momento ſuum necauit antagoniſtam. In territorio Nigræ ſyluæ Malefica quædam dum à Carnifice cremanda ſtrui lignorum imponeretur, ei in faciem inſufflans dixit: en tibi à me mercedem, ac confeſtim miſer ille toto corpore leprâ coopertus poſt aliquot dies obiit. Huius Veneficij inhalatorij effectus lethalis pendet maximè ex opera Dæmonis ea quæ nouit antidota ſuis præſcribentis, vt innoxij poſſint in alios peſtem transfundere.

Tertius modus proprius eſt ſtrigum, quæ virulenti quippiam paruulis inſtillant vnde moriantur, vel ſtatim, aut ſenſim tabeſcant, aliquando acu poſt aurem infixâ necant, quandoque ſanguinem exſugunt, & è cunis in cibum ſibi grauiſſimum rapiunt: & hoc maleficarum genus ab Hebræis Libith, à veteribus Latinis lamiæ dicebantur: ſtriges à recœutibus. Rabbi Helias *f* refert mulieres Hebræas ſortilegiis valde deditas contra id genus maleficij vſas certis characteribus in angulis cubiculorum deſcriptis, quos ſe ab ipſa Libith, hoc eſt à primaria quadam ſtrige didiciſſe gloriantur. Lamiarum nomen deſumptum vel à crudeli illa regina Lamia de qua Diodorus, vel à feris Lybicis de quibus Iſaias [*Ibi cubauit Lamia & inuenit ſibi requiem g.*] Et Ieremias dum ſic lamentatur *h*. [*Sed & Lamia nudauerunt mammam, lactauerunt catulos ſuos.*] Solitæ erant Lamiæ veteres infantulis mammas porrigere quaſi eos lactaturæ, ſicque eorum fletum compeſcere: & ad hoc alluſit Scripturæ dicens [*Lamia nudauerunt mammas ſuas.*] Alimoniam videlicet ſimulantes, interea tamen infantulorum vitam cum ſanguine exſugentes. Striges vocantur ſumpta metaphora ab infauſta & nocturna aue, quæ ſtrix nominatur creditúrque exitium inferre infantulis. Ob eiuſmodi infanticidium infames olim fuerunt Gnoſtici hæretici magicis dediti, à quibus hanc calumniam in Catholicos, vt eos cunctis exoſos redderent Ethnici deriuarunt.

f in Tisbi.
g C. 34. v. 14.
h Thren. 4. v. 4.

Quartus modus eſt, quando latenter ſortilegia, vt loquitur Grillandus, ſub certa quadam forma compoſita Chlamydi aſſuunt, vel in lecto abſcondunt ipſius maleficiandi, ſeu in aliquo loco ſubterraneo foueâ factâ, aut ſublimine oſtij ſuper quo deſtruendus ſit tranſiturus. Alios idem profert Author veneficij modos Poëtis, Horatio potiſſimum non ignotos, inſtituto tamen noſtro ſuperfluos. Obſeruaſſe ſufficiat in venenis extrinſecùs applicatis, Dæmonem ipſum ex pacto ſæpiſſimè damnum inferre, quale eſt illud de quo (vt ait Iubertus medicus Aquitanicus) ſi ſtapes inungatur equitem perire neceſſe eſt: tanta enim eſt veneni actiuitas, vt per ocrearum & tibialium inuolucra ſe diffundat. Huc referre licet maleficium de quo D. Hieronymus *k* ait: [Auriga Gazenſis in curſu percuſſus à Dæmone totus obriguit, ita vt nec manum agitare, nec ceruicem poſſet inflectere: delatus ergo in lecto cum ſolam linguam moueret ad preces audit, non priùs poſſe ſanari quàm crederet in Ieſum & ſe ſponderet arti priſtinæ renunciaturum, credidit, ſpopondit, & ſanatus eſt.

k in vità Hilar.

ARTICV

ARTICVLVS III.

De Sagittariis & Cerearum Imaginum fabricatoribus, & maleficio incendiario.

a p.2. Mallei q.1.c.16.

SAgittarios, ſeu Baliſtarios Sprengerus *a* ita deſcribit: Hi fœderantur Dæmoni, eique ex pacto corporis & animæ addicunt dominium, ille viciſſim pollicetur ſa adfuturum, vt quem longiſſimè diſſitum volent certo ictu traiiciant. Vt Dæmoni homagium præſtitere, feriâ ſextâ proximæ maioris Hebdomadæ infra tempus Miſſæ, ſacram Crucifixi imaginem aliquam ſibi deligunt, in quam emiſſo certo telorum numero, creduot, ſe tutidem, vno die, quos eligent, necare poſſe, quocumque tandem loco illi fuerint quantumuis remoto, & concluſo. Dæmon enim ſpondet ſe tela eò perlaturum, & hoſtili in corpore defixurum. Subiicit prædictus Author exemplum cuiuſdam ex illis Sagittariis, qui cùm pedem de loco vbi Crucifixum traiecerat, è quo recens ſanguis ſcaturiebat, mouere non poſſet, in ſcelere deprehenſus extremo ſupplicio mulctatus eſt. Olaus *b* magnus meminit alterius generis Sagittariorum, qui de plumbo conficiunt tela magica digiti longitudine, & ea per loca diſſita dirigunt in eos quos oderunt, moxque iſti oborto in crure vel brachio Carcinomate intra triduum, doloris vehementia intereunt. De vtroque Sagittariorum genere agens Innocentius III. vocat artem illorum mortiferam & odibilem, eamque ſub pœna anathematis coorta Chriſtianos exerceri vetat.

b l.3.c.17.

Ab eiuſmodi Sagittariis haud multum diſcrepat genus illud Maleficorum, qui cereas vt plurimùm fabricantur imagines, quas vel acubus pungunt, vel igne liquant, ſicque iis quos tales deſignant imagines certum tabe, vel alio mortis genere adferunt interitum. Huiuſmodi imagines deprehenderunt Inquiſitores Germaniæ *c*: imò & Poëtæ veteres. Tritum eſt illud Ouidij de Medæa ſaga canentis.

c in Malleo p.2.q.1. cap.2.

Deuotat abſentes ſimulacraque cerea fingit.
Et miſerum tenues in iecur indit acus.

Solenne eſſe aiunt Sagis noſtris effigies illas baptizare in nomine Beelzebub.

His affine eſt Maleficium incendiarium, quo perſonæ, domus, & integra oppida inflammantur. Nota eſt omnibus corona Creüſæ quam hoſtili munere Medæa concremauit, illam aſphalto ſeu bitumine, & ſulphure inunctam fuiſſe volunt aliqui *d*. Huius Maleficij exemplum refert Nicolaus *e* Remigius, & Eraſmus *f*, & ſæculo præterito per Rhedanum tractum inceodiarij quidam graſſabantur, qui in aliorum domibus, gladium, ſcipionem, vel quid ſimile deponebant ex quo poſt aliquot horas erumpens flamma ædes abſumebat.

d Cœlius. l.15. Venet. l.6. Mythol.
e l.2. c.13.
f in Epiſt.

ARTICVLVS IV.

De variis morbis à Dæmone illatis, eo maximè quo ſolida egeruntur.

DÆmones morbos vllos mortalibus inferre poſſe negant plurimi *g*, Firmiora ſunt ſacræ paginæ teſtimonia quæ plures morbos Cacodæmoni, vt cauſæ efficienti adſcribit. Sanctum Iob ſpiritus iſte malignus percuſſit vlcere peſſimo *h* à planta pedis vſque ad verticem capitis. Aurium & linguæ vſu priuauit *i*, & Epilepticum reddidit Dæmoniacum illum, quem Matthæus Lunaticum vocat *k*, quod plenilunij temporibus per Dæmonem comitiali affligeretur morbo; tunc enim cerebrum humoribus plenum aptius erat exagitari. Alium quoque vexauit *l* affectione illa maniacâ quam Lycantropiam vocant Medici, cuius præcipuum indicium eſt, quòd domi nequeant contineri, & in deſerta loca ſe recipiant, & oberrent circa ſepulchra. Mulierem quoque afflixit conuulſione ſpinæ dorſi, & Dæmon qui talem intulit morbum vocatur ſpiritus infirmitatis *m*, ab effectu producto. Ad hanc eamdem cauſam referre licet cruciatus grauiſſimos, quos in corpore ſuo patiebatur B. Angela *n* de Fulignio, vt ſicut S. Iob virili ſexui, ita & hæc ſancta vidua fœmineo propoſitum patientiæ foret exemplum.

g Auicenn. Galen. Pomponat. & alij.
h Iob 2. v.7.
i Marc.9. v.17. Luc.9 v.39.
k c.17. v.14.
l Luc. 8. v.27.
m Luc.13. v.11.
n in vita eius c.19.

Quo autem pacto Dæmon morbos inferat? accuratè docuit Valeſius, ſi enim morbi ex materia pendeant, mouet internas cauſas, Melancholicos morbos generat, atram bilem quæ corpori ineſt excitando, & fuligines in cerebrum & interiorum ſenſuum cellulas propellendo, eumdemque humorem admotis cauſis concurrentibus adaugendo, & ne expurgetur impediendo: Epilepſiam, Paralyſim, & ſimiles noxas infert per ſucci craſſioris delationem, obturato cerebri ventriculo, vel obſtructis neruorum radicibus, Cæcitatem verò & ſurditatem, noxia excrementa ad aures vel oculos coaceruando. Poteſt & hæc ipſa damna inferre per ſeipſum abſque tali materia vel interna agente cauſa, ſi impediat aut lædat ſenſationes, vel ſpiritus animales detineat, aliiſve quos nouit modis. Si verò morbi ab externo tantùm nocumento vel noxio afflatu pendent, eos Dæmon vt plurimùm per ſe efficit, vt quando inſtrumenta maleficij ad eum effectum vim naturalem nullam habent, ſed ſunt pro ſignis tantùm ad quæ ex pacto Dæmon operatur.

Cæterum inter morbos quos Dæmon infert omnium prodigioſiſſimus videtur is quo maleficiatus ſaxa, ligna, ſpinas, oſſa, pilorum globos, fruſta vitrorum, acus, cultros, aliaque ferramenta, egerit, quæ comeſtione, aut alio modo in corpus immitti potuiſſe, videtur impoſſibile. Plura de his exempla referunt Authores. Nemo

quidem. Doctus diffiteri poteſt quin entum aliqua, vt pilorum globi, oſcilla, lapilli & his ſimilia in corporibus humanis ex prauis humoribus aliquando coaleſcant: id enim quotidiana probat experientia. Cætera tamen v.g. acus, cultros, forfices, & eiuſmodi metallica quæ haud leui indigent artificio, poſſe naturaliter in corpore humano ex vlla putrefactione generari vix eſt credibile. Ea tamen Dæmon per maleficos multis modis poteſt efficere, pollet enim peritia, res ſolidiſſimas comminuendi in partes minutiſſimas etiam inſtar pulueris, & eas iterum vniendi, applicatis, ſicubi opus fuerit, actiuis naturalibus, idque tam præproperè & ſubtiliter vt intuentium oculi nequeant ob nimiam motus celeritatem eorum quicquam aduertere, adeoque exiſtiment ea integra & immitti & emitti.

ARTICVLVS V.

De Maleficio Ligaminis & odij, & amoris, ſeu Philtrorum.

Adeo frequens eſt hodie Maleficium ligaminis vt pluribus in locis vix andeat quiſquam clarâ luce Matrimonij ſolennia celebrare, ne aliquis Maleficorum, votis coniugum illudat. Solere, & poſſe illos malis modis hominem reddere frigidum, & ad actum coniugij impotentem patet authoritate Canonum *a*, & communi Theologorum *b* ſententia, ipſaque praxi Eccleſiæ, quæ ſic affectos poſt irritam triennij experientiam, adiunctâ ſeptem teſtium manu ſeparare *c* conſueuit. Innumeris propè ad id ligaminis maleficium ſpiritus nequam modis vtitur; communior eſt eorum qui ligulam certis verbis prolatis nectunt, & interea Cacodæmon maleficium complet, & ſiue virum, ſiue fœminam, ſiue vtrumque ſimul, in aliquod tempus, vel in perpetuum reddit impotentes. Proximas huius impotentiæ cauſas viri docti non nullas aſſignant, quas aures caſtæ vix ſuſtinerent & religioſus calamus erubeſceret.

a c. ſi per Sortiar. 33. q. 1.
b D. Th. 3 p. q. 58. art. a.
c c. laudabil. de frigid. & malef.

Præcedenti ligaminis maleficio affine eſt maleficium odij, de quo *d* Cæſalpinus ſcribit, ſolere maleficas ſub limine, vel in angulis domus capita ſerpentum, & pelles effodere ad odium conciliandum; ſed hæc tantum ſigna ſunt initæ cum Dæmone conuentionis, qui hominis mouet, turbatque ſanguinem, & graui melancholiâ afficit, humores adurit, vnde reſultet moroſitas quædam, & animi crudelitas, & miſanthropia, quam Dæmon iuxta Malefici propoſitum in certam perſonam dirigit, omneſque odio opportunas imagines maleficiati phantaſiæ obiiciens, ipſum impellit vt grauiſſimè in illam perſonam irritetur & excandeſcat. Huiuſce Maleficij ſingulare Ioannes Baptiſta Codronchus refert exemplum.

d de inueſtig. Dæm. c. 10.

Maleficio odij oppoſitum eſt maleficium amatorium. Dari maleficia quædam amatoria conſtat vel ex his Nahum Prophetæ verbis: [*Propter multitudinem fornicationum Meretricis ſpecioſa, & grata & habentis maleficia.*] Quem locum explicans D. Hieronymus docet quoſdam Dæmones amoribus deſeruire. Maleficia hæc, Græcis nomine receptiſſimo τὰ φίλτρα, important quicquid dicitur, fit, daturve eo fine vt in amorem quis, Veneriſque furias pertrahatur. Philtrorum æui noſtri varia genera, varioſque modos cibi aut potus quibus fiunt, proſequitur Grillandus *f*, quæ quoniam plurima innoluunt pudicis auribus importuna, & Chriſtianæ menti horrorem incutientia, præſertim ob execranda quæ in illo maleficio committuntur ſacrilegia, ſatius eſt illa ſupprimere, quàm euulgare. Quia tamen antiquis ſcriptoribus videtur fuiſſe communis error, eiuſmodi Philtris etiam nolentes in amorem poſſe pertrahi, aſſerimus è contra nullius hominis voluntatem iis cogi poſſe ad amandum; ſed tantùm poteſt imaginario perturbari, & totum corpus interiùs quaſi accendi, adeò vt quis, Dæmone variis interiùs tentationum illecebris operante, quodam libidinis æſtro vexetur & in turpe conſortium cum certa aliqua perſona impellatur; non tamen ad illud neceſſariò compellatur, maximè ſi debita, & Chriſtianis conſueta, Philtrorumque maleficio & amori ſpurio temperando remedia conſentanea adhibeantur, qualia ſunt occupatio mentis in curis grauioribus, quatuor nouiſſimorum ſeria recogitatio, precea ad Deum fuſæ, imploratoque ſanctiſſimæ Genitricis Virginis Deiparæ, propriique Angeli tutelaris & ſanctorum ſuffragia, ieiunia, flagella, cilicia, aſperitas vitæ, aliaque quibus caro pruriens maceratur, & concupiſcentia domatur, ac pars inferior intellectuali ſubiicitur. Hiſque, ac ſimilibus remediis, nonnunquam etiam ſub mortali peccato, ſi ingens adſit neceſſitas, vti tenentur homines, & rei amatæ vitare conſpectum, cæteraque libidinis irritamenta.

f De Sort q. 5.

Tria hæc, aliaque prædicta maleficiorum genera Deo permittente operatur Diabolus, qui nemini nocere valet, niſi cui diuina iuſtitia permiſerit, & quantùm permiſerit. [Quæ, vt ait Leo Papa, dignatur ſuos aut corrigere diſciplinâ, aut exercere patientiâ.] Nec Sanctum Iob Spiritus nequam affligere, nec Prophetas Achab mendaces facere, nec porcos ſubire valuit abſque diuina permiſſione, hæc tamen prodigioſa exequitur, [*Non enim eſt ſuper terram poteſtas qua comparetur ei.*] Quare cùm per Dæmonem Malefici damna inferant, ſequitur illis omnibus eos nocere poſſe quibus vt noceant Deus permiſerit. Et licèt mala iſta poſſit malus Genius per ſe inferre, Maleficorum tamen mauult vti operâ, triplici ratione; vna, quia hoc pacto maiorem Deo ſe facere credit iniuriam, quando creaturis maximè ſacro chriſmate delibutis in ſui contumeliam Creatoris abutitur. Altera, quia hoc modo ſibi plures adſcribit ſceleris ſocios quos perdat; nonnullos quidem per ſeipſum immediatè putà audaciores, qui non reformidant illius aſpectum, & cum illo familiaritatem: alios verò mediatè, videlicet

per maleficos. Si enim ſemper ſe Dæmon palam oſtenderet iis qui impias maleficiorum artes addiſcere cupiunt multi cum eo pactum inire & has artes maleficas dettectarent exercere, qui tamen facilem liberumque ad ipſos maleficos non refugiunt acceſſum. Vltima, quia nonnulla per homines poteſt Dæmon quæ vel non poſſet, vel non tam commodè poſſet per ſemetipſum immediatè perficere; ſic per Ioannem & Mambrem Pharaonis Maleficos reſtitit Moyſi: per Elymam & Alexandrum ærarium D. Paulo: ſicque per Simonem Magum, & Menandrum ſparſit hæreſes.

TRACTATVS NONVS.

DE DÆMONIACIS.

INTER hoſtes acerrimos, quibus humanum genus impetitur, haud poſtremus eſt Diabolus, tantâ ſæuiens ferocitate, vt ipſum D. Petrus Leoni rugienti, & quærenti quem deuoret, non immeritò comparauerit. Sæpè enim aduerſarius iſte malignis ſuis artibus homines circumuênit, & ad miſerrimas conditiones ſæpè compulit. Id vel vnum probat exemplum, quo primis parentibus perduellis ille tantæ ruinæ in poſteros propagatæ cauſa extitit, torque malorum ſeminarium. Ab hac illata clade pax nulla, nullæ induciæ; quia nec odij, nec inuidiæ vllus eſt modus in illo immaniſſimo hoſte, cuius ſuperbia aſcendit ſemper, in dies augetur malitia, & crudelitas inualeſcit; gaudet ſibi tribulos metere, ſi nobis ſpinas ferat, nec veretur propria exacerbare ſupplicia dum modo in æterni cruciatus ſui partem homines pertrahat.

Nec vno tantùm modo, ſed innumeris prorſus nouit imponere ac nocere; nunc quidem aggreditur exteriùs, nunc interius prorumpit; nunc arcem mentis adoritur, praua ſuggerens ſenſibus & trahens ad peruerſa, nunc ſæuit in corpus, ac ſtupendis modis illud excruciat, cùm hominem αὐτοπροσώπως ac in propria perſona inuadit, & miſerandum, horrendumque inſpectantibus exhibet ſpectaculum, prout videre eſt vel in ipſis Dæmoniacis, quorum frequens mentio fit in ſacra pagina: cui, hac in materia difficillima, clariùs intelligendæ haud inutilis erit iſte de Dæmoniacis Tractatus, in tres partes tributus. Prima eſt, de iis quæ ſpectant ad ſpiritus nequam qui homines inuadunt & poſſident. Secunda, de hominibus obſeſſis ſeu Energumenis. Tertia, de modis & rationibus quibus Dæmones ex humanis corporibus expelluntur, ac profligantur.

PRIMA PARS.

De iis quæ ſpectant ad Spiritus nequam qui homines poßident.

DÆMONES verè ingredi corpora quorumdam hominum eoſque poſſidere inficiari nequit, niſi qui ſæculorum præcedentium negat hiſtoriam, ſacrarumque literarum fidem impugnat. Innumera enim hac de re præteritorum ſeries temporum ſuppeditat exempla, quæ longum eſſet recenſere: idipſum & ſacræ paginæ palàm atteſtantur, cùm Chriſtum Dominum, eiuſque diſcipulos ex humanis corporibus Dæmonia expuliſſe ſæpiùs oſtendunt, ipſis etiam Dæmonibus nonnumquam exclamantibus vim ſibi fieri, ſuiſque domiciliis ac ſedibus ſe expelli. Hallucinantur ergo qui naturalibus morbis eos laborare dictitant, quos à Dæmonibus poſſideri & excruciari accuratiores Eccleſiæ Catholicæ agnoſcunt miniſtri. Errant turpiter, qui non Spiritus immundos, ſed animas quaſdam hominum iam olim defunctorum Arreptitios & Energumenos

a q.124. in 8. Matth.

inuadere clamitant, quorum errorem redarguit Abulenſis *a*.

Ne quis tamen facilè credat, eum omnem à Dæmone poſſideri, qui graues ab eo torturas, nedum in bonis externis, aut in anima, ſed in ipſo quoque corpore ſuſtinet, vt olim ſanctus Iob, plureſque alij deinceps, maximè inter Anachoretas, ſciendum eſt duo plerumque ad eam Dæmonis poſſeſſionem eſſe neceſſaria. Vnum eſt, vt reuera atque adeò *αὐτοπροσώπως* in ipſo homine Dæmon inſit, vt motor in corpore quod mouet; ita tamen, vt nullum humano corpori det nouum eſſe Phyſicum, nec proprie vnum quid cum homine conſtituat. Alterum eſt, vt Dæmon poteſtatem quamdam & Imperium in hominem acceperit: vtrumque confirmatur ex ſacris literis in quibus dicuntur Dæmonia homines intraſſe, eoſdemque vexaſſe, reddidiſſe mutos, cæcos, ſurdos, atque nunc in aquam, nunc in ignem præcipitaſſe, nunc per montes agitaſſe. Cum itaque certum ſit Dæmones verè ingredi corpora quorumdam hominum, eademque inhabitare, agitur in hac prima parte de iis quæ ſpectant ad huiuſmodi Spiritus nequam. Et huius partis erunt quatuor Articuli I. Qui poſſint Immundos ſpiritus in homines Immittere II. An Dæmones cuiuſvis Ordinis homines inuadant, & an plures vnum III. Qua humani corporis parte homines ingrediantur, & qua parte latitent IV. Quid Dæmones poſſint in corpora & animas eorum quos poſſident.

ARTICVLVS I.

Qui poßint Spiritus malignos in homines Immittere.

IMperio Dei, cui omnia patent, Cacodæmones in homines immitti patet vel ex illo
b Iob. 26. v. 15. Iob *b*. [*Et obſtreticante manu eius eductus eſt coluber tortuoſus.*] Neque dubium eſt inferiorum ordinum Dæmones in homines immitti pro ſuperiorum voluntate, Deo ita permittente, vt eorum regnum & ſubordinatio ſubſiſtat. Difficultas eſt, an homines ipſis etiam Dæmonibus valeant imperare vt & alios inuadant homines. Etenim quia creatura Spiritualis quales ſunt Dæmones, quacumque corporea, cuius generis ſunt homines, natura ſuperior eſt, videtur quod nullus hominum, nec infimum inter Dæmones in hominem valet immittere, quia inferior in ſuperiorem non habet imperium. Verùm quia hominum non vna conditio eſt, alij namque pietate ac ſanctitate pollent, eoque titulo apud Deum poſſunt plurimum: Alij verò impij, & ita venundati ſub peccato, vt operam ſuam Dæmonibus locarint ad quæcumque detrimenta mortalibus inferenda (Sagas & maleficos vulgus illos nuncupat) inde fit, vt quod ſpectat ad perſonas ſanctimonia Illuſtres Imperium nonnumquam habent à Deo ſuper Dæmones; quamuis enim, ſi ſpirituum naturam attendas Dæmones cunctis hominibus præcellant, illorum tamen expectandá conditio piorum hominum ſtatu inferior eſt. Et cum credentibus in ſe dederit Deus poteſtatem eiiciendi Dæmonia, Apoſtolis tamen eminentius quoddam in ipſa ius contuliſſe patet vel ex his duobus Scripturæ locis: [*Conuocatis autem Diſcipulis dedit illis virtutem & poteſtatem ſuper omnia* e Luc. 9. v. 1.
Dæmonia.c.] Item [*Dedi vobis poteſtatem ſuper omnem virtutem Inimici d.*] Idque non d Luc. 10. v. 19.
ſolùm vt ex hominibus Dæmones eiicerent, ſed vt eos quoque in homines immitterent. Nonne tradidit Apoſtolus Corinthium *e* in- e 1. Cor. 5. v. 5.
ceſtuoſum Satanæ, itemque Hymenæum *f*, f 1. Timot. 1. v. 20.
& Alexandrum ob blaſphemias? Nec ſolis Apoſtolis, ſed & aliis, id iuris in Dæmones à Deo traditum eſſe confirmant exempla quotidiana: Refert Audoënus Rhotomagenſis Epiſcopus, S. Eligium Nouiodunenſem Epiſcopum, cùm ſuperſtitioſos & impios quoſdam ritus in natali S. Petri vſurpari ſolitos vellet abrogare, ſuique ſubditi obedire detrectantes inſulentiores redderentur, poſtulaſſe à Deo vt in ipſos animaduerteret, moxque pluſquam triginta ex ipſis inuaſos eſſe à Spiritibus Nequam, duraſſeque vexationem per annum, nimirum vſque ad ſubſequens natale eiuſdem D. Petri.

Porrò licet poteſtas hæc immittendi Dæmonia in homines, ſit in Chriſti Eccleſia, eâ tamen vtendum non eſt niſi ex peculiari motione Spiritus ſancti, quæ cùm difficillimè cognoſci poſſit, vix eſt aliquis illius vſus: Et ſanè pauciſſima eorum qui illa vſi ſunt reperiuntur exempla. Prioribus quidem naſcentis Eccleſiæ temporibus ſeueritas quando illa conuenientiſſima fuit ad rebelles coërcendos & ad perterrendum alios, ideoque illius vſum inſpirauit Deus interdum extraordinariè; nunc, minimè; quia aliæ agendi rationes ſuppetunt, præterquàm quòd etiam antiqua illa exempla adhuc deſeruiunt, & deſeruient vſque ad finem mundi ad incutiendum terrorem fidelibus, vt à peccatis caueant, propter quæ Deus poteſt iuſtiſſimè permittere, vt Dæmones corpora occupent hominum iniqua agentium.

Quod ſpectat ad homines Impios maleficiis deditos, refert Hieronym. artibus varum Æſculapij, Dæmonem in Virginem quam adoleſcens deperibat, fuiſſe immiſſum, miriſque modis illam dementaſſe. Narrat Anaſtaſ. Nicæn. *g* Simonem Magum eos, qui præſti- g quæſt. 2
giatorem eum vocarent, Dæmonibus ſubieciſſe. Plurimique Spirituum immundorum Exorciſmis adacti ſe a Sagis aut maleficis immiſſos non rarò confeſſi ſunt, ſicut & malefici torturæ ſubiecti ſe Dæmones immiſiſſe in corpora hominum, confeſſi ſunt. Neque tamen eandem malefici, ac viri ſanctitate prædititi, in Dæmones habent poteſtatem: horum enim poteſtas eſt à Deo immediatè, nec pendet vllo modo à Dæmone, ac proinde ex ſe abſoluta eſt & efficax, certũ habens effectum: Illorũ autẽ eſt à Dæmone immediatè, ac proinde ab illo dependẽs, & ex ſe inefficax & incertũ habens effectũ: Vnde viris ſanctis nunquam obſequiũ ſuum denegare poſſunt ſpiritus nequam, quin tãdem aliqui illorum obediant: Maleficis, etſi propter aliquod pactum initum, & ad maiora mala perpetranda ſæpe non negent, ſed ſeruitutem ſimulent, tamen poſſunt ſi vellent, niſi à Deo impedirentur.

Neque hoc loco omittendum aliquando fieri vt ob malam imprecationem, maximè ſi à parentibus prodeat, Dæmon innadat diris deuotum. Refert Cæſarius iratum patrem filiæ quinquenni lac bibenti imprecatum eſſe, vt vnà cum lacte Diabolum deglutiret, moxque à Dæmone inuaſam fuiſſe puellam, miſeramque ſeruitutem vſque ad maturam ætatem perpeſſam eſſe; Alia habet exempla idem Cæſarius *a*; obſeruatu maximè dignum eſt quod legitur apud D. Auguſtinum *b*, aliudque quod narratur in vita S. Zenobij apud Surium *c*.

a c. 11. & 12.
b l. 22. de ciuit. Dei. c. 8.
c tom. 3. 25. Maij.

ARTICVLVS II.

An Dæmones cuiuſvis Ordinis homines inuadant, & an plures vnum?

QVod ſpectat ad priorem partem, certum eſt inter ipſos Dæmones, ſicut & inter bonos Angelos, ex quorum ſtatu illi prolapſi ſunt, eſſe diuerſos ordines & claſſes; id ſacræ Litteræ haud obſcuris inſinuant argumentis; nam & Beelzebub principem Dæmonum vocant; Princeps autem non dicitur qui nullos habet ſibi ſubditos; & Chriſtus ſatis innuit Satanam habere regnum cum ait: [*Si Satanas Satanam eiicit, quomodo ſtabit regnum eius d*?] Regnum autem non confuſam & inordinatam omnino quorundam multitudinem ſignificat, ſed principatum quendam cum aliqua præſidentium, ſubiectorumque in vnum finem tendentium coordinatione. Adde quod is ordo poteſtatis inter Dæmones, quo & Deus vtitur ad bonos exercendos & malos torquendos, conſequitur naturæ illorum inæqualitatem; conuenit enim vt qui naturæ dignitate præſtant iis quorum inferior eſt conditio dominentur, eoſque in ſuos fines deducant. Cùm igitur certum ſit inter Dæmones reperiri certos ordines, certum quoque crediderim Dæmones, quorumcumque ſint ordinum etiam altiorum lubentiſſimè homines inuadere ac poſſidere, eorumque corpora torquere, tanta eſt apud illos, his nocendi libido!

d Luc. 11. v. 18.

Superiorem autem ordinum Dæmones ex tribus maximè deprehendi poſſunt. Primò ex difficultate quam in ipſis expellendis experiuntur Exorciſtæ, idque Chriſtus viſus eſt inſinuare cùm Dæmonium quoddam, quod Apoſtoli eiicere nequiuerant expuliſſet, addidiſſetque, nonnullos eſſe Spiritus maiorum virium ad quos eligendos communis adiurandi ratio non ſufficeret, ſed maiores machinæ, oratio ſcilicet & ieiunium eſſent admouendæ. Idipſum agnouiſſe videtur Antonius Magnus, cùm enim ad ipſum aliquando adductus eſſet Energumenus quidam, intellexit vir Dei Principalem (vt loquitur Palladius) in eo ineſſe Spiritum, adeoque non per ſe, ſed per Paulum ſimplicem, cuius poteſtatem ſuper Dæmonia, ſua maiorem nouerat, poſſe eiici, ideoque ipſum ad Paulū remiſit. Secundò dignoſci poteſt ex quo ordine ſit Dæmon per extortam ab ipſis ſuper ea re exorciſmorum virtute confeſſionem. Vltimo ex grauitate malorum quæ obſeſſis inferunt, quamquam vix vllæ in Energumenis operationes obſeruari poſſunt, quas non infimus Dæmonum ſibi relictus, nec ſuperioris poteſtate cohibitus perficere valeat.

Quod ſpectat ad poſteriorem Articuli partem, vnus vt plurimum homo ab vno tantùm Dæmone poſſidetur, vt Scriptura paſſim innuit; aliquando tamen à pluribus, vt inſigni eiuſdem Scripturæ patet teſtimonio. Cùm enim aliquando Chriſtus Dominus in Dæmonio eiiciendo occuparetur, ipſumque interrogaſſet: quod tibi nomen eſt? reſpondit, Legio, quia, vt ſubdit Euangeliſta, intrauerunt Dæmonia multa in eum *a*, nempe 6666. quo numero olim conſtabat Legio militum. Accedit quod idem Dominus ex Magdalena *b* eiecit ſeptem Dæmonia, neque eadem Spirituum quæ corporum conditio eſt, vt vnus alteri cedat, & è loco quem occupat alium pellat, nec Dæmones detrectant eſſe plures ſocij eiuſdem torturæ in quam conſentiunt, & ſanè abſque eo conſenſu haud in eodem homine ſe inuicem compaterentur; qui enim Superiorum eſſent ordinum adeoque viribus potentiores, mox alios inferiores ſedibus ſuis pellerent. Certior porrò regula ad agnoſcendum an plures ſint Dæmones qui vnum infeſtent Energumenum, & quot illi ſint, eſt Exorciſmorum vis & efficacia; nec tamen illicò fides illis adhibenda eſt; nam cùm ægrè admodum ſedes ſuas deſerant, omnes quas poſſunt effingunt amphibologias, vt Exorciſtis imponant, ne ſe, ſocioſve ſuos prodant. Quocirca non ſolum compellendi ſunt, vt dicant an plures ſint, ſed etiam quot ſint; poſſent ſiquidem verè affirmare decem eſſe, quamuis viginti, aut etiam plures eſſent. Eâ porrò obſidentium Dæmonum multitudine augeri obſeſſorum torturam indubitatum eſt, vt patet ex illo Dæmoniaco apud Marcum qui habebat domicilium in monumentis, & neque catenis iam quiſquam poterat eum ligare, neque domare, is enim ab integra Legione poſſidebatur.

a Luc. 8. v. 27.
b Marc. 16. v. 2. C. 8

ARTICVLVS III.

Qua humani corporis parte Spiritus nequam homines ingrediantur, & qua parte latitent.

CVm Spiritus nequam nulla planè corpora habeant, nullos etiam propriè meatus, aut aditus per quos hominē ſubintrent requirunt. Ea namque eſt Spiritus conditio vt obiecta quæque corpora penetret; quia tamen humana mens vix capere poteſt, vt illi Spiritus immundi in hominem ingreſſi dicantur, nulla eis via patefacta & in homine inſint, nulla certâ ſede eis aſſignatâ.

Quod ſpectat ad ingreſſum; exiſtimant aliqui, Dæmones per os hominum corpora ingredi, hoc fortè adducti argumento, quod Authores grauiſſimi referant illos nonnunquā

vna cum cibo aut potu,in quo latebant,hauſtos eſſe, vnde & quidam etiam volunt ortam eſſe cæremoniam illam apud Catholicos,vt ſi quando oſcitent, os ſuum ſigno crucis muniant, quaſi eo ſacro ſignaculo Dæmonum in corpora aditus prohibeatur. Confirmant ex eo quòd Dæmones è corporibus eiecti ſæpè ſub muſcæ aut aranei forma per os egrediantur, hinc enim arguunt, eundem ipſis ad ingrediendum atque ad egrediendum patere aditum. Suffragatur authoritas Hincmari *a* qui de Dæmone, quem S.Remigius expulit,ait eſſe egreſſum cum ingenti vomitu & graui fætore per idem os quo ingreſſus fuerat.

a in vita S. Remig.

Si quæras, an Dæmones aliquo ſigno egreſſum ſuum prodant. Reſpondeo minimè neceſſe eſſe vt ſignis illud teſtentur, & ſi quando id agunt ex ipſorum pendet voluntate. Quadruplicium eiuſmodi ſignorum mentionem facit Rituale Romanum *b*, videlicet formæ externæ humanæ vel belluinæ, quæ terrorem incutiat; venti ac tumultus repentè excitati, moleſtiæ alicuius quæ mentem aut corpus Energumeni affligat, & inſomniorum,quæ ei horrorem ingerant.

b cap. 1. de Exorciſ.

Iam quantùm ad eam humani corporis partem in qua Dæmones latitent, fieri poteſt vt & totum hominis corpus poſſideant, & vt in vno ſolo ſint hominis membro, videlicet capite, brachio, tibia, pectore; cùm enim Dæmones obſeſſis corporibus vitam non conferant, ſicut anima rationalis; quæ propterea debet eſſe tota in toto corpore, & tota in qualibet eius parte, ſed motum tantummodo, in vna corporis parte ſedes ſuas habere poſſunt. Sic in brachio Eutychij cuiuſdam oſtiarij S.Theodori Archimandritæ latuit Dæmon *c*. Refertque Gregorius Turonenſ.Dæmonem quemdam ſedem ſuam habuiſſe in vngula Energumeni. In qua autem præciſè humani corporis parte Dæmones latitent, difficilè innoteſcit; niſi id aliquo ſigno, maximè ex operationibus quas in homines exercent, poſſit deprehendi; Neque tamen indubitatum hinc peritur argumentum, abſolutè eos ibi eſſe *αὐτοπροσώπως* vbi operantur, non enim eadem eſt in ſpiritibus angelicis ſphæra præſentiæ & actiuitatis, poſſunt namque vno loco conſiſtere & alio operari. Quamuis autem nihil certum ea in re conſtitui poſſit, haud tamen incongruè loquuntur, qui Dæmones in corde humano, vel non procul à corde in Dæmoniacis vt plurimùm, ſedes ſuas figere ſentiunt, finis enim Dæmonum in Energumenis eſt illos exagitare, adeoque ſedem eò loci conſtituere, vnde faciliùs quò lubebit corpus impellant, & operationes eius impediant; Cor autem eſt operationum omnium principium, & omnis motus vitalis à corde eſt. Præterea Dæmon eſt Simia Dei,vt vulgò dicitur, & ibi ſua vult habere ſacella, vbi Deus ſua habet templa: atqui Deus maximè deſiderat & ambit cor hominis, id eſt, illius voluntatem nomine cordis inſignitam, quia eſt veluti cor animæ, iuxta illud; *Fili præbe mihi cor tuum.*] Illud ipſum ambit & Diabolus: Quare cùm ſæpe non poſſit aſſequi poſſeſſionem voluntatis hominis, quæ detectat alium habere poſſeſſorem, quàm Deum, vſurpat poſſeſſionem cordis corporis, expectans anſam poſſidendi cor animæ.

c Greg. Preſbyter in vita Theod.

ARTICVLVS IV.

Quid Dæmones poſſint in corpora; & animas eorum quos poſſident.

Tanta Dæmonum in Energumenos eſt poteſtas, vt ſi ea in ſe ſpectetur, illique ſibi relinquerentur,niſi Deus terroribus frænum iniiceret,nullus illorum ſaluâ vitâ, horum tyrannidem effugeret.Etenim ſicut Spiritus nequam non niſi Dei facultate impetrata, homines inuadunt; ita neque ipſi poſteà plus nocere valent, quàm ille permiſerit. Patet in Dæmone S. Iob fœlicitatis inuido, qui Deo concedente, ſæuiit primùm in fortunas eius, ſed ſancti viri corpus attingere non eſt auſus; quod tamen deinde data ſibi veniâ, horrendis modis excruciauit, ſed ne vllum animæ ipſius damnum inferret prohibitus eſt. Hinc tanta in Energumenis tormentorum differentia, quam norunt Dæmones qui torquent, ſentiunt mortales qui hanc carnificinam ſuſtinent, ſingularem tamen erga ſe Dei prouidentiam qui afflictis addit animos vt eas moleſtias patienter ferant, experiuntur, intelliguntque non ſolùm Dei permiſſu flagella immitti,ſed etiam pro eius voluntate temperari, nec plus in homines poſſe coniuratiſſimos humani generis hoſtes, quàm iuſtiſſimis de cauſis ipſis datum fuerit. Cæterùm quia homines duabus partibus conſtant, corpore videlicet & anima, quid Dæmonibus in corpora, quid in animas permittat Deus, explicandum eſt.

In humana corpora potiſſimùm, Spiritus nequam poteſtatem accipiunt, non ita in animas, pluribuſque modis Energumenorum vexant corpora, quæ nonnumquam ſenſuum officio priuant. Exemplum habetur in Dæmonio muto, & ſurdo, quod Chriſtus eiecit; neque enim ipſum Dæmonium mutum fuit & ſurdum, ſed miſer Dæmoniacus eius opera; eoſdemque ſenſus in Energumenis ita faſcinant vt putent percipere quæ re verâ non percipiunt. Aliquando naturali corporis ſpecie fœdè deformata, humanis functionibus ineptam inducunt: vt patet in muliere quæ decem & octo annis ita inclinata incedebat vt ſurſum reſpicere prorsùs nequiret *d*. Quandoque verò imaginationem Energumenorum ita perturbant & ad eam rabiem adigunt vt brutis ferocioribus reddant ſimillimos,ſitque neceſſe,compedibus & vinculis adhibitis eos cohibere ne vel ſibi, vel aliis mortem inferant: ſic vexabantur quos Marcus refert latitaſſe in ſepulchris, & furore percitos ſæuiiſſe nunc in prætereuntes, nunc in ſeipſos, & quem idem Euangeliſta narrat alliſum terræ fœdè ſpumantem, dentibus ſtridentem, & areſcentem, frequenter etiam in ignem & aquam præcipitatum. Neq; huiuſcemodi violentiæ,aliæue ad quas obeundas humanæ vires impares ſunt, humanæ

d Luc. 13. v. 11.

vllo modo dici debent, quod ad eas miſeri homines non concurrant per modum principij agentis ſed patientis. Aliis itidem modis Deo id permittente agunt Dæmones in corpora.

Agunt etiam non tardò in Energumenorum animas, quod quidem intelligi poteſt quinque modis; primò vt agant in ipſam animæ ſubſtantiam, v.g. illam in animam beſtiæ tranſmutando. Secundò, vt agant in animæ potentias aut facultates: Tertiò, vt agant in habitus ſupernaturales, maximè animam illis ſpoliando: Quartò, vt agant in operationes animæ, inuitum hominem ad aliquas earum cogendo, aut in propriis & voluntariis ſeu liberis impediendo. Quintò, vt dum in corpora ſæuiunt Dæmones illa affligendo & malè afficiendo corporum ſuorum mala ſentiant animæ. Et nullo quidem ex quatuor prioribus modis Dæmones agere poſſunt in animas rationales; ea ſiquidem animæ rationalis, ea potentiarum ſeu facultatum animæ innatarum, habituumque ſupernaturalium tam quæ ſubſtantiæ, quam quæ potentiis animæ inſunt; & operationum liberarum conditio eſt, vt ſolius Dei abſolutum admittant imperium, ipſeque ſolus hic ſummum ius habeat, qui ea tamen intacta & integra dimittit, liberumque hominem ſuæ prorſus libertati relinquit. Quintò igitur tantùm modo Dæmones dicuntur agere in animas, vt ſcilicet dum in corpora ſæuiunt, iis vexatis, maleque affectis illorum mala ſentiant animæ, quatuor potiſſimum modis. Primò, vt ab iis virtutum ſtudiis vocent quæ non niſi corporum miniſterio adiutæ, aut ſaltem corporum moleſtiis non impeditæ exercere valent. Secundo, vt quamuis humana voluntas ad malum cogi nequeat, ad illud tamen inclinetur à ſpiritu nequam, proponente ſenſibus eius tam internis, quàm externis obiecta quæ ad praua alliciant. Tertiò, vt Dæmones Energumenum cum ſenſuum officio, cunctis quoque commodis, quæ ſenſuum beneficio obtinentur, priuent. Quartò, vt licèt habitus virtutum non tollant, ita tamen debilitent, vt nullam vel exiguam in homine miſero functionem habeant; quod patet maximè in iis habitibus, quos intellectuales vocamus. Etſi enim iſti in animæ facultatibus, ſuper quas Deus ſummum ius habet, ſedes ſuas habeant, phantaſmatum tamen egent miniſterio, quo actus ſuos exerceant: plurimùm autem in phantaſmata, vtpotè corporea, poſſunt Dæmones, adeò vt omnia quandoque confundant.

Porrò licèt Dæmones his, aliiſque modis Energumenorum corpora animaſque torqueant, ea tamen tortura haud ſemper durat. Patet in Rege Saül, quem ſacra pagina *a* ſpiritu malo vexatum fuiſſe narrat, additque quòd aliquando refocillatus leuiùs habuerit, Deus enim bonitatis ſuæ non oblitus iuſtitiam ſuam miſericordia attemperat. Nec tantæ hominum vires ſunt, vt continuas Dæmonum infeſtationes & moleſtias ferre valeant. Imò nonnunquam Dæmones eos quos obſident ad tempus dimittunt. Patet ex illis Chriſti verbis: [*Cùm immundus ſpiritus exierit ab homine ambulat per loca inaquoſa quærens requiem, & non inueniens dicit reuertar in domum meam vnde exiui, & cùm venerit inuenit ſcopis mundatam & ornatam, tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus b.*

a 1. Reg. 1.6.

b Luc. 11. v. 24. 25.

Quid autem Dæmonibus obueniat voluptatis ex prædictis omnibus torturis & corporum & animarum carnificinis, quamuis ipſi quocumque loco ſint ſuum Infernum ſemper circumferant, nec ſuis vnquam liberentur cruciatibus quoſcumque tandem aliis inferant, nec vllum inde luctum reportent quod aliis noceant, aliquam tamen ex eo quod homines vexent hauriunt voluptatem quæ ab eo oritur liuore quo in totam naturam humanam flagrant, quòd eam Dei filius in vnitatem ſuæ hypoſtaſis aſſumpſerit, & ſuper omnes Angelorum choros exaltarit. Hinc illud Cacodæmonum erga homines odium capitale, hinc tot vbique ab ipſis poſiti laquei, tot ſtructæ machinæ, vt mortales à Deo auertant, & ad caſtra ſua pertrahant, quod quidem ſi conſequantur, præclaros agunt triumphos, ſi id aſſequi deſperent, ſaltem pro deliciis habent humanis corporibus quomodocumque nocuiſſe.

SECVNDA PARS.

De Hominibus Obſeſſis, ſeu Energumenis.

CVM iam præcedenti parte de Dæmonibus homines poſſidentibus actum ſit, hîc ſubſequenti de ipſis hominibus poſſeſſis, ſeu Energumenis aliquid dicendum. Tria maximè circa ipſos inquiri poſſunt. Primum, qui homines verè à Dæmone poſſeſſi dicantur. Secundum, quas ob cauſas eam Dæmonum tyrannidem patiantur. Tertium, quæ ſigna inhabitantem in eis Dæmonem prodant, quæ verò latentis ſuſpicionem tantùm generent. Tria hæc totidem Articulis explicabuntur.

ARTICVLVS I.

Quinam inter homines verè à Dæmone poſſeſſi dicantur.

CErtum eſt eos ſolos verè à Dæmone poſſideri in quibus ſpiritus nequam vel ea omnia, vel aliqua eorum operatur, quæ Articulo præcedenti ipſum in corpora, aut in animas hominum operari poſſe diximus. Et quia duo potiſſimum ſunt hominum genera de quibus meritò dubitari poſſet, an verè à Dæmone poſſideantur, videlicet infantes, & infideles qui baptiſmatis ſacramẽto non ſunt initiati; Item malefici atque Diuinatores: operæ pretium eſt vt priùs huic dubio fiat ſatis.

Quod igitur ſpectat ad infantes aut

infideles

infideles, eos à Dæmone poſſideri innuere videntur nonnulli S S. Patrum Chryſoſtomus enim de ipſis ait *a*: [Cum ad regenerationis veniunt Sacramentum, non priùs ſootem vitæ ingrediuntur, quàm exorciſmis & exſufflationibus Clericorum, ſpiritus ab illis immundus abigatur.] & Cyrillus Hieroſolymitanus *b*. [Inſufflationes Sanctorum, & nominis diuini inuocatio tanquam vehementiſſima flamma vrit Dæmones, & in fugam conuertit.] Et D. Auguſtinus *c*. [Paruuli exſufflantur, & exorcizantur, vt pellatur ab iis Diaboli poteſtas, quæ decepit hominem vt poſſideret homines.] Præterea Eccleſiæ Catholicæ mos eſt, vt Catechumenos variis ad baptiſmum ſuſcipiendum præparet exorciſmis: Sacerdos enim ipſos afflando ait. *Exi ab eo immunde Spiritus, & da locum Spiritui ſancto paraclito*: nióaque Deum orat, vt diſrumpat omnes ſathanæ laqueos quibus miſer alligatus eſt, aliáque profert his ſimilia; ex his tamen omnibus nequaquam arguitor Catechumenos, aliáſve nondum baptizatos à Dæmone verè poſſideri, quia non præcipitur Dæmoni, vt ea corporibus quæ ipſe actu inhabitet, diſcedat, ſed ne poteſtatem quam in illos habet exerceat, neque iure ſuo, quod olim in hominem per peccatum originis acquiſiuit, vtatur: imo tanquam victus cedat Christo, qui eundem hominem proprio redemit ſanguine. Neque noua aut inuſitata eſt illa Eccleſiæ loquendi formula. [*Exi ab eo immunde Spiritu*,]ſed ei vtcumque ſimilis qua Moyſes dicitur egreſſus à Pharaone *d*. Ibi enim aliquid eſſe dicitur, vbi imperium habet ſuámque exercet poteſtatem, & inde exire cùm ſuo in illud ſpoliatur imperio.

a Homil. de Adam & Æua.

b Cathec. 1.

c Lib. 1. de ſymbol. c. 1.

d Exod. 8. v. 30.

Quod attinet ad maleficos eos potiſſimùm qui Diuinatores vocantur. Neque etiam iſti hoc ſolo nomine quod malefici ſunt, aut Diuinatores, inter poſſeſſos à Dæmone cenſentur, quamuis enim illa in eis obſeruari poſſit poſſeſſionis nota, quòd prædicant futura, quæ humana induſtria cognoſci nequeunt, alio tamen modo quam poſſeſſi id factitant, quia loquuntur in poſſeſſis Dæmones, dum occulta reuelant. Diuinatores verò proferunt ea quæ à Dæmonibus ſibi innotuerunt, quæque ipſis æquè perſpecta ſunt ac ea quæ hominum relatu didicerunt. Dæmones vtuntur hominibus quos poſſident, vt inſtrumentis, Diuinatores verò vtuntur operâ Dæmonum vt præceptorum: Ideóque diuinatio maleficorum non eſt abſque peccato eorundem: at reuelatio ſecretorum quæ fit per Energumenos, abſque vllo eorum fit peccato; propterea longè deterior eſt illorum quàm horum conditio, tum ad voluntariam quam illi cum Dæmonibus habent ſocietatem, & turpiſſimum commercium, tum ob negata Chriſtianæ religionis ac fidei Sacramenta, tum ob incredibilem quam Chriſto inferunt contumeliam, tum ob execranda quæ Principi tenebrarum libant ſacrificia, & tot, tantáque quæ in dies mortalibus inferunt detrimenta.

Porrò licèt Diuinatores hoc ſolo Diuinatoris nomine verè poſſeſſi dici nequeant, aliquos tamen ex eis verè poſſeſſos à ſpiritu nequam inueniri dubium non eſt. Patet illius exemplo puellæ, quæ habebat ſpiritum Pythonem, & magnum quæſtum præſtabat dominis ſuis *e*, eam enim verè à Dæmone poſſeſſam fuiſſe inde colligitur, quòd eundem Pythonem Apoſtolus in nomine I. C. ea eiecerit. Hinc duo diſtingui poſſunt Diuinatorum genera, vt quidam inhabitantem dicantur habere ſpiritum; quidam aſſiſtentem ſiue familiarem. Priores propriè & communiter occulta non cognoſcunt, quamuis eadem reuelent; poſteriores vero illa multis modis operâ Dæmonum percipiunt: vndè & tot Diuinationum propagatæ ſpecies, putà Chiromantia, Hydromantia, Necromantia, & aliæ, de quibus ſuprà *f*.

e Actor. 16. v. 16.

f Tract. præcedent.

ARTICVLVS II.

Quas ob cauſas Dæmonum tyrannidem Energumeni patiantur.

Frequenter accidit vt hi ob peccata ſua Dæmonum carnificinam patiantur, velut Corinthius ille, quem Paulus tradidit Sathanæ propter inceſtum commiſſum: itémque Hymenæus & Alexander quos idem Apoſtolus torrori ob blaſphemias mancipauit *g*. Chriſtus è Maria Magdalena *h* ſeptem Dæmonia eiecit, quod peccatis ſuis eam promeruiſſe ſatis indicat hiſtoria Euangelica, dum eam peccatricem compellat: hæc tamen non erat Dæmoniaca, ſiue poſſeſſa à Dæmone eo modo de quo hic agitur. Nec mirum ſi Deus in præſenti vita per Dæmones vindicet quæ per eoſdem vindicaturus eſt in futuro.

g 1. Corinth. 5. v. 5. 1. Timot. 1. v. 20.

h Marc. vlt. v. 10.

Vtùm autem certa quædam ſint delictorum genera quæ magis hanc Dæmonum tortoram promereantur; certum hic conſtitui nihil poteſt. Illa fortè Dæmonibus faciliorem præbent aditum, quæ maiorem cum Spiritibus immundis habent affinitatem. Huius generis eſt infidelitas: docet enim Tertullianus ingentem Romæ arreptitiorum fuiſſe numerum, quo tempore ibidem Paganiſmus floruit, dignum ſanè eſt vt pater mendacij poteſtatem in illos habeat, qui veritatis magiſtrum reſpuunt, poſſideanturque à poteſtatibus tenebrarum qui in ſuis cordibus lumen fidei illuceſcere & ſplendere nolunt. Item blaſphemia, propter quam & Alexander & Hymenæos tradiri ſunt Sathanæ, blaſphemi ſcilicet ſpiritui blaſphemiæ. Refert Baronius *k*, ex Cedreno Græcos quoſdam dum ſtanderent eò prolapſos fuiſſe dementiæ, vt in Virginem Deiparam conuitia vomerant, & illico à Dæmone correptos pœnas dediſſe. Item ſuperbia, decet enim, vt is qui rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ in ipſis ſedem habeat, & in ipſos poteſtatem exerceat. Idem immunditia, ob quam & Corinthius ab Apoſtolo traditus eſt Sathanæ *l*, & ſeptem Dæmonorum tyrannidem haud dubio paſſa eſt Magdalena

k Annal. t. 5.

l Ann. Chriſt.

dalena. Ob eamdem quidem, ſi non inuaſi ſunt ab impuro Aſmodeo, ſaltem interfecti viri ſeptem, qui Saram caſtiſſimam impudico animo expetierant *a*. Item inuidia, Saül enim quod in Dauidem innocentem, & de republica benè meritum liuore exarſiſſet à Spiritu Domini dimiſſus, à malo poſſeſſus eſt *b*. Sanè ſi inuidia Diaboli peccatum intrauit in mundum *c* ad inuidos maximè Dæmonum erit propenſio. Item inobedientia, & impietas in parentes. Refert Metaphraſtes *d*. Cùm parentes filium ſuum à Dæmone grauiſſimè vexatum ad S. Parthenium adduxiſſent, & pro eiuſdem incolumitate inſtantiùs precarentur: Sinite, inquit vir Dei, torqueatur parricida eſt, ſæpè vobis moleſtus fuit: & quam eidem exoptaſtis iuſtam ſuſtinet caſtigationem. Demum ſpiritus nequam ad eos potiſſimum habent acceſſum, qui ſe ipſis deuouerunt; iuſtè námque illius carnificinæ poteſt ſubiici, quem ſuum carnificem lubens efflagitauit.

a 1. Reg. 16. v. 15.
b Sapient. 2. v. 24.
c In vita S. Parth.
d 7. Februar.

Nec ignorandum leuia etiam peccata, Deo ita permittente, Dæmonibus aliquando homines inuadendi præbuiſſe occaſionem. Singulare eſt quod Gregorius *e* magnus refert exemplum: [Quadam die inquit, vna Dei famula hortum ingreſſa lactucam conſpiciens concupiuit, eámque ſigno crucis benedicere oblita auidè momordit, ſed correpta à Diabolo protinùs cecidit, cúmque vexaretur patri Equitio ſub celeritate nunciatum eſt vt veniret concitus, & orando ſuccurreret, móxque vt hortum idem pater ingreſſus eſt, cœpit ex eius ore, quaſi ſatisfaciens ipſe qui hanc arripuerat Diabolus, exclamare, dicens: Ego quid feci? Ego quid feci? ſedebam ibi ſuper lactucam, venit illa & memordit me. Ei cum graui indignatione vir Dei præcepit vt diſcederet, & locum in omnipotentis Dei famula non haberet; qui protinùs abſceſſit, nec eam vltrà contingere præualuit.

e Lib. 1. Dial. c. 4.

Neque mirum alicui videatur ſi nonnumquam ob leuia peccata ipſi quoque ſerui Dei torturam Dæmonum patiantur, cùm etiam iuſto Dei iudicio fiat, vt abſque vllo ſuo demerito eamdem aliquando nonnulli ſuſtineant: [Quæ cauſa eſt, inquit Hieronymus *f*, vt ſæpè bimuli, trimulive, vt vbera materna lactantes à Dæmonio corripiantur? addítque hæc inſcrutabili altiſſimi Dei iudicio eſſe relinquenda. In hoc quoque diuinam prouidentiam agnoſcit Chryſoſtomus *g* quòd ſanctiores viros aliquando Dæmones poſſideant, & huius rei intuitu Theodorum quemdã à Dæmone vexatum conſolatur. Accedit ratio, quia vexatio Dæmonum inter mala pœnæ connumeratur, non eſt autem neceſſe vt hæc ſemper propriis demeritis, ſed ſæpiùs ad gloriam Dei infligatur, vt aſſeruit Chriſtus, vbi de cæco nato reſpõdit Apoſtolis: [*Neque hic peccauit neque parentes eius, ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo*] vnde deſpici nequaquam debent, ait Caſſianus *h*, illi quos ſpiritibus iſtis nequitiæ tradi videmus, ſed certiſſimè credendum multos ipſis traditos ad ſuam humiliationem, vt diſcedentes ex hoc mundo purgatiores ad vitam aliam transferantur vel pœna leuiore plectantur; ſic enim Apoſtolus ait *i* etiam de inceſtuoſo, *ſe iudicaſſe tradere huiuſmodi ſathanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus eſſet in die Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

f Epiſt. ad Paulam de dormitione Bleſillæ.
g Lib. de prouid.
h Collat. c. 28.
i 1. Cor. 5. v. 5.

ARTICVLVS III.

Quibus ſignis verè à Dæmone poſſeſſi deprehendantur.

NOn omnia ſigna quæ quamdam inhabitantis in aliquo Dæmonis generant ſuſpicionem, ipſum in illo homine latere arguũt; Non cõfeſſio aliquorum qui ſe poſſeſſos eſſe ſibi perſuadent, & liberari vltro depoſcunt, vrgentque: multos námque falſa ſui illuſit imaginatio, ac melancholicos animi affectus, prout innumera docuerunt exempla: Non morbi vlla licèt medicorum arte incurabiles; hi námque alias quàm latentes in corporibus Dæmones poſſunt habere cauſas. Poſſunt enim ingenerari viribus naturæ, poſſunt maleficorum artibus immitti. Non ſola furia, hæc enim cauſas in homine habet naturales, herbarumque quarumdam maligna vi poteſt contrahi. Non ſumma celeritas aut vires humanã excedẽtes facultatẽ, aut ſimilia quæ licèt portenti locum teneant, in nonnullis tamen ſolâ vi naturali inſunt. Non praua conſuetudo Diaboli nomen ore proferendi; quamuis enim à talibus Dæmones haud procul abſint, poſſeſſi tamen eo ſolo nomine dici nequeunt: Neque quod nonnulli facta Dæmoni, ſui poteſtate, poſt eius inuocationem mox alio ab eodem transferuntur, neque enim probabile eſt, Dæmones ea corpora ingredi, quæ ſtatim dimittere debent. Neque quod aliqui relicto Dei cultu, ſe totos Diabolo deuouerint, iuſſis eius in cunctis obſequẽtes, vt malefici & magi quos inter Energumenos, etſi his ſint deteriores, haud numerãdos diximus Articulo præcedenti. Neque quòd nonnulli variè territi ſe nullo loco tutos putantes, perpetuo diſcurrunt inhumane ſæuientes in ſeipſos: hi enim licet grauiores ſæpènumero, quam illi qui à Dæmone poſſeſſi ſunt, patiantur moleſtias, hæ tamen ex atra bile, alióve prauo mentis habitu exoriuntur. Nec quod alij barbaras voces, & vlulatus belluinos edunt, aut horribiles formas ac tortuos vultus præferunt induunt & ſpumant, hæc enim omnia humanis artibus factitari poſſunt.

Certiora ergo dari debent ſigna, quibus Energumeni indubitanter deprehendantur, & in illis Dæmonem inhabitare arguatur. E pluribus quæ paſſim aſſignantur referam & expunam nonnulla.

Primum eſt peregrinarum vſus linguarum ab hominibus qui nunquam eas didicerunt, vel dum interloquuntur, vel etiam dum non interrogati iis vtuntur, maximè ſi linguæ illæ orientales ſint, ſcilicet Hebræa, Chaldæa, Syrica, hoc certiſſimum argumentum eſt in illis habitare Dæmonẽ qui vtitur eorum linguis. Ingens námque qui in illis addiſcẽdis linguis ſuſcipi debet labor, illudque linguarum donum inter ſingularia beneficia olim Apoſtolis à Deo collata vulgò enumerari, ſatis arguunt ſermones illos non ab Energumeno

ſed

ſed ab inhabitante, & intus operante Dæmone proferri; Dæmones enim ob innatam ſibi ſolertiam & menſis acumen omnium planè idiomatum quantumuis hominibus peregrinorum callent differentias, & vt inter humanos verſantur, obſeruant mutationes mutationes illorum, quemadmodum & cætera, quæ homines agunt. Nec hac in re audiendus eſt Leuinus Lemnius, qui fruſtra contendit probare melancholicos & phrenitičos ex frequentiſſima humorum ebullitione, vehementique ſpirituum exagitatione poſſe variis linguis aptè loqui, quamuis nullam earum antè habuerit notitiam. Qua ratione, quæſo, in ore erit quod numquam extitit in mente, & in mente quomodo verſabitur quod numquam fuit in ſenſu? Ad hoc ſignum locutionis per Energumenum variis linguis ipſi cognitis haud incongruè referri poſſunt ſermones de rebus ſpectantibus ad varias ſcientias Theologiæ, Philoſophiæ aliáſve; aut artes liberales vel machanicas, ab Energumeno tam appoſitè habiti, ac ſi is ipſas multo ſtudio ſibi comparaſſet, quarum tamen omnino imperitus eſt: harũ námque diſciplinarum æquè ac peregrinarum linguarum notitia præuiam hominis operam, diligentiámque requirit quam ſi in Energumeno numquam præceſſiſſe conſtet, omnes illæ notitiæ inhabitanti in ipſo Dæmoni prorſus adſcribendæ ſunt.

Secundum eſt, occultorum quæ ipſum hominem ea manifeſtantem latent propalatio. Hæc enim occulta aut præterita ſunt, aut præſentia (tamen ob locorum diſtantiam homini protſus ignota) aut futura, quæ vel ſuum eſſe habẽt in cauſis naturalibus, vel ex hominum libera pendent voluntate. Et ex cunctis eiuſmodi occultis Dæmones norunt vniuerſales res præteritas geſtáſque ab orbe cõdito. Norunt & præſentes, etiam quæ in remotiſſimis mundi partibus geruntur; norunt etiam in cauſis ſuis naturalibus, quæ poſt plurima eueniunt tempora, norunt quoque probabiliter, quamuis non certò, plurima quæ ex libero hominum pendent arbitrio, cùm enim ea voluntatis noſtræ imbecillitas ſit, ac propenſio, vt prauos ſæpiſſimè corporis, animíque ſequatur affectus, & à propoſitis ſibi moueatur obiectis, cedátque facilè naturæ ponderi; mirum non eſt Dæmones qui hominum affectus ac παθήματα probe cognoſcunt, noſſe etiam ſed probabiliter tantùm plurima quæ ab eorumdem, libera licèt, pendent voluntate. Hæc igitur occulta cuiuſuis differentiæ ſint, ſi ab homine eorum penitus ignaro referantur, ſignum eſt euidens, ea ab inhabitante in eo Dæmone propalari; quæ etiam poſſunt iam ex à bonis Angelis cognoſci quorum non minor quam malorum eſt ſolertia; quãuis ea non manifeſtent niſi honeſta ex cauſa, nec vnquam quidquam quod in proximi iniuriam, vel Dei contumeliam cedat: ad vtrúmque vero procax, prauáque ſpirituum nequam prorult locutio.

Tertium, eſt quando aliqui ad prolationem ſacrorum nominum Ieſu, Mariæ, aliorúmve; vel ad applicationem rerum ſanctarum ſupra illorum corpora trepidant, exclamant, concutiuntur, ſibíque vim inferri pluribus argumentis demonſtrant. Itáque ſi homo de Dæmonio ſuſpectus nomen Ieſu, beatæ Mariæ, aut alicuius ſanctorum proferre, & inuocare, aut piam aliquam orationem recitare iubeatur ac renuat: ſi dum ei adhibitæ fuerint ſanctorum reliquiæ aut ſacræ imagines, aut crux fronti impreſſa, aut aſperſus fuerit aqua luſtrali, aut ſacratiſſimum Chriſti Corpus in auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento exhibitum; cum ſi in aurem ipſius peregrinâ, quam non norit Energumenus lingua inſuſurratum fuerit illud: [*Deum qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es Domini creatoris tui*:] ſi ad hæc inquam, híſve ſimilia homo ille concutiatur vel blaſphemat, ſignum eſt latentis ac inhabitantis in eo Dæmonis: de his Hiſtoria Eccleſiaſtica innumera ſuppeditat exempla *a*.

a Surius in vita S Bernardi lib. 2. c. 3. idem in vita Hugonis Lincoln. Epiſc.

Quartum ſignum ſatis euidens inhabitantis in aliquo Dæmonis eſt, cùm Dæmoniacus inexpectatam alicuius perſonæ ſanctitate illuſtris præſentiam, maximè ſi nullam eius vnquam habuerit notitiam, ferre nullo modo poteſt, ſed exclamat, & in furorem agitur: timet quippe Dæmon ſolâ eius præſentiâ eiici è corpore Dæmoniaci: Illa tamen perſonarum ſanctitate inſignium diſtinctio, non minùs ab aſſiſtente & familiari, quam ab inhabitante Dæmone fieri poteſt. His adde ſanctis quibuſdam hominibus Dæmones in humano corpore latitantes diuinâ reuelatione indubitanter innoteſcere. Sic D. Paulus agnouit ſpiritum nequam in puella *b*, quæ quæſtum magnum ſuis Dominis præſtabant diuinando.

b Actor. 16 v. 19.

Addam & ego prædictis ſignis vnum aliud quod venit in mentem, quodque certiſſimum & indubitatum inhabitantis in aliquo Dæmonis eſſe crediderim: videlicet, ſi Dæmoniacus reſpondeat Exorciſtæ, ſolâ mentis operatione ipſum interroganti, & adiuranti, cùm enim ea ſit Angelorum, & Dæmonum inter ſe loquendi ratio, vt cui quiſque loqui intendit, ſuum ei aperiat mentis conceptum, eiuſque ſpeciem ad Deum dirigat, procul dubio conceptum quem Exorciſta ad Dæmonem diriget, percipiet Dæmon, eiuſque mentali verbo vi adiurationis coactus obediet. Hæc inuſitata paucíſque notâ Dæmoniorum interrogandi & adiurandi formâ noſtris temporibus feliciter vſus eſt Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Epiſcopus Apamienſis, Henricus Spondanus iam vitâ functus, cuius memoria in benedictione eſt, vt ipſemet cuidam ex noſtris ſacræ Theologiæ Lectori aſſeruit.

TERTIA PARS.

De varia poteſtate, variiſque modis Dæmones ex humanis corporibus eiiciendi.

ALIQUAM eſſe poteſtatem, nec deeſſe modos quibus Dæmones ex humanis corporibus expellantur ac profligentur, a

ſacra paſſim & Eccleſiaſtica atteſtatur hiſtoria. Illam poteſtatem Doctores quadruplicem faciunt, pluréſque quibus eiuſmodi expulſio fiat, aſſignant modos, & de ipſo Dæmonum egreſſu eiuſque adiunctis copiosè diſſerunt, quæ omnia Articulis tribus perſtringam: Primus erit de quadruplici poteſtate Dæmones eiiciendi è corporibus humanis ac nonnullis inter ipſas differentiis. II. De modis quibus potiſſimùm in noua lege Dæmones profligantur. III. De ipſo Dæmonum ab Energumenorum corporibus egreſſu eíque adiunctis.

ARTICVLVS I.

De quadruplici poteſtate Dæmones eiiciendi, ac nonnullis inter eas differentiis.

QVadruplicem Dæmones expellendi poteſtatem Doctores diſtinguunt: & hoc ordine aſſignant. Vna eſt, Dei in veteri Teſtamento per inuocationem nominis Tetragrammaton. Cui enim illud ſcire aut proferre licitum fuiſſet, illam ipſam facultatem aduerſùs Dæmonia aſſecutum fuiſſe teſtatur Epiphanius *a*.

a Aduerſus Ebionitas c. 30.

Altera eſt Salomonis, quam ei diuinitus collatam teſtatur Ioſephus *b*, déque eius poteſtatis ratione ſic ait. [Modus medicinæ fuit huiuſmodi: intulit, nempè Eleazarus, de quo ibi ſermo, naribus eius qui à Dæmonio vexabatur, annulum habentem ſub ſignaculo radicem à Salomone monſtratam, deinde per nares adorantis Dæmonium expulit, & repente cecidit homo: poſteà illud adiurauit ne amplius rediret, Salomonis interim mentionem faciens, & incantationes ab eo inuentas recitans. Volens autem ſatisfacere, ac probare præſentibus Eleazarus hanc ſe habere virtutem, ponebat ante eos calicem, aut peluim aquæ plenam, & Dæmoni imperabat vt ab homine egreſſus ea euerteret indicium quo hominem reliquiſſet: quo facto ſapientia Salomonis cunctis innotuit.]

b Lib. 8. antiqu. c. 2.

Tertia poteſtas Dæmones expellendi eſt ea quam Chriſtus Dominus Eccleſiæ ſuæ contulit, ac in primis quidem Apoſtolis ſuis [Dedi, inquit, *vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem poteſtatem inimici c.*] Hæcque communis vox fuit omnium Apoſtolorum: [*Domine etiam in nomine tuo Dæmonia nobis ſubiiciuntur d.*] Eos vtique, quos in vniuerſum mundum miſit, vt nouam mundo lucem inferrent, cœleſtémque doctrinam docerent, hac voluit poteſtate eſſe munitos, vt quandocumque ita expedire iudicarent Dæmones ex humanis corporibus expellerent, hácque ratione authoritatem ſibi apud infideles conciliarent, & veritatem quam annunciarent hac Dæmoniorum proſcriptione aliiſque miraculis aſtruerent.

c Luc 10. v. 19.

d Ibid. v. 17.

Vltima poteſtas Dæmones expellendi eſt, qua Dæmones ipſi per Dæmonia profligantur, & quâ Phariſæi per ſummam contumeliam Chriſtum vti inſimulabant his verbis. [*In Beelzebub principe Dæmoniorum eiicit Dæmonia.* Hanc Apollonius Tyaneus habuit ſibi familiarem, tótque in hac arte diabolica aſciuit diſcipulos; vt Euſebius octo libros aduersùs Philoſtratum eiuſdem Apollonij præconem conſcribere coactus fuerit. Hac vſi ſunt Magi, apud Leonem Africanum poſt aliquot ductos circulos, & in fronte Dæmoniaci impreſſos characteres, interrogatúmque Dæmonem eumdem ab obſeſſis eiiciebant. Hanc etiam vtebantur illi, qui vt refert Gregorius magnus *e*, adductam ad ſe nobilem fœminam magicis ſuis incantationibus à Dæmone liberare tentarunt: At [miro Dei omnipotentis iudicio (addit Eccleſiæ Doctor) dum arte peruerſa vnus ab ea expellitur, in eam Legio ſubito intrauit, cœpítque ex hoc illa tot motibus agitari, tot vocibus clamoribuſque perſtrepere, quot Spiritibus tenebatur.] De his locutus videtur Vlpianus *f*, cùm negat iis [qui incantarunt, qui imprecati ſunt, & qui exorcizarunt de eorum mercede ius eſſe dicendum.] Et illi Chriſtiani non erant, Chriſtiani námque gratis, & abſque vlla conuentione ſtipendij huiuſmodi officium impendere conſueuerant, ſed Gentiles, impoſtores, circulatores qui vrbes circuibant, & ſuperſtitionibus vtebantur, eóque exercitio inſtar medicorum curantium corpora quæſtum faciebant *g*. Neque hanc vltimam deſtruit aut impugnat poteſtatem illud Chriſti Domini: *Si Sathanas Sathanam eiicit quomodo ſtabit regnum eius.*] Etſi enim videatur dicere fieri non poſſe vt Dæmones Dæmonia expellant, niſi regnum ſuum velint diſſolutum, attamen ſignificare tantùm voluit inuitos diabolos per ſocios numquam pelli, ſed ad ſociorum imperium lubentes cedere adeóque non tam expelli, quam ſponte egredi.

e Lib. 3. Dial. c. 10.

f Lib. 1. de var. & extraordin. cognit.

g Baron. to. 1. ann. 56.

His de quadruplici poteſtate Dæmones ex humanis corporibus eiiciendi ſic conſtitutis, aſſignandæ ſunt earum differentiæ.

Differunt primò prædictæ quatuor poteſtates ratione principij; quia tres priores diuinæ ſunt, Deumque habent authorem, ſuis quæque temporibus licitæ; aboleuit enim Deus ſimul cum lege veteri illam quæ per nominis Tetragrammaton inuocationem pellebat Dæmones. Nullam etiam vim habet prorsúſque abolita eſt alia Salomonis: Sola Chriſti Domini viget, perdurabítque quamdiu eius in terris ſtabit Eccleſia. Vltima vero diabolica eſt, & à diabolo Dei ſimia adinuenta; ideóque ſemper fuit eritque illicita quodcumque enim poſſit proponi bonum, quodcumque caueri malum, numquam permitti debet, vt opera Dæmonum in pellendis Dæmonibus quis vtatur. Differunt [illegible] ratione miniſterij, cuius prærogatiua [illegible] maximè in poteſtate à Chriſto E[illegible]æ collata; eam enim Chriſtus Dominus in propria perſona exercuit & innumerabiles propè Dæmones dum in terris ageret ipſemet expulit; eamdem Apo-

ſtolis

ſtolis ſuis, diſcipuliſque contulit facultatem, aliiſque fidelibus in fide firmiſſimis, vt ſuprà dictum eſt. Quin & nonnulli qui nec in diſcipulorum Chriſti, nec in fidelium numero erant, tamen imitati Diſcipulos Chriſti in nomine Chriſti Dæmonia eieciſſe videntur, vt inſinuat Ioannes vbi ait: *Preceptor vidimus quemdam in nomine tuo eiicientem Dæmonia, & prohibuimus eum, quia non ſequitur nobiſcum a.* Neque illa Dæmones eiiciendi poteſtas Apoſtolis à Chriſto collata in ipſis extincta eſt, ſed ad eorum ſucceſſores, alióſque fide & ſanctitate illuſtres, nullis licèt ſacris ordinibus initiatos, imò ad ſexum fœmininum S. Catharinam Senenſem, Genouefam, aliaſque propagata eſt.

a Luc. 9. v. 49

Peculiaris tamen ad hanc poteſtatem ex munere in Eccleſia adminiſtrandam per ſe inſtitutos eſt Exorciſtarum ordo, quam ſanctus Ignatius Apoſtolorum diſcipulus inter cæteros ordines Eccleſiaſticos recenſet, ſicut & Concilia nonnulla, maximè verò Romanum ſub Sylueſtro, Carthaginenſe IV. Laodicenum in quo ſtatutum eſt: Ne, qui non ſint ab Epiſcopis ordinati, tam in Eccleſiis, quam in domibus exorcizare præſumant. Plurimæ autem in huiuſmodi Exorciſtis deſiderantur virtutes, vt tanto munere ritè ſungi valeant fiántque Diabolo terribiles. Requiritur maximè conſcientia munda, feruens oratio, iuncta ieiunio; eſt enim quoddam genus Dæmoniorum vt ait Chriſtus, quod non eiicitur, niſi in oratione & ieiunio *b*; humillima item animi ſubmiſſio; ſuperbiſſimus enim ſpiritus humiles corde ferre non poteſt, vt palam oſtendit ipſe ſæpius, maximè cùm à ſancto Antonin ad Paulum ſimplicem miſſus exclamauit, Pauli humilitas & ſimplicitas non expellit *b*, & quando victus fuit humilitate ſancti Iordani Ord. ſancti Dominici, cui cùm Dæmon per Energumenum alapam impegiſſet, & ille mox alteram maxillam præbuiſſet, ea re confuſus Sathan dimiſit obſeſſum *c*. Permittebat Dæmoni quem expulſurus erat ſanctus Parthenius vt aut ſe, aut virum humilem ingrederetur: at neutrum tentauit ſuperbus, ſed magno clamore edito diſceſſit. Requiritur vltra in Exorciſtis ſpes, ſummáque in Deum fiducia, qua deſtituti aliquando Apoſtoli fruſtra ſpiritum quemdam eiicere tentarunt: docet id ad eorum interrogationem, facta Chriſti reſponſio: [*Quare nequiebamus nos non potuimus eiicere illum? propter incredulitatem veſtram d*, reſpondit Chriſtus. Deſideratur etiam vt omnis abſit leuitas, nec quicquam agat, aut dicat Exorciſta, quod riſum excitare valeat, aut ad rem non pertineat; quod haud parum obeſſe, aliquorum in hac actione maximi momenti, omnis ſibi cauendum, probarunt exempla.

b Marc. 9. v. 28.

b Pallad. in SS. Patrum hiſt. ſect. 29

c Surius tom. 7 in vita S. Iordani.

d Matth. 17. v. 18.

Neque tamen ex eo quod quis Dæmonia eiiciat, aut ſimilia edat miracula certiſſimum ſanctitatis eius, niſi cætera quoque adſint indicia ſanctimoniæ, deſumi valet argumentum. Patet ex illo Chriſti Domini [*Multi dicent mihi in illa die: Domine Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo Dæmonia eiecimus, & in virtute tua virtutes multas fecimus e? & tunc confitebor illis, quia numquam noui vos, diſcedite à me qui operamini iniquitatem.*] vbi obſeruanda eſt maximè illa particula [*numquam noui vos*] Id ſcilicet notitiâ approbationis, vt loquuntur Scholaſtici, quia numquam fuerunt in gratia aut amicitia Dei, ſed ſemper in ſtatu peccati mortalis. His appoſitè Diuus Cyprianus *f*: [Prophetare & Dæmonia excludere & virtutes magnas in terris facere, ſublimis vtique & admirabilis res eſt, non tamen regnum cœlorum conſequitur quiſquis in his omnibus inuenitur, niſi recti & iuſti itineris obſeruatione gradiatur.]

e Matth. [7.] v. 22.

f De vni[tate] Eccleſ. [circa] medium

Cæterùm, etſi viri exiſtentes etiam in peccato mortali poſſint Dæmonia eiicere, aliáve miracula facere, idipſum tamen præſtare nequeunt hæretici: cùm enim illa miracula vt plurimum in veritatis edantur confirmationem, Hæretici verò eiuſdem veritatis perduelles ſint, Deus qui eſt ipſamet prima veritas numquam concurret cum eis ad Dæmonum expulſionem, maximè cum ille inſinuet hanc expulſionem fidelium eſſe ſignum, vbi ait [*Signa eos qui crediderint hæc ſequentur: in nomine meo Dæmonia eiicient g*,] vnde nullum vnquam Hæreticum Dæmonia eieciſſe, aut aliquod miraculum edidiſſe, ſed eos qui id temerè attentarunt re in contrarium cedente eluſos fuiſſe legimus, ac pudore obrutos. In hoc ab Apoſtolis, viriſque Apoſtolicis Hæreticos differre dicebat Tertullianus *h*, quòd [Illi de mortuis viuos facerent, hi de viuis mortuos.]

g Marc.

h Lib. de [præ]ſcrip. c. 3[0]

ARTICVLVS II.

De modis quibus potiſſimùm in noua Lege Dæmones expelluntur.

MOdosquibus Dæmones in veteri Teſtamento ex humanis corporibus eiiciebantur, vt iam antiquatos proſequi neceſſe non eſt, de iis quorum in noua Lege eſt vſus, procedit Articulus; qui modi cum in rebus ſenſibilibus vt plurimum conſiſtant, obſeruandum eſt hoc loco, non deeſſe qui tenent naturaliter rebus ſenſibilibus, quibus nihil ſacri, aut ſupernaturalis acceſſerit, Dæmones ex humanis corporibus expelli poſſe, quod falſum eſſe comperiet qui & rerum ſenſibilium & Dæmonum attendet naturam & conditionem. Dæmones ſpirituales creaturæ ſunt, ſpirituum autem ea eſt conditio vt vniuerſis rebus ſenſibilibus ac corporeis ſuperiores ſint, longéque potentiores, propterea fieri nequit vt vlla res ſenſibilis naturaliter agat in Dæmones, actio námque ſemper eſt à potentiori.

Neque

Neque bis obſtant duo loca, quæ ex ſacra Pagina nonnulli proferunt, à quibus primo obtutu videtur argui quod naturali ret aliquarum rerum ſenſibilium virtute, expulſa ſint Dæmonia; neque enim quod naturale erat illis in rebus egit in ipſa, ſed potiùs vis quædam ſupernaturalis occulta eiſdem rebus ex diuino addita beneplacito, ſuperbiſſimos ſpiritus rebus ſenſibilibus & nonnumquam viliſſimis ſubiecit, qua vi ſupernaturali ignis infernalis, qui corporeus eſt, Dæmones torquet. Obiiciunt ergo primo loco ad melodiam citharę Dauidis [*refocillabatur Saul & meliùs habebat, recedebat enim ab eo ſpiritus malus a*] adeòque, hoc ſolatium ſeu refocillatio à vexatione, quam inferebat ſpiritus malus Saüli ſono citharæ qui ſenſibilis eſt adſcribitur; ſed reſpondetur, ſi Saül non à ſola atra bile, & affectu animi melancholico vt aliqui volunt, ſed verè à Dæmonio obſeſſus fuerit, vt grauiſſimi tenent Authores b, melodia citharæ Dauidis aures, animúmque Saülis demulcebat, & quam ipſe à Dæmone torturam patiebatur haud parum mitigabat: ſi quis tamen Saülem concentu illo velit à Dæmone liberatum, id vel innocentiæ, ac ſanctitati hominis ſecundùm cor Dei, quem Dæmon formidabat, vel occultæ vi cuidam ſpirituali, quam Deus illi conferebat melodiæ, vel Chriſto in cruce expanſo, cuius typus fuit cithara illa, adſcribendum eſt.

a 1. Reg. 16 v. 23.

b Theodoret. q. 38. 39. 54. Abul. Liran. & alij in lib. Reg.

Obiiciunt iterum, Tobias iunior iuſſus eſt ab Angelo Raphaële cor, fel, & iecur, ingentis illius piſcis è flumine extracti, aſſeruare; & ab eodem didicit cordis illius particulam, ſi ſuper carbones poneretur fumo ſuo extricare omne genus Dæmoniorum, tam à viro, quam à muliere, ita vt vltra non accedat ad eos c, ſed reſpondetur, attendendum eſſe modum quo fumus ille Dæmonia expelleret, ia enim modus omiſſus in vno & priori loco apud Tobiam, aſſignatur in alio & poſteriori, cùm dicitur; [*protulit Tobias de caſſidili ſuo partem iecoris, poſuitque eam ſuper carbones viues: tunc Raphael Angelus apprehendit Dæmonium & religauit illud in deſerto ſuperioris Ægypti d*:] Non ergo ſola vis naturalis fumi ſenſibilis Dæmonium Aſmodæum profligauit, ſed Angelus Raphaël; boni enim Angeli in malos habent impetium e, ipſique inferiorum ordinum quibuſcumque ordinum ſuperiorum Dæmonibus præſunt, eoſque eiicere valent, quia virtus diuinæ iuſtitiæ, inquit D. Thomas f, cui Angeli boni inhærent potentior eſt, quàm omnis virtus naturalis Angelorum.

c Tob. 6. v. 8

d Tob. 8 v. 2 v. 3.

e Auguſt. lib. 3. de Trinit. c. 4.

f 1. p. q. 109 art. 4. ad. 3.

Non negauerim tamen, ad illam Aſmodæi profligationem non parum profuiſſe merita, & orationes Tobiæ & Saræ, aut etiam Deum occultam aliquam vim Dæmoni inimicam fumo illi contuliſſe, qui, ſicut radix in Salomonis Exorciſmo ex diuina inſtitutione adhiberi ſolita, ad homines à Dæmonibus liberandos olim valuit, ſicut & hodie valet aqua luſtralis, aliæque res ſenſibiles conſecratæ, quibus tamquam remediis in eumdem finem Catholica vtitur Eccleſia. Et de his potiſſimùm modis Dæmonis expellendi procedit Articulus. Eorum iam facilior erit explicatio.

Non vnus ſemper apud omnes in Lege Dæmonum expellendorum fuit modus: Nec Chriſtus Dominus eamdem ſemper formam ſecutus eſt: nunc enim expulit verbo, nunc quoſdam quaſi Exorciſmos adhibuit, v. g. cùm mutum & ſurdum è turba abduxit, miſit digitos in auriculam, tum exſpuit, & linguam Energumeni tetigit, ac demum ſuſpiciens in cœlum dixit, Epheta. Primus autem modus Dæmones expellendi è corporibus Energumenorum eſt, ſanctiſſimi nominis Ieſu inuocatio, & prolatio, quo modo, ſe ad ad hoc vſos profitentur ipſi Apoſtoli quando dicunt Chriſto: [*Domine etiam Dæmonia ſubiiciuntur nobis in nomine tuo g.*] Hunc etiam poſteà adhibuit D. Paulus cùm Pythonicum ſpiritum è puella eiiciens ait: [*Præcipio tibi, in nomine Ieſu exire ab ea h.* Hunc quoque vſurparunt qui Chriſti doctrinam non profitebantur, putà Iudæorum Exorciſtæ, eo iure Apoſtolos, alióſque Chriſti Diſcipulos imitati. Hic denique familiaris fuit Apoſtolorum ſucceſſoribus, adeòque primarius eſt; & de hoc Dæmones expellendi modo Iuſtinus ait k [Eius nominis potentiam Dæmones tremunt & formidant, & hodie quoque ipſi per nomen Ieſu Chriſti crucifixi ſub Pontio Pilato qui Iudææ procurationem egit adiurati nobis parent.] Idem paulò poſt·[Per nomen ipſius filij Dei, & primogeniti creaturæ omnis, Dæmonium omne adiuratum vincitur & in ditionem redigitur] ſimilia habent Authores alij l.

g Luc. 10. v. 18.

h Actor. 16. v. 18.

k Luc. 9. v. 49. Actor. 19. v. 5

l Lactan. Firmian. Prudẽt.

Hanc in nomine Ieſu, Dæmones eiiciendi formulam Chriſtus ipſe præſcripſit, vbi ait [*In nomine meo Dæmonia eiicient,*] id eſt in virtute & poteſtate nominis mei. Decebat autem potius in nomine Ieſu, quam in nomine Patris aut Spiritus ſancti tempore quo Chriſtus viuebat in terris, & in primitiua Eccleſia, quia tunc diuinitas filij erat adſtruenda, eiúſque noua doctrina confirmanda. Sanè cùm ab omnibus tum Iudæis, tum Gentilibus maxima Dæmonum poteſtas eſſe crederetur, ipſi tamen ſolo Chriſti nomine profligarentur, id euidens argumentum erat Chriſtum cũctis Dæmonibus ſuperiorem eſſe, eique maximam apud omnes pariebat æſtimationem.

Porrò cùm non vnum ſit Chriſti nomen, ſed plurima, quæ & in ipſis paſſim habentur Exorciſmis, illud in quo Dæmonia eiiciebantur eſt auguſtiſſimum nomen Ieſu, hoc enim eſt proprium Chriſti nomen: [*Vocatum eſt nomen eius Ieſus*, inquit Lucas, *quod vocatum eſt ab Angelo priuſquam in vtero conciperetur.*] Accedit quod beatiſſimum hoc nomen Ieſu adeò Spiritibus immũdis formidabile eſt, vt hi Sagis, Magiſque qui renunciato Chriſto, fidéque abiuratâ ſe illis, deuouerunt, diſtrictè præcipiant ab illius prolatione prorſus abſtinere; & ſi cui eorum etiam præter intentionem nomen Ieſu exciderit, illicò tota illa turba dæmonum euaneſcit.

Secundus Dæmones ex humanis corporibus expellendi modus eſt, per vſum ſacrarum reliquiarum [Ea eſt Sanctorum poteſtas, ait Chryſoſtomus m, vt illorum ſuperſtũm ne vmbras quidem, aut veſtes ferre poſſint Dæmones; ſanet Scriptura dicens de ſemicinctiis, & ſudariis Apoſtoli Pauli [*Virtutes quaſlibet faciebat Deus per manum Pauli, ita vt*

m De Babyla

etiam ſuper languidos deferrentur à corpore eius ſudaria & ſemicinctia & recedebant ab iis langores & ſpiritus nequam egrediebantur a. Plures per catenam S. Petri eiectos fuiſſe Dæmones Eccleſiaſtica teſtatur hiſtoria. Comes ille Othonis Imperatoris familiaris, qui ab immundo vexatus Spiritu ſeipſum dentibus dilaniabat ad Ioannem Pontificem ductus, vt ei ſacra D. Petri catena applicita eſt, nefarius Spiritus liberum eum reliquit b.

a Actor. 19. v. 12.

b Chron. Saxon.

Tertius modus Dæmonia profligandi eſt, per ſanctæ crucis ſuper Energumenum impreſſionem. Hâc enim Chriſti paſſio & mors inuocatur, & humani generis aduerſario opponuntur, quòd inſinuat Apoſtolus vbi de Chriſto verba faciens ait: *delens quod aduerſus nos erat Chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio affigens illud cruci, expolians principatus & poteſtates traduxit confidenter palam triumphans illos in ſemetipſo c.* Subſcribit Lanctantius d, quando ita de Chriſto loquitur ſicut ipſe, ſcilicet Chriſtus cum inter homines ageret, vniuerſos dæmones verbo fugabat, hominúmque mentes emolliebat, & malis incurſibus exagitatas in ſenſus priſtinos reponebat; ita nunc ſectatores eius eoſdem ſpiritus inquinatos de hominibus & nomine Magiſtri ſui, & ſigno paſſionis excludunt. Eò quoque ſpectat Cyrillus, Hieroſolymitanus, cum de Dæmonibus ait: [Quando viderint crucem recordantur crucifixi; metuunt enim eum qui contriuit capita Draconis.] Huius ſanè rei innumera hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſuppeditant exempla. Scribit Epiphanius e Ioſephum quemdam nondum Chriſtianum Chriſti cruce Dæmonium eieciſſe, & deinde Chriſtianum effectum eodem ſigno Iudæorum incantationes deſtruxiſſe. Gregorius Lingonenſis Epiſcopus ex Energumenis ad ſe adductis ſolo ſigno crucis iubebat Dæmonia diſcedere, vt refert Gregorius Turonenſis f.

c Coloſſ. 2. v. 14. 15.

d Lib 4. c. 27

e Hær. 30.

f In vita Patr. c. 7.

Nec mirum eſt crucis ſigno Spiritus nequam ex hominum corporibus pelli, cùm ipſi extra homines conſtituti, illius virtutem ferre nequeant [Timor & tremor, ait Origenes g, cadunt ſuper Dæmones cùm ſignum in nobis viderint crucis fideliter fixum. [Idem alibi h] Immortale Labarum portemus in frôtibus noſtris. Cùm Dæmones hoc viderint contremiſcent, qui aurata Capitulia non timent.] vt D. Auguſtinus i docet Catechumenos idcirco cruce ſignari, vt Dæmonibus ſint terrori. Vnde haud incongruè Athanaſius k: [veniat, inquit, qui iſtorum Dictorum experimentum capere velit, & in ipſis præſtigiis Dæmonum & impoſturis vaticiniorum, & in miraculis Magiæ vtatur signo crucis ab ipſis deriſo, numénque Chriſti inuocet, & videbit quomodo eius rei metu Dæmones fugiant, vaticinia conquieſcant, Magiæ & veneficia iaceant.] Expertus eſt vim crucis Gregorius Neocæſarienſis quem ſemper contra Dæmones his armis depugnaſſe teſtatur Gregorius Nyſſenus in eius vita. Expertus eſt & miles Georgius qui iiſdem ſimulacrum Apollinis confregit, cùm in Templum Apollini immolaturus iuſſu Diocletiani eſſet adductus l. Expertus Antonius Magnus qui hoc armorum genere cunctis ſpiritibus nequam fuit terribilis m. Experta ſancta Margarita quæ cruce Dæmonem in forma draconis ſibi appropinquantem profligauit. Refert Gregorius Nyſſenus n Diaconum Gregorij Neocæſarienſis crucis ſigno munitum inter innumerabilia ſpectra exiuiſſe noctu incolumem ex balneis, ex quibus nullus eorum qui antea noctis tempore in ea intraſſet viuus exierat.

g Hom. 6 in c. 15 Exod.

h Hom. 8 ad diuerſ.

i Ad Catechum.

k Lib. de incarnat. & ſalutari Domini aduentu.

l Metaphr. in vita Georgi.

Hæc crucis arma adeo ſpiritibus nequam formidabilia ſunt, vt eos in fugam vertant, non modo à viris ſanctis, ſed etiam ab impiis quamuis inopinato aſſumpta. Notum eſt omnibus exemplum Iuliani Apoſtatæ qui Chriſto licèt abiurato, cùm ipſe pro antiquo more cruce ſe ſignaſſet, Dæmones quos euocauerat fugauit o. [Nec mirum, inquit D. Auguſtinus, quod hæc ſigna valeant cùm à Chriſtianis adhibentur, quando etiam cùm vſurpantur ab extraneis, qui omnino ſuum nomen ad iſtam militiam non dederunt, propter honorem tamen excellentiſſimi Imperatoris valent. Cùm autem non cedunt ſignis his huiuſmodi poteſtates, Deus prohibet occultis modis cum id iuſtum atque vtile iudicat. Nam nullo modo vlli ſpiritus audent hæc ſigna contemnere, contremiſcunt hæc vbicumque illa perſpexerint.]

Quartus modus Dæmones expellendi eſt per vſum rerum conſecratarum, qui modus à tribus præcedentibus in hoc videtur differre, quòd eam quam res conſecratæ in Dæmonia habent poteſtatem, per Eccleſiæ orationem & benedictionem à Deo accipiant. Antiquiſſima enim in Chriſti Eccleſia conſuetudo eſt, vt res quædam conſecrentur vel benedicantur, quibus ad Dæmones pellendos, aliáque mala arcenda vtantur fideles, & in hunc finem conſecrantur maximè aqua, ſal, imagines cereæ, quæ ab effigie Agni ceræ impreſsâ, *Agnus Dei*, vocantur, & cerei qui in purificatæ Virginis feſto ſolenni ritu benedicuntur, vt patet ex formulis quibus Eccleſia in harum rerum conſecratione paſſim vtitur. Aquæ benedictæ meminit Dionyſius p dicens, aquam ſacris inuocationibus conſecrari. Cyrillus q docet ſimplicem aquam fieri ſanctam inuocatione Dei. Cyprianus r ait: (Oportet aquam primum mundari, & ſanctificari à Sacerdote. Ambroſius ſ docet, aquam niſi ſigno crucis prius ſacretur nullum habere vſum in Eccleſia. Eiuſdem aquæ benedictæ meminerunt etiam Epiphanius t, Theodoretus u, Auguſtinus x. Sanctus Macarius aquâ benedictâ ſanauit puerum Dæmoniacum, vt docet Palladius z. Eligius Nouiodunenſis obſeſſos ſupra quinquaginta aquæ benedictæ aſperſione à ſpiritibus malis liberauit. Salis benedicti meminit Gregorius Turonenſis: Cerearum imaginum, & aliorum ſacrorum amuletorum vſus ab Eccleſia approbatus eſt.

Quintus modus, quo Dæmonia ex humanis corporibus expelluntur eſt per Exorciſmos, quibus Spiritus nequam per Deum adiurantur vt ab homine diſcedant,

Deique creaturam quam poſſident, vexare deſinant. [Adiurati per Deum verum à nobis, inquit Cyprianus *a*, ſtatim cedunt vt fatentur & de obſeſſis corporibus exire coguntur.] Olim paucioribus rebus Exorciſmus videtur conſtitiſſe, nunc quandóque plura adhibentur, quod non tam facilè modò quàm olim pellantur Dæmones, ſicut nec ipſi tam facilè ac frequenter homines inuadunt. Et licèt varia in Exorciſmo reperiantur ad duo tamen genera reuocati poſſunt nempè ad verba ſacra, & ad res etiam ſacras.

a De idolor. vanit.

Verba partim diriguntur ad Deum per ſacrificium miſſæ, & orationes, quibus ab ipſo petitur vt in tam arduo negotio adſit Exorciſtæ, & Energumeno miſericors fiat; partim ad ſanctos per Litanias, vt & ipſi ſuffragiis ſuis vtique ſubueniant; partim ad Dæmones per adiurationem qui durioribus verbis vt plurimum increpantur. Imperatúrque eis vt ſe ſociósque ſuos prodant, vt cum quibus hoſtibus bellum ſit ſibi agendum norint Exorciſtæ, nomen ſuum dicant, cauſas explicent cur hominem ingreſſi ſunt, vt his ſi tolli poſſint remotis minor ſit illorum in Energumenum poteſtas vel omnino eiiciantur: præcipitur vt ab eo diſcedant, ſuúmque diſceſſum aliquo ſigno declarent, vt de parta victoria nobis conſtet. præcipitur etiam eiſdem vt infernum paratum ſibi locum repetant. Et quidem quod ſpectat ad ſacrificium miſſæ, refert Proſper Aquitanicus *a* illo holocauſto ſuis temporibus pro ſalute Dæmoniacæ oblato, mulierem liberatam fuiſſe.

a Lib. de prædict. c. 6.

Res ſacræ in Exorciſmo ſunt, ſanctiſſimum Chriſti corpus, quod ſub viſibilibus ſpeciebus offertur: Sanctorum reliquiæ quæ nonnunquam adhibentur: aqua benedicta quâ obſeſſi aſperguntur, Templum ſacrum, ſeu domus Dei pluribus de cauſis Dæmonibus inuiſa: veſtes ſacræ quibus Exorciſta induitur: ſtola quæ aliquando Dæmoniaci collo inicitur; vt ſciat Dæmon ſe Chriſti iugo eſſe ſubiectum: Exorciſtæ digiti conſecrati qui in os Energumeni quandóque immittuntur maiorum exemplo, nempè Patrocli Abbatis *b* Columbani *c*, S. Clari *d* Abbatis Viennenſis, & alia his ſimilia, quæ quia non omnia neceſſaria ſunt, ideò nec ſingula ſemper adhibentur, ſed modò plura, modò pauciora.

b Greg. Turon. in vita Patrum.
c Ionas in vita Columb.
d Surius in eius vita.

Cæterùm licet Exorciſmi, aliorúmque quatuor, Dæmones ex humanis corporibus expellendi modorum vires ſint maximæ, non tamen ſemper ſperatos conſequuntur effectus. Neque enim illorum eadem vis eſt, ac Sacramentorum, quæ ex diuina inſtitutione ita efficacia, ſunt vt ſuos neceſſariò in hominibus ritè diſpoſitis producant effectus, Exorciſmi non item, quorum etiam efficacitati obſtat aliquando Exorciſtæ minor diſpoſitio vt vel in ipſis patet Apoſtolis, quorum etſi plena in Dæmones fuerit poteſtas, in vno tamen, cuius tres Euangeliſtæ meminerunt, fruſtra laborarunt, eumque ſi priùs ieiunio & oratione ſeſe armaſſent haud dubiè expuliſſent. Obſtant nonnumquam ipſorum Energumenorum peccata, quæ quandóque merentur, vt eam adhuc Dæmonum torturam ſuſtineant: Vnde Parthenius *e* iuuenem quendam ex Hunnis oriundum, liberare noluit vt diximus anteà, ſed pro eo rogantibus reſpondit; ſinite torqueatur, parricida eſt: Neque Eligius quinquaginta alios, dicens, ſinite experiantur, cui, peccato ſuo, ſeruire elegerint. Obſtare etiam poteſt quòd fides ſpéſque obſeſſis deeſt libertatis conſequendæ; debent enim maxima cum fiducia ad Deum accedere, qui tantùm ab eo expectant beneficium. Nonnumquam etiam fit, vt licet nullus in Exorciſtis, nullúſve in Energumenis adſit defectus, iuſto tamen iudicio permittit Deus, vt Dæmones adiurati non cedant, niſi poſt multum tempus & graues dolores.

e Metaph. 7. Febru.

2. part. art. 2.

Audoen. lib. 2. c. 20.

ARTICVLVS III.

De Dæmonum ab Energumenorum corporibus egreſſu, eique adiunctis.

IMmundos ſpiritus ægrè admodùm humana quæ poſſidēt corpora deſerere ipſimet palam teſtati ſunt, cùm olim à Chriſto expulſi clamabant: [*Quid nobis & tibi Ieſu veniſti ante tempus torquere nos*] Idque Exorciſtæ quotidiana norunt experientiâ, ipſáque eiiciendi & expellendi verba quibus Scriptura paſſim vtitur apertè manifeſtant. Tanta homines vexandi Cacodæmonum eſt libido. Nec rarò, cùm adiurantur vt exeant, exiiſſe ſe ſimulant verſipelles nullam per aliquod tempus moleſtiam iis quos poſſident inferentes. Ideóque ea Exorciſtarum cautio eſſe debet, vt præcipiant eis egreſſus ſui certa aliqua ſigna adſtantibus exhibere, v.g. cereum grandiorem extinguant, vt de hominis ſanitate ac libertate certiùs conſtet. Præbent aliquando ipſimet Dæmones ſigna aliqua quibus diſceſſum ſuum prodant, vt in ipſis paſſim quorum Scriptura ſacra meminit Dæmoniacis obſeruare eſt; quæ ſigna, licèt varia ſint ad duo tamen genera reuocati poſſunt: ita vt alia ſint crudelia, ſeu horrida, vt membrorum Energumeni contorſio, diſruptio aut grauiſſimus cruciatus, internus viſcerum dolor, corporis ad terram alliſio, & ſuper terram volutatio, mugitus, beatus, aliique ferociſſimarum beſtiarum clamores horrendi. Alia ſordida & abiecta vt vomitus, aut excrementorum egeſtio per os & nares, Dæmoniaci odor ſulphureus, & grauis fœtor, & egreſſus Dæmonum ſub forma aranearum muſcarum, buffonum, ſimiliúmque abiectiſſimorum animalculorum.

Atque his, quæ Dæmones in ingreſſu ſuo vel ſponte, vel ab Exorciſtis coacti edunt, ſignis datis, ſi illi plures fuerint in vno corpore, omnes vt plurimùm ab eo ſimul diſcedunt, rarò enim, vel nunquam legimus vnū aliquē, aliquóſve ab Energumenis fuiſſe eiectos, & alium alióſve in eodem hæſiſſe. Præterea Chriſtianæ religionis machinæ quibus ipſi impugnantur ita ſunt eis exoſæ, vt ſi vnus aliquis in fugam vertatur, probabile vt plurimum fugari omnes: interdum enim fieri poteſt vt eorū aliqui Exorciſmis vel ſemel tētati fugā capeſſant: alij non niſi iiſdē repetitis actiùs adiurati diſcedāt, quod noſtræ ætatis docuit experientia, quâ obſeruatū eſt aliquos ſpiritus nequam

relictis poſt ſe certis indiciis diſceſſiſſe, aliis tamen ſedes ſuas in eodem homine retinentibus, qui & ipſi poſtmodùm grauioribus machinis impugnati datis ſignis egreſſi ſunt. Ideóque Exorciſtæ cum Dæmonibus congreſſuri primum ſciſcitantur quot ſint qui miſerum hominum affligunt, & quæ ſingulorum ſint nomina, nec eos adiurandi finem faciunt, donec de ſingulis parta ſit victoria, ſic enim certiſſima Energumenis reſtituitur libertas, omniſque Dæmonum ceſſat vexatio.

Quo autem pergant Dæmones ab hominibus eiecti? ſex vt plurimùm ſunt loca ad quæ ſolent diuertere. Primò quidem ac libentiſſimè ad alios homines, ſi poſſint, proficiſcuntur. Qui Artemiam Diocletiani Imperatoris filiam obſidebat à S. Cyriaco Diacono expulſus, mox in Perſidem tranſuolauit, vbi Iobiam Saporis Perſarum Regis filiam ingreſſus eſt *a*: & qui noſtris temporibus eiiciuntur, ſæpiſſimè vt alios ingredi ſibi liceat efflagitant. In hoc autem domicilij genere malos præ bonis expetunt, intelligunt enim ſe in impiis cum maiori ſuo emolumento, eorumque detrimento verſari, cùm ipſis ad gratiam reditum præcludant: bonis vero maioris gratiæ & gloriæ conſequendæ torturà ſuà præbere materiam. Poſt humana corpora reliquis locis pecora quæ humanis vſibus ſeruiunt præferunt, non tam vt beſtiis moleſtiam, quàm vt eorum Dominis detrimentum inferant. Ideò integra Legio quam ex homine eiecit Chriſtus, quia in alium, alióſve rurſus immitti ſpem non habebat, rogauit vt ſibi gregem porcorum ingredi liceret, quo obtento, cum Dominorum ſuorum damno in mare præcipitem egit *b*. Quòd ſi hominum aut pecorum habitatio Dæmonibus negetur, vt inter homines ſaltem ipſis verſari liceat, petunt loca ab hominibus habitata, vt eis aliqua ratione nocere valeant: rogauerat quoque prædicta Legio Chriſtum ne ſe expelleret extra regionem *c*, poſteà tamen ſic eum deprecata eſt [*mitte nos in porcos d.*]

a Surius tom. 4. in vita Cyriaci.
b Matth. 8. v. 31 32. Marc. 5. v. 13.
c v. 10.
d. v. 12.

Præ cunctis locis abyſſum ſiue infernum horrent Dæmones eiiciendi, non quòd extra illum conſtituti à pœnis ſuis ſint liberi, vbicumque enim ſint, ſiue in hominibus, ſiue in brutis, ſiue in ſolitudine, ſiue in aëre, ipſo quoque, ſi eo redire daretur, cœlo, igne ſuo torquentur, & quocumque pergunt, eum circumferunt. Infernum igitur abhorrent, quia in eo incluſi libidini ſuæ ad homines in terris agentes, vexandos perdendóſque indulgere nequeunt: & quia gratiſſima ſibi vagandi libertate illâ carceris neceſſitate priuantur, creaturæ enim omnes libertate gaudeant, magiſque illæ quæ excellentiores nactę ſunt naturę dotes, vt Angeli nequam, qui licèt ob peccatū ſpoliari ſint gratuitis, nihil amiſerunt de naturalibus. Neque tamen Dæmonibus inferno incluſis omnis homines cruciandi ablata eſt poteſtas, ſæuiunt enim in animas damnatorum velut conſtituti miniſtri diuinæ Iuſtitiæ.

Porrò cum Dæmones ex hominum corporibus egreſſuri petunt in aliquem mitti ex prædictis locis, caueat Exorciſta ne illorum petitioni facilè acquieſcat, nihilque concedat vnquam, quod Dei honori aut gloriæ vel modicum aduerſetur aut proximorum officiat ſaluti, etiam ſi aliàs ab Energumeno egreſſuri non putentur. Et ſi enim totius mundi incolumitas opera Dæmonum expectaretur, eorum tamen petitioni numquam acquieſcendum eſſet, ſi vel vnus homo ſalutis iacturam pateretur.

Quæres ſi alicuius impij contumacia mereretur vt ipſe traderetur Sathanæ, ſicut Corinthius *e*, itémque Alexander & Hymenæus *f* traditi ſunt ab Apoſtolo, poſsitne Exorciſta poteſtatem dare Dæmoni, vt ex alio nomine egreſſurus contumacem illum inuadat, poſſideátque. Reſpondeo hanc poteſtatem Dæmonibus dandam non eſſe niſi ab iis qui ſummum ius in ipſos habent, & qui eos quandocumque liber è corporibus humanis eiicere poſſunt: quale habuit D. Paulus, nec non D. Eligius Nouiodunenſis Epiſcopus, qui in ſuorum ſubditorum quinquaginta ſæuiendi, Dæmonibus fecit poteſtatem, quòd ſæpiùs moniti ab impiis & ſacrilegis ritibus abſtinere pertinaciter recuſarent *f*, qui tamen pius Antiſtes poſtquam iuſtum de illis ſumptum fuit ſupplicium aquâ benedictâ ipſos liberauit. Debent quoque qui aliquem tradunt Sathanæ habere ius & imperium in illum, quem ipſi tradunt; ita vt ratione officij valeant in eum animaduertere. Debet demum iis qui aliquem tradunt Sathanæ, propoſita eſſe ſpes melioris boni, vt ſcilicet hac extremâ pœnâ iuuentur, quibus leuiores non creduntur profuturæ. Et quidem ſpes illa propoſita fuit Apoſtolo circa Alexandrum & Hymenæum [*tradidi*, inquit, *eos Sathanæ vt diſcant non blaſphemare g.*] Et circa Corinthium *h*: [*Iudicaui tradere huiuſmodi Sathanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini noſtri Ieſu Chriſti*] Eadem quoque propoſita fuit S. Eligio, qui rogatus licèt, eam pœnam non relaxauit, ſed reſpondit [Diſcant priùs cui ſeruire elegerunt, antequam à tyrannide Dæmonis abſoluantur.

e 1. Corinth. 5. v. 4.
f 1. Timot. 1. v. 20.
f Andoen. vita Elig.
g 1. Timo. 1. v. 20.
h 1. Corin. 6. v. 6.

TRACTATVS DECIMVS,

DE SPIRITIBVS ET SPECTRIS VIVOS *infeſtantibus.*

TRACTATVS hic præcedentis, in quo de Dæmoniacis, eſt acceſſio. Iidem námque ſpiritus nequam, homines quos inuadere ac poſſidere nequeunt, ſpectris, variiſque terriculamentis, infeſtant & exagitant: Et quamuis nonnulla, quæ in hocce Tractatu veniunt explicanda, ex iis quæ in altero dicta ſunt à ſubtilioribus valeant intelligi; quia tamen non omnium eadem eſt animi ſolertia, aut idem acumen ingenij: plurimáque hic alias longè diuerſas, nec leues habent difficultates. Hoc etiam loco diſtinctus à præcedenti inſtitui debuit Tractatus, Scripturæ ſacræ ſtudioſo haud inutilis, quem in tres partes, ſicut & alterum tribuere placuit. Prima eſt, de iis quę ſpectant ad ſpiritus & ſpectra viuos infeſtantia. Secunda, de infeſtatione quam ipſis inferunt. Tertia de modis quibus hi ſpiritus proſcribuntur.

PRIMA PARS.

De iis quæ ſpectant ad ſpiritus & ſpectra, quibus viui infeſtantur.

ESSE quædam loca ſpirituum apparitionibus infeſta, inueniriſque quoſdam homines ſceleratos, quos quocumque pergant, huiuſmodi ſpectra exagitant, non ſolùm Eccleſiaſtica, ſed etiã prophana paſſim atteſtatur hiſtoria. Heſperij cuiuſdam domum à ſpiritibus plurimùm vexatam fuiſſe refert Auguſtinus a, his verbis. [Vir Tribunitius Heſperius, qui apud nos eſt, habet in territorio Fuſſalẽſi fundum Cabedi appellatum: vbi cùm afflictione animalium & ſeruorum ſuorum, domum ſuam ſpirituum malignorum vim noxiam perpeti comperiſſet: rogauit noſtros, me abſente, Presbyteros, vt aliquis eorum illo pergeret, cuius orationibus cederent. Perrexit vnus: obtulit ibi ſacrificiũ Corporis Chriſti, orans quantum potuit, vt ceſſaret illa vexatio; Deóque protinus miſerante ceſſauit.] Infeſtorum balneorum meminit Gregorius Nyſſenus, in quibus ſpectra tot mala intulerunt, vt nemo illorum qui noctu in ea intraſſet, manè viuus exierit, præter Gręgorij Neocæſarienſis Diaconum b, qui crucis ſigno, ac nomine Ieſu munitus, poſtquam aquâ recreatus fuit exiuit incolumis.

a Lib. 22. de ciuit. c. 8.

b In vita Greg. Neocæſar.

Plurima alia apud Autores ſacros habentur exempla, quæ receuſere laborioſum eſſet, multóque laborioſius quæ referuntur apud prophanos: duo tamen referam. Vnum eſt Neronis Imperatoris, exſecrandum hoc naturæ monſtrum, poſtquam matrem Agrippinam dicta, factáq; acerbius corrigentẽ interfecit, eũ vbique ſpiritus infeſtantes inſecuti ſunt. Nũquam, vt teſtatur Suetonius, potuit ſceleris cõſcientiam ferre, ſæpè confeſſus ſe maternâ ſpecie exagitari, atque verberibus furiarum ac ardentibus tædis. Ante eiuſdem mortem, in curia horrendum murmur & tumultũ cum magno fletu auditum eſſe, cùm tamen nullus ibi homo adeſſet, ſcribit Xiphilinus c. Inſigne eſt aliud exemplum quod refert Plinius d de ſpacioſa illa domo apud Athenas, ſed infami & peſtilenti, quã eo præſertim nomine Athenodorus Philoſophus ſibi conduxit. Hæc & alia exempla, ſicut & ipſa experientia coarguunt quoſdam ſpiritus & ſpectra eſſe, quæ certa loca, homineſque infeſtant. Et de eiuſmodi ſpiritibus malis ac ſpectris; & iis quæ ad ipſa ſpectant agitur in hac prima parte. Neque enim ſpiritus boni referendi ſunt inter infeſtantes, ſiue ſint Angelici; ſiue humani: hi enim licèt terrorem interdũ incutiant, & inferãt aliqua mala hominibus viuis, neutiũ faciunt ex odio erga homines, vel ex malo fine quẽ ſibi proponant, vt ſpiritus mali: & hoc patet vel ex eo quòd in Thermis Angularibus viſum eſſe ſpiritum cuiuſdam Paſchaſij Apoſtolicæ Sedis Diaconi recẽſet Gregor. Magnus e, his verbis: [Poſt multũ temporis, videlicet à morte Paſchaſij, Germano Capuano Epiſcopo Medici pro corporis ſalute dictauerant, vt in angularibus Thermis lauaretur: qui ingreſſus Thermas, Paſchaſium Diaconum obſequentem in caloribus inuenit, quo viſo, vehementer extimuit; & quid illic tãtus vir faceret inquiſiuit cui ille: pro nulla alia cauſa, inquit, in hoc penali loco deputatus ſum, niſi quia in parte Laurentij contra Symmachum ſenſi; ſed quæſo te, pro me Dominum deprecare: atque in hoc cognoſces quod exauditus ſis, ſi huc rediens, me non inueneris. Fecit vir Domini Germanus quod rogatus fuit, & poſt paucos dies rediit, ſed iam dictum Paſchaſium in eodem loco minimè inuenit.

c In Dione.

d Lib. 7. Epiſt. 27.

e Lib Dial. c. 40.

ARTICVLVS I.

Qui ſint illi ſpiritus, qui loca homineſque infeſtant, & quas ob cauſas.

SPirituum (vt Deum Optimum maximum qui ſpiritus puriſſimus eſt, omniumque creator ſpirituum, ob eius reuerentiam, ſacro ſilentio veneremur.) Alij ſunt Angelici; alij humani: ex Angelicis, alij ſunt boni, oempè ſpiritus cœleſtes, in tres Hierarchias, & nouẽ ordines ſeu Choros diſtincti: alij mali, puta diaboli. Ex humanis quoque, alij ſunt boni, ſcilicet beati qui Deo fruuntur, & ij quibus aliquid adhuc expiandum reſtat: alij mali, ſcilicet damnati. Ex his omnibus ſpirituum generibus, ſoli Dæmones verè ac propriè, loca infeſtare, & viuis moleſtias inferre dici poſsũt: alij impropriè tantùm, animæ damnatæ & purgandæ. De ſingulis data ſunt exempla ipſo in aditu huius primæ Partis, vt ibi præſto ſint, cùm id poſtulauerit facilior ſubſequentium intelligentia. Pro Dæmonibus quidem ſunt ſpectra, quæ Heſperij domum reddiderũt infeſtam, & balnea è quibus euaſit Gregorij Neocæſarieñſis Diaconus. Pro animabus damnatis, eſt vmbra illa quæ Athenis domum illam infamem turbabat, quam Athenodorus Philoſophus inhabitauit, & manes Agrippinę matris Neronis. Etſi enim ipſa ſola apparitionis & infeſtationis horum ſpirituum ratio, vmbram illam, iſtóſque manes damnatorum fuiſſe non arguat; quia tamen ipſi verâ fide deſtituti (vt de aliis criminibus dicatur nihil) ex hac vita diſceſſerunt, nullam eis vnquam cum beatis partem fuiſſe credendum eſt. Pro animabus purgandis, eſt Paſchaſius Eccleſiæ Romanæ Diaconus.

Dæmonum loca infeſtantium aliqui duo diſtinguunt genera, ita vt alij ſint quaſi mites & beneuoli; alij immanes ſeu truculenti. Mites volunt Lares dici, qui noctu in cubiculis, ſtabulis, aliiſque locis domeſticis verſantur & varios ſtrepitus edunt, quaſi aliquid moliãtur, & quædam ex ſe faceta agunt, nihil tamen detrimenti inferunt. Truculẽtos, Laruas nuncupant, qui familiam turbant, & exagitant. At diſtinctio hæc, non in diſtincta ſpirituum genera eſt, ſed in vnius generis diuerſa officia: nullos enim inter Dæmones mites eſſe, credendũ eſt, ſed qui nunc mites apparent, poſteà ſe verè crudeles demonſtrant; nec ipſis ſua, dum mites ſe exhibent, deeſt nocendi voluntas. Damnatorum itidem animarum duo diſtinguuntur genera: aliæ enim propter peccata actualia, quæ patrarunt, miſeræ ſunt: aliæ propter ſolum originale: Et hæ quoque certis locis moleſtæ eſſe poſſent, & ſic iuſto Dei iudicio fieri poteſt, vt immanes homicidæ ab eorum innocentium quos occiderunt ſpiritibus infeſtentur. Purgandæ quoque animæ in duplici ſunt differentia. Aliæ enim dimiſſis iam culpis, ſolas pœnas perſoluunt, quas in hac vita peccatis grauioribus contraxerũt. Aliæ leuiores etiam culpas igne purgante abſumunt: & vtræque viuorũ rebus intereſſe, eorúmque auxilia & opera quæ indigent, excitato ſtrepitu, poſtulare poſſunt.

At quodnam ex tribus ſpirituũ generibus, videlicet Dæmonum animarum damnatarum, & purgandarũ, frequentiùs rebus humanis interſit, & loca reddat magis infeſta, vel verè & propriè, vel apparẽter & impropriè ſtatuendũ eſt animas dãnatas ad viuos redire vix eſt probabile, & tantũ abeſt, vt ipſę hoc expetãt, cùm nullũ à viuis ſperent bonũ, ſiquidẽ in inferno nulla eſt redẽptio, quin potiùs hoc admodũ videntur refugere; filij enim cùm ſint ſuperbiæ, inter dãnatos haberi nolunt: vnde ſi interdum ex ſingulari Dei voluntate, ad nos redirent, hoc illis cederet in confuſionem, pœnámque, quæ grauioribus, aut occultis quibuſdã eorũ peccatis deberur, & viuis apparerent, aut vt ipſos ab eiſdem deterrerent, aut vt illos qui perditionis eorum cauſa fuerunt perterrerẽt.

Frequentiùs animæ purgandæ viuentibus apparẽt, id enim ipſæ ob eam quã ex eis ſperant ſuffragiorũ opẽ poſſunt deſiderare, piæq; eorum expectationi pro ſuo beneplacito annuit Deus qui eas vt filias chariſſimas diligit, & frequentiùs ſolet reditum illis permittere quæ ære alieno grauatæ e viuis exceſſerunt, vt illius ſcilicet reſtitutionẽ apud hæredes vrgeant. Frequentiſſimè rebus viuentiũ interſũt ſpiritus Dæmoniorum verè & propriè loca & homines infeſtant, quid enim magis expetunt quam ne infernalibus carceribus coarctentur, & humano generi quibuſcumque modis moleſtias inferant, nullámque ipſis pacem relinquant.

Atque hinc vtrũque intelligi poteſt quibus præcipue de cauſis ſpiritus illi viuos exagitẽt, cauſæ nãque iſtæ, vel ex Dei, vel ex ſpirituum propoſito repetendæ ſunt. Quoad cauſas infeſtationis ex Dei propoſito, Deus Optimus maximus vt in omnibus rebus, ita in illis infeſtationibus non niſi bonũ mortalium intẽdit à quibuſcumque tandem ſpiritibus, ſiue ipſo permittente tantum, ſiue etiam imperante illa procedat infeſtatio. Per moleſtias enim quas Dæmones inferunt, criminum grauiorum, aut etiã leniorum, in hac vita vindictã ſumit, & innocentiũ patientiã exercet. In infeſtationibus viuorum per animas damnatorum, ſi quando contingant, velut fortiſſimis machinis vrget impios, vt peccatorũ, vitæque male tranſactæ pœnitentiam agant, & dum pœnas æternas quodãmodo hominũ ſenſibus obiicit, & in iis exigit locis, vbi patrata ſunt ſcelera ſe æquiſſimum probat iudicẽ, ibi cum ſummo miſerorũ dolore ea vindicando, vbi cũ voluptate contracta ſunt. In infeſtationibus denique ſpirituũ purgandorum bonitatis & miſericordiæ ſuæ tam defunctis, quã viuentibus præbet argumenta; illis quidem quod per illas moneant viuentes, vt piis operibus pœnas peccatis ipſorum debitas redimant: His verò vt intelligant peccata ſibi eſſe cauenda, dignóſque pœnitentiæ fructus faciendos.

Cauſæ infeſtationis ex ſpirituũ ipſorũ propoſito ſunt: in Dæmonibus, quidẽ humani generis pernicies, ſicut & in animabus dãnatorũ, ſi quando redeant ad viuos: vt enim amborũ eadem ſocietas & conditio, ita eadem fere ſtudia infeliciſſimorum infeliciſſimæ, nec vllis quantumuis optimis olim in ſæculo ſodalibus aut amiciſſimis bene volunt; omnis ſi quidem voluntas damnati iniuſta eſt, ait Gregorius Magnus a. In ſpiritibus purgandis

a Lib. 18. Mor. c. 1.

vnum in omnibus actionibus & terroribus quos Infetunt per ſe propoſitum eſt, vt viuentium ope iuuentur, neqoe enim viuéntibus aliâ railone moleſti eſſe volunt, boni enim ſunt, ſuámque tantũmodo cauſam agũt.

ARTICVLVS II.

An ſpiritus etiam Defunctorum viuis appareant vt eos infeſtent.

CErtum eſt Defunctotum ſpiritûs, abſque ſingulati Dei prouidenria, viuis non apparere, tariúſque euenire, vt hanc Dei diſpenſationem obtineant. Rogabat Diues Epulo vt ad viuos rediret Lazarus, qui fratres miſerandæ ſuæ condititionis admoneret, cui Abtaham [*Habent Moyſem & Propbetas, audiant illos.* Viget Epulo putans futurum vt pœnitentiam agant ſi quis ex mortnis ad illos venerit; at optimè Abraham. *Si Moyſem & Prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent a.* Si ſacras literas conſulamus, inueniemus Deum non per animas ſeparatas, ſed potiùs per Angelos, qui ideò adminiſtratorij ſpiritus dicuntur, vt plurimùm perfeciſſe, ſi quid præter rerum ordinem fieri voluit. Verum tamen eſt poſſe & ſolere Defunctorum animas, qui in gratia obierunt, quibus aliquid adhuc purgandum reſtat diuina virtute nonnumquam viuentibus apparere. Hanc aſſertionem deridenr Athei, quia animam rationalem negant eſſe immortalem, & corpori volunt commori, more brutorum. At eorum beſtialis error iam pridem etiam ab Ethnicis Platone, & Ariſtotcle, aliíſque meliotis notæ Philoſophis proſcriptus eſt. Eam quoque improbant quidam Philoſophi qui licèt animam corpori ſuperſtitem eſſe fateantur negant tamen animas defunctorum redire ad viuos, ex eo quod, inquiunt, non poſſunt à viuis videri. Eamdem etiam acriùs impugnant aliqui inter Hæreticos, qui licet Scripturam ſacram recipiant, omne apparitionum genus exoſum habent & variis dicteriis ſugillant, quòd hâc animarum apparitione, purgatorij quam impugnant fidem, ſtabiliri animaduertant. Verùm contra omnes illos Aſſertionis noſtræ aduerſarios militat Scriptura dum varias huiuſmodi apparitiones refert.

a Luc.16. 31.

Anima Samuëlis apparuit Saüli, non magici carminis vi excitata, ſed à Deo miſſa (ipſo Saüle & Pythoniſſâ interim deceptis, dum putant magicâ id factum euocatione) ita cenſent ex Rabbinis Ahias, Saadias, & Eleazarus, nec non Ioſephus *b*: Ita etiam ex SS. Patribus Iuſtinus *c*, D. Auguſtinus *d*, qui affirmanter aſſeuerant, veram Samuëlis animam apparuiſſe Saüli, non vi carminis magici, ſed Dei Imperio euocatam, vt impium Regem corriperet, eámque ad pœnitentiam, denunciatæ mortis metu prouocaret. Stabilitur adhuc apparitio illa ex libro Eccleſiaſtici *e* in quo de Samuële dicitur conceptis verbis: [*poſthac obdormiuit & notum fecit Regi & oſtendit illi finem vitæ ſuæ & exaltauit vocem eius de terra in Prophetia delere impietatem gentis.*] Ipſemet igitur Samuël prophetauit qui mortuus erat, & ipſe vocem ſuam de terra exiens edidit, prophetans, Saülem impium populi principem moriturum. Similes apparitiones vindictæ à peccatoribus ſumendæ causâ, non raro factas referunt S S. Patres *f*.

b Lib. 6. ant. Contra Typh. d Lib. de cura pro mor. e c. 46. v. 23.

f Aug. ſerm. 117. inter editos Louanij Beda lib. 2. hiſt. c. 6. Tertul. &c.

Neque dictæ apparitionis animæ Samuëlis obeſt veritati quòd Samuël dixerit Saüli [*cras mecum eris*] Quod de vera Saülis anima videtur dici non poſſe, quia hæc in limbo erat, anima verò Saülis in inferno fuit die ſubſequenti: etenim poſſunt illa verba, vt ait Auguſtinus *k*, ad ſimilem mortis conditionem referri, quaſi dicat cras mecum eris non vnus viuentium, ſed vnus mortuorum, ſeu craſtinus tibi dies vltimus illuceſcet. Poſſunt etiam ad loci viciniam referri, limborum enim locus non longè abeſt ab inferno.

k ad q. Simpliciani.

Alia eſt apparitio Ieremiæ & Oniæ, qui Iudæ Machabæo *l* in ſomnis adſtiterunt: ſed certior eſt adhuc illa Moyſis, qui cum fuerit verè mortuus *m* apparuit nihilominus cum Chriſto in monte Thabor, idque vt veriſimilius arbitratur idem Auguſtinus, in corpore aſſumpto, & ex aëre formato. Prædictis animarum apparitionibus ex ſacra Pagina deſumptis, accedit communis ſententia Doctorum, ac SS. Patrum aſſerentium animas Defunctorum aliquando ad viuos redire, neque id niſi impudenter negari poſſe ait Auguſtinus, confirmátque exẽplo B. Felicis Nolæ Epiſcopi, quem ciuibus Nolanis apparuiſſe certiſſimis teſtibus compertum eſt.

l 2. Mach. 15. v. 12 & 14. m Deut. 34. v. 5.

Inſtant aduerſarij, in medium proferentes quoſdam ex S S. Patribus, præſertim Tertullianum, Iſidorum, Chryſoſtomum, & Theophylactum, quaſi hi conſtanter aſſerant animas Defunctorum nuſquam apparere viuis. Vt huic inſtantiæ fiat ſatis ſciendum eſt illorum Patrum ætate viguiſſe quamdam hæreſim contendentem Defunctorum animas, illorum maximè qui violentâ morte occubuiſſent Dæmones fieri, & malis deinde carminibus, ad hominibus obſequia præſtanda & reſponſa danda compelli. Huic figmento ſe ſe ſummâ vi Patres oppoſuerunt, & delirium illud ac veſaniam ſeriò confutarunt. In his diligens Iſidorus *n*, ardénſque Chryſoſtomus *o* qui rationem reddit cur Deus non permittat multos è mortuis ad viuos redire, vt videlicet occaſio fraudum erga homines, Dæmonibus præripiatur: Dicens autem Deum non permittere multos è mortuis ad viuos redire, idipſum de nonnullis licèt paucis fatetur, adimens etiam defunctis facultatem redeundi ad nos curioſarum narratiuncularum gratiâ abſolutè pro Dei gloria reuertendi licentiam non tollit: quin potiùs cùm alibi ſcribat ſpontè ſua redire non poſſe; indicat poſſe redire Dei beneplacito aliter enim fruſtra diceret, non poſſe redire ſponte ſua. Idipſum intendit Tertullianus cum illud Gentilium de loci & immaturâ, & per vim morte figmentum planè poëticum reiicit, docétque nec illorum [animas vagari donec reliquatio, vt ipſe loquitur, cõpleatur ætatũ] hánceque

n Lib. 2. Etymol. c. 8. ver. lib. 8. c. 9. o Concil. 4. de Lazar. in Luc. c. 16. Hom. 29. in Matth.

ille

ille Poëtarum licentiam refellit, cóparans eã, cum Magorum audacia, qui inanem ſuam animas euocandi potentiam arrogantius buccinant: Addirque Dei virtutem quaſdam animas reuocaſſe in documenta iuris ſui. Idem denique ſentit Theophylactus, cùm teſtatur Dæmones, neſcio quod dogma inuehere voluiſſe, de vagatione animarum in hoc orbe, cui minimè ſit aſſentiendum, quoniam animæ corpore egreſſæ ſuum certum habent locum, neque oberrant palantes & vagæ. Hoc enim loquendi modo negat tantùm animas pro arbitrio ſuo per mundum oberrare, vtpote quæ certis manſionibus ſtatim aſſignentur: impugnat enim eumdem errorem quem Chryſoſtomus. Horum itaque ſicut & aliorum SS. Patrum communis ſententia fuit, animas Defunctorum quandoque ad viuos redire & viuis apparere. Nobis autem mortalibus, quot inde commoda, quot cumulantur emolumenta? Docemur enim eo animarum ad viuos reditu animam corpori manere ſuperſtitem: Deumque non viuis tantùm, ſed & mortuis præeſſe, cuius imperio iſta peraguntur: admonemur etiam ſocietatis & communionis quæ nobis cum Defunctorum fratrum animabus intercedit: nos quoque ipſi Defuncti cúm apparent de ſuo ſtatu, quæque nobis vitæ ratio inſtituenda ſit, faciunt certiores: morientibus interdum ſe viæ comites, & ad cœleſtem patriam duces exhibent: horum monitu diuinam declinamus iram; ab his ſæpe corporum ſanitas confirmatur, & imminentia ceruicibus noſtris mala depelluntur. Ipſis quoque damnatorum iuuamur ſimulachris, per quæ fides noſtra fulcitur, fitque vt multò certius iis, quæ de ſceleratorum ſuppliciis, deque Dei iuſtitia credenda proponuntur aſſentiamur, & alienis exemplis eruditi reſipiſcamus.

ARTICVLVS III.

Quæ loca Spiritus & ſpectra citiùs infeſtent.

ETſi nulla propemodùm loca ſint quæ ſpiritus infeſtantes & ſpectra non admittant, quædam tamen ſunt eorum vexationibus magis expoſita, ac primò deſertæ & incultæ ſolitudines, vt inſinuat Iſaias *a* cùm de Idumæa in ſolitudinem redigenda ait [*Et exercent Dæmonia, Onocentaurus, & Piloſus clamabit alter ad alterum, ibi cubauit Lamia & inuenit ſibi requiem.*] Ad quæ verba Cyrillus ait [Spiritus mali libenter dicuntur in deſertis locis habitare.] Illud ipſum indicat Ioannes Apoſtolus *b* cùm deſertam Babylonem, habitationem vocat Dæmoniorum. Vnde & Chriſtus Diaboli inſultus ſuſtinuit in deſerto *c*, eiuſque deinceps exemplo tot Anachoretæ ſanctiſſimi olim quidem ante Chriſti aduentum, Dæmones infidelibus apparebant, vt perſuaderent illis Deos quoſdam in terra verſari, quibus curæ eſſent montes, rura pecora, ac quibus proinde ſacrificia eſſent offerenda, quod facilè tunc ſuaſerunt, cùm communis eſſet omnium ſenſus, Deos cum hominibus non ita paſſim conſeruari, vt coram Rege Nabuchodonoſore Magi atteſtabantur, & in animalium quæ perrarò videbantur figura conſpiciciendos & adorandos ſe exhibebant, vt maiorem ſibi reuerentiam conciliarent, rariùs viſi. At poſt Chriſti aduentum cùm iam infidelium plurimi ad fidem accederent, apud ceteros quidem infideles idem illis eſt propoſitum, apud fideles verò, præſertim Anachoretas ſanctioris vitæ ſectatores, eos à bono deterrere, & à cæleſti inſtituto totis viribus auocare: fuitque olim tanta eorum illic feritas, ait Caſſian. *d*, vt perpauci niſi qui ætate prouectiore in ſolitudine eremi receſſum, & horrorem tolerare potuerint.

Secundò iiſdem infeſtationibus magis expoſita ſunt loca humida & paludoſa, quod vtcumque inſinuare videtur Chriſtus cùm docet ſpiritum nequam ab homine eiectum, perambulaſſe loca arida & inaquoſa, nec inueniſſe requiem, ideoque ad priores ſedes reuerſum; quo ſanè argumento ex oppoſitis innuere videtur ſpiritus immundos in locis aquoſis & paludoſis requiem inuenire, ibique ſedes ſuas libentiùs figere. Hinc fit, vt apud Aquilonares ſpectra plura inueniantur, ibique flammantes ignes, quæ vel ſpectra ſunt, vel non ſine ſpectris iuxta aquas conſpiciantur, & ad aquas prouocent, vt incautos homines ſuffocare valeant. Et in Tractu Cracouienſi, ne alios percurram, infeſtus lacus ab omni piſcatione incolas prohibuit, qui & anno 1283. nouo ſpectro, de quo Cromerus *e*, factus eſt infeſtior.

Tertiò, eiſdem infeſtationibus obnoxiæ ſunt etiam ſpecus ſubterraneæ & fodinæ metallicæ, quarum vtilitatem hominibus inuident Dæmones: vix aliquam inuenies quæ ſpectrorum nomine non ſit infamis. Teſtis illa Annebergica *f* in qua ſpiritus Annebergicos operarios duodecim ampliùs flatu interfecit, quem emittebat ex rictu ſub equina ſpecie, collum oblongum & truces oculos habente, eoque caſu ab ingreſſu argenti-fodinæ feracis deterriti ſunt omnes.

Quartò, eaſdem infeſtationes patiuntur vaſtæ arces, miſerorum ſanguine & ſudoribus ſæpè conſtructæ, plurimiſque non rarò ſceleribus pollutæ. Vna eſt in confinio Finlandiæ ſuppolaris, quam vaſtiſſimus & inſcrutabilis fluuius alluit. Ad hanc ſpectra ſubinde apparent, & imminente morte Præfecti arcis, aut alicuius militum Citharœdus noctu in mediis vndis ludens auditur & conſpicitur *g*. Alia eſt Sterlingi in Scotia in qua Spiritus gementes & clamantes nocte audiuntur, ideoque mons in quo arx illa ſita eſt mons doloroſus dicitur.

Quintò, infeſtationibus ſcatent loca immani cæde olim cruentata: hoc nomine Marathonicus campus, vbi ſexcenta millia ex Darij exercitu ceciderunt, nocturnis ſpectris quondam horridus fuit. Campi Vvormacienſis ſpectra longiori oratione Trithemius proſequitur.

Sextò ſpiritus defunctorum infeſtant ſæpè loca, in quibus grauiſſimè Deum of-

a c.34. v.14.

b Apoc. 18. v. 2.

c Matth. 4. v.1.

d Collat. 7. c. 23.

e l.9. de r… bus Polon… rum circa f… nem.

f Munster… l.1. Coſmo… c.15. Genr… Agricol.

g Olaus l.… c.19. & 2…

fenderunt, ibi namque pœnas ſibi debitas ſuſtinent.

Septimò legimus infeſtata fuiſſe etiam ſæpè à ſpiritibus loca, in quibus inſignis ſanctimoniæ & pietatis homines commorari ſunt. Refert Caſſianus de quibuſdam cænobiis in quibus pauci vel octo tantùm degebant Monachi, adeò eis Spiritus nequam moleſtos fuiſſe, vt non auderent omnes eodem tempore ſomnum capere ſed viciſſim aliis obdormientibus alios Pſalm. & orationibus inhæſiſſe. Plurima huius generis ſuppeditat Palladius exempla; meritoque Fulbertus ait] ſublimiora ſtudia Diabolus ſublimioribus infeſtare non deſinit inſidiis Carnalibus namque & huius mundi amatoribus quos in præſentis vitæ voluptuoſa latitudine ambulantes competit, quaſi parcendo, blanditur; quia nimirùm de his ſecurus, ad ſpirituales ſe conuertit, & his acriùs inſtat more latronum ad prædam feſtinantium: qui dum fugientem innocuam turbam inſequuntur, quoſcumque curſu præuertunt hos tranſilientes à tergo relinquunt: in eos verò quos oculis aduertunt eminùs fugientes, in eos inquam ſtudio conſequendi vires totas effundunt, & impetu maiore proſequuntur; verumtamen ſi reliquis captis ex omni turba vnus euaſerit, ex hoc vno inter eos ſæpiùs magis fit querulosa recitatio, quàm ex vniuerſis captiuis exultatio.]

Vltimò infeſtantur à ſpiritibus loca in quibus degunt crudeles homicidæ, qui innocenti ſanguine ſe ſe contaminarunt, vel qui rei ſunt grauiſſimorum aliorum ſcelerum, eorum maximè quibus pietatis, iuſtitiæ, & religionis iura enormiter violantur: hos enim, ac immanes illos homicidas, iuſto Dei iudicio ſpectra inſequuntur & infeſtant.

Porrò licèt ſpiritus & ſpectra nulli ſint alligata tempori vt viuos conturbent, nocturnum tamen tempus ad id vt plurimum præeligunt, quod ſibi magis commodum ſunt experti, Dæmones præſertim: primò quia nonnunquam intendunt ſolum excitare tumultus, & terrorem incutere, nox autem ob ſummum illius ſilentium efficit vt ſtrepitus melius audiantur, maioremque horrorem incutiant, maximè cum à quo excitentur nequeat viſu diſcerni. Secundò quia nigricantes ſe plerumque ſpiritus exhibent, vnde & vmbræ dicuntur, nox autem efficit vt omnia propemodum nigricantia appareant. Tertiò qui Spiritus nequam vt maligni ſunt & malè agunt, tenebras quærunt. [*Qui malè agit*, inquit Chriſtus, *odit lucem*] vnde eos non immeritò [*rectores tenebrarum harum*] vocat Apoſtolus, quorum videlicet inſtituto tenebræ ſeruiunt, quæ per ſe ipſas terrorem incutiunt. Spiritus verò purgandi ad quietem noctis attendunt, quæ efficit vt nocturni ſtrepitus facilius percipiantur, & vt viui attentiores reddantur ad percipiendam indigentiam piarum animarum, quæ pœnas purgatorij patiuntur.

ARTICVLVS IV.

Qua ratione Spiritus infeſtantes inter ſe diſcerni queant, videlicet Diabolici ab humanis, & inter humanos damnati, ab iis qui purgantur.

Iſta triplicis generis Spirituum infeſtantium diſcretio, è pluribus videtur poſſe reperi. Primò ex forma ſub qua conſpiciendos ſe præbent viuentibus: ſecundò ex ſermonibus quos proferunt: Tertiò ex ſtrepitu quem excitant: quartò ex officiis quæ præſtant: Quintò, ex qualitate locorum in quibus moleſtias inferunt: Sextò, ex diuturnitate temporis quo moleſti ſunt: Septimò, ex conditione horum quos infeſtant: Octauo, accertiori modo ex adiutatione, vltimò ex moleſtiis, & damnis maliſque quæ inferunt.

Quod ſpectat ad formam, humana cunctis ſpiritibus communis eſt ſub ea ſæpè Dæmones viros pietate præcellentes vt eos de ſanctitatis arce deiicerent, aggreſſi ſunt. Quin & in Angelos lucis quandoque ſe transformant *a*, vt callidius decipiant: imò & ſanctiſſimæ Virginis, ipſiuſque Chriſti Domini, verſipelles illi in eumdem finem, ſpeciem, aliquando ſimulant. Vix tamen in iis formis conſpiciuntur, quin ſui aliquod indicium quadam humanæ formæ deformatione demonſtrent; vel in exceſſu ſtaturæ, moliſque corporeæ, vel in colore peregrino, vel in geſtus incompoſiti leuitate, quibus illos, vt ex vngue Leonem facilè deprehendes: ſæpius tamen formæ brutorum animalium, monſtrorumque Dæmones produnt vt porè ipſis familiares & propriæ: quod & diuinæ prouidentiæ ratio poſtulat, vt & ipſi ſtatum ſuum intelligant, qui ob peccatum miſerrimus eſt, & brutorum, monſtrorumque conditioni ſimillimus & vt homines agnoſcant quantum ſibi cauendum ſit à ſpiritibus illis immundis quorum etiam ſimulata forma ſummæ feritatis præbet argumentum.

a 2. Cor. 11 v. 14.

Vt ſub illis brutorum formis appareant viuis animæ quæ pœnas Purgatorij ſuſtinent, nulla ratio eſſe poteſt: hoc quippe indecens eſſet ſanctitati, & iuſtitiæ illorum; quemadmodum damnatis eſt conueniens ſub illis formis apparere, vt & ſuæ nequitiæ, & diuinæ iuſtitiæ in eiuſmodi formis præferant teſtimonium. Animæ quæ ſunt in Purgatorio, & apparent viuis, vt ipſorum iuuentur ſubſidiis, formam peregrinam non aſſumunt, ſed humanam, & vt plurimum ſimilem illi quam olim in propriis corporibus habuerunt vtpote ex qua facilius cognoſci poſſunt. Nonnihil tamen in illa humana forma, purgandis, damnatiſque ſpiritibus communi, obſeruare eſt, quo hi ab illis diſcerni queant. Nempè diſſimilitudo qualitatis in forma, quod in purgandis, niſi nox vultum obnubilet, apparet color natiuus quem viui habuerunt, & aſpectus amabilis. In damnatis verò ipſa etiam clara luce color nigricans & truces oculi.

Quod attinet ad ſermones quos ſpiritus qui viuis apparent, habent ad illos: ea poſſunt hi vel ſont occultorum reuelatorij, vel apertè mali, vel ad bonum hortatorij, vel proprij boni petitotij. Occultorum reuelatorij, ſi veri ſini & non falſi, Dæmones ab humanis ſpiritibus optimè diſtinguunt: hi enim quia ignorant, occolta reuelare nequeunt. Sermones apertè mali (qui ſcilicet in iniuriam Dei cedunt, vel proximi, vt blaſphæmiæ, diræ, imprecationes, calumniæ, mendacium, & ſi quæ alia) etſi Dæmonibus ſint familiares, tamen conoeniunt etiam damnatis Defunctorum ſpiritibus, tum blaſphemiæ in Deum quem oderunt, imprecationes in homines, qnos omnes vellent ſuatam eſſe pœnarum ſocios, tum calumniæ, quia vt & ipſi Dæmones ſummâ in viuos flagrant inuidiâ. Sermones ad bonum hortatorios quandoque vſurpant Dæmones, vt ſub ſpecie boni decipiant, quæ ratio mouit Antonium vt diceret, etiam bona conſulentibus Dæmonibus non eſſe acquieſcendum *a*. Poſſunt etiam aliquando Deo iubente Damnatæ animæ ad bonum hortari; ad quod etſi non rarò hortentur ſpiritus purgandi: his tamen ſolis verba proprij boni petitoria conueniunt. Ad nos enim redeuot vt poſtulent iuuari per ſacrificia, orationes, & opera miſericordiæ, non autem damnati omnis prorſus incapaces boni ſuſcipiendi.

b Athanaſ. in vita Ant.

Quod ſpectat ad ſtrepitus, ſonoſque: quamuis eos & Dæmones & ſpiritus humani paſſim edant, ſolis tamen Dæmonibus videntur conuenire; tum illi quos bruta animantia, hortendaque monſtra videntur emittere: ſicut enim brutorum, monſtrorumque formis obiiciunt ſe oculis, ita & eorumdem effictis vocibus aures feriunt; tum illi qni cum ingenti tumultu, tantaque corporum vicinorum agitatione fiuot, vt humanas excedant vires: ideoque nec eos humani ſpiritus valent edere, quare potiùs ſuſpirant, gemunt, lachrymantur, quæ vrgentis argumenta doloris ſunt, quem vt exprimant ad uos redeunt, vt ſic Defunctorum miſerias, mortales intelligant, eorumque exemplo edocti ſibi caueant. Inter eiuſmodi tamen ſuſpiria, gemitos & illacrymationes porgandos ſpiritus, à Damnatis diſtinguere eſt. Illi enim quamuis grauiſſimos eruciatus ſuſtineant, nulla tamen impatientiæ ſigna præbent, perfecti iam in charitate & in gratia confirmati: ſciunt enim iuſtiſſimas eſſe quas luunt pœnas, breuique fioem habituras, & æternum in gaudium conuertendas: Damnati ex oppoſito, quia licèt illa quæ pro peccatis patiuntur ſopplicia, iuſta eſſe agnoſcaor, Deom tamen qui ea iofligit implacabili odio proſequuntur; cumque nullum ex iis in omnem æternitatem finem, fructumque ſpereut, acerrimis ſummæ impatientiæ ſtimulis exagitantor, & in deſperatiooem omnis planè boni abripiuntur.

Quod attinet ad officia, quæ ſpiritus infeſtantes viuos, illis præſtant, hæc ſunt vel nefanda, vel humanas vires exeedentia, vel ludicra, vel per ſe boneſta. Nefanda, Dæmonum qui ad mares fiunt ſuccubi, ad fe-
minas incubi ſunt propria, ſicut & alia qu
vires humanas excedunt; vt ſubita mach
narum, pontium aut ædificiorum conſtr
ctio, ſaxorum ingentium à loco in aliu
locum tranſlatio & ſimilia, quibus cùm hu
manæ vires impares ſint, multoque inferio
res, ab humanis ſpiritibus fieri nequaqua
poſſuot. Ludicra, vt choreæ, geſticulatio
nes ex ſe ridiculæ & his ſimilia Dæmono
quoque videntur propria, quamuis eni
nulla vera poſſint exultare lætitia, qui à cœ
lo excluſi infernalibus & æternis addic
ſunt ſupplicijs, ipſi tamen ad qoæcumq
fingenda aptiſſimi in ludicris gaudium
mulant, vt homines quocumque modo d
cipiant: ſi eaſdem actiones edant anim
damnatæ, probabile eſt eas tunc ad id e
gi, vt communia cum iis habeant comme
cia quibuſcum communem omnis miſer
habent conditionem. Animas verò qu
purgantur, gratia & ſanctitate decorar
eiuſmodi ludicræ leuitatis & petulantiæ pl
na omni :o dedecent.

Quod ſpectat ad qualitatem locorum qu
ſpiritus infeſtant, ea ſunt vel prophana, v
ſacra, vel deſerta, vel recenti alicuius obi
funeſta, vel graui aliquo facinore pollut
Loca prophana ſpiritibus quibuſois peru
ſunt, nihil enim in illis eſt quod horom a
ipſa acceſſum prohibeat, ſiue in ipſis Chr
ſtiani, vel infideles, Catholici vel Ha
retici commorentor, hos enim omnes m
ligni ſpiritus adoriuntor. A locis ſacris nu
los ſpiritus excludere auſim, ne quidem Da
mones ipſos, propterea quod quotidie i
Templis oratori, primùm ſe aqoa luſtra
aſpergont, & fideles ante ſuom officium Mi
ſæ luſtrali aqua aſperguntur ex ſolenni ri
etiam oratione ad id inſtituta ſpecialiter
Eccleſia, ne illorom mens diabolica ſugg
ſtione aliò diſtrahator. Quin & nonnu
etiamſi ad Templa confugerint inſequent
tamen experiuntur Dæmones. Duo nob
exempla ſuppeditat Baronius. Primum eſt
Eccleſia quadam Alexandrina, quæ olim
num Idoli famoſiſſimum fuerat. Quam
enim ea à Theophilo Alexandrino con
crata eſſet, infeſtationes tamen Dæmon
paſſa eſt, donec in eamdem Reliquiæ S
Marci Euangeliſtæ, Cyri, atque Ioannis
latæ ſunt. Alterum accidit Gennadio Ep
copo Conſtantinopolitano, ante ipſius ob
tom: cùm enim is noctu ad altare ora
aſtaret, apparoit ei ſpectrum Diabolicu
qood ille protinus ſigno crucis velut imm
ſo telo in fugam conuertit; hac obteſtati
ne adhibita ſe poſt mortem eius in eamde
Eccleſiam rediturom. Neque etiam anim
damnatas à locis ſacris prorſus excluſeri
per ſe, vel alio modo pro Dei voluntate: D
ctoris illius Pariſienſis, qui horrenda voce
& accuſatum & iodicatum, & damnatum
lam in Templo & clara voce profeſſus e
perſuaſus exemplo. Alio etiam euenru da
natorum hominum ſpiritus cogi poſſun
Deo adire ſacra loca, videlicet cùm eor
cadauera in Templis ac Cœmeteriis ſep
ſunt, cumque prærerita ipſorum ſcelera
ſtulant, vt circa ſepulchra ſua oberrent
ſeri, & iuſto Dei iudicio iſtud mortali

iofelicita

infælicitatis ſuæ dent documentum. Vt plurimùm tamen damnati ſcera loca ſibi exoſa fugiunt, baud ignari ſe Eccleſiæ exorciſmis, aliiſque rebus ſacris inde potiſſimum profligari ſolitos. Purgandi verò eadem frequentius adeunt loca.

Loca deſerta & ab humanis vſibus aliena, propria ſunt Dæmonum, nam & Angelus Raphaël apprehenſum Dæmonium religauit in deſerto ſuperioris Ægypti, velut loco ſibi conuenienti, & nulla eſt ratio cur iis locis humanos ſpiritus vagari eredi debeat: omnès enim ſui aut viuorum gratia adnos redeunt, ideoque neceſſe eos verſari vbi viuentes commorantur, non in deſertis locis, & ab hominum conſuetudine emotis.

Loca in quibus poſt recentem alicuius obitum ſpectra conſpiciuntur, Deſunctorum animabus potiuſquam à Dæmonibus infeſtari probabilius eſt quia huiuſmodi loca poſt mortem ſolùm infeſta ſunt, nec vllas anteà paſſa ſunt Dæmonum moleſtias, quos ſanè non mors, ſed mores perditorum hominum adſciſcunt. Quæ autem ſint animæ illæ, Purgandæ an Damnatæ, ex anteacta vita vtcumque diſcerni poteſt: ſi enim Defunctus ſobriè, & iuſtè, & piè, vt loquitur Apoſtolus *a*, vixerit in hoc ſæculo, (ſobrietas enim nos bene erga nos ipſos, iuſtitia erga Proximum pietas erga Deum componit) & in Domino ſit mortuus, eius animam ſolis Purgatorij pœnis detineri probabile eſt, æternis verò ſi malè vixerit, aut ſi vtcumque bene viuens, tamen infeliciter expirarit. Loca graui aliquo ſcelere contaminata, & ob viuentium adhuc immane facinus horrida ſoli Dæmones infeſtant: his enim locis ſpiritus nequam maximè delectantur, quoniam ibi Deus grauiter eſt offenſus, regnoque Sathanæ perpatrati ibidem criminis cauſa, facta eſt acceſſio.

a ad Tit. 2. 12.

Quod attinet ad temporis diuturnitatem, ſi diuturnior fuerit infeſtatio, hominumque aliquot ætates ſuperet, valde probabile eſt eius authorem eſſe Dæmonem, minimè verò Purgandorum animas aut Damnatorum; hi enim eâ lege ad viuos redeunt, vt iuſtitiæ diuinæ in ſeipſis dent teſtimonium: illi verò vt ab iis iuuentur, neutrum facilè & omnimodè præſtituri, niſi eorum quibus noti ſunt aſpectibus ſe obiiciant: ideoque veriſimile haud diutiùs ipſis moleſtos futuros quàm eorum ætas permittat. Dæmones verò cùm ipſis id vnum propoſitum ſit vt ſemper viuos infeſtent id non in vnam tantùm, ſed in plures ætates vexationes huiuſmodi prorogare, eorum nequitiæ conuenit.

Demum quod ſpectat ad conditionem & & rationem vitæ eorum quos ſpiritus acriùs infeſtant; quidam ex eis ſobriè, iuſtè & piè viuunt; alij impiè: ex illis quidem certa inter ſpirituum diſtinctio peti non debet: Probi enim, & à Dæmonibus poſſunt imperi, vt S Iob, & ab humanis ſpiritibus infeſtari, tum à damnatis qui illos de ſuo miſerrimo ſtatu certos faciunt, tum à Purgandis qui eorum opem implorant. Ex impiis verò poteſt aliqua peti ſpirituum differentia licèt non abſoluta. Non eſt enim probabile bonos ſpiritus deſperatæ ſalutis hominibus moleſtos eſſe, aut inter ipſos verſari quorum ſubſidiis iuuari nequaquam ſperant; ſoli ergo ſpiritus nequam ſceleratos homines ſequuntur, inſequuntur & perſequuntur: ſequuntur vt ſocij, gaudent enim impiorum ſocietate ſpiritus nequam, inſequuntur tanquam promotores ad malum, ſatagentes vt miſeri homines miſeriores fiant & miſerrimi: Perſequuntur vt tortores; tanta enim eſt aliquorum improbitas, vt etiam in hac vita prauorum ſpirituum infeſtatione debeat vindicari: De Dæmonibus non eſt difficultas; De Damnatis animabus ſunt exempla Agrippinæ, & Galbæ imperatoris quorum Manes humana ſpecie apparentes infeſtabant, anima quidem Agrippinæ Neronem filium, ſæuumque matricidam: anima verò Galbæ, Othonem crudeliſſimum interfectorem ſuum. Dici tamen poſſet non illas animas, ſed potiùs Dæmones humanâ ſpecie quam efformauerant Neroni & Othoni apparuiſſe.

Cæterum quamuis ex illis octo rationibus iam explicatis ſpiritus inter ſe diſcerni valeant, accurata tamen eorum vt plurimum diſtinctio, coniecturis potiùs quàm certis rationibus nititur, quæ nullam patiantur exceptionem. Certior itaque modus eoſdem ſpiritus inter ſe diſcernendi, eſt adiuratio qua per Deum viuum, aut Chriſti nomen adiurantur, vt qui, qualeſvè ſint prodant, & quid velint, quaſve ob cauſas moleſti ſint ſignificent. Adiurationis vim intelligere licet ex ſacra pagina, in qua ſæpiſſimè legimus homines adiuratos mox religione erga Deum ductos, promptè & rigidè præſtitiſſe quod rogabantur & iubebantur. Quin & Chriſtus Dominus à ſummo Pontifice, impio licèt, adiuratus dicere, num eſſet filius Dei pro Patris ſui reuerentia qui ante tacuerat, ſe filium Dei eſſe profeſſus eſt. Neque Dæmones eam adiurationis vim ignorant, cùm enim quidam illorum malè ſibi à Chriſto timeret ad aſylum adiurationis confugit, aitque [*Adiuro te ne me torqueas b.*] An verò illa quicquam profuerit nouit ipſe: hoc quidem certum eſt Geraſenorum regione, quod poſtulabat, non fuiſſe expulſum. Maximas itaque vires ad ſpiritus cogendos habebit adiuratio: boni namque ex reuerentia quâ Deum proſequuntur illicò ſe, conditionemque ſuam prodent per Deum adiurati: impij verò ex terrore & timore diuinæ maieſtatis. Forma autem adiurandi duplex eſt. Deprecatoria, & imprecatoria. Deprecatoriæ vſus eſt ad ſuperiores, quibus imperare conueniens non eſt: Præceptoriæ ad inferiores in quos habemus poteſtatem: vtraque tamen in exploranda conditione ſtatuque ſpirituum vti licet: Deprecatoria quidem ad Deum & ad ſanctos, noſtros ſub Deo ſuperiores; ad Deum, vt ſua bonitate & potentia, à ſpiritibus infeſtantibus nos liberet detque diſcernere quinam ſint; ad ſanctos autem, vt ſuis precibus obtineant nobis liberationem ab illis. Præceptoria vero aduerſus ſpiritus infeſtantes, eis præcipiendo quod Deo placere viſum fuerit, maximè, vt declarent ſuam conditionem. Viui enim,

b Marc. 5. v. 7.

loquendo

loquendo de fidelibus ſuperiores ſunt ſpiritibus ioſcſtantibus, damnaris quidem abſolutè ;iis autem qui ſunt in Purgarorio, quatenus habent à Deo facultatem , illos adiuuandi.

Demùm quod attinet ad moleſtias & mala quæ ſpiritus inferunt,de iis mox agetur Articulo I. Partis ſubſequentis, & explicabitur quæ moleſtiæ propriæ ſint Dæmonum , quæ verò humanis ſpiritibus tum Damnatis,tum purgandis conueniant. Inde enim facilè intelligetur quibuſnam ex telatis moleſtiis diſcernantur Dæmones à ſpiritibus humanis , & hi inter ſe.

SECVNDA PARS.

De infeſtatione quam Spiritus , & ſpectra viuis inferunt.

EXPLICATIS iam, prima Parte huius Tractatus, iis quæ ad ſpiritus & ſpectra viuos infeſtantia ſpectant: ordo exigit vt de ipſa infeſtatione aliquid dicatur, quod fiet duobus Articulis. I. erit de triplici infeſtationum genere , & nocturnis terriculamentis. II. quid in illis agant ſpiritus humani, qoid verò tribuendum ſit Dæmonibus.

ARTICVLVS I.

De variis infeſtationum generibus, & nocturnis terriculamentis.

ETſi plurimæ moleſtiarum quas ſpiritus viuis inferunt ſint differentiæ, & genera plurima : Horum tamen aſſignari poteſt apta diſtinctio pro ratione ſenſuum quibus moleſtiæ illorum percipiuntur , vel auditu , vel viſu, vel tactu : aliorum enim ſenſuum in infeſtationibus huiuſmodi vix habetur ratio. Leuior eſt illa, quæ auditum ferit ; grauior, quæ viſum ; grauiſſima quæ tactum.

Auditum non vna moleſtandi eſt ipſis ratio, ſed variæ. Nunc ſpiritus ſolùm præſentiam ſuam leui auià inſinuant , nunc ſimulant inceſſum : nunc ſtrepitus excitant : nunc in cachinnos erumpunt : nunc ſuauiùs loquuntur : nunc cantillant : nunc edunt ſuſpiria & gemitus : nunc vociferantur & clamoribus opplent loca quæ infeſtant. Certum quidem eſt, ſi Philoſophum conſulas , veram vocem , clamorem verum veraque ſuſpiria,veros gemitus, cantus,riſus à ſpiritibus puris produci non poſſe : quia cum illa omnia ſint actiones vitales , poſtulant corpus animatum in quo ſit reſpiratio animalis , & affectum vel conceptum ſignificant:vox quidem & clamor qui eſt vox intenſa, conceptum, ſuſpiria, gemitus ; cantus, & riſus affectum : riſus præterea ridendi potentiam ſupponit , quæ rationalis animæ primaria proprietas eſt. Poſſunt tamen ſpiritus ſimilem edere ſonum non vitalem , quia ad hunc organa non ſunt neceſſaria , ſed hæc tria tan tum,nempe,corpus percutiens ; corpus per cuſſum;medium in quo ſonus recipitur.Cùm ergo ſpiritus percutientia percuſſis admo uent,ac inter ea eſt interceptus aër varia hu ius alliſione , compreſſione , & diſruption verè edunt ſonos, eiſque loqui, clamare, ſu ſpirare, gemere , cantare , & ridere videntur tamen hæ voces,clamores,ſuſpitia, gemitus cantus,riſuſque ſimulata ſunt , & conficta ſicque nunc humanas voces & affectus,nun rugitus leonum , nunc mugitus taurorum nunc ſerpentium ſibilum , nunc porcorur grunnitum,nunc lattatum canum , nunc lu porum vlulatum imitantur & effingunt, ir vt tunc aër non tantùm medium ſit per quo ſonus ad aures defertur,ſed modò percutien tis corporis, tum percuſſi ſubeat rationem vnde & contingit nonnumquam illudi au ditui à ſpiritibus,cùm ſonus ille malleis, gla diis, vel deiecta ſupellectile excitari iudica tur,qui non niſi ſolo aëre concuſſo excitatu eſt.Fit etiam aliquando vt multis præſenti bus quidam tantum ſonos ac ſtrepitus exci tatos audiant , cùm interim alij percipian nihil ; ſicut enim organum viſus, tactus , & olfactus, ne ſuis fungantur officiis, impedit poſſunt Dæmones ; ita & auditus, itavt nul lus ad iſtos ſonus perueniat , ſed ad illos tan tum.

Viſui ſe variis modis obiiciunt ſpectra modò ſub hominum ſpecie , tum brutoru animalium, idque innumeris formarum di ferentiis. Sub humana enim ſpecie modo G gantis inſtar, tum Pumilionis , tum Æthio pis Mauri aduſtæ cutis, aliiſque modis app rent : ſub ſpecie brutorum animalium mil diuerſas induunt formas : meminit D. Atha leonum, taurorum, luporum, aſpidum , ſe pentum , ſcorpionum , pardorum , vrſoru ſub quorum figuris moleſti fuere S. Antoni Magno ; ſub iiſdem quoque alios Dei ſeru infeſtarunt , puta Hilationem , Macarium Guillelmum Aquitaniæ Comitem , alioſq innumeros. Porro quibuſcumque ſub figur ſpiritus conſpiciantur , corpora tantùm ſu quæ videntur , aliqoando quidem vera viua , ſeu imperfectorum animalium qu educi poſſunt ex putri materia,& opera Dæ monum producuntur , ſeu perfectorum qu aliunde transferunt ; aliquando vera qu dem,ſed non viua, vt ſi cadauer ex patibul deponunt aut aliunde transferant:aliquand nec vera , nec viua, vt ſi quando ex aëre fo ment quod hominis, vel alicuius animant externam formam referat.ſicut enim ſpirit nequam auditui illudunt , ita & viſui , nun obiectum aliter, atque aliter efficiendo, m dò medium, interdum potentiam.

Tertia moleſtandi ratio, quæ tactu perc pitur , grauiſſima eſt , rarior tamen cæteri Spectra quidem propriè dici non poſſu tangere , nec virtute tangendi eſſe instruct carent enim principio talis tactus , nemp animo informante : ſi tamen quæſtio ſit tactu,quem Philoſophus mathematicum v cat,in eoque dicitur conſiſtere , vt inter ſp ctra,aliudque corpus nihil ſit medium,ſpi tus & ſpectra dici poſſunt tangere;fieri eni poteſt,vt inter ſpectra aliudque corpus nih

ſit medium, & vtriuſque extrema ſimul exiſtant. Moleſtia autem illa quæ operâ ſpirituum, à mortalibus tactu percipitur, plurimis contingit modis. Primò abſque vlla corporis læſione, aut doloris ſenſu, v. g. cùm ſpectra dormientes infeſtant, lecti ſiparium, & lintea abſtrahunt, aures vellicant: Secundò quando contactu minus contenti ſauciant; ſenſit has moleſtias Nicolaus Tolentinas, nunc in terram proiectus, nunc fuſtibus dirè cæſus, nunc ad angulos alliſus: ſenſit & Euphraſia virgo è tertio ſolario aliquando præcipitata, ſemel etiam in puteum deiecta, oleoque ebulliente perfuſa *a*. Tertiò, ſpiritus viuos adurunt quo autem igne, non infernali, quia illum ex inferno ad viuentes deferre non poſſunt, etſi ipſi extra infernum poſiti verè eo igne torqueantur, licet vt experientia compertum eſt, corpora quæ aſſumunt ſiue humana cadauera ſint, ſiue ex aëre formata calida non ſint, ſed ſubfrigida percipiantur. Alios ergo norunt vrendi modos, puta per titiones aut ferrum candens, aliaque quæ ignem concipiunt fouentque: vel mediis agentibus aliis, naturâ ſuâ non formaliter, ſed virtute tantùm calidis, quotum cùm vires cognoſcant, occultis, [illegible] tamen modis vſtionem efficiunt.

a Idem tom. 2.

Vnum à nonnullis recenſetur infeſtationis genus, funeſtum valde, ſcilicet nocturna terriculamenta, quandoque cum aliquo pompæ funebris apparatu coniunctæ, quæ mortem aliquotum portendere ac prædicuntur. Illorum Authores faciunt aliqui homunciones quoſdam (fortè lares domeſticos non malè dixetis) inter homines & bruta medium quid tenentes, qui nec homines verè ſint, nec bruta; ſed hoc figmentum eſt, neque enim dantur in rerum natura tales homunciones, & ſi quando viſi, credantur illuſio fuit atque præſtigium, aut certè aliqua ſpirituum nequam ſub humana ſpecie apparitio; quamuis autem eiuſmodi admitteremus homúciones tumultuos, tamen illos mortis alicuius prænuntios haud poſſent excitare, quia mortes hominum præſcire nequeunt. Cùm enim inferioris conditionis ſint quàm ipſi homines, minuſque ratione polleát, profectò cùm mortes hi præcognoſcere nequaquam poſſint, nec homunciones illi poterunt. Spiritus ergo eſſe debent qui illas excitant tertificationes: ſed difficultas eſt, quinam ſpiritus, humani, an Angelici. Quod ſpectat ad humanos, probabile non eſt eos eiuſmodi terrificationes excitare, quia ipſi tempus mortis hominum communiter ignorant, & illud ſcire ac prænunciate certò nequeunt, niſi ea diuinitus reueletur, & niſi hoc poſtulet illorum bonum, vel noſtrum ratò redeunt ad nos ſiue ſint in cœlo, ſiue in purgatorio, ſiue in inferno. De ſpiritibus verò Puerorum qui cum ſolo peccato originali diſceſſerunt, non videntur illi vllum vnquam inter viuos habuiſſe commercium. Eſto poſt extremum iudicij diem, vt volunt aliqui, terram hanc ſint inhabitaturi. Quod ſpectat ad ſpiritus Angelicos: bonos Angelos prædictorum tumultuum authores eſſe haud crediderim: etſi enim eo ſtrepitu inſtantis ſibi mortis admoneri videantur homines, eamque non ratò quibuſdam hominibus pietate claris per bonos Angelos ſignificarit Deus: quia tamen terriculamenta illa multum ferè ſemper præ ſe ferunt immanitatis quis ea concitati dicat ab Angelis benigniſſimis, & qui Dei faciem perpetuò contemplantur. Supereſt ergo vt communiter à Dæmonibus excitentur: hi enim cùm mente ſint ſagaciſſimi, & ob incredibilem ſolertiam ſingularum rerum naturas, hominumque complexionem exactiſſimè norint, poſſunt, niſi Deus obſtet, eorum quoque præcognoſcere tempus obitûs, illudque eis lubentiſſimè annuntiant duplici de cauſa; vna eſt vt eos inducant ad credendum Numen quoddam eſſe, quod eiuſmodi tumultuum author exiſtit, eique diuinum honorem impendant, quo propoſito fruſtrati non ſunt apud eos, qui Lares Deos quoſdam domeſticos arbitrati ſunt, iiſque diuinum cultum detulerunt & deferendum decreuerunt, vt de Seruio Tullio teſtatur Plinius *b*. Altera eſt, vt hac ratione fidem ſibi apud mortales comparent, habeanturque veraces, ſi quando alia prædicunt, cùm in hominum obitu iudicando non fallant, ſicque faciliùs curioſos rerum abſtruſarum indagatores, quorum hodie proh dolot! ingens eſt numerus, ad ſe pertrahant.

b l. 37. c. 1.

ARTICVLVS II.

Quid in illis infeſtationibus agere poßint ſpiritus humani, quidve tribuendum ſit Diabolicis.

CErtum eſt Dæmones per ſe, ſuiſque vitibus qualcumque recenſuimus infeſtationes & moleſtias inferre poſſe, & efficere quæcumque ad illos concurrunt, minimè verò ſpiritus humanos; ac propterea ſciendum eſt quid in illis infeſtationibus poſſint efficere animæ ſeparatæ, quæ verò earum virtutem excedant, adeoque Authores habeant ſpiritus Angelicos ſeu bonos, ſeu malos: bonos quidem ea quæ à Purgandis animabus fieri putantur, earum tamen virtutem excedunt: malos verò, ea quæ à Damnatis effici cenſentur ab ipſis tamen fieri nequeunt. Adeoque illarum adminiſtri ſint Angeli beati; harum verò Angeli nequam. Animæ ſeparatæ poſſunt virtute propria ad alia, atque alia loca tranſire, nec ad illum tranſitum indigent vllo rectore: ita Teſtatus, & accedit ratio; ſunt enim ſubſiſtentes quædam naturæ, & perfectâ intelligendi virtute pollent, ac propterea, ſi locum vbi ſunt, moleſtum ſibi, aliumque conuenientem apprehendant, & illic eſſe deſiderent, eò ſanè ſuis viribus, niſi à ſuperioti impediantur, transferre ſe poterunt, nec non ſi Deus eis permiſerit ad viuos redire.

Secundò poſſunt corpora iam formata ſibique accommodata, nec humanam magnitudinem aut proportionem excedentia mouere & circumferre, quáuis non æquè facilè ac propria quæ olim informarunt; quoniam maior eſt vis animarum informantium & mouentium, quàm mouentium tantùm & nó informantium, illa enim maximè naturalia

eſt

eſt, & ab ipſis naturæ principiis ingenita: hæc autem nonnihil violenti habet.

Tertiò, poſſunt vt plurimùm in iis corporibus ea quæ olim potuerant in propriis, præſertim in ordine ad viſum alienum, auditum, tactum; poſſunt enim videri, & viſum mouere per ſpecies quas ea corpora oculis viuentium imprimunt, poſſunt etiam excitare tumultus & ſtrepitus ea corpora aliis allidendo corporibus, ita vt inter vtraque rapius aër perſonet, vel arreptis malleis, aliiſve inſtrumentis, corpora pulſando: poſſunt & tactu doloris ſenſum, ac etiam voluptatem parere, aliaque exſequi quæ viuorum corpora in viuentibus efficiunt, non autem maiura; vnde ſi quando tam ingentes ſint ſtrepitus tam graues moleſtiæ, tantaque vi illatæ vt humanas vires ſuperent, ea ſuperioribus ſpiritibus ſunt adſcibenda, ſicut & ſubſequentia quæ humanam excedunt potentiam.

Non poſſunt animæ ſeparatæ, primò nudæ ſpecies per quas ipſæ nudæ, & ſine aſſumptis corporibus conſpiciantur, nec in aëre, nec in oculo producere tum quia ſpecies omnes rerum ſpiritualium poſſunt produci à ſolo Deo, tum quia eiuſmodi ſpecies nequeunt eſſe in aëre aut oculo corporè exigunt enim ſubiectum ſpirituale: ſed poſſunt animæ ſeparatæ repræſentare imaginationi hominum, varia & multiplici humorum compoſitione, aut commotione phantaſmatum; humani enim ſpiritus nihil poſſunt in humores, & phantaſmata aliorum hominum, vt varia humorum compoſitione, & phantaſmatum permixtione, quas velint, formas eis exhibeant; hoc enim non poterant etiam in propria quando illa informabant. Vnde non poſſunt efficere moleſtias quas in ſomno quidam patiuntur, ob varia ſimulachra variaſque formas, quæ phantaſiam occupant, cum neque vigilantibus hæc inferre valeant.

Secundò, nec poſſunt corpora ſibi efformare, aëreme ita coagmentare & condenſare vt humanam aliamve formam figuramque præſeferant, quia nec id poterant cùm propria corpora informabant, multò minùs id modò poſſunt ab ipſis ſeparatæ; vires enim, formas ſequuntur, & quò iſtæ perfectius habent eſſe, eò & vires integriores, vegetioreſque. At eſſe animarum corpora informantium perfectius eſt eo, quod habent ab iis ſeparatæ vt docet Abulenſis.

Tertiò, non poſſunt etiam animæ ſeparatæ per ſe inducere corporibus aſſumptis colorem quem habent, cum neque ipſi angeli hoc per ſe poſſint.

Quid autem poſſint Spiritus Angelici & boni & mali fuſior eſſet diſputatio à Theologis & Scholaſticis examinanda. Noſtro iam ſufficiet inſtituto obiter annotare quod Spiritus Angelici, quoſcumque homines (eos quoque quos naturæ Genios nuncupatuot) ingenij præſtantia, mentis acumine & perſpicuitate, ſcientia & viribus longè antecellunt. Nec iſta in iis qui lapſi ſunt labefactata ſunt, aut diminuta, natura ſiquidem in his adeò integra, perfectaque permanſit, ac in illis qui à ſtatu ſuo non exciderunt. Pollent vtrique ſcientiâ maximâ ob rerum omnium ſibi congenitas ſpecies, quæ ſcientiarum omnium naturalium quoddam quaſi ſeminarium ſunt, in quibus quandocumque lubet, velut in ſpeculo rerum naturas proprietateſque clariſſimè perſpiciunt. Ei ipſa experientia, & obſeruatione ab orbe condito rerum variarum, & ſtupendorum euentuum, maxima incrementa ſucceſſu temporum accepit Angelorum ſcientia.

Pollent etiam poteſtate & viribus ad effectus fidem humanam penè ſuperantes qui ad duo genera reuocari poſſunt; quidam enim immediatè ipſorum virtute & actione fiunt, idque per motum localem: quidam virtute & interuentu cauſarum naturalium. Motu locali poſſunt Spiritus Angelici (quia natura corporalis ad omnem motum eis eſt ſubiecta) ignem ex ſuperiori aëris parte in hæc inferiora dimittere, & obuia quæque concremare *a*, ventos immittere qui vaſta diruant ædificia *b*, excitare tempeſtates in mari aquis turbatis, vel concitatis ventis, homines & animalia, & quæcumque alia corpora in alium transferre locum, res præſentes illicò ex hominum conſpectu ſubtrahere & inuiſibiles reddere. Poſſunt efficere vt ſtatuæ, reſque aliæ anima deſtitutæ, more hominum incedant, & loqui videantur, vt bruta animalia ita agant, ita ſe moueant, ac ſi ratione vterentur vt corpora etiam minimæ molis ita firmentur, vt inde magnâ etiam vi adhibitâ moueri nequeant. Poſſunt concitatum fluuiorum impetum cohibere, & in contrariam partem impellere: corpora ad ſimilitudinem quorumcumque animalium efformare, eaque aſſumere: varias quarumlibet rerum formas, dapum, gemmarum, auri, argenti, cæterorumque repræſentare. Poſſunt & alia innumera portento ſimillima per motum localem efficere.

a Iob. 1. v. 16.
b v. 16.

Mira quoque poſſunt interuentu & virtute rerum naturalium applicando actiua paſſiuis ſunt enim earum virtutes mirabiles & ſtupendæ, vt pluribus exemplis docent Plinius *c*, Diuus Auguſtinus *d*, Albertus Magnus & Cardanus, quas optimè norunt ipſi Spiritus, & quibus locis res lateant, & quibus cum aliis componi, miſceri debeant, & quomodo temperari, quove tempore ad operandum opportunè adhiberi, & cum eas facillimè ac citiſſimè quocumque libuerit transferre valeant, miranda ſunt quæ earumdem adminiculo operantur, eoque magis ſtupenda mortalibus, quod quomodo hæc fiant capere nequaquam poſſunt, quamuis etiam naturaliter fiant.

c l. 2. natur. hiſt. c. 96.
d l. 21. de ciu. c. 4. & 5.

TERTIA PARS.

De modis quibus Spiritus, & ſpectra viuos infeſtantia proſcribuntur.

DARI aliquos modos quibus Spiritus & ſpectra relegantur, & loca, homineſq; sb ipſorũ moleſtiis liberantur, indubitatum eſt. Magna ſiquidẽ vis Eccleſiæ à Chriſto relicta eſt, non in homines ſolum, verum etiam in ſpiritus nequam, & ſpectra quęcumque viuos infeſtantia. Verùm antequam modos illos quos Catholica nobis ſuppeditat Eccleſia explicemus, alios quoſdam inanes & pernicioſos, quos adinuenit ſuperſtitio, confutare conuenit, vt ab his diligentius quiſque caueat, illiſque confidentius vtatur. Huius partis tres ſunt Articuli. I. eſt de falſis & ſuperſtitioſis modis, quos contra Spiritus infeſtantes valere fingunt aliqui. II. De veris modis quibus Dæmonum, & animarum damnatarum ſpectra proſcribuntur. III. Quibus modis ab infeſtatione Spirituum Purgandorum liberamur.

ARTICVLVS I.

De falſis & ſuperſtitioſis modis, quos contra Spiritus Infeſtantes valere fingunt aliqui.

MOdi iſti ſuperſtitioſi duplicis feruntur eſſe generis. Alij videntur inſeruire omnibus ſpiritibus, ſpirituumque vexationibus tollendis: Alij certis tantùm, videlicet Diabolicis, aut humanis. Priores quatuor recenſentur: nempè blaſphemiæ ac diræ imprecationes: arma externa: ignis accenſus: & oſtia obſerata Poſteriores itidem quatuor enumerantur, quorum duo tantùm Dæmonum infeſtationibus obſtaculo eſſe perhibentur; ſanguis ſcilicet innocentium effuſus, & certa quædam ſuffimenta: Alij autem duo dicuntur prohibere reditum, & moleſtias humanorum ſpirituum; nempè ſi eorum cadauera ſub foco ſepeliantur, aut fabæ nigræ in eos proiiciantur. Atque ita in vniuerſum aſſignantur octo modi ſuperſtitioſi, & per ſe inanes: omnes enim modi illi corporei ſunt, nec vlla Dei vi occultá, aut Eccleſiæ conſecratione eleuati ad hoc, vt in ſpiritus ſe Superiores agant. Id iam priori Tractatu explicatum eſt, neque vllam quis in contrarium obiicere valet experientiam; quamuis enim ab experientia haud leue argumentum ſuppeditetur in iis quæ ratione carent: in iis tamen pro quibus apertè ratio contraria militat, firmum argumentum deduci nequit, vt ex ipſa certum & indubitatum de rerum naturis feramus iudicium; communis enim Philoſophorum & Theologorum ſententia eſt, res Spirituales corporeis naturâ & virtute eſſe excellentiores, & ea quæ inferiorum ſunt virium in res virtute præſtantiores nihil habere imperij. Et ne quis incautus vlli prædictorum modorum quem audierit, videritque credat experientiæ, ſeu potiùs fraudi Diabolicæ ſingulos obiter percurram, eorumque aperiam vanitatem.

Primus modus Apollonio Thyanæo *a* familiaris, quo ſcilicet blaſphemiis conuitiis, & imprecationibus infeſtantes Spiritus diris deuouentur, inanis eſt ac temerarius: neque enim in iis, aliiſve corporeis quæ ab homine proficiſcuntur vocibus, vis vlla eſt, quæ per ſe Spiritus, quauis re corporea ſuperiores profligare valeat. Quod ſi aliquando ad illas blaſphemias & imprecationes ipſi ſiluerint, receſſerintque, aliæ eos ad id mouere rationes; Bonos quidem, quia ſicut ipſi Deum offendere nolunt, præcauent quoque ne vllam aliis, male agendi peccandique cauſam præbeant, Accedit quoad animas quæ ſunt in purgatorio, illas ab eiuſmodi blaſphemiis & imprecationibus nullum ſperare ſubſidium: Malos verò quia iſti, vt Dei offenſam admodùm expetunt, ita apud blaſphemos & incontinentis linguæ homines tumultus excitant, vt eos ad maiores blaſphemias prouocent, quin & ſubdolo illo ſilentio ſuo ac receſſu id apud alios homines innumeros aſſequuntur, vt dum & ipſi à ſimilibus moleſtiis liberari deſiderant, ad eaſdem lubentiſſimè confugiant blaſphemias. Addam tamen conuitia Dæmonibus vt potè ſuperbiſſimis ſpiritibus non poſſe non eſſe moleſta, maximè ſi iis vera fides, Deique zelus acceſſerit. Nam & viri ſancti hæc olim ſæpius vſurparunt, plurimaque hodie in Exorciſmis Eccleſiæ, frequens eſt eorum vſurpatio.

a Philoſtr. in vita eius l.4.c.4.

Secundus modus, infidelibus quondam in vſu, quo gladiis ſcilicet cæteriſque armorum generibus in Spiritus infeſtantes inſurgitur, temerarius eſt ac ridiculus: quaſi verò arma materialia ſpiritus omnis prorſus expertes materiæ poſſint lædere, aut attingere. Proſcriptus eſt iam diu ex animis, mentibuſque Catholicorum, Platonis *a*, Tertulliani *b*, Origenis *c*, aliorumque ſubſtantiam corpoream ſpiritibus tribuentium error; & ſacræ litteræ Angelos etiam malos, ſpiritua vocant imò & animas hominum, cùm dicat, [*Reuertitur puluis in terram ſuam vnde exiuit, & ſpiritus redit ad Deum qui dedit illum*,] & iterum [*caro concupiſcit aduerſus ſpiritum*] & ſimilia.

a Aug. l. 8. de ciuit. Dei c.14.15. *b* l. 16. de carne Chriſti. *c* l. 2. Periarch. c. 2. 3.

Tertius modus, quo igne accenſo abigi ſpectra omnia putarunt nonnulli, fortè quod eo tanquam ſigno infernalis ignis quo mali ſpiritus torquentur in memoriam veniat; ſed hoc etſi aliquid habeat probabilitatis, veritatis tamen habet nihil, quia ignis noſter vtpotè corporeus nec eleuatus à Deo ad torquendum ſpiritus, nihil agit in illos. Quomodo infernalis eos cruciet diſputant Theologi [miris inquit D. Auguſtinus ſed tamen veris modis ignis corporeus affligit Spiritus.] Præterea ignem noſtrum non exhorreſcunt ſpiritus damnati tanquam ſignum ignis inferni, non enim eſt propriè illius ſignum, ſicut nec quænis lancea, eius qua latus Chriſti transfixum, eſt licet omnia crux referens ſimilitudinem crucis

Chriſti

Chriſti, ſit ptoptiè ſignum einſdem ctucis Chtiſti.

Quartus modus quo obſetatis oſtiis ſpirituum infeſtantium aditus impediri dicatur, eſt planè fictitius: niſi enim ſpiritus aſſumpſerint aliquod corpus ſolidum, quid iuuabit contra ipſos obſeratis oſtiis ſe tueri? ſpiritoum enim ea eſt conditio, vt nullo corporum arceantur obiectu, ſed denſiſſima ſolidiſſimaque abſque vlla huiuſmodi corporum læſione penetrare valeant. Quod, ſi ingreſſi in aliquem locum omni ex parte occluſum videntur in corpore aſſumpto, certum eſt non taliſſe illud ſecum, ſed formaſſe ex aëre exiſtente in tali loco, quod agete valent tempote pene imperceptibili, ſicut & illud ipſum mox diſſoluere.

Quintus modus, quo effuſo innocentium ſanguine Dæmones infeſtantes expelli dicuntur, ſuperſtitioſus eſt & crudelis; ſuperſtitioſus quia nulla ratio ſuggetit vt hominum potiùs quàm brutotum, aut innocentium potiùs quàm nocentium effuſus ſanguis ſpirituum tollat infeſtationem. Numquid inculpata vita vim aliquam naturalem ſanguini tribuit? & impiotum motes ſanguinem inficiunt, vt quod hic non poteſt, ille poſſit. Crudelis eſt, quia nec priuata cuiuſquam, nec publica Magiſtratus vllius authoritate aut præcipi poteſt, aut probari iniquum illud Innocentium homicidium. Omnino igitor Dæmonis qui ab initio mundi homicida fuit *a*, illud eſt inuentum, ſanguinem innocentem contta omnia iuta poſtulantis, vt tot batbara atteſtantut humanatum victimarum ſacrificia, quibus fera illa ſanguinatia totum ferè orbem, ipſumque Dei popolum ſæpiſſimè contaminauit, de quo Regius Propheta *b*: [*Commixti ſunt inter gentes & didicerunt opera eorum & ſeruierunt ſculptilibus eorum, & factum eſt illis in ſcandalum; & immolauerunt filios ſuos & filias ſuas Dæmoniis & effuderunt ſanguinem innocentem.*]

a Ioan. 8. v. 44.

b Pſ. 105. v. 35.

Sextus modus quo ſuffimentis & herbis quibuſdam infeſtantes Dæmones fugari putantur, mendax eſt; quia qualiacumque ſint ſuffimenta illa, obiecta ſunt olfactûs, nec niſi olfactum afficiunt; at olfaciendi vis in ſpiritibus locum non habet, neque habere poteſt.

Septimus modus, quo ſpiritus defunctorum prohiberi creduntur ad viuos redire, ſi ipſorum cadauera ſub foco ſepeliantur riſu dignus eſt: Etſi enim cadauera ne viuos inficiant, ſepultura contineat, compedes tamen ſpiritibus à corpore iam liberis non iniicit, aut impedit ne ad viuos redire valeant. Diaboli igitur fraude accidit, ſi interdum cadaueribus defunctorum ſub foco ſepultis einſmodi ſpiritus non redeant vt hac arte incautos mortales verſipellis ille decipiat. Appoſita eſt hoc loco D. Auguſtini *c* ſententia dicentis, Dæmones ſeducere homines veritati deditos, rebus vanis.

c lib. 2. de doctr. Chriſ. c. 22. & 23.

Octauus ac vltimus modus nempè nigrarum fabarum iactus contra ſpirituum humanorum infeſtationem (cuius olim vſus fuit maximè apud Romanos, & Lemurium ſacrorum nomine celebratus) eodem riſu ac ſibilo quo præcedens eſt excipiendus. Varius apud Antiquos fabatum vſus fuit, ſed cum maiori ſuperſtitione coniunctus nullus, quàm qui ad ſpiritus expellendos obſeruatus eſt. Quid enim ad eos fugandos valere poteſt faba & faba nigra & priùs illius, qui vult eiicete ſpiritus infeſtantes, ad diuerſas partes verſa & mora, & ab eodem lotis anteà manibus, nudiſque pedibus cum æris tinnitu, nouieſque repetita precatione, poſt tergum proiecta?

ARTICVLVS II.

De veris modis quibus infeſtantium Dæmonum, & animarum damnatarum Spectra proſcribuntur.

QVinque aſſignantur modi quibus licitè, riteque Dæmoniorum, nec non ſpirituum Damnatorum ſpectra proſcribuntur. Primus in oratione conſiſtit. Secundus ſacrarum Reliquiarum; Tertius ſanctæ Crucis; Quartus rerum conſecratarum vſu nititur; & Quintus Exorciſmo. Primus nempe Oratio imperratorius eſt; alij operatorij, & per ſe efficaces quique ipſos directè ſpiritus infeſtantes impetunt. De ſingulis aliquid obſeruandum eſt.

Orationis vim ſacræ Litteræ innumeris in locis commendant, eamque ad Dæmones profligandos plurimum valere ipſa prima veritas atteſtatur, agens de illo Dæmoniorum genere, quod Apoſtoli eiicere non poterant, & difficile poſſeſſos dimittebat, dicenſque, *hoc genus Dæmoniorum non eiicitur niſi in oratione & ieiunio*, quod etiam de aliis minùs obſtinatis Dæmonibus qui loca infeſtant intelligi debere patet euidentet, licèt ſpiritus nequam non ita locis quæ infeſtant, ſicut hominibus quos poſſident, ſint coniuncti, vt idcirco multò difficiliùs homines, quàm loca derelinquant: Adde quòd ſacra pagina paſſim aſſeueret, oratione omnia bona obtineri poſſe, & omnia mala propulſari adeoque ſpectrorum viuos infeſtantium moleſtias. Ad quod etiam valet ieiunium & eleemoſyna quibus ipſa ſummopere iuuatur oratio. Cùm enim oratio ſit eleuatio mentis in Deum, vna eius ala eſt ieiunium, corpus quod aggrauat animam attenuans, carnemque ſpiritui ſubiiciens; altera eſt eleemoſyna quæ proximi miſeriam ſubleuando cœlum conſcendit, & ad Dei peruenit conſpectum.

Ad ſecundum modum ſpectra Dæmonum proſcribendi per ſacrarum Reliquiarum vſum, ſpectant quæ de hoc vſu dicta ſunt præcedenti Tractatu *d*: faciliùs namque ſpiritus nequam è locis infeſtis vt proximè obſeruatum eſt, quàm ex humanis corporibus expelluntur. Ad quod duplici ratione valet ſacrarum vſus Reliquiarum. Primò per ſe, quia pretioſa hæc ſanctorum pignora veluti exoſa quædam obiecta Dæmonea mouent ad fugam, Secundò quia per earum vſum Exorciſtæ

d parte 3. art. 2. ad ration. 3.

(quibus à Deo in ſpiritus illos data eſt poteſtas) ſua authoritate eos ad fugam compellunt.

Ad tertium, itidem modum, videlicet vſum ſanctæ Crucis teferuntur, quæ de hoc vſu ibidem diximus, & nonnulla tetulimus loca SS. Patrum, atque etiam exempla, quibus oſtenditur ſpiritus nequam vim & præſentiam ſanctæ Crucis ſuſtinere non poſſe, ſed ad eius conſpectum fugam capete.

Ad quattum quoque modum, vſum ſcilicet rerum conſectatarum, attinent quæ eodem loco de rebus ad Dæmones pellendos conſectatis attigimus, quæ propterea directè & per ſe valent, ad ſpiritos nequam profligandos adeoque propria ſibi ratione diſtincta à Reliquiarum, aut ſanctæ Crucis vſus. Reliquiæ enim vt pignora ſanctorum, quos Deus honorat, ac poteſtatibus tenebrarum reddit terribile; Crux verò vt index redemptionis nobis per ipſam comparatæ iuuat ad proſcribendos Dæmones; tes verò conſectaræ ad id per ſe inſtitutæ ſunt, ad quod tamen prædicta omnia, vt & exorciſmus de quo mox agitur, vt diuinæ tantùm virtutis inſtrumenta, non verò vt præcipuæ cauſæ concurrunt.

Quintus, ac vltimus modus infeſtantes Dæmones proſcribendi eſt Exotciſmus, cuius rationem Rituales libri aſſignant. Et licèt prædicti quinque modi infeſtantes Dæmoniotum ſpiritus impugnare tantùm videantur: his nihilominus etiam machinis vel parùm immutatis contra Damnatorum hominum ſpiritus fæliciter pugnari poſſe iudicabit, qui horum ſpirituum conditionem, cum Dæmonum conditione conferet.

Cæterùm quamuis illi quinque modi, omnes, ac ſinguli miræ ſine virtutis, vt contra quoſcumque ſpiritus nequam, & quas ipſi inferunt moleſtias depugnetur, ſuos tamen ſemper haud ſortiuntur effectus. Nec nouum hoc, etiam Apoſtoli, quibus plena ſuper Dæmones poteſtas per Chriſtum collata eſt vſu quorumdam illorum nihil profecerunt *a* Nil ergo mirum, ſi apud nos aliquando parùm efficiant; quæ alioquin per ſe efficacia ſunt remedia contra ſpiritus, qui homines & varia loca infeſtant; iuſtiſſima enim Dei prouidentia, ſecundum prauam Dæmonum voluntatem, nonnumquam fit vt aduerſus ſpiritus Dæmoniotum, modi illi ſuos non conſequantur effectus, vindex eſt Deus ſcelerum non in futuro tantùm ſæculo, vbi proprius vindictæ eſt locus, ſed & in præſenti, in quo etiam per Dæmonum carnificinam pœnas ſcelerum quamdiù vult, exigit, nec contra eius ſtatutum adhibitæ contra infeſtationes proficiunt machinæ; quibus & ipſi Dæmones, vt humanam perniciem omni conatu promouent, difficillimè cedunt quantum eſt ex parte ipſorum, ac etiam ex parte hominum, qui illis expellendis incumbunt.

a Marc 9. v. 18.

Si quæratur hoc loco de illis qui quoquò pergant infeſtationes à ſpiritibus patiuntur, quomodò ab illis ſe expediant, ſiue ſcelerati illi, ſiue probi vulgò habeantur. Reſpondeo, ſi ſcelerati, criminum ſummo dolore concepto, ſalutari pœnitentia ea expient, vitamque in meliùs commutent & Auguſtiſſimi Sacramenti pabulo corroborati, nec non Tutelaris Angeli muniti præſidio virtutis ſtudium, quod Dæmones exhorreſcunt, generosè arripiant, obediantque Apoſtolo dicenti. [*Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.*] Et quia mortales quamdiù peregrinantur à Domino prorſus ignorant an odio, vel amore digni ſint, propterea ij quoque quos conſcientia ſceleris non arguit, ſi quando infeſtationes Dæmonum patiantur, eodem modo, quo & alij gerere ſe debent, agnoſcendo ſe cum Publicano peccatores, quia. [*Beatus homo qui ſemper eſt pauidus.*] Quod ſi hæc aliquando neutros iuuarent, tum ad alia aduersùs infeſtationes Spirituum inſtituta remedia fidenter confugient, putà ad orationem, ſacrarum Reliquiarum, ſanctæ Crucis, rerumque conſecratarum vſum, & Exorciſmos.

ARTICVLVS III.

De modis quibus ab infeſtatione Spirituum, qui ſunt in Purgatorio liberamur.

QVia ſpiritus iſti qui igne purgante pœnas luunt hoc ſolo nomine ad nos redeunt, nobiſque moleſti ſunt, vt citius luuentur ſuffragiis, Conuenientior ratio qua ab eiuſmodi moleſtiis liberemur, erit ſi piæ illorum petitioni fiat ſatis, debitaque quamprimùm eiſdem impendantur ſubſidia, quæ ſi denegentur aut in dies protrahantur nîl mirum ſi ſpiritus eaſdem moleſtias inferre non deſinant, eiſve grauius aliquid adiiciant. Quæ verò ſint illa ſubſidia, modive quibus & Spiritus Purgandi iuuentur, & viui ab eorum perturbatione redimantur, De his aiunt Canones *a*. [Animæ defunctorum quatuor modis ſoluuntur, aut oblationibus Sacerdotum, aut precibus Sanctorum, aut charorum eleemoſynis, aut ieiunio cognatorum.] Eadem ad verbum repetit Iuo Carnotenſis *b* Epiſcopus; quibus alieni reſtitutionem quæ defunctis incumbebat, adiungit S. Birgitta & alij perſolutionem voti peregrinationis, fortè quòd hæc aliquando à ſpiritibus legantur petita, alij abſolutionem ab excommunicatione olim eis inflicta, & ſepulturam nondum illorum corporibus exhibitam. Alij Cereos & lampades accenſas: De ſingulis aliquid dicendum.

a 13. q. 2.

b lib. 5. c. 129.

Primus igitur modus, primumque ſubſidiũ quo ſpiritus Purgandi à pœnis ſuis, & viui à moleſtiis illorum liberantur, eſt auguſtiſſimũ Miſſæ ſactificium, quod quidem præ reliquis ſubſidiis principem tenet locum. Maximum iuuamen animarum eſſe ait Cyril. Hieroſol. oblationem ſancti illius & tremendi, quod in altari poſitum eſt ſactificij; quin & huius prognoſtica veteris legis ſacrificia defunctis olim profuere, vt patet ex illo quod interfectis obtulit Iudas Machab. ex quo D. Aug. probat noſtrũ nouę legis ſactificiũ prodeſſe mortuis.

Supremum hoc leuamen animarum ex

Apoſtolica profectum traditione arguunt Liturgiæ Iacobi Apoſtoli, & Marci Euangeliſtæ, quæ & mortuorum quoque neceſſitates Deo commendant. Idipſum probant antiqui Patres. Clemens Romanus ait. [Pro fratribus qui in Domino mortui ſunt offerte in Eccleſiis veſtris.] D. Chryſoſtomus. [Non fruſtra ab Apoſtolis ſancitum eſt, vt in celebratione venerandorum myſteriorum, memoria fiat eorum, qui hinc diſceſſerunt.] D. Auguſtinus. [Hoc à Patribus traditum vniuerſa obſeruat Eccleſia, vt pro iis qui in Corporis & ſanguinis Chriſti communione defuncti ſunt, cum ad ipſum ſacrificium ſuo loco commemorantur, oretur, ac pro illis etiam id offerri commemoretur.] Vt S. Iſidorus *a* [Sacrificium pro fidelium requie, vel pro iis orare, quia per totum orbem cuſtoditur credimus quod ab ipſis Apoſtolis traditum ſit.] Tanta autem religione traditionem hanc Apoſtolicâm ſeruabant maiores noſtri, vt ſacrificium illud non tantum ipſo defuncti dormitionis die offerrent, ſed & tertio, & nono, & quadrageſimo, & anniuerſario oblationem illam repeterent, teſte Damaſceno. Quadrageſimi diei mentionem facit Ambroſius *b* cùm de obitu Theodoſij ait. [Eius ergo Principis & proximè conclamauimus obitum, & nunc quadrageſimum celebramus, aſſiſtente ſacris altaribus Honorio Principe, qui ſicut Ioſeph Patri ſuo Iacob quadraginta diebus humationis officia detulit: ita & hic Theodoſio Patri iuſta perſoluit.] Anniuerſarij meminit Tertullianus, & Gregorius Nazianzenus. Neque grauiori in aliquem pœna antiqui Patres animaduertebant, quàm ſi ſacrificio Miſſæ defunctum priuarent, vt docet Cyprianus his verbis: [Anteceſſores noſtri Epiſcopi ſalubriter cenſuerunt, ne quis frater excedens, ad tutelam vel curam Clericum nominaret: Et ſi quis hoc feciſſet non offerretur pro ipſo, nec pro dormitione eius ſacrificium celebraretur. Neque enim ad altare Dei meretur nominari in Sacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotes & miniſtros ſuos Leuitas auocare voluit.]

a l. 1. de Eccleſ. offic. c. 18.

b Lſerm. de Defunct.

Secundum animarum ſubſidium eſt Oratio, ita frequens in Eccleſia Dei, vt tremenda myſteria numquam celebrentur niſi Defunctorum qui in Domino obierunt fiat commemoratio: Nec Horæ Canonicæ vſquam recitentur, niſi & illis per miſericordiam Dei expetatur requies. Numquam à menſa ſurgitur, niſi & pro eiſdem Deus rogetur. Si quem ex hac vita migraſſe audiamus, vt animæ ipſius bene velit Deus illicò precamur. Et ſi quando ſermo de Defunctis incidat, diuinam ipſis pacem & delictorum indulgentiam exoptamus. Hæc quotidie Catholici Maiorum instructi præceptis [Oportet diligenter orare pro mortuis] aiebat Clemens Apoſtolorum Diſcipulus, & Cyrillus Hieroſolymitanus [Pro omnibus oramus qui inter nos vita ſancti ſunt.] Et D. Chryſoſtomus ſi voluerimus mortuo benefacere preces pro illo faciamus continuas] & alibi [Nec fatigamur mortuis auxilium ferre, preces pro illis offerentes] idipſum alibi plurimi SS. Patrum.

Tertium Defunctorum iuuamen ſunt Eleemoſynæ, quarum etiam in lege veteri fuit vſus. Tobias enim iunior iubetur à Patre panem & vinum ſuper ſepulturam iuſti conſtituere *c*, non quidem vt animas Defunctorum aleret, quod ſana mens haud cogitat, ſed vt pauperes iis refecti cibis, animas illas lubentiùs Deo commendarent. Aliquos in Noua lege Patres de eo animarum ſolatio loquentes audiamus [Oportet pro mortuis Eleemoſynas dare] ait S. Clemens Romanus *d*. Et D. Chryſoſtomus [iuuetur mortuus non lachrymis, ſed precibus & eleemoſynis] Pammachium commendat Hieronymus, quòd vxoris ſuæ ſanctam fauillam, oſſaque veneranda Eleemoſynarum balſamis rigauit, ſciens ſcriptum [ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis] Duplex autem fieri poteſt eleemoſyna pro defunctis, vna quam quis facit proprio motu ex charitate erga defunctum: Altera quæ ex commiſſione fit defuncti, qui adhuc in viuis conſtitutus, ſalutis ſuæ cauſa pecuniam aliquam iuſſit ab hæredibus dari pauperibus poſt obitum ſuum, ad promptiorem animæ ſuæ redemptionem à pœnis, poſt obitum egenis elargita, pœnam Purgatoriam redimat. Priori modo collata eleemoſyna niſi ab eo fiat qui ſit in gratia, parum proficit: quod enim ex gratia & charitate ortum non habet, abſolutè Diuinæ maieſtati gratum non eſt, tametſi ex mera liberitate eiuſmodi opera, moraliter tantùm bona ſæpe remuneret miſericors Deus. Quæ verò poſteriori modo fit eleemoſyna, nihil ei de valore deperit quantumcumque ſceleratus ſit, qui ex pia defuncti voluntate eam largitus eſt, neque enim illorum ſunt eleemoſynæ qui proximè ipſas erogant, ſed Dominorum qui de propriis facultatibus eas tribuunt, donantque.

c Tom. 4. v. 18.

d Epiſt. 1. Iacob. fra

Quartum, pro defunctis pœnarum leuamen eſt ſuſceptum pro eis ieiunium, quod ſubindicat Apoſtolus cùm ait [Quid baptizantur pro mortuis ſi mortui non reſurgunt] id eſt in vanum affliguntur illi ieiuniis vigiliis, cæteriſque pœnis corporis; Id enim ſonat illa baptizandi particula, vt conſtat ex illis Chriſti verbis imminentem ſuam paſſionem baptiſmum appellantis. [*Baptiſmo habeo baptizari & quomodo coarctor donec perficiatur.*]

Quintum animarum ſubſidium ex S. Birgitta eſt alieni quæ illis incumbebat, reſtitutio; quam ſi ſeorſim attendamus, inueniemus illam inter ea ſuffragiorum genera quibus defuncti iuuantur propriè haud eſſe reponendam. Vel enim defuncti cùm viuerent, aliena reſtituere potuerunt, ſed noluerunt, & ita ſalutis iacturam fecerunt, iuxta illud Diui Auguſtini, omniumque Theologorum axioma, non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum; vel nullo modo reſtituere potuerunt, & ſic vacant omni culpâ, quia ad impoſſibile nemo tenetur, vel hæredibus ſuis mandarunt, & bonâ fide, omnique ſtudio prouiderunt, vt ipſi poſt mortem reſtituerent; tuncque ſi reſtitutio ſecuta non ſit,

omnis hæredum non Defunctorum culpa eſt. Quod ſi negligentius eiſdem Hæredibus reſtitutio demandata eſt, ita tamen vt ea negligentia mortifera non ſit, defuncti non damnabuntur propter reſtitutionem non factam ab hæredibus, ſed detinebuntur ſolum in purgatorio, & ibi expiabuntur iuxta Dei decretum: & abſurdum eſt dicere, non liberandos, à pœna donec reſtitutio fieret. Nihilominus alieni pro defunctis reſtitutio, illos iuuare poteſt, ſuffragiique pro ipſis tenere locum, ſi pietatis ſtudio ab hæredibus fiat, eaque intentione, vt iis quorum nomine fit, cedat in pœnarum ſolatium.

Sextum ſubſidium prò animabus defunctorum eſt perſolutio voti peregrinationis, de qua perſolutione par eſt ratio eam numerandi inter ſuffragia pro defunctis ac de reſtitutione alieni, quæ eiſdem defunctis incumbebat. Certum quidem eſt eos peccare qui quas Deo vouerunt peregrinationes, non perſoluunt; *Diſplicet enim Deo infidelis & ſtulta promiſſio.* Et ſi iis nundum perſolutis illi ex hac vita diſcedant, eorumque culpa id acciderit, pro qualitate eiuſmodi culpæ reatus eſt, & pœna: ſi enim culpa mortifera eſt, deſperata eſt eorum ſalus; ſi venialis, pœnis purgatoriis expiabitur. Hæ tamen pœnæ ſicut aliis paſſim pietatis operibus poſſunt redimi, poterunt & ex peregrinatione in eum finem à viuis ſuſcepta; maximè quia peregrinationes, abſque graui corporis moleſtia non fiunt, & cum orationibus ſemper coniunctæ ſunt, & vtraque defunctis proſunt admodùm. Atque hæc forſan eſt cauſa, cur quædam animæ, peregrinationes pro ſe fieri poſtulent, quod ſcilicet hîc plures rationes quibus iuuentur, vt plurimùm concurrunt, non verò quod aliàs ad optatam requiem nequeant peruenire.

Septimum, animarum quæ ſunt in Purgatorio ſubſidium, eſt abſolutio ab excommunicatione quam olim in vita incurrerunt. Octauum verò eſt ſepultura inſepultis earum corporibus exhibita. Illo ſiquidem ſpirituali, hoc corporali earum neceſſitati ſubuenitur.

Quod ſpectat ad Excommunicationis Cenſuram eam plurimùm viuentibus obeſſe certiſſimum eſt. Audiendus hac de re D. Auguſtinus. [Nihil, inquit ſic debet formidare Chriſtianus, quàm ſeparari à corpore Chriſti, ſi enim ſeparatus à corpore Chriſti, non eſt membrum eius, ſi non eſt membrum eius, non regitur à ſpiritu eius, *quiſquis autem*, inquit Apoſtulus *Spiritum Dei non habet, hic non eſt eius.*] Noxia eſt etiam Excommunicationis ſententia defunctis; tum in honore, pij enim omnes eos in quos lata eſt, exoſos habent; tum in corpore, quod ſacrâ cæteriſque communi priuatur ſepulturâ; tum in anima, cui viuorum ſuffragia, aliaque ſubſidia ſpiritualia ſubtrahuntur. Non tamen eiſdem in eo officit, vt inter viuentes errare cogat eos, qui hoc anathematis vinculo conſtricti expirarunt. Poſſunt namque aliqui eorum (qui ſi aliquam Excommunicationi dedere cauſam, eam alioſque lapſus perfectâ pœnitentiâ prorsùs expiarunt) meritis ſuis id poſtulantibus, mox ad ſuperorum ciuium admitti conſortia. Poſſunt & alij demeritis hoc exigentibus, æternis carceribus, aut purgatoriis locis ita concludi, vt omnis ad viuos reditus ipſis prohibeatur. Poſſunt & iſti licet crimine ſuo, iuſtam cauſam dederint excommunicationi, illud expurgare. Fieri tamen poteſt, vt quiuis ex illis Excommunicatis poſt fata appareat viuentibus, eiſque moleſtiam inferat, Deo id ita permittente, vel ea de cauſa, vt hi, quod in contumaces vibrat Eccleſia Excommunicationis fulmen reformident. Poteſt etiam iis abſolutionis beneficium impendi, quod tamen per ſe non præſtat hoc defunctis vt quiete fruantur, ſed vt ſuffragiis viuorum iuuentur, & à pœnis quæ alias diuturniores forent citius liberentur. Plurima circa hanc materiam SS. Patres habent exempla, vnum proferam ex Gregorio Magno, qui refert duas fœminas, genere nobiles profeſſione religioſas, ob incontinentiorem linguam à S. Benedicto excommunicatas paulò poſt mortuas, atque in Eccleſia ſepultas quas diuinà vltio ſecuta eſt, quam his verbis deſcribit idem Gregorius: [Cum in Eccleſia Miſſarum ſolennia celebrarentur, atque ex more Diaconus clamaret; Qui non communicat det locum: nutrix earum, quæ pro iis oblationem offerre conſueuerat, eas de ſepulchris ſuis progredi & exire videbat, quod cum ſæpius cerneret, ad memoriam reduxit quæ vir Dei S. Benedictus, ſcilicet illis adhuc viuentibus mandauit, eas quippe communione ſe priuare dixerat, niſi mores ſuos, & verba corrigerent. Tunc ſeruo Dei cum graui mœrore indicatum eſt, qui manu ſua protinus oblationem dedit dicens. Ite, & hanc oblationem pro iis offerri facite, & vlterius excommunicatæ non erunt. Quæ dum oblatio pro eis fuiſſet immolata, & à Diacono iuxta morem clamaretur, vt non communicantes ab Eccleſia exirent, illæ exire ab Eccleſia vlterius viſæ non ſunt.]

Quod attinet ad ſepulturam reſiduis animarum córporibus exhibendam, certum eſt eas deſiderare, vt quæ olim fouerunt corpora terræ mandentur. [Antiqui illi iuſti, inquit Auguſtinus, dum viuerent, de ſepeliendis ac transferendis corporibus ſuis filiis mandarunt: & mortui vtrum ſepulta ſint, vel inſepulta non curabunt?] Falſum tamen eſt animabus defunctorum ad ſedes ſuas aditum non patere, nec requiem dari donec earum corpora ſepulturæ fuerint demandata. [Quis, inquit idem Auguſtinus, cor Chriſtianum his poëticis, fabuloſiſque figmentis inclinet, cum Dominus hortetur Chriſtianos ne timeant eos qui occidunt corpus, & poſtea non habent amplius quid faciant?] Itaque qui ex hac vita in lethali Dei offenſa excedunt, mox ad æterni ſupplicij loca rapiuntur, neque id inſepulta eorumdem cadauera prohibent. Qui verò piè in Domino moriuntur, nec vllæ eis maculæ eluendæ reſtant, mox ad cœlos tranſuolant, nec inhumata corpora fœlicitatem ſuſpendunt. Qui verò aliquid expiandum habent, à gloria quidem aliquantulum arcentur non tamen ob negatam ſepulturam, nec hanc potiſſimum vrgent, dum ad viuos redeunt.

Miſerrima

Miſertima ſanè foret ſanctorum conditio ſi quando eorum corpora ſepulturâ carent, ſpiritus eorum à diuino conſpectu prohibeantur, & errare inter mortales cogantur, cum ipſorum plurimi feris obiecti; alij in altum mare demerſi, alij in cruces, & rotas acti volucribus in eſcam ceſſerint. Quid quod non pauci in cineres redacti, in ventos diſperſi ſunt? Poſſent etiam ſummæ crudelitatis argui Magiſtratus, dum quoſdam ſepulturâ iubent eſſe priuatos. Negandum tamen vniuerſim non eſt, defunctorom Spiritus, eorum maximè qui iam Deo fruuntur, vel ſepulturæ, vel honeſtioris ſepulturæ obtinendæ gratiâ quandóque ad viuos redire. Exemplo ſint Michæas, & Abacuc Prophetæ, qui Sebeuno Eleutheropeolos Epiſcopo apparuere, ſuiſque corporibus decentiorem petiere loculum. Idem pro ſe, & pro Martyre Stephano, & Nicodemo, expetiit Gamaliel à Luciano Presbytero. Barnabas hoc nomine moleſtus fuit Anthemio Salaminę Epiſcopo & Thyrſus cũ quadraginta Martyribus Pulcheriæ Auguſtæ Theodoſij Imperatoris Sorori. Aliique quorũ mentio apud Boſium.

Deniqoe aliquod etiam animabus defunctorum ſubſidium conferre dicuntur accenſa luminaria. In funere Virginis Deiparæ ardentes faces, cereóſque perlatos eſſe teſtatur Nicephorus *a*. Lampadum quoque, & cereorum meminit Hieronymus *b*, dum illuſtrem funeris Paulæ deſcribit formam his verbis: Psola tranſlata Epiſcoporum manibus, & ceruicem ferethro ſubiicientibus, cum alij Pontifices lampades, cereóſque præferrent, alij choros pſallentium docerent.]Et hæc lumina accenſa pompam funebrem exornantia egregia ſunt pietatis argumenta, quibus viui amorem ſuum erga defunctos teſtantur, quia & eorum pœnas ex fine propter quem geſtant hos cereos, ſubleuare poſſunt, pura ſi ad Dei honorem accendantur, & vt ſacrificium miſſæ; aliæque ceremoniæ Eccleſiaſticæ ritè peragantur. Sic enim aliquam holocauſti rationem induunt. Præterea quicquid à Chriſtianis boni ſuſcipitur, poteſt, ſi ipſi velint, nullumque obſtet peccatum, in defunctorum deferri iuuamen, & pœnarum ſolatium.

a Lib. 2. c.
b Epiſt. 22. 13. ad Euſt tom. 2.

CLAVIS DAVID

LIBER TERTIVS.

QVÆCVMQVE AD LIBROS CANONICOS, Apocryphos, & Pſeudepigraphos, ſpectant ſeriò diſcutiens.

PRÆFATIO.

CVM tot tantíſque, à lapſu primi parentis mortales circumfuſi ſint ignorantiæ tenebris, vt cæcutientes mentis oculos in illum Diuinæ lucis ſplendorem, in quo ſumma, veráque hominis felicitas conſiſtit, attollere nequaquam poſſint: communem hanc noſtræ naturæ corruptæ caliginem miſeratus Deus præſentiſſima cæcitati noſtræ contulit remedia, quorum potiſſimum eſt Diuinum illud lumen, per ſacra Scripturarum oracula in libris Canonicis reuelatum; cuius radij inter obſcuros huius viæ, ac vitæ calles planum & expeditum ad æternam beatitudinem iter oſtendunt.

Et ne vlla ignotæ linguæ, aut peregrini idiotiſmi difficultas, vel abſtruſi ſenſus obſcuritas ſplendorem illum, in ſacris Codicibus coruſcantem, Lectorum animos obnubilaret, acciuit Deus in Eccleſiam ſuam non paucos ex diuerſis nationibus Interpretes, qui Diuinas vtriúſque paginæ Scripturas, in præcipuas gentium linguas verterent: ex quibus velut ex agro pingui, cui benedixit Dominus, Chriſtianus populus ſpiritualia in dies ſuſcipit alimenta, & ad omnes animi ſui morbos curandos, tanquam ex medico horto ſaluberrima depromit pharmaca. His tamen ſua ſubdolè inimicus homo nunquam deſiit ſuperſeminare zizania, & nothos ſubinde libellos ſupponere per ſuos aſſeclas, qui abſque vlla fronte in eorum frontiſpiciis inſignium Authorum inſcriptiones appoſuerunt, vt hoc impoſturæ genere, perfidis ſuis Operibus fidem aliquam conciliarent, & incautos Lectores ad eorum lectionem allicerent; pro alimentis excrementa, venena pro antidotis, fraudulentâ manu porrigentes.

Et ad hæc mala præcauenda, illáque bona conſequenda, ſuam vtique noſtra hæc Clauis Dauid, Scripturæ Diuinæ intelligendæ accommodata, nauare debet operam: neque enim ſacræ Paginæ perſcrutandæ ſtudioſus ignorare poteſt librorum Canonicorum ab Apocryphis, vel Pſeudepigraphis diſcrimen; aliáve quæ circa ipſas cuiuſque generis ſcripturas, præſertim Canonicas, vulgò obſeruari debent.

Scripturarum, ex quibus totum Bibliorum Codicem coaluiſſe vllus vnquam

aſſeruit, communis diſtributio eſt in Canonicos, Apocryphos, & Pſeudepigraphos, de iis igitur, maximè de Canonicis, Tertius hic liber ediſſeret; & ea quæ ad ipſos ſpectant, ſeriò, breuiſſimè tamen examinabit. Et quia in ipſis libris Canonicis ſæpè fit mentio aliorum librorum, ſcripturarum, voluminúmque, quorum notitia ſæpiſſimè perobſcura eſt. (Quis enim animo non hæreat, vbi occurrit liber bellorum Domini a, Iuſtorum liber b, liber legis regni c, ſcriptura domus Iſraël d, volumen volans e, Chirographum decreti f, aliud-ve ſimile ſcripturæ genus) Iſta quoque hoc loco veniunt explicanda. Id totum fiet decem Articulis. Primus eſt qui ſint libri Canonici. Secundus, qui Apocryphi. Tertius, qui Pſeudepigraphi. Quartus, à quibus Autoribus, & quâ linguâ primum conſcripti ſint ſinguli Canonici. Quintus, quomodo ab Eſdra poſt conflagrationem Templi reparati, veráque Iudæorum Kabala ſcripto reſtituta. Sextus, de originalis textus, ac Hebræorum Codicum auctoritate. Septimus, de translatione ſeptuaginta Interpretum, ac aliis quinque verſionibus. Octauus, de vulgata editione Latina. Nonus, de Chaldaica paraphraſi veteris, & ſyriaca verſione noui Teſtamenti. Vltimus de variis libris, ſcripturiſue quarum ſit mentio in Scriptura Canonica.

a Num. 21. v. 14.
b Ioſ. 10. v. 13.
c 2. Reg. 1. v. 18.
d 1 Reg 10. v. 25. Ezech. 3. 7. 9.
e Zach. 5. v. 1
f Coloſſ. 2. v. 14.

ARTICVLVS I.

Qui ſint libri Canonici.

LIbri Canonici ſunt, qui in Canonem ſeu Catalògum ſacrorum librorum olim à Iudæis, ac poſteà ab Eccleſia Catholica relati ſunt; quique eum quem in fide & moribus ſequi debemus Canonem ac regulam continent, & quibus non firmiſſimè credere impium eſt. Horum autem Scripturæ librorum duplex eſt Canon; alter Iudæus ſeu Hebræorum; alter Eccleſiæ Catholicæ. Prior ab Eſdra, ſeu eo aſſiſtente, à concilio Sacerdotum, ex viginti duobus libris, iuxta numerum viginti duarum litterarum Hebræi Alphabeti, eſt exactus, & in Arca repoſitus: de his audi Hieronymum: [Quomodo viginti duo elementa, inquit, ſunt per quæ ſcribimus Hebraïcè, quod loquimur, & eorum initiis vox humana comprehenditur: ita viginti duo volumina ſupputantur, quibus quaſi litteris, & exordiis in Dei doctrina, tenera adhuc lactans viri iuſti eruditur infantia; atque ita fiunt pariter veteris legis libri viginti duo, id eſt, Moyſi quinque; Prophetarum octo; Hagiographorum nouem g.] Horum autem viginti duorum voluminum, primum eſt Geneſis, Secundum Exodus: Tertium Leuiticus: Quartum numeri: Quintum Deuteronomium: Sextum Ioſuë: Septimum liber Iudicum, & Ruth: Octauum liber primus & ſecundus Regum: Nonum tertius & quartus Regum: Decimum Iſaias: Vndecimum Ieremias: Duodecimum Ezechiel: Decimum tertium duodecim Prophetæ minores: Decimum quartum Pſalterium: Decimum quintum prouerbia: Decimum ſextum Iob: Decimum ſeptimum Daniel: Decimum octauum Eſdras: Decimum nonum Paralipomenon: Vigeſimum Eſther: Vigeſimum primum Eccleſiaſtes: Vigeſimum ſecundum Cantica Canticorum.

g Hieron. præfat. in lib. Regum.

His poſteà Hebræi Helleniſtæ iuxta numerum viginti quatuor litterarum Alphabetici Græci addiderunt Tobiam, & Iudith. Cæteri autem veteris Teſtamenti libri deinceps conſcripti, etſi in Canonem Hebræorum relati non ſint, nec in Arca reconditi, in magna tamen veneratione apud ipſos, tanquam auctoritatis Diuinæ, habiti ſunt, vt patet vel ex ipſo Dedicationis feſto, quod Chriſtus Dominus ſua dignatus eſt honorare præſentia h, quod quidem feſtum à Iuda Machabæo, vt fatentur Caluinus & Beza i, inſtitutum eſt k: & de ea inſtitutione fidem facit ſolus Machabæorum liber primus.

h Ioan. 10. v. 23.
i In c. 10. Ioan.
k 1. Machab 4 v. 55. & 5

Canon Eccleſiæ Catholicæ, eſt ille qui in Concilio Carthaginenſi ſub Siricio Papa ſtatutus eſt, circa annũ *Chriſti* 397. Huic Concilio ducenti Patres interfuerunt, eique 40. & 4. ſubſcripſerunt Epiſcopi; è quorum numero fuit D. Auguſtinus; & in eo librorum Canonicorum vtriuſque Teſtamenti decreta eſt Nomenclatura, his verbis: Sunt autem Scripturæ Canonicæ, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ieſu Naue, Iudicũ, Ruth, Regum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Iob, Pſalterium, Salomonis libri quinque, libri ſexdecim Prophetarum, Iſaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel, &c. Tobias, Iudith, Eſther, Eſdræ, libri duo; Machabæorum libri duo; Noui Teſtamenti Euangeliorum libri quatuor; Actuum Apoſtolorum liber vnus; Epiſtolæ Pauli quatuordecim; Petri Epiſtolæ duæ; Ioannis Apoſtoli tres, Iacobi Apoſtoli vna, Iudæ vna; Apocalypſis Ioannis liber vnus.] Vbi veteris Teſtamenti ſunt volumina 44, Noui verò 27. Eoſdem planè libros recenſet D. Auguſtinus; nec non Innocentius primus, anno 402. ad ſummum aſſumptus Pontificatum l; atque etiam Concilia Oecumenica Florentinum & Tridentinum; & præ multis beneficiis quæ Eccleſiæ Catholicæ contulit poſtrema hæc Synodus, id imprimis enumerãdum videtur, quòd inter tot Latinas editiones Diuinarum Scripturarum, ſolam veterem & vulgatam, quæ longo tot ſæculorum vſu in Eccleſia probata fuerat, grauiſſimo decreto authenticam declarauit: cuius enim tãta ſemper fuit autoritas, vt qui in ipſa libri

l Epiſt. 3. ad Exuper.

continentur, partim es S. Hieronymi tranſlatione, vel emendatione ſuſcepti ſint: partim retenti ex antiqua quadam editione Latina, S. Hieronymus communem & vulgatam, S. Auguſtinus Italam, S. Gregorius Veterem tranſlationem appellat, de cuius ſinceritate & præſtantia, præclarum S. Auguſtini extat teſtimonium, libro ſecundo de Doctrina Chriſtiana, vbi Latinis omnibus editionibus, quæ tunc plurimæ circumferebantur, Italam præferendam cenſuit. Porrò ex omnibus his libris Canonicis, alij Protocanonici nuncupantur, alij Deuterocanonici vocantur.

Protocanonici ſunt, quos ab initio nemine obſiſtente, pro Canonicis Orthodoxa ſuſcepit Eccleſia; & hi ſunt Pentateuchus, Ioſuë, Iudicum, Ruth, libri quatuor Regum, duo Paralipomenon, duo Eſdræ, Iob, Pſalterium, Prouerbia, Eccleſiaſtes, Cantica Canticorum, Iſaias, Ieremias, (ſub quo Baruch eius ſcriba à SS. Patribus cóprehenditur a.) Ezechiel, Daniel, 12. Prophetæ minores, quatuor Euangelia, acta Apoſtolorum, Epiſtolæ D. Pauli nempè vna ad Romanos, ad Corinthios duæ, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, ad ſingulos vna, ad Theſſalonicenſes duæ, ad Timotheum duæ, ad Titum vna, ad Philemonen vna; prima Epiſtola Petri, & prima Ioannis.

a Iren. Aug. Clem. Alex. Cyprian.

Deuterocanonici ſunt illi, quos ſubinde nouo lumine illuſtrata, pro Canonicis agnouit, & approbauit Eccleſia, nempè Eſther, Tobias, Iudith, Baruch, Epiſtola Ieremiæ, Sapientia, Eccleſiaſticus, additio Danielis, (putà oratio Azariæ, Hymnus trium puerorum, Suſannæ, & Belis hiſtoria,) Machabæorum libri duo, Marci caput vltimum, Hiſtoriâ de Chriſti agonia, & Angeli conſolatione b, de muliere adultera c; Epiſtola ad Hebræos, Epiſtola Iacobi, ſecunda Petri, ſecunda & tertia Ioannis, Epiſtola Iudæ, & Apocalypſis.

b Luc. 22. v. 43. 44.
c Ioan. 8. v. 3.

Et hi, omnes primi ad ſecundi ordinis libri Canonici variè à variis diuiduntur placet ea partitio iuxta quam à pluribus Scholaſticis in quatuor Claſſes diſtribuuntur, ſcilicet in libros Legales, Hiſtoriales, Sapientiales, & Prophetales: veteris Teſtamenti legales ſunt libri quinque Moyſis: Hiſtoriales decem & ſeptem; nempè Ioſuë, Iudicum, Ruth, quatuor Regum, duo Paralipomenon, Eſdræ totidem, Tobias, Iudith, Eſther, Iob, Machabæorũ primus & ſecundus: Sapientiales ſunt quinque, videlicet Prouerbia, Eccleſiaſtes, Cantica, Sapientia, Eccleſiaſticus: Prophetales ſunt 17. putà Pſalterium Dauidis, & quatuor Prophetæ maiores, ac duodecim minores. Noui Teſtamenti legales libri ſunt quatuor Euangeliſtæ: Hiſtoriales Actus Apoſtolorum: Sapientiales, Pauli Epiſtolæ quatuordecim, & Catholicæ ſeptem: Prophetales, ſola Apocalypſis.

De horum omnium Librorum autoritate veneranda, D. Auguſtinus ſic ſcribit ad Hieronymum: [Solis eis Scripturarum libris, qui Canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque deferre, vt nullum eorum Autorem ſcribendo aliquid erraſſe firmiſſimè credam. Ac ſi aliquid in eis offendo litteris, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud quam vel mendoſum eſſe Codicem, vel Interpretem non aſſequutum eſſe quod dictum eſt, vel me minimè intellexiſſe, non ambigam. Alios autem ita lego, vt quantalibet ſanctitate doctrináque præpolleant, non ideò verum putem, quia ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mihi, vel per illos Autores Canonicos, vel probabili ratione, quod à verò non abhorreat, perſuadere potuerunt. Ideóque explodendi ſunt Hæretici Anomæi, qui, vt ſcribit Epiphanius, aliqua ab Autoribus Bibliorum ſecundùm hominem ſcripta fuiſſe contendebant; in quibus aut memoria laberentur, aut minùs certa ſcriberent: neque audiendi illi, qui nonnulla in his eſſe ſuſpicantur, quæ Spiritus ſancti maieſtate, & peculiari illa directione digna non ſint, v.g. quod dicitur de cane Tobiæ caudam mouente; de penula D. Pauli relicta Troade. Alioquin, ſi quid minimum in ſcriptura eſſe ſuſtineatur, quod ſine directione illi ſcriptum ſit; de aliis quoque dubitandi anſa dabitur; ſicque tota Scripturarum vacillaret autoritas, adeóque & fides noſtra, ait D. Auguſtinus Nec credas quòd ea quæ videntur minutiora, ita careant vtilitate, ſi cum maioribus iungantur: ac proinde nec Diuina maieſtate indigna cenſeri debent.

ARTICVLVS II.

De Libris Apocryphis,

Libris Canonicis in eo opponuntur Apocryphi, quod hi ex ipſa Etymologia abſconditi ſint & occulti, vt potè obſcuri Autoris, vel ambiguæ autoritatis: duplici námque de cauſa liber aliquis dici poteſt Apocryphus; primo quia eius Autor incertus eſt, & hoc modo contingere poteſt etiam aliquem es ſacris libris eſſe Apocryphum, quia ſcilicet non omnino compertum eſt Eccleſiæ, quis fuerit eius ſcriptor; cùm ipſa tamen certiſſimè credat eius autorem fuiſſe Spiritum ſanctum. Secundo, quia non certè ſciuerint, nec definite auſi ſint Eccleſiaſtici Patres, an is liber à ſcriptoribus ſuis afflatu Spiritus ſancti, eſſet conſcriptus: ideóque noluerunt eum, vel ad confirmationem dogmatum Chriſtianæ fidei proferre, vel ad plebis ædificationem publicè in Eccleſia pronunciari, ſed domi tantùm priuatim legi permiſerint. Solet in Decretis Pontificiis, Apocryphi nomen ad interdicta, prorsúſque damnata hæreticorum ſcripta interdum transferri, ſed hac ſignificatione impræſentiarum haud vtimur, quandoquidem in vulgatis Catholicorum Bibliis, vix eſt aliqua pars, quam Eccleſia Catholica vel hæreticam pronuntiarit, vel Chriſtianis interdixerit: quinimò plures eorum Eccleſiaſtici appellantur, quod in exortio naſcentis Eccleſiæ in Templis, & in communibus Chriſtianorum conuentibus publicè ad plebis ædificationem legi conſueuerant & non rarò in ſcriptis veterum Doctorum ad morum inſtitutionem, interdum quoque ad fidei confirmationem aſſumebantur. Maiorem eorum partem duplici ſectione perſtringemus; priori quidem eos qui ad vetus; poſteriori verò illos qui ad nouum Teſtamentum; & vtrobique ſeries librorum Canoni-

corum quam Articolo præcedenti expoſuimus ſeruabitur.

SECTIO I.

De Libris Apocryphis qui ad vetus Teſtamentum referuntur.

AD vetus Teſtamentum vulgò referri ſolent libri Henoch: Henoch enim ſeptimus ab Adam, & filius Iared plures ſcripſit propheticos libros, vt reſtator Origenes *a*: ex quorum vno Iudas Apoſtolus in Epiſtola ſua Catholica *b* aduerſus impios ſeductores formidabile de extremo Iudicio accepit Teſtimonium. De eo libello loquens Augustinus ait; [Henoch ſeptimus ab Adam in Canonica Epiſtola Iudæ propheraſſe prædicatur: cuius ſcripta, vt apud Iudæos, & apud nos in autoritate non eſſent, nimia fecit antiquitas, propter quam videbatur eſſe ſuſpecta, ne proferrentur falſa pro veris] & poſt pauca [ſed caſtitas canonis non recepit, non quod eorum hominum qui Deo placuerunt reprobetur autoritas; ſed quòd iſta non creduntur eſſe ipſorum *c*.] Hieronymus docet *d* prædictam Iudæ Epiſtolam olim à pleriſque Patribus inter ſcripturas Apocryphas fuiſſe reiectam, ob illud teſtimonium ex Apocrypho libro deſumptum; alibi *e* tamen addit, Iudam Apoſtolum non totum Henoch librum probaſſe, ſed hoc tantùm teſtimonium de iudicio aduerſus impios, quod ſua vtique in Epiſtola fecit authenticum.

a Homil. vlt. ſuper Num.
b v. 14.
c Lib. 18 De ciuit. Dei.
d Catal. ſcriptor. Eccleſ.
e Comment. in epiſt. ad Titum c. 1.

Duodecim Patriarcharum filiorum Iacob Teſtamentum, liber peruetuſtus eſt; eumque ex Hebræo in Græcum tranſlatum, Latinè vertit Aſbertus Linconienſis Epiſcopus; meminitque huius operis Origenes *f*: & Procopius Gazæus *g*: narrantur in eo plurima rum prophetica oracula, tum adhortamenta ad virtutem, & Dei cultum, quæ ſinguli Patriarcharum in extremo vitæ die, filiis ſuis & nepotibus ad ſe vocatis elocuti ſunt: multa quoque ex libro Patriarchæ Henoch inſeruntur in ipſo vaticinia, de iis quæ euentura erant eorumdem duodecim Patriarcharum nepotibus; de futuris Hebræorum ſceleribus, & pœnis; de mundi Saluatore à Iudæis occidendo; de ipſorum euerſione, captiuitate, ac perpetua inter Gentes diſpoſitione.

f Hom. 15. in Ioſue.
g Comment. 38. c. Gen.

Eldad & Medab vaticinia inter libros Apocryphos recenſet Athanaſius *h*. Hi ſunt Prophetæ illi ſuper quos in ſolitudine Arabiæ requieuit Spiritus Domini *i*: cúmque prophetarent in Caſtris Iſraël, veritus Ioſue ne ipſorum apud populum exiſtimatio, Moſis autoritatem aliqua ex parte imminueret, ipſum admonuit, vt eis prophetandi munus inhiberet; cui Moſes nihil alienis honoribus offenſus, benigne reſpondit: [*quid æmularis pro me? quis mihi tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus ſpiritum ſuum k.*] Horum igitur vaticinia ab incerto Autore, vnico libro comprehenſa ſunt, vt refert Sixtus Senenſis *l*.

h In Synopſi
i Num. 11. v. 25.
v. 29.
l Lib. 2. Bibl. Sanct.

Moyſis aſcenſio, ſic inſcripta vt arbitratur Sixtus Senenſis *m*, quod contineat aſcenſum Moyſis de Campeſtribus Moab, ſuper montem Nebo, in verticem Phaſga con-
tra Iericho. Item colloquia Moyſis iam iam
morituri cum Deo peracta; & eiuſdem ſepul-
chrum Angelorum manibus in occulto loc
effoſſum; diſceptationem quoque Michaëlis
Archangeli cum Diabolo de cadauere Moſis
Huius libri memor eſt Origenes *m*; & de il-
lo Iudas Apoſtolus in ſua Catholica epiſtol
n, dicitur ſumpſiſſe teſtimonium Archangel
Michaëlis cum Diabolo altercantis de Moy-
ſis corpore, fauétque Oecumenius, his ver-
bis: dicitur Michaël Archangelus miniſte-
rium præbuiſſe in ſepeliendo Moſe, id no
ferebat Diabolus, ſed accuſationem afferebat
propter cædem Ægyptij, quaſi Moſes ipſiu
eſſet reus, & proptereà non permittebat v
ille honorificam conſequeretur ſepulturam
cùm etiam in hac controuerſia haberet Mi-
chaël occaſionem, vt Diabolum maledictis
impeteret, propter illius impudentiam, non
hæc fecit, ſed id tantùm in eum intulit: incre-
pet te Deus ô Diabole; hæc Oecumenius. Cle-
mens Alexandrinus *o* allegat ex aſſumptione
Moſis, viſionem quamdam Ioſuë & Caleb
qui Moſem, dum aſſumeretur, viderunt inte
Angelos gloriâ illuſtratum. Athanaſius *p*
Hanc Moſis aſcenſionem vnà cum alia hui
affini ſcriptura, cui titulus eſt Teſtamentum
Moſis, inter Apocrypha reiicit. Alios quo-
que libros nomine Moſis fuiſſe à Sethiani
hæreticis confictos, teſtis eſt Epiphanius. *q*

Libri ſecundi Paralipomenon Appendix
quæ ex libris Hozai vetuſtiſſimi ſcriptori
deſcripta creditur, continet orationem Ma-
naſſæ Regis Iuda, cum detineretur captiuu
Babyloniæ. Certiſſimè quidem conſtat, hun
Regem in vinculis Babylonis orationem e
intimo corde Deo obtuliſſe; teſtante ho
expreſſis verbis ſcripturâ Canonicâ. Cæterùm
ſiue hanc, ſiue aliam orationem protulcri
Manaſſes, non eſt certum; etſi Latini Patre
eamdem inter ſcripta receperint; imò, v
ex gloſſa ordinaria apparet, adhibitis etian
annotationibus illuſtrarint.

Liber tertius Eſdræ apud Hebræos non habetur, ſed tantum apud Græcos. Quartus verò liber complectens viſiones & ſomnia ipſius Eſdræ, nec apud Græcos extat, nec apud Græcos extat, nec apud Hebræos; vtrumque
verò Hieronymus in præfatione eiuſdem
Operis, inter Apocrypha tam obſcuri Auto-
ris, quam incertæ autoritatis ſcripta reiicit
Græci autem tertium librum, non ſolùm in
ſacro Canone recipiunt, ſed & ipſum ante
duo priora & indubitata Eſdræ, & Nehemia
volumina collocant, quia videlicet ea fere
omnia in illo repetuntur, quæ in his narrata
ſunt. Inter Patres Græcos Athanaſius teſti-
monium Zorobabelis *r*, velut ex ſcriptura ſo-
lidæ autoritatis inducit aduerſùs Arij Secta-
tores. Imò & inter Latinos, Auguſtinus *ſ*,
eumdem tertium librum, vt Eſdræ germanum
agnoſcens, hæc ſcribit: [Per idem tempus
liberationis populi ex Babylonica ſeruitute
ſcripſit etiam Eſdras, qui magis rerum ge-
ſtarum ſcriptor habitus, quam Propheta
niſi fortè in eo prophetaſſe intelligendus eſt
quod inter iuuenes quoſdam orta quæſtione
quid amplius valeret in rebus; cum Rege
vnus dixiſſet, alter vinum, tertius mulieres

qua

quæ plerumque Regibus imperant; idem ea men tertius veritatem ſupra omnia demonſtrauit eſſe victricem. Conſulto autem Euangelio, Chriſtum agnoſcimus eſſe veritatem.] Diuus etiam Ambroſius *a* quartum librum putat ab Eſdra editum, non ſine Diuina reuelatione; aſſerens Paulum ſecutum eſſe Eſdræ ſententiam, in iis quæ verſus finem prioris ad Corinthios, de diuerſis ordinibus claritatis, & gloriæ electorum reſurgentium ſcripſerat; quam & ſententiam Ambroſius ipſe ſuſcipit, velut teſtimonium grauiſſimæ autoritatis, ad confirmandum dogma de habitaculis ſanctarum animarum, poſt corporis ſeparationem; & ſecundo ſuo in Lucam commentario, refert ea ſeptimo illius libri capite, prophetiam de tempore aduentus *Chriſti*, ac mortis eius; déque futura mundi conuerſione ad *Chriſtum*. Denique ſcribens ad Horontianum *b*, ſuadet, vt quartus ille liber Eſdræ legatur, quia in ipſo, anima, cœleſtis eſſe ſubſtantiæ, demonſtratur; & Philoſophorum nugæ de eius ſubſtantia confutantur. Hunc quoque librum Catholica veneratur Eccleſia, quæ ſingulis annis in tertia feria Pentecoſtes Sacroſancta Myſteria exorditur ab hac eiuſdem libri ſententia: *Accipite iucunditatem gloriæ veſtræ, gratias agentes Deo, qui vos ad cœleſtia regna vocauit.*

a Lib. de bono mortis.

b Epiſt. 21.

Et ea, horum autoritate Patrum, factum eſt, vt Diuinis ſcripturis ſubiungerentur libri illi, videlicet tertius & quartus Eſdræ: hunc tamen poſteà diligentius perſpectum communis ferè omnium Patrum conſenſus reiiciendum cenſuit; vt putat Sixtus Senenſis *c*, ob nonnulla quæ in eo ſunt, fidei Orthodoxæ regulis apertè contraria: quale eſt illud in Capite quarto, vbi ait, animas ſanctorum detineri quibuſdam abditis promptuariis in Inferno, donec impleatur numerus electorum omnium, veniátque extremi iudicij dies, in quo omnes ſimul inde educantur; eamdémque Capite quinto ſententiam perſequitur; quam licèt D. Ambroſius *d* viſus ſit approbaſſe, eam tamen Patres in Concilio Florentino poſteà reprobarunt. Accedit Capite ſexto fabula de Henoch, & Leuiathan: & in Capite decimo quarto falſum vaticinium de tempore quo mundus finem ſit habiturus.

c Lib. 1. Biblioth. ſanct.

d Lib. de bono mortis.

Appendix libri Iob in omnibus tã vetuſtis, quàm recentibus Græcorum exemplaribus, in ipſo fine voluminis, habet annexã ex editione 70. Interpretum, Genealogiam quamdã Iob, & amicorum eius, ad ipſam Genealogiam filiorum Eſau, quæ habetur in Geneſi *e*, ſatis accedentem; quæ nec in Hebræis, nec in Latinis codicibus legitur; eam tamen Patres Græci ſumma veneratione recipiunt; plerique etiam diligenter exponunt *f*. Exrat & in nonnullis veteribus Latinorum, ac in omnibus Græcorum Bibliis oratiuncula quædam vocis Iob, à cunctis ferè Græcis Interpretibus expoſita; quam Origenes *g* negat ad Hebraicæ ſcripturæ pertinere veritatem.

f Id Sixt. Senenſis lib. 1. Biblioth. ſanct.

g Epiſt. ad Iulium Africanum.

Appendix Pſalterij, eſt pſalmus ille Dauidi inſcriptus, ſub titulo contra Goliad, qui extra numerum centum quinquaginta Pſalmorum extat, ſtatim poſt finem in Græcis Pſalteriis iuxta L X X. Interpretum editionem cuius nullam mentionem Sixtus Senenſis *h* inuenire potuit apud vllum ſiue Græcum ſiue Hebræum, ſiue Latinum ſacræ Scripturæ explanatorem; niſi apud vnum Athanaſium, qui in Synopſi diuinæ Scripturæ hunc Pſalmum nominatim inter Canonica ſcripta ſe cenſens, ait: [Pſalmus hic peculiariter Dauidi, & extra numerum reliquorum inſcriptus eſt, cum ſingulari certamine Goliad ſtrauiſſet.] Idemque in fine eiuſdem Operis addit, Dauidem tria millia Pſalmorum edidiſſe: ex quibus amici Ezechiæ Regis 150. dumtaxat elegerunt, cæteros abſconderunt.

h Lib. 1. Biblioth. ſanct.

Libri Eccleſiaſtici Appendix, eſt Oratio quædam Salomonis, in pluribus Latinis Codicibus ad finem addita: quæ quidem oratio, nihil eſt aliud quàm fragmentum, ſeu prior pars eius orationis, quam Salomon in dedicatione Templi edidit, ex Capite octauo libri tertij Regum ad verbum deſcripta, & præter fidem Hebræorum & Græcorum exemplarium, ab incerto Authore ſuperfluè temeréque adiecta.

Lamentationum Ieremiæ, ſeu Threnorum præfatiuncula addita creditur à LXX. Interpretibus lamentationem deuaſtatæ vrbis cum ipſa deſtructione, quæ in calce libri Ieremiæ deſcribitur coniungere volentibus. Verba illius præfatiunculæ Latinæ editionis ſunt huiuſmodi: [*Et factum eſt poſtquam in captiuitatem reductus eſt Iſraël, ac Ieruſalem deſerta eſt, ſedit Ieremias flens, & planxit lamentationem hanc ſuper Ieruſalem, & dixit.*] Hanc præfatiunculam Hebræi non recipiunt, quod non videatur eis veriſimile Ieremiam ſcripſiſſe Threnos poſt ruinam Ieruſalem, ſed ante eam: Prophetia enim eſt Ieremiæ illa lamentatio, quam Ioachim, & ipſi tradunt, ante vrbis excidium legerit; lectiſque ex ea nonnullis verſibus, librum in ignem abiecerit, quem tamen Propheta paulo poſt, multo copioſius reſcripſit, vt ipſemet teſtatur, prophetiæ ſuæ capite 36.

Liber tertius Machabæorum, etſi in omnibus ferè Græcorum, ac pleriſque Latinorum Codicibus extet; ab Hebræis tamen prorsùs ignoratur; eius argumentum eſt, admiranda liberatio Iudæorum, quos turmatim catenis vinctos Ptolemæus Philopator, quartus ab Alexandro magno Ægypti Rex expoſuit in Hippodromo Alexandriæ, efferatis Elephantibus proterendos. Suntque qui eum à Ioſepho editum exiſtiment; tum ſtyli ſimilitudine, tùm quia ſummam eius breuiter ipſe alibi perſtrinxit *i*. Quicquid ſit, quæ in eo narrantur, geſta ſunt aliquot annis ante ea quæ in primo ac ſecundo Machabæorum libro referuntur. Ptolemæo enim Philopatori contemporaneus Antiochus magnus Aſiæ Rex ſceptrum tenuit 36. annis ante Seleucum filium natu maiorem (à quo incipit liber ſecundus Machabæorum) & 49. annis ante Antiochum Epiphanem, natu minorem, & Seleuci fratris ſui ſucceſſorem, à quo initium ſumit liber primus.

i Lib. 2. ad. uerſ. Apion.

Liber quartus Machabæorum ab Athanaſio inter Apocrypha ſcripta recenſetur, continet vnius ac triginta annorum hiſtoriam; hoc eſt geſta Ioannis Machabæi, qui ab Hircano deuicto, Hircani nomen accepit: & in eo tota Teſtamenti veteris finitur hiſtoria.

SECTIO

SECTIO II.

De libris Apocryphis qui ad nouum Teſtamentum referuntur.

AD nouum Teſtamentum referri ſolent, liber quem D. Paulus de ſuis actibus ſcripſiſſe dicitur; de illo mentionem facit Euſebius *a*, his verbis: [poſt hæc Canonica volumina, ſcriptura eſt, quæ dicitur Actus Pauli: & libellus, qui appellatur Paſtoris; de quibus quam maximè dubitatur.]

a Lib. 3. hiſt. Eccl. c. 25.

Sex Epiſtolæ D. Pauli ad Lucium Senecam de quibus varij probatæ fidei Autores loquuntur; ſicut & de octo aliis eiuſdem Senecæ ad D. Paulum. Lucius Annæus Seneca Cordubenſis, Stoicæ ſectæ Philoſophus, vir vitæ continentiſſimæ fuit, & D. Pauli amiciſſimus, biennio ferè ante eius martyrium, & ipſe à Nerone crudeliſſimo diſcipulo occiſus, à D. Hieronymo inter ſcriptores ſanctos enumeratur. Ad hunc, non vt regeneratum ac planè fidelem, ſed vt amicum, & qui Chriſtianos beneuolentiâ proſequeretur, eorumque probaret diſciplinam, ſcripſit D. Paulus epiſtolas ſex: & ipſe à Seneca octo accepit: has & illas refert Sixtus Senenſis *b*, putátque Senecam ſtylum ſuum in ſuis diſſimulaſſe, vt ſi fortè in alienas manus veniſſent etſi inſcriptæ nomine Senecæ, potuiſſent nihilominus in periculo, non Senecæ videri: nam contra Imperatoris edictum erat, Chriſtiani, aut Iudæi familiaritate vti. Atteſtatur his epiſtolis Linus ſecundus poſt Petrum ſummus Pontifex, qui de amicitia D. Pauli & Senecæ, ſic ait *c*: [Concurſus de domo Cæſaris fiebant ad eum, ſed & Inſtitutor Imperatoris adeò fuit illi amicitia copulatus, videns in eo Diuinam ſcientiam, vt ſe à colloquio illius temperare vix poſſet, quominus ſi ore ad os illum alloqui non valeret, frequentibus datis & acceptis epiſtolis ipſius dulcedine & amicabili colloquio, atque conſilio frueretur.] Et D. Hieronymus Senecam inter Eccleſiaſticos Doctores, vt diximus enumerans, inquit: [Senecam non ponerem in Catalogum Sanctorum, niſi me illæ epiſtolæ prouocarent, quæ leguntur à plurimis Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum; in quibus cum eſſet Neronis Magiſter, & illius temporis potentiſſimus, optare ſe dicit eius eſſe loci apud ſuos, cuius ſit Paulus apud Chriſtianos *d*.] Auguſtinus quoque harum epiſtolarum mentionem facit; his verbis *e*: [Meritò, ait, Seneca, (qui temporibus Apoſtolorum fuit, cuius etiam quædam ad Paulum Apoſtolum leguntur epiſtolæ (omnes odit qui malos odit.

b Lib. 2. Bibl. ſanctæ.

c In princip. lib de paſſione Pauli.

d Hieron. de viris illuſtr.

e In Epiſtol. ad Macedon.

Diuus etiam Petrus, præter duas epiſtolas Catholicas in ſacro Canone receptas, ſcripſiſſe fertur Chriſtianæ Doctrinæ libros quinque *f*, quorum tituli ſunt, Prædicatio Euangelium, Actus, Apocalypſis, & Iudicium Petri. Primi libri fragmentum aliquod citant, Clemens Alexandrinus *g*, eiúſque Diſcipulus Origenes *h*, hic tamen inquirendum eſſe dicit, veruſne ſit, an ſuppoſititius liber iſte? de quo ſicut & aliis tribus ſubſequentibus ait Euſebius *i*. [In ſcripturis Canonicis non habentur, ſed nec aliquis quidem veterum vti eorum teſtimoniis inuenitur.] De vltimo libro, cui titulus eſt Iudicium Petri, obſeruat Ruffinus *k*, quod eum quidem Patres legi in Eccleſiis voluerunt, non tamen proferri ad autoritatem fidei confirmandam.

f Ex Hieron. refert Sophron.

g Lib. 5. ſtrom

h Com. 14. in Ioan.

Mariæ tranſitus, ſiue liber de tranſitu Mariæ, D. Ioanni Euangeliſtæ adſcriptus à Gelaſio inter Apocrypha ſcripta reiicitur. Iacobus Archiepiſcopus Genuæ *l* refert ſe incidiſſe in volumen quoddam Apocryphũ eiuſdem argumenti ac tituli; in quo ſcriptum eſſet, Mariam virginem anno 24. ab Aſcenſione filij ſui, ex hac vita migraſſe, & omnes Apoſtolos, momento temporis per aëra raptos, morienti affuiſſe; atque eius ſacrum corpus publico funere, & ſolennibus exequiis elatum, lapideo monumento condidiſſe; eámque poſt diem tertium reuixiſſe, & integro corpore deducentibus Angelis in cœlum euolaſſe; Thomam verò, cùm affuiſſet & rediens credere recuſaret, Zonam qu corpus Virginis præcinctum erat, è ſublimi demiſſam accepiſſe; reſurrectionis, & corporeæ aſſumptionis argumentum. Auguſtinus quoque huius operis inſcriptionem narrationem, & autoritatem refellit. Hieronymus; ſiue Hieronymi comes Sophronius libri huius mentionem faciens, ait: ſi vene tit in manus veſtras illud Apocryphum d tranſitu Mariæ virginis, dubia pro certi non recipiatis, quod multi Latinorum pie tatis amore, legendi ſtudio charius ample ctuntur.

Sunt & alij libri Apocryphi, quos Luben tius inter Pſeudepigraphos Articulo ſequen ti recenſebo.

ARTICVLVS III.

De libris ſeu ſcriptis Pſeudepigraphis.

SCriptis Apocryphis peiora ſunt Pſeudepigrapha, libriſque Canonicis magis op poſita: Pſeudepigrapha námque, id eſt fal inſcripta, ſunt illa, quæ diuerſi hæretici ſu nomine virorum illuſtrium adeò malitioſè dolosè finxerunt, vt ex eorum titulis eme titis fidem auctoritatémque erroribus ſu conciliarent, & aliquod hæreſi ſuæ patroc nium quærerent. Et de eiuſmodi libris dup ci quoque ſectione, eadémque ſerie agendu eſt, quâ anteà egimus de Apocryphis.

SECTIO I.

De libris Pſeudepigraphis quæ a vetus Teſtamentum referuntur.

AD Teſtamentum vetus referri ſolet A reuelatio, quam ipſe Adam vidit, qu

Deus immiſit ſoporem in illum: hanc Gnoſtici Hæretici excogitarunt, vt autor eſt Epiphanius *a*.

a 1. Panarij.

Librum qui Adæ penitentia dicitur, inter damnatas Scripturas enumerat Gelaſius Papa *b*.

b Diſtin. 15.

Seth filij Adam libros ſeptem, teſtatur Epiphanius *c* à Gnoſticis Hæreticis, & Sethianis, & Archoniticis efformatos, ſub nomine Seth, addentes ad eos ſeptem alios libros, quos alienigenas appellarunt, ex nomine ſeptem filiorum Seth, qui apud eos alienigenæ dicti ſunt: acceperunt autem, vt arbitratur Sixtus Senenſis *d*, huius figmenti occaſionẽ, ex eo quòd vt refert Ioſephus *e*, filij Seth ſideralem ſcientiam ad cœleſtium rerum cognitionem excogitarunt, & cùm ſcirent Adamum prædixiſſe duos vniuerſales rerum interitus; alterum incendio, alterum diluuio; veriti ne inuenta ſua priùs perirent, quàm pernoſcerentur, excitatis duabus columnis, lateritia videlicet, ac lapidea, vtráque ea inſcripſerunt; vt ſi lateritiam diluuio, aut lapidem incendio deleri contingeret, ea quæ ſuperſtes foret, hominibus diſcendi copiam faceret. Refert idem Ioſephus lapideam ſuis adhuc temporibus in Aſia extitiſſe.

c Lib. 1. Panarij.
d Lib. 2. Biblioth. ſanct.
e lib. 1. antiq.

Scriptura Cham filij Noë, eſt opus impietatis prodigioſæ, atque maleficæ artis Necromanticæ elementa, praximque continens, ab iniquiſſimis hominibus confictum, & ſub nomine ſcripturæ Cham euulgatum.

Abrahæ Apocalypſis à Sethianis Hæreticis, vt ſcribit Epiphanius *f*, inuenta: & liber qui aſſumptio Abrahæ dicitur *g* inter libros reiectos enumerantur.

f lib. 1. panarij.
g Athan. in Synopſi.

Iannes & Mambres liber damnatus eſt à Gelaſio *h*. Quamquam ex illo D. Paulus in poſteriori ſua ad Timotheum *i* videri poſſit, accepiſſe illorum nomina Magorum, qui cum Moyſe in Ægypto coram Pharaone decertarunt *k*.

h In Decretis diſtin. 15.
i c. 3. v. 8.
k Exod 7. v. 8.

Inter Pſeudigraphos, etiam numera incantationes, ſeu præcantationes Salomonis ad leniendas ægritudines. Item coniurationes ad effugandos malos Dæmones: de his; illíſque Ioſephus *l*. Origenes quoque indicat *m* ætate ſua non defuiſſe, qui ex libris iſtis adiurarent Dæmonia.

l Lib. 8. ant.
m Tract. in Matth. 35.

Clauicula Salomonis, liber falſiſſimè adſcriptus Salomoni, continens genus ſuperſtitionis prodigioſæ, atque maleficæ; à Gelaſio in Decreto *n*, inter damnata ſcripta recenſetur: aliíſque Salomonis contradictio nuncopatus. Allegatur & ſæpiùs à Cicco Aſculano liber quidam Salomonis de vmbris Idæarum, quo nomine ſingulatum Aſtronomicæ ſphæræ partium appellationes, ſignificationes, ac definitiones transferuntur ad explicanda magicæ impietatis myſteria.

n Diſtin. 15

Tobiæ iunioris librum à maleficis hominibus confictum, qui continet excantationes, & imagines quaſdam magicas, quibus Tobias iunior Dæmones à ſponſa ſua Sara abegiſſe fingitur, Sacer Romanæ inquiſitionis Senatus, inter opera magicæ impietatis reiectum damnauit.

Danielis Prophetæ ſomniola, hoc eſt ſcripta, in quibus traditur ſuperſtirioſa ſomniorum interpretatio, in Decretis Pontificiis *o* interdicuntur. Aliqui hanc ſomniorum interpretandi artem eſſe putant, anonymum illum Danielis Prophetæ librum quem D. Athanaſius reprobat in ſua Synopſi.

o 26. q. 7. c. ne obſeruet.

Eſdræ ſomnium, & vaticinium de factis Monarchiæ Romanæ, eſt liber ab hæreticis noſtrorum temporum confictus, quem ſancta Inquiſitio nominatim inter damnatas ſcripturas haberi voluit.

Ezechielis Prophetæ liber extra Canonicos citatus ab Athanaſio, eſt fortè alter è duobus vaticiniorum & oraculorum libris quos Ioſephus *p* refert ad Ezechiele conſcriptos.

p In Synopſ. 10. antiq. 5.

SECTIO II.

De libris Pſeudepigraphis qui ad nouum Teſtamentum referuntur.

AD Teſtamentum nouum vulgò referri ſolet liber de ortu, ſiue ſtirpe Mariæ, & alter de infantia Saluatoris; vterque D. Matthæo adſcriptus *q*; Valentinorum & Gnoſticorum commenta ſunt: & vtrumque Gelaſius Papa inter libros ab Eccleſia damnatos abiicit. His libris inepti quidam autoritatem afferre cupientes, præfationes addiderunt, ſub nomine Chromatij, & Heliodori Epiſcoporum ad Hieronymum, Ipſiúſque Hieronymi ad illos confictas, quæ vtrumque opus teſtarentur ab Hieronymo in gratiam eorumdem Epiſcoporum, ex Hebraico Matthæi volumine tranſlatum, & ab hæretica prauitate expurgatum. At cum in his libris eædem nunc extent aniles fabulæ, quas Irenæus *r*, & Epiphanius *ſ* ex iiſdem voluminibus refellunt, palàm apparet Impoſtorum dolus, ac deceptio.

q Diſtin. 15.
r Lib. 1. aduerſ. hær. Valentinorum.
ſ Lib. 1. Pan. ſect. 3.

Ieſu Chriſti de occulta ſapientia ad Petrum & Paulum: & quidem plures ab hæreticis, & impoſturibus, libros quaſi ſint Ieſu Chriſti, fuiſſe editos, teſtis eſt Hieronymus *t*: affirmátque D. Auguſtinus *u* fuiſſe Gentiles quoſdam temporibus ſuis, qui iactarent ſe legiſſe libros aliquot ad Petrum & Paulum in quibus ſcripta eſſet ſumma totius artis magicæ: ex cuius peritia, Chriſtus dum viueret, tot tantaque miracula edidiſſet, & vniuerſum orbem conuertiſſet; quorum inſaniam Doctor Africanus ſubtiliter redarguit. Primo quod hi qui tales ſe legiſſe libros affirmant, nunquam talia miracula, quamuis anxie conari, facere potuerint, qualia *Chriſtus* cum libris talibus feciſſe dicunt. Secundò quòd iſti ita Deo permittente ſic errauerint, vt eoſdem libros aſſeruerint ad Petrum & Paulum tanquam epiſtolari titulo præuotatos, cùm tamen pueris notum ſit Paulum quamdiu *Chriſtus* in carne mortali vixit, nec eius fuiſſe Diſcipulum, neque familiarem; cùm tantùm poſt Aſcenſionem cœperit eſſe eius Diſcipulus. Tertio, quod qui putant *Chriſtum* magicis artibus tanta potuiſſe, nequaquam aduertant per magicas artes aut fieri potuiſſe, vt *Chriſtus* antequam naſceretur, tot

t Comment. 13 in Ezech.
u Lib. 1. de conſen. Euãgel. c. 9. . 10

Prophe

Prophetas diuino ſpiritu implerei, qui ralia eum facturum prænunciarent, qualia feciſſe, ac etiamnum facere iam vidimus. Nam etſi magicis artibus feciſſet, vt coleretur etiam mortuus, magus eſſe tamen eſſe non poterat, antequàm natus. Quarto, quia ſtultè credunt *Chriſtum* compoſuiſſe libros, qui nihil vnquam ſcripſerit, ſed aliis ſcribenda reliquerit, ita exigente præſtantiſſima ipſius doctrinæ ſublimitate, quam non decebat atramento delebili in caducis ſchematum foliis, vel in tabulis ſenſu carentibus ſcribi, ſed in viuis & ſempiternis Diſcipulorum ſuorum mentibus ſtylo Diuini ſpiritus, perpetuo duraturam inſculpi.

Liber de Legali *Ieſu Chriſti* Sacerdotio, extat in Græco Suidæ Lexico, verbo *Ieſu*, repertus in archiuis Tiberiadis, tempore Iuſtiniani Imperatoris, à Theodoſio Iudæorum Principe, & Philippo Argentario Chriſtiano, in quo fusè narratur, Chriſtum tam ob vitæ ſanctimoniam, quàm ob generis nobilitatem, ex duabus Tribubus Iuda, & Leui, inuicem permixtis deductam fuiſſe ab omnibus Leuitis iudicatum Sacerdotij Moſaïci honore dignum; & ſic demum à Sacerdotibus in collegium Sacerdotum receptum. Hanc fabulam, librúmque Hieronymus Hentennius confutauit: & Paulus quartus in Indice damnatorum voluminum poni iuſſit.

Apoſtolorum Euangelium, ſeu Euangelium iuxta duodecim Apoſtolos, quod idem eſſe ac Nazarenorum, ſiue Iudæorum Euangelium indicat Hieronymus *a*: nec vnum fuit, ſed plura, tria potiſſimum, nempè Nazarenorum, Ebionitarum, & Encratitarum, Euangelium Nazarenorum ſic appellatum eſt, quod in vſu fuerit apud Nazarenos, qui vnà cum Euangelica *Chriſti* doctrina, etiam Moſaïcas cæremonias ſeruandas credebant. Euangelium Ebionitarum illud idem eſt, quod Hebraïcum Matthæi, ſed ab Hæreticis Ebionis ſectatoribus adulteratum, multíſque in locis reciſum. Euangelium Encratitarum à Tatiano Syro Encratitanæ ſectæ autore, vt tradit Epiphanius *b*, ex quatuor Euangeliis collectum eſt, & in vnam continuæ narrationis conſonantiam, quam Diateſſaron appellauit, digeſtum.

> *a* Lib. 3. aduerſus Pelagianos.
> *b* Lib. 1. hæreſ. 46.

Matthæi Apoſtoli Euangelium, inter alia Euangelia non Canonica recenſet Origenes *c*. Euſebius *d*, verò inter libros ab hæreticis confictos. Eiuſdem Matthiæ traditiones citat Clemens *e* Alexandrinus; munérque *f* Marcionem & Baſilidem ex harum autoritate hæreſes ſuas firmaſſe.

> *c* Hom. 1. in Lucam.
> *d* Lib 3 Eccl. c. 25.
> *e* Lib. 2. ſtromat.
> *f* lib. 7.

Philippi Apoſtoli Euangelium à Gnoſticis hæreticis confictum eſt *g*.

> *g* Epiphan. l. 1. panar.

Iudæ Iſcariotis Euangelium, Caïani Hæretici maximè venerati ſunt. In quo magnificè laudatur Iudas, quod *Chriſtum* Magiſtrum ſuum tradiderit Iudæis, iuxta eam, quam habebat diuinæ determinationis notitiam: aiebant enim, ipſum nouiſſe per mortem *Chriſti* redimendum mundum, & Sathanæ regnum euertendum, & ob id feſtinaſſe tradere *Chriſtum*. De his Epiphanius *h*, & Theodoretus *i*.

> *h* Lib. 1. panar.
> *i* Lib. 5 hær. fabular.

Apoſtolorum actus ſub nomine Lucæ confixit fabulis plenos presbyter Arianus, quem de fraude conuictum Hieronymus ſcribit *k*.

Acta Andreæ Apoſtoli à Gelaſio *l* reprobata ſunt; ea, vt ſcribit *m* Innocentius, Charidas, & Leonidas Philoſophi ementiti ſunt.

Actus Philippi Apoſtoli ab eodem Gelaſio *n* inter libros, Apocryphos recenſentur.

> *k* Lib. de viris Illuſt.
> *l* diſtinct. 15.
> *m* Epiſt. decretal. ad Exuperium.
> *n* diſtinct. 15

Pauli Apocalypſis, ſeu raptus, eſt liber confictus à Caianis Hæreticis; de quibus Epiphanius ait *o*: [rurſos Caiani alium libellum finxerunt, ex nomine Pauli nefariis actionibus refertum, quo etiam, Gnoſtici appellati, vtuntur, quem aſcenſum Pauli vocant, occaſione inuentâ, ab eo quòd Apoſtolus dicit ſe aſcendiſſe vſque ad tertium cœlum, & audiuiſſe arcana verba quæ non licet homini loqui: Et hæc, inquiunt, ſunt arcana verba.] Horum inſaniam increpans D. Auguſtinus addit: [quidam ſpiritualium ad ea peruenerunt, quæ non licèt homini loqui, quâ occaſione vani quidam Apocalypſim Pauli, quam ſana non recipit Eccleſia, neſcio, quibus fabulis plenam, ſtultiſſimâ præſumptione finxerant: dicentes hanc eſſe vnde dixerat raptum ſe fuiſſe in tertium cœlum, & illic audiſſe ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui. Vtcumque illorum tolerabilis eſſet audacia, ſi ſe audiſſe dixiſſet, quæ adhuc non licet loqui, iſti qui ſunt qui hæc audeant impudenter, & infeliciter loqui *p*?

> *o* Lib. 1. Panarij aduerſus Caian.
> *p* Tract. 98. in Ioan.

Stephani Protomartyris Apocalypſim, Manichæi in preciu habuere. Hanc Gelaſius Papa ſub anathematis interminatione Chriſtianis interdixit *q*.

> *q* diſtinct. 15

Phylacteria Angelorum à Gelaſio damnata, ſunt amuleta quædam magica aduersùs hoſtium incurſus, fulminum caſus, & alia huiuſmodi diſcrimina, quæ ſuperſtitioſi quidem collo appenſa geſtabant.

Sunt & alia huiuſmodi execrandæ impietatis commenta, quæ animus horret eloqui, & manus ſcribere refugit; quæ ideò viden tur omittenda, perpetuóque ſilentio ſepelienda, ne fortè ſopitæ iam aliquorum blaſphemiæ iterum, non ſine graui piarum mentium ſcandalo, in lucem reuocentur, & ſimpliciorum aures offendant. Prædicta ſufficient, vt vno quaſi proſpectu, libri Canonici, & Apocryphi, & Pſeudepigraphi mox innoteſcant, & ab inuicem diſcerni valeant.

ARTICVLVS IV.

A quibus Autoribus, & quâ linguâ, ſinguli libri Canonici vtriuſque Teſtamenti ſint conſcripti.

PRæcedentibus Articulis ſcripturas Canonicas ab Apocryphis, & Pſeudepigraphis, ipſo libri huius initio diſtinguere, ſinguloſque triplicis huiuſce claſſis libros recenſere placuit. Et quia ad Canonicos præſertim explicandos, huiuſce laboris noſtri collimat propoſitum; ideò de iis adhuc in particulari ſubſequentibus Articulis, præſertim tribus proximis, nonnihil obſeruandū eſt; & hoc quidē Articulo inueſtigandū, à quibus

Autoribus, & quâ linguâ ſinguli conſcripti ſint. Vnum tamen circa vtramque quæſtionis partem, Autores ſcilicet, & linguam annotandum eſt.

Quod ad Autores ſpectat, certiſſimum eſt, nec ab vllo Orthodoxorum in dubitationem adhuc reuocatum, primarium ſacrorum librorum Autorem eſſe ipſum Deum, cuius organa fuerunt homines, velut calami Scribæ velociter ſcribentis. [*Multifariam namque, multiſque modis locutus eſt Deus olim per Prophetas*]
a Heb.1.v.1. vt ait Apoſtolus *a*, additque D. Petrus *b*: [*Spi-*
b 2.Pet.1.v.21. *ritu Sancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines.*] At non rarò ambigitur quinam ſingulariter ſint iſti ſancti Dei homines, qui ſingulos libros Canonicos ſcripſerint. Et de his plura incerta, quam certa.

Quod ſpectat ad linguam, quâ iidem libri ab iis Autoribus primò conſcripti ſunt; vulgò quidem omnes Hebraico, aut Græco Idiomate ſcripti dicuntur; nec malè ſi aduertas, Hebraicam linguam tripliciter diſtingui poſſe, ita vt ſit vna purè Hebraïca: altera purè Chaldaica tertia ex vtráque illarum permixta, quæ vocatur Syriaca. Iudæi ante captiuitatem Babylonicam vſi ſunt purè Hebraïcâ: at tempore captiuitatis Babylonicæ cœperunt aſſueſcere linguæ Chaldaïcæ, quam pauci, putà ſubtiliores, perfectè calluerunt, vulgus imperfectè, vtrúmque Idioma Hebraïcum ſimul ac Chaldaïcum ruſticè permiſcentes, ex qua permixtione, orta eſt lingua Syriaca, quâ paſſim Iudæi poſt captiuitatem Babylonicam vſque ad *Chriſtum*, & deinceps vſi ſunt; quáque vt potè populari & vſitata, *Chriſtus Dominus* vti non eſt dedignatus: & quæ nonnunquam
Ioan.7.v.1. in Scripturis *e* vocatur Hebraïca, linguæ ſci-
& 19.v.13. licet Hebraicæ nomine la.è ſumpto. His prænotatis, faciendum eſt ſatis vtrique parti quæſtionis ſeu Articuli, videlicet à quibus Autoribus, & quâ linguâ, ſinguli libri Canonici vtriuſque Teſtamenti ſint conſcripti. Et quia Articulus iſte copioſus eſt, ac plura continet, lucidioris intelligentiæ gratia, in quindecim Sectiones diſtinguetur; priores duodecim circa veteris, reliquæ tres circa noui Teſtamenti libros occupabuntur.

SECTIO I.

De quinque libris Moyſi.

INter libros ſacros primus occurrit, qui in ſacris literis liber legis Domini, ſeu volumen legis, & ab Hebræis Thora, id eſt lex, & à Græcis Πεντάτευχος, id eſt quintuplex volumen appellatur. De quo certum eſt, Moſem filium Amram, & Leui Patriarchæ pronepotem, Hebræorum Ducem & Legiſlatorem, prout ipſe teſtatur, illum conſcripſiſſe: Quæ tamen in fine Deuteronomij leguntur de morte, & ſepultura Moyſis, vſque ad calcem libri, Eſdram nonnulli abieciſſe credunt: probabile eſt fuiſſe addicta à Ioſuë famulo & comite Moyſis, eiuſque in principatu ac ducatu populi ſucceſſore. Quas autem in partes, quáue ratione vniuerſum
...b.de mũ. hoc opus digeſſerit, haud penitus conſtat, Hebræi, & Philo Iudæus *d*, & Ioſephus *e*
...b. contra ...onem. referunt; totum hoc volumen legis in quinque libros partiuntur, eoſque initialibus vocibus inſcribunt: exempli gratiâ, primus vocatur apud eos Bereſchit, hoc eſt in principio; quod ab his vocibus liber ille incipiat, & ita de aliis, prout videre eſt in Prologo Galeato D. Hieronymi, qui ad calcem Bybliorum poſitus eſt. Græci autem & Latini eandem partitionem ſequentes, denominant eos à materia de qua in ſingulis agitur.

Primus dicitur Geneſis, id eſt generatio; quia in eo recenſentur cœli & terræ creatio, aliarúmque rerum productio, maximè vero ſanctorum Patriarcharum generatio; & lineæ *Chriſti* ab Adam vſque ad Iudam, & Phares propagatio.

Secundus, Exodus; id eſt exitus, quia in eo deſcribitur exitus filiorum Iſraël de Ægypto, & enarrantur geſta à morte Ioſeph vſque ad conſtructionem Tabernaculi in deſerto.

Tertius, Leuiticus, quia Leuitarum, & Sacerdotum circa Tabernaculum officia, ſacrificia aliáſque legales præſcribit cæremonias; vnius tantùm menſis continens hiſtoriam, nempè ab erectione Tabernaculi in deſerto, vſque ad numerationem eorum qui apti erant ad bellum.

Quartus Numeri: quia in eo ſemel, iterúmque numeratur multitudo filiorum Iſraël per Tribus, & familias ab anno vigeſimo & ſupra; referuntur autem in eo actus annorum triginta octo, nouem menſium, & dierum viginti.

Quintus Deuteronomium, id eſt lex ſecunda, quia in eo repetitur, & explicatur lex Domini, quæ data fuerat in monte Sinai: & hic liber inter omnes ſanctos libros veteris Teſtamenti præcipuus erat, nec habebatur paſſim in populo; ſed vnum exemplar à Rege, alterum in Arca Domini cuſtodiebatur à Sacerdotibus, qui ſeptimo quoque anno, nempè anno remiſſionis iubebantur illud populo prælegere *f*. Philo putat, Moſem harum quin- *f* Deut. 31.v.9.
que inſcriptionum fuiſſe autorem. Crediderim tamen cum Sixto Senenſi, & veriſimi- Lib. quod mundus ſit
lius eſt, non Moſem, ſed LXX. Interpretes, corruptibilis.
vt potè Græcos, has nouas, ac Græcas, li- Et lib de mi-
brorum inſcriptiones excogitaſſe. Idem Philo gratione A-
refert Moſem linguâ Chaldaicâ Pentateu- brahæ.
chum conſcripſiſſe; quod ſanè non videtur probabile; neque enim ipſe vllam, vllúſve ex filiis Iſraël cum Chaldæis illo tempore habebat conſuetudinem; ſed & lingua Hebraïca apud ipſos vſque ad captiuitatem Babylonicam manſit incorrupta. Adeóque longè probabilius eſt, libros Moſis puro Hebræo Idiomate fuiſſe conſcriptos, imo & alios libros veteris Teſtamenti, ab autoribus gente Hebræis, ante eamdem captiuitatem eſſe editos.

SECTIO II.

De libro Ioſuë, & Iudicum, & Ruth.

LIber Ioſuë nomen accepit ab Oſee filio Num, quem Moyſes, commutato no-

mine,

mine Ioſuë appellauit. Dux iſte tam belli quam pacis gloriâ clariſſimus, hunc librum conſcripſit, vt renent Doctotes communirer, & colligitur ex ipſo libro, vbi dicitur de Ioſuë: [*Scripſit quoque omnia verba hec in volumine Legis Domini a.*] Theodoretus *b* tamen cenſet hunc librum longè poſt mortem Ioſoë fûiſſe collectum ab Autore anonymo, ex aliquo Commentario, cui titulus erat, liber Iuſtorum: nititur Tbeodoretus autoritate illorum verborum, quæ in eodem libto leguntur, videlicet: [*nonne ſcriptum eſt hoc in libro Iuſtorum c.*] At hæc verba non vrgenr. Neque enim agirut hoc loco, niſi de ingenti illo ptodigio, quo ad verbum Ioſuë Sol & Luna ſteterunr. Hoc enim prodigiom cum aliis ſimilibus videtur annoratom fuiſſe in libro, qui dicebarur liber Iuſtorum. Quicquid ſit de Autore libri Ioſoë: continet hic liber Hiſtoriam de rranſitu filiorum Iſrael per Iordanẽ, de extetminio impiorum Regum, regnorúmque; de dioiſiooe tetræ ptomiſſionis; déque cæteris dictis, factiſque memorabilibus à morte Moſis vſque ad aooum ſeptimum decimum ducatus Ioſuë in quo teſte Ioſepho *d*, mortuus eſt, vir armis, & religione inclytus.

a Ioſu. vlt. v. 26.
b Lib. de qu in Ioſue.
c Ioſ. 10.

Liber Iudicum ſic dictus eſt, quia in eo contineotur geſta Iudicum, & Principum Iſraël, qui populo in terra ſancta poſt Ioſuë præfuerour, vſque ad Principatum Heli Sacerdotis. Probabile eſt Samuëlem hunc librum ſcripſiſſe, eíque adieciſſe Ruth Moabitidis hiſtoriam. Sunt qui Ezechiam, & qui Eſdram putent vtriuſque voluminis Autores.

SECTIO III.

De quatuor libris Regum, & duobus Paralipomenωn.

Liber Samuëlis, quem Græcl, & Latini ptinium, & ſecundum Regum nuncupant patrim à Samnële, partim à Nathan, & Gad Propheris, creditur eſſe cooſcriptus. Samuël enim Sacerdotis Heli, Saülis, & Dauidis, ac ſuiipſius collegit geſta, quæ primo Regum vſque ab obitum ſuum reccoſentur: Nathan verò & Gad cæteta vſque ad finem libri conſcripſeront; idque apetiè ſaris indicat Scriptura, his verbis: [*Geſta Dauid priora & nouiſſima ſcripta ſunt in libro Samuelis videntis, & in libro Nathan Propheta, & in volumine Gad videntis.*] Et licèt illi libri, Saülis & Dauidis compreheodant hiſtoriam, ea tamen tota ad Samuëlem refertur, & eius nomine inſcribitur; quia ipſe Ssülem Regem primum in regno conſtituit, eíque Dauidem in ſucceſſorem vnxit. Nec ignotandum quod Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus arbitratur, ipſum Dauidem Regem, illam hiſtoriam vſque ad initium tertij libri, hoc eſt vſque ad obitum ſuum ſcripſiſſe.

1. Paral. 29. v. 29.

Tertius & quartus Regum, qui ab vltima Dauidis ſenectute, vſque ad excidium Ieroſolymæ continent hiſtoriam; à quo ſcripti ſint, non ſatis conſtat. Alij enim Eſdram, alij verò Ieremiam, hoc opus in vnum volumen collegiſſe tradunt: Et his cum Sixto Senenſi lubérius aſſentiam. Et ſanè ſi quis attente conferat poſtremum capnt libri quarti Regum, cum vltimo capite libri Ieremiæ, vtrumque ſtylo, verbis, ac narratione conuenire comperiet. Quicquid ſit de perſona Autoris: apparet hoc volumen compendio fuiſſe collectum; partim ex libtis dierum Regum Iuda, & Iſraël; partim ex ſcriptis Prophetarum Narhan, Ahiæ Silonitis, Addo, Semeiæ, Hoſai, Iehu, & Iſaiæ, in tertio & quarto Regum ſæpiſſimè citatis.

Librl duo qui Hebtæorum pbraſi, verba dierum, ſiue annales, vel Chronica dicuntur, à Græcis Παραλειπομένων, hoc eſt prætermiſſorũ nomen ſortiti ſunt, quoniam in ipſis, quæ in Pentateucho, in libtis Ioſuë, Iudicum & Regum omiſſa ſunt, ſupplentur: quæque nonniſi delibata, aut obſcurins ibi dicta erant, magis hîc explicantur: nullum certum habent Autorem, eum tamen fuiſſe Eſdram, ſcribunt Rabbi Salomon, & Rabbi Kimchi, ex ſententia ſeniorum; ſuadetúrque ex eo quòd vltima verba libri ſecundi Paralipomenon, eadem ſint cûm primis Eſdræ. Nec ignorandũ quòd vterque liber Paralipomenon apud Hebræos, vnico tantùm libro continerur; à Græcis, & Latinis, ob rerum copiam, & magnitudinem voluminis, in duos diuiſo.

SECTIO IV.

De duobus libris Eſdræ.

Liber primus Eſdræ, ab ipſo Eſdra conſcriptus eſt; vt vel titulus demonſtrare intelligendus eſt: in eo deſcribitur reditus Iſraëlitici populi ex captiuitate Babylonica in Iudæis vrbis Ieruſalem inſtauratio; nouíſque Templi conſtructio. Alter verò qui ſecundus Eſdræ inſcribitur, eamdémque pertractat hiſtoriam, conſcriptus eſt à Nehemia Sacerdote, & in captiuitate, Pincernâ Regis Artaxerxis; vnde & præfatio libri eius eſt: [*verba Nehemia, fily Helchiæ.*] Et ipſe Nehemias in omnibus fermè libri ſui Capitulis, de ſe in prima perſona loquitur: ſortitus eſt autem hic liber nomen Eſdræ, duplici de cauſa; & quod ea contineat, quæ ſimul ab Eſdra, & Nehemia geſta ſuns, & quod vterque liber apud Hebræos & Græcos in vnum volumen coëat, in duo diuiſim apud Latinos. Diſſideor prætetea à Latinis, Græci Pastes, in eo quòd Latini tertium Eſdræ librum inſcribunt, & inter Apocrypha ſcripta reiiciunt: Græci in ſacro Canone collocant; & primum in ordine librorum Eſdræ ſtatuunt, quoniam quæ in eo narrantur, geſta ſunt ante ea quæ Eſdræ & Nehemiæ libris continentur, vt annotatum eſt ſupra, in articulo ſecundo de libtis Apocryphis.

Quo Idiomate conſcripti ſint libri Eſdræ? Crediderim Hebræo, etſi aliquæ pastes annexæ ſapiant Chaldaicum.

SECTIO I.

De libro Tobiæ, Iudith, Eſther.

Liber Tobiæ, iuſſu Raphaëlis Archangeli, ſcriptus dicitur *a* ab ipſo Tobia ſeniore, vſque ad finem Capitis duodecimi, & Caput decimum tertium à Tobia iuniore, vſque ad verſum decimum ſextum; inde ad finem libri ſuppleuit incertus Autor. Eo libro Tobias calamitates ſuas, & diuinas conſolationes digeſſit, quas cum familia ſua captiuus in Niniue, tempore Salmanazar Regis Aſſyriorum, ſuſcepit. Quâ vero linguâ ſeu idiomate ſcriptus ſit liber iſte? Chaldaico ait Hieronymus *b*, qui ex ea lingua in Latinam tranſtulit. Porro de huius libri auctoritate dubium aliquando fuit; cum enim initio Hebraicè non extaret, etiam in Canonem Hebræorum receptus non fuit, vnde & ab ipſo Hieronymo *c* olim Apocryphus, ſeu incertæ fidei, necdúmque iudicio Eccleſiæ probatus habebatur; poſteà tamen pro Canonico habitus eſt, ſicut & liber Iudith, Eſther, & vterque Machabæorum.

a Tob. 12. 20.

b Epiſt. 110. quæ eſt ad Chro matiũ Heliodor.

c Loc cit. & epiſt. 115. in pro'o- Galeat.

Liber Iudith, viduæ huius ſanctiſſimæ ac generoſiſſimæ victoriam, & obſeſſæ patriæ liberationem ab ipſa præſtitam enarrans, ſcriptus eſt, vt aſſerit Philo Iudæus, à Ioacim qui eſt Eliachim, & Ioachim, ſummo ſacerdote, (de quo fit mentio in ipſo libro Iudith *d*, & qui Iſaïas *e* ſummum Sacerdotium nomine Dei promiſerat.) Conſcriptus eſt autem liber iſte ſermone Chaldaïco: poſteà S. Hieronymus ex Chaldæo Latinum fecit, non verbo, ſed ex ſenſu ſenſum reddendo, vt ipſemet ait.

d Iudith 4. 7. & c. 15. 9.

e In Prolog. Iudith. epiſt. 1.

Liber Eſther, humillimæ iſtius ac piiſſimæ pupillæ, de fæce captiuitatis ad regiam coronam aſſumptæ, exhibet hiſtoriam. Huius libri Auctorem Eſdram exiſtimat Iſidorus; Euſebius verò alium Eſdra poſteriorem; & Philo Iudæus Ioachim Pontificem Ieſu Sacerdotis magni filium, qui adhortante Mardochæo, eiuſdem Eſther patre adoptiuo, hiſtoriam hanc litteris mandauit, inſtituítque ſolennitatem ſortium, in memoriam Iudaicæ liberationis. Pleríque tamen Latinorum tradunt, librum hunc ab ipſo Mardochæo Hebraïcè conſcriptum; quibus vtique fauent verba illa eiuſdem libri: [*Scripſit itaque Mardochæus omnia hæc, & litteris comprehenſa miſit ad Iudæos f.*]

f Eſther 9. 20.

Quo autem idiomate ſcripſerit? Chaldaïco, vt crediderim; linguâ ſcilicet illius regionis, in qua contigit hiſtoria ipſa; quam linguam Mardochæus ipſius gnarus perfectè callebat, & ad primores Iudæorum librum hunc tranſmittebat, vt inſinuatur ex illis verbis: [*Suſceperúntque Iudæi ea quæ Mardochæus facienda litteris mandauerat g.*] Tum D. Hieronymus *h*, vt ipſe teſtatur verbo tenus in Latinum tranſtulit. Quod intellige de nouem prioribus Capitulis: vltima námque ſex Capitula ab incerto Scriptore Græco addita ſunt, ex diuerſis hiſtoricis, præſertim ex Ioſepho, ex quo exemplum litterarum Aman, & exemplum epiſtolæ Regis Artaxerxis, quæ 13. & 16. huius libri Capite recitantur, ad verbum deſumptæ ſunt. Et fortè accidit, vt propter has Appendicum lacinias hinc inde inſertas, liber hic quamuis Hebraïcus, & ab Hebræis receptus, ſerò admodum in Concilio Carthaginenſi tertio Canonicam autoritatem receperit.

h Præfat. in Eſther.

g 11. Antiq.

SECTIO VI.

De libro Iob.

Liber Iob, in quo hic vir Dei ad miraculum ſanctus *k*, ſummæque patientiæ prototypus, ſpiritualis militiæ pugnas, ac victorias eruditiſſimo, diſertiſſimóque ſermone cõplexus eſt: primùm ab ipſo Iob, vulgò fertur conſcriptus, idque admodùm probabile eſt: decebat enim, vt poſt felicem exitum ærumnarum ſuarum, ipſemet ſermones ſuos ſcribendo adimpleret; quod maximè ſua in calamitate optauerat, dicens: [*Quis mihi tribuat vt ſcribantur ſermones mei? quis mihi det vt exarentur in libro ſtylo ferreo l:*] Nec tamen arguendus S. Iſidorus, aliique dum ſcribunt, Moſem fuiſſe Auctorem libri Iob, ſed potiùs cum communi ſententia conciliandi, quod non incongruè fiet, ſi dicamus, annotatas fuiſſe ab ipſo Iob res ſuas geſtas, patriâ linguâ, ſcilicet Idumæâ, ad Syriacam, & Arabicam accedente: nam teſte Hieronymo *m*; liber hic Syriſmis paſſim & Arabiſmis inſpergitur: poſteà verò ex eo volumine cõpoſitus eſt à Moyſe, linguâ Hebraica, liber, qui iam extat; additis in principio illis verbis: [*Vir erat in terra Hus nomine Iob, ſimplex & rectus, & timens Deum, & recedens à malo.*] Et in fine adiuncta ipſius morte. His ſuffragatur Origenes *n*, dum ait, Moſem hanc ſanctam Hiſtoriam, vel ab ipſo Iob, vel ab amicis eius conſcriptam, ex Syro eloquio in Hebraïcum ſermonem tranſtuliſſe, ad conſolationem Iudæorum, qui in Ægypto captiui à Pharaone indignâ ſeruitute opprimebantur, vt legentes beati viri vehementes ac terribiles illos dolores inuicem ſe conſolarentur, & cùm patientia, & gratiarum actione, mala quæ eos circundederunt, ſufferrent; & optimam remunerationem, quam Deus Beato Iob poſt tolerantiam largitus eſt, audientes, etiam ipſi liberationem ſperarent, & beneficia beatæ mercedis laborum ſuorum expectarent. Nec immeritò, in eo namque libro, vt explicat S. Proſper, graphicè depingitur duellum pœnarum & tolerantiæ; perſecutionis, & patientiæ, naturæ & gratiæ; Dæmonis & viri iuſti. Neque hoc loco prætereundum, Iob vndecumque tandem ortum ſuum habeat, vixiſſe ante Moyſem; nam ſi ex ſententia Græcorum, & multorum Latinorum, deſcendit ab Eſaü, adeoque fuit tertius ab ipſo, & quintus ab Abrahã, antiquior fuit Moyſe, qui fuit quartus à Iacob fratre Eſaü, & ſextus ab Abraham. At ſi Iob iuxta Hebræos, & S. Hieronymum *o*, originẽ traxit à Nachor fratre Abrahæ, fuit tertius ab illo, ac propterea multo antiquior Moyſe. Obſeruat Sixtus Senenſis librum Iob apud Hebræos duobus primis Capitulis ſolutâ oratione progredi, & à tertio capite vſque ad finem quadrageſimi primi Hexametris verſibus labi, inde ad finem libri proſa concludi *p*.

k Greg. Suid. Albert. magnus & alij.

l Iob. 19. v. 23.

m Prolog. in Iob.

n Lib. in Iob

o In qu. Hebræos.

p Sixt. Senenſis lib. 1 Bibl. ſanct. .

SECTIO

SECTIO VII.

De Pſalterio Dauidis.

PSalterium, in quo plurima recenſentur geſta in veteri Teſtamento; & pleraque gerenda in nouo; à Dauide Hebraicè conſcriptum eſſe certiſſimum eſt dubium tamen, an omnes ipſe ſcripſerit Pſalmos in eo contentos: affirmant Chryſoſt. Caſſiod. Euthym. Theodor. necnon Auguſt. negant Hebræi; itemque Hilar. Hieron. & alij aſſerentes varios Pſalmos à variis Prophetis compoſitos; ab iis nempe qui in titulis ſubinde prænotantur, putà à Moyſe, quem Aben-Ezra Iudæus putat vnum fuiſſe de cantoribus Dauid; Hieron. *a* verò aſſerit eſſe Moſem Legiſlatorem: & ab Aſaph, Heman, Idithun, Salomone, & filiis Core; ſed pleroſque à Dauide Rege. At facile conciliari poſſunt Auctores iſti, ſi dicamus cum Sixto Senenſi *b*, Dauidem Regem ac Prophetam Auctorem fuiſſe omnium Pſalmorum, ex quibus quoſdam ipſe ſcripſit, & ore proprio cecinit; cæterorum verò ſola argumenta edidit, tradiditque Cantoribus, in Templo Dei ab ipſo ordinatis, vt ea carminibus deſcriberent; & ad varios cantus, & organa muſica accommodarent: & hos quidem Pſalmos ipſi propriis nominibus inſcripſerunt. Et in hoc ſenſu dici poteſt Dauidem omnes ſcripſiſſe Pſalmos, quia ab aliis ſcribi imperauit, propoſito illis argumento. Equidē, vt ratiocinatur D. Chryſ. neque Chriſtus, neque Apoſtoli, neque alij, citando Pſalmos, alium vnquam nominant auctorem quàm Dauidem. Cenſet idem Chryſoſtom. Eſdram pòſt captiuitatem Babylonicam hos Pſalmos hinc inde diſperſos; in hoc quod nunc habemus volumen, collegiſſe. Athanaſ. verò, id ante captiuitatem Babylonicam ab amicis Ezechiæ Regis Iuda factum ſcribit: eoſque ex Pſalmis Dauidis, quos ipſe vſque ad tria millia fuiſſe affirmat, centum & quinquaginta tantùm collegiſſe; reliquis abſconditis, ne ad omnium manus venirent. Quicquid ſit, liber Pſalmorum ſcriptus eſt primùm Hebraicè; poſteà à variis in Græcū tranſlatus, maximè à S. Luciano Martyre, cuius tranſlationem in Latinum deinde conuerſam, & à S. Hieronymo correctam, Romana hactenùs vſurpat Eccleſia.

a in explan. Pſal. 89. ad Cyprian.

b l. 1. Bibl. ſanctæ.

SECTIO VIII.

De quatuor libris Salomonis, videlicet Prouerbiis, Eccleſiaſte, Cantico Canticorum, & libro Sapientiæ.

PRouerbia, ſicut & Eccleſiaſtes, & Canticum Canticorum à Salomone, nullo dubitante, conſcripta ſunt. Prouerbia ſic vocantur, quòd in eo libro, adagia, ſimilitudines, & vulgatæ ſententiæ, de variis humanarum rerum euentibus, ad vitæ inſtitutionem referantur; ibi namque Salomon, ab initio libri vſque ad caput 30. inducit Sapientiam, quaſi Reginam Conuiuas ſuos inter epulas alloquentem, iuxta veterum morem, qui præclaras ſententias, problemata, & ænigmata in conuiuiis proponere, & diſcutere, ſolebant. & Capite trigeſimo, præter Sapientiam conuiuij Reginam, & ſympoſiarcham, inducit Agur, qui nomine congregantis, filiique vomentis intelligitur: & trigeſimo primo Lamuëlem Regem tanquam conuiuas & interlocutores, qui forſan plures alij fuerunt; minùs enim conſentaneum erat, ſolam Reginam tot continuo verba feciſſe. Probabile eſt, iniuriâ temporis intercidiſſe plures alias eiuſdem parabolas, quas conſtat ad tria millia ab eo pronuntiatas.

Eccleſiaſtes Græcè, Latinè Concionator dictus eſt, eò quòd ſermo eius, vt ait Hieron. non ad vnum ſpecialiter, ſicut in Prouerbiis, ſed ad vniuerſos generaliter dirigatur; nam toto hoc libro concionatur Salomon de ſeculi, mundanarumque rerum vanitate; vt quæ nec ſolidæ ſint, nec conſtantes, nec animum ſatient; ſed diſtrahant, ac crucient; ſuadetque omnium illorum contemptum, vniuſque Dei cultum aſſiduum. Librum hunc à Salomone poſt tot libidines, & Idololatrias, iam pœnitente, ac reſipiſcente conſcriptum, ait Pineda, & Hebræos, pluresque alios grauiſſimos citat Auctores; nec infirmis probat rationibus: vnde non incongruè Hebræi eidē libro, ipſique Salomoni, ſapientiæ titulum inſcribunt, quæ copiosè in hoc volumine clareſcit.

Canticum Canticorum dicitur quaſi nobiliſſimum Canticum; quia cæteris tam Salomonis, quàm aliorum Auctorum Canticis excellentius eſt, vtporè ſpirituale colloquium inter Chriſtum & Eccleſiam, eius ſponſam, imò & quamlibet piam animam ſæculo ſuperiorem, quæ eſt membrum Eccleſiæ, quam in perſona ſponſæ Canticum hoc iungit oſculis, & amplexibus ſponſi. Faceſſat illorum opinio qui Carmen hoc μυςικώτατον, & cœleſtis anagogiæ pleniſſimum, nil niſi nugas amatorias, & Salomonis cum Pharaonitide nuptiales ludos continere putant: indecorum enim foret, ſi Diuinus ille puriorque Spiritus, id dictaſſe feratur, quod laſciuiam potiùs nutriat, quàm ſpiritum. Neque profectò de filia Pharaonis tam varia fortuna poſſet conſtrui, vt quæ nunc in vineis collocetur, modò ad caulas vocetur, tum in agrum deducatur, ſolem paſſura & æſtum; noctu exeat, vulneretur: moxque præ teneritudine floribus fulciri anhelet: naſum eius velut turrim eſſe, caput inſtar Carmeli, aliaque quæ in nullam fœminarum aptè conueniant.

Communiori itaque Doctorum ſententiæ inhæreamus; dicamuſque Salomonem ſic Canticorum libro deſcribi, vt *Chriſti* typum referat; filiaque Pharaonis Eccleſiam præfiguret adeoque & humanum quid litterà ſignificetur, idipſum tamen, humanum, propheticum quippiam, ſeque multò ſublimius adumbret. Stylus quidem huius Cantici amatorius eſt; & metaphoræ pene omnes à nuptiis carnalibus deſumptæ, nihil tamen hic carnale, nihil profanum. Nullæ hic Veneres, nulli Cupidines. flammæ quidem ſunt, faceſque, ſed ab illo igne, quo ardent Seraphini, quem *Chriſtus* venit mittere in terram *c*, & quo candidiores, ac ſanctiores animæ inſtar Eliæ rapiuntur in cœlum *d*.

Attamen quia pauci Eliæ, nec omnes animæ

c Luc. 1 v. 49.

d 4. Reg v. 11.

ſanctæ,sut candidæ: Canticum hoc anagogicum, vnà eum exordio libri Geneſeos, & initio, ac fine Ezcehielis, antiqui Hebræi, vt ait Sixtus Senenſis, propter arcanos ſenſus, tanta veneratione proſecuti ſunt, vt noluerint legi niſi poſt trigeſimum ætatis annum; eademque reuerentia adducti plerique Chriſtianorum Expoſitorum exiſtimsrunt huius explanationem libelli, non eſſe in iuuentute attingendam, ſed potiùs in ſolstium Chriſtianæ ſenectutis, ac ſanctæ migrationis, viaticum, reſeruandam; exemplo Sanctorum virorum Bernsrdi Claræuallenſis, Thom. Aquinatis, Ioannis Gerſonij, sliorumque, quibus in meditstione, & expoſitione huius Operis fælicitet mortalitatem exuere contigit.

Liber Sapientiæ habet Auctorem, vt vult D. Hieron. *a* ex multorum ſententia Philonem Iudæum Alexandrinum, virum Græcâ eloquentiâ celeberrimum, qui pro Gente ſua ad Imperatorem legatione functus eſt. Genebrardus verò Philonem alium Alexandrino Seniorem, & ex ſeptuaginta duobus Interpretibus, vnum; ſi non Auctorem, ſaltem compilatorem aſſerit: ſed longè probabilius eſt, ipſum à Salomone cóſcriptum fuiſſe, cùm Auctor huius libri dicat: [*Tu elegiſti me Regem populo tuo, & dixiſti me ædificare Templum in monte ſancto tuo.*] Quæ verba niſi de Salomone apertè intelligi nequeunt; quamquam fieri potuit, vt omnes & ſingulæ ſententiæ quæ continentur in illo libro, fuerint Salomonis; ac deinde ab aliquo alio, putà Philone alterutro, in vnum corpus redsctæ ſint. Cæterùm etſi liber ille Sapientiæ Hebraicè conſcriptus ac tunc pro Canonico ab Hebræis agnitus fuerit, ait Iſidorus *b*, iam tamen à tempore S. Hieron. non extat Hebraicè, vti nec Eccleſiaſticus, ſed ſolùm Græcè; vnde & Iudæi, Iudæoſque ſecuti, Athanaſ. *c* Epiph. *d* Hieron. *e* Damaſc. *f* noluerunt eos pro Canonicis habere: ſed alij ferè omnes SS. Patres, etiam antiquiores, vt Dionyſ. Areopag. *g* illos vt Canonicos citarunt; (imò & Chriſtus *h* ipſe, & D. Paulus *i*,) & pro Canonicis habendos definierunt Innocent. & Gelaſius, necnon Concilium Carthsginenſe tertium *k*, Florentin. ac Tridentin. vt dictum eſt Articulo primo.

a Epiſt. 115.
b lib. 1. de offic. c. 12.
c in Synopſ.
d de ponder. & menſ.
e Epiſt. 115. & in prolog. Galeato.
f l. 4. fidei orthodox.
g de diuin. admin. c. 4.
h Matth. 13. v. 43.
i Rom 11. v. 34. Epheſ. 6. v. 13. & 17.
k c. 43.

SECTIO IX.

De Eccleſiaſtico.

Liber Eccleſiaſticus, ad imitationem ſimul & diſtinctionem libri Salomonis, qui dicitur Eccleſiaſtes, ſic inſcriptus eſt; quia cóplectitur ſimilem moralem Philoſophiam, ſed luculentioribus ſententiis; vnde & à Græcis πανάρετος dictus eſt, quia de omni virtute, præcepta tradit; quibus inſignia Dei, diuinorumque operum, & virorum illoſtrium encomia ſubnectuntur. Certum eſt hunc librum ſcriptum à Ieſu filio Sirach, vt ipſemet teſtatur, his verbis: [Doctrinam ſapientiæ & diſciplinæ ſcripſit in Codice iſto Ieſus filius Sirach Ieroſolymita.] Idque lingua Hebraica. Et Hieron. eum librum Hebraicè ſcriptum ſe reperiſſe, teſtatur; ſed nepos eius cognominis, vocatus & ipſe Ieſus, & patrem habens Sirach ex Hebræo in Græcum vertit.

SECTIO X.

De quatuor Prophetis maioribus.

Poſt Eccleſiaſticum iuxta ſeriem ſacrorum Bibliorum, ſequuntur ſexdecim Prophetæ, quorum vaticinia literis conſcripta extant, duaſque conſtituunt Claſſes; Priorem quidem quatuor maiores, & duodecim minores poſteriorem: vtrique ſic dicti, quòd maiores, copioſiores ſint, ſuoſque ſinguli libros faciant integros: minores verò, minus copioſi, omneſque ſimul vno libro apud Hebræos contineantur; ſinguli tamen in Bibliis Hebraicis & Latinis eo ordine, quo propherarunt. Neque enim excogitari poteſt vlla ratio, cur prior tempore debuerit poſteriori poſtponi. Nos ex vtriſq; in ſynopſi Proſopochronica, vnam Claſſem fecimus, ſingulis eo quo prophetarunt ordine recenſitis; iam verò iuxta ſacrorum diſpoſitionem Bibliorum, in ſua quemque Claſſe attendimus: maioreſque, putà Iſaiam, Ieremiam, Ezechielem, & Danielem in prima, prout ſequitur.

Iſaias Propheta filius Amos Ieroſolymita, è regia ſtirpe Iuda, ſcripſit Hebraicè librum Prophetiarum ſuarum, quas ſub quatuor Regibus Iuda, ſcilicet Ozia, Ioathan, Achaz, & Ezechia, ſibi inuicem ſuccedentibus, pronunciauit contra Iudæam, & Ieruſalem, & contra Gentes præſertim Babylonicas, Philiſtæas, Damaſcenas, Ægyptias, Idumæas, & Tyrias. In quo quidem libro, vt ait Hieron. & refert Sixtus Senenſis *l*, quicquid de Phyſicis, Ethicis, & Logicis: & quicquid de ſacrarum ſcripturarum myſteriis poteſt humana lingua, & mortalium ſenſus accipere, complexus eſt, ſummâ præ cæteris Prophetis venuſtate ſermonis, & vrbanæ dictionis elegantiâ. De Chriſti autem aduentu, Incarnatione, miraculis, prædicatione, vita, paſſione, morte, reſurrectione, & gloria; tot, tamque aperta protulit teſtimonia, vt non de futuris euentibus vaticinari, ſed magis de præteritis hiſtoriam ſcribere videatur, & Euangeliſtæ potiùs quàm Prophetæ partes implere. Vnde non immeritò *Chriſtus* Dominus hunc inter cæteros Prophetas elegit ſibi, quem in Synagoga patriæ ſuæ palam legeret, exponeretque. Mortuus eſt Iſaias ſub impiiſſimo Manaſſe Rege Iuda, eius iuſſu in duas partes ſertâ ligneâ diſſectus *m*, quòd Optimates regiæ domus, Principes Sodomorum vocaſſet, atque dixiſſet, ſe vidiſſe Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum; ſepultuſque eſt ſub quercu Rogel, in Tribu Beniamin.

l l. 1. Bibl. ſanctæ.
m Adrich. & alij.

Ieremias Propheta, & Sacerdos ex Anathot viculo, filius Helciæ Sacerdotis Magni, cæpit puer *n* adhuc Prophetare, ac vaticinia literis mandare; ſermone quidem Hebraico, inculto tamen, ac ſubruſtico, ſed ſenſuum maieſtate ſublimi; excipiente ex ore ipſius Baruch Scriba librum prophetiarum ac viſionum, quas de clade Iudæorum, & de futura *Chriſti* Eccleſia, diuinitùs accepit, per annos 42. videlicet ab anno 13. Regis Ioſiæ vſque ad excidium Ieruſalem, & tranſmigrationem reliquiarum Iuda in Ægyptum. Cui libro Baruch adiecit ex vltimo Capite libri quarti Regum,

n Ierem. 1.

iiſdem

iiſdem penè verbis, commemorationem, cladis Ieroſolymitanæ, vt viam ſterneret Lectoribus ad proximè ſequentem lamentationum librum; in quo Ieremias eam cladem, ſpiritu Prophetico præuiſam lugubri carmine iam anteà defleuerat. Rabbi Salomon exiſtimat hunc librum Lamentationum eum eſſe quem prophanus Rex Ioachim, lecto eius initio, in odium Prophetiæ combuſſit: quemque iterum Ieremias, accito Baruch ſcriba, iuſſu Dei dictauit; adiecitque quartum Alphabetum triplicatâ ſerie litterarum, cùm in Priori exēplari tria tantùm Alphabeta ſimplicia edidiſſet. Vixit autem Ieremias ſub Regibus Ioſia, Ioachim, & Sedechia, vſque ad transmigrationem reliquiarum Iuda in Ægyptum, quò & ipſe lubens, volens translatus eſt; occubuitque in Taphnes, lapidibus à ſuis obrutus.

Baruch Propheta Neeriæ filius, citatus eſt ſub nomine Ieremiæ, quia fuit eius diſcipulus & Scriba, & hoc à D. Hilar. *a* aliiſque quod Diſcipuli eſt Magiſtro tribuentibus. Scripſit autem Hebraicè ſuum librum Propheticum, cùm poſt euerſam Ieruſalem, ex Ægypto, quò cum Ieremia fuerat adductus, veniſſet in Babylonem, & in eo calamitatem Babylonicæ captiuitatis, eiuſque cauſas, incredulitatem ſcilicet, & ingratitudinem Iudæorum defleuit; intermixtis vaticiniis de fœlici eorum in patriam reditu; de pollicitatione Teſtamenti noui; & de aduentu filij Dei in carnem: & eum, audiente ac flente vniuerſo populo, qui erat captiuus in Babylone; coram Rege Iechonia, & Optimatibus legit.

a lib 4. de Trinit.

Ezechiel Propheta & Sacerdos, filius Buxi Sacerdotis, de terra Sarrera, ſcripſit librum Propheticum de viſionibus & oraculis, ſibi à Deo intra viginti annorum ſpatium reuelatis; hoc eſt à quinto anno tranſmigrationis Regis Iechoniæ, cùm ipſe Ezechiel ductus eſt in Chaldæam, vſque ad annum vigeſimum quintum eiuſdem tranſmigrationis. Stylus eius ex diſerto ac ruſtico temperatus, narrationis miſteria tantis obſcuritatibus inuoluta ſunt, vt apud Rabinos, traditione cautum ſit, ne quis audeat primum libri Capitulum, octóue poſteriora nequidem legere, niſi impleto trigeſimo ætatis anno. Nec incongruè D. Hieronymus, qui primus omnium expoſitorum auſus eſt Commentaria in totum Ezechielem conſcribere; abſtruſam huius libri difficultatem aptiſſimè Cretenſis Labyrinthi ſimilitudine expreſſit. Ezechielis librum, ac etiam Danielis, Iſidorus cenſet à viris ſapientibus Hebræorum fuiſſe conſcriptū

Daniel Propheta, è regia ſtirpe Iuda, adhuc abductus in Babylonem cum Ioachim Rege Iuda *b*, ibi Prophetiæ ſuæ librum edidit, in quo de omnibus totius mundi regnis, ac præſertim de glorioſo & æterno *Christi* regno, præclara vaticinia comprehendit; omneſque pene omnium hiſtorias deinceps ſcriptas, eodem volumine perſtrinxit. Ad cuius exactam cognitionem, monet Hieron. neceſſariam eſſe multiplicem hiſtoriam Chaldeorum, Græcorum & Latinorum; eorum maximè, qui ab Alexandro Magno vſque ad Cæſarem Auguſtum, Syriæ & Ægypti, id eſt, Seleucidarum, & Ptolemæorum bella deſcribunt. Additio, ſeu ſupplementum Danielis, quod in Hebræo non habetur, ſed ex Græca Theodotionis editione, ab Hieronymo tranſcriptum eſt, continet Orationem Azariæ, Hymnum trium puerorum, Suſannæ, & Belis & Abacuc ſingulis annis in ſacris quadragenarij ieiunij myſteriis repetens, huic ſupplemento Canonicam auctoritatem promeruit. Et hæc de quatuor Prophetis, qui maiores dicuntur; reſtat agendum de aliis duodecim, qui minores appellantur.

b Daniel. 1.

SECTIO XI.

De duodecim Prophetis minoribus.

OSee filius Beeri, ex oppido Belometh, in tribu Iſachar *c*, exterorum omnium tam maiorum quàm minorum Prophetarum primus, ſcripſit Hebraïcè librum ſuum, quaſi per ſententias digeſtum, contra decem Tribus Iſraël idololatras, ſub nomine Ephraim, Samariæ, & domus Iacob; prædicens earum captiuitatem. Præ cæteris Prophetis de vocatione Gentium, & reprobatione Hebræorum vaticinatus eſt, ſub Ozias, Ioathan, Achaz, & Ezechia Regibus Iuda. Græci poſt Oſeam ponunt Amos: Hebræi verò & Latini Codices Ioël; ſed parum refert, quia tres iſti fuerunt Synchroni, vt S. Hieronymus loquitur.

c ex Epiph.

Ioël filius Phatuel, ex agro Bethér, de Tribu Ruben oriundus, ſcripſit Hebraicè, prædixitque quanta mala imminerent orbi vniuerſo, propter grauia eius ſcelera; maximè vero duabus Tribubus Iuda & Beniamin, quibus datus erat in Prophetā; & quas vocat Iuda, & Ieruſalem (Ieruſalem enim ſita erat in confiniis Beniamin.) Et quia Ioël non deſignat tempus, quo prophetauit, intelligitur prophetaſſe ſub iiſdem Regibus quibus Oſee, & Amos propherarunt, fuit enim eorum contemporaneus, vt proxime dictum eſt.

Amos ex oppido Thecuë, in Tribu Zabulon *d*, vir plebeius & paſtor, ruborum mora vellicans, mox diuino miraculo in ordinem Prophetarum vocatus, Hebraicè contra decem Tribus Iſraël, & aduerſus regnum Iuda, & Templum ipſum, vaticinia edidit, in diebus Oziæ Regis Iuda, & Iereboam filij Ioas, ac Regis Iſraël; à quo, & à filio Sacerdotis Bethel, quem ipſe de duobus vitulis aureis increparat, inter tempora percuſſus occubuit, vt teſtatur Epiphanius *e*.

d ex Epiph.

Abdias in Sichem natus, teſte Epiphanio, ſed iuxta quoſdam Rabinos, ex Idumæa Proſelytus; Prophetauit contra Idumæos, eorum prædicens exitium, quod tempore captiuitatis Babylonicæ, futuri eſſent ſocij Chaldæorum aduerſus Iudæos. Abdias hic, alius eſt ab Abdia illo domus Achab diſpenſatore, qui abſcondit, pauitque centum Prophetas, quo tempore impia Iezabel vxor eiuſdem Achab, Prophetas Domini perſequebatur: D. enim Hieron. facit Abdiam Prophetam contemporaneum Oſee, Ioëlis, & Amos, qui cœperunt prophetare ſub Ozia Rege Iuda: fieri autem nequit, vt diſpenſator ille, qui vixit tempore Achab, peruenerit ad tempora Oziæ: Achab enim antiquior fuit Ozia 150. annis. Nec obſtat quòd idem Hieron. alibi

e de vita & morte Prophetarum.

dicat, Abdiam Prophetam fuiſſe diſpenſatorem illum domus Achab; id enim non ea mente ſua dixiſſe, ſed ea traditione quadam Iudaica retuliſſe cenſendus eſt.

Ionas filius Amathi Prophetæ ex vico Geth, ſeu Cauathamaom, non longè ab Azoto, in Tribu Dan, oriundus erat, ex Epiphan. *a* qui, ſicut & D. Hieron. refert ex Hebræis, cenſet eum fuiſſe viduæ Sareptanæ filium, ab Elia Propheta ſuſcitatum. Hic eodem tempore quo prædicti Prophetæ, contra Niniuen prophetauit, eique exitium Hebraico idiomate prædixit: & licèt tunc Niniuitis pœnitentiam agentibus Deus pepercerit; poſteà tamen eiſdem ad peiora relapſis, eam quam Ionas prædixerat cladem immiſit; & de ea Tobias ſenior ait: [*Propè erit interitus Niniue, non enim excidit verbum Domini.*] Et licèt hoc loco Ionas nequaquam nominetur, Hieronymus tamen in prologo Ionæ refert hæc Tobiæ verba; eiſdemque aſtruit euerſionem Niniue, quam prædixerat Ionas; quæ quidem ſi contigerit poſt quadraginta annos ab iſta eius prophetia: [*Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur.*] Eo vtique tempore præcisè facta eſt, quo fuerat prædicta: dies enim in ſacra pagina pro annis nonnunquam vſurpantur.

a l. de vita & morte Prophet.

Michæas ortus è Moraſti in Tribu Ephraim, in diebus Achaz, & Ezechiæ Regum Iuda; vaticinatus eſt ſuper Samariam, & Ieruſalem, contra Reges, Iudices, Sacerdotes, & Pſeudo-Prophetas, qui verbum Domini abiecerant, & impietatem ſecuti fuerant: prædixit aduentum *Chriſti*, & natiuitatem in Bethleem; & conuerſionem Gentium ad Eccleſiam Dei.

Nahum ex oppido Elcheſei, trans Iordané fluuium, in Tribu Simeon, vt aſſerit Epiphanius *b*; vel in Galilæa, vt vult Hieron. poſt Ionam Prophetam Hebraico ſermone vaticinatus eſt contra Niniuitas, poſt obtentam à Deo veniam, in grauiora crimina relapſos; prædixitque exitium regni Aſſyriorum, & vaſtationem Niniue per Chaldæos.

b l. de vita & morte Prophet.

Habacuc ex agro Bezochar in tribu Simeon oriundus, iubente Deo *c*, prophetiarũ ſuarum librum hebraicè exarauit; & prædixit aduentum Chaldæorum, & Babylonicam captiuitatem; imò & eorumdem Chaldæorum vaſtationem, quæ facta eſt per Medos, & Perſas; prædixit etiam aduentum Chriſti; paſſionem, & reſurrectionem; & ſecundum aduentum in gloria D. Hier. *d*, aliique graues Auctores volunt Habacuc Prophetaſſe poſt captiuitatem Babylonicam, ducti hoc argumento, quòd Propheta Habacuc capillo capitis ſui ab Angelo delatus attulerit prandium Danieli *e*, in lacu Leonum conſtituto, adeoque vixerit tempore Daniel. Epiph. *f* tamen docet Habacuc Prophetaſſe ante captiuitatem duarum Tribuum & in Chronico Hebræorum, quod Seder-Olam vocant, deſignatur tempus quo Habacuc Prophetauit, nempè ſub Rege Manaſſe, quod non eſt improbabile; quoniam ipſe Habacuc diſertis verbis prædixit aduentum Regis Babyloniæ ad capiendos Iudæos. Non eſt autem moris Prophetarum eloqui de rebus præteritis, per verba temporis futuri; ſed potiùs è contrario prædicere futura, per verba præteriti. Si cui ſententia hæc, eiuſque ratio placuerit, reſpondere poterit ad prioris argumentum, non eſſe eumdem Habacuc Prophetam vnum ex minoribus, & Habacum Prophetam, qui tulit prandium Danieli: ſicut non eſt idem Abdias diſpenſator, qui vixit tempore Achab Regis Iſraël; cum Abdia, qui vnus eſt ex duodecim Prophetis minoribus.

c Abacuc 2.

d in prologo ad Abac. Theod. Sixt. Senenſ. & alij.

e Dan. 14. v. 35.

f l. de vita & morte Prophetar.

Sophonias à Sarabatha monte, Chuſi filius, vaticinia ſua ſub Ioſia Rege Iuda Hebraicè edita, mirà ac luculentà breuitate perſtrinxit: Inuehitur in peccata; hortatur ad pœnitentiam; prædicit excidium Palæſtinorum, Moabitarum, Ammonitarum, & Æthyopum, & conuerſionem Gentium, ruinamque idololatriæ. Item Chriſti reſurrectionem; Iudæorum excæcationem, exitium vltimum, Eccleſiæ gloriam & fælicitatem.

Aggæus è Babylonica captiuitate iam ſoluta, iuuenis ad modum in Iudæam reuerſus, cæpit prophetare, anno ſecundo Darij Regis Perſarum, menſe ſexto. Iudæos vaticiniis ſuis impulit ad reædificationem Templi; viditque oculis ſuis ſtructuram Templi completam, ibique primus in laudem Dei, Alleluia cecinit.

Zacharias filius Barachiæ, illo ipſo anno ſecundo Darij, edidit ſuum librum, copioſiorem quàm ſint alij reliquorum minorum Prophetarum, idem ferme cum Aggæo habet argumentum, de Templi reædificatione: viſiones admodùm obſcuras continet, à viſionibus Danielis haud abſimiles, in quibus explicandis, præclara tam Iudæorum, quàm Chriſtianorum ingenia ſudarunt; per eas tamen multa prædixit de fælicitate Eccleſiæ, & vltima Iudæorum perditione.

Malachias ex oppido Sopha, in Tribu Zabulon oriundus *g*, ſcripſit aduersùs impuram populi ſui vitam, ſuorumque improbos mores Sacerdotum, qui poſt reditum Babylone, & inſtauratum Templum, rurſus in priſtinas fæditates, relapſi, contaminatis animis, & corporibus, ſua offerebant ſacrificia, quorum abolitionem prædixit, & inſtitutionem noui ſacrificij, quod toto orbe offerendum erat. Vaticinatus eſt etiam de vltimo iudicio, & reditu Eliæ Prophetæ, ad conuertendas reliquias Iſraël. Cæterum quia Malachias Hebraicè Angelum ſonat, exiſtimarunt quidam Malachiam fuiſſe Angelum, qui de cœlo veniens corpus aſſumpſerit, vt Iſraëli quæ à Deo ſibi mandata erant, vaticinaretur; hunc errorem Hier. impingit Origeni refelitque; quia ſi Malachias eſſet Angelus, quia nomen ipſum Angelum ſignificat; pari ratione, & Ioſuë Chriſtus eſſet; & Ioël Deus, hic enim Deum ſonat, & ille Saluatorem.

g Epiph. de vita & morte Prophet.

SECTIO XII.

De duobus Machabæorum Libris.

HIſtoria Machabæorum, (quos Iudæi vocant Aſſamonæus, quia ab Aſſamonæo geniti erant) Duobus libris comprehenditur. Liber primus à Ioanne Hircano Pontifice ſcriptus creditur, idque Hebraïcè, vt Phraſis ipſa indicat; & D. Hier. cum ſe Hebraica linguâ ſcriptum legiſſe confirmat. Secundum

Librum

Librum incertus Auctnr, Græcus tamen, ex quinque libtis Iaſonis Cytenæi, vt ipſe fatetur, in Epitomen conttaxit. Huucabbreuiatorem Hieronymus Ioſepbum Mathathiæ filium, fuiſſe exiſtimat; alij Philonem Iudæum atbitrantur. Quicquid ſit de Auctoribos, [hi duo Machabæoiom libri, inquit Hieronymus, licèt non habeantur in Canone Hebiæorum, tamen ab Eccleſia intet diuinorum voluminum annotantut hiſtorias.] Et D. Auguſtinus: [Machabæotum libros, non Iudæi, ſed Eccleſia pro Cauonicis habet.] Nec mirum, quia Canon ille Iudæorum factus eſt antequam libri Machabæotum conſcriberentur. Neque obſtat, quòd Auctor libti ſecundi in fine ſubdit: [*Et ſi quidem bene, & vt hiſtoriæ competit, hoc & ipſe velim: ſi autem minus digne, concedendum eſt mihi.*] Nou enim id Auctor intelligit de materia, & rebus in libro ſuo contenis, quaſi veritatem ignoraſſet, ſed tantùm ſtylum, & loquendi modum, non ita terſum atque politum excnſat: idipſum poſteà agit & D. Paulus. Et hæc de libria veteris Teſtamenti.

SECTIO XIII.

De quatuor Euangeliis, & Actibus Apoſtolorum.

NOuum Teſtamentum, ab iIs Auctoribus, Apoſtolis ſcilicet & Euangeliſtis, quibus ſingnli libri attribuuntur, conſcriptum eſſe nemo dubitat: ſatis conſtat omnes præter Matthæum, Gtæco idiomate vſos. Cum enim Apoſtuli ipſi dono linguatum prædití, miſſi eſſent, vt ipſis etiam Gentibus verbum annunciarent, notam tunc vbique Gentium linguam Giæcam titè vſurparunt. Et quidem quod ſpectat ad quatuor Euangelia.

S. Matthæus ex Publicano Apoſtolos, primus omnium in Iudæa, propter eos qui ex circumciſione crediderant, Euangeliom *Chriſti* compoſuit, pattiâ linguâ, hoc eſt Syriacâ, tunc apud Iudæos popplari & viſitatâ; quæ lato nomine vocatur Hebraïca: quia primus in Græcum tranſtulerit, incertum eſt, teſte Hieron. *a* qui ſe vidiſſe, & deſctipſiſſe affirmat ipſum D. Matthæi Autographum, ſuis temporibus aſſeruatum in Bibliotheca Cæſarienſi, quam Pamphylius Martyr extruxerat. Hinc eſt, quòd cùm Matthæus Hebraicè ſcripſerit, in producendis veteris Teſtamenti auctoribus LXX. Interpretum editionem ab aliis Euangeliſtis paſſim citatam, haud ſequitur, ſed iuxta Hebraicam veritatem ſingula profert teſtimonia. Sciptum eſt autem hoc Euangelium, anno tertio Caij Caligulæ Imperatoris *b*; & à Chriſti Aſcenſione, octano.

a l. de ſcript. Eccleſ.

b Euſ. l. 3. hiſt. c. 24.

S. Marcus, cui nomen fuit Ioannes *c*, *Chriſtum* inter ſeptuaginta duo Diſcipolos primùm ſecutus, vt ait Origenes, deinde poſt eius Aſcenſionem coniunctus eſt Barnabæ conſobrino ſuo, & Paulo *d*, ac demum Petro ſe Diſcipulum & Interpretem dedit, vt teſtatur idem Apoſtolus *e*, filium ſuum ſecundùm ſpiritum Marcum appellans. Hic Romæ à fratribus rogatus iuxtà id quod Petrum referentem audierat, breue Græco ſermone ſcripſit Euangelium, ita in omnibus conueniens cum his, quæ paulò anteà ſcripſerat Matthæus, vt eius abbreuiator eſſe videator. Probauit illud Princeps Apoſtolorum, & Eccleſiæ legandum ſua auctoritate tradidit: (vnde & à nonnullis Petri Euangelium appellatum eſt.) Et Marcum in Ægyptum miſit, qui aſſumpto ſuo Euangelio, primus ibi *Chriſtum* annuntians, anno decimo ab eius Aſcenſione Alexandrinam ſummâ doctrinæ & vitæ continentiâ conſtituit Eccleſiam.

c Act. 12. v. 12.

d Act. 13. v. 2. & 15. v. 39. Coloſſ 4. v. 10.

e 1. Epiſt. c. 5. v. 13.

S Lucas, patriâ Antiochenus, profeſſione medicus, primùm cum aliis ſeptuaginta duobus Diſcipulis, vt ſcribit Origenes, *Chriſto* adhæſit; poſteà Pauli ſectator, & omnis peregrinationis eius comes indiuiduus, anno vndecimo ab Aſcenſione *Chriſti*, permiſſu Pauli, ſuum ſcripſit Euangelium linguâ Græcâ, quam apprimè callebat. Sunt tamen qui putant, Lucam cum Chriſto non fuiſſe, nec ſecundùm ea quæ viderat, ſed ſicut à D. Paulo, aliiſque Apoſtolis didicerat, ſcripſiſſe: quod ipſa in præfatione videtur oſtendiſſe his verbis: [*Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis.*] Verùm id ad maiorem fidem ſcriptis ſuis conciliandam addere voluit Euangeliſta, aſſeuerans ea quæ viderat iis quæ audierat eſſe conſentanea.

S. Ioannes filius Zebedæi, frater Iacobi maioris, è Bethſaida vico regionis Galilææ, arte piſcator. At vbi ſuper pectus Domini in cæna recubuit, de ipſo, deque eius in cruce pendentis latere fluenta Euangelij altè potauit; ac tandem omnium Hagiographorum nouiſſimus, contra Cerinthum aſſerentem *Chriſtum* ante Mariam non fuiſſe, diuinam illius natiuitatem ediſſere compulſus eſt ab Epiſcopis Aſiæ.

Liber cui titulus eſt, Actus Apoſtolorum, Græco ſermone à D. Luca Euangeliſta conſcriptus eſt, & licèt [Actus Apoſtolorum] inſcriptus ſit, potiſſimùm tamen continet Spiritus ſancti actiones & miracula, quæ Spiritus ſanctus per Apoſtolos operatus eſt; maximè verò per D. Paulum, qui plus omnibus laborauit, & maiora præ cæteris ſubiit pericul·.

SECTIO XIV.

De quatuordecim Epiſtolis D. Pauli Apoſtoli.

PAulus Apoſtolus, extra numerum duodecim Apoſtolorum, de tribu Beniamin, ex oppido Giſchalis, in Tarſo Ciliciæ educatus, Ieroſolymis à Gamaliele in lege eruditus, & ex perſecutore fidelium, ad *Chriſti* fidem Diuinâ vi compulſus, ſcripſit ſequentes Epiſt.

Ad Romanos recenter conuerſos vnam, Corintho miſſam, in qua nititur eos cum Iudæis, etiam recenter conuerſis, ad mutuam concordiam reuocare: hi enim de dignitate, ac meritis eorum, qui ad Chriſtianam religionem admittendi, & ad Eccleſiaſtica Myſteria eligendi erant, graui & periculoſa inter ſe altercatione contendebant.

Scripſit præterea ad Corinthios duas: primam Epheſi, ſtudens ſedare eorum diſſidia

& factiones; quas potiſſimum circa Euangelij prædicatores, circa diuina Sacramenta, & Sacramentorum Miniſtros arrogantes quidam mundanæ ſapientiæ profeſſores excitauerant. Poſteriorem ex Philippis Macedoniæ miſit per Titum,& Lucam,admonens Corinthios, vt ſinceros Euangelij miniſtros, & Sacramentorum diſpenſatores ſequantur, falſos verò ac malos reiiciant.

Ad Galatas, Româ, vnam, quâ ipſos iam per Pſeudo-Apoſtolos ad Iudaiſmum retractos, grauiter obiurgat; & à legis Moſaicæ ſeruitute, in quam relapſi fuerant, ad Euangelicam libertatem reuocat.

Ad Ephesios, item è Romæ carceribus, vnam, in qua breuiter præſcribit formam Chriſtianæ vitæ, quam ab eo, Epheſij in fide conſtituti flagitauerant.

Ad Philippenſes vnam, ex eiſdem carceribus, adhortans Clerum Philippenſium ad mutuam concordiam, & ad tuendam Eccleſiaſticam vnitatem aduerſus Pſeudo-Apoſtolos, Iudaiſmum ingerentes, & Eccleſiæ diuiſionem molientes.

Ad Coloſſenſes vnam, Epheſi ſcriptam; quâ Coloſſenſes multis adhuc Iudaicis, ac Græcanicis ſuperſtitionibus implicitos corrigit; oſtendens non eſſe aliunde acceſſum ad Deum,quàm per Chriſtum.

Ad Theſſalonicenſes duas, Athenis ſcriptas; adhortans illos, vt ſicut in fide ſemel accepta perſtiterant, ita illatas pro Chriſto perſecutiones, alacri & infracto animo perferant; & promittens nec ipſis defuturum, præmium, nec aduerſariis vindictam.

Ad Timotheum duas, primam Laodiceâ Phrygiæ miſit; inſtruens eum, quæ Paſtorem Eccleſiæ doceant: Alteram è Romæ vinculis; admonens eum, ne vllis perſecutionum procellis deiiciatur,ſed ſuo exemplo animum ad Martyrium præparet.

Ad Titum vnam, Nicopoli Macedoniæ; inſtruens eum quomodo ordinatis Eccleſiæ Miniſtris, & exploſis falſis Apoſtolis, oues ſibi creditas gubernet.

Ad Philemonem Phrygem vnam, ex vinculis Romæ, per Oneſimum ſeruum eiuſdem Philemonis fugitiuum, quem hero ſuo reconciliat; Domini erga ſeruum,& ſerui erga Dominum officia demonſtrans.

Ad Hebræos vnam, in qua aduerſus Hebræorum nonnullos, nuper conuerſos, qui legis obſeruantiam putabant cum Euangelio miſcendam; oſtendit ex aduentu Chriſti ceſſaſſe vmbras legis Moſaicæ, & in locum Teſtamenti veteris, Nouum longè præſtantius ſucceſſiſſe conſolatur deinde eos qui propter fidem Chriſti, perſecutiones & afflictiones varias perferebant.

SECTIO XV.

De cæteris epiſtolis Apoſtolorum & Apocalypſi.

IAcobus, Alphæi filius,cognomento Iuſtus, (quem Paulus fratrem Domini vocat.)primus Ieroſolymorum Epiſcopus, ſcripſit ad duodecim Tribus diſperſionis, tum primum ad Chriſtum conuerſas, epiſtolam vnam, de tentationum varietate, de fide ex operibus iuſtificante, de his quæ tam diuites, quàm pauperes deceant, de patientiæ vtilitate, ac de Sacerdotibus ſuper infirmos adducendis.

Simon Petrus,filius Ioannis,Princeps Apoſtolorum, totiuſque Eccleſiæ Chriſtianæ Summus Pontifex, ſcripſit duas Epiſtolas ad Chriſtianos diſperſionis Ponti,Galatiæ,Cappadociæ,Aſiæ, & Bithyniæ, qui nuper ex Iudaiſmo ad fidem Chriſti conuerſi fuerant. In priori quidem confirmans eos in fide ſuſcepta; admonenſque vt præteritâ vitâ relictâ, nouam aggrediantur, & à carnalibus deſideriis abſtineant, parati de omnibus rationem reddere in die iudicij. In poſteriori verò agit de fide Chriſti à Prophetis prænunciata, de ſeductoribus euitandis, de tempore non negligenter tranſigendo, de præparatione ad imminentem iudicij diem. Huius Epiſtolæ, ſtylus diuerſus eſt à ſtylo prioris, vt obſeruat Hieronymus *a*, quoniam Apoſtolus non ſemper eodem mentis ſuæ interprete vtebatur.Porrò hæ duæ Epiſtolæ, ac prima Ioannis, & vnica Iudæ vocantur Catholicæ,id eſt vniuerſales,ſeu Orbiculares, quòd non diſtinctæ vni perſonæ, Genti, aut ciuitati, ſed variarum Gentium fidelibus ſcriptæ ſint. *a* Epiſt. ad Hedibiam. qu.11.

Ioannes Apoſtolus & Euangeliſta ſcripſit vnam Epiſtolam ad omnis ætatis Chriſtianos, pueros, adoleſcentes, & ſenes; in qua Theologicè tractat de Verbo Æterno,docens cauſas aduentus & manifeſtationis eius; & de charitate Dei erga nos, ac dilectione mutua inuicem exercenda diſſerit. Scripſit & alias duas,alteram de recta fide ſeruanda, & Hæreticis vitandis, ad Gaium: alteram de hoſpitalitate ad Electam.

Iudas Apoſtolus, qui & Thadæus, ſiue Lebæus, filius Alphæi,& frater Iacobi minoris, ſcripſit epiſtolam de ſuſcepta fide tuenda,fugiendiſque ſeductoribus, quibus grande immineret ſupplicium.

Apocalypſis,id eſt reuelatio,facta Ioanni Euangeliſtæ, in Inſula Pathmos exulanti, de futuris Eccleſiæ tribulationibus, ab exordio naſcentis Eccleſiæ vſque ad finem ſæculi, prophetiam continet.

ARTICVLVS V.

Quomodo libri ſacri à Chaldæis cum Templo combuſti, reparati ſint ab Eſdra, Veraque Iudæorum Kabala ſcripto mandata, & conſeruata.

OMnes libros Sacros, cum Templo à Chaldæis exuſtos, & poſt captiuitatem Babylonicam ab Eſdra Sacerdote, & Scriba legis Dei cœli doctiſſimo *b*, aſſiſtu Spiritus Sancti reſtauratos, & iiſdem quibus anteà verbis ſcriptos fuiſſe, teneot Auctores grauiſſimi, apud Torniellium *c*; eaque ſententia hoc maximè nititur fundamento, quòd vnicum tantum fuerit exemplar Scripturæ veteris Teſtamenti, quod in Templo aſſeruabatur, & in eius conflagratione periit: infirmum quidem videtur hoc fundamentum. *b* Eſdr.7. v.6. *c* Ann.3447.

Priùs

primò quia incertum eſt, an exemplar illud perierit in conflagratione Templi, imò probabilius eſt non periiſſe, quoniam repoſitum erat in Arca Domini, quæ erepta fuit ex incendio per Ieremiam Prophetam; adeoque ipſum etiam Scripturæ exemplar cum ea ereptum fuiſſe neceſſe eſt, & in ea, aut fortè extra eam conſeruatum, vt innui videtur libro ſecundo Eſdræ, his verbis: [*Congregatus eſt omnis populus, & dixerunt Eſdra Scriba, vt afferet librum legis Moyſi, quam præceperat Dominus Iſraeli: attulit ergò Eſdras Sacerdos legem coram multitudine virorum & mulierum.*] Vbi non dicitur conſcripſiſſe, ſed attuliſſe librum Deuteronomij, quem apud ſe, vtpotè Sacerdos, & Scriba doctiſſimus ſeruabat.

Secundò, quia falſum eſt, præter illud exemplar, quod erat in Arca, non fuiſſe vllum aliud; nam Rex habebat alterum ſimile ex Autographo tranſcriptum. Adde quod vtrúque illorum exemplarium, erat tantùm exemplar Deuteronomij, ſeu legis Moſaicæ, non autem aliorum librorum veteris Teſtamenti: adeoque iſti ſaltem libri in plura exemplaria multiplicati, & in manibus triti Sacerdotum, minimè perierunt.

Præterea ſi omnes libri ſacri cum ipſo Templo conflagraſſent, tantam cladem ſacer Hiſtoricus in libris Regum, aut Paralipomenon, ſilentio nequaquam præteriiſſet; eamq; Ieremias, vel in prophetia ſua attigiſſet, vel in Threnis ſuis fuiſſet lamentatus; maxime cum multa alia, quæ fracta, quæ aſportata, quæ combuſta ſunt, recenſeat: neque minus curæ fuiſſet Spiritui Sancto id Ieremiæ, aut alteri ſuggerere Prophetarum, quàm auctori prioris libri Machabæorum, qui libros diuinæ legis, iuſſu Antiochi Epiphanis combuſtos, ac diſciſſos fuiſſe commemorat: additque (*Apud quemcumque inueniebantur libri Teſtamenti Domini, trucidabant eum.*) Tunc profectò ſacri libri non tantum publicè in Templo Dei aſſeruabantur, ſed & priuatim à pleriſque habebantur ad manum. Idipſum anteà à ſanctis viris, ac Prophetis factitatum coniici poteſt: de Daniele ſatis conſtat, eum apud ſe habuiſſe libros ſacros; præ cæteris Ieremiam Prophetam *a*, quem de ſeptuaginta annis deſolationis longe poſt hæc tempora legerit, & intellexerit; habuit quoque Iſaiam, quem in regno Perſarum oſtendit Cyro, atque expoſuit quæ de ipſo, ab illo Propheta iamdiu prædicta fuerant: ita Ioſephus *b*, & Theodoretus *c*.

a Dan. 9.

b 11. antiq. *c* comm. in Dan.

Verùm quicquid ſit de fundamentis indicatis duarum opinionem in re præſenti relatarum, vtique tenendum eſt, quòd ipſemet Eſdras aſſerit, quarto ſuo libro (qui licet Canonicus non ſit, Eccleſiaſticus tamen eſt, & quouis hiſtorico prophano, fide dignior) ipſum de captiuitate reducem, afflante Spiritu ſancto dictaſſe libros quatuor & ducentos, de iis quæ in diuinis ſcripturis, incendio Ieroſolymitano abſumptis continebantur; quos quidem libros, ab ore eius quinque velociſſimi ſcribæ, deſurſum adiuti, per continuos quadraginta dies, exceperint, & in tabulis buxeis deſcripſerint; & ex illis, Eſdram centum & viginti ſex tantum euulgaſſe, ſeptuaginta verò ſecretiore ſapientiâ, & ſublimiore ſcientiâ elaboratos ſolis ſapientibus, & legiſperitia, maiorlentâ, ſtudioque ſolertiori, occulte legendos reſeruaſſe. Picus Mirandulæ *d* Comes docet, his ſeptuaginta poſterioribus libris contineri vniuerſam illam ſecretiorem diuinæ legis expoſitionem, quæ à Iudæis, Kabala, hoc eſt receptio appellatur.

d Apolo ſuæ qu. 5

Obſeruandum tamen eſt, duplicem eſſe Iudæorum Kabalam, vnam falſam & impiam; alteram veram & piam. Falſa & impia Kabala, eſt ementitum quoddam Iudaicæ traditionis genus, quod improbi quidam Iudæi, viri nequam, à Moiſe ex patribus, vſque ad ipſos emanaſſe imponunt, innumeris vanitatibus & falſitatibus ſcatens; nihilque aut parum à Necromantia diſtans. Explicat enim ſecreta quædam Dei nomina, ipſorumque virtutes occultas, quibus ad ligandos Dæmones, & ad præſtigia facienda, nonnulli Iudæorum vtuntur, impiiſſime aſſerentes, Chriſtum his artibus cuncta ſua miracula edidiſſe. Et hoc execrandum ſuperſtitionis genus, & falſam hanc impiamque Iudæorum Kabalam, omneſque libros ad eam pertinentes, ſacroſanctæ Inquiſitionis Senatus, præcedenti ſæculo damnauit.

Vera & pia Iudæorum Kabala, eſt ſecretior diuinæ legis expoſitio ex ore Dei à Moyſe recepta, & ex ore Moyſis à Patribus per continuas ſucceſſiones, non ſcripto, ſed viuâ voce ſuſceptâ; quæ ſimilitudinem habet eius expoſitionis, quam nos Anagogicam appellamus: eo cæteris ſublimior quòd à terrenis ad cœleſtia ducat, à ſenſibilibus ad intelligibilia, à temporibus ad æterna. Et hæc vera ac pia Iudæorum Kabala, poſterioribus illis ſeptuaginta libris ab Eſdra dictatis, continebatur.

Non iniucundum erit hoc loco, legere ea quæ de origine, & occaſione Kabalæ, ac de ipſa Kabala refert Picus Mirandulanus ex ſententia Rabbi Moyſis, prout habetur apud Sixtum Senenſem, his verbis: Cum Moſes montem Sina conſcendiſſet, duplicem à Deo legem accepit, vnam litteralem, quam ipſe litteris exaratam ex præcepto Dei omnibus Iudæis euulgauit alteram ſpiritualem, quam, ita iubente Deo, non ſcripſit, ſed ſolis ſeptuaginta ſapientibus, quos ipſe ſibi ad cuſtodiam legis delegerat, occulte communicauit, eiſque itidem præcepit, ne eam ſcripto proderent, ſed ſucceſſoribus ſuis viuâ voce reuelarent, tum & illi poſteris ſuis, eodem in perpetuum ſeruato ordine, aperirent. Quod autem Deus Moſi, præter legem ſcriptam, aliam legem ſpiritualem, ſiue myſticam, eiuſdem legis ſcriptæ expoſitionem, ſeparatim reuelarit; teſtes ſunt Eſdras, Paulus, Origenes & Hilarius: ex quibus Eſdras, libro quarto in principio quaſi decimi Capitis, introducit Deum ſic ad ſe loquentem *e*: *Reuelans reuelatus ſum ſuper rubum, & locutus ſum Moyſi, quando populus meus ſeruiebat in Ægypto; & miſi eum, & eduxi populum meum de Ægypto, & adduxi eum ſuper montem Sina, & detinebam eum apud me diebus multis, & enarraui mirabilia multa, & oſtendi ei temporũ ſecreta, & finem, & præcepi ei dicens, hæc in palam facies verba, & hæc abſcõdes.* Ex quo indicatur præter litteralem legem, aliud quid traditum eſſe Iudæis, quod Paulus vocat eloquia Dei. Hilar. autẽ in expoſitione

e 4. Eſdræ v.3.4.5.6.

Pſalmi ſecundi hoc idem apertius teſtatur, inquiens: Erat autem iam à Moſe ante inſtitutum in omni Synagoga ſeptuaginta eſſe Doctores; nam idem Moſes, quamuis veteris Teſtamenti verba in litteris condidiſſet, tamen ſeparatim quædam ex occultis legis ſecretiora myſteria ſeptuaginta ſenioribus, qui deinceps Doctores manerent, intimauerat: cuius doctrinæ etiam Dominus in Euangelio meminit, dicens: *Super Cathedram Moſis ſederunt Scribæ, & Phariſæi: omnia ergo quæcumque dixerint vobis ſeruate, & facite: ſecundùm autem opera eorum, nolite facere.* Doctrina ergo horum manſit in poſterum; quæ ab ipſo Scriptore legis accepta, in hoc Seniorum numero & ſeruitio conſeruata eſt. Hæc Hilarius. Cum igitur vſque ad tempus Babylonicæ captiuitatis, nihil de hac ſecretiore expoſitione ſcriptum eſſet; Eſdras poſt vrbis reædificationem, & legem à ſe reſtauratam, valuit huiuſmodi Kabaliſticam explanationem, litterarum monumentis mandari, ne forte perderetur propter captiuitates, & diſperſione Iudaicas, in quibus ſeruari non poterat ordo, & priſca conſuetudo tradendi Kabalam per manus. Accitis ergo ad ſe fidiſſimis Notariis, redegit omnia Kabalæ miſteria in libros LXX. iuxtam numerum ſeptuaginta Seniorum Synagogæ, ſolis ſapientibus in poſterum communicandos. Hos ergo libros ſumma impenſa mihi coëmptos, cùm diligenter perlegerem, inueni in eis multa, imò penè omnia conſona fidei noſtræ, quibus Chriſtiani Iudæos ſuis telis confodiant: apud quos Auctoritas Kabaliſtarum in magno honore & reuerentia eſt. Hæc igitur Kabala eſt, de qua me credo apud Latinos explicatam feciſſe mentionem. Ita iiſdem fere verbis, Picus Mirandulanus.

Crediderim etiam, Eſdram, dum prædictos libros dictaret, noua quoque (ſuis videlicet temporibus vſurpata) regnorum vrbiumque vocabula, in locum veterum ſubſtituiſſe, ſuppleuiſſeque quæ deeſſe videbantur: qualia fuere ſuntque quæ de morte Moyſis *a*, & Ioſuë *b* ſuis habentur locis; vt, quod indubitatum eſt, nouos effinxit characteres, quibus vniuerſa conſcripta ſunt, ne ſana doctrina, & Orthodoxi Iudæorum libri miſcerentur libris Samaritanorum ſchiſmaticorum apud quos remanſit veterum vſus characterum, vt olim à Moyſe Hebræis traditi fuerant. Certum eſt inquit Hieronymus, Eſdram Scribam, legiſque Doctorem, poſt captam Hieroſolymam, & inſtaurationem Templi ſub Zorobabel, alias litteras recepiſſe, quibus nunc vtimur; cùm ad illud vſque tempus iidem Samaritanorum, & Hebræorum characteres fuerint.

a Deut. vlt. v. 5.
b Ioſue vlt. v. 29.

ARTICVLVS VI.

De Hebræorum codicum auctoritate.

MVltorum mentes hactenus tenuit, ac etiamnum occupat perſuaſio, Rabbinos odio Chriſtianæ religionis, litterarũ adiectione, deductione, tranſmutatione, punctorumque ſuorum adiunctione, ſacras litteras in alienos ſenſus detorſiſſe; & quicquid illarum attigiſſent, venenato quaſi afflatu infeciſſe. Oppoſitum tamen aſſerunt vtriuſque linguæ peritiſſimi: huius notæ, ordiniſque eſt Bellarminus, qui de Hebraïca loquens editione, hoc vtitur argumento: ſi Iudæi falſare voluiſſent diuinas Scripturas in odium Chriſtianorum, ſine dubio præcipua vaticinia ſuſtuliſſent: Id autem minime fecerunt, ſiquidem ea in quibus diſcrepant Hebræa à Græcis & Latinis, nullius ſæpe momenti ſunt, quantum attinet ad fidem & religionem, & ſæpe codices Hebræi magis Iudæos vexant, quam Græci, aut Latini.

Huc ſpectat quòd Simeon de Muis Aurelianenſis, ſacrarum Hebræarumque Litterarũ apud Pariſios Profeſſor Regius, de Hebraicæ editionis agens auctoritate, aſſeuerat, præter locum Pſal. 22. vbi nos cum D. Hieron. legimus, foderunt manus meas, & pedes meos; Iudæi verò dicunt, ſicut Leo manus meas, & pedes meos; in totis Hebræis codicibus includi nihil, quod optimam, cohærentem, piam, & Chriſtianæ fidei prorſus congruentem non habeat ſententiam.

Quod ſi ita eſt, cur Iudæos abſque vlla euidenti ratione, falſi ac ſacrilegij arguemus? maxime cum olim, hodieque ſacros libros, tanto ſtudio, ac religione colant, mille vt potius mortes ſubire parati ſint, quàm vel vnam litterulam mutari patiantur: æterno quippe Numinis decreto factum, vt qui hoſtes ſunt Chriſtianæ veritatis, eiuſdem, inuiti licet, & reluctantes, teſtes ſint. Vnde non incongruè D. Auguſt. *c* ait: [nobis ſeruiunt Iudæi, tanquam Capſarij noſtri ſint, ſtudentibus nobis, codicem portant] nequaquam ergo fides adhibẽda iis qui, quod ſacra Biblia inter manus Iudæorum ſint, ea quotidie pro cuiuſuis arbitrio, abſque vlla verecundia corrũpi, & adulterari proclamant, cùm nec ipſi in Hebraicis voluminibus, poſſint eam deprehendere varietatem, quæ ſenſum peruertat (mitto enim illam ſcribendi, & legendi diuerſitatẽ, Orientales Iudæos inter & Occidentales) huius rei teſtis Arias Montanus, qui in cõmmemoratione, quam de varia Hebraicorum librorũ ſcriptione & lectione edidit, ita loquitur: vt in iis libris, qui ſine vocalibus ſcripti ſunt, certam conſtantemque exemplarium omnium, tum manuſcriptorum, tum excuſorum ſcriptionẽ, ſimilemque omnino comperimus ſic in omnibus etiam iis quibus puncta ſunt addita, non aliam cuipiam nec diſcrepantem aliis punctuationẽ obſeruauimus; nec quiſquã eſt, qui vllo in loco diuerſa lectionis Hebraicæ exempla ab iis quæ circumferuntur, vidiſſe ſe aſſerat modò grammaticam rationẽ obſeruatam dicat. Et quidẽ Dei conſilio ac voluntate factum putamus, vt cum magna Græcorum, Latinorumque ferè omniũ eiuſdem Auctoris exemplarium, ac præſertim manuſcriptorum, pluribus in locis varietas deprehenditur, magna tamen in omnibus Hebraicis, quæcumque noſtro ſæculo inueniuntur Bibliis, ſcriptionis æqualitas, & conſtantia ſeruetur, quocúmque modo ſcripta illa ſint, ſiue ſolis conſonantibus conſtent, ſiue punctis etiam inſtructa viſantur. Hæc ille.

c in Pſ. 40.

Neque huic editioni Hebraicæ derogat Sacroſancta Synodus Tridentina, ſeſſ. 4. dum veterem & vulgatam pro authentica habendam

eſſe

eſſe decernit: ibi enim vulgatam cum aliis latinis, non cum Hebraica confert. Verba Synodi ſunt: [Inſuper eadem ſacro-ſancta Synodus conſiderans non parùm vtilitatis accedere poſſe Eccleſiæ Dei, ſi ex omnibus Latinis editionibus, quæ circumferuntur, ſacrorum librorum, quorum pro authentica habenda ſit, innoteſcat; ſtatuit, & declarat, vt & ipſa vetus, & vulgata editio, quæ longo tot ſæculorum vſu in ipſa Eccleſia probata eſt, in publicis diſputationibus, lectionibus, prædicationibus, & expoſitionibus pro authentica habeatur, vt nemo illam reiicere, quouis prætextu audeat, vel præſumat.] Quæ Sacro-ſancti verba Cõcilij quomodo ſint excipiẽda docebit eruditus Salmeron; hic enim cùm interfuerit Tridentino, mentis eiuſdem legitimus erit Interpres. Oſtendamus, inquit, non ita fuiſſe vulgatam Hieronymi editionem approbatam, vt proptereà reiecta ſint intelligenda, vel Græca, vel Hæbraïca volumina. Nihil enim de exemplaribus aut Græcis, aut Hebraicis agebatur: tantùm inter tot editiones Latinas, quor noſtra ſæcula parturierunt, quænam ex illis præſtaret, ſermo erat; & reiectis reliquis Latinis, vnam hanc Vulgatam reliquis tantùm veriorem, puriorem, dilucidiorem, ac ſuis fontibus vnde eſt orta (hæc verba perpendenda ſunt) magis conſentientem pronunciauit. Tum paucis interiectis, ſubdit, licebit nobis, ſaluâ Concilij Tridentini auctoritate, ſiue Græci, ſiue Hebraici exemplaris lectionem variam producere, eamque vti verum Bibliorum textum, expendere, & examinare: nec tantum bonos mores per eam ædificare, verùm etiam fidei dogmata comprobare & ſtabilire, atque adeò ab illa ſumere efficax argumentum, tanquam ex textu Spiritus ſancti. Ex ea his ſatis comprobata reſtat Hebræorum Codicum auctoritas magni facienda: ita vt pro certo habendum ſit, ſi quando contingat Hebræum textum peruertere ſenſum vulgatæ editionis, illum eſſe corruptum, & vitiatum.

ARTICVLVS VII.

De tranſlatione ſeptuaginta Interpretum, & aliis quinque veteris Teſtamenti verſionibus Græcis.

TRibus Articulis præcedentibus explicuimus, de ſingulis libris Canonicis, à quo Auctore, quove idiomate ſint conſcripti; & quomodo ab Eſdra reparati; & quæ ſit Hebræorum Codicum auctoritas: tribus ſubſequentibus acturi de variis textus originalis verſionibus, putà de Græcis, Latina, & Syriaca. Inter Græcas prior occurrit illa ſub Ptolemæo Philadelpho Ægypti Rege, à ſeptuaginta duobus Interpretibus facta tranſlatio, ſingulare proculdubio Dei beneficium: etenim quia non ſolum Iudæis Hebræarum litterarum peritis, ſed & Ethnicis maximè nationibus præparabatur ſalus; ipſis tamen Iudæi lucem veritatis inuidebant, & apud ipſas, vtpotè Græcorum imperio ſubditas, græca tunc lingua erat vſitata: prouidit Deus ſacra volumina in eam linguam, adeò ſublimi modo tranſferri, vt de Interpretum fide & peritia dubitare non liceret, & tantâ curâ conſeruari, quantam ea volumina merebantur, quibus conficiendis Diuina ſapientia illaboraſſet; & quibus tanquam Spiritus ſancti oraculis, Apoſtoli ipſi, & Euangeliſtæ, potiùs quàm Hebræo textu, poſtmodùm vterentur in libris & epiſtolis, quas ad Eccleſiæ inſtitutionem reliquerunt.

Huius verſionis occaſionem referunt Auctores, pium ſcilicet deſiderium Philadelpho diuinitus inditum, colligendi Alexandriæ vaſtam ac nobiliſſimam Bibliothecam; cuius cùm præcipuum ornamentum futurum crederetur lex Dei viuentis, aliqui diuini Hebræorum libri, quos ipſi ſumma colebant religione, nec in vulgus efferri patiebantur: Philadelphus collato in eos ingenti beneficio, miſſaque ad Eleazarum ſummum Pontificẽ legatione, obtinuit ab ipſo ſeptuaginta duos, Interpretes, ſelectis ex quauis Tribu ſex eruditiſſimis viris, qui ſacra Biblia in Pharos inſula, ſinguli, Regis iuſſu, ſeparatis cellulis, poſiti; intra dies ſeptuaginta duos, ex Hebræo in Græcum, miro ordine tranſtulerunt. Quod ſpectat ad priuatas cellas in quibus ſinguli ſecluſi fuerint, etſi ipſas reiiciat Hieron. a cõmunis tamen antiquorum Patrum ſententia illas admittit. Vnus ſit inſtar omnium S. Iuſtinus Martyr, ætate antiquiſſimus, natione Palæſtinus, patria Samaritanus, doctrina rerum Iudaicarum peritiſſimus, qui eam rem diſtinctè narrans ait, [Regem in inſula Pharos, pro interpretum numero domunculas extrui præcepiſſe, vt ſigillatim pro ſe quiſque interpretationem perficeret, & à mutuo congreſſu prohiberentur, quo exquiſita interpretationis veritas, ex ipſorum etiam conſenſu cognoſci poſſet. Mox autem animaduerſum omnes ſeptuaginta viros, non ſolùm eadem ſententia, verùm etiam iiſdem verbis in tranſlatione vſos b] nec rem narraſſe contentus, eam viſu ſuo, auditûque confirmat. [Hæc vobis, viri Græci, addit Iuſtinus, non vt fabulam, neque vt confectam hiſtoriam renunciamus, ſed qui ipſi Alexandriæ fuerimus, & veſtigia domuncularum apud Pharum, adhuc reliqua viderimus, & ab incolis, qui res patrias à maioribus per manus ſibi traditas acceperunt, audierimus.] Idem ſenſit Irenæus, Ruffinus, & alij, qui æquè ac Hebræi ſeparatas cellas prodidere. Et ſi verò Ptolemæus, veritus ne ſeptuaginta ſeniores; in interpretanda lege diuina, aliquid arcani de induſtria occultarent iuſſerit ſingulos ſeorſim poſitos eadem interpretari: diuino quoque conſilio factum eſt, vt ſicut omnes iiſdem verbis in ſua tranſlatione vſi ſunt; ita & omnes multa Prophetarum teſtimonia de Chriſto, ac SS. Trinitate in eadem verſione prætermiſerint: idque duplici de cauſa, primò quia SS. Trinitatis, & venturi Chriſti Sacramenta, nondum plenè ſæculis illis erant perſpecta, Deo ita diſponẽte, vt ſanctiora Myſteria, ſub exortum Euangelicæ legis, Chriſti ſplendore pendenda, ſeruarẽt. Ideoq; quod illi aut ignota uerũt, aut nõ plenè cognouerũt, omninò tacuerunt, vel ambiguis ſententiis

a Præfat. in Pentateuch. & Paralip.

b Iuſtin. cohort. ad Græcos.

tranſtulerunt; volentes potiùs de non notia benè ſilere, quàm loquendo, malè pronuntiare Secundò, ne Ptolemæum Regem ſcandalizarét; multa de filio Dei, ac de eius aduentu occultatunt, ne fottè Rex cum audiſſet Deum habere filium, putaſſet Iudæos iuxta Platonis dogma, duplex habere diuinitatis numen, & duos Deos adorare; quos ideò tamen magnifaciebat, quia vnum tantùm Deum colere dicerentur: hiſque iuſtiſſimis de cauſis multa à LXX. Interpretibus omiſſa ſunt, quæ deinde aliis nouas editiones parandi, præbuerunt occaſionem.

Eâ porrò tranſlatione feliciſſimè abſolutâ, cùm Rex acceptos libros adoraſſet, eos religiosè ſeruari iuſſit; aſſeruatum quoque ſimul fuiſſe & exemplar Hebraicum, videtur exiſtimate Tertullianus *a*. In æternum autem grati animi teſtimonium, annuam huiuſce facti celebritatem inſtituit Ptolemæus. Hodie, inquit Philo Iudæus, ſolennis celebritas celebratur in Pharo Inſula, ad quam non tantùm Iudæi, ſed & alij plurimi traiiciunt, locum veneraturi, in quo primum viſa eſt hæc interpretatio; & pro tanto beneficio, quaſi recenti, acturi Deo gratias. Poſt vota autem & gratiarum actiones, cum amicis & domeſticis in littore epulantur. Hæc ille.

a c. 8. Apol.

Si peraonteris quos libros ſeptuaginta Interpretes tranſtulerint, & cuius autoritatis ſit illa tranſlatio; reſpondebit D. Hieronymus *b* eos ſolam legem Moyſi tranſtuliſſe probátque ex Ariſteo, & Ioſepho, qui ſolius legem mentionem faciunt: Alij vero Patres Irenæus *c*, Clemens Alexandrinus *d*, Epiphanius *e*, & Auguſtinus *f* tenent tranſtuliſſe etiã cæteros libros ſacros, qui tunc extabãt. Hanc ſententiam ſequitur Bellarminus *g*; probátque primo, quia Apoſtoli in citandis Prophetarũ teſtimoniis, vſi ſunt Græca tranſlatione: at tempore Apoſtolorum, nulla erat Græca tranſlatio, niſi ſeptuaginta Interpretum. Secundò, quia veriſimile eſt Ptolemæum Philadelphum, qui vndique pro ſua Bibliotheca libros comparabat, habuiſſe etiam à Iudæis libros alios hiſtoricos, eos maximè qui Regum, ac Principum res præclarè geſtas continent; libróſque Prophetarum, qui futura prænuntiãt; quorum ſcientiam homines vehementer ambiunt; ac eos quoque transferri curaſſe. Tertiò quia paſſim dicitur *h*, miraculo factum eſſe, quod tranſlatio illa, ſeptuaginta duorum ſpatio dierum, fuerit abſoluta: at nullum eſſet miraculum, ſi ſola lex Moſaica, tot dierum interuallo fuiſſet tranſlata. Nec obſtat quod Ariſtæus, Ioſephus, & Philo ſolius legis mentionem faciunt; nomine enim legis, ſæpè veniunt & alij veteris Teſtamenti Codices; vt patet vel ex illo Chriſti Domini: [*Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra, ego dixi dij eſtis i*;] Hoc enim ſcriptum eſt in Pſalmis k. Item l [*vt adimpleatur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt, quia odio habuerunt me gratis l.*] Quod etiam refert ur in Pſalmis *m*.

b In quæſt. Hebraïc. in c. 2. Mich. Præf. in Pentat.
c Lib. 3 c. 25
d Lib. 1 ſtromat.
e De pond. & menſ.
f 18. de ciuit. c. 42.
g Lib. 2. de verbo Dei c.
h Ioſeph. Ariſtæus Cyrill. Epiph.
i Ioan. 10. 34.
k Pſ. 8. v. 6 4.
l Ioan. 15. 25.
m Pſ. 34.

Cuius demum autoritatis ſit illa ſeptuaginta Interpretum tranſlatio; eam diuinitus factam, communis eſt Doctorum ſenſus, imo & ipſius Hieronymi, ait enim: [ſi ſeptuaginta Interpretum pura & vt ab eis in Græcum verſa eſt, editio maneret, ſuperfluè me interpellares, vt Hebræa tibi volumina Latino ſermone transferrem: nunc vero cùm pro varietate regionum diuerſa ferantur exemplaria, & germana illa, antiquáque tranſlatio corrupta ſit atque variata, &c. *n*] Ex quibus patet Hieronymum, non verſionem ipſam, quam magni fecit, ſed illa ſolùm, quæ poſteà in eam irrepſerunt, vitia reprehendere.

n Præfat. in Paral.

Præter antiquam illã ſeptuaginta Interpretum tranſlationem Græcam, editæ ſunt prioribus Eccleſiæ ſæculis, & aliæ quinque, quarum tres priores ſunt Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis. Aquila ſic textui adhæſit Hebraïco, vt verbo ad verbum reddere ſit conatus; ſicut Symmachus ſenſum ſenſu; Theodotion vero mediam inter vtrumque extremum viam tenuit. Harum tamen tranſlationum exigua, vel nulla potiùs autoritas eſt, in iis quæ ad Chriſtum, aut Chriſtianam religionem ſpectant. Nam Aquila ex Ethnico Chriſtianus, tùm ex Chriſtiano Iudæus, in odium Chriſti à quo defecerat, quæ de ipſo erant, de induſtria corrupit: ſicut & Symmachus, qui ex Samaritano, Iudæus; tùm ex Iudæo Chriſtianus, poſteà Hæreticus Ebionita factus eſt. His Theodotion ſcelere par, poſt ſuſcepta Chriſtiana ſacra, Tatiani, Marcionis, Ebioníſque Hæreſes amplexatus eſt, ac demum tranſiit ad Iudæos. Vnde non immerito D. Hieronymus *o* Aquilam, Symmachum, & Theodotionem ſemichriſtianos appellat. In aliis vero quę ad Chriſtianam religionem non attinent, haud modica eſt illorum autoritas, apud eumdem etiam Hieronymum, qui in ſacris litteris interpretendis, & in adornanda Latina ſua editione, eorumdem verſionibus adiutus eſt. Inter ipſas tamen, Theodotionis medium interpretandi modum ſecuti, potior fuit tranſlatio; vel ipſo Eccleſiæ ſuffragio, quæ olim totum Danielem ex Theodotionis verſione legebat; & modo duo poſteriora eius capita, cum hymno trium puerorum.

o In c. 3. Habac.

Duæ poſteriores, eadem quidem tempeſtate, ſed incertis Autoribus editæ ex Hebræo in Græcum, ſcripturæ tranſlationes; quintæ & ſextæ Editionis nomine citari ſolent: illa ab antiquis reperta eſt in Hierico, anno Chriſti 219. hæc vero Nicopoli, anno 230. ambæ tamen vulgo damnantur, vt parum fideles; etſi D. Athanaſius in ſua ſynopſi, quintam; & D Hieronymus non vno loco vtrámque laudet. Nec animum tuum pulſet, audita fortè Luciani Martyris, aut Heſichij tranſlatio; neuter enim iſtorum nouam verſionem edidit, ſed eam tantum, quæ erat L X X. Interpretum, emendarunt. Ex his tamen, aliíſque prædictis Græcis editionibus, Origenis Tetrapla, Hexapla, Octapla, coaluerunt; pluribus in eadem pagina verſionibus per columellas deſcriptis, & inter ſe ita compoſitis, vt in quo diſcreparent, aut conuenirent, ad oculum facilè cognoſci poſſet. Simili arte, & in eumdem finem, vſumque, ſuperiori ſæculo in editione Regiorum Bibliorum Hebraïcus textus & Græcus cum Chaldæa paraphraſi diſpoſita ſunt.

ARTICVLVS VIII.

De vulgata Editione Latina.

FVerunt ante D. Hieronymum nonnullæ editiones, illa maximè, cuius non abſque laude meminit D. Auguſtinus *a*, & Italá vocat, dum ait: [In ipſis interpretationibus Itala cæteris præfertur; nam eſt verborum tenacior, cum perſpicuitate ſermonis.] Verùm cùm D. Hieronymus nouam ſuam ex Hebræo verſionem edidit, hæc paulatim tacitâ Doctorum, ac Patrum conſenſione, admiſſa eſt, priori illa, cuius anteà vſus erat in Eccleſia, ſenſim dimiſſâ. Vnde hæc editio paſſim, & potiſſimùm à Concilio Tridentino vulgata appellatur: cuius ſanè, quoad vetus Teſtamentum, autor eſt Hieronymus, qui illud ex Hebræo in Latinum tranſtulit, vt ipſemet fatetur, dum ait: [Nouum Teſtamentum Græcæ fidei reddidi: vetus iuxta Hebraicum tranſtuli *b*.] Cui ſubſcribit D. Auguſtinus, dicens: [Non defuit temporibus noſtris Presbyter Hieronymus, homo doctiſſimus, & omnium trium linguarum peritus, qui non ex Græco, ſed ex Hebræo in Latinum eloquium, eaſdem ſcripturas conuerterit *c*.] Veriſimile tamen eſt, non tranſtuliſſe libros ſapientiæ, Eccleſiaſtici, Machabæorum, & Baruch, nec Epiſtolam Ieremiæ, nuſquam enim hos libros à ſe tranſlatos commemorat, quod tamen ipſe in aliis facere conſueuit; & phraſes quas in illis libris habet vulgata noſtra editio, eædem inueniuntur in Patribus D. Hier. vetuſtioribus v.g. in S. Cypriano Ratio autem cur prædictos libros non tranſtulit, eſt, vel quia Hebraïcos non inuenit, vt ipſemet expreſsè teſtatur de Baruch *f*, & inſinuat de libro ſapientiæ *g*; vel quia Canonicos non putauit, vt Eccleſiaſticum.

a Lib. 2. de doct. Chriſt. cap. 15.

b Lib. de Eccleſ. ſcript. in fine.

c Aug. l. 18. de ciuit. c. 43.

f Præfect. in Ierem.

g Prou. in Prou.

Nec omittendum hoc loco, quod etſi idem Hieronymus etiam Pſalterium ex Hebræo in Latinum conuerterit, eam tamen verſionem Eccleſia non recepit, abſque dubio vt crediderim, quia cùm quotidie pſalmi iuxta tranſlationem L X X. Interpretum vbique canerentur, itaque fidelium aures aſſueuiſſent, durum vtique, aſperúmque fuiſſet, nouam Hieronymi verſione inducere, adeò firmatæ iam conſuetudinis tenax eſt populus. Retenta eſt ergò vetus editio, ab eodem tamen Hieronymo, priúſque à Luciano Martyre emendata.

Quod ſpectat ad Latinam noui Teſtamenti è Græco editionem: ſuum S. Marcus Euangelium etiam Latinè ſcripſiſſe fertur, cæterorum interpres ignoratur. Crediderim tamen eam tranſlationem Latinam, ipſo Romani Imperij, longè tunc latéque diffuſi, intuitu, factam eſſe: initio Eccleſiæ, & ab Apoſtolis viſam ac probatam: verùm eam à mendis, quæ vel per imprudentiam irrepſerant, vel quæ aliqui auſu temerario inſerere præſumpſerant, Damaſi Papæ autoritate S. Hieronymus emendauit.

De vulgatæ, ſeu Latinæ editionis autoritate, extat huiuſmodi decretum Concilij Tridentini *h*, [Inſuper eadem ſancta Synodus conſiderans non parum vtilitatis accedere poſſe Eccleſiæ Dei, ſi ex omnibus Latinis editionibus quæ circumferuntur ſacrorum librorum, quænam pro authentica habenda ſit innoteſcat; ſtatuit & declarat, vt hæc ipſa vetus & vulgata editio, quæ longo tot ſæculorum vſu, in ipſa Eccleſia probata eſt, in publicis lectionibus, diſputationibus, prædicationibus & expoſitionibus, pro authentica habeatur, & vt nemo illam reiicere quouis prætextu audeat, vel præſumat.] Et licèt eiuſmodi vulgata editio, Hebræis, Græciſve fontibus, à Concilio, quod ibi nullatenus comparatione, minimè anteponatur, nec ſi fontes ipſi puri ſint, anteponi vllo modo valeat, attamen quia vel librariorum incuriâ, vel perfidia hæreticorum, minus puri ſunt fontes illi, eo caſu editio vulgata ipſis pluriſfacienda eſt: riuus enim purus, nec turbidus fonti turbato præferri debet. Haud tamen contra Concilij decretum, mentémque quidquam attentaret is, qui aliquid clarius cum maiori lumine diuino ſupernaturali verti potuiſſe aſſeueraret; certè Hieronymus, cùm nonnulla in ſua tranſlatione emendaſſet, rectius ea verti potuiſſe eſt cōfeſſus.

h Seſſ. 4.

Nec negandum quin ex Hebraïco, & Græco poſſit vulgatæ editionis textus interdum emendari, ſi aliunde ſuppetant argumēta quibus conuincatur, Latinam editionē eſſe corruptam; & Hebraïcam, vel Græcam incorruptam. Eſt etiam, vt ipſa docet experientia, optimo vſui vterque textus, Hebraïcus ac Græcus, ad ambiguitates tollendas, plurimúmque locorum intelligentiam melius aſſequendam; maximè quia Latinæ linguæ inopia, Hebraïcæ aut Græcæ fecunditatem & energiam æquare nequaquam poteſt.

Si de dictione vulgatæ editionis, imo & totius Scripturæ ſacræ, ſis ſolicitos? reſpondebit D. Auguſtinus *i*, eloquentem eſſe: licèt enim non eumdem ſemper, & vbique eloquentiæ tenorem ſeruet, quia Spiritus ſanctus ſeſe ſcriptorum genio, modoque attemperat; quæcumque tamen in illa continentur aptiſſimè ſcripta ſunt, in eum finem quē Spiritus ſanctus, & Scriptores ſacri ſibi ſtatuerūt, cunctis locorū, temporis, perſonarum, quibus ipſa ſcribebantur, attentis circumſtantiis; & decore vbique ſeruato. Cum enim eloquentia pars ſit Sapientiæ, non poſſunt viri ſapientes, niſi propriè & aptè dicere: ſequutur ſcriptores ſactos, qui ſapientiſſimi fuerunt, valdè etiam eloquentes fuiſſe. Audeo dicere, inquit Auguſtinus, omnes qui rectè intelligunt, quæ illi loquuntur; ſimul intelligere, non eos aliter lu qui debuiſſe: ſicut enim quædam eſt eloquentia, quæ magis ætatem iuuenilem decet et quæ ſenilem: nec iam dicenda eſt eloquentia, ſi perſonæ non congruat loquētis: ita eſt quædam quæ viros ſummus autoritate digniſſimos planéque diuinos decet. Hac illi locuti ſunt, nec ipſos decent alia, nec alios ipſa: ipſis enim congruit, aliis autem quātò videtur humilior, tantò altius non ventoſitate, ſed ſoliditate conſcendit. Vbi verò eos non intelligo, minus quidem mihi apparet eorum eloquentia, ſed eam tamen non dubito eſſe talem, qualis eſt vbi ego intelligo *x*. Hæc Auguſtinus.

i Lib 4. doct. C c. 6.

Obmuteſcant ergo Hæretici, qui nunc, vt olim Ethnici, noſtrā vulgatā editionem, incultā & barbarā criminantur; attēdántq; S. Hier.

virum doctiſſimum, triumque linguarum peritiſſimum, ea ſimplicitate nuſquam eſſe offenſum; imò cum Nouum Teſtamentum recognoſceret, quæ è Græco fonte diſcrepabant, & ſenſum corrumpebant, ſolùm correxiſſe, erroreſque qui irrepſerant, emendaſſe; cætera vt ipſe teſtatur, intacta dimiſiſſe. Et ſanè cum rudi ſermone ſtare poteſt eloquentia, cùm nihil prohibeat, quo minùs ij etiam eloquentes ſint, qui vernaculâ loquuntur linguâ. Adde quòd multæ Scripturæ voces ab aliquibus barbaræ cenſentur, quæ tamen Latinæ ſunt, & à probatiſſimis Auctoribus nonnumquam vſurpatæ, vt nonnulli recentiorum oſtendunt, vbi de ſolœciſmis & barbariſmis, qui vulgato Interpreti tribuuntur, eſt quæſtio.

ARTICVLVS IX.

De Syriaca verſione Noui, & Chaldaica Paraphraſi veteris Teſtamenti.

EXtat in Bibliis Regiis, totius Noui Teſtamenti (ſecunda Petri, ſecunda & tertia Ioannis, vnica Iudæ, & Apocalypſi exceptis) Syriaca Interpretatio cuius Auctor creditur a Syris S. Marcus Euangeliſta; quod tamen improbat Bellarm. *a* & militat ratio; certum eſt enim, D. Ioannem Euangelium ſuum, cuius tamen extat verſio Syriaca, poſt obitum Marci conſcripſiſſe. Nec huiuſmodi Syriaca verſio, ſua caret vtilitate, in multis namque vulgatam Editionem firmat, eique non mediocrem lucem affert. Valet etiam maximè contra hæreticos noſtri temporis, quia adiunctos habet titulos, & inſcriptiones varias, quibus Eccleſiæ ritus ſtabiliuntur: ſignificatur enim quid ex nouo Teſtamento in huius, illiuſve ſancti die feſto, in veneratione ſanctæ Crucis, in quadrageſima, in Ieiuniis, in commemoratione fidelium defunctorum, ſimiliumque legi ſoleat; ex quibus Eccleſiæ Romanæ cum antiqua priorum ſæculorum Eccleſia conſenſus manifeſte paret. Huius verſionis Syriacæ non eſt tanta auctoritas, quanta Latinæ, ſeu vulgatæ Editionis, nec quanta textus Græci; quoſdam enim in illa næuos obſeruant viri docti *b*.

a l. 2. de verbo Dei, c. 4.

b Bellar. loco citato.

Ignorandum non eſt, in omnes libros veteris Teſtamenti, qui Iudæorum Canone continentur, exceptis libris Paralipomenon, Eſdræ, & Danielis, extare etiam in Bibliis Regiis Thargum Chaldaicum, id eſt Paraphraſim Chaldaicam, cuius tres referuntur Auctores, videlicet Onchelos, Ionathan, & Ioſeph cæcus. Oncheli paraphraſis eſt tantùm in Pentateuchum: Ionathæ in libros Ioſuë, Iudicum, Regum, & Prophetas omnes; Ioſeph cæci in Iob, Ruth, Eſther, & libros Salomonis. Seruiunt hæ paraphraſes ad conuincendos Iudæos, qui eas magni faciunt, conducunt etiam ad ſacris textus explanationem, eiuſque ſententiam meliùs aſſequendam, cauendum tamen à Thalmudiſtarum fabulis, quibus conſperſæ ſunt illæ paraphraſes; vna Oncheli in Pentateuchum excepta, quæ nec ipſa quoque prorſus incorrupta eſt.

ARTICVLVS X.

De variis libris, quorum mentio fit in Scriptura Canonica vtriuſque Teſtamenti.

QVia plurium non rarò librorum, voluminum, ſcriptorum, inſcriptionum, ſimiliumve inter libros Canonicos occurrunt nomina, ſæpius obſcura, nonnumquam abſtruſa, vt plurimum tamen plena myſteriis operæ pretium erit, ea omnia, potiora ſaltem, hoc loco recenſere, eadem ſerie, qua & ipſos libros Canonicos anteà retulimus, ita enim intelligendis haud modicum iuuabit vltimus hic Articulus productior quidem, ſi paginarum numerum ſpectes, breuiſſimus tamen, ſi rerum copiam attendas; graueſque difficultates paucis ſſimis explicatas ſi ponderes, ditiſſimus; & cuiuis ſacræ lectionis ſtudioſo perneceſſarius, ipſiſque viris eruditioribus haud iniucundus.

In veteri Teſtamento occurrunt.

Volumen fœderis, in quo Moyſes *c* ſcripſit vniuerſos ſermones Domini, & de quo agit D. Paulus *d*, ſic appellatum quòd eſſet veluti chirographum initi fœderis, inter Deũ & populũ Iſrael, continens in ſe promiſſa Dei ad populũ, & populi ad Deum. Ea enim fuit Dei benignitas, vt cum ab omni lege & pactione liber ſit, voluerit tamen ſe veluti ex contractu obligare, vt vel ſic, certiores redderet Hebræos ſe nunquam defuturum promiſſis, & ipſi arctius ſe deuinctos agnoſcerent, ad exequendum quod ſponté in hoc fœderis volumine veluti ex ſyngrapha promiſerant. Voluit etiã pollicitationes huius fœderis vtrinque factas effuſione ſanguinis, & animalium cæde confirmari, vnde vulgatus omnium gentium mos vt mactatis pecudibus, & victimarum ſanguine mutua inter ſe fœdera iungerent.

c Exod. 24. v. 4. 5. 6. 7. 8.

d Hebr. 9. v. 18. 19. 20.

Liber bellorum Domini, citatus à Moyſe *e* his verbis. [*Vnde dicitur in libro bellorum Domini; ſicut fecit in mari rubro, ſic faciet in torrentibus Arnon: ſcopuli torrentium inclinati ſunt, vt requieſcerent in Arnon, & recumberent in finibus Moabitarum.*] Hunc librum Rabbi Manachen ait, fuiſſe narrationem Dei, quæ reuelata erat Moyſi, cui manifeſtauerat ſe eadem facturum in Torrentibus, quæ fecerat ad mare rubrum. At D. Auguſtinus verum librum aſſerit, dicens non eſſe negandum hunc librum cum aliis pleriſque ante tempus Moyſis fuiſſe conſcriptum. Equidem inter ipſos fuit liber Iob, Moſe antiquioris. Nec obſtat quod vulgò Moſes primus Hagiographorum dicatur. Eã namque ipſi nominis prærogatiuam promeruit ſacra illa quinque voluminum, vniuerſaque tot ſæculorum ab ipſis mundi incunabulis, ad obitum ſuum deducta hiſtoria.

e Num. 21. v. 14.

Libellus Repudij, de quo Moyſes in Deuteronomio, ſchedula erat, quam maritus vxori, priuſquam ipſam dimitteret, dare tenebatur ex lege: illius quædam formula refertur à Sixto Senenſi his verbis. In ſexta Sabbathi in duodecima menſis Adar, anno à creatione mundi quinquies milleſimo trecenteſimo ſexto, in vrbe Cremona,

Librum

iuxta fluuium Padum, in Italia; ego Samuel Carmina filius Rabbi Daniel ſponte mea, & ex animo, & citra vllam coactionem, dimitto à me Rachel filiam Rabbi Eſra Parizol, & concedo ei licentiam & poteſtatem vt ad arbitrium ſuum abeat, quò ei viſum fuerit, ducique poſſit ab omni viro: nec eam quiſque prohibere præſumat. In cuius rei teſtimonium dedi ei hunc librum repudij, & ſchedam dimiſſionis, atque ſignaculum diuortij iuxta conſtitutionem Moſi & Iſraël præſentibus teſtibus infra ſcriptis: Mardachaï Cabirol, Helia Chapher, Manuel Pandin.

Obſeruandum eſt hoc loco, quòd cum permiſſum eſſet Iudæis ob duritiam cordis eorum dimittere vxores *a*, præceptum cuiuis eorum erat, ne ſuam dimitteret, niſi priùs dato libello repudij; vt ſcilicet interpoſitâ morâ animus in ſeparationem præceps libelli conſcriptione retractò abſiſteret, & quid mali eſſet vxorē dimittere, recogitaret; maximè quia apud Hebræos, vt perhibent, nulli fas erat ſcribere ſacras litteras, id eſt Hebræas, niſi ſolis Scribis, qui excellentiorem profitebantur ſapientiam. Ad hos igitur Scribas, & Iudices ſapientiâ & iuſtitiâ præditos lex mittebat, vt ipſorum perſuaſionibus, maritus ad coniugalem concordiam reuocaretur. Quod ſi tantum intercederet odium, vt extingui non poſſet, tunc permiſit fieri diuortium, non tanquā aliquid licitum, ſed velut remedium maioris mali, ne ſcilicet maritus tædio ac deſperatione inſeparabilis coniugij, ad cædem vxoris vteretur.

a Matth. 19. v. 8.

Iuſtorum liber, de quo in libro Ioſuē. [*Nōne ſcriptum eſt hoc in libro Iuſtorum, ſteteruntque Sol & Luna, donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis b.*] Et libro ſecundo Regum, [*Præcepit Dauid vt docerent filios Iuda arcum, ſicut ſcriptum eſt in libro Iuſtorum c.*] Quis ſit iſte liber Iuſtorum diſputant Interpretes. Placet præ ceteris Rabbi Salomon dicens, eum librum eſſe volumen totius legis, ſeu Pentateuchum, in quo ſcripta ſunt geſta Abraham, Iſaac, Iacob, Moſis aliorúmque Iuſtorum, maximè verò admonitio illa ad filios Iſraël, vt in arte militari, (in qua tunc præcipuum locum tenebant arcus & ſagittæ) ſe ſe exercerent, memores illorum verborum Patriarchæ Iacob, dum benediceret Iudā: [*Manus tua in ceruicibus inimicorū tuorū.*]

b Ioſue 10. v. 15.
c 2. Reg. 1. v. 18.
Gen. 49. v. 8

Liber legis regni, de quo fit mentio libro primo Regum his verbis: [*Locutus eſt autē Samuel ad populum legem regni, & ſcripſit in libro, ac repoſuit coram Domino e:*] In eo libro Samuël poſt quam conſtituit Saülem primum Regem Hebræorum, ſcripſit inſtitutionem regiæ politiæ, ac certas leges quibus eâ moderatione res agerētur, vt neque Rex tyrannidem in populum exerceret, neque populus pro ſua libidine Regis imperia contemneret, repoſuitque volumen illud in Arca fœderis, ad perpetuam regni inſtructionem.

e 1. Reg. 10. v. 25.

Quoniam præter quatuor libros Canonicos, videlicet Prouerbia, Eccleſiaſtem, Canticū Canticorum, & Sapientiā plurima alia volumina edidit Salomon; haud reticenda ſunt ea quæ in Scriptura ſacra memorantur. Putà tria millia Parabolarum Salomonis, & Canticorū, ſeu Carminum quinque millia, de quibus in libro tertio Regum *f*. Vel, vt Ioſephus ait, Parabolarum libri tria millia, & Canticorum libri quinque millia, ex quibus vnus tantū liber qui Canticū Canticorū inſcribitur ſupereſt.

f c. 4. v. 29. 30. 31. 32.

Item opus ingens naturalium diſputationū ſeu phraſi Hebraïca verborum naturæ admirabili rerum omniū ſapientiâ refertum, cuius mentio fit in eodem tertio libro Regum his verbis: [*Diſputauit Salomon ſuper lignis, à Cedro quæ eſt in Libano, vſque ad Hiſſopum quæ egreditur de pariete: & diſſeruit de iumentis, & volucribus, & reptilibus, & piſcibus g.*] Hoc eſt, vt exponit Hieron. de vi, naturis, & moribus illorum, & quo tempore naſcantur, & cur non omnia in quauis terra. Georgius Cedrenus narrat Græcos Iatroſophiſtas, ſuffuratos eſſe materiam & argumenta artis medicæ, ex hoc opere, quod pius Ezechias de medio ſuſtulit, offenſus quòd populus morborum remedia ex his ſcriptis tutò repetens, ſanitatem à Deo flagitare negligeret.

g 3 Reg. 4. v. 33.
In Comp. hiſt. refert Sixt. Senen. l. 2 Bibl. ſa. 8 z.

Item, deſcriptio Templi Hieroſolymitani *h*, in qua ad imitationem patris ſui Dauidis *i*, ædificandi Templi exemplar copioſiſſimè expreſſit.

h 2. Paral. v. 4.
i 1. Pſ. 38. v. 11.

Item liber verborum Salomonis, in quo ipſemet, vel, vt alij putant Ozai propheta conſcripſit vitam atque omnia geſta Salomonis. Et hi omnes libri, in excidio vrbis combuſti ſunt, à Chaldæis; nec poſteà ab Eſdra reparari.

Regum liber, à quatuor Canonicis libris diuerſus, vt ſenſit Autor tertij voluminis Eſdræ *k*; parétque ex eo quod citatur in duobus poſtremis regum libris Canonicis *l*; eiuſdem quoque ſæpiſſimè fit mentio in poſteriori libro Paralipomenon, ſingulis penè Capitibus ſemel atque iterum, variatis tamen aliquantulum inſcriptionis vocibus, modo dicitur liber Verborum, ſiue ſermonum, ſiue dierum Regū Iuda; modó liber ſermonum dierum Regū Iſraël; interdum quoque coniūcta ſimul vtriúſque Inſcriptionis appellatione, vocatur Regū Iuda, & Iſraël. In quo ſanè fuſiùs & luculentius vniuerſa ac ſingula geſta Regum Iuda & Iſraël digeſta fuerunt, à diligentiſſimo Autore, cuius nomen & opus inuidioſa vetuſtas abſumpſit, relictis tantùm quæ in duobus vltimis Regū libris, & in poſteriori Paralipomenωn ab incerto Abbreuiatore, quem alij Ieremiam, alij Eſdram eſſe putant, collecta ſunt.

k c. 1. v. 33.
l 3. Reg. 11. v. 39. 46. 4 Reg. 2. v. 15. 7. 2.

Liber legis ab Helcia Pontifice patre Ieremiæ Prophetæ in Templo repertus de quo in libro quarto Regum *m* ac ſecundo Paralipomenon *n*. D. Chryſoſtomus *o*, & Rabbi Salomon putant hunc fuiſſe librum Deuteronomij, patetque ex loco Paral. vbi dicitur: *reperit Helcias ſacerdos librum legis Domini per manum Moyſi.*] Huius libri narrationem cùm primum audiens pius Ioſias, cùm perueniſſet ad verba quæ prædicebant Iudæis ſupremū excidium, & diuturnam captiuitatem, ſi quando Deum dereliquiſſent, tanto animi dolore correptus eſt, vt cum fletu & lacrymis veſtem ſcinderet, omnémque populum cogeret, iuramentum præbere, ſe deinceps omnia præcepta eius libri integrè ſeruaturum. Hunc librum iniquā temporum rurſus deperditum, Chriſtiani inuenere luto obrutum paulò ante ætatem Chryſoſtomi, vt ipſe annotauit *p*.

m c. 22. v. 8.
n c. 34. v. 14.
o Hom. 9. Matth.
p Hom. in priorem ad Corinth.

Verba vetera: citatur hoc Opus libro primo Paralip. in hunc modō [*Et qui ſtare fecit Solem, virique mendacij, & ſecurus & incendens qui principes*

a 1.Paral.4. v.22. *cipes fuerũt in Moab,& qui reuerſi ſunt in Lahẽ. Hæc autem verba vetera.a*] Autor libri quæſtionum ſeu traditionum Hebraïcarum exiſtimat hoc opus eſſe librum Ruth, quod is eadem contineat, quæ in libro Paralip. ex libro verborum veterum deſumpta ſunt. Et vulgata noſtra editio demonſtrat fuiſſe in hoc libro deſcriptam hiſtoriam cuiuſdam, ex tribu Iuda, viri illuſtris, qui annis ferè ducentis poſt Ioſuë Hebræorum Ducem, qui primus ſtare fecit Solem, iterum renouato miraculo Solis curſum remoratus eſt. Quam Editionem Autor ille videtur approbare, dum ſic inquit: cùm verò ſequitur, [*qui ſtare fecit ſolem*] redit ad progeniẽ Phares, de quo ortus eſt Dauid, opportuná iudicás progeniẽ Iuda, de qua Tribus regia orta eſt in Dauid terminata. Tradunt enim Hebræi hunc fuiſſe Elimelech virum Noëmi patrem Maalon, & Chelion, in cuius tempore Sol ſtetit propter præuaricatores Legis, vt tãto miraculo viſo conuerterentur ad Dominũ ſuum, quod quia facere contempſerunt, idcircò fames inualuit, vt ille, qui in tribu Iuda prior videbatur, fame & inopia cum vxore, & filiis non ſolum patriâ pelleretur, ſed etiam in eadem peregrinatione cum filiis moreretur. Viros autem mendacij eſſe Maalon, & Chelion, qui hic ſecurus & incendens, iuxtà propriam nominum interpretationem, appellantur; & de quibus dicitur principes fuiſſe in Moab, eo quòd vxores Moabitidas duxerint, ſicut in Hebræo expreſſiùs ponitur, & ab eruditis illius linguæ non principes, ſed mariti dicantur. Quod verò ſequitur [*Qui reuerſi ſunt in Lahem, Noemi & Ruth demonſtrat*, quę in Lahem, id eſt panem poſt inopiam famis, auditâ vbertate panis, in Bethlehem, reuerſæ ſunt. Et quia hiſtoria hæc in libro Ruth ſcribitur, idcirco ſequitur [*Hæc autẽ verba vetera*] Hęc ille.

b c.35.v.24. 25. Lamentationes ſuper Ioſiam, de quibus in ſecundo libro Paral. *b*; ſunt Epicedion, ſeu Carmen lugubre in funere piiſſimi Ioſiæ Regis Iuda, qui dimicans aduerſùs Nechao Regem Ægypti, ſagittâ vulneratus interiit. D. Hieron. & Iudæorum nonnulli arbitrantur iſtud Ieremiæ Epicedion ſuper Ioſiã, eſſe poſtremam partẽ libri Threnorum ſeu Lamentationum eiuſdem Prophetæ, ſub quarto & vltimo Alphabeto comprehenſam. Alij tamen credunt illud Carmen lugubre minimè ſupereſſe, etſi Ioſephus *c* teſtetur ſuis extitiſſe temporibus. c Lib.11. antiq.

d 2.Eſdræ 7.6.5. Liber Cenſus filiorum Iſraël, de quo Nehemias ait *d*. [*Inueni librum Cenſus eorum qui aſcenderant primum, & inuentum eſt ſcriptum in eo* &c.] Liber iſte Catalogus eſt quem Nehemias in Ieruſalem inuenit continentem in ſe nomina, cognomina, & numerum eorum, qui primi de Captiuitate Babylonica à Cyro Perſarũ Rege dimiſſi, duce Zorobabele, reuerſi ſunt in Iudæam, quos conſtat fuiſſe potiſſimùm ex duabus tribubus Iuda, & Beniamin, præter Sacerdotes & Leuitas, qui illis erant admixti. Qui quidem Catalogus adeò diuerſus eſt ab illo, quem Eſdras recenſet *e*, tantáque in familiarum enumeratione, & capitum Cenſus eſt varietas, vt fatendum ſit, vel Nehemiæ Catalogum eſſe alium ad Eſdræ Catalogo, vel ſi idem ſit, incuriâ & imperitiâ Librariorũ fuiſſe valdè corruptũ; quod & in aliis diuinæ Scripturæ Catalogis eueniſſe non rarò conqueritur Origenes. e 1.Eſdræ 2.

Liber à Iob deſideratus his verbis. [*Quis mihi tribuat vt exarentur ſermones mei in libro ſtylo ferreo. & plumbi laminâ, vel celte ſculpantur in ſilice f.*] Et iterum. [*Quis mihi tribuat, vt deſiderium meum audiat omnipotens, & librum ſcribat ipſe qui iudicat g.*] Liber hic tantoperè à viro Dei expetitus, nihil aliud eſt, quàm aperta innocentiæ ſuæ demonſtratio, quam ipſe optat à Deo rerum omnium inſpectore patefieri. Cùm enim anniteretur oſtendere, ſe non pro admiſſis flagitiis torqueri, ſed ad probationem virtutis, & examen patientiæ, tribulationibus exerceri, neque id incredulis amicis perſuadere poſſet, qui eum, vt hipocritam, iuſto Dei iudicio plecti arguebant; librum à Deo ſcribi deſiderat, videlicet, apologiã integritatis ſuæ Deo reuelante, literis mandari, & ad memoriã poſteritatis tranſmitti deprecatur, non ad propriæ gloriæ oſtentationem, ſed ad conſolationẽ piorum, qui his auditis agnoſcant ſæpè Deum electis ſuis aduerſitates ad exercitium pietatis immittere. Quod autem ad illã phraſim [*ſtylo ferreo & plumbi lamina*] ſpectat, plumbi lamina non ita refertur ad ſtylũ, vt ſit ſenſus ſtylo ferreo, & plumbeo, litteras ſculpi in ſilice, ſiquidem ſtylo plumbeo lapides exſcindi nequaquã poſſunt, ſed eſt ſenſus ſtylo ferreo inſculpi litteras, mox plumbeis laminis, in ſilice efformandas, quæ priùs celte excauata litterarum ſpatia repleant, earumque notas reddant magis conſpicuas. f Iob.19. v.23.24. g c.31.v.35.

Liber Grandis, de quo Iſaïas: [*& dixit Dominus ad me, ſume tibi librum grandem, & ſcribe in eo ſtylo hominis: velociter ſpolia detrahe, citò prædare.*] Liber hic erat charta, ſiue pagina magna inſtar ſpiræ, in ſeipſam circumuolubilis, in qua voluit Deus illa verba deſcribi, portendens imminentem Iſraëlitici populi deprædationem. h Iſaïe 8. v.1.

Liber ſignatus, de quo Iſaïas his verbis: [*Et erit vobis viſio omnium ſicut verba libri ſignati, quem cùm dederit ſcienti litteras, dicet lege iſtum: & reſpondebit, non poſſum, ſignatus eſt enim.*] Eſt liber totius ſcripturæ, cuius intelligentia infidelibus, & ſpiritu Dei carentibus, Iudæis maximè obſignatus eſt, & omnino occultus, eodem propheta dicente, [*Niſi credideritis non intelligetis i.*] Iſ.29.v.5 r. i c.7.v.9.

Domini Liber, de quo Iſaïas his verbis: [*Requirite diligenter in libro Domini, & legite vnum ex eis non defuit, alter ad alterum non quæſiuit, quia quod ex ore meo procedit ille mandauit, & ſpiritus eius ipſe congregauit ea k.*] Per hunc libellum quidam intelligunt librum Moyſis alij librum naturæ; ſed verior ſententia eſt Iſaiam per librum Domini prophetiarũ ſuarũ librum intelligere, quaſi dicat commendatus ſit vobis liber hic, & cum euenerint vobis quę ventura prænuntio, quærite, & occurrent vobis omnia in hoc libro iuſſu Domini ex ore & ſpiritu eius excerpta. Et hinc nõnulli colligunt myſterium Trinitatis: Filius enim ſignificatur per *os*, Pater vero quando dicitur *meo*, & Spiritus ſanctus exprimitur per ipſammet *Spiritûs* dictionem. k Iſ.34.v.16

Repudij Liber Matri Iudæorum à Deo datus, de quo Iſaias *l*, & Ieremias *m*, eſt diuinæ reprobationis aduerſùs Iudaïcam Synagogam l c.50.v.1.2. m c.3.v.8.

execu

executio; de qua olim Iudæi, cùm propter ſcelera nefanda in ſeruitutem barbarorum gentium eſſent à Deo traditi, populari quodam querelæ genere, ſub parabola libri Repudij Deum, vt mutabilem ſibíque minimè conſtantem, accuſabant, quod matrem ſuam, putà Synagogam, ſibi matrimonio iunctam, diúque ardentiſſimè adamatam, nullâ ipſius culpâ laceſſitus repudiaſſet, ſolóque ſuo voluntatis arbitrio repentè abieciſſet. Quibus iniquiſſimis accuſationibus Deus ſe ſe per Iſaiam expurgans ait. [*Quis eſt liber Repudij matris veſtræ quo dimiſi eam: ecce iniquitatibus veſtris venditi*
a Iſaï.50, v.1.2. *eſtis in ſceleribus veſtris dimiſi matrem veſtrã a,*] Nimirum oſtendens cauſas eius Repudij, non eſſe referendas in ipſum Dei beneplacitũ abſolutum, ſed in perfidiam potiùs adulteræ Synagogæ, quæ, violata fide thori maritalis, abiectóque cultu Dei, ſponſi ſui, Diis ac Dæmoniis omnium gentiũ ſeſe proſtituiſſet, Deúmque penè inuitum tot fornicationũ turpitudine, ad librum Repudij adieciſſet: idipſum per
b c.3.v.8. Ieremiam *b*, & per Ozeam *c* confirmat Deus,
c c.2.v.2. nec non & per eundem Iſaiam *d* exprobrat
d c.57.v.3.7.8.9. filiis Iſraël impudicæ matris adulteria.

His tamen repugnare videtur illud Apoſtoli. [*Dico ergo numquid Deus repulit populum*
e Rom.11, *ſuum? abſit: nam & ego Iſraelita ſum, ex ſemine Abraham de tribu Beniamin e.*] Illud quod Deus ipſe per Ozeam affirmat ſe Iudaïcam nationẽ in perpetuam ſponſam adſciturũ dicens. [*Sponſabo te mihi in ſempiternum, & ſponſabo te mihi in iuſtitia, & iudicio & miſericordia, & miſerationi-*
f Oſee 2.v.19 20. *bus, & ſponſabo te mihi in fide. f*] Ad huius cõtrouerſiæ ſolutionem obſeruandum eſt, duplex eſſe diuinum Repudium, æternum ſcilicet, & temporale. Æternum eſt ordo ac diſpoſitio diuinæ Prouidẽtiæ circa eos, quos Deus præſciuit à nuptiis Agni cœleſtis, & à ſempiterno conſortio Diuini ſponſi ferè in perpetuũ excludendos. Temporale Repudiũ eſt, quo Deus aliquos tam de numero Electorũ, quàm Reproborum ad tempus reiicit, & à participatione bonorum ſuorum, ſiue ſpiritualium, ſiue corporaliũ, temporaliter excludit. Si de æterno Repudio ſit quæſtio; an eo Iudaica natio
g Rom. 11.v.8. abiecta ſit? reſpondet Apoſtolus [*abſit g.*] Quaſi dicat: Quamquam ex Iudæis plurimi, vt Prophetæ paſſim atteſtantur, ſempiternâ reprobatione repudiati ſint à Deo, abſit tamen, vt credam vniuerſum ſemen Iſraël æterni Repudij pœna damnatũ: nam & ergo Iſraëlita ſum, de tribu Beniamin, vocatus tamen Apoſtolus, & vas electionis. Si verò de temporali Repudio quæſtio moueatur; reſpondetur temporale Repudium, quantùm ad excluſionem à temporalibus bonis, quæ Deus veluti dotem Synagogę conceſſerat, vniuerſam Iudæorũ Gentem comprehendere, omnes enim tam bonos, quam malos, tam electos quàm reprobos, Deus temporaliter abiecit, & de Templo, de Regno, de poſſeſſione terræ promiſſæ in captiuitatem, & ſeruitutem tradidit.

h c.17,v.1. Scriptura Adamantina, de qua Ieremias *h*: [*Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo, in vngue adamantino, ſuper latitudinem cordis eorum*] eſt irremiſſibile peccatum Iudæorum, in æterna Dei memoria velut in vngue adamãtino, ſtylo ferreo, ac indelebili ſculpturæ genere, inciſum videlicet odium, & occiſo Chriſti; nec immeritò, quandoquidem eiuſmodi peccatum eſt exaratum ſuper latitudinem cordis Iudæorum adeò enim profundè in corde ipſorum impœnitente & tenaciſſimo inſidet odium Chriſti, vt vſque in hodiernam diem maledicant ei, patrum ſuorum parricidium approbantes, & Chriſtianis diras execrationes quotidie imprecantes.

Lex in viſceribus, & in cordibus ſcripta, de
i Ier.31.v. qua Ieremias *i*: [*Poſt dies illos dabo legem meam, in viſceribus eorum, & in cordibus eorum ſcribam eam,*] eſt lex gratiæ Euangelicæ, ac diuini amoris, viua & ardens experientia, ſcripta non in tabulis lapideis, ſicut lex vetus, ſed in tabulis cordis carneis, ac mollibus; non calamo, ſed digito Dei viuo, nempè Spiritu ſancto, qui præcepta amoris, Fidelium cordibus ita impreſſit, vt qui hanc legem tenet, omnia, vt ait Apo-
k Rom.13 v.8 9. ſtolus *k*, legis mandata impleat, nec egeat adhortationibus, quibus ad benè beatéque viuẽdum accendatur. Charitas enim perpetuo erga Deum & proximum, æſtuans incendio, neſcit tarda molimina; ſed in omnium opera virtutum ſponte ſua prorumpit.

Emptionis & venditionis libri duo conſcripti ſunt, iubente Ieremiâ, alter apertus, alter clauſus, de quibus lege Ierem. cap. 32. & obſerua Ieremiam licèt in regio carcere detentus eſſet, & riſu dignum videretur ea in regione, quam ipſe mox deuaſtandam credebat, & conſtantiſſimè prædicabat; campos emere, diuino tamẽ oraculo, numeratâ pecuniâ, agrum emiſſe, & vt omnis emptionis, & tranſlatæ poſſeſſionis iura ſeruarentur, iuſſit huiuſce contractus ſchedas, quas Iudæi libros vocant, per Notarios publicos adhibitis teſtibus, & ſigillis Iudicum autoritate conſcribi. Fiebant autẽ in his contractibus, vt tradit Rabbi Salomon, duæ potiſſimùm ſchedæ, altera ſigillis teſtium communita, & clauſa, quæ tutiſſimo loco, in publicis Notariorum Cartophylaciis reſeruabatur: altera ad illius exemplum bonâ fide deſcripta, & Iudicum calculo comprobata, quæ aperta apud emptorem remanebat, vtrámque igitur Ieremias recondi iuſſit à Baruch ſcribã ſuo, in vrnam fictilem, vt eſſent poſteris monumentum ac teſtimonium vaticinij, quo Propheta prædixerat, Iudæos poſt ſeptuageſimum Babylonicæ captiuitatis annum, in proprias ſedes remigraturos, ibique iterum villas, agros & vineas empturos.

Inuolutus Liber ſcriptus intus & foris, de quo Ezechiel: [*Et vidi, & ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me; qui erat ſcriptus intus & foris: & ſcripta erant in eo lamentationes, & carmen, & væ, & dixit ad me. Fili hominis comede volumen iſtud, & vade, & loquere filiis Iſrael, & aperui os meum: & cibauit me volumine,* &c.] Liber inuolutus quantum ad formam, genus eſt chartæ oblõgæ, circa ſeipſam in modum ſpiræ complicabilis, more Orientalium, qui ſic hîc etiã tempeſtate libros ſuos conuoluunt: quantùm verò ad ſignificationem, deſignabat ſcientiam prophetandi Ezechieli diuinitùs traditam: ſcriptæ in eo lamẽtationes, & carmen lugubre, & væ, indicant lamentabilẽ materiã vaticiniorũ, quę enunciaturus erat populo; nempe iuſtam Dei iram ob ſcelera Iudæorum, & imminentem diuinæ iuſtitiæ vltionem, ſuper ſanctam ciui-

tatem aliaſque torius Gentis ſuæ futuras calamirates, vſqne adeò copioſas, vt cum non potuerit in interiori chartæ facie perſtringi, neceſſe quoqne fuerit rota exteriori parte extendi. Expanſum eſt autem volumen cotam Ezechiele, vt aniınaduerteret Prophetæ intelligentiam nemini contingere, niſi cui Deus inuoluctum arcanorum ſuorú aperuetit. Iuſſus eſt autem prius deuorare librum, quàm loqueretur ad populnm; vr agnoſceret, non obiter percurrédas ſibi propheticas reuelationes, ſed auidè excipiendas, & in ventrem æternæ medirationis priúſquam effundanrur exactè decoquendas. Fuit autem Prophetæ volumen inptimis dulce, tanquam mel; qoia cognitio diuinorum iudiciorum, vltiounmque diuinarum meditatio, quam impij abhorrent iuſtus diuinæ voluntati ſubditiſſimos, adeò oblectat, vt vir iuxtà cor Dei pſallar. [*Latabitur Iuſtus cùm viderit vindictam, manus ſuas lanabit in ſanguine peccatoris a.*] Sed vt Propheta volumen ventre digeſſit, amarum eſſe ſenſit mox enim vt cœpit prædicare, perſecutiones, carceres, ac demum ſæuiſſimam mortem, eqnis diſtractus, paſſus eſt.

a Pſal. 57. v. 11.

Signum Thau, de quo Ezechiel, [*ſigna Thau ſuper frontem gementium & dolentium,*] & paulò poſt [*omnem autem ſuper quem videritis Thau ne occidatis b.*] Signum eſt virale, quod Deus voluit frontibus ſaluandorum inſcribi, nec vacat myſterio; Iudæi namque tempote Ezechielis, & vſque ad ſoluram captiuitatem Babylonicam, vt paſſim teſtatur D. Hieronymus, aliàs, alteriúſque figuræ, qnam nunc, habuere litteras, à Moyſe accepras, & cum Samaritanis cómunes, quarum poſteà forioas Eſdras, de captiuitate reuerſus, murauit, vt Iudæi qui litterarum numero, ordine, ſono, & ſignificatione, cum ipſis Samaritanis ſchiſmaticis, & Iudaici nominis hoſtibus, conuaniebant, ab iis eriam diſcrepatent formà litterarú, quarum vltima communi vtriúſque Gentis vocabulo Thau appellatur, & quæ priùs, ipsíſque adhuc Ezechielis temporibus in modum crucis † efformata erat, Eſdras in banc figuram ת qua & nunc Iudæi vtuntur, rranſmutauit. Fuit igitur ſignum Thau, ſcriptum in frontibus eorum qui erepti ſunt ab internecione, viuificæ Crucis, & humanæ ſaluris ſymbolum, cuius inſcriptione ſignificabatur neminem ſempiternæ mortis effugere ſupplicium, qni non fuerit ſigno Crucis inſignitus: ideſt, qni non habuerit interius impreſſam fidem Crucis, Paſſionis, ac mortis *Chriſti*, quique exteriùs in fronte, quæ interioris fiduciæ, & conſtantię index eſt, non geſtauerit Crucem *Chriſti*, eamquę intrepidè profeſſus fuerit.

b 6. v. 6.

Scriptura dumus Iſraël, da qua Ezechiel his verbis. [*Et erit manus mea ſuper Prophetas, qui vident vana, & diuinant mendacium, in conſilio populi mei non erunt, & in ſcriptura domus Iſrael non ſcribentur c.*] Scriptura hæc, vel ſcriptorarum ſacrarum Canonem deſignar, in quo vaticinia falſorum Prophetarum non habent locum, vel Electorum Catalogum, in quo reprohorum nullus ſcribitur.

c Ezech. 13. v. 9.

Libri in iudicio aperti, de quibus Daniel. [*Iudicium ſedit & libri aperti ſunt d.*] Horum librorum apertio ſignificar, humanarum mentium & cordium, quæ nunc vobis inſcrutabilia ſunt futuram in die iudicij manifeſtationem, quando ante tribunal Dei in conſpectu omninm, cuiúſque opera ſiue bona, ſiue mala patefient.

d Dan 7. v. 10.

Volumen volans de quo Zacharias Propheta. [*Et conuerſus ſum & leuaui oculos meos, & vidi, & ecce volumen volans &c. e*] Erat vna tantùm membrana oblonga, in ſeipſam circumuolubilis, eius dimenſio veſtibulo Templi æqualis, quia videbatur Prophetæ ipſum volumen de Templo egredi; erat autem ex vtráque parte ſcriptum, in vna quidem continebatur execratio iurantis, in altera maledictio peierantis.

e Zach. 5 v. 1.

Liber monumenti de quo Malachias. [*Et attendit Dominus & audiuit, & ſcriptus eſt liber monumenti coram eo, timentibus Dominum, & cogitantibus nomen eius e,*] ſignificat particularé memoriam curámque ſingularem, quam Deus haber, de electis ſuis: Impij videntes eos affligi putant in obliuionem eſſe Deo; At hic Propheta, air, Deum ita attendere, audire & ſeribere omnes gemitns ſuorum Libro monuméti, & ſempiternæ recordationis, quem ſemper ante oculos haber, vt quando tempus opportunum eos liberandi venerit non ſit opus aliqoo ſuggerente. Et hæc quoad libros veteris Teſtamenti.

e Malach. 3. v. 16.

Epiſtolæ miſſæ ab Ario ad Oniam ſummú Sacerdotem, ſeu ſcriptura de quibus Ionathas in Epiſtola ad Spartiatas mentionem facit *f*. Eius ſcripti exemplar extat apud Ioſeph. in hęc verba. [Rex Lacedæmoniorú Arius Oniæ ſalutem. Incidimus inquandam ſcripturam antiquam in qua inuenimus cognationem interceſſiſſe inter noſtras origines; & noſtrum quoque genus non alienum à poſteris Abrahæ. Æquum igitur eſt, vt cùm fratres noſtri ſitis, petaris à nobis quæcumque libuerit: idem nos quoque faciemus, & res veſtras tanquam noſtras exiſtimabimus, noſtras item vobiſcum communes habitori. Demoteles eſt qui has vobis reddit litteras, in pagina quadrangula ſcriptas; & obſignaras Aqnilæ ſigillo draconem tenentis vnguibus. Valete Olympiade 144.

f Macch. 12 v. 7. Ioſ. ant. 3.

In nouo Teſtamento occurrunt.

TRaditiones Seniorum, quas plutibus in locis Scriptura commemorat, maximé apud Matthæum, vbi Phariſæi *Chriſtum* interrogant, his verbis. [*Quare Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum, non enim lauant manus ſuas, cum panem manducant g.*] Quos *Chriſtus* redarguens, & vice verſà interrogans, ait [*Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditiones veſtras h?*] ac paulò poſt ſubdit. [*Sine cauſa colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum i.*] Has Traditiones Apoſtolus irridens, nunc ineptas, & aniles fabulas *k*, nunc ſtultas, & ſine diſciplina quæſtiones vocat: eáſque ſolicitè deuitandas præcipit Timotheo, as etiam Tito *l*, expertus in ſemetipſó; quantum ſibi, aliiſque nocuerit ſuperſtitioſa eiuſmodi traditionum obſeruantia; propter has enim perſecutus eſt ſupra modum Eccleſiam Dei æmulator exiſtens paternarum ſuarum Traditionum *m*.

g Matth. 15. v. 2.
h v. 3.
i v. 9.
k 1. Timoth. 4. v. 7.
l 2. Tim. 2. v. 23. Tit. 3. v. 9
m Gal. 1. v. 13. 14.

Has Traditiones D. Hieron. *n* ſcribit eſſe Conſtitutiones quaſdam Iudæorum à Græcis

n In Iſ. q. 10. ad Algaſiam & in 3. cap. Epiſt. ad Tit.

δευτερώσεις dictas, quas primi, ante Christi aduentum, docuerunt Sammai & Hillel, quorum ſcholam ſuſcepit Akiba, aliique deinceps vſque ad vltimum excidium Hieroſoly-
a In vtramque Epiſt. ad Timoth. mæ. D. Thomas *a* ſemel iterúmque aſſeuerat, harum nomine traditionum, ſignificari ingẽs, ac vaſtum illud opus Iudaïcarum traditionũ, à Iudæis Thalmud, hoc eſt diſciplinatio, appellatum in quò cõprehenſa, ſunt omnia prædictorum magiſtrorum Sammai, Hillel, Akiba aliorumque Rabbinorum, qui eos ſubſecuti ſunt, ſtatuta, quibus nunc tota Iudæorum natio regitur, inchoatum eſt hoc opus à Iuda quodam Simonis filio, qui omnia ſcripta quæ Rabbini, tàm antè, quàm poſt aduentũ Chriſti eatenus ſcripſerant, in vnum complexus eſt volumen, quod, Miſna, ideſt iterata lectio, ſeu repetitio nuncupata eſt, Tum Rabbi Ioannã, aſſumptis ſibi Collegis, ipſum Miſna, & alia quædam ſcripta, in vnum volumen coniunxit quod [illegible] Ieroſolymitanum, quoniam in Ieroſolymæ ruinis ſcriptum eſt, nuncupatur. Rurſus anno Chriſti 476. Rabbi Aſſæ, & Rabbi Hemmei in Ægypti Babylone, quæ nũc Cayrus dicitur, habitantes, omnibus maiorum ſuorum ſcripturis in vnum redactis, conſtruxerunt nouum corpus multorum voluminum quod Thalmud Babylonicum appellarunt; ſed cum ipſi, eorumque poſteri, contumelias, & blaſphemias execrabiles per ſingulos libros coaceruaſſent, plurimáque contra ipſam quoque, quam ipſi profitentur, Moyſis legem, imò & contra omne ius Gentium omnémque naturæ legem, per ſingulos libros cõſcripſiſſent, ſummorum Pontificum Decretis, iuſſuque Chriſtianorum Principum, omnes libri Thalmudici, toto orbe Chriſtiano, ignibus ſæpiſſimè traditi ſunt.

Phylacteria, de quibus Chriſti ambitioſam
b Matth. 23. Phariſæorum & Scribarum, ſua dilatantium, taxat hypocriſim *b*, erant membranæ ſeu libelli peregui diuinæ Legis verbis conſcripti, quos Phariſæi & Scribæ in fronte geſtabant. Cum enim, vt notat Chryſoſtomus, Iudæi facilè obliuiſcerentur mandata Dei, iuſſit Deus
c Deut. 6. v. 8. ea in tabellis deſcribi & fronti, manibuſque appendi *c*, eos ſic admonens, vt in Lege Domini diù noctuque meditarentur, & mãdata eius opere complerent. Hoc Phariſæi perperam interpretantes, putabant ſatis eſſe ad continuam legis obſeruantiam, ſi fronte & brachiis hoſce libellos alligarent, & vltra modum dilatarent.

Liber vitæ in Scripturæ ſacræ decurſu ſæpiùs occurrit, pluribúſque modis ſumitur, quatuor præſertim. Primo liber vitæ, eſt diuina prædeſtinatorum conſcriptio, ad vitam æternam, de quo libro Chriſtus ad Diſcipu-
Luc. 10. v. 20. los, ſuos ait, [*Gaudete quod nomina veſtra*
e Philipp. 4. *ſcripta ſint in cælis.*] Et Apoſtolus dicit, [*quorum*
v. 3. *nomina ſunt in libro vitæ e.*] Huic tamen libro aduerſari videtur quod nonnulli obiiciunt, ſi liber vitæ, inquiunt, eſt conſtans in mente Dei prædeſtinatorum conſcriptio ad vitam æternam, non omnes in eo deſcriberentur, nec vllus poſſet deleri; neque id vnquam Moſes à Deo poſtulaſſet; At Propheta Regius lo-
f Pſ. 138. quens Deo, ait [*in libro tuo omnes ſcribentur f*]
v. 16. omnes, vt exponit Auguſtinus non ſolùm perfecti, ſed etiam imperfecti. Secundò qui in eo libro ſcripti ſunt, deleri poſſunt, [*qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo g.*] Et Dauid inter alia, quæ viris nequam imprecatur, hoc vnum eſt, [*deleatur de libro viuentium h.*] Vltimo Moſes poſtulat à Deo de hoc ipſo libro deleri dicens, *Dimitte aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis dele me de libro tuo quem ſcripſiſti i.* His tamen obiectionibus reſponderi poteſt, ad primam quidem, illam vocem [*omnes*] ex mente Dauidis, nec non D. Auguſt. ad ſolos electos pertinere, ſiue illi perfecti ſint, ſiue adhuc in via virtutis imperfecti. Ad ſecundam vero reſpondet D. Thomas *k*, quoſdam in libro vitæ ſimpliciter, id eſt, ſecundùm diuinæ prædeſtinationis impoſitum, ad vitam æternam conſequendam ſcribi, & hos deleri non poſſe; quoſdam verò ſecundùm quid, nempè ſecundùm ſolam gratiam præſentis iuſtitiæ, & hos deleri poſſe. Alij, diuerſis verbis, idipſum exprimentes, dicunt, Librum vitæ ſcriptum eſſe intus & foris, & quoſdam quidem intus eſſe ſcriptos, qui nequaquam deleri poſſunt: alios verò foris tantùm, & extrinſecùs, quos & deleri, & iterum reſcribi poſſe, nihil prohibet. Ad vltimam variè reſpondent Interpretes, ex quibus Auguſtinus, & Chryſoſtomus videntur magis audiendi. Auguſt. *l* cenſet Moyſem ex ingenti quadam diuinæ familiaritatis ſecuritate, tali Deum ratiocinatione interpellaſſe; *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo*, ſed non delebis me de eo, in quo me indelebili charactere conſcripſiſti; dimitte igitur eis hanc noxam. Placet admodum Chryſoſtomus dum eorum qui Moſem & Paulũ de temporali morte locutos arbitrantur, reiiciens ſententiam ait, quomodo enim optaſſet Paulus à Chriſto anathema fieri, hoc eſt ſeparari ab eo per mortem carnis, cum ipſa mors magis ad eum chorum qui cum Chriſto eſt, coniungat, & ipſius gloriâ potiri faciat? vermiculorum itáque & in luto latitantium eſt hac ſuſpicio; vterque enim tàm Moſes, quàm Paulus, cum hoc dicerent non ſolum cogitatione tranſcenderunt, omnes præſentis vitæ agones, ac mortem, ſed etiam pro Deo quem magis quàm ſeipſos diligebant, cœlos & Angelos ſupergredientes, omnia inuiſibilia ſpreuerunt, ac pio Dei amore ab ipſa Dei fruitione ac ineffabili gloria excidere, non tantum petierũt, ſed quod auctius eſt etiam optauerunt; ita enim totam eorum mentem inexplicabilis charitatis affectus dedicit, vt etiam id quod præ cæteris amabilius erat, frui Deo contemnerent.] Crediderim quod ſi anima illo igne ſuccenſa in infernum abiret eius flammas quæ in ſolos ſæuiunt à Deo auerſos, ſopiret; deſcenderétque Angelus Domini cum ea in fornacem, non minus quam olim cum Azaria & ſociis eius, & excuteret flammam ignis de fornace, & non tangeret omnino eam ignis, neque contriſtaret, nec quicquam moleſtiæ inferet, fierétque benedictæ illi animæ infernus paradiſus ignes, rores, flammæ roſæ, & fumus Zephyrus.

Chriſti ſcriptura ſemel, iterúmque in terram exarata; de qua Ioannes cap. 8. ſui Euangelij. Pluribus faceſſit negotium. Quid enim Chriſtus primo ſe inclinans in terram, ſcripſerit; & quid ſecundo, neque Euangeliſta aperit; neque promptum eſt cuiquam definire,

Varij varia dicunt, inter quos haud contemnendus eſt Beda, exiſtimans *Chriſtum* ſemel iterúmque ſcripſiſſe eamdem illam ſententiã, quam tunc ore protulerat; nempè. [*Qui ſine peccato eſt veſtrum primus in eam lapidem mittat a,*] ac ſi diceret puniatur peccatrix, ſed nõ à primaticatoribus legis. Magis tamen audiendus videtur Haymo, qui arbitratur *Chriſtum* notas quaſdam in ſolo delineaſſe, quibus inſpectis quiſque accuſantium propria conſpiciebat ſcelera; ad quorum intuitum præ confuſione vnus poſt vnum exibant incipientes à ſenioribus, vt potè nequioribus, & in ſua malitia iam inueteratis.

a Ioan. 8. v.7.

b Act c.17. v.22.

Aræ Athenienſis inſcriptio, de qua D. Paulus in Actibus *b*. Fuit olim Athenis ara quædam, ait Oecumenius, cum huiuſmodi inſcriptione [*Deo ignoto & peregrino.*] cuius rei præ cæteris hæc refertur cauſa: Laborabant quondam grauiſſimâ peſte Athenienſes, & cùm Deorum omnium, quos ipſi colerent, opem pluribus votis ac ſacrificiis imploraſſent, nihilque ſentirent adiutorij, intellexerunt quemdã fortaſſis eſſe Deum, quem ipſi abſque honore reliquiſſent, qui propterea iratus peſtem immitteret; adeoque nouam ei aram extruxerunt, eámque inſcripſerunt (*Ignoto Deo*) quo facto ſtatim peſtis ceſſauit. Hanc igitur inſcriptionem Apoſtolus, ad Athnienſes in Martis Curia verba facturus, fortuito à ſe conſpectam, aſtu Rhetorico detorſit in argumentũ Euangelicæ prædicationis, ſic exorſus. [*Viri Athenienſes, per omnia quaſi ſuperſtitioſos vos video, præteriens enim, & videns ſimulachra veſtra, inueni & aram, in qua ſcriptum erat, Ignoto Deo, quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis. Deus qui fecit mundũ & omnia quæ in eo ſunt,* &c.] Quibus verbis non illepidè oſtendit Paulus, ſe nihil aliud eis ſuadere, quam vt facerẽt, quod iam ſponte faciebant, hoc eſt vt colorent Deum verum & Creatorem vniuerſi, quem iam colebant, & in ara ſub ignoto nomine prænotauerant.

Act.17.v.22

Curioſa, ſeu curioſarum artium libri de quibus in actibus dicitur. [*Multi etiam ex eis qui fuerant curioſa ſectati, contulerunt libros, & combuſſerunt coram omnibus, & comparatis pretiis illorum inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium c.*] Eiuſmodi libri cenſentur eſſe ſcripta pertinẽtia ad artes magicas *d*, nõn quaſcumque, ſed eas dumtaxat, quæ tam diuinis quam humanis legibus prohibentur. Eſt enim duplex magia; vna vera, altera falſa. Vera magia eſt quæ ex cognitione & mutua applicatione naturalium virtutum inuicem agẽtium & patientium, docet operari res admirabiles, quæ naturæ miracula appellãtur. Magia falſa omniumque artium fraudulentiſſimã eſt, quæ eſt Dæmonũ commercio, aut verè aut apparenter inſueta facit ac ſtupenda. Eius originem deducit Philo ex vera Magia à maleficis hominibus deprauata. Hanc Magiam D. Auguſtinus *e* ex Porphyrij ſententia diſtinguit in Theurgiam, & Goëtiam: Theurgia (quaſi Dei operatio) & Dæmonum beneficorum ad aliquod bonum faciendũ inuocatio, facta per quaſdam cõſecrationes, & ſacrificia: Goëtia verò, ſic dicta à planctu edito circa ſepulcrum, fit mortuorum inuocatione, vnde à Græcis vocatur Necromantia. His Philo tertiã addit ſpeciem, quæ pharmacia nuncupatur, fitque cum aliquid porrigitur ore ſumendum, quod certis incantamentis amorem, vel odiũ, vel inſaniam, vel mortem aut aliquod aliud malum ſit allaturum. Quæ omnes magiæ ſpecies non ſolùm diuinis edictis damnatæ ſunt, ſed etiam antiquiſſimis legibus Romanorum apud quos multi de magia ſunt poſtulati, vt Apollonius Tyanæus apud Domitianum Cæſarem. Sunt qui per hos curioſarum artium libros, non ſolùm magicos intelligant, vt refert Sixtus Senenſis *f*, ſed & omnia quoque iudiciariæ Aſtronomiæ volumina, quæ in primitiua etiam Eccleſia non minùs vetita fuiſſe, quã magica, teſtis eſt Epiphanius refertque Aquilam, primum diuinæ Scripturæ inter Chriſtianos Interpretem, eo ſolo à patribus ex Eccleſia pulſum, quod Geniturarum inſpectionibus, & natiuitatum diuinationibus vacaret.

c Act.91. v.19.

d Chryſ. Aug. Oecũ. Beda.

e Lib.10. de ciuit.c.9.

f Bibl.ſanctæ l.2.

Lib. de ponſ. & menſ.

Cæterùm eo librorum tam ingentis pretij combuſtorum monemur exemplo, vetuſtum fuiſſe morem apud Chriſtianos, exurendi libros peruerſæ doctrinæ, quod & aliis quoque Gentibus olim fuit in vſu, prout Græcorum Latinorumque teſtantur hiſtoriæ; vt de cæteris ſileam; Libri Diagoræ, & Protagoræ quod nullos Deos eſſe docerent, publicè ab Athenienſibus combuſti ſunt; ſicut & à Romanis libri Numæ, reperti in agro Petilij, quod Romanorum Numinum cultus diſſoluere viderentur.

Ieſu Chriſti Epiſtola animata, de qua Apoſtolus Corinthios ſic alloquitur. [*Epiſtola eſtis Chriſti manifeſtata à nobis, & ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus g.*] Quibus verbis Paulus Corinthios vocat Epiſtolam Chriſti, quos proximè ſuam ipſius Epiſtolam nuncuparat, dicens, [*Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur, & legitur ab omnibus hominibus h.*] Appellat autem Paulus & ſuam, & Chriſti Epiſtolam, quia ſicut Epiſtolæ cõmendatitiæ, quæ in gratiam alicuius ſcribi ſolent, virtutem ac dignitatem eius manifeſtant: ita Corinthij ſinceritate fidei, ac vitæ ſuæ probitate, Chriſti gloriã illuſtrabant, & Pauli magiſterium, qui eos in Chriſto inſtruxerat, declarabant, vſus eſt autem hac Epiſtolæ metaphorã, vt oſtenderet ſibi non eſſe opus, cõmentatitiis Epiſtolis, quas circumferebant Pſeudo Apoſtoli, vel ab aliis ad Corinthios, vel à Corinthiis ad alios impetratis, quod & ipſe initio Capitis apertè indicarat, dicens. [*Nunquid egemus, ſicut quidam, commendatitiis Epiſtolis ad vos, aut ex vobis i.*] Senſus igitur Apoſtoli hic eſt, vos, ô Corinthij eſtis Epiſtola noſtra ſcripta in cordibus noſtris, quia pietatem & charitatem veſtram ſemper in animo habemus, corde geſtamus, & vbique nobiſcum circumferimus, & apud omnes veſtra facta, virtutéſque celebramus. Eſtis quoque Chriſti Epiſtola, cum per vitæ veſtræ ſanctimoniã Autorem ſalutis veſtræ Chriſtum omnibus Gentibus ſuſcipiendum exhibetis. Tunc enim vera eſtis, ac viua Chriſti Epiſtola ab illo quidem ſcripta, ſed noſtro miniſterio; ſcripta autem, non atramento delebili, quales ſunt, quas Pſeudo Apoſtoli emendicatas ad vos afferunt; neque in ſaxeis tabulis, ſicut lex illa

g 2.Corinth. 3.v.3.

h v.2.

i v.1.

vetus,de qua tantopere glóriantur Iudæi,ſed in tabulis cordis carneis, ac mollibus: Corda enim veſtra, quibus *Chriſti* doctrinam impreſſimus,nobis membranæ vice fuerunt:lingua noſtra calamus;ſed *Chriſtus* ipſe per ſpiritum dictauit, quæ in cordibus veſtris ſcriberemus.

Litera occidens,de qua Apoſtolus; [*Litera occidit,ſpiritus autem viuificat a.*]eſt lex Moyſis, ipſa quoque, iuxta D. Auguſt. Lex Decalogi, quæ licèt iuſta ſit,& optima, occidere tamen, & iram,& peccatum,& maledictionem operari dicitur;quia dum peccatũ oſtendit,& prohibet occaſionem præbet ſpiritualis interitus, duobus præſertim modis;& peccati deſideriũ augendo, & peccati præuaricationem aggrauando, Primò enim cùm lex vetat peccatum, ex hac prohibitione auget concupiſcentiam, malorum omnium fontem,quæ nititur in vetitum ſemper,cupítque negata: quemadmodum aquæ impetus,ſi in eam partem ad quam ſuâ violentiâ rapitur non influat, vehementior fit obice oppoſito,cuius molem cùm euicerit, maiore cumulo præcipitans per prona prouoluitur: ita hoc ipſum quod concupiſcitur, ardentiùs deſideratur dum vetatur, acriùs torquet, dum non habetur, & iucundius fit cum habetur.Et hoc eſt quod Apoſtolus indicare voluit cùm dixit.[*Occaſione accepta peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam b*] & iterum [*lex ſubintrauit, vt abundaret delictum c*] His igitur de cauſis lex,non immeritò,litera occidens dicitur, ſpiritus verò gratia viuificans, quia concupiſcentiam, quam lex auget, gratia minuit peccandi deſiderium extinguit,virtutum praxim per fidem inſpirat, & per charitatem in cordibus noſtris diffuſam explet.

a 2.Cor.3. v.6.
Lib. de ſpirit.& lit.

b Rom.7.v.8
c c 5.v.20.

Chirographum Decreti, de quo D. Paulus his verbis.[*Et vos cùm eſſetis mortui in delictis, & præputio carnis veſtræ, conuiuificauit cum illo, condonans vobis omnia delicta,delens quod aduerſus nos erat Chirographum Decreti,quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio affigens illud cruci, & expolians Principatus & Poteſtates, traduxit confidenter palam triumphans illos in ſemetipſo d.*]Eſt autem huiuſmodi Chirographum, omne mortalium genus obſtringens, vetus illud Decretum quod Deus fecerat ad Adam, & in corde ipſius ſcripſerat: *De ligno ſcientia boni & mali ne comedas, in quocumque enim die comederis ex eo morte,morieris.*]Hoc Decretum cum Adam præuaricatione ſuâ violaſſet, ſeipſum, omnemque poſteritatem ſuam peccato, & morti fecit obnoxiam; Diabolus autem in hoc Chirographo,vniuerſum genus mortalium vrgebat, reóſque nos eſſe ſempiterni ſupplicij arguebat, proferens aduerſus nos non diuini Decreti Chirographum, manu Dei in corde primi parentis deſcriptum, *Chriſtus* ergo noſtram miſertus calamitatem, quicquid ex hoc Chirographo poterat à nobis exigi, id ipſe dependit in Cruce, in qua pro nobis ſupplicio affectus, diſcidit ac dilacerauit, quod aduerſus nos erat Chirographum, & ne vllam in nos haberet deinceps poteſtatem,prorſus de medio ſuſtulit, & Sathanam ipſum qui nos per hoc Chirographũ legis reos agebat, ne quid vltra accuſationes eius vereremur deſtruxit in Cruce moriens, & omnes Principatus ac poteſtates tartareas fudit palam de ipſis triumphans.

d Coloſſ 2. v.13.14.

Genealogiæ interminata, de quibus D. Paulus ad Timotheum ait, [*Vt denunciares quibuſdam ne aliter docerent, neque intenderent fabulis & genealogiis interminatis, quæ quæſtionem præſtant magis quam ædificationem f.*] Hieronymus g dicit, has eſſe conſtitutiones quaſdam Iudæorum à Græcis δευτερώσεις appellatas,quas primum litteris mandarunt Akibas, Mayr, Ioannan, & Eliezer Hebræi: Diuus Auguſtinus refert, has Deuteroſes non eſſe ſcriptas, ſed traditione transfuſas, in quibus Iudæi ſtultè fabulantur, Deum primo homini duas creaſſe mulieres, ex quibus poſtea infinitas texunt genealogias.

f 1.Tim.1. v 14.
g In Comment. Epiſt ad Tit. & tertio Com. Iſai.

Calculus, ſeu lapillus, nouo nomine inſcriptus, de quo Chriſtus Dominus in Apocalypſi. [*Vincenti dabo calculum candidum, & in calculo nomen nouũ ſcriptum quod nemo ſcit niſi qui accipit.*]Quæ verba Arethas Cæſarienſis Epiſcopus h ſic exponit:[Vincenti Diabolum pollicetur Deus calculum candidum, hoc eſt mercedem honore & fama fulgentem. Poſuit autem hoc loco calculum candidum, quod is notus eſſet iis, qui in theatris ac ſtadiis certabant, & vincentibus tradebatur. Nomen verò nouum æternæ beatitudinis præmium eſt, quod in præſenti vita ignoratur; ſiquidem bona quæ præparauit Deus diligentibus ſe oculis non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendunt, noua autem ſunt nobis, cùm ad eorum poſſeſſionem poſt hanc vitam ingredimur.] Conſtat etiam apud Ethnicos, victoriarum dies, olim publicis faſtorum tabulis inſculptos, conſueuiſſe candido lapillo pronotari, quo clarius à cæteris diebus diſcernerentur.

h Apoc.2. v.17.
In Comm. Apoc.

Nomen Dei frontibus electorum inſcriptũ de quo Ioannes non ſemel in Apocalypſi i, Arethas Cæſarienſis in ſua ſuper hunc locum explanatione ait,duplex eſſe Dei nomen, vnũ quod in præſenti vita cordibus ſanctorum imprimitur,qui Dei,& ſupernæ Ieruſalem immortalia bona indelebili memoriâ retinent, & futuræ gloriæ pignus poſſident: Alterum quod ſanctorũ frontibus in alia vita ſuperadditur,& eſt diuinæ viſionis merces,& lumẽ diuini ſplẽdoris à beata triũ Perſonarũ eſſentia in animas,& ex animabus in corpora diffuſũ.

i Apoc 3.v.12.14 v.1 22.v.3.

Liber ſcriptus intus & foris,ſignatus ſigillis ſeptem, de quo Ioannis in Apocalypſi, his verbis: [*Et vidi in dextera ſedentis ſupra thronum, librum ſcriptum intus & foris, ſignatum ſigillis ſeptem, & vidi Angelum fortem & prædicantem voce magna, quis eſt dignus aperire librum k.*] & quæ ſequuntur in ea viſione. [*Sedens in throno*] eſt Pater æternus, reſidens in throno regni ſui, quod eſt Eccleſia. Liber ſcriptus intus & foris,ex D Auguſtino eſt omnis diuina Scriptura, duobus Teſtamentis digeſta:foris cõſcripta ſecundum hiſtoricã intelligentiã,intus ſecundum myſticum & ſpiritualem ſenſum. Septem ſigilla ex D. Thoma, ſunt ſeptem ſecreta pertinentia ad ſtatum Eccleſiæ,quæ Ioanni aperiũtur. Primum eſt equi albi, qui cœtum ſignificat prædicatorum in primitiua Eccleſia diſcurrẽtium.Secundum equi rufi, qui perſecutionem

k Apoc.5. v.1.

tyrannorum portendit. Tertium equi nigri, qui typus eſt hæreticorum. Quartum equi pallidi; in quo falſorum fratrum, & hypocritarum multitudo repræſentatur. Quintum animarum Martyrum ſub altari Dei quieſcentium, quæ conſolationem commendant electis in tribulatione adfuturam. Sextum obſcurationis lunæ, quæ perſecutionem deſignat Antichriſti. Septimum ſilentij dimidiæ horæ, quod innuit pacem Eccleſiæ in terra, poſt mortem Antichriſti, quæ paruo tempore ſit duratura, ſcilicet vſque ad conſummationem ſæculi.

Apoc.6 v 14 / Iſaie 34. 4.

Inuolutus liber, de quo Ioannes in Apocalypſi: [*cœlum receſſit ſicut liber inuolutus.*] & ante ipſum Iſaïas: [*complicabuntur ſicut liber, cœli a:*] Obſcura eſt hæc Hebraica libri metaphora, & tam Græcis quam Latinis auribus inſueta: proinde ſciendum eſt, apud Hebræos libros præſertim ſacros, alterius eſſe formæ, quam noſtros multis foliis compaginatos; habent enim illi vnum dumtaxat folium, ſiue membranam oblongam, quæ circa cylindrum, ſiue axem ligneum, inſtar telæ ſupra radium textorium circumuoluitur. Videntur autem huiuſmodi libri aliquam præ ſe ferre cœlorum imaginem: quia ſicut terram, quæ medium totius Vniuerſi axem tenet, plures cœleſtes orbes, alter ſuper alterum collocati circumdant, & claudunt; ita axem illum ligneum, qui in medio voluminis eſt, plures ipſius membranæ ſeu ſpiræ, altera ſuper alteram ambiunt, & concludunt. Quomodo autem, & qua de cauſa cœlum in poſtremo totius mundi excidio & inſtar libri, iuxta Iſaïam complicandum; vel iuxta Ioannem, inſtar libri receſſurum, Variæ ſunt Patrum explicationes. Placet illa Origenis, qui licèt vniuerſum cœlum eſſe quaſi librum quemdam apertum, ſignificationem omnium futurarum rerum, & humanorum euentuum, abſque vlla tamen humanæ libertatis coactione, continentem, dicente Moſe: [*Poſuit Deus ſtellas in firmamento vt ſint ſigna c.*] Hoc eſt, vt ſignificent rationes futurarum rerum, à diuina prouidentia ordinatas; cum igitur adimpleta fuerint omnia, quaſi ſtellæ humano generi diuinitus ordinata denunciant; tunc cœli complicabuntur, vt liber; neque vltra venturos ſucceſſus ſignificabunt.

In Gen. referente Euſeb. lib 6 de præparat. Euãg.

Gen.1.v.14

Liber apertus, ac deuoratus, de quo in Apocalypſi *d*, ſecundum expoſitionem D. Ambroſij, eſt diuinæ Scripturæ volumen, quòd cùm prius ſeptem ſigillis eſſet obſignatum, nunc per gratiam *Chriſti*, Doctoribus Eccleſiæ apertum eſt. Hic igitur liber dum deuoratur, vt mel dulce eſt, quia diuina Scriptura dùm auditur, legitur, & attentâ meditatione tractatur melle dulcior in cogitatione efficitur, ſed tunc primum amaritudo eius ſentitur, cùm opere explere incipimus quod didicimus. Quantò enim ampliùs meditationi diuinæ Scripturæ dediti ſumus, quantóque eius meditatio noſtræ menti dulcior eſt, tantò maiorem amaritudinem carni noſtræ exhibere debemus, affligentes eam ieiuniis, vigiliis & abſtinentiâ vitiorum.

d c.10.v.1.

Character beſtiæ, de quo pluribus in locis D. Ioannes in ſua Apocalypſi, quæ loca ſic exponit Arethas Cæſarienſis Epiſcopus. [Beſtia diabolus eſt, imago beſtiæ eſt Antichriſtos, Character beſtiæ eſt nota, ſignum, & demonſtratio imitationis Diaboli & Antichriſti in reprobis hominibus, qualem non habent hi, qui habent ſignum Dei in frontibus ſuis, quique facies habent ſignatas lumine diuini vultus. Quod autem impij characterem beſtiæ manibus & frontibus impreſſum gerant, ſignificant manus eorum plenas eſſe malis operibus, frontem vero quæ oculis imminet, caligine tenebriſque circumfuſam, vt nihil quod rectum & honeſtum ſit, videant: Vel character beſtiæ in manibus actiones eorum diabolicas deſignat; in fronte verò improbam ipſorum impudentiam, dum ſine illa occultatione & pudore, palam oſtentant qualeſnam ipſi ſint, peccata ſua prædicantes, & iniquitatem gloriam & laudem exiſtimantes *e*. Porrò Character beſtiæ, aut nomen beſtiæ, aut numerus nominis eius, de quibus Ioannes: *Et faciet vt nemo poſſit emere, aut vendere, niſi qui habeat characterem, aut nomen beſtiæ, aut numerum nominis eius f.*] Tria hæc vnum & idem ſunt, quæ quidem in ſeipſo geſtat impreſſa, quicumque Antichriſti operibus communicat. Explicant Interpretes, quid ſit numerus nominis beſtiæ, quæ Antichriſtum hoc loco denotat; & quomodo Græci ex litteris Alphabeti, numerum ſuum conficiant.

cap.13.v.16 17.14 v.11. 16.v.2 & 20 & 20.v.4.

e Areth. in Apocal.

f Apoc. 13. v.17-18.

CLAVIS

CLAVIS DAVID.

LIBER QVARTVS.

EXPOSITIS SCRIPTVRÆ SENSIBVS, literali ſcilicet, & myſticis, quæ ad ipſos inueſtigandos in vniuerſum conducunt ediſſerens.

PRÆFATIO.

QVONIAM verbum abbreuiatum fecit Dominus, & Scriptura ſacra & verborum parciſſima, ita & arcanorum ſenſuum eſt referiſſima. Præſtant in hoc cæteris omnibus libri ſacri, & vnico ſenſu incluſâ aliorum intelligentiâ, iſtorum in verbis ſingulis (vt Hieronymi verbis vtar) multiplices latent intelligentiæ, quæ omne hominum ſtudium, omnem captum exhauriunt. Tanta eſt, ait D. Auguſtinus, Chriſtianarnm profunditas literarum, vt in eis quotidie proficere poſſemus, etſi eas ſolas ab ineunte pueritia ad decrepitam ſenectutem maximo otio, ſummo ſtudio, meliore ingenio conaremur addiſcere. Tam multa ſemper, támque multiplicibus myſteriorum inuolucris adumbrata proficientibus ſuperſunt enucleanda: tam obſcurus verbis quibus exprimuntur ſubeſt ſenſus; quin & tam profunda in rebus, quas verba includunt, latet altitudo ſapientiæ, vt quamquam acutiſſimis, flagrantiſſimiſque cupiditate diſcendi contingat, quod eadem docuit ſcriptura, [Cum conſummauerit, hinc incipiet.] *Ad hanc ſacræ Paginæ difficultatem haud parum confert ea, quâ perpetuò vtitur, ſermonis dignitas, ſæpiúſque ignota liberalibus diſciplinis verborum diſpoſitio: conferunt etiam ad hanc difficultatem Scripturæ ſacræ, variæ linguæ, in quibus illi libri primum ſcripti ſunt, & poſtea variè à multis tranſlati, maximè peculiares linguæ Hebrææ idiotiſmi, modiue loquendi: confert & tropica locutio, quæ fit tranſlatâ dictione à propria ſignificatione ad non propriam ornatus gratia. Gloriantur quidem Græci talium ſe leporum fuiſſe inuentores, ſed immeritò, & in hoc decipiuntúr, decipiúntque: nihil enim ipſi, aliique vllis ſeculis prolocuti ſunt eloquentiæ magiſtri, quod in ſacra præceſſerit ſcriptura, quæ ceteris omnibus ſcripturis, non ſolum ſolùm autoritate, quia diuina eſt, vel vtilitate, quia ad vitam ducit æternam, ſed & antiquitate ipsáque præeminet dicendi poſitione. Hoc etenim ſuo veluti, ac ſingulari quodam iure Hebraïca ſibi lingua vendicat, vt figuris & idiotiſmis ſit locuples, nulláque prorſus ex aliis, quæ ad noſtram vſque peruenerunt ætatem, in eiuſmodi Schematis ac multiplici Idiotiſmorum de-*

lectu, cum ipſa comparari queat, quorum frequenti vſu eas, quas enunciat, res, non modo ſignificare, ſed & ob oculos ponere, verâmque ac viuam eorum imaginem repræſentare videatur; & in affectibus, exprimendis adeò potens eſt, vt nulla, alia quantumuis maxima, veterum oratorum facundia cum ſacræ linguæ energia, & efficacitate conferri vllo modo poßit.

Verum quidem eſt, quod, ſicut in alio quouis linguarum genere certi ſunt loquendi modi, certæ figuræ, & ſchemata, quorum parem elegantiam, magno etiam adhibito ſtudio in alias linguas transferre nequeas, certi quoque in lingua ſacra occurrunt idiotiſmi, Tropique per ſe eleganter, & eiuſdem linguæ peritißimis perſpicui, quos tamen ſi ad verbum in aliam linguam traducas, tantæ non raro p...unt difficultates, vt ſententia vix, aut ægrè intelligi poßit, dumque eos Latini, aut Græci ſermonis proprietate aliqui temperare ſtudent, ab illius ſacræ, ex qua conuertunt, linguæ elegantia diſcedant neceſſe eſt.

Et hæc quoque peregrinarum verſio linguarum minus propria, ſacriue idiomatis minus expreßiua, prædictam diuinæ Scripturæ intelligendæ auget difficultatem, cui vndequaque tandem ſuboriatur, elucidandæ. Quartus hic liber in vniuerſum allaborabit deductis in eum finem ſex Articulis. Primus agit de quadruplici ſcripturæ ſenſu, literali videlicet, Allegorico, Tropologico, & Anagogico. Secundus varios eiuſdem ſcripturæ exponendæ modos explicat. Et quoniam inter illos ſenſus, quocumque tandem modo ſacram Paginam explanent, literalis ceteris potior eſt, longéque difficilior, maximè vbi occurrunt idiotiſmi, Tropique Hebræorum, & aliqua Scripturæ locorum apparet inter ſe pugna, quæ non modicum ſacræ paginæ ſtudioſo faceſſit negotium. Tertius Articulus tres Regularum Decades aßignat, ad primam aliquam ſacræ literæ intelligentiam idoneas, & Quartus omnia Scripturæ loca quæ magis inter ſe pugnare videntur conciliat. Quia vero illis licet adhibitis Regularum ſubſidiis, hiſque locis conciliatis, plures aliæ, etiam quoad ſenſum ipſum literalem, occurrunt difficultates, ad quas elucidandas accuratum ſacrorum Interpretum, qui totam Scripturam, & ſingulas eius partes felicius expoſuere, Catalogus recenſendus eſt, annotatâ ſæpiùs eá, quá quis eorum vſus eſt dicendi, docendique methodo. Eam Articulus quintus, quoad celebriores Doctores, indicat. Demum quia in legendis his, aliiſque Interpretibus temere procedendum non eſt. Vltimus tria ad cautam, vtilemque ſacrorum Interpretum lectionem totidem ſectionibus obſeruat.

ARTICVLVS I.

De quadruplici Scripturæ ſenſu. Scilicet Literali, Allegorico, Tropologico, & Anagogico.

SRiptura, ſeu verbum Dei ſcriptum duobus conſtat, nempè litera, quæ in libris Canonicis habetur, & vero literæ ſenſu, qui propriè dicitur *Verbum Dei*, quatenus diuinæ mentis conceptum nobis exprimit; & hic verus literæ; ſenſus, eſt velut anima, & vita literæ; quippe ſine quo litera occidit, vt patet in Iudæis, & Hæreticis. Infelices Iudæi, ait D. Auguſtinus, & plus infelices Hæretici, dum ſolum literæ aſpiciunt ſonum, quaſi corpus ſine anima, ita ſine viuificante ſpiritu, mortui remanſerunt.

Verus hic Scripturæ ſenſus duplex in vniuerſum aſſignari ſolet, nempè literalis, ſeu hiſtoricus & ſpiritualis ſeu myſticus. Literalis eſt ille, quem voces ipſæ, ſeu propriè, ſeu figuratè ſumantur, proximè ſignificant: ſpiritualis eſt is, quem res ipſæ per voces ſignificatæ indicant. Deus enim, qui eſt Autor Scripturæ, non ſolùm accommodat voces & Scripta ad aliquid ſignificandum, quod & homines faciunt; ſed etiam res ipſas ſignificatas ad alias conſimiles ſignificandas coaptat. Vtriúſque ſenſus, literalis ſcilicet & ſpiritualis, diſcrimen docuit Apoſtolus, dum ait Iudæos quotidiè legere, & audire lectionem veteris Teſtamenti iuxta literam quoad ea quæ pertinent ad eorũ leges, ſed eſſe poſitum velamẽ ſuper cor eorũ & ſpiritualẽ intelligentiam, quæ viuificat, minimè

percipiant; idque alibi probat exemplo, oſtendens legem de circumciſione duplicem habere ſenſum, alterum qui iuxtà literam ſolam abſciſſionem præputij, ſeu carnis, Iudæis olim mandatam, ſignificat; alterum, qui iuxta ſpiritum omnibus, ac ſemper præcipeter circumciſionem cordis, adeò tantopere laudatam & commendatam: Iudæi percipiebant ſenſum literalem illius legis, non autem ſpiritualem.

Senſus literalis ſubdiuiditur in proprium, & Metaphoricum proprius eſt, quem voces in propria nudáque ſignificatione præ ſe ferunt; vt cum per agnum animal illud, quod primum hac voce ſignificarut, intelligimus. Metaphoricus eſt quem voces trāſſumptæ ſignificant, ob aliquam proprietatis analogiam, vt cùm virum mitem agni nomine deſignamus: ſic Chriſtus in diuinis Scripturis dicitur Agnus, Leo, Petrà, Vermis, Viria, ob aliquam ſui proprietatem, quæ ſingulari quodam modo in his creaturis eluceſcit. Occurrit autem ſenſus literalis Metaphoricus, æque in parabolis, ac in Metaphoris. In parabolis tum ſenſus literalis eſt verus, quando ſimilitudo, & applicatio eſt bona; ſiue res quæ affertur in parabola ſit vera, aut probabilis, ſiue ficta, aut impoſſibilis: qualis eſt illa, *Ierunt ligna vt vngerent ſuper ſe Regem a.* Similiter in Metaphoris ſenſus literalis eſt verus, quando verba aſſumuntur in ſignificatione Metaphorica, tametſi poſſet eſſe falſus, ſi ſumeretur in ſignificatione propria: & hoc volunt Patres, dum affirmant, aliqua Scripturæ loca non habere ſenſum literalem cauendum eſt, inquit Auguſtinus *b*, ne figuratam locutionem ad literam accipias, ad hoc enim pertinet, quod ait Apoſtolus, [litera occidit, ſpiritus autem viuificat.] Certum námque eſt, quidquid Lyranus proferat, in quouis Scripturæ loco, non obſtante metaphorà, vel parabolà reperiri ſenſum literalem, vt affirmat Diuus Thomas *c*.

a Iudic. 9.

b Lib. 3. de doctrina Chriſt. c. 8.

c 1. p. q. 1 art. 1. ad 3.

Senſus ſpiritualis ac myſticus longè ſecretior, ac ſublimior, nec omnibus peruius, ſed in intima verborum medulla reconditus, ſubdiuiditur in Allegoricum, Tropoligicum, & Anagogicum iuxta triplicem, præteriti, præſentis, & futuri temporis differentiam ritè diſtinctos.

Allegoricus eſt, cùm ea quæ geſta ſunt in veteri Teſtamenti, ſignificant ea quæ gerenda erant in nouo. Allegoricam explanationem edocuit Chriſtus, cum loquens ad Iudæos de Ioanne Baptiſta dicit, *Elias quidem venturus eſt, & reſtituet omnia, dico autem vobis quia Elias iam venit, & non cognouerunt eum, ſed fecerunt in eo quæcumque voluerunt d.* Significans his verbis, Eliæ vitæ in veteri Teſtamento fuiſſe typum, & vmbram vitæ Ioannis, qui ab exordio noui Teſtamenti venit in ſpiritu, & virtute Eliæ. Paulus quoque explicans allegoricè hiſtoriam duorum filiorum Abrahæ ait [*Scriptum eſt quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de Ancilla, & alterum de libera, ſed qui de Ancilla ſecundum carnem natus eſt, qui de libera per repromiſſionem: quæ ſunt per allegoriam dicta; hæc enim ſunt duo Teſtamenta. e*]

d Matth. 17. v. 11. 12.

e Galat. 4. v. 21. 22.

Tropologicus ſenſus eſt, cùm ea quæ geſta ſunt in virouis Teſtamento, indicant ea quæ nos agere debemus ad probè, piéque viuendum, vnde & moralis dicitur. Tropologicâ explanatione vſus eſt Chriſtus cùm hiſtoriam pœnitentiæ Niniuitarum, & aduentus Reginæ Auſtri ad Salomonem ad exprobrandos perditiſſimos mores, & obſtinatam incredulitatem Iudæorum deflexit, inquiens. [*Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac & condemnabunt eam, quia in prædicatione Ionæ egerunt pœnitentiam, & ecce plus quam Ionas hic. Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta, & condemnabit eam, quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, & ecce pluſquam Salomon hic.*] Similiter & Paulus Hiſtoriam Hebræorum, qui in deſerto perierunt, ad mores accommodans, ait [*Patres noſtri omnes mare tranſierunt, ſed non in pluribus eorum beneplacitum eſt Deo: hæc autem in figura facta ſunt noſtri, vt non ſimus concupiſcentes malorum, ſicut & illi concupierunt f.*]

Match. 12. 41. & 42.

f 1. Corint. 10. v. 5.

Anagogicus ſenſus eſt, cum ea, quæ accidunt in Eccleſia militante circa caput ipſius Chriſtum, vel circa eiuſdem membra myſtica, ſignificant ea, quæ futura ſunt in Eccleſia triumphante, vt colligitur ex D. Thoma *g*, Anagogica explanatione vſus eſt Apoſtolus, *h* cùm terram illam Palæſtinorum Patribus repromiſſam ad reprobationem æternæ gloriæ adaptans, oſtendit terram illam tantopere à Patriarchis deſideratam, & tot peregrinationibus exquiſitam, non eſſe præſentem, viſibilem & terrenam, illam regionem Chananæorum, ſed futuram inuiſibilem, ac cœleſtem, multis Angelorum millibus frequentem; nec ſolus ſenſus Anagogicus in hac voce Ieruſalem, ſed & alij quoque obſeruari poſſunt. Hæc enim vox in ſenſu literali proprio, ſignificat vrbem Palæſtinæ; & in literali figurato quoduis aliud, quod aliquam habeat cum ea proprietatis analogiam: In ſenſu autem myſtico allegorico, Eccleſiam militantem; in morali animam virtutibus illuſtrem, quæ ſit ſancta ciuitas, & Templum Dei, per gratiam; In Anagogico Eccleſiam triumphantem, vt ſæpè ſumitur in Apocalypſi.

g 1. p. q. 1. art. 1.

h Hebr. 11. v. 13.

Quod ſpectat ad vſum & vtilitatem illorum Scripturæ ſenſuum. Literalis explanatio iuuat admodum ad earum rerum inſtructionem, quæ nobis credendæ ſunt, & ab omnes Hæreſes conuincendas; nulla ſiquidem expoſitio ad probationem dogmatum fidei vim habet apud peruicaces niſi quæ verè & germanæ literæ ſenſum explicat. Nam cum aliæ explanationes myſticæ, ſenſus intra eiuſdem literæ medullam abditos rimentur, indéque eos ex quibuſdam rerum ſimilitudinibus educere conentur, facilius eludi poſſunt ex earumdem rerum diſſimilitudinibus. Nullæ enim res tantam inter ſe habent ſimilitudinem, quæ non aliquas etiam inter ſe ſortiantur diſſimilitudines.

Accedit myſticorum ſenſuum eductionē, fieri ſæpè humani inquiſitione ingenij, quod non rarò decipitur, & in rebus obſcuris ſæpiùs ea

fingit, ad quæ animus eſt vel naturâ, vel exercitatione propenſior. Deóque nec eiuſmodi explanationis myſticæ aduerſarius vnquam acquieſcet, donec litterali firmatam aduertat. Exempli gratia, ſi velim aſtruere Sacerdotes habere poteſtatem ligandi, ac ſoluendi à peccatis, & vtar myſticâ hâc Chriſti ad Apoſtolus expoſitione. [Soluite illum, & ſinite *a*bire] ilicò reſpondebit alter, id de ſolutione

Ioan. 11. v. 44. linteorum, quibus Lazarus erat obuolutus, & non de ſolutione peccatorum eſſe dictum. At vbi idipſum oſtendero authoritate & literali expoſitione illius ſententiæ Domini ad eoſdem Apoſtolos. [*Accipite ſpiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt.*] *b* Tunc ſolùm acquieſcet. Vnde non immeritò Auguſtinus

Ioan. 20. v. 24. ad Vincentium Donatiſtam ſic ſcribit; [Quis autem non impudentiſſimè nitatur aliquid in allegoria poſitum pro ſe interpretari, niſi habeat & maniſeſtiſſima teſtimonia, quorum lumine illuſtrentur obſcura.

Eſt & [illegible]ia literalis ſenſus vtilitas, ſeu neceſſitas ex ordine, quem ipſe habet ad myſticos, enata; literali namque ſenſui, tanquam baſi ac fundamento ſtabili neceſſe eſt myſticos, inniti; niſi enim priùs ſenſus literæ nobis perſpicuus ſit, quî fieri poterit, vt myſticis explicationibus eum illuſtremus? adde quòd ſi ex verbis obſcuris, nec intellectis ſenſum aliquem arcanum exprimere nitamur, periculum erit, ne in hæreſes incidamus, quod accidit Hæreſiarchis.

Nec minor vtilitas eſt ſenſus myſtici apud probos & pios tam ad fidei vtilitatem, quàm ad morum inſtitutionem. Confert enim plurimùm ad dignoſcendam, & confirmandam Euangelicæ doctrinæ ſinceritatem, quam ſine dubio Iudaicis inſtitutis inquinabimus, ſi Scripturas veteris Teſtamenti ad literam velimus explicare. Reuertemur iterum ad priſcam illam obſeruantiam, rurſuſque circumcidi, ſacrificare pecudes, à cibis immundis abſtinere, cæteráſque Iudæorum vmbras, quæ iam eluceſcente Euangelij luce euanuerunt, ſectari cogemur, niſi in carnalibus eiuſmodi præceptis, populo duræ ceruicis olim impoſitis, explanationem myſticam recipiamus. Adde, quod nullum ferè nobis defenſionis, aut reſponſi genus relinquetur aduerſùs hoſtes legis, & Prophetarum, ſi nobis opponant, cur olim præceperit Deus Prophetis plurima, quæ primâ fronte apparent ridicula hominibus, qui ſolùm terrena ſapiunt. Cur etiam dederit tot leges, quæ iis qui ſolum corticem attendunt, nec introſpiciunt myſterium ſub cortice incluſum, videntur diuina maieſtate indigna, vt amputare præputij pelliculam; mactare animalis: & ſimilia. Pauca quoque inueniemus in veteribus ſacrificiis, quæ animum ſpiritualiter oblectent, & mentem paſcant, ſi myſticas expoſitiones negligimus; agreſtia nobis & inſana videbuntur, quæ Deus præcepit de Vacca ruſa, de hirco emiſſario, de adipe, armo dextro, iecore, pectuſculo, cæteriſque brutorum inteſtinis; nihilque grande aut dignum Deo, Deus ipſe iubere videbitur, niſi huiuſcemodi cæremonias, ac ſacrificia retuleris ad Chriſti crucifixi ſacrificium, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam, electis tamen virtutem Dei.

Hîc tamen admonendi ſunt, qui ſacrarum 1. Corinth. 1. v. 23.
Scripturarum exponendarum onus aſſumunt, vt in ipſis expoſitionibus medium teneant; nam ſicut minimè probandi ſunt, qui ſpretis myſticis ſenſibus, tanquam fortuitis cogitationibus, & ad arbitrium excogitatis, frigidi, & abſque vllo pietatis ſenſu literæ ipſi perpetuò inhærent: ita grauiter damnandi ſunt, qui relictâ prorſus literali expoſitione, tanquam re leuiſſimi momenti, & Grammaticis, vt aiunt, potiùs quàm Theologis conſona, coactas in ſingulis ſcripturæ locis allegorias protrahunt, vim ei inferentes; ac deſtructâ hiſtoriæ virtute, cogitationes ſuas velut arcana myſteria proficiunt.

Conſiderent obſecro, literalem expoſitionem haud eſſe vſque adeò vulgatem, ac tritam, vt ipſi putant, ſed omnium potiùs expoſitonum difficillimam. Teſtes huius rei ſunt Hieronymus, vt Auguſtinus, qui non niſi ætate prouecti, & cùm plures annos in expoſitionibus myſticis inſumpſiſſent, auſi ſunt literali explicationi manum adhibere: verba Auguſtini ſunt hæc. [Cùm de Geneſi duos libros contra Manichæos condidiſſem, quoniam ſecundum allegoricam expoſitionem ſcripturæ verba tractauerant, non auſus naturalium rerum tanta ſecreta ad literam exponere, hoc eſt quemadmodum poſſent ſecundùm hiſtoricam proprietatem, quæ ibi dicta ſunt accipi, volui experiri in hoc quoque negotioſiſſimo, ac difficillimo opere quid valerem; ſed in Scripturis exponendis tyrocinium meum ſub tanta ſarcinæ mole ſuccubuit, & nondum perfecto vno libro, ab eo, quem ſuſtinere non poteram, labore conquieui.] Ex quibus tam eximij Doctoris verbis perſpicuum fit, literalem Scripturæ diuinæ explanationem admodum laborioſam ac difficillimam eſſe, quæ quidem difficultas, cùm maiori ex parte ex inuſitatis, & abſtruſis linguæ ſacræ proprietatibus, ſeu Idiotiſmis, variiſque Tropis proueniat, tribus ſubſequentibus ſectionis huius Articulis proſequetur tres Regularum Decades. Priores quidem Regulæ ad totam in vniuerſum Scripturam ſpectant, ac potiores eius, magiſque obuias obſcuritates elucidant: media Hebræorum Idiotiſmos, & poſtremæ Tropos frequentiores obſeruant, & explicant. Si quis autem eo Regularum offendatur nomine, quo etiam ad Idiotiſmorum, & Troporum explicationem vtimur, attendat D. Auguſtinum, in libris de doctrina Chriſtiana, in quibus Scripturæ ſacræ Lectorem inſtruens, tradita ei præcepta Regulas vocat, & ſpecialiter attendit, quibus Regulis opus habeat, qui ſcripturæ ſenſa inquirit.

ARTICVLVS II.

De variis Scripturæ ſacræ exponendæ modis.

QVatuor potiſſimum ſunt vocabula, quibus ſacra diuinarum ſcripturarum explicatio ſignificari ſolet; nempe Interpretatio, Expoſitio, Commentatio, & Explanatio: ſi tamen attentè cuiuſque vim vocabuli perpendas, vtique iudicabis, quod Commentatio breuioribus, Explanatio copioſis, diúque meditatis magis conueniat explicationibus: Interpretatio verò, & Expoſitio vtriſque congruat: adeóque iam cùm de variis modis, quibus Scripturæ ſacræ explicantur, eſt quæſtio, haud incongruè illis vtimur, maximè verò nomine Expoſitionis, quæ frequentior eſt, & à Græcis Exegeſis vocatur, & exegematica, id eſt expoſitiua ſcripta, apud authores ſæpiùs occurrunt.

Plurimi quidem ſunt Expoſitionum modi, quibus ſacri interpretes in explicandis Scripturis diuinis paſſim vtuntur; at eos tantum hoc loco inueſtigamus, de quibus noſtra Clauis Dauid, ne ſuo deſit officio Scripturæ ſacræ ſtudioſum præmonere debet. Et quia modi iſti reducuntur communiter ad viginti quinque, nec parum diuerſos; eos minuendi tædij ac iuuandæ memoriæ gratiâ, per diuerſas ſectiones explicabimus; ſæpiùs tamen duos vel tres vnâ ſectione comprehendemus, pro illa quam inter ſe habent, analogia, aut ſubordinatione. Eoſdem quoque modos & abſtractis, & concretis nominibus ſæpiùs exprimemus: ne iſta nuncupationis, aut locutionis varietas, cum apud Authores occurret, aliquam Lectori difficultatem pariat.

Sunt autem hi viginti quinque Expoſitionum modi, Interpretatiuus, Stigmaticus, Lexicus, Tropicus, Phyſicus, Chronicus, Mathematicus Topographicus, Sciographicus, Partitio, Compendium, Paraphraſis, Scholia, Commentatio, Collectio, Epiſtola, Collatio, Enarratio, Thema, Poëſis, Inquiſitio, Ecloga, Scholaſticus modus, Coaceruatus, & Pandectacus.

SECTIO I.

De Interpretatiuo, & Stigmatico Expoſitionis modo.

INterpretatio, ſeu tranſlatio expoſitionum omnium, naturæ, doctrinæ, & temporis ordine prima, adeoque interpretatio abſolutè dicitur, Scripturas ſacras, ex vna in aliam linguam vertit; non ſolum ſenſum ſenſui, ſed verbum verbo ſummâ curâ & fide reddens. Nam etſi in communi prophanorum Autorum tranſlatione ſumma ſit interpretis laus, vt non verbum verbo, (id enim ſæpiùs abſurdam redderet verſionem) ſed ſenſum ſenſu appoſitè, & eleganter exprimat; in ſacris tamen Scripturis ob innumera myſteriorum Sacramenta, quæ in ſingulis pœnè verbis abdita ſunt, fidelis interpretis debitum eſt, vt verbum de verbo, quam maximè poteſt, accuratiſſime reddat.

Ita excelluerunt in hoc tranſlationis ſtudio apud Græcos LXXII. interpretes, vt Apoſtolorum, & Euangeliſtarum, qui verſione ipſorum vbique vſi ſunt, authoritate meruerint comprobari. Poſt illos prodierunt Aquila, Symmachus, Theodotion, & alij nonnulli, ex quorum editionibus varia multarum tranſlationum volumina ab Origene, aliiſque Græcis, & Latinis collecta ſunt; & ex his alia quidem Tetrapla, alia Hexapla, alia Octapla dicta ſunt, à numero columnarum, per quas variæ illæ tranſlationes erant diſpoſitæ: Tetrapla nuncuparunt Græca exemplaria, in quibus ſingulæ paginæ per quatuor columnas ita diſtinguebantur, vt in prima eſſet editio LXXII. Interpretum, in ſecunda tranſlatio Aquilæ, in tertia Symmachi, in quarta Theodotionis. Hexapla vocarunt alia exemplaria, in quibus quatuor prædictis Tetraplorum columnis, præmitterentur duæ aliæ, in quarum prima eſſet Scripturæ ſacræ textus Hebraïcus, Hebraïcis literis deſcriptus, & in ſecunda idem textus Hebraïcus, ſed literis Græcis è regione exaratus, in gratiam eorum, qui hebraica legere neſciebant. Octapla denique appellarunt ea, in quibus poſt ſex illas Hexaplorum columnas, ſeptima & octaua additæ erant; in ſeptima quidem habebatur quinta græca editio ab Origene, in Ierico inuenta; in octaua verò, ſexta editio græca ab eodem Origene in littore actiatico reperta. De his ſex Græcis editionibus egimus ſupra. Lib.3.art.

Apud Latinos verò inſignes fuerunt, in eodem interpretationis genere S. Hyeronymus, & Sanctes Pagninus, & Auguſtinus Nebienſis Epiſcopus. Hieronymus quidem totũ vetus Teſtamentum, ex Hebraïca veritate in Latinam linguam tranſtulit, quem, vt cæteris præſtantiorem, vniuerſa Latinorum ſuſcepit Eccleſia, & peruetuſti Patres ſua authoritate comprobarũt; maximè verò Auguſtinus, Gregorius Magnus, & Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus. Nouum quoque Teſtamentum iam ab aliis in Latinum vel malè verſum, vel Scriptorum negligentiâ corruptum, diligenter caſtigauit, & iuxtà Græcam veritatem ſummâ curâ emendauit. De hac tranſlatione Auguſtinus in aliqua ad eumdem Hieronymum Epiſtola ait: [Perinde non paucas Deo gratias agimus de opere tuo, quod Euangelium de Græco in Latinum interpretatus es.] Tranſtulit etiam D. Hieronymus, vt ipſemet teſtatur, vniuerſum totius diuinæ Scripturæ corpus in Dalmaticam linguam, ſibi gentilem, ad vtilitatem nationis ſuæ, quæ vſque in hanc diem, vt teſtatur Sixtus Senenſis, huiuſce tranſlationis lectione ſummâ cum veneratione vtitur.

Lib 13. de Ciuit.
11. Moral
Lib.2. Ety
Epiſt. ad Soph.134
Lib.4. Bib Sanctæ.

Auguſtinus Nebienſis Ordinis Prædicatorum, & in Inſula Corſica Epiſcopus, linguarum omnium peritiſſimus, quarum quinque præcipuis, videlicet Hebræa Chaldæa, Arabica, Græca, Latina, nouo auſu vtrumque Teſtamentum circa annum Chriſti 1520. in vnũ corpus, Octapla inſcriptum redegit hoc artificio, vt in ſingulis paginis octo columnas diſponeret, in quibus prædictæ linguæ totidem lineis, totidemque verbis ſibi correſpondentes vno eodemque aſpectu cernerentur; in

primaColumella præpoſuit Hebræam editionem, in ſecunda Latinam interpretationẽ, reſpondentem Hebrææ de verbo ad verbum, in tertia communem, & vulgatam editionem, in quarta Græcam, in quinta Arabicam, in ſexta Thargum, hoc eſt Paraphraſim Chaldaicam, ſermone quidem Chaldæo, ſed Hebræis characteribus cõſcriptam: in ſeptima tranſlationem Latinam Chaldaicæ reſpondentem, in octaua ſcholiola, ſeu annotatiunculas quaſdã breuiſſimas, per interualla ſparſas, quibus potiſſimum Iudæorum errores arguit.

Sanctes Pagninus Ordinis quoque Prædicatorum, vir trium linguarũ, ſed Hebrææ potiſſimùm, peritiſſimus, & in Scripturis ſacris apprimè eruditus; cùm obſeruaſſet celebrem illam S. Hieronymi verſionem temporum iniuriâ, hominúmque incuriâ intercidiſſe, nouã & ipſe (Leone X. Pontifice hortante, ac ſumptus operi neceſſarios præbente) aggreſſus eſt Scripturæ ſacræ tranſlationem, & collatis inter ſe multis, iiſque probatiſſimis Hebræorũ exemplaribus, totum Vetus Teſtamentum, ex Hebraica veritate Latinitate donauit, tantâ ſolertia, vt eius editionẽ peritiſſimi Hebræorũ Rabini, omnibus quæ extant Tranſlationibus, præferant; & hæc de interpretatiuo expoſitionis modo.

Quod ſpectat ad Stigmaticum, Stigmaticus, ſeu punctuarius exponendi modus, interpretatiuo ita ſubſeruit, vt illum Hebræi punctorum interpretationem vocent; modus hic eorumdem Hebræorũ eſt proprius, & ex diuerſis vocalium punctorũ poſituris, prolationem, ac ſignificata ſingularum dictionũ, imò & ſenſum totius ſanctæ lectionis oſtendit. Hic autẽ exponendi modus ſic ortũ habuit: cùm vetus Hebræorũ linguâ (quâ vt plurimùm vſi ſunt Hagiographi præſertim Eſdras, cùm ſacra Volumina, incẽdio Hieroſolymitano abſumpta, poſt captiuitatem Babylonicam fideliſſimè reſtituit) duas & viginti literas habeat, nullæq; inter eas vocales ſint, hoc eſt per ſe, & abſque vllius literæ cõſortio vocem implentes, quales ſunt apud Latinos, alióſque a, e, i, o, u. ſed omnes viginti duæ ſint conſonantes, hoc eſt cum alterius tantùm adminiculo ſonantes, ſola conſonantium literarum ſcripturâ vti cogebãtur Hebræi; quam cum legere vellent, & dictiones ex ſolis inſonis literis compoſitas pronunciare, quod Scripturæ deerat ſono viuæ vocis complebant, ex communi propriæ gentis locutione, & vulgaris prolationis conſuetudine mutuato: ſed poſtquã Iudæi à Romanis in vltimã ac ſempiternã captiuitatem fuerunt abducti, totóque terrarum orbe diſperſi, tot peregrinarum linguarum conſortio, patrij ſermonis paulatim cœperũt obliuiſci, linguam ſanctã dediſcere, diuinæ Scripturæ dictiones, ob defectum literarum per ſe inſonãtium, variis & ambiguis ſonis efferre, atque etiam in alias linguas transferre. Quod cùm obſeruaſſent Rabini Iudæorũ magiſtri, veriti ne vera, ac germana diuinæ Scripturæ lectio vocalibus deſtituta literis prorſus interiret, in eatum locum excogitauerunt puncta quædã ac notulas, quæ ſingulis conſonãtibus appoſitæ ſuũ cuiuſque literæ ſonũ proderent, propriamque cuiuſque dictionis ſignificationem aperirent. De his punctis ac notulis poſt tempora D. Hieron. (qui eorũ haud meminit) vbi qua inuentis, conſule grammaticos linguæ ſacræ. Licet autem eiuſmodi notarũ vocalium ſubſidio diuinam Scripturam interpretati ſint Rabbini, eámque ſic expoſitam vniuerſis tiiè legendam euulgarint, tamen vt venerandam priſcæ conſcriptionis maieſtatem intactã retinerent, inuiolabili ſanxerũt decreto vt illa legis Moſaicæ volumina quæ in Synagogis ſumma cum veneratione ſeruantur, ſine vllis vocalibus punctis ſcriberentur, ne diuinæ legis authoritati, & antiquitati nouitiis, & adſcititiis additamentis detrimentum aliquod inferri videretur.

Cum hoc ſtigmatico, ſeu punctuario apud Hebræos expoſitionis modo aliquam ſimilitudinis vmbrã habet Proſodica apud Græcos ſacrorum voluminũ elucidatio, hoc eſt accentuum, ſpirituum, & hypoſtigmatõ appoſitio, quæ nunc vbique viſitur in Græcis codicibus, quos tamen olim nudis tantum literis fuiſſe conſcriptos teſtatur Epiphanius Salaminæ Epiſcopus: viſum eſt autem poſteà Græcis Patribus, eas notulas addere, tum ad rectam ac diſtinctam Scripturæ ſacræ lectionem, tum ad diſcernendas antiquitates non parui momenti quæ abſque illis notis nequaquam dirimi poterant.

Lib. de partibus diuinæ Scripi.

SECTIO II.

De Lexico, & Tropico Expoſitionis modo.

LExicus ſeu dictionarius expoſitionis modus Grammaticam vocabulorum ſignificationem declarat, quo in labore fœliciter deſudauit Philo Iudæus qui ſcripſit librum de interpretatione Hebraïcorum nominũ, quæ in veteri Teſtamento reperiuntur, iuxta ordinem voluminum ſanctæ Scripturæ, ſecundum literarum ſeriem diſpoſitum, in quo omnium nominũ Etymologiæ, ſiue proprietates ſumma fide ac diligentiâ explicantur. Cui Origenes Adamantius adiecit interpretationes omnium Hebraicarum dictionum, quæ in nouo Teſtamento habentur, vt quæ Philo tanquã Iudæus omiſerat, ipſe tanquam Chriſtianus impleret. Tranſtulit illum Philonis librum D. Hieronymus præpoſitâ præfatiunculâ, quæ Operis Autorem teſtatetur; & incipit, *Philo vir diſertiſſimus.*

Sanctes Pagninus Lucenſis Ordinis Prædicatorum edidit de interpretatione Hebræarum, Chaldæarum, Græcarumque dictionum librum vnum in quo iuxta idioma cuiuſque linguæ proprias poſuit interpretationes, deriuationes, ac earum compoſitiones, citatis libris atque capitibus diuinæ Scripturæ, vbi vnaquæque dictio ſicut ab eo compoſita eſt, continetur. Collegit item ex omnibus Hebraïcis Rabinorum Dictionariis Hebraïcum Lexicon inſcriptum, Theſaurus linguæ ſanctæ, in quo omnes opes linguæ ſanctæ, in vſum eorum qui ad Hebraïcam ſacrarum literarum peritiam aſpirant, affluenti copiâ congregauit.

Lexicum hunc Expoſitionis modum perficit alius qui Tropicus dicitur, & elucidat Tropos, Idiotiſmos, Phraſes præſertim Hebræas & Græcas, omneſq; figuratas locutiones, quibus ſacræ paginæ ſupra omniũ Gentium

ſcripturas

Scripturas abundant; de his multa Auguſtinus; ſeripſit enim in Heptateuchum libros ſeptem, quos locutionum titulo prænotauit, quia in his Locuriones, Idiotiſmos, & Phraſes Græcæ & Hebraicæ Scripturæ, quæ paſſim occurrunt, in ſeptem primis veteris Teſtamenti libris annotauit; opus incipit. *Locutiones Scripturarum.*

Beda quoque edidit de Schematibus, & Tropis ſanctæ Scriptnræ librum vnom ad intelligendas phraſes linguæ ſacræ percommodum. Er ſuperiori ſæculo circa annum 1530. Alardns quidam natione Hollandus, collegit ex vnioerſis Catholicis Doctoribus, omnes Tropos, Phraſes, Idiotiſmos, & Locutionum varias figuras in diuinis Scriprutis vſitatas, eaſque in vnicum volumen ordine Alphabetico diſpoſuit.

SECTIO III.

De Phyſico, Chronico, & Mathematico Expoſitionis modo.

PHyſicus Expoſitionis modus, naturalium rerum, putà cœlorum, elementorum, plantarum, animalium, & ſimilium quæ in ſanctis literis memoranior, vires docet, & proprietates, in quo labnrarnnt Beda, Anſel. & Honor. Auguſtodunenſis; maximè verò Vincentius Epiſcopus Belluacenſis Ordinis Prædicatorũ, qui cùm omnẽs omnium pænè gentium libros longâ & aſſiduâ diligentiâ reuoluiſſer, ſumptibus Philippi Valeſij Chriſtianiſſimi Francorum Regis collegit ex dictis innumerabilium Autborum tam Chriſtiaoorũ, quàm Gentilium in Hexameron volumen ingens 32. magnis libris diuiſum, quod ideò, *ſpeculũ naturæ* inſcripſit, qnia in hoc vno complexus eſt, qnicqnid ſpeculatione, admiratione, & imitatione dignum. inueniri poteſt, in his qnæ in mundo viſibili & inuiſibili ab initio vſque ad finem facta vel dicta ſunt, ſiue etiam adhnc futnra ſunt.

Chronicus, qui & Chronographicus, omnes temporum, dierum, bebdomadarum, mẽſium, annornm, ætatum, generationum, ſimilinmque, quæ tota paſſim Scriptura ſparſa ſunt, ſeries, & ſucceſſiones explicat. Inter ſacros Chronologos inſignes fuere apud Græcos Philo, & Euſeb. Cæſarienſ. ſicut inter Latinos Venerabilis Beda, Hermannus Contractus, Driedo, & alij. Philo quidem edidiſſe ſertur Breuiarium temporum, in quo Gentilium Hiſtoricorom ſupputationibus omiſſis, omnem annorum numerum ab initio mundi vſque ad Chriſtum iuxta veritatem Scripturæ ſacræ, & ſecundum tempora vitæ virorum illoſtrium veteris Teſtameoti exactè ſupputat. Librum hunc Ioannes Annius Viterbienſis, Ordinis Prædicatorum hiſtoriatum omnium exactiſſima cognitione celeberrimus, & vetuſtiſſimarum rerum Indagator ſolicitus, Commentariis ex Beroſo Babylonico, Metaſtheoe Perſa, Maoethone Ægyptio, Xenophõte, Fabio Pictore, & Catone collectis circa annum 1460. illuſtrauit. Celebre eſt, & ootum vniuerſis Euſebij Cæſarienſis Chrooicon. Beda ſcripſit de natura rerum & temporum librum vnum ad intelligendam ſupputationẽ temporum diuinæ Scriptnræ vtiliſſimum; & ad eius imitationem Hermanus Contractus à contractione membrorum ſic dictus, Monachus S. Benedicti, filiuſque Comitis Veringenſis, in Sueuia, reliquit inſigne Chronicon de ſex mundi ætatibus inſcriptum, in quo omnes ætates, generationes, annos, & tempora in ſacris litteris conteuta aptiſſimo ordine digeſſit, circa annum 1040. ac nouiſſimè circa annum 1540. Ioannes Driedo tractatum digeſſit, de temporibus ad illuſtrandas obſcuritates in ſacris Scripturis emergentes ex diuerſa ſupputatione annorum. In quo oſtendit diuerſitatem, & cauſam diuerſitatis ſupputandi, quæ eſt inter antiquos Scriptores, ſtatuitque ſequendam eſſe ſupputationem Beroſi Chaldæi, Metaſthenis Perſæ, Manethonis Ægyptij, Philonis Iudæi, Xenophonis Græci, & Fabij Pictoris, Catoniſque Romanorum, quorum chronographiam cum Hebraica ſanctæ Scripturæ veritate concordare demonſtrar, confertqoe tempora Regum Ethnicorum quos Scriptura commemorat, cum geſtis eorumdem Regum in eadem Scriptura commemoratis. Supputationem etiam Hebdomadarum Danielis deducit. Eodem tempore Calliſtus Placentinus, Canonicus Lateranenſis edidit Opus Chronicon ſuper quatuor Euangelia, inſtar Ephemeridis, in quo diligentem ſupputationem temporum ac dierum collegit, quibus Chriſtus Dominus peregrinatus eſt, in muodo, annotans annos & dies in quibus egit ſingula, maximè à Baptiſmo ad Aſcenſionem.

Mathematicus Expoſitionis modus Lectorem introducit ad intelligendas conſiderationes, Geometricas, Aſtrooomicas, Arithmeticas, & Muſicas, vbi in Scriptura ſacra agitur de menſuris, de ſyderibus, & motibus cœlorum, de numeris, de muſicis inſtrumeotis, variaque ſonorum harmonia. De his nonnulla Honorins Auguſtodunenſis libro ſoo in Pſalterium, & anno 1550. Ioannes Rubeo Gallus Mathematicorum peritiſſimus ſcripſit ad Franciſcum Turnonenſ. Cardinalem librum eruditiſſimum de Arca Noë, cuius formæ & capacitatis fuerit, mathematico artificio demonſtrans.

SECTIO IV.

De Topographico, ac Sciographo. Expoſitionis modo.

TOpographicus Expoſitionis modus particulares locorum deſcriptiones præſtat, & tabulas exbibet Prouinciarum, Regionum, marium, montium, fluuiorum, ſyluarum, vrbium, oppidorum, viculorum, aliorumque locorom in ſacris literis nominarorum. Vocabula hæc ordine Alphabetico diſpoſuit, expoſuitque Euſebius Epiſcopus, Cæſarienſis, quod opus ab imperito Interprete male verſum D. Hieron. iterum Latinom fecit. Scripſit idem Euſebius deſcriptionis locorum Terræ ſanctæ librum vnum, in quo diſtinctionem duodecim Tribuum cum ſingulis eorum oppidis & vrbibus, Templique Ieroſolymitani vniuerſam ſtructuram geographica tabula depinxit, adiecta breui explanatione

quæ ſingulas totius Scripturæ partes explicaret.

Adamanus cognomine Clodius natione Scotus, Abbas Monachorum commorantium in inſula Hna, vltra Britanniam, circa annum 690. ſcripſit ad Alphridium Anglorum Regem librum de locis ſanctis ad intelligentiam totius Scripturæ vtiliſſimum, quē cullegit ex colloquiis Arnulfi Galliarum Epiſcopi, qui vniuerſam terram ſanctam propriis luſtrauit oculis, ex quo Opere in compendium redacto venerabilis Beda compoſuit librum de locis terræ ſanctæ, quæ in diuinis literis habentur, circa annum 1190. Albertus Patriarcha Ieroſolymitanus, qui Carmelitis adhuc in terra ſancta commorantibus præſcripſit viuendi formam, ſcripſit de ſitu & ſtatu terræ ſanctæ inſignes Commentarios. Et præterito ſæculo Mathæus Aurogallus, natione Germanus trium linguarum peritiſſimus, Euſebium maximè æmulatus, compoſuit librum de Hebraicis vrbium, populorum, fluminum, montium, aliorumque locorum nominibus, quæ in ſacris Scripturis leguntur, In quo omnes appellationes Hebraicis characteribus per ordinem Alphabeti diſpoſuit, citatis ſingulis Scripturæ locis, in quibus ipſa nomina inueniuntur. Et circa annum 1540 Orontius Fineus Delphinas, Regius Mathematicarum Lutetiæ profeſſor delineauit Chorographiam terrarum ad ſacræ Scripturæ intelligentiam neceſſariam, quam vocant D Pauli peregrinationem.

Ad Topographicum hunc Expoſitionis modum vtcumque ſpectat Sciographicus, ſeu vmbratilis ac picturalis, qui per varias figurarum & imaginum delineationes, ea præ oculis aperte ponit quæ verbis obſcurè tantum exprimi potuerunt; multa enim ſunt in ſacris literis quæ cogitatione vix poſſunt concipi, niſi ipſarum imagines picturis expreſſæ oculis aſpiciantur, vt forma Arcæ Noë fabricata, Tabernaculi Moſaici, Templique Salomonis ſtructura, Sacerdotalium veſtimentorum ornatus; Templi Ezechielis architectura, & his ſimilia, quæ abſque picturarum opere breuique annotationum ſub ipſis picturis adiectione, vix aut ægrè poſſunt intelligi. Excelluerunt in hoc Expoſitionis genere D. Hieronymus qui vniuerſi veſtimenti Pontificalis habitum formamque venuſta delineatione expreſſit, Venerabilis Beda qui ſchemata Muſaici Tabernaculi, & Templi Salomonis ſumma arte fideque excudit. Et Richardus Victorinus qui Templi Ezechielis architecturam geometricis rationibus in tabulis deſignauit.

SECTIO V.

De partitione, Compendio, & Paraphraſi.

CONſtituit & ſuum Expoſitionis modum Partitio, nec modicum lucis diuinis affert Scripturis: Eius duo ſunt officia, vnum diuidere, alterum diuiſa colligere. Diuiſio ſacrum quodque volumen non temere, ſed iuxta rerum partibilium analogiam, in partes, quas capita & verſiculos vocant, numeratim diuidit, numerorumque appoſitione apte diſtinguit, vt quod ſimul totum, & vna ſtatim intuitu apprehendi non poteſt, commodiùs diſcatur diuiſum in partes. Collectio verò peculiares diuiſarum partium ſummas ſtrictiſſimis titulis, ſeu inſcriptionibus colligit, quibus veluti luminibus ſingulorum capitum fontes illuſtrat, quæ res haud vulgaris eſt induſtriæ, ſed ſolertiæ Authoris, vt pote quæ ſingulas capitum ſummulas apte, & integre colligat, & breuiſſime coarctet.

Nec ignorandum hoc loco quod Elias a Leuita affirmat ex ſententia Rabinorum, totam legem fuiſſe olim quaſi Paſuch vnum, ſiue ſententiam vnam in qua omnia cohærebant, ſine vlla capitum aut, verſuum diſtinctione: Et hanc 436. annis poſt vltimum vrbis excidium à Iudæis Tyberiadis fuiſſe in Paſuchim, hoc eſt verſus, ſeu ſententias diuiſā.

Antiquiores tamen Hebræorum Codices per ſententias, Commata, ſeu verſus interuallis quibuſdam fuiſſe diſtinctos teſtis eſt Hieronym. b aſſerens ſe ad Lectorum vtilitatem eaſdem commatum inciſiones, & interuallorum diſtantias, quas in Hebræis Còdicibus inuenerat (quem & hodie Iudæi ſequuntur) Tranſlatione ſua ſtatuaſſe. Antiqui verò Expoſitores diuinas Scripturas diuidebant per allegationes particularium hiſtoriarum, aut locorum ſicut Auguſtinus dicit, ſe ſcripſiſſe à principio Geneſeos, vſque ad expulſionem primorum Parentum è Paradiſo, pro eo quod nunc dicimus in tria prima capita Geneſeos. Citabant & eaſdem Scripturas, per locos aut ſententias ſacrorum voluminum, verbatim expreſſas, dicentes verbi gratia; de eo loco Geneſeos vbi ſcriptum eſt: *reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius.* Cæterùm arithmetica illa noſtra Capitum diſtinctio ſatis recens eſt, nullus enim ante ſexcentos annos, ſiue apud Hebræos, ſiue apud Græcos inuenitur Scripturæ locus numeratim citatus præter Pſalmos, quibus teſte Hilario XXII. Interpretes numeros appoſuerunt; & quæ nunc tam in Græcis, quàm in Hebræis Codicibus ſpectantur Capitum diuiſiones, acceptæ ſunt ex Latinis, qui ab anno ſalutis milleſimo in hæc noſtra tempora duplici, vſi ſunt Capitum enumeratione, altera vt vetuſtiore, ita & numeroſiore, iuxta quam, exempli gratia, Euangelium Matthæi continebat capita 94. altera vt poſteriore, ita & contractiore, & paucioribus capitibus comprehenſa, cuius numerali citatione vſi ſunt in Commentariis ſuis Hugo Cardinalis, Albertus Magnus, D. Thom. D. Bonauent. & alij deinceps vſque in hunc diem Scholaſtici Theologi, quos & R. Dauid Kimchi, cæterique Rabbini recentiores, ſequuntur in diuiſione & citatione veteris Teſtamenti.

b In præfat. I. Paral. & Iſaiæ.

Compendiarius exponendi modus ſuccincto quantum fieri poteſt, ac dilucido ſermone perſtringit ea quæ fuſiùs, & ſæpe per repetitiones in diuina Scriptura, cui ταυτολογία familiaris eſt, recenſentur, ſeruatā ſemper ſacræ narrationis integritate ac veritate.

Paraphraſticus exponendi modus ipſam diuinæ Scripturæ narrationem transfert in alia verba, quæ diuinis, verbis apta proportione reſpondent. Permittitur autem Para-

phraſtæ

phraſtæ ſeruata ſempet eiuſdem ſenſus integritate, prolixa perſtringere, preſſa & conciſa libere dilatare, omiſſa ſupplere, hiantia explere, obſcura perſpicuis verbis illuſtrare, diſſita connectere, & in ordinatam ſeriem diſponere, totamque paraphraſim, elegāti ſermone venuſtare. Eſt verò duplex paraphraſeos ſpecies, altera preſſior & liberior, quæ paraphraſtica tranſlatio, ſeu tranſlatitia paraphraſis appellari poteſt: in ea inſignes fuere tes illi Rabini, Onkelus, Ionathan, & Ioſeph, qui Targum ſeu Paraphraſim Chaldaicâ linguâ in vniuerſum Vetus Teſtamentum ediderunt. Altera aliquantò fuſior, quæ itidem duplex eſt, vna quæ magis verborum ſenſus, quàm ipſa verba ſectans ſub copioſa quadam breuiloquentia ſacræ lectionis ſententiam elucidat: in hac Franciſcum Titelmannum Ordinis Capucinorum S. Franciſci inter Latinos excelluiſſe notat Sixtus Senenſis. Alia quæ intertexta dici poteſt vſque adeò ſingulorum verborum ſacri contextus eſt tenax, vt ne vllum quidem patiatur immutari, tranſponi, aut prætermitti, ſed ea cum ipſis elucidationis verbis tanto nectit artificio, vt niſi diſparibus vtraque diſtincta fuerint characteribus, haud facilè hæc ab illis poſſint diſcerni. Sub hac forma Raymerius Snoyguudanus Medicus circa annum 1550. ſolertem in omnes Pſalmos edidit Paraphraſim ex Arnobio, Hieron. Auguſt. Caſſiodoro, aliiſque vetuſtis Patribus collectam, de qua conſule Sixtum Senenſem.

SECTIO VI.

De Scholiis, Commentatione, & Collectione.

Scholiaſticus, exponendi modus, eas annotationes ſeu notas imputtat, quas Græci σχόλια, & γλῶσσας, Latini lingulas vocare poſſunt, & quibus, quoties deeſt otium ad Integra Commentaria conficienda, ſacras literas breuibus interpretatiunculis, veluti lingulis quibuſdam hinc inde illuſtramus, iis tantum annotatis, quæ vel obſcuriora videntur, vel inſigniora. Inter Gloſſas autem altera dicitur interlinearis, cuius Anſelmus Laudunenſis eſt Author; altera marginalis, quæ haud alia ratione inter ſe differunt, quam Scripturæ ſitu & poſitione. Hæc enim ad marginem ſcripturæ reponitur, illa verò inter lineas eiuſdem inſeritur.

Commentarius ſeu Commentatio, inter varios expoſitionis modos à nonnullis enumerator, etſi in conſuetudinem iam abierit, vt ſub communi Commentariorum appellatione, omnia pœnè Explanationum genera intelligantur. Eſt autem Commentario, vt ſpecialem modum exponendi Scripturam ſacram conſtituit, breuis diuinæ Scripturæ Expoſitio ſcholiis & Annotatione aliquantò copioſior, breuior tamen altera exponendi methodo, quam peculiari appellatione Explanationem vocant, atque eſſe copioſiorem, diuque meditatam Explanationem, & quæ propterea collectaneis potius, aliiſque ſubſequentibus Expoſitionum modis, quam præcedentibus, iamq; enumeratis conueniat.

Collectio, ſeu Collectanea, ſeu Collectiua Expoſitionis modus ex quibuſcumque ſcriptis, aut ſolos abſque verbis, Authorum ſenſus abſque illorum verbis aut ipſamet eorum verba cum ſenſibus colligit; ſi priori modo id fiat, dicitur Syllegma, ſeu collectio abſolutè, ſi poſteriori verò Rhapſodia. Sylleginate vſi ſunt Haymo Alberſtatenſis, Epiſcopus, & Rupertus Tuitienſis Abbas, & vt quibuſdam videtur, D. Hieron. qui ex omnibus Græcorum Expoſitorum ſcriptis, ſua excerpſit Commentaria. Rhapſodiam verò quæ & ſtroma, & ſtromatica Exegeſis appellatur plures Expoſitores diuerſimodè vſurparunt; Rhapſodia namque diſtinguitur in Hagiographicam, Eccleſiaſticam & Ethnicam.

Rhapſodia Hagiographica eſt elucidatio diuinæ Scripturæ ex ipſis eiuſdem Scripturæ verbis ac locis hinc inde diſperſis collecta, & in vnum corpus redacta, ex apertioribus illuſtrans obſcuriora. Hanc Auguſtinus *a* magnopere commendat cæteriſque præfert expoſitionibus. Debet autem Expoſitor Hagiographus, in concinnandis illis locis ea vti induſtriâ vt appareat ſententias illas non per vim eum in locum pertractas ſed ſponte ſua enatas, quod vt venuſtius fiat aliquando licebit Expoſitori paucula quædam verba de ſuo inſerere quibus velut annulis inter ſe diſſita Scripturæ dicta elegantiori compage cohæreant. Excelluerunt in hac parte D. Bernard. cuius vniuerſis ſcriptis Veteris ac Noui Teſtamenti ſententiæ, velut gemmæ quædam, ita apte inſertæ ſunt, vt ibi natæ eſſe videantur, & ſæculo præterito circa annum 1550. Henricus Elmarius Ordinis Minorum homilias in omnes Epiſtolas & Euangelia, quæ per anni circulum leguntur, ex meris Scripturæ ſacræ ſtromatis mira dexteritate adaptauit.

a l. de doctrina Chr.

Eccleſiaſtica Rhapſodia, vulgo Catena, eſt ex diuerſis Eccleſiaſticorum Patrum ſcriptis ac ſententiis verbo tenus collecta expoſitio, quæ ſi authorum nomina taceat, eorum dictis in vnam continuatæ narrationis conſonantiam redactis, & aliquali expoſitoris additione connexis, anonyma dicitur. Pronoryma verò, ſi ſingulorum Authorum nomina, aut intrà ſcripturæ contextum, aut in margine annotet. Anonyma vſus eſt Procopius Gazæus cum Octateuchum, hoc eſt priores octo veteris Teſtamenti libros expoſuit: Prononyma vero Oecumenius, Beda, D. Thomas, & alij.

Ethnica Rapſodia eſt ex dictis Gentilium Authorum verbo tenus excerpta Expoſitio, aut potius Symphonia quædam & conſonantia inter diuinas & prophanas Ethnicorum ſententias; neque enim riſè res ſacræ per prophanas exponi valent. Porrò Ethnica illa Rhapſodia duplex eſt, videlicet Catena, & Cento, qui & Centro dicitur. Catena prolixas periodos & longas ſolutæ poriſſimùm orationis lacinias in vnam texturam exiguo labore congregat. Centro verò ſolertiori induſtria adunatur, maximè apud Poëtas, ex quorum variis & inconnexis verſibus, noua quædam carminis ſtructura ſolidatur, hac ſcilicet ratione vt in vnum verſum coëant, aut cæſi duo, aut vnus cum aliqua parte ſe-

quentis aut præcedentis, nam duos integros iunctim locare ineptum foret. Priorem huius Ethnicæ Rapſodiæ formam ſectatus eſt Dominicus Manus Mirabellinus, qui ſententiis Euangelicis conſentientes celebriorum Philoſophorum, Oratorum, & Poëtarum authoritates contexuit. Poſteriorem ſumma cum laude aggreſſæ ſunt duæ fœminæ illuſtres Eudoxia Imperatrix, & Proba Falconia. Hæc Adelphi Romani Proconſulis vxor, Græcè & Latinè ad ſummum erudita, diuinarumque litterarum amantiſſima, quæ prima omnium excogitauit, ex particulis Virgilij, quem totum memoria tenebat, varios vtriuſque Teſtamenti locos metricè deſcribere, ſeruatâ Hexametri lege, opuſque ſuum Virgilio-Centonas inſcripſit. Illa verò Leonis Athenienſis Philoſophi filia, & Theodoſij Iunioris Auguſti vxor, eximiis corporis & animi dotibus inſignis, Chriſtianæ Religionis ac ſacrorum voluminum ſtudioſa, & inter omnes ſui temporis Poëtas præcipua, collegit ex Græcis Homeri carminibus admirabili induſtria plurimas Veteris ac Noui Teſtamenti hiſtorias, ſeruatâ ſemper Homerici carminis maieſtate, pedumque menſura: quod opus in compendium redactum, Ὁμηρόκεντρα, id eſt Homero-Centonas inſcripſit, obiitque non ſine opinione ſanctitatis anno 460

SECTIO VII.

De Epiſtola, Collatione, & Enarratione.

HI tres Expoſitionis modi ſuam inde potiſſimum repetunt differentiam, quod per Epiſtolam, vel per priuatum, & familiare colloquium; vel per publicam Enarrationem procedant. Epiſtolaris Expoſitionis modus is eſt, quo non pauci diuinas Scripturas, per literas & Epiſtolas ad amicos præſertim conſulentes tranſmiſſas explanarunt, ſic apud Græcos Iſidorus Peluſiota eius generis Epiſtolas ſcripſit, vſque ad decem millia, pluresque apud Latinos Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, quorum plurimæ extant Expoſitoriæ Sanctorum Eloquiorum Epiſtolæ.

Collatio, ſeu Collatitius Expoſitionis modus diuina eloquia familiari ſermone exponit, quod fit dupliciter puta continuato, vel interrupto narrationis progreſſu: iuxta priorem modum vnus perperuò loquitur, referens ſermonem à ſe, vel ab alio cum aliis habitum, ſimulque connectens per verba, inquam, & inquit vel dixi & dixit colloquentium interrogata, ac reſponſa. Iuxta poſteriorem verò, narrationis interrumpitur progreſſus, & variæ inducuntur perſonæ inter ſe colloquentes & ſenſus Scripturæ ſacræ mutuis percontationibus examinantes. Priorem Collationis ſpeciem ſectatus eſt Ioannes Caſſianus in Collationibus ſuis, & Iacobus Sadoletus Carpentoractenſis Epiſcopus in Commentariis Epiſtolæ ad Romanos. Poſteriorem verò Apollinarius Iunior Laodicenus Epiſcopus, qui Euangelia & Apoſtolica ſcripta ad formam dialogorum reduxit,

Enarrationis exponendi modus fit publicè ad populum, & duas habet partes, nimirùm Homiliam, & Concionem; Homilia, quam aliqui tractatum, alij familiare colloquium appellant, eſt familiaris diuinæ Scripturæ ad plebem elucidatio, non ſolùm vt auditores ad pernoſcenda myſteria ſacræ doctrinæ introducat, ſed etiam vt eos hortetur ad obſeruationem illorum quæ audierint, fruſtra enim intelligas, niſi opere exequaris quæ perceperis.

Concio id Homiliæ ſuperaddit, quòd ſtylo grandiori vtitur, & interrupto ſæpè expoſitionis curſu, crebriùs ad mores digreditur, acrius inſurgit in crimina, cuiuſvis Ordinis vitia ſæuiùs increpans, ſeruata tamen Euangelicæ pietatis, & Chriſtianæ benignitatis modeſtiâ. Summus in vtraque huius Expoſitionis parte fuit Ioannes Chryſoſtomus, nec eo vnquam Græca Eccleſia, nec Latina ſuperiorem ne dicam parem habere viſa eſt.

SECTIO VIII.

De Themate, & Poëſi.

THematicus Expoſitionis modus, peculiares diuinæ Scripturæ partes, vnà cum earum Explanationibus, applicat ad alicuius particularis argumenti tractationem, oſtendens totum ſuſcepti argumenti Corpus, parteſque ſingulas in propoſitis eiuſdem Scripturæ locis inueniri. Sic Philo Iudæus duplicis vitæ, Contemplatiuæ ſcilicet, ac Politicæ argumenta tractaturus, duos libros ſeparatim conſcripſit, in quorum priore, cui *de vita ſapientis per doctrinam perfecti*, ſiue de *Abrahamo* titulus eſt, Abrahæ vitam, ex duodecimo vſque ad vigeſimum tertium caput Geneſeos, collectam, ſummatim exponit, oſtendens Moyſem in Abrahamo depinxiſſe imaginem viri per Contemplationem perfecti; in poſteriori verò libro, qui *de viro Ciuili*, ſiue de Ioſeph, inſcribitur, percurrans geſta Ioſeph, à 37. Capite Geneſeos vſque ad 48. docet illum eſſe exemplar viri Ciuilis, & ad reipublicæ gubernacula idonei. Præſtitit idipſum inter Græcos Gregorius Nyſſenus, libro *de vita Moyſis*, perfectam hominis vitam in ipſo delineans; Et inter Latinos Diuus Ambroſius virum per actionem perfectum, in Abrahamo exprimens.

Poëticus expoſitionis modus, ſacra Volumina variis carminum generibus explanat, Et quidem, ſi ſolo carmine, id agat, carmineus vocatur, ſi proſa, & carmine, intermixtis Proſo-Carmineus, quem ſectati ſunt Eulalius Cynopoleos Epiſcopus, & Villeramus, Abbas Marpurgenſis, quorum vterque Canticum Canticorum Salomonis, venuſta proſæ, & verſus intermixtione, elucidauit.

Carmineo vſi ſunt plurimi & doctrina & pietate inſignes, apud Græcos, Apollinarius Senior Laodiceuæ in Syria Eccleſiæ, Presbyter; hic, cùm Iulianus Apoſtata, legem tuliſſet, quæ Chriſtianis, omnes Græcas diſciplinas & Inſtitutiones vetabat, ne inde petitis armis, infideles oppugnarant, vniuerſum fere vetus, & nouum Teſtamentum,

variis carminum generibus, elegantiſſimè reddidit, vt pueri, pro Græcis diſciplinis illa diſcentes, & Græcæ linguæ, & Carminũ peritiam conſequerentur, hiſque poëmatibus in locum Homeri, aliorumq; Poëtarum vſi ſunt Chriſtiaoi, donec Iooinianus Imperator, legẽ ſtatuiſſet, vt iidem Chriſtiani, literis etiã Gentilium imbuerentur, quo faciliùs eorũ errores expugnarẽt, propria aduerſus eos arma retorquentes; eadem de cauſa Greg. Nazianz. circa annum 390. ſacra quædam poëmata, in gratiam iuuentutis conſcripſit.

Apud Latinos, Iuuencus Presbyter, nobiliſſimi generis Hiſpanus, & poëta, ſui æui celebratiſſimus, primus omnium, circa ann. 330. auſus Euangelij maieſtatem, ſub metri leges mittere, quatuor Euangelia, Hexametris verſibus penè ad verbũ tranſtulit. Aurelius Prudentius Clemens, natione quoque Hiſpanus vir conſularis, ex vrbe Cæſarauguſtana, Pöëta ſui temporis clariſſimus, & omnium diſciplinarum varietate ornatus, in ſenectute, totum ſe diuinarum Scripturarum ſtudio, addixit. In quo multa Carminibus ſcripſit circa ann. 380. & inter cætera volumen verſu heroïco, Διπλόχαιον idcirco prænotatum, quia in ipſo, ex omnibus hiſtoriis, vtriuſque Teſtamenti, quaſi duplicem cibum paraſſet διπλοῦς, enim duplex, & ὀχὴ cibus. Cælius Sedulius, Presbyter, natione Scotus, carmine & proſa excellens, ſcripſit, *mirabilium diuinorum, libros quatuor*, in quibus hexametro carmine, breuiſſimè coarctauit vniuerſa vtriuſque Teſtamenti miracula circa ann. 450. Alcimus ſeu Auitus Viennenſis in Gallia, Epiſcopus, Rhetor, & Poëta clariſſimus, vitæ ſanctimonia, & ſacrorum voluminum cognitione, conſpicuus, circa ann. 500. Scripſit hexametris carminibus, *De origine mundi*, in caput primum Geneſeos, *De Diluuio*, in caput ſextum. *De tranſitu maris rubri*, in caput 13. Exodi. Arator S. R. E. Cardinalis & poëta inſignis, circa ann. 540. elegantiſſimis verſibus, Apoſtolicæ hiſtoriæ libros duos edidit in quibus Hexametro carmine, cecinit, quæcumque in actibus Apoſtolorum continentur, intermixtis operi ſuo innumeris & venuſtis allegoriarum floribus, quorum elegantia, Ven. Beda Commentarios ſuos, in Acta Apoſtolorum exornauit, initium carminis eſt, *Vt ſceleris Iudæa ſui polluta Cruore.* Et Theodoretus, ſeu Theodoricus, Abbas S. Benedicti hiſtorias veteris ac noui Teſtamenti, heroïco verſu complexus eſt, circa ann. 1100. Maphæus Veggius, qui Virgilianæ Æneidi, librum 13. addidit, in vltima ſenectute, verſu Elegiaco, emiſit, in ſeptem Pſalmos Pœnitentiæ, elegantem & vere Cygneam Paraphraſim, anno 1430. Marbadus, Epiſcopus Rhedonenſis an. 1500. eleganti carmine, explanationem edidit, in Cantica Salomonis, iuxta triplicem ſenſum, Myſticum, putà, Allegoricum, Tropologicum, & Anagogicum. Circa annum 1530. Ioannes Franciſcus Quinctianus Brixienſis, venuſtiſſimus poëta, tragœdiam, ex quatuor Euangeliis grauiſſimã, de Paſſione Chriſti, in morem Sophoclis, & Euripidis, ſcripſit. Iacobus Sannazarius, Patricius Neapolitanus, ad illuſtrandam Chriſtianorum poëſim, fœliciſſimo natus ſydere, ſcripſit circa ann. 1530. De partu Virginis libros tres Virgilianum Candorẽ & ſublimitatem præferentes, & circa annum 1550. Hieronymus Vida, Cremonenſis, ex Canonico regulari Lateranenſi, Albæ Epiſcopus, Poëta Virgiliani Carminis, incomparabilis imitator, edidit Chriſtiados libros tres, in quibus vitam, mortem, reſurrectionem, aliaque Chriſti ex quatuor Euangeliis Collecta, ſublimitate Carminis Virgilianæ maieſtati proxima, fœliciſſimè, cecinit. Circa eundem annum Ioannes Gaigneus redegit Pſalterium Dauidicum, in Lyricos diuerſorum generum, variarumque odarum verſus, Pindarum, & Horatium Carminis venuſtate, æmulatus, eodemque tempore Ionita Rapicius, Brixienſis, ſcripſit Paraphraſim in Pſalmos duos & viginti, vario Carminum genere concinnatum, fuerunt & alij qui Camœnam ſuam, euulgandæ & elucidandæ hiſtoriæ ſacræ conſacrarunt.

SECTIO IX.

De Inquiſitione, & Ecloga.

Inter varios expoſitionum modos, enumeratur etiam Inquiſitio, quæ per inueſtigationem, & ſolutionem difficultatum, ſacras exponit literas, eius tres aſſignantur ſpecies, ſcilicet, Problema, Quæſtio & Diſputatio, Problema, ſeu quæſtio Problematica, eſt cuius reſponſio nihil firmiter aſſeuerat, ſed adhuc quod propoſitum fuerat, diligentiùs inquirendum relinquit: ſicut fit in omnibus fere quæſtionibus, quas Diuus Auguſtinus, in duodecim libris, de Geneſi ad literam, magis, vt ipſe fatetur quæſiuit, quàm inuenit. Quæſtio, ſeu percontatio, eſt in qua ad propoſitas interrogationes, firmà aſſertione tanquam ſimplici veritate reſpondetur, vt fit in duobus libris quæſtionum Euangelicarum, D. Auguſtini. Diſputatio, quæ & diſceptatio, & Decertatio, & compoſita quæſtio, eſt quæ ſuper aliqua ſacrorum voluminum parte, adhibitis vtrinque contrariis, tam hæreticorum, quàm Catholicorum argumentationibus, fusè doctiſſimeque diſputat, vel ad tuendam Apologetico more, diuinæ Scripturæ veritatem, hæreticorum machinis impetitam, vel ad exercendas, ac magis magiſque exacuendas ingenij vires: valuit ſupra omnes, in hoc expoſitionis modo, Diuus Auguſtinus in libris præſertim diſputationum, contra Manichæos, & Pelagianos.

Ecloga, ſiue Excerptum (ſic enim Melito, & Cyprianus hunc exponendi modum, appellarunt) hinc inde decerpit diuerſas Scripturarum authoritates, & ſententias, ad inſtructionem fidei, morumve diſciplinam; cuius quidem modi tres ſunt vſitatiores formulæ, ſcilicet ſpeculum, loci communes, & harmonia, ſpeculum, eſt in quo iuxta ordinem librorum, vtriuſque Teſtamenti, coacervatur, abſque vllo ordine, ingens, & indigeſta farrago ſententiarum, ſic fecit Diuus Auguſtinus, in libro quem ipſe ſpeculum inſcripſit.

Loci Communes appellantur, in quibus

ſententiæ, hinc inde per diuerſas Scripturæ volumina diſperſæ, rediguntur in peculiares claſſes, variis inter ſe titulis diſtinctas, vel ſub vno tantum argumento, vt facit Author trium librorum, qui *De mirabilibus ſacra Scriptura*, ſub Auguſtini nomine inſcribitur, vel ſub pluribus, & variis argumentis, ſic Melito Sardenſis Epiſcopus, collegit ex diuerſis libris ſacris opus prænotatum, *Excerptorum libri ſex ad Oneſimum*, in quibus ſub variis titulis, omnes Ethicas ſententias, quæ ad bene, beateque viuendum in ſacris literis traduntur, decenti ordine, digeſſit. Sic Cyprianus tres libros, conſimilis argumenti, conſcripſit, ad Quirinum filium; duos priores ad fidei fulcimentum, tertium ad edificationem bonorum operum ſpectantes. Inſudarunt etiam, in eodem exponendi modo, plerique alij ex quibus nonnulli Communibus Scripturæ locis conformes orthodoxorum Patrum ſententias, inſeruerunt, veluti præcedentium locorum expoſitiones, præ cæteris Venerab. Beda, & Defenſor in libris quos Scintillas Scripturæ ſanctæ inſcripſerunt.

Harmonia, eſt opus contractum ex ſimilibus dictis, ac ſententiis diuerſorum voluminum incomplexorum, ad vnius rei expoſitionem contextis, & in vnum, integrum perfectumque volumen, redactis. Sic plurimi ex quatuor incompletis, Euangeliſtarum hiſtoriis, vnam integram, perfectamque hiſtoriam contexuerunt, quam alij Monopanton, id eſt vnum ex omnibus; alij Pandectam, alij harmoniam Euangelicam, vt Ammonius Alexandrinus, Origenis in Philoſophia præceptor, alij Diateſſaron vt Tatianus Syrus inſcripſerunt, à pluribus vero Monoteſſaron, hoc eſt, vnum ex quatuor, appellatur, quale eſt illud quod edidit Ioannes Gerſon, Cancellarius Academiæ Pariſiorum, circa annum 1400. & 1470. Dominicus Nanus Mirabellius, qui ſententiis Euangelicis, conſentientes authoritates Gentilium Scriptorum, contexuit, & pulcherrimis commentariis, opus illuſtratum edidit. Et Diegus Deza Archiepiſcopus Hiſpalenſis, Ordinis Prædicatorum, circa annum 1500. ſicut & Antonius Brucchius, Ordin. S. Franciſci circa ann. 1540.

SECTIO X.

De Scholaſtico Expoſitionis modo.

SCholaſticus expoſitionis modus, eorum qui vulgò Scholaſtici dicuntur proprius ſt, & duplex eſt; ſcilicet Vetus, & Nouus. Vetus eſt, quo olim, in explanandis ſanctis literis; vſi ſunt antiqui Patres, qui poſt longam eloquentiæ exercitationem, de Scholis Rhetorum, ad ſacra ſtudia tranſeuntes, enarrationes Rhetorico, quem ſecum detulerant apparatu exornabant, intermixtis etiam, ad animos concitandos, grauiſſimis affectibus, vt quæ dicebantur non ſolum ab auditoribus, intelligerentur ſed etiam auidè ſuſciperentur, & in hoc, cenſu, Gennadius in Catalogo ſcriptorum illuſtrium, recenſuit Muſæum, Eucherium Lugdunenſem, & pleroſque alios inter Scholaſticos, hoc eſt inter ſummos Scholaſticæ eloquentiæ profeſſores. Quin & Apoſtolus ipſe teſte Hieronymo a cùm in Areopago concionaretur, argumentum concionis ab inſcriptione aræ Athenienſium Scholaſticæ quadam Elegantia traxit. a In comment. Epiſt. ad Titum.

Nouum, Scholaſticæ explanationis, genus, ex Theologia ſacra, ac etiam ex Philoſophia, præſertim peripatetica, annis ab hinc circiter quingentis, vt obſeruat Sixtus Senenſis, Compoſitum eſt; ex hac ſubortum occaſione. Cùm Lotharius ſecundus, imperator anno Domini 1130. legum Romanarum libros, puluere obſitos, reperiſſet, eos in lucem reduxit, mandauitque publicè, in Scholis legi, & ſecundum leges illas, ius dici; mox doctiſſimi quique commentaria multa in ipſas, ſcripſerunt, tantaque cura, ſicut in re noua fieri ſolet, eas ſectati ſunt, vt iam Scripturæ ſacræ ſtudium frigeſceret; quod obſeruantes viri piiſſimi, ex ſacro clero tam extra, quam intra Ordines Religioſos, Theologicum ſtudium, nouo conatu, aggreſſi ſunt, & Iuriſconſultorum exemplo, cœperunt & ipſi, ſanctos libros variis expoſitionum generibus, explanare, conſcribentes Dictionaria, hiſtorias, Poſtillas, Quæſtionaria, Lecturas, imò & meditationes, & contemplationes affectiuas.

In Dictionariis (quæ & Diſtinctionaria, propter multiplices, dictionum diſtinctiones, quæ in eis ſunt, appellatur) omnes Diuinæ Scripturæ voces, Alphabetica ſerie, diſpoſitas, multiplici ſenſu, tam literali, quàm ſpirituali, expoſuerunt, ſingularum vocum, ſignificata diuidentes, diſtinguentes, definientes, dilatantes, & iuxta vniuſcuiuſque dictionis, naturam, diuerſas materias pertractantes. Sic Patres Berchorius, patria Pictauienſis, Ordinis S. Benedicti, inſigne Dictionarium Biblicum edidit, circa annum 1260. & Marcus Vlmenſis, Ordinis S. Franciſci circa annum, 1400. Diſtinctionarium, in vniuerſam Scripturam ſacram, collegit, Scholaſticis expoſitoribus, vtiliſſimum.

In hiſtoriis, omnes hiſtoricos vtriuſque teſtamenti libros, redegerunt in vnum continuatæ hiſtoriæ corpus, intermiſcentes, vbicumque rerum ſeries id expoſcebat, multas externas hiſtorias, & enarrationes, veterum potius traditione, quàm ſcripto vllo, acceptas, adiectis inſuper, ad explicanda obſcura hiſtoriæ loca breuibus annotatiunculis, ex dictis Sanctorum Patrum collectis, quod ita fœliciter peregit Petrus Comeſtor, Eccleſiæ Trecenſis presbyter, vt communi Scholaſticorum, calculo hiſtoriæ Scholaſticæ, magiſter ſit appellatus.

In Poſtillis, ſeu commentariis, diuinas Scripturas, iuxta literalem, & myſticam intelligentiam plures breuiſſimè elucidarunt, omiſſa prorſus omni diſputationum ſubtilitate, in quo excelluere, Hugo Carenſis Cardinalis, & Nicolaus Lyranus, Ordinis S Franciſci.

In quæſtionariis, è contra, poſt habitis expoſitionibus, quæſtiones obſcuras, ex variis Scripturarum locis, propoſuerunt, adhibitiſque hinc inde Contrariis, tam Philoſophicis quàm Theologicis argumentis ſubtiliter ac pleniſſimè, de propoſitis locis; diſputarunt grauiſſimi Theologi.

In Lecturis vero, vtramque complexi

partem

partem, multiplices Scripturam ſe nſus latins quam in poſtillis, expoſuere, & quæſtiones, quas fuſius in quæſtionariis, tractauetant, in arctum reſtringentes, explanationibus ſuis, immiſcuerunt alij: in his inſignis fuit D. Thomas Aquinas.

In meditationibus & contemplationibus, diuinas litteras, piis quibuſdam ſpeculationibus, ad commouendos, & inflammandos animos excogitatis, illuſtrarunt viri contemplationi præcipuè addicti: quod adeò eminenter geſſit, D. Bonauentura, vt Seraphicus Doctor, nuncupatus ſit. Equidem contemplatiuus, & affectiuus hic Expoſitionis modus, prius guſtari debet, quàm doceri: obtinetur, ab iis qui omnes neruos ſuos, in hunc vnum finem intendunt, vt ſeipſos iam mundo mortuos, excitent in amorem eorum, quæ legunt, & explanant, & viuo affectuum, operumque experimento, ſentiunt, quæ verbis enarrant, & in ſe transformant, quod tractant; abſcondita ſunt hæc, à ſapientibus, & prudentibus, & reuelata paruulis, inter quos haud ſilentio prætereundus eſt, Henricus Harphius, Ordinis S. Franciſci, vir vndecumque doctus, & illuminatus, qui ſcripſit de Theologia Myſtica, tum ſpeculatiua, tum præcipue affectiua, libros tres, quorum primum in Expoſitione Canticorum, exhibuit, in quo abrupto ordine, varias huius libri ſententias, piis affectibus & flammigetis verbis, luculenter, expoſuit.

Quod ad Phraſim Scholaſticorum, attinet, nullo ipſi ſæcularis Eloquentiæ vtuntur fuco, nullo accuratæ locutionis delecta (quippe qui nec delectare, nec flectere deſiderant, ſed tantùm docere) narrationem habent brenem, ſimplicem, & preſſam, ſermonem demiſſum, & vulgarem, barbariſmis, & ſolæciſmis haud immunem, & in quæſtionariis maxime, & lectutis, obſcutum, ob nouas, & barbaras quaſdam, voces, Latinis auribus inſolentes & è puluere Scholaſticorum, frequenti ſtrepitu, eductas: quibus factum eſt, vt Rhetorum non pauci, venuſtioris eloquentiæ floribus aſſueti, non ſolùm ab ipſorum lectione, abſtineant, ſed & ipſum Scholaſticum nomen vt ruſticum ſugillent, vt barbarum abhorreant: cùm tamen, ipſe Latinæ facundiæ Princeps Tullius, ea in ſuis Philoſophis, barbarie, nequaquam offendatur, ſufficit ei, quod illorum ſenſum capiat, (ratio me, inquit, iſtius Philoſophi non offendit, nam & complectitur verbis quod vult, & dicit plenè, quod intelligam *a*.) Enimverò, ſi ſolam eruditionem, non Eloquentiam, ab Ethnico Philoſopho, expoſcit Oratorum Coryphæus, non video, cur tantopere Eloquentiam, Chriſtianus Rhetor exigat, à Theologis Scholaſticis, qui licet imperiti ſint ſermone *b*, vt verbis vtat Apoſtoli, non tamen ſententiâ; ſed quò magis elocutionis decore deſtituuntur, eò plus eruditionis præſtant, dignitate: Quanquam inter Scholaſticos reperiantur, maximè hac tempeſtate, plurimi, non modo ab omni locutionis barbarie alieni, verùm etiam in ſuo genere elegantes.

a Cicer. l. de finibus bonorum & malorum.

b 2. Cor. 11. v. 6.

Demum, quod ſpectat ad Scholaſticorum docendi rationem, ea iuxtà Peripateticorum, & Iuriſconſultorum conſuetudinem, quinque potiſſimum fulcitur columnis, ſcilicet diuiſione, diſtinctione, definitione, argumentatione, & allegatione. Diuiſionibus, vſque adeò abundant, vt nullam, quantumuis breuem, diuinæ Scripturæ Periodum, explicent, niſi priùs, eam in diuerſas partes, diuiſerint, & in diuerſa diſtribuerint membra. Diſtinctionum tanta vis eſt, apud ipſos, vt ſingulas pene explanandi loci dictiones, in varia, diuerſáque vocum, ac terum ſignificata, diſtinguant, diſtinctas verò, ſuis vnamquamque definitionibus, ac deſcriptionibus, explicent, & variis argumentationibus, aſtruant. Allegationibus, ita vberes ſunt, vt in quaſi re propoſita, maximam teſtium, ac teſtimoniorum copiam, adducant in medium, citato ſemper Authorum nomine, librorum inſcriptione, & numero capitulorum ex quibus illa teſtimonia, proferuntur.

SECTIO XI.

De Coarceruato, & Pandeſiaco expoſitionis modo.

COaceruatio, ſeu Coaceruatus exponendi modus, duplex eſt, alter in ſenſuum alter in teſtimoniorum accumulatione, conſiſtens; prior ad elucidationem, aſſumpti loci, quatuor præcipuas Scripturæ ſacræ; expoſitiones, aut ſimul permiſtas, & confuſas coaceruat, aut ordine ſernato, priùs hiſtoricam, vt cæterarum baſim, deinde myſticas profert; poſterior ad elucidationem & confirmationem loci propoſiti, varia, ac ſimilia Scripturarum teſtimonia, authoritates, & loca, ex diuinis literis, in vnum contracta adducit; & hos rurſum, maxime ſi obſcuri fuerint, nouæ expoſitionis interpoſitione, ſuperaddita, particulariter ediſſerit, quo fit, vt aliquando explanationis corpus, in immenſum creſcat. Sic D. Gregorius, in quinque ac triginta libris, Commentariorum in Iob, tot diuinorum eloquiorum ſententias, congeſſit, & congeſtas expoſuit, vt ex his veluti è ditiſſimo promptuario, plures Gregorianæ lectionis ſtudioſi, integras omnium fere Scripturæ ſanctæ voluminum expoſitiones, acceperint.

Pandeſianus expoſitionis modus, latiſſima & copiſiſſima Diuinæ Scripturæ elucidatione, ex præcipuis, aut etiam ex omnibus expoſitionum methodis, optima quæque in vnum locupletiſſimæ expoſitionis corpus, non ſine acri iudicio, colligit, nec aliquid prætermittit, quod ad integram, perſpicuam, ditiſſimamque, explicandæ rei notitiam, conferre poſſit, acceitis etiam ex omni linguarum, & diſciplinarum varietate, opibus, & ornamentis ad illuſtrandam, & amplificandam, explanandæ rei dignitatem, vnde non immeritò, hoc expoſitionis genus Pandeſiacum, Sixtus Se-

nenſis, appellat, quia ſimile eſt, commnni illi conuiuio, quod à Græcis πανδαισία, nuncupabatur, quodque ex publicè collatis, cuiuſque partibus, parabatur, tantaque ciborum omnis generis, affluentia, inſtruebatur, vt nihil in eo deſiderari poſſet ad explendam ſenſuum omnium, voluptatem. Ad illam explanationis amplitudinem, acceſſiſſe videtur, D. Auguſtinus, cum tria prima Geneſeos capita explicans, in homiliis decem, libriſque viginti, afflentiſſimam omnium Diuinarum rerum copiam, congregauit.

ARTICVLVS III.

De Regulis Generalibus ad vberiorem ſacræ Scripturæ intelligentiam idoneis.

QVoniam litteralis ſenſus Scripturæ ſacræ, cæteris potior eſt difficiliorque, & quia eiuſmodi difficultas potiſſimùm ex inuſitatis, & abſtruſis linguæ ſacræ proprietatibus ſeu Idiotiſmis variiſque Tropis prouenit, haud incongruè ad vberiorem ſacræ litteræ intelligentiam, tres in hoc Articulo totidem ſectionibus aſſignantur Regularum Decades: Priores ad totam in vniuerſum Scripturam ſpectant, & præcipuas eius magiſque obuias difficultates elucidant: Mediæ Hebræorum Idiotiſmos, & tres poſteriores Tropos frequentiores obſeruant, & explicant.

SECTIO I.

Decem Regulæ ad vniuerſam Scripturam ſpectantes.

CVm litteralis, & proprius Scripturæ ſenſus ex ipſo litteræ contextu, non ex noſtro cerebro erui debeat, vt docet Clemens Romanus *a*, neque ſit trahenda littera ad noſtrum ſenſum, ſed potiùs noſter ſenſus ad Scripturam ſit inflectendus, vt tradit Leo *b*. Regula prima eſt D. Auguſtini *c*; Scripturam ſacram ſemper ad litteram intelligendam eſſe niſi inde ſequatur aliquid abſurdi. Vnde quandocumque verba Scripturæ ſine vllo incommodo poſſunt propriè, vt ſonant accipi, accipienda ſunt, nec ad metaphoras aut alios Tropos, aut ſenſus improprios vſquam deflectenda, niſi quando ex eiſdem propriè acceptis abſurdus aliquis exoriretur ſenſus, aut aliquod inde ſequeretur inconueniens. Neque de Scripturæ locorum corruptela quicquam temerè ac ſine grauiſſimis rationibus affirmari debet, præſertim, vbi Græcæ ac Latinæ omnes editiones cum Hebraica penitus concordant.

a Epiſt. 5.
b Epiſt. ad Flauianum.
c l. de doctrina Chriſt.

Secunda Regula eſt D. Hieron. Hoc in omnibus Scripturis ſanctis, inquit, obſeruandum eſt, Apoſtolos, & Apoſtolicos viros in ponendis teſtimoniis de Veteri Teſtamento, non verba conſiderare, ſed ſenſum; nec eadem ſermonum calcare veſtigia, dummodo à ſententiis non recedant.

Tertia. Vt quis genuinum Scripturæ ſenſum aſſequatur, attendendus eſt maximè ſcopus, & ad illum ſemper eſt collimandum, & perpendendum quorſum, quibus, ex cuius perſona, & ad quos loquantur Hagiographi. Spiritus enim Dei ſublimis & acer, in partem in quam inclinat, ita vehementer fertur, vt videtur declinare ad extrema, adeoque plus velle quàm de facto velit. Sic cùm Iudaizantes impugnat Apoſtolus, dicit circumciſionem nihil eſſe, & vetera ſacramenta fuiſſe infirma & egena elementa: ſic vt charitatem extollat apud Corinthios in dono linguarum gloriantes, dicit ſine charitate, cætera omnia nihil eſſe, nihil prodeſſe. Eodem Spiritu ducti ſancti Patres tam acriter in vnum vitium aut hæreſim, ſæpe inuehuntur, vt oppoſito vitio, aut hæreſi, vtcumque patrocinari videantur. Porrò cum Scripturæ obſcurior locus poteſt ex alio qui clarus eſt, explicari, ad iſtum vtique recurrendum eſt, vt prior ille elucidetur: ſemper tamen, ne ſeorſum proprium præſumptio faſcinet, neceſſe eſt vt Eccleſiæ interpretatio, traditio, decreta ſummorum Pontificum, & Conciliorum, vnanimis Doctorum conſpiratio, ſi non omnium ſaltem plurium ſanctitate & eruditione perluſtrium, facem præferant ſi tamen adhuc obſcurus ſit locus, plurimum iuuabit conferre antecedentia, & conſequentia ad eum enucleandum.

Quarta Regula. Omnis ſcientia naturalis, ac philoſophia ancillari debet, & adaptari ſacræ Scripturæ, & verbo Dei, à quo eſt omnis modus, numerus, ordoque naturæ, inquit Auguſtinus *d*, nec vnquam torquenda eſt ſacra pagina ad ſenſum Philoſophorum, cùm eorum Genius Ariſtoteles non pauca propoſitionum æternæ veritatis loco proferat, quæ fides damnat. Nec etiam ad dictamen rationis, quæ inſtar noctuæ ad radios veritatum ſupernaturalium cæcutit, imò & naturalium.

d la. 6. contra Fauſt.

Quinta. Metiri ſolet diuina Scriptura doctrinam ſuam pro viribus erudiendorum, ait Theodoretus *e*, & ſenſui, captuique hominum paſſim ſe accommodat, ideoque ἀνθρωποπαθῶς, vt plurimum loquitur de Deo, maximè cùm ei tribuit humanam faciem, os, oculos, manus, pedes, &c. item amorem, gaudium, iram, aliaſque paſſiones humanas, qui affectus licèt ſint in Deo reſpectu obiecti boni, vel mali, non tamen ſunt in eo ſicut in nobis, nempe accidentia, paſſiones, motus contra naturam & rationem, ſed ſunt ipſamet eſſentia diuina. In illum quoque finem Scriptura demittit ſe aliquando innuens fabulas, Gentilium, v.g. fabulam Titanum, Glareas Cocyti, noctem Orci filiam, Arcturum, & Oriona, non quòd fabulas approbet, ſed vt modo loquendi vulgi ſe accommodet, [demittit ſe, & iuxta humanam conſuetudinem loquitur hæc omnia] inquit Chryſoſtomus: & Hieronymus, addit: [ſic prolata ſunt, vt ruſticam concionem inſtruerent.]

e qu. 1. in Geneſ.

Sexta Regula, Hieroglyphicis & ænigma-

tibus

tibus ac Symbolis ſæpe vtuntur Prophetæ, ſic Ieremias per iram aut gladium Columbæ, deſignat iram & gladium Chaldæorum, in quorum Labaro erat columba argentea pennis inauratis Semiramidem repræſentans. De hac Columba dicitur; *Si dormiatis inter*
a Pſ.67.v.14 *medios Cleros penna Columbæ deargentata* a. Et Ezechiel per nouaculam radentem pilos & barbam, eoſdem Chaldæos ſubindicat iugulantes plebem & Principes Iudæorum. Da-
b c.2. niel b per ſtatuam quadrimateriatam & per quatuor beſtias repreſentat quatuor Monarchias. Iterum per animalia & currum Che-
c c.1. rubim c, Dei magnificentiam, potentiam, & vindictam adumbrat; & per Meretricium
d c.23. Oollæ, & Oolibæ d, Idololatriam Samariæ, & Ieruſalem.

Septima Regula. Cum Deus viſibilis apparuiſſe dicitur, Abrahæ, Moyſi, & Prophetis, omnes eiuſmodi apparitiones factæ ſunt per Angelos qui corporibus aſſumptis Deum repræſentabant, ideoque paſſim Angelus qui illis apparuit, vocatur Deus ſcilicet repræſentatiuè, & authoritatiuè, etſi perſonaliter
e c.4. Cœl. Hier. eſſet Angelus, ita D. Dionyſius e, S. Hiero-
f in c.4. ad Galat. nymus f, Auguſtinus g, Gregorius h, & alij
g lib.3. de Trin. c.vlt. paſſim, & probatur, nam ex celebrioribus
h in præfat. moral. c.1. apparitionibus quæ factæ ſunt, ille qui apparuit Moyſi, dixitque. *Ego ſum Deus Abraham*, fuit Angelus, vt docet S. Stephanus, & Dominus qui tradidit legem Moyſi in Sina, vocatur Angelus à D. Paulo, Angeli namque ſunt adminiſtratorij Spiritus per quos Deus omnia ſua exſequitur. Adeoque audiendi non ſunt hoc loco Cyprianus, Hilarius, & Nazianzenus, qui putant Deum in aſſumpto corpore viſibilem apparuiſſe Moyſi, & Prophetis.

Octaua Regula. Quando Scriptura nomen alicui nouum imponit non adimit prius, ſed poſterius addit priori, vt vtrouis iam nomine poſſit nuncupari, ſic dicitur, *non vocaberis vltra Iacob, ſed Iſrael*, quaſi diceret, non tantum Iacob ſed Iſraël etiam appellaberis; ſæpe namq; poſtea adhuc Iacob vocatur: Sic Simon poſtquã à Chriſto vocatus eſt Cephas, non rarò poſtea adhuc Simon nuncupatur. Imponuntur autem in Scripturis nomina illa euentu vel præſenti, vel futuro, tuncque nomina erant quaſi omina, vel monita, vel etiam nota rei futuræ, frequens etiam fuit olim Polyonymia, ideo eadem Perſona in Scripturis modò vno nomine vocatur, modo alio, ſic in aliquibus Scripturæ locis, præſertim in libro primo Paralippomenon dantur viris & mulieribus nomina alia, ab his quæ habent in Pentateucho, Ioſuë, libris Regum, &c.

Nona Regula. Quia Hagiographi Iudæi fuere, & ad Iudæos vt plurimum ſcripſere, Iudæa verò ſita erat quaſi in medio terræ, ex illo *operatus eſt ſalutem in medio terræ*, hinc Oriens, Occidens, Meridies & Aquilo aſſignantur in ſacris Scripturis per reſpectum ad vrbem Ieruſalem & Iudæam, ſic Daniel, prædicit Reges Auſtri, id eſt Ægypti conflicturos cum Regibus Aquilonis, id eſt Syriis, ſic Aſſyrij & Chaldæi vocantur Aquilonares, *Ab Aquilone*, id eſt, Chaldæa *pandetur omne malum*, ſic mare Mediterraneum, quod Palæſtinam alluit vocatur Occidens, quia maiori ex parte eſt Iudææ ad Occidentem, quia tamen eidem ex aliqua parte eſt ad Auſtrum, idem mare ſubinde ſignificat auſtralem plagam, vt Pſalmo. *A ſolis ortu, & occaſu, ab Aquilone & Meridie*. id eſt Auſtro.

Decima Regula. Decem Tribus Iſraël, poſt ſchiſma à domo Dauid factum ſub Ieroboam vocatur paſſim à Prophetis vſque ad captiuitatem Babylonicam, modo Ephraim, aut Ioſeph, quia ex Ephraim filio Ioſeph ortus eſt Ieroboam, qui à ſchiſmaticis electus eſt in Regem modò Samaria, quia ſedes Regum Iſraël erat in Samaria, & in Tribu Ephraim, modò Iſraël, vel Iacob, quia conſtituebant maiorem partem filiorum Iſraël vel Iacob, reliquæ verò duæ Tribus ſcilicet Iuda & Beniamin, quia adhæſere Roboam filio Salomonis, vocantur Regnum Iuda, Domus Dauid, Ieruſalem, Sion, ſed poſt Captiuitatem Babylonicam Iſraël & Iuda pro eodem populo accipiuntur, ſcilicet pro Iudæis è Babylone in Iudæam reductis, qui maiori ex parte erant de Tribu Iuda, & ſi qui alij ex aliis Tribubus hinc, inde eò reuerſi ſunt, iunxerunt ſe Tribui Iuda ſuumque ei nomen tranſcripſerunt, vnde omnes exinde indiſcriminatim, nuncupantur Iſraëlitæ, aut Iudæi.

SECTIO II.

Decem Regulæ pro elucidandis Hebræorum Idiotiſmis.

QVia tota Scriptura ſacra ab Hebræis, excepto libro Iob vt antea à dictum eſt (niſi Moyſem eius velis Authorem) & vt plurimùm Hebraicè conſcripta eſt, Hebræum vtique ſapit idioma nouum nobis ac inſolens: Et quoniam ex Hagiographis, alij inter Ægyptios nati ſunt & enutriti, vt Moyſes, alij inter Chaldæos commorati; vt Ezechiel, Daniel; alij inter Syros, & Arabes, vt ſanctus Iob, phraſi non rarò vtuntur Ægyptiacâ, Chaldaica, Syriacâ, Arabicâ, quæ vt antiquitate, ſic & ſingularitate ſua Latinæ noſtræ multum ſunt diſſimiles, Tropoſque vſurpant ſui temporis ita nobis rudes & barbaros, ſicut olim ipſis lepidi fuerunt, & elegantes: Et eiuſmodi Hebraiſmis, Tropiſque ſaltem potioribus obſeruandis duæ aliæ Regularum Decades ſubſeruient: Prior quidem Hebraiſmis, poſterior verò Tropis, quod ergo ſpectat ad ſecundam Decadem hæ ſunt Regulæ.

Prima Interpretes iam Græci, quàm Latini, adeò linguæ ſacræ religioſi ſunt obſeruatores vt ſæpiſſimè Hebraizent, malintque aliquando ſolæciſmos admittere, quàm Hebræam phraſim dimittere; vnde quia caſibus carent Hebræi, eodemque nomine inuariato per omnes caſus vtuntur, hinc & Interpretes ſubinde caſum pro caſu vſurpant, vt 2. Corinth. *Siue pro Tito, ſiue Patres noſtri*, id eſt pro Fratribus noſtris, & Epheſ. 2. *Spiritus* pro *Spiritu*, ponitur; ſimiliter pro verbo præſenti & imperfecto, quo carent Hebræi, vtuntur præterito, vt Pſalmo 115. *Credidi propter quod loquutus ſum*, id eſt, credo propter quod

loquor, itemque pro comparatiuo & ſuperlatiuo, quibus Hebræi carent, retinent pnſitiuum. *Bonum eſt*, id eſt melius eſt, *confidere in Domino, quam confidere in homine.*

Secunda Hebræi quia carent comparatiuo, vt dictum eſt, cum vnum per comparationem alteri præferre volunt, id quod præferunt affirmant, aliud negant, vt Oſee 6. *Miſericordiam volo, & non ſacrificium. vermis & non homo. & abundantius illis omnibus laboraui. non ego ſed gratia Dei mecum.* id eſt plus gratia Dei, quàm ego, quamquam & ego cum gratia Dei. Vel viuntur verbo vehementiori, pro minùs vehementi, *Iacob dilexi Eſau autem odio a habui*, id eſt minus amaui, poſtpoſui. Similiter quia Hebræi, carent ſuperlatiuo, cùm aliquid excellens ſignificare volunt, vtuntur vel nomine abſtracto, vel concreto geminato, vt ſanctitas eſt, Sanctum Sanctorum eſt, pro Sanctiſſimum eſt. Quod crebrum eſt in Leuit. vel voce omnis *b*; *Omnem eſcam abominata eſt anima eorum*, id eſt excellentiſſimam eſcam, nempe Manna *Deum c time & mandata eius obſerua, hoc eſt enim omnis homo*, id eſt, qui hoc fecerit, præſtantiſſimus eſt homo; *Sunt Dij qui percuſſerunt Ægyptum omni plaga in deſerto*, id eſt grauiſſimâ plagâ nempe demerſione in mari rubro, neque enim alia fuit clades Ægyptiorum in deſerto.

a Malach. 1. & Rom. 9. a

b Pſ. 106.

c Eccl. 12.

Tertia. Hebræi geminato verbo vtuntur ad exaggerationem, vt, *Cecidit cecidit Babylon illa magna d*; *faciens faciam*, vel *faciendo faciam*, id eſt certiſſime faciam, *potens poteris*, id eſt potentiſſimus eris, *Caſtigans caſtigauit me, plorans plorabit, morte morieris, viuâ viues*, & his ſimilia. Vtuntur etiam ſubſtantiuo geminato loco ſuperlatiui quo carent, vt Canticum Canticorum, id eſt excellentiſſimum, vanitas vanitatum, id eſt ipſiſſima vanitas, & vaniſſima, Sancta Sanctorum, id eſt, ſanctiſſima, viri virtutum, id eſt fortiſſimi, filia fœminarum, id eſt pulcherrima. Idem ſubſtantiuum in eodem caſu geminatum multitudinem vel diuerſitatem eius rei ſignificat, vt homo & homo natus eſt in ea id eſt multi homines, Tribus Tribus Domini, id eſt omnes Tribus, diuerſitatem quoque deſignat fœmininum iunctum maſculino: Anferetur vox ſponſi & ſponſæ, id eſt omnis nuptialis plauſus.

d Apoc. 18.

Quarta, Hebræi ob radicum à quibus alia nomina deriuantur paucitatem, ſæpe vnum idemque nomen, verbum, ac ſententiam diuerſis rebus deſignandis adhibent, v. g. prophetare præter commonem notionem, quæ eſt futura prædicere, ſignificat prophetiam confirmare, Eccleſiaſt. 49. vbi oſſa Ioſeph dicuntur poſt mortem prophetaſſe. Sgnificat etiam laudare Deum, item ex afflatu Spiritus nequam inſana loqui, item ex interna illuminatione Spiritus ſancti Scripturas interpretari; Item miraculum edere Eccl. 48. vbi de Elizæo dicitur quod mortuum prophetauit corpus eius, quia ſuſcitauit defunctum in eius ſepulchrum proiectum. Coniunctionum quoque & particularum vis ac ſignificatio varia eſt apud Hebræos, v. g. coniunctio, &, ſæpè eſt nota exponentis, vt colligent de regno Dei omnia ſcandala e & eos qui faciunt iniquitatem. Videte ne quis vos ſeducat per philoſophiam & inanem fallaciam, non enim volt Apoſtolus damnare Philoſophiam veram ſed tantum Sophiſticam. Particola, ſi, plerumque eſt nota iurantis, & cùm ſequitur verba iurandi, ſi oratio ſit affirmatiua, vertit in negationem; Iurauit in ira mea ſi introibunt in requiem meam, id eſt, non introibunt: Si ſit negans vertit in affirmantem; Iurauit Dominus, ſi non vt putaui ita erit. Hinc diuerſæ diuerſorum Interpretum, vel etiam eiuſdem, ſed diuerſo tempore traductiones, dum quiſque inter dubia eo modo transfert, quo ſibi videtur conuenientiùs. Ita ſe excuſat D. Hieronymus.

Quinta Hebræi ſæpè vnam eamdemque rem cùm plures habet proprietates, pluribus etiam nominibus explicant, ſic leges Dei paſſim, maximè verò Pſal. 118. variè nuncupantur. Primò cuſtodia, præcepta, mandata, ſtatuta, quia cuſtodienda præcipiunt, mandant, ſtatuunt. Secundò Iudicia, quia iuxta leges homines dirimunt lites, in iudicio enim iuxta leges iudicandum eſt. Tertiò, Iuſtitia, æquitas, veritas, quia docent quod iuſtum, æquum, verum eſt. Quartò Teſtimonia voluntas, quia teſtantur nobis voluntatem Dei. Quintò Teſtamentum, Fœdus & Pactum, quia hac conditione pepigit Deus cum Iudæis, quàm cum Chriſtianis ſe fore eis in Deum, & patrem ſi ipſi legem eius obſeruent. Sextò Verbum, Eloquium Sermo, quia ex ore Dei proceſſete. Septimo Viæ, & Iuſtificationes Domini, quia nos ad Deum deducunt, iuſtos faciunt.

Sexta Hebræi ſæpe verba realia accipiunt pro mentalibus, id eſt, Verba ex ſe ſignificantia aliquid realiter factum, accipiunt tanquam declaratoria illud eſſe factum. Sic in Leuitico dicitur, Sacerdos lepronſum mundabit, vel contaminabit, id eſt mundatum vel contaminatum declarabit, & pronunciabit, vt ſcilicet conuictui omnium reſtituatur, vel ab eo arceatur. Sic Ieremias ait, Conſtitui te ſuper gentes & ſuper regna, vt euellas & deſtruas, & diſperdas, vt ædifices & plantes, id eſt prophetes, & prædices has gentes euellendas eſſe & deſtruendas, illas verò ædificandas, & plantandas. Item Hebræi vice verſa ſumunt verba mentalia, pro realibus. Vt loquar iudicia cum eis, id eſt infligam eis iuſtas pœnas. Præterea iidem Hebræi, verba ſeu realia ſeu mentalia ſumunt iam in actu inchoato, vt facere ſit, idem quod conati iam in continuato, iam in perfecto, ſic filij Iſraël dicuntur egreſſi ex Ægypto veſpere *e*, noctu *f*, mane *g*, quia ſcilicet veſpere immolarunt agnum, qui fuit egreſſus cauſa & initium; media nocte cæſis Ægyptiorum primogenitis, acceperunt à Pharaone mandatum exeundi, ſuaque confaſantes exire cœperunt, mane verò facto plene & perfecte egreſſi ſunt omnes. Simili modo Hebræi nomina ſubſtantiua, præſertim adiuncta præpoſitione, pro aduerbiis capiunt vt in finem dilexit eos, id eſt extreme. Abſorpta eſt mors

e Deut. 16. v. 6.

f Exod. 12. v. 42.

g Num. 33. v. 3.

mors in victoria *a*, id eſt victorioſè vt ita dicam.

Septima. Apud Hebræos, voces ampliùs, vltra, æternum, ſempiternum, non ſignificant, ſemper abſolutam æternitatem, ſed ſæpè diuturnam tantum durationem. Sic de Tyro dicit Iſaias *b*, non adiicies vltrà vt glorieris, & Execbiel *c*. Non ædificaberis vltra, nam poſteà reædificata eſt, & ab Alexandro Magno rurſum vaſtata. Aliquando illæ ſimiléſve voculæ nil addunt præter Epitaſim, quæ rem valdè exaggerat. Sic Dauid ait *d*, mundus ſum in ſempiternum à ſanguine Abner. Sic dicit *e* Petrus Chriſto, *Non lauabis mihi pedes in æternum*, ideſt nullo modo id patiar.

Octaua. Hebræis viſitatum eſt vt libros à particulis coniunctiuis, &, igitur, ergo, vt ſimilibus exordiantur, vt patet initio libri Leuitici, Numerorum, Ioſuë, ſecundi tertij, & quarti Regum, Iudith, Threnorum, Baruch, Ezechiel, Ionæ, primi Machabæorum. Contemplabantur tunc Hagiographi aliquid præteritum, cum quo id quod ſcribebant, per huiuſmodi particulas colligatum volebant, ſeu in alio volumine iam exaratum eſſet, ſeu mente tantùm comprehenſum.

Nona. Nomina parentum apud Hebræos ſæpè patronimicè ſumuntur pro filiis & poſteris; ſic Chriſtus vocatur Dauid: Iſraëlitæ Iſraël; Idumæi Eſaü; Moabitæ, Moab; Ammonitæ Ammon.

Decima. Hebræi, maximè apud Prophetas ſubinde complectuntur Typum ſimul, & antitypum, id eſt rem quam propriè verba ſignificant, & ſimul allegoriam quam res illa repræſentat, ſed ita, vt quædam magis typo, quædam magis antitypo conueniant, túncque duplex illius loci eſt ſenſus literalis; prior Hiſtoricus, poſterior Propheticus. Sic *f* Deus ſerpenti loquitur, & per eum Diabolo in eo latenti, vnde quædam dicit quæ propriè ſerpenti competunt, quædam quæ tantùm Diabolo, quale eſt, *ipſa conteret caput tuum.*

a Iſa. 26.
b Iſ. c. 23.
c c. 26.
d 2. Reg. c.
e Ioan. 13.
f Gen. 13. v. 14.

SECTIO III.

Decem Regulæ pro Hebræorum Tropis, & figuris.

Has regulas iuuandæ memoriæ, gratiâ ordine alphabetico recenſere, ſatius erit.

Prima nonnunquam in Scriptura ſacra occurrit, Antiphraſis, qua vnum contrarium, per aliud intelligitur, ſic benedicere, pro maledicere *g*, ponitur, & ſanctificari, pro pollui *h*.

Secunda crebra eſt Catachreſis, ſeu vſurpatio, vnius vocabuli; pro alio, vt cùm pater alicuius rei vocatur, is qui Autor conditor, aut inuentor eius eſt, aut qui eſt præcipuus in illa re; ſic Deus, vocatur pater pluuiæ *i*, Dæmon pater mendacij *k*, Thubal pater canentium cithara, & organo *l*. Simili catachreſi, quod ex alio educitur, vocatur filius eius, vt frumenti grana excuſſa, filij areæ *m*. Tyrus inſula, filia maris *n*. Sagittæ, filiæ pharetræ *o*, pingues, filij olei *p*. Item quod arctam habet Connexionem cum alio, vt filij ſuperbiæ *q*, filij iniquitatis *r*, filij ſponſi *ſ*, filij gehennæ *t*, filij regni, filij pacis, filij mortis, filij Prophetarum, &c. Sic Rabini acetum vocant filium vini. Simili quoque cathacreſi, filias vocant minora oppida, & vicos, qui Metropoli quaſi matri adiacent, & ſubſunt Rurſus ipſas vrbes ob pulchritudinem, & elegantiam vocant filias, vt filia Ieruſalem, filia Babylonis *u*, & aliquando dicuntur meretrices, ſi de idololatria notentur, aliàs virgines, vt virgo filia Sion *x*, pro Ieroſolyma.

g Iob 1. v. 11. c. 2. v. 3.
h Deut. 22. v. 9.
i Iob. 38. v. 28.
k Ioan. 8. v. 44.
l Gen. 4 v. 21
m Iſa 21. v. 10
n Iſ. c. 23. v. 10.
o Thren. 3. v. 13.
p Zach. 4. v. 14.
q 1 Mach 2 v. 47.
r Pſ. 88 v. 23
ſ Math 9. v. 15.
t c. 23 v. 15
u Pſ. 136. v.
x Iſ. 1. v. 8 Thre. 5. v.

Tertia frequens eſt Euallage, id eſt permutatio, eáque vel temporis, cùm ſcilicet præteritum, ponitur pro futuro, maximè apud prophetas, tanquam rerum futurarum ſpectatores factos à Deo, quibus ita certa erant reſponſa, ac ſi facta, tranſactaque res iam fuiſſet, aut iam præſens, impetrantis, pro futuro permittentis, vſurpatur, ſic Dominus dixit ſpiritui malo, *Egredere, & fac ita* id eſt, egredieris & ita facies; ſic etiam Eliſeus dixit Haſaëli, à Benadab rege Syriæ miſſo, *vade dic ei ſanaberis, porrò oſtendit mihi Dominus quia morte morietur*: id eſt vades, & ne ſis ei malus nuntius, dices ipſum recepturum ſanitatem, vel eſt permutatio numeri à ſingulari, ad pluralem, maximè cùm nomen collectiuum, ſingulare conſtruitur cum verbo plurali; *vt dimitte populum meum vt ſacrificent mihi, viderunt omnis Eccleſia, quod expiraſſet Aaron y*; vel eſt permutatio ſuppoſiti, vt apud Iſaïam *z*; *& dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis*; poſteà ſubdit, *& mulieres dominatæ ſunt eis a*; vel eſt permutatio participij, pro aduerbio, *vt conuerſi ſunt & tentauerũt Deũ b*, id eſt iterum tentauerunt. Eadem Enallage, ſenſum vnum cum alio commutant Hebræi, & maximè viſum pro quolibet ſenſu accipiunt, tum quia ſenſus ille eſt omnium præſtantiſſimus & certiſſimus, tum quia in ſenſu communi, qui eſt ſupra viſum, & oculos, omnium ſenſuum ſenſationes conueniunt. Sic in Exodo *c* dicitur; *fœtere feciſtis odorem noſtrum*, id eſt nomen noſtrum, & famam in oculis, id eſt in naribus Pharaonis, *& populus videbat voces*, id eſt audiebat *d*, *quia vidiſti, id eſt tetigiſti me Thoma credidiſti e.*

Quarta Hendiadys, qua vnum in duo diuiditur, occurrit vbi de Sole, & Luna loquens Moyſes, ait, *vt ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos*, id eſt ſint in ſigna dierum, & temporum, & annorum.

Quinta Heteroſis, ſeu diuerſitas, non rara eſt apud Hebræos, iuxta quam vtuntur abſtractis, pro concretis, ſic vſurpant circumciſionem, pro circumciſo *e* ſeu Iudæo, præputium, pro præputiato ſiue gentili, aiuntque *ponam viſitationem tuam pacem f*, id eſt viſitatores tuos pacificos, *& præpoſitos tuos iuſtitiam*, id eſt iuſtiſſimos ipſamque iuſtitiæ normam. Et quidem abſtracta hæc pro concretis ſic poſita, nunc actiuè ſumuntur, nunc paſſiuè verbi gratia, *iuſtitia*, vbi Chriſtus, dicitur pro nobis factus iuſtitia *g*, ſumitur actiuè pro iuſtificatore, paſſiuè verò pro iuſtificato, ſumitur, vbi dicit Apoſtolus, homines factos eſſe iuſtitiam in Chriſto *h*, id eſt iuſtificatos.

3. Reg. 22. v. 22.
y Exod. 8.
z Num. 20
a Iſ. 13. v.
b Pſ. 77.
c 4 v. 21.
d Exod. c. v. 18.
e Ioan. 20 v. 14.
e Doct. 10 v. 4.
f Rom. 4 10. 11. 32 11. 90.
g 1 Cor.
h 2. Cor

Sexta Hypallage, quâ vnum pro alio cum inuentione aliqua ponitur: occurrit vbi dicitur, a Exod.12. *calceamenta habebitis in pedibus veſtris a*, id eſt inuerſione facta pedem habebiris in calceamentis; item, *in ſole poſuit tabernaculum* b Pſ.18. *ſuum b*, id eſt poſuit, Solem in tabernaculo ſuo; item, Iſai.1. *cognouit Bos præſepe Domini ſui*, id eſt Dominum alentem ſe in præſepio, item, d Iudic.1. *Ciuitatem miſerunt in ignem d*, id eſt, ignem in ciuitatem.

Septima Ironia, ſeu irriſio, quæ potiſſimú in modo pronunciationis vim habet, occurrit in illo e c.3.v.22. Geneſeos *e*, *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum*, & f c.11.v.13. apud Zachariam *f*, de triginta argenteis dicit Dominus, *decorum pretium quo appretiatus ſum ab eis.*

Octaua Metaphora, id eſt nominis aut verbi, ex proprio ſenſu in alium tranſlatio, omnium frequentiſſima ac notiſſima eſt; ſic calix dicitur, ſors cuiuſque, ſiue bona, h Pſ.15.v.5. *Dominus pars hereditatis meæ & calicis mei h*, ſiue mala, i Pſ.10.v.7. *Ignis & ſulphur & ſpiritus procellarum pars calicis eorum i*: k Pſ.56.v.5. gladius vocatur quidquid pungit, *lingua eorum gladius acutus k*, *gladius in labiis eorum.* Et quidquid cruciat, *inebriatus eſt in cælo gladius meus*; Baculus panis, & virtus panis, dicitur alimentum quo roboramur & ſuſtentamur, ſicut ſenes Baculis, *Ecce ego conteram Baculum panis in Ieruſalem, & come-* 4.v.16. *dent panem in pondere l, ecce enim Dominator Dominus exercituum auferet à Ieruſalem & à Iuda validum & fortem, omne robur panis, & om-* m Iſ.3.v.1. *ne robur aquæ m*; Medulla terræ, olei, vini, & tritici vocitatur, quidquid in ipſis eſt optimum, n Gen.45. v.18. *Dabo vobis omnia bona Ægypti, vt comedatis medullam terræ n, omnem medullam olei,* p Num.18. v.12. *& vini ac frumenti p.* Pactum ſalis, eſt pactum v.19. firmum & incorruptum, quia ſal à corruptione præſeruat, *pactum ſalis eſt ſempiternum, coram Domino tibi ac filiis tuis*; eſſe in caput, vel in caudam, eſt primum, vel vltimum fieri: *conſtituet te Dominus in caput, & non in caudam, & eris ſemper ſupra & non ſubter, ſi tamen audieris mandata Domini q*, q Deut 18. v.13. E *contra vero dicitur, ipſe erit in caput, & tu eris in caudam, & ve-* r Deut.28. v.44 45: *nient ſuper te omnes maledictiones iſtæ r, & diſperdet Dominus ab Iſrael caput & caudam die vna. Longæuus & honorabilis ipſe eſt caput, &* ſ Iſ 9.v.14. 15. *propheta docens mendacium ipſe eſt cauda ſ.* Canis mortuus, & caput canis, eſt res quæque viliſſima, *quem rex Iſraël perſequeris*, aiebat Dauid Sauli, *quem perſequeris? Canem mor-* t 1.Reg.24. v.15. *tuum perſequeris, & pulicem vnum, nunquid* u 2.Reg.3. v.8: *caput canis ego ſum u*, Vas dicitur quodvis inſtrumentum vnde, & vaſa mortis dicuntur omnia, quibus mors infertur, *arcum ſuum tetendit & parauit illum, & in eo parauit vaſa mortis ſagittas ſuas ardentibus effecit. Simeon &* x Gen.49. v.5: *Leui vaſa iniquitatis bellantia x, confitebor tibi* y Pſ.70.v.22. *in vaſis Pſalmi y.* Reuelare auriculam, vel aperire alicuius aurem, & aliquid alicui prædicere, 1.Reg.9.v. præmonere, ſuſcitare verbum, iuramentum, pactum, arcum, gladium, eſt facere, ne vana ſint promiſſa, minæ & aliquando Hebræi, ab vna metaphora tranſeunt ad aliam, a Iſ.27. ſic apud Iſaiam *a* Diabolus dicitur Leuiathan, Iſ.c.45:v.7. id eſt balena. Et mox ſerpens tortuoſus. Et c 46 v.12. Cyrus comparatur, luci & Soli, & poſtea aui, Oſee 2. & aquilæ, Synagoga mulier, & mox vinea dicitur. Nonnunquam etiam Hebræi à metaphora vel alia figura tranſiliunt ad rem ſignificatam, vt à flore ad Chriſtum, & à caſu Luciferi ad caſum Balthaſar regis Babylonis. Iſ.11. c.14.

Nona Metonymia, id eſt tranſnominatio, ſeu tranſmutatio nominis familiaris eſt Hebræis. Zach.11. Sic ſæpe idolum ſumitur, pro Idolatris, paſtor eſt idolum; peccatum pro pœna, vel effectu culpæ, qualis eſt concupiſcentia; *ſi autem quod nolo, illud facio, iam non ego operor* b Rom.7. v.20. *illud ſed quod habitat in me peccatum. b* Item pro hoſtia quæ offertur pro peccato, pro immunditia legali, ex fluxu menſtrui ſanguinis, vel ſeminis, vel ex lepra, vel ex contactu mortui; ſic lepra dicitur peccatum, id eſt Leuit.14. macula quæ leproſum arcebat à ſacris, & conuictu hominum; eadem metonymia Hebræi, actum, habitum, & potentiam, ponunt pro obiecto, & econtra, ſi. Deus dicitur, timor, amor noſter, ſpes, patientia, gloria noſtra, quia eſt obiectum timoris, amoris, patientiæ, & gloriæ noſtræ, eſt enim is quem timemus amamus, in quem ſperamus, propter quem patimur, & in quo gloriamur.

Decima in Scriptura maximè in Pentateucho crebra eſt ſynecdoche, qua à pane totú, vel à toto pars intelligitur, vt implere manum, ſupple oleo, ſignificat vnctione, ma- Iudic.17.v. 5.13. nus conſecrare in ſacerdotem: reuelare tur- Leuit.18. pitudinem, cognoſcere fæminam, ad eam in- Gen.4.v.1. 17. gredi; ſic per Philiſtinos, Moabitas, Ammo- Gen.c.16. v.2 4. nitas, Idumæos aliáſve Palæſtinæ vicinas gentes, ſignificant prophetæ omnes alias Rom.1.v.14. 16. gentes ſubigendas à Chriſto, quas Apoſtoli & c.2.v.9. 10. per Græcos e intelligunt; ſic vna pars phy- Gen:40.v.10 ſica, caro, anima, ſanguis, caput pro toto homine ponitur; *Auferet Pharao caput tuum, a* id eſt teipſum, neque enim decollatus fuit ſed ſuſpenſus; Item pars logica vel genus pro ſpecie, vt tempus, pro anno Dan.7. *tempus, & tempora & dimidium temporis*; pro tribus annis, cum medio, vel è contra ſpecies, pro genere, vt ſanguis, pro quouis peccato; *manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt b*: ſubinde pars vna ſumitur pro altera, & anima pro b Iſ.1.v.15. cadauere, *Immundi ſumus ſuper anima hominis c.* c Num.9.v.6.

ARTICVLVS IV.

De Concordia locorum ſcripturæ, quæ magis inter ſe pugnare videntur.

HAud immerito regius Propheta ad Deum exclamans ait, *da mihi intellectum & ſcrutabor legem tuam*: Nec ſine cauſa dictum eſt ſcribis ac Legiſperitis à Chriſto, *ſcrutamini ſcripturas.* Ipſa enim nonnumquam adeò variæ, primáque facie inter ſe pugnantes ſe offerunt, vt anxium Lectorem in errorē ſæpè tracturæ ſint niſi eius animo inter difficultatum anguſtias laboranti, dilucida fidi Lectoris explicatio opportunè ſuccurreret. Ne ergo eiuſmodi Scripturæ loca vllam ſacræ Paginæ ſtudioſo moleſtiam inferant, ea quæ magis inter ſe videntur diſſidere ſimul collata hoc articulo componam, eáque r-

feram

feram ſerie & ordine quem in ipſis libris Canonicis prima loca ſibi vendicant; alia verò his in ſpeciem oppoſita, indiſcriminatim è quouis ſcripturæ libro prout opportunè occurrent depromentur.

a Gen.1.v.1.

In *principio id eſt prima die creauit Deus cælum & terram a*]è contra eſt titulus Pſalm.92. nempe [*Laus Cantici Dauid in die ante ſabbathum quando fundata eſt terra.*] Hic enim titulus ſubindicat terram creatam eſſe ſexta die, dies enim ante ſabbathum, ſexta dies eſt, qua conditus fuit Adam. In hoc titulo ſermonem eſſe de terra illa, ex qua plaſmatus eſt Adam, ſeu de ipſo Protoplaſte, de quo dicitur, *formauit Dominus Deus hominem de limo terra b.* Et [*Donec reuertaris in terram de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.c*] Ideò autem ſexta die poſt rerum omniũ creationem conditus eſt homo, vt pote qui cæterarum creaturarum perfectiones eminenti modo continet inſtar microcoſmi. Tenent aliqui Cabaliſtarũ, maximè verò Rabbi Achiua d, Dauidem illum Pſalmum haud compoſuiſſe, ſed Adam, qui ad imaginem Dei ſe formatum cernens, eo cantico conditori ſuo gratias egit.

b c.2.v 7.
c c.3.v.19.
d In Arphod. exclam.

Dixit Deus [*faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram e.*] è contra videtur exclamare Regius Propheta [*Deus quis ſimilis tibi f*]℞. Moyſem attendere in homine ſtatum innocentiæ; Dauidem verò naturæ lapſæ, ſicque nulla diſcordia. Homo enim non ſolùm ad imaginem Dei creatus eſt ratione vnitatis eſſentiæ ſuæ, & Trinitatis potentiarum, memoriæ, ſcilicet, intellectus, & voluntatis; ſed etiam ad ſimilitudinem Dei per gratiam ad iuſtitiam, quã vocant originalem. Imago quidem perſeuerauit in homine poſt lapſum, ſed periit ſimilitudo, cui ſucceſſit labes originis, & potentiarum animæ deordinatio, quę conſiderans pſalmographus ad Deum exclamat: *Deus quis ſimilis tibi?* ac ſi diceret, quis mortalium ad eum dignitatis apicem valebit aſcendere vt tuæ gratiæ dono percepto, tibi ſimilis rurſus efficiatur? Id tamen impigrâ virtutis praxi iugíque ac ſolicitâ bonorum operum exercitatione fieri, non eſt impoſſibile, eo ſcilicet opitulante qui noſtram ideo aſſumpſit naturam, vt homines Deo ſimiles faceret, factus homo; diuinam hanc metamorphoſim contemplatus Lucidius in hæc verba erumpit, O ſummam Dei Patris liberalitatem & admirabilem hominis felicitatem, cui datũ eſt habere quod optat, id eſſe quod vult. Bruta ſimul à vuluâ matris, quæ poſſeſſura ſunt, ſecum afferunt: ſupremi ſpiritus aut ab initio, aut paulo poſt id fuerunt, quod ſunt futuri in perpetuas æternitates. Naſcenti homini omnifaria ſemina, & omnigenæ vitæ germina indidit pater: quæ quiſque excoluerit, illa adoleſcent, & fructus ſuos ferent in illo: ſi vegetalia, planta fiet; ſi ſenſualia, obruteſcet; ſi rationalia, cœleſte euadet animal; ſi intellectualia, Angelus erit, & Dei filius; hæc ille.

e Gen.1.v.26
f Pſ.70.v.19.

Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona g]è contra videtur eſſe illa diſtinctio animalium mundorum ab immundis *h*, & illud Iſaiæ: [*Ego Dominus, & non eſt alter formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malum i*] & illud Amos] *ſi erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit k*]℞. Deum cuius natura bonitas, & cui odio eſt omne malum culpæ, in primæua rerum omnium creatione cuncta condidiſſe & bona, & vltima, quæque talem ſingula in ſe haberent entis bonitatem vt nihil eſſentiali cuiuſque perfectioni addi poſſet. Ipſe tamen dicitur creare mala pœnæ, dum, noſtris delictis id promerentibus, res naturâ ſuâ bonas in flagellum vertit: etenim quia cuncta quæ ad vſum naturæ accepimus, ad vſum culpæ conuertimus, iuſtum eſt vt qui in cunctis deliquimus, in cũctis feriamur; & licet dolor iſte quo ſenſus feritur, ſi aliquod malum in ordine naturæ, eſt tamen bonum in ordine gratiæ, vt palam profitetur regius Pſaltes, vbi ait; [*bonum mihi quia humiliaſti me l:*]bonum, inquam, lætitiâ plenum, vt affirmant qui dicunt [*Lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti, annis quibus vidimus mala m*]Quoniam, vt ait Gregorius magnus, mala quæ nos hîc premunt, ad Deum nos ire compellunt. Ad illam porrò diſtinctionem animalium mundorum ab immundis ℞ ex cunctis animalibus in genere ſuo, abſolutè bonis hãc Dei mandato inter ipſa interceſſiſſe diſcretionem, vt aliqua ſacrificiis immunda, nec eſui humano idonea cenſerentur, donec Chriſti ſanguine mundata ſunt vniuerſa, quod inſinuans Apoſtolus ait; [*omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundũ.*

g Gen.1.v. vlt.
h Leuit.11. v.4.
i Iſ.45.v.7
k Amos 3. v.6.
l Pſ.118.v 71.
m Pſ.80.v

Dicit Moyſes [*compleuitque Deus, die ſeptimo, opus ſuum quod fecerat. Et requieuit die ſeptimo ab omni opere quod patrarat n*] è contra videtur Chriſtus dicere, [*Pater meus vſque modo operatur, & ego operor o.*]℞. Deum requieuiſſe die ſeptimo, ac ceſſaſſe ab omni opere, quantum ad genera & ſpecies creaturarum, neque enim nouas deouò creat, aut aliquid aliud ex nihilo educit, ſed quæ primordialiter condiderat ſemper gubernat & regit, innumera vſque modò, in genere cauſæ primæ, ſub iis ſpeciebus producens indiuidua. Et quoniã opera ſanctiſſimæ Trinitatis ad extra, tam in creatione, quam in conſeruatione & propagatione ſunt indiuiſa, ideo dicit Chriſtus, *Pater meus operatur, & ego operor*, cum quibus etiam operatur & Spiritus ſanctus.

n Gen.2 v
o Ioan.5.v 17.

Dicit Moyſes circumciſionem datam Abrahæ, [*in fœdus æternum p*] & [*ſempiternum. q*] Apoſtolus tamen ait, [*Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam ſi circumcidamini Chriſtus nihil vobis proderit r.*]℞. Æternum, illud ac ſempiternum, non ſumi abſolutè, ſed reſpectiuè ad totum temporis ſpatium ad Abraham ad Chriſtum in quem tam Circumciſio illa carnalis quam cætera cæremonialia terminabantur, [*finis enim Legis Chriſtus ſ,*]vt ait idem Apoſtolus. Cæterùm circumciſio ſpiritualis ac cordis per carnalem ſignata, & ab ipſo etiam Moyſe *t* cunctis commendata *u*, ſuo adhuc in robore ſubſiſtit, eiuſque neglectum Iudæis, in carne; licet circumciſis, exprobrat Stephanus, dum ait [*dura ceruice & incircumciſis cordibus & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis x.*]

p Gen.17. 13.
q v.19.
r Ad galat. 5.v.2.
ſ Rom.10. v.4.
t Deut.10 v 16.
u Ier.4.v.4
x Actor.7 v.51.

[*Deus tentauit Abraham y.*] Cui pugnare videtur illud Iacobi, [*nemo cum tentatur dicat, quoniam à Deo tentatur; Deus enim intentator malorum eſt, ipſe autem neminem*

y Gen.22.v.1

a Iacob.1. v.13.14. *tentat, vnuſquiſque vero tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus a.*] ℞. Duplicem eſſe tentationem, vnam qua probamur, alteram qua ſeducimur. Priori nos tentat aliquando Deus, vt humiliores efficiat, ac propenſiores ad opem ſuam implorandam, infirmitatis noſtræ conſcios; nec tunc ideò tentat nos Deus, vt ſibi, ſed vt aliis, ac nobis ipſis innoteſcamus, quales ſumus. Huiuſce tentationis cōmoda nouerat ille, qui adhuc tentari à Deo
b Pſ.25.v.2. poſtulabat, inquiens, [*tenta me Domine & proba me b*] & Diuus Iacobus vbi ait: [*omne*
c Iſ.1.v.2. *gaudium exiſtimate fratres cum in varias tentationes incideritis c*] Alterâ verò tentatione, qua ſeducimur, & ad malum impellimur, tentat nos ſathanas vt perdat: ſed ne in illam inducamur ſiue ſuccumbamus, præſto eſt Deus de quo Apoſtolus [*fidelis eſt Deus qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum vt poſſitis ſuſtinere d.*]
d 1.Cor.10 v.13.

e Ge. 32.v.30. [*Vidi Deum facie ad faciem & ſalua facta eſt anima mea e.*] Dicebat Patriarcha Iacob luctatus cum Angelo è contra videtur eſſe illud
f 1.Ioan 4. v.12. Ioannis [*Deum vidit nemo vnquam f.*] ℞. Iacob vidiſſe Deum ſub ſpecie Angelica, minimè verò in propria forma, In qua nemo mortalium Deum vidit vnquam ipſomet Deo ſeipſo atteſtante Moyſi [*non poteris videre faciem*
g Exod.33. v.20. *meam, non enim videbit me homo & viuet g*] Hæc enim viſio Dei in propria eſſentia æternæ vitæ reſeruatur. Eadem diſtinctione conciliandus eſt idem iſte locus cum alio eumdem paucis præcedente: *loquebatur autem Dominus ad Moyſem facie ad faciem ſicut ſolet lo-*
h v.11. *qui homo ad amicum ſuum h*] Hic namque per faciem Dei, Angelica ſpecies intelligenda eſt, ſub qua Deus iam dederat Legem Moyſi, teſte Apoſtolo his verbis: *Lex ordinata per*
i Ad Galat.3 v.19. *Angelos in manu mediatoris i.*]

k Gen.46. v.27. *Omnes animæ domus Iacob quæ ingreſſa ſunt in Ægyptum fuere ſeptuaginta k,*] cui pugnare videtur hic locus [*mittens autem Ioſeph accerſi-*
Act.7.v.14. *uit Iacob patrem ſuum, & omnem cognationem ſuam in animabus ſeptuaginta quinque l.*] ℞. priori loco ſpectari numerum quem Arithmetici rotundum vocant; poſteriori verò, præciſum. ℞. Etiam priori loco filios dumtaxat Iacob qui cum illo in Ægyptum intrarunt enumerari; Poſteriori verò aliquos adhuc alios, qui mox poſt ingreſſum ibi nati ſunt annumerari.

m Exod c.4. v.21. Dicit Deus ad Moyſem. [*Ego indurabo Cor Pharaonis, & non dimittet populum m.*] Item,
n c.9.v.11. [*Indurauit Dominus cor Pharaonis n.*] Quibus obſtare videtur illud Exechielis: [*auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor car-*
o c 11.v.10. *neum, vt in præceptis meis ambulent o.*] ℞. Pharaonē propria in ſententia & nequitia obſtinatum ſeipſum effectiuè indurasse, ad quam indurationem poſitiuè haud concurrit Deus, animos hominum potiùs emolliens, auferénſque ab eis cor lapideum, vt ait Propheta, Dicitur tamen Deus induraſſe Pharaonem, quia virum pertinacem & obſtinatum per gratiam aliquam vberiorem non emolliuit, quâ iuſto Dei iudicio aliqui priuati, ad
p Iſ.63.v.17 Deum clamant: [*Indurasti cor noſtrum ne timeremus te p*]

Quartum Decalogi mandatum hoc eſt: [*Honora patrem tuum & matrem tuam vt ſis* q Exod.20.
longæuus ſuper terram q:] dicit tamen Apoſto- v.12.
lus [*Honora patrem tuum & matrem tuam. quod eſt mandatum primum in promiſſione, & bene ſit* r Ephel.6.
tibi, & ſis longæuus ſuper terram r.] Concordia v.2.
per ſe patet, ſi enim habeatur ratio ad ſolam Decalogi ſeriem, mandatum illud quartum eſt ordine: primum tamen in promiſſione à Deo illud ritè obſeruantibus facta; imo & primum ordine ipſo, ſi ſpectentur præciſe mandata ſecundæ Tabulæ.

[*Ego ſum Dominus Deus tuus fortis zelotes viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt*
me ſ.] His opponi videtur, quod ipſe Deus di- ſ Exod.20: v.5.
xit apud Ezechielem: [*Filius non portabit* Ezech.18.
iniquitatem patris.] ℞. Priorem locum intelli- v.20.
gendum quoad pœnas temporales, quas Deus infligit filiis, idque iuſte vel ob ſolum peccatum originale ab ipſis parentibus ad filios propagatum. Poſteriorem verò quoad pœnas æternas ipsámve actualis peccati maculam, quæ nomquam imputatur filiis, ſubiungit enim Propheta: [*Impietas impij erit* u Ibid.
ſuper eum u.]

Deus ſtrictè præcepit Iudæis ſabbati x, x Exod.20.
aliarúmque feſtiuitatum y ac ceremoniarum v.10.
obſeruantiam; cui tamen præcepto pugna- y Leuit.19.
re videtur, quod eiſdem Iudæis per Iſaïam v.3.c.23.
dicit Deus: [*Ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra: incenſum abominatio eſt mihi. Neomeniam & Sabbathum, & feſtiuitates alias non feram, iniqui ſunt cœtus veſtri: Kalendas veſtras & ſolemnitates veſtras odiuit anima mea,* z Iſ.1.v.13.
facta ſunt mihi moleſta, laboraui ſuſtinens z.] 14.
℞. Deum hoc Iſaiæ loco nequaquam prohibuiſſe ſacrificia ſibi fieri, & ſabbatha, aliáſque ſolemnitates obſeruari, ſed voluiſſe vt aptè illa fierent, id eſt non quantum ad ſolùm exteriorem cultum, ſed maximè ſecundúm interiorem pietatis affectum, quo ſacerdotes æque corda ac manus ad Deum eleuatent, cunctíſque diebus ſabbati cæterarumque feſtiuitatum totâ mente, & totâ animâ Deo vacarent, lex enim: vt ait Apoſtolus ſpiritualis eſt. Et quia Iudæi his diebus, ab omniquidem ſeruili opere abſtinebant, cultumque dumtaxat exteriorem in ceremoniis quærebant, carni tamen indulgentes luxuriis & impietatibus ſuis ſabbatorum aliarumque ſolemnitatum ſanctitatem prophanabant, & ſacerdotum corda longè erant à Deo; hanc ob cauſam dixit Deus: [*Ne offeratis vltra*, &c.] Eadémque de cauſa poſt adulterium & homicidium commiſſum dicit David. [*Si voluiſſet ſacrificium dediſſem vtique holocauſtis non delectaberis a.*] Nouerat enim a Pſ.50.v.18
tribunal diuinæ iuſtitiæ mactati pecoris oblatione haud pacari poſſe, ſed tantùm morte propria iuxta illud [*qui percuſſerit &*
occiderit hominem morte moriatur b.] Dauidi ta- b Exod.21.
men pœnitenti, & ex corde ad Deum excla- v.12.
manti, [*peccaui Domino*,] Reſpondit Propheta Nathan: [*Dominus quoque abſtulit peccatum tuum non morieris, verumtamen filius qui*
natus eſt tibi morte morietur c.] Eiuſque anima c v.13.14.
id eſt vita, *data eſt pro anima Vriæ* iuxta illud,
[*animam pro anima d.*] Porrò licet illæ legales, d Exod.21.
ceremoniæ in lege veteri fuerunt Deo gratæ v.24.
poſt Chriſti tamen paſſionem abrogatæ ſunt

nam finis legis Chriſtus *a*, qui vnicâ oblatione ſui corporis conſummauit in æternum ſanctificatos *b*. *a* Rom.12. v.4. *b* Hebr.10. v.14.

Iuramenti ſanctitas in Scriptura ſępè commeodatur *c*. *Laudabuntur omnes qui iurant in eo d*, ait tamen Chriſtus Dominus, [*Ego autem dico vobis non iurare omnino e*] Reſpódetur, Licet omne iuramentum quod loco, aut fraude aliqua in iniuriam vertitur Dei aut proximi, diuino præcepto ſit prohibitum *f*. Iurarę tamen iuſta de cauſa religionis actus eſt, & inſtáte neceſſitate, ad veritatis aſſeuerationem aut defenſionem innocentiæ iurare ſemper fuit licitum. Chriſtiano tamen in lege perfectionis conſtituto præcipitur non iurare omnino, niſi id exigat Dei honor, vel propria, aut proximi ſalus, vel aliquod aliud bonum magni momenti; ne iuramento vtens, ſiue conſueſceos, falſum aliquando iuret, & in periurium labatur. Addde quod cenſurâ ootat Iudæos Chriſtus, dum omnino iurare prohibuit, hi enim oon putabaot ſe iureiurando teneri, ſi per cœlum, aut terram, aut Ieruſalem iurarenr, quos ideò commooet per eum iurare conuinci, cuius Cœlum throoos eſt & terra ſcabellum, & æque adſtringie iuramento, atque ſit per Deom ipſum iurarent. *c* Exod.22. v.11. Num.30. v.3.4. *d* Matth.5. v.33. *e* Pſ.62.v. vlt. *f* Matth.5. v.34.

g Iob.7.v.16. [*Nihil enim ſunt dies mei g.*] Dicit Iob vir ſimplex, & rectus, ac timeos Deum, cui oppoſitom eſſe videtur, quod de viris eadem ſanctimooia præditis, aſſerit Pſalmiſta dicens, [*dies pleni inuenientur in eis h.*] Reſpondetur, Dies noſtros per ſe ſpectatos videlicet ex fluxu ſuo curſúque primi mobilis, nihil dici poſſe, nihil enim de ipſis, neque de tempore vniuerſo habemus quàm ioſtans, præſens, & quid indiuiſibile, prope nihil, diuidens præteritum à futuro, quorom nihil omnino poſſidetur: non præteriti, quia iam tranſiit, noo futuri quia nondum aduenit. Dies etiam ooſtri poſſunt dici nihil, ob euanidam ſui velocitatem: vniuſcuiuſque enim vita, [*vapor eſt ad modicum parens i.*] Portò quia eo in loco Iob percuſſus à Deo, typum gerit peccatoris, merito dicit, [*Nihil enim ſunt dies mei k.*] tota námque vita peccatoris quo ad meritú, nihil eſt apud Deum; vnde de iis diebus ita miſerè abſumptis ſubdit Iob: [*conſumpti ſunt dies mei abſque vlla ſpe l.*] Secus eſt de diebus iuſti, qui bonis operibus abundant, de his enim dicit Pſalmiſta, [*& dies pleni inuenientur in eis m.*] Pleni námque ſunt meritis in præſenti vita, & coronis in futura. *h* Pſal.72. v.10. *i* Iac.4.v.15. *k* Iob.7.v.16 *l* v.6. *m* Pſ.72.v.10

n Iob.9.v.28 Dicit Iob: [*Verebar omnia opera mea, ſciens quia non parceres delinquenti n:*] è contra dicit Sapiens: [*parcis autem omnibus, quoniam tua ſunt Domine qui amas animas o.*] Reſpondetur, Deum non parcere delioquenti vt deliquit, & nondum verè penituit, parcit tamen omnibus ex corde pœnitentibus, vt potè animarum noſtrarum amiciſſimus, prout Sapiens obſeruauit, & ita parcit, vt Michæas haud vereatur de ipſo dicere: [*miſerebitur noſtri, deponet iniquitates noſtras, & proiiciet, in profundum maris omnia peccata noſtra p.*] *o* Sap.11.v. 27: *p* Mich.7. v.19.

q Iob.11.v.4. *Mundus ſum in conſpectu tuo q.*] ait ſanctus Iob, alibi tamen dicit: [*Cœli non ſunt mundi coram Deo r.*] Et ſapiens addit. [*Quis poteſt dicere, mundum eſt cor meum ſ.*] Reſpond. Iob mundum ſe dicere in conſpectu Dei, in eo quod non conſeoſerit diabolicæ ſuggeſtioni in deſperationem & murmurationem contra Deum ſe impellenti; quo etiam ſenſu vbique intelligendus eſt, cùm ait ſe abſque iniquitate, aut peccato eſſe, & quòd iuſtus eſt, & mundus, & ſimilia. Cæterùm iam anteà ſe peccaſſe teſtatus eſt, dicens, [*peccaui quid faciam tibi ò Cuſtos hominum ſ?*] & [*cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam t?*] Culpas ſcilicet veniales, io quas ſepties cadet ioſtus: ac multominus ſe mundum dicit Iob ea munditiâ, quâ aſſerit, nec cœlos, puta Angelos beatos qui in cœlis ſunt, coram Deo, ac Deo comparatos muodos eſſe ea munditia quæ ſoli Deo, vt eſt actus putus, competit. Angeli oámque licet intelligentiæ ſint à materia ſeparatæ, adeóque compoſitionem phyſicam ex materia & forma neſciant, metaphyſicam tamen admittunt ex potentia & actu, ex ſubiecto & accideote, ac ſimiles, de quibus Theologi. Nec tantom Iob ſe peccaſſe cóſeſſus eſt, ſed & Deum rogat, vt & ſcelera ſua notiora ſibi faciat, ioquiens: [*ſcelera mea oſtende mihi u,*] ſcilicet quoad numerum & grauitatem, quo ſenſu dixit poſteà Pſalmographus [*delicta quis intelligit x.*] Id cauendum in libro Iob ne ea, quæ Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamatites, tres amici Iob, diuinorum ignari Sacramentorum, ei imputant, dum loquentem iotroducuot, ſancto Iob exactè adſcribantur, quem Deus ſummè commendat, aitque quòd recta locutus ſit, illi verò ſtulta. *r* c.15.v.15 *ſ* Prou.20. v.9. *ſ* Iob 7.v.20 *t* v.21. *u* Iob.3.v. *x* Pſ.18.v.1

[*Homo cum dormierit non reſurget y*] ait S. Iob: ipſe tamen ait poſteà de ſeipſo: *ſcio quòd redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum: & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum z*. Et D. Paulus idipſum de ſingulis affirmat, dicens: *omnes quidem reſurgent a*. Reſpond. Priorem locum tribus modis poſſe intelligi: Primo, *homo cùm dormierit*, id eſt è vita corporali deceſſerit, non ampliùs reſurget in carne mortali, vt iterum viuat tanquam viator, ſed in carne glorioſa ſi benè egerit, ſi malè in damnata. Secundo, *Homo cùm dormierit* lapſus io peccatum mortale, non reſurget ex eo, quia per ſe reſurgere non curat, ideóque Apoſtolus eum excitans ait: *Surge qui dormis & illuminabit te Chriſtus b*. Nec ex ſe habet vnde reſurget, iuxta illud Pſalmiſtæ: *Qui dormit non adiiciet vt reſurgat c*, etſi per ſe illud eccideri. Tertio, per illud dormire, intelligi poteſt æterna mors, quæ morti peccati dicitor ſuccedere, quam incurrit peccator impœnitens, cùm migrat ex hoc mundo. Quæ omnia reſurrectionis articulo nequaquam repugnant; ſicut nec illud: *Non reſurgent impij in iudicio*, putà vt aſſeſſores fiant Iudicis ſententiam eius vt iuſtam approbantes. *y* Iob 14. v.12. *z* c.19.v. *a* 1.Cor.15 v.51: *b* Epheſ.5. v.15. *c* Pſ.40.v.

[*Qui appendit terram ſuper nihilum d*] ait Sanct. Iob: cui oppoſitum videtur illud Pſalmiſtæ [*ſuper maria fundauit eam*] Reſpondetur, Terram ſuper nihilum licèt appenſam fuiſque libratam ponderibus, ſuper maria meritò fundatam dici, quia ſuperemioet aquis *d* Iob.26. v.7. Pſ.23.v.2

vudique

vndique circumfluentibus, nes abſque miraculo; com enim ſit aquis denſior, & minor ambiru, ſub aquis eſſe deberet, vt vel ipſe requirit ordo naturæ, quod tamen inhibuit Deus, talem aquis ponens limitem, vt illum tranſgredi non audeant, neque conuertantur ampliùs operire terram *a*.

a Pſ.103.v.6

b Iob.29. & v.4.5. *c* Prou.27. v.2.

Iob laudat ſe in multis *b*: Dicit tamen ſapiens, *Os tuum non laudet te c.* Reſpond. Iob haud vanâ percitum gloria laudare ſe, ſed cùm eſſet vir ſimplex ac timens Deum, gratiam eius in ſe operantem agnouit, & ore fatetur quod ſuperno præſidio obtinuerat, adeoque non ſe, ſed Deum prædicat: Illud porro Sapientis dictum eos ſolos perſtringit, qui propriæ appetitu gloriæ ſe extollunt.

d Pſ.2.v.11. *e* Pſ.99.v.1.

Seruite Domino in timore d, ait Pſalmiſta qui tamen alibi dicit: *ſeruite Domino in lætitia e.* Quæ videntur oppoſita. Reſpondeo, quod prior locus iubet ſeruiri Deo in timore caſto & filiali, qui tantæ perfectionis eſt, vt nunquam ſine lætitia poſſit reperiri: ea enim ſeruitus fidem & dilectionem ſequitur, nec inuitè ſed ſpontè & hilari animo ſuſcipitur. Nec obſtat ſi quid moleſtiæ nonnumquam patimur, quia triſtitia illa tandem conuertetur in gaudium.

Pſ.4.v.5.

Iraſcimini & nolite peccare f, ait Pſalmiſta: Ira tamen pluribus Scripturæ locis omnino prohibetur: Reſpondit, Pſalmiſta intelligere de ira quæ ex zelo Dei proueniens, ſemper tendit ad bonum, quæ quia turbationem aliquam nonnunquam patitur, & cauendum vtique eſt, ne inde ratio obnubiletur. Alia vero loca quæ iram prohibent, intelliguntur de ira, quæ oritur ex mera concupiſcibili puniendi eum à quo imperimur, hæc enim cum ſit paſſio animalis, nec aliud obiectum habeat quam vltionem & vindictam iuſtitiam Dei non operatur.

g Pſ.17.v.22

Quia cuſtodiui vias Domini nec impiè geſſi à Deo meo g:] ait Rex Dauid de ſeipſo; & Hagiographus de eodem poſt eius obitum ait: *Quod feciſſet rectum in oculis Domini, & non declinaſſet ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ ſuæ*, excepto ſermone Vriæ Hethæi *h.*] Putà adulterio & homicidio: cui tamen obſtare videtur illud quod dicitur Dauid grauiter peccaſſe numerando populum *i.* Reſpond. Quod Dauid ante adulterium & homicidium commiſſum aſſeuerauit ſe cuſtodiſſe vias Domini, nec impiè egiſſe à Deo ſuo antequam adulterium ac homicidium perpetraſſet: Ad duo verò poſteriora loca conciliabuntur, ſi obſerues aliud eſſe contra præceptum agere; aliud præter præceptum: Dauid quidem, occiſo Vriâ, & commiſſo cum eius vxore adulterio, contra præceptum egit, & grauiſſimè deliquit: & id ſolum peccati genus attenditur in poſteriori loco; non autem aliud quod eſt præter præceptum, qualis fuit illa populi recenſio, quæ per ſe non erat contra vllum mandatum Decalogi, peccauit tamen grauiter Dauid, quia in eo facto, vt aliàs moris eius erat, non conſuluit Dominum, túncque gloriabatur in multitudine ſubditorum ſuorum, is qui toties dixerat: *Dominus fortitudo mea*: totieſque ſtylo acriori perſtrinxerat eos, qui in curribus, & in equis, & armatorum copia confidebant.

h 3.Reg.15. v.5. *i* 2.Reg.vlt. v.10.

Deus qui das vindictas mihi, & ſubdis populos ſub me, inquit vir ſecundùm cor Dei: Deus tamen ait, *Mihi vindicta ego retribuam. k*, Reſpondetur, Deum ſibi reſeruare vindictam contra opreſſores pupillorum, & viduarum, pauperúmque qui aliundè non habent vnde releuentur. [*Cognoui* inquit idem Dauid, *quia faciet Dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum l.*] Reſeruat etiam vindictã culpæ in hoc ſæculo non expurgatæ licèt enim crebris, continuiſque miſericors Deus irritetur offenſis, indignationem tamen ſuam temperat & præſtitutum retributionis diem longanimiter expectat, mauúltque diù ſuſtinere, vt malitiâ protractâ, peccator aliquando mutetur, & in ſcelerum cœno volutatus, vel ſero ad Deum conuertatur. Dat tamen Deus Regibus & Magiſtratibus vindictas facere de ſceleratis, dederátque Dauidi, vt ait prior locus.

k Pſ.17.v.48 Rom.12. v.19.

l Pſ.139. v.13.

Delicta quis intelligit m, ait Pſalmiſta: dicit tamen alibi: *Delictum meum cognitum tibi feci n.* ℞. Eum priori loco attendere numeroſitatem & grauitatem delictorum, quæ humana computatione aut trutina penſari nequaquam poſſunt: Quis enim mortalium adeo felici memoria, tantáque ſagacitate præditus dinumerare, aut ponderare valeat, quæ quotidie corde, ore, & opere, in Deum ipſe committit? At poſteriori loco loquitur de adulterio perpetrato cum Bethſabee, & homicidio Vriæ eius coniugis, quod delictum per ſe ſatis manifeſtum erat.

m Pſ.18.v.13 *n* Pſ.31.v.5.

Dauid pœnitens ait: *Quoniam tacui inueterauerunt oſſa mea, dum clamarem tota die o*, vbi aſpectu primo apparet oppoſitio; quomodo enim tacuit, qui tota die clamauit? ℞. Ideo Dauidis oſſa conſenuiſſe, id eſt animæ eius vires defeciſſe, quia quod ore clamabat, hoc contritione ſilebat, antequam correptus fuiſſet per Nathan Prophetam, & protuliſſet ex corde illud [*Peccaui Domino o.*]

o Pſ.31.v.3.

o 2.Reg.12. v.13.

Homines & iumenta ſaluabis Domine, dicit Pſalmiſta *p*. E contra eſt illud Apoſtoli: *Numquid de bobus cura eſt Deo q*? Boues enim inter iumenta recenſentur. ℞. Quod omnium curam gerit Deus, omnium opifex; & quia iumenta in obſequium hominum condidit, non è contra, ea quoque propter homines ſeruat, de his maxime curam habens. Adde quod ſi in homine pars animalis, inſtar docilis iumenti, iugum legis diuinæ vnà cum rationali ſubeat: illius exemplo qui ait, *vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum r.* ipſa pariter ſaluabitur, cùm iuncta animæ incorruptionis dotem recipiat, perpetuo laureanda præmio.

p Pſ.35.v.8. *q* 1.Cor.9. v.9.

r Pſ.72. v.23.

Non vidi iuſtum derelictum ſ, ait Pſalmiſta: exclamat tamen iuſtiſſimus omnium apud eumdem Pſalmiſtam: *Deus Deus meus vt quid dereliquiſti me*? Reſpondetur eum haud derelictum cenſendum eſſe, qui vt noſtram operaretur ſalutem breui tempore in agonia, &

ſ P.36.v.25.

in cruce, pro ſe clamans ad Patrem ſecundùm voluntatis naturalis affectum, exauditus non eſt, ſed illi ſeueriſſimo Tribunali pro reatu primorum parentum vindictam experenti fuit obſtrictus: aliàs enim cùm pro ſuis, etiam inimicis orauit, exauditus eſt pro ſua reuerentiâ.

a Pſ. 40. v. 2. *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem*, ait Pſalmiſta a: dicit tamen Deus: b Exod. 23. v. 3. *pauperis non miſereberis in iudicio b.* ℞. Deum mandare hoc loco ne vllius omnino, ſiue pauperis, ſiue diuitis perſona accipiatur in iudicio; in quo ſuum cuique reddendum eſt ſecundùm allegata & probata: nec poteſt miſericordia præſtari vni, niſi iniuria fiat alteri; & ea impunitate tanto peior remanebit pauper, quantò hominem iuſtum iniquitati ſuæ fauere viderit: & in hoc ſenſu dicit Ieremias c: [*Maledictus qui prohibet gladium ſuum à* c c. 48. v. 10. *ſanguine.*] Per gladium enim iudiciaria poteſtas, quâ mali puniuntur, intelligitur. Extra iudicium tamen, dum ſola miſericordia exercenda eſt, is vtique beatus eſt, qui pauperi & plus miſero eam impendit.

Vſquequo Domine iraſceris in finem, accen- d Pſ. 78. v. 5. *detur velut ignis zelus tuus d*, ait Pſalmiſtes de Deo quem ad iracundiam prouocatum contra populum ſuum ſæpè legimus, imò & e Exod. 4. v. 14. in ipſum Moyſem e: Iracundia tamen, omniſque paſſio, aut mutatio, longè eſt à Deo, f Malach. 3. v. 6. iuxta illud: *Ego Dominus & non mutor f.* ℞. Quòd licèt in Deo nulla ſit ira quo ad effectum: dum videlicet punit peccatorem, adeò vt ira Dei nihil aliud ſit, quam rigor ſuæ iuſtitiæ, ſeu tranquilli, iuſtique ſupplicij conſtitutio, cùm Deus, noſtris demeritis exigentibus, euaginare cogitur gladium ſuæ vindictæ, quanquam & tunc memor ſit ſuæ clementiæ, iuxta illud, *cùm iratus fueris miſeri-* g Habac 3. v. 2. *cordia recordaberis g*: punit enim ſemper citra condignum.

h Pſ. 81. v. 6. *Ego dixi Dij eſtis*, ait Pſalmiſta h: è contra vero Deus ipſe aſſerit: *Abſque me non eſt Deus.* Iſaias. 44. v. 6. Reſpond. Quòd etſi vnus tantùm ſit Deus per eſſentiam, vt dicit Iſaias; viri tamen pietate præditi dicuntur Dei ac filij Dei per participationem, & adoptionis gratiam: Iudices quoque ex officio, Dei appellari poſſunt, in quantum diuinæ iuſtitiæ executores ſunt, quo ſenſu loquitur Pſalmiſta, qui & anteà dixerat: *Deus ſtetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deus diiudicat.*

Domine quis ſimilis tibi? inquit Pſalmiſta: i Pſ. 88. v. 9. Ioannes tamen ait: *Similes ei erimus i.* Reſpondetur. Prophetam regium infinitas Diuinæ naturæ perfectiones contemplatum exclamaſſe: *Domine quis ſimilis tibi?* nempè ſecundum vllam diuinarum perfectionum, nec immeritò, quæuis enim perfectio diuina, & quidquid in Deo eſt, Deus eſt: Deus autẽ non niſi vnus eſt. At Diſcipulus ille quem diligebat Ieſus: quique recubuit ſupra pectus Domini, attendens illa in quibus creatura conditori ſuo valet aſſimilari, præſertim in beata vita, ait: *Chariſſimi nunc filij Dei ſumus: & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt.*

Pſ. 102. v. 10. *Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis, neque ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis*, ait Pſalmiſta: Apoſtolus tamen ſcribit: *reddet vnicuique ſecundùm opera eius.* Reſpondetur priorem locum intelligi penès demeriti quantitatem, iuxta quam non retribuit Deus ſecundum peccata, aut iniquitates noſtras, ſed potiùs citra condignum punit delinquentes k, vt fatetur Iob dum ait: *Pec-* k Ira Theo. comC. *caui & vere deliqui, & vt eram dignus non rece-* l Iob. 33. 27. *pi l.* Poſterior vero locus penes qualitatem operum dumtaxat explicandus eſt, *omnes enim nos manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum m.* m 2. Cor. v. 10.

Dicit Pſalmiſta de Deo: [*Amictus lumine* n Pſ. 103. v. 2. *ſicut veſtimento n.*] De quo tamen ibidem ait, *Abyſſus ſicut veſtimentum amictus eius o.* Reſ- o v. 6. pondetur, Quòd licèt Deus amictus ſit lumine, & ipſe verè lux ſit, & lucem inhabi- p 1. Tim. 6. 17. tet, vlli mortalium inacceſſabilem p, ob immenſitatem tamen ſuæ maieſtatis, ne curioſus eius ſcrutator opprimatur à gloria, caligine, abyſſo, eam obtegit, & oculis noſtris attemperat. *Veniam ad te in caligine q*, dixit q Exod. 19. v. 9. Deus Moyſi: pariterque Salomoni pollicitus eſt habitare in caligine r. r 2. Par. 6.

Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax, inquit Propheta regius ſ: è contra tamen ſ Pſ. 115. nepos eius, pius Ezechias ait Deo: [*Memento quæſo quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum eſt* t 4. Reg. 20. v. 3. *coram te fecerim ſemper t.*] Reſpondetur hominem in maſſa corruptionis ſpectatum, ſibique relictum, quicquam recti cogitare, aut veri loqui nequaquam poſſe, vt ait Pſalmographus: homo tamen ab illa vetuſtate expurgatus, & recta cogitare poterit, & vera loqui, cùm non ampliùs Adæ mendacis, ſed primæ veritatis filius dicendus ſit: licèt igitur omnis homo, peccato ſuo mendax ſit, dono tamẽ Dei, verax eſt.

Miſericordia tua Domine plena eſt terra, ait u Pſ. 118. v. 64. Pſalmiſta u. *Et veritas de terra orta eſt*: è contra Oſee exclamat x: *non eſt veritas in terra.* Sal- x c. 4. v. 1. tem hæc duo poſteriora loca videntur ſibi oppoſita. ℞. Veritatem priori loco, pro veritate prima ac filio Dei accipi: ſubditur enim: *Et terra noſtra dabit fructum ſuum*: Filius enim Dei, præfinito tempore aduentante, de cœlo deſcendens; carnem noſtram mortalem è terra virginea formatam aſſumpſit, vt eiuſdem carnis mendacium ac corruptelam attendens Oſee, videnſque totam humanam congeriem omni veritate vacuam, quia omnis homo mendax eſt, ait: *Non eſt veritas in terra.*

Tribulatio & anguſtia inuenerunt me, ait Pſ. 118. v. 143. Propheta regius: dicit tamen alibi, *tribulationem & dolorem inueni.* quæ videntur oppoſita. ℞. Duplicem eſſe in mundo tribulationẽ: altera eſt quæ Deo permittente non præuenit, inuenitque, & ſicut aurum in fornace probat, hanc nec homo iuſtus poteſt effugere, *Multa enim tribulationes iuſtorum y.* Hac Deus y Pſ. 33. electos ſuos coronat in hac vita, iuxta illud: *coronans coronabit te tribulatione z.* De eadem z Iſa. 22. Gregorius ait a: aurem cordis tribulatio aperit, quã ſæpè proſperitas huius mũdi clauſit. a In mo. Alia eſt tribulatio, quàm homo quodammodò dicitur inuenire, dum ſcilicet ſuam humiliter culpam agnoſcens, triſtatur, & dolet, & ad omnia aduerſa æquo animo ſuſtinenda

paratus eſt, dicens cum Regio Propheta: *Quoniam ego in flagella paratus ſum, & dolor meus in conſpectu meo ſemper a.*

a Pſ. 37. v. 18.

Propè eſt Dominus omnibus inuocantibus eum, inquit Pſalmiſta *b*: contra verò ait ſapiens: *Inuocabunt me, & non exaudiam c.* ℞. Eos qui corde contrito & humiliato Deum inuocant, non ſolùm exaudiri, ſed etiam à preſſuris ſuis eripi; vnde illud Iſaïæ: *Inuocabitis & Dominus exaudiet: clamabitis, & dicet, Adſum d.* Qui verò in impietate ſua perſiſtunt, Deum tamen inuocant, exaudiri nequaquam promerentur, & in hoc ſenſu loquitur ſapiens.

b Pſal. 144. v. 18.
c Prou. 1. 8. v. 28.
d Iſaïæ 58. v. 9.

[*Iuſtitia autem liberauit à morte e.*] Ait ſapiens, ſubditque, [*Iuſtitia rectorum liberabit eos f.* E contra verò alibi *g* ait: [*Iuſtus perit in iuſtitia ſua; & impius multo viuit tempore in malitia ſua.*] ℞. Prioribus locis agi de vera iuſtificatione per gratiã internam, quâ iuſtus liberatur à morte æterna: quamdiù tamen viuit inter impios, ita ſæpiùs opprimitur, vt omnino perire videatur, quod indicat poſterior locus.

e Prou. 11. v. 4.
f v. 6.
g Eccleſ. 7. v. 16.

Terra in æternùm ſtat h, inquit Sapiens: è contrà Petrus Apoſtolus ait: *Terra autem & quæ in ipſa ſunt opera exurentur i.* ℞. Quòd terra & elementa ſoluentur, & igne finali expurgabitur à ſua corruptione ac vetuſtate, ac malignis qualitatibus, vt ſit cœlum nouum, & terra noua. Ipſa tamen quoad ſubſtantiam ſuam, integra in æternùm ſtabunt, vt ait ſapiens; qui de terra quoque viuentium myſticè intelligendus eſt, necnon de terra corporis noſtri, quæ ſuſceptis dotibus glorioſis, in æternum ſtabit.

h Eccl. 1. v. 4.
i Petri 3. v. 10

Nihil ſub cœlo nouum k, ait Sapiens: Dicit tamen *qui ſedebat in Throno, ecce ego facio noua. l* ℞. Illud Sapientis, nihil ſub cœlo nouum, referendum eſſe ad genera & ſpecies rerum, quæ ſimul creata ſunt, vt patet vel ex hoc loco: *Qui manet in æternùm, creauit omnia ſimul m:* admittitur tamen continua nouorum indiuiduorum productio: quo ſenſu loquitur Iſaias, & Chriſtus dum ait: *Pater meus vſque modò operatur, & ego operor n.* Item: *Ecce noua facio omnia o.*

k Eccl. 1. v. 10.
l Apoc. 21. v. 5. Iſai. 43. v. 19
m Eccl. 18 v. 1.
n Ioan. 5. v. 17.
o Apoc. 21. v. 5.

Eſt Confuſio adducens peccatum: & eſt Confuſio adducens gratiam p. ℞. Quòd confuſio eius qui ſpernit correctionem, & in ſuum Prælatum impudenter erigitur, defendens ſuum errorem, Confuſio illa adducit peccatum, & mortem animæ; iuxta illud: *Qui increpationes odit morietur q.* Confuſio verò quam emendatio delinquentis ſubſequitur, adducit gratiam & gloriam.

p Ecc. 4. v. 25
q Prou. 15. v. 10.

Noli eſſe iuſtus multum r, ait Sapiens: ait tamen D. Ioannes: *Iuſtus Iuſtificetur adhuc s.* ℞. Prioris loci ſenſum eſſe: Ne quiſquam tantæ ſit temeritatis, vt credat, dicátve ſe non habere peccatum, de quo alios inſimulet; Néue de dono Dei ſibi cœlitus collato extollatur, putans ſe propriis meritis illud obtinuiſſe; vtrumque enim ſuperbi illius Phariſæi ſapit iuſtitiam: qui ait, [*Non ſum ſicut cæteri hominum, raptores iniuſti, adulteri: velut etiam hic Publicanus: Ieiuno bis in Sabbato &c. t.*] Poſteriori loco D. Ioannes proficientes alloquitur, quibus quantàcunque tandem iuſtitiâ polleant, ſemper tamen aliquid eis Chriſtianæ ſanctitatis & perfectionis acquirendæ deeſt; eius maximè de qua Chriſtus monens vniuerſos, ait: *Eſtote perfecti ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt.*

r Eccl. 7. v. 17
s Apoc. 22. v. 11.
t Luc. 18. v. 11. 12.
u Math. 5. v. 48.

Neque permaneas in opere malo x, ait Sapiens: dicit tamen D. Ioãnes, [*qui nocet noceat adhuc,*] ℞. Apoſtolum indicare tantùm nocendi poteſtatem, Dei diſpoſitione permiſſi; in virum iniquum ad eius pœnam & emendationem: in iuſtum ad probationem & coronam. cæterùm nihil aduerſi propriè nocet viro iuſto: *nemo enim læditur niſi à ſeipſo*, & quæ nocent noſtro vitio, non ſuâ natura nobis nocent; etenim *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti y.* Illa verò adhuc nocendi prouiſio datur, maximè improbis; ex illo: *Aſſur virga furoris mei z.* Omnis enim malus aut ideò viuit, vt corrigatur; aut ideò viuit, vt per eum bonus exerceatur, inquit D. Auguſtinus *a*.

x Eccl. 8. v. 3 Apoc. 22. v. 11.
y Rom. 8. v. 28.
z Iſa. 10. v. 5.
a Tract. in Pſ. 54. v. 2.

Dicit Sapiens *b*. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*: è contrà dixerat, læ[t]éque Moyſes de omnibus rebus creatis, ait: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona c.* ℞. cuncta quidem à Deo creata fuiſſe valdè bona, & in ſe ſpectata talia ſunt, ſi tamen attendantur poſt rebellionem, lapſumque protoparentis noſtri, facta ſunt in muſcipulam pedibus inſipientium *d*, hac miſerâ tempeſtate in quam fines ſæculorum deuenerunt *e*, vt verbis vtar Apoſtoli; cum quo etiam dicere poſſumus, *vanitati creatura ſubiecta eſt f*; quam veritus Regius Propheta exclamat: *Auerte oculos meos ne videant vanitatem g*, cuius & ſectatores acriter increpat, his verbis: *Filij hominum vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium h.*

b Eccl. 12. v. 8.
c Gen. 1. v. 31
d Sap. 14. v. 11.
e 1. Cor. 10. v. 11.
f Rom. 8. v. 20.
g Pſal. 118. v. 37.
h Pſal. 4. v. 3

Dicit Salomon, [*Sapientia habitare renuit in corpore ſubdito peccatis i;*] Ipſa tamen habitauit cum eodem Salomone peccatis ſubdito *k*. ℞. Priorem locum intelligi de ſapientia, quam deſcribit D. Iacobus his verbis *l*: *Quæ autem deſurſum eſt Sapientia, primùm quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, plena miſericordiâ, & fructibus bonis*; Quæ & ipſa habitauit in Salomone quamdiù adhæſit Deo; ſed mox, vt ab eo receſſit, adamauitque mulieres alienigenas, earùmque idola coluit, cor eius infatuatum eſt *m*, & ſapientia illa priuatum. At Sapientia de qua diuinum oraculum ait: *Deus quoque dedit Sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis & latitudinem cordis quaſi arenam quæ eſt in littore maris n.* Hæc potuit perſeuerare in Salomone peccatore; quamdiù regnauit. Primò quia ei data fuerat, non ſuorum, ſed patris ſui meritorum intuitu, qui adhuc viuens filium ſuum rebellum in regio ſolio collocans, illam ei à Deo poſtulauit, his verbis: [*Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis.* Secundò, quia ſapientia hæc ei data fuerat regni merito, quo & Nabuchodonoſor vidit in camino ardente trium puerorum, alium quartum, Chriſtum videlicet, ait enim; [*Et ſpecies quarti ſimilis filio Dei.*]

i Sap. 1. v. 4.
k Eccl. 1. v. 16.
l Iacob 3. v. 17.
m 3. Reg. 11. v. 1.
n Cap. 4. v. 29

Deus mortem non fecit p, ait ſapiens. alibi tamen dicitur, *vita & mors à Deo ſunt q.* ℞. Idcirco mortem & vitam à Deo eſſe, quia ipſe legem tradidit, quæ eius cultoribus vitam confert, & tranſgreſſoribus mortem intentat, quam tamen Deus non

p Sap. 1. v. 13
q Eccl. 11. v. 14.

fecit

a Ezech.18. v.23. b Rom.6.v.23.

fecit, cùm non ſit voluntatis eius, vt pereat impius, ſed magis vt conuertatnr, & viuat *a*: poreſt etiam dici morris autborem eſſe diabolum ſuggeſtione ſuâ ad peccatum; *quia ſtipendium peccati mors b.*

c Sap.5.v.6. d Matth.5. v.45.

Sol intelligentia non eſt ortus nobis, dicunt inſipientes *c*: Chriſtus tamen ait de Patre ſuo cœleſti, *Qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos d.* Reſpondetur, Licèt Deus quantùm in ſe eſt, ſolem ſuum tam naturæ, quam gratiæ oriti faciat ſuper bonos & malos, ſi tamen clauſum fuerit oſtium cordis noſtri, illuc penetrare nequit eius ſplendor, aut calor.

e Sap.11. v.25. f c.14.v.9.

Diligit Deus omnia quæ ſunt, ait Sapiens *e*: poſteà tamen dicit: *odio ſunt Deo impius & impietas eius f.* Reſpondetur, Duo diſtingui in homine lapſo, videlicet hominem ipſum & impietatem; primum eſt naturæ, quod Deus fecit, ac ſemper diligit: Alterum culpæ, quod nos fecimus, deficiendo à ſemita iuſtitiæ, & hoc Deus odit, eiuſque auctorem tatione peruerſæ voluntatis.

g Eccl.3.v.22. h Colloſſ.3. v.1.

Altiora te ne quæſieris g; monet Eccleſiaſticus: è contra verò Apoſtolus hortatur *Quæ ſurſum ſunt quærite h.* Reſpondetur, Salomonem dehortari, ne quis vltra genij ſui ceptum, vel vltra menſuram fidei, aut donationis Chriſti, altiora quærat; temerarius enim ſcrutator maieſtatis opprimitur à gloria *i*: eodem ſenſu prohibet Apoſtolus non plus ſapere quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, & vnicuique ſicut Deus diuiſit menſuram fidei *k.* Idem tamen monet eos qui conſurrexerunt cum Chriſto, vt non ampliùs quærant aut ſapiant ea quæ ſunt ſuper terram, ſed quæ ſuper cœlos, dignè ambulantes in nouitate vitæ.

i Prou.25. v.28. k Rom.12. v.3.

l Eccl.12. v.5. m Luc.6.v.30.

Da bono & non receperis peccatorem, benefac humili & non dederis impio l. ait Eccleſiaſticus Chriſtus tamen ait: *omni petenti te tribue m.* Reſpondetur, Ea quæ ſacramentis plena ſunt, omnibus paſſim exponenda non eſſe, ſed cum electione dignorum ab indignis; neque enim mittendæ ſunt margaritæ ante porcos. Attamen verba ſalutis omnibus eorum percupidis debemus impertiri; bonis quidem, vt in bono propoſito magis roborentur; impii verò vt noſtram attendentes benignitatem, ad cor redeant, & reſipiſcant.

n Eccl.15. v.14. o c.10.v.23.

Deus ab initio conſtituit hominem & reliquit eum in manu conſilij ſui n, ait Eccleſiaſticus: è contra dicit Ieremias, *non eſt hominis via eius o.* ℞. hominem à ſui conditu, libero voluntatis arbitrio fuiſſe præditum, quod ſic flectitur ait Auguſtinus, vt malè vti malus poſſit, & benè bonus; eámque libertatem aſtruit Deus, dum ait ad Cain: *Nonne ſi benè egeris, recipies? ſi autem malè, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit?* Quia tamen non poteſt homo velle bonum, niſi moueatur ab eo, qui operatur in nobis velle & perficere *p*, ideò ait Ieremias, *non eſt hominis via eius.* Verùm cùm vniuerſa, ſecundùm inditam cuique rei naturam, gubernet, is qui diſponit omnia ſuauiter, voluntatem quam liberam condidit, ita mouet, vt liberè velit, non autem neceſſitate compellit; ex illo Chriſoſtomi: Deus nolentes non cogit, ſed volentes trahit, ita vt in voluntate hominis ſitum ſit diuinum impulſum ſequi vel ſpernere: atque ita reliquit eum Deus in manu conſilij ſui *q*.

p Philip.2. v.13.

q Eccl.1[5]. v.14.

r Iſaię 1[1]. v.9.

Repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquæ maris operientes, ait Iſaïas: E contra dicit Oſee *r*: *non eſt ſcientia Dei in terra.* ℞. Quòd licèt tot ſæculis, vigente idololatriâ, ſcientia Dei paſſim ab infidelibus exularit: tempore tamen præfinito à Patre luminum, ſcientia Dei illuxit nobis; & Chriſto reſerante ea quæ ſub tenebrarum caligine, ac errorum inuolucro occultabantur, luce clariora nobis apparuerunt.

ſ Iſ.38.v[.3]. t c.7.v.5.

Memento Domine quomodo ambulauerim coram te corde perfecto ſ, exclamat pius Exechias: Eccleſiaſticus tamen ait: *Non te iuſtifices apud Deum t.* Reſpond. Hoc loco prohiberi ne iuſtitiam noſtris imputemus meritis, ſed Dei bonitati, qui coronat ſua bona, dum coronat noſtra merita: Pius Exechias non ſibi, ſed diuinæ miſericordiæ tribuit ſe corde perfecto coram Deo ambulaſſe: ſicut & Apoſtolus, dum ait, *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui*, &c.

u Ier.7.v[.16]. x Matth.[5.] v.44.

Dicit Deus Ieremiæ: *Noli orare pro populo hoc u*: Chriſtus tamen ait: *Orate pro perſequentibus & calumniantibus vos x.* Reſpondetur Deum præcepiſſe Prophetæ ne oraret pro populo illo, quia peccauerat peccato ad mortem, quo ſcilicet quis inuidentiâ percitus ipſam oppugnat gratiam: quâ Deo reconciliari debet: de quo peccato & D. Ioannes *eſt peccatum ad mortem non pro illo dico, vt roget quis y.* Ideóque nec D. Paulus orat pro Alexandro *z.* Illud enim peccatum inimicorum perſecutione, qua aliter ab altero impetitus, longè grauius eſt, hæc enim zeli prætextu non rarò ſuſcipitur.

y 1.Ioan.[5.] v.16. z 2.Tim.[4.] v.14.

a Ier.10. v.23.

Scio Domine quia non eſt hominis via eius: nec viri eſt vt ambulet, & dirigat egreſſus ſuos a ait Ieremias: E contra eſt illa D. Pauli abhortatio: *propter quod remiſſas manus, & genua ſoluta erigite, & greſſus rectos: vt non claudicans quis erret b.* ℞. Hominem ſe ſolo greſſus ſuos rectos haud poſſe facere abſque eo cui conuenit illos perficere: propterea regius Pſaltes exclamat ad Deum: [*perfice greſſus meos in ſemitis tuis, vt non moueantur veſtigia mea.*] Neque hoc latuit Apoſtolum, dum ſcribens ad Philiſpenſes ait: [*Confidens hoc ipſum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu.*] Sed quia Deus ſtatuit vt eo in opere, hominis, cui velle adiacet, adſit conſenſus; ideo ipſemet Paulus monet Hebræos, vt ſuis votis concurrentibus hos greſſus rectos faciant, tanquam Dei coadiutores in....

b Hebr.12. v.13.

c Ezech. 1[8]. v.20. d c.33.v.12.

Iuſtitia iuſti ſuper eum erit c, ait Ezechiel: Idem tamen alibi ait, *Iuſtitia iuſti non liberabit eum in quacumque die peccauerit d.* ℞. Vtrûque de iuſtitia legis veteris Ezechielem protuliſſe, quæ cum infirma ſit, nequit hominem verè iuſtum reddere, prout patet, vel ex illo Chriſti Domini: *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum non intrabitis in regnum cœlorum*: Ea tamen iuſtitia ſuper iuſtum eſſe dicitur, quia reddit eum honore dignũ, cùm ſit communis virtus, lancem tenens, vt cæteras libret, quas ſi æqui

pondetis eſſe competiat, in alterum cumulum reponet.

Facite vobis cor nouum a: Dicit apud Ezechielem: apud eundem tamen ait: *Dabo vobis cor nouum b.* [a Ezech. 18. v. 31. b c. 36. v. 26.] Si Deus ita benignè promittit cor nouum ſe nobis daturum, vt etiam Pſalmiſta exclamat, *Cor mundum crea in me Deus c*, [c Pſ. 50. v. 12.] cur præcipit vt & nos cor nouum in nobis faciamus, quaſi id in noſtra poſitum ſit poteſtate? ℞. Hoc dici, quia omne quod Deus iubet, dat: & adiuuat, vt illud faciamus: ſemper enim in nobis eſt voluntas libera, ſed non ſemper bona: ſed Deus facit, vt bonum velimus, vires præbens voluntati. Ille igitur facit, vt faciamus; qui niſi faceret, minimè faceremus: vnde licet Propheta regius dixiſſet: *Poſui ori meo cuſtodiam c*; poſteá tamen addit: *Pone Domine cuſtodiam ori meo d.* Et licet Pſaltes regius dixiſſet: *Deus autem ante ſæcula operatus eſt ſalutem in medio terræ:* [d Pſ. 38. v. 2.] Hortatio tamen eſt Apoſtoli: *Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini e.* [e Philip. 2. v. 12.]

Benedicat terra Dominum, exclamant tres pueri in Cantico ſuo, [Dan. 3. v. 74.] ait tamen regius Propheta: *Nunquid confitebitur tibi puluis?* ℞. Terram rerum omnium generabilium & corruptibilium matrem, quæ ſuas è cœlorum influxu actiua vires recipit, inuitari iure merito, vt in benedictiones Dei prorumpat, quod agit dum iuxta mandatum ſibi datum germinat & fructificat, dátque ſemen ſerenti, & panem comedenti, túncque maximè idonea facta fuit ad benedicendum Deum, cùm ex ea carnem aſſumpſit, qui eſt benedictus in ſæcula: quo ſpectans regius Vates decantauit Pſalmum illum, *Benedixiſti Domine terram tuam* concludens, *& terra noſtra dabit fructum ſuum.* Idem tamen attendens terram illam peccati fæcibus infectam, & puluis nomine à Deo vocitatam, his verbis: *Puluis es & in puluerem reuerteris,* quaſi dubitando & quæritando ait; *Nunquid confitebitur tibi puluis?*

Regnum Chriſti fore æternum paſſim aſſeritur *g*. [g Dan. 6. Luc. 1.] Dicit tamen Apoſtolus de Chriſto; *cùm tradiderit regnum Deo & Patri h* [h 1. Cor. 15. v. 24.] ℞. Filium non amittere regnum dum illud tradit Patri: Subdit enim Apoſtolus: *Tunc & ipſe ſubditus erit ei, qui ſubiecit ei omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus*: adeóque hæc filij ad Patrem ſubiectio, eſt ipſa regni traditio.

Ipſi regnauerunt & non ex me i, dicit Deus [i Oſee 8. v. 4.] Apoſtolus verò *Non eſt poteſtas niſi ex Deo k.* [k Rom. 13.] Reſpondetur, quod licèt ſine Dei voluntate multi regnent, & multa fiant à creatura libera, nihil tamen fieri poteſt abſque illius permiſſione, qui tantæ bonitatis eſt ac clementiæ, vt multa fieri permittat ob rationem nobis occultam, ſed ſemper æquiſſimam.

Amós, Prophetam ſe eſſe negat *l*: [l Amos 7. v. 14.] Eum tamen Prophetam ſcimus, & ipſemet ſe talem profitetur, dum vaticinans ait: *Audi verbum Domini*, &c. *Vidi Dominum* &c. Reſpondetur, Amos ſicut & Ioannem Baptiſtam à Phariſæis interrogatum, negaſſe ſe eſſe Prophetam humilitatis ergo: vel quia ſenſerat tunc ſpiritum Prophetiæ à ſe receſſiſſe, nam ſpiritus iſte non ſemper agit in Prophetis, vt patet in Eliſæo dicente: *Et Dominus celauit à me m*: [m 4. Reg. 4. v. 25.] & in illo Dei viro qui ab alio Propheta deceptus, & inductus, vt panem apud ſe comederet, occiſus fuit à leone. Sane de ſolo Chriſto dicitur, quòd ſpiritus iſte deſcendens à Patre, ſic in illo permanſerit, vt amplius ab illo non receſſerit.

Apud Ionam ſententia Dei ſuper Niniuen fertur reuocata *o*: [o Ionæ 3. v. 4. 10.] dicit tamen Deus apud Pſalmiſtam: *Quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita p*: [p Pſ. 88. v. 35.] & alibi, *ego Dominus & non mutor.* Reſpondetur illam ſententiam fuiſſe reuocatam, quia diffinitiua non fuerat, ſed conditionalis tantùm; ſicut & illa regis Ezechiæ, quem moriturum prædixerat Iſaias, placatus tamen Deus Ezechiæ prolongauit vitam, & Niniuitis pœnitentibus pepercit. Quæ mutatio non penes ipſum Deum, ſed penes illorum conuerſionem, attendenda eſt. Simili modo concilianda ſunt duo alia loca, ſcilicet; *pœnitet me*, ait Deus Samuëli, *Quòd conſtituerim Saul Regem, quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit q.* [q 1. Reg. 15. v. 11.] Poſteà idem Samuël ait de Deo; *neque enim homo eſt vt agat pœnitentiam r.* [r v. 29.] Nam pœnitere Dei, eſt, quòd priùs erat inchoatum, noſtris demeritis id exigentibus, alio modo agere, non conſilij ſui, more hominum, ſed ſolius operis mutatione.

Iudicium verùm iudicate, ait Deus: Chriſtus verò è contra: *Nolite iudicare ſ.* [ſ Luc. 6. v. 37.] Reſpondetur, quòd aperta & publica mala, & conſcia multitudine commiſſa, iudicare & redarguere tenemur, vt oſtendit prior locus, vrgétque Apoſtolus dum ait Timotheo: *Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant t*: [t 1. Tim. 5. v. 20.] Id tamen cum charitate præſtandum eſt, itavt odio habeamus non hominem ſed peccatum, vitium, non vitioſum, impugnantes morbum, non ægrotum. Vnde & idem Apoſtolus eidem Timotheo ait: *Argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina u.* [u Tim. 4. v. 2.] Mala tamen occulta, & quæ ignoramus, quo animo fiant, bono, vel malo, iudicare prohibemur à Chriſto: & ſatius eſt, vt illos qui mali ſunt bonos eſſe credamus, quàm ex conſuetudine iudicandi, malum quid de bonis ſuſpicemur: Ideóque licèt dicatur apud Eccleſiaſticum *x*: *Ingreſſus hominis enuntiant de illo*: Præceptum tamen Chriſti eſt: *Nolite iudicare ſecundum faciem y.* [x c. 19. v. 27. y Ioan. 7. v. 24.]

Dicit Chriſtus: *luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum*: [Matth. 5. v. 16.] ſubdit tamen, *neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua z.* [z c. 6. v. 4.] Reſpond. in operibus fidelium vanam oſtentationem ſolùm à Chriſto prohiberi: qui enim vult opera ſua videri, vt ille glorificetur, qui operatur in nobis velle & perficere, & qui ea vident, ad ſimilia, illo compellantur exemplo, tunc lux eius verè lucet corã hominibus, & de illo lumine charitatis radiatur, & nõ ſuperbiæ fumus euomitur, ait Auguſt. Nec extra rem eſt illa Pythagorici cuiuſdam Philoſophi regula: priúſquam agas, quodcumque

agis,

agis, cogita Deum, & lux eius præcedat actus tuos. Quod ſi fiat, quod quis facit etiamſi publicè id faciat, in occulto tamen facit, quia non quod videtur, ſed quod non videtur deſiderat, nec ſcit eius ſiniſtra, quid faciat dextera: per dexteram enim amor Dei, per ſiniſtram vanitas mundi deſignatur.

a Matth. 5. v. 17. b Epheſ. 2. v. 15.

Chriſtus affirmat: *Non veni ſoluere legem ſed adimplere a*: De ipſo tamen ait Apoſtolus: *legem mandatorum decretis euacuans b.* ℞. Priorem locum præſertim intelligi de lege quoad Decalogum ſeu præcepta naturæ, quæ in ſuo ſemper manent robore, non quia data Moyſi, ſed quia à lege æterna mentibus & cordibus noſtris inſcripta, deriuantur; eáque Chriſtus vſque ad iota minimum adimpleuit. Poſterior verò locus procedit de præceptis cæremonialibus & iudicialibus, quæ finis legis Chriſtus euacuauit, ac in meliorem ſortem deduxit. Quanquam & moralia in eo quod cum cæremonialibus & iudicialibus participant aliqualiter mutata fuerint, & in ſuam perfectionem deducta.

c Matth. 5. v. 44. d Luc. 23. v. 34. e 1. Ioan. 2. v. 1. f Apoc. 6. v. 9. 10. g Gen 4. v. 1[illegible]

Præceptum Chriſti eſt: *Orate pro perſequentibus & calumniantibus vos*: c quod & ipſe cruci affixus in praxim redegit, dicens: *Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt d*: quia & modò in cœlis Aduocati pro peccatoribus fungitur officio e: Animæ tamen interfectorum propter verbum Dei, voce magna clamant: *vſquequo Domine ſanctus & verus, non iudicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum, de iis qui habitant in terra f?* ℞. Quòd animæ interfectorum clamare dicuntur, vt intelligatur nihil crudelitatis aut impietatis inultum remanſurum, cæterùm ipſa potiùs cauſa, & effuſus illorum ſanguis, (ſicut & vox ſanguinis Abel.) clamat ad Deum g, & vindictam flagitat.

h Matth. 11. v. 14. i Ioan. 1. v. k v. 29.

Chriſtus affirmat de Ioanne Baptiſta: *Ipſe eſt Elias h.* Et ipſe tamen Ioannes reſpondet ſe non eſſe Eliam i, neque Prophetam. ℞. Gregorius M. Ioannem Eliam fuiſſe non perſonâ, ſed ſpiritu & officio, quia Ioannes erat præcurſor primi aduentus Chriſti, ſicut Elias futurus erat vltimi, in fine temporum: quod ergo veritas ipſa fatetur de ſpiritu, hoc veritatis præco negat de perſona. Nec ipſe mendacium dicit quando reſpondit ſe non eſſe Prophetam, quia gradum exceſſerat propheticum, neque enim vt cæteri Prophetarum, Chriſtum futurum dumtaxat prænuntiauerat, ſed & oculis carneis eum cernens demonſtrauerat, dicens: *Ecce Agnus Dei qui tollit peccata mundi k.*

l Matth. 15. v. 24. m Ioan. 10. v. 17. n Matth. 10. v. 5.

Dicit Chriſtus: *Non veni niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael l*: alibi tamen ait: *Oportet alias oues me adducere, & fiet vnum Ouile, & vnus paſtor m* ℞. Chriſtum non veniſſe niſi ad oues Iſrael, ita quòd ſuam illis ſolis præſentiam corporalem exhibuerit, nec limites Terræ ſanctæ, prædicando exceſſerit: ibíque matrem elegerit, ibi concipi, ibi naſci, ibi morari, ibi docere, ibi miracula edere, ibi cruci affigi, ibi reſurgere, & inde in cœlum aſcendere voluerit. Imò & initio dixerat Apoſtolis *in viam gentium ne abieritis n.* Quia tamen omnium ore Prophetarũ ipſe ſolus omnium Gentiũ redemptor pronontiatus fuerat, Apoſtolos ſuos, & viros Apoſtolicos in alias nationes miſit, vt eorum miniſterio alias oues ſibi adduceret, & ex vniuerſis fieret vnum Ouile, atque vniuerſorum vnus Paſtor. Alioqui locum non habuiſſet promiſſio facta Abrahæ de vniuerſis cognationibus, & Gentibus terræ p, in ſemine eius, id eſt, in Chriſto, benedicendis, & fruſtra doceret Apoſtolus adeò fusè, Abraham fuiſſe patrem non ſolùm Iudæorum, ſed, & Gentium q.

p c. 12. v. [illegible] q Rom. 6. v. 11. & 17 r Matth. 1[illegible] v. 10. ſ 1. Petr. [illegible] v. 12.

Chriſtus loquens de paruulis ait: *Angeli ſemper vident faciem patris r.* De eiſdem tamen Angelis dicitur: *in quem deſiderant Angeli proſpicere ſ.* ℞. Quòd licet Beati illi ſpiritus ſemper ſpeculentur faciem patris; ſemper tamen, ne in ſatietate generetur faſtidium deſiderant in eam proſpicere.

t Matth. 1[illegible] v. 17. u Rom. 9. v. 16.

Dicit Chriſtus adoleſcenti: *ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata t*, ex quo patet regnum cœlorum eſſe volentis illud ingredi: è contra tamen ait Apoſtolus: *Non eſt volentis neque currentis, ſed miſerentis Dei u.* ℞. Etſi regnum cœlorum volentis ita eſſe dicatur, vt nolenti minimè conferatur, iuxta illud Auguſtini: nemo ſaluatur inuitus: Tamen quia huiuſmodi regnum non ex meritis noſtris, ſed ex Dei dono confertur homini laboranti, idcirco Dei miſerantis eſſe dicitur, vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius, qui licèt hos quos ſaluat, ex mera ſua miſericordia ſaluet, neminem tamen ſaluat niſi benè operari volentem, & in bono opere finaliter perſeuerantem.

x Matth. [illegible] v. 12. y Luc. 14. v. 23.

Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata x, ait Chriſtus: alibi tamen dicitur: *Compelle eos intrare y.* Sanè ſi liber ad vitam æternam patet acceſſus, incongruum videtur, vt in eam intrare compellamur; non enim ſponte ingreditur, qui intrare compellitur. ℞. Etſi liber vnicuique ſit ad vitam aditus, vtcunque tamen intrare compellitur, qui ad præceptorum obſeruationem adſtringitur, ei namque mandatur, vt non ſolùm aduersùs carnem & ſanguinem, ſed & aduersùs principes mundi, & poteſtates tenebrarum harum, continuò colluctetur. Adde quod tanta eſt Dei clementia, vt ſuorum viam electorum ſepiat ſpinis, vt mala quæ nos hîc premunt ad Deum ire compellant.

z Matth. 2[illegible] v. 23. a 28. v. 19

Dixit Chriſtus filiis Zebedæi: *ſedere autem ad dexteram meam, vel ad ſiniſtram, non eſt meum dare vobis z*: alibi tamen ait, *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra a.* Reſpondetur, primò Chriſtum dicere hanc poteſtatem poſt reſurrectionem ſuam ſibi collatam fuiſſe, non eo tempore quo alloquebatur filios Zebedæi: & licet etiam tunc temporis regnum cœleſte dare potuiſſet, ſicut in cruce pendens promiſit latroni; non tamen debuit, quia à diebus Ioannis Baptiſtæ regnum cœlorum vim patitur b. Ideóque dixit illis: *Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum?* cúmque audacter propriis confiſi viribus reſpondiſſent poſſumus; addidit, *non eſt meum dare vobis*, ſcilicet elatis animo, ſed humilibus, iuxta illud, *qui ſe humiliat exaltabitur a.*

a Luc. 14. v. 11. b Matth. [illegible] v. 9.

Dicit Chriſtu b, *& Patrem nolite vocare*

vobis ſuper terram, vnus eſt enim pater veſter qui in cælis eſt b. Pluribus tamen in locis Scripturæ ſacræ multi Patrum nomine ritè decorantur. ℞. Vnum eſſe tantùm Patrem creatione, conſeruatione, & adoptione & hunc ſolum vocare ſuper terram & inuocare Chriſtus ordinauit Apoſtolis, dicens: *Cùm oratis dicite; Pater noſter qui es in cælis*: non enim permittit illos. quos ad cœleſtia regna vocauit ampliùs in terris habere portionem. Nec ideò Patrem terrenum vocare prohibuit, quem & honorare mandauerat; ſed voluit, vt dum oramus, ac cœleſtia meditamur; ita animo & mente rebus ſæculi ſimus expediti, ac ſi Patrem carnalem, nec aliud quicquam haberemus in terris: quo pacto de vxoribus dixit Apoſtolus, *vt qui habent, tanquam non habentes ſint; & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur c.* Cæterùm pluribus modis ab Ipſa ſcriptura pater in terris quis dicitur, putà, naturâ, gente, ætate ac inſtructione. Natura ſeu generatione, qualem honorare præcipit Deus in Decalogo. Gente, ſicut Moab dicitur Pater Moabitarum; & Ammon, Ammonitarum, & Iacob ſeu Iſraël, omnium Iſraëlitarum. Ætate & inſtructione, quo ſenſu Moyſes populum incredulum increpans ait: *Interroga Patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi d.*

c 1.Cor.7. 7.31.

d Deut.32. v.7.

Apoſtoli iubentur à Chriſto baptizare, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti e*: Ipſi tamen baptizabant *in nomini Chriſti f.* Reſpondetur, id ea diſpenſatione feciſſe, vt ſic Chriſti nomen magis clareſceret: Adde quòd i baptizatus in nomine Chriſti, totius Trinitatis nomine cenſetur baptizari: Chriſtus enim Græcè, idem eſt ac Meſſias Hebraïcè, & vnctus Latinè: adeoque ſub Chriſti nomine venit & Pater vngens, & filius vnctus, & ipſa vnctio, nempè Spiritus ſanctus.

e Matth.28. v.19.
f Act.2.v.38

Chriſtus loquens Apoſtolis ſuis apud Marcum, ait: *Nihil tuleritis in viam, niſi virgam tantùm g*: Matthæus tamen & Lucas addunt, *neque virgam h.* ℞. Per virgam ea Marco ferendā, deſignari poteſtatem Eccleſiaſticam, quâ velut Paſtores oues ſibi commiſſas regerent, & emendarent: Per virgam verò ea Matthæo & Luca non ferendam, prohibentur ſubſidia rerum temporalium, *dignus eſt enim operarius cibo ſuo i.* Quòd ſpectans Apoſtolus ſcribit Corinth. *Si vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt ſi carnalia veſtra metamus k.*

g Marc.9 v 8
h Matth.10. v.10.
i Matth.10. v.10.
k 1.Cor.9. v.11.

Marcus dicit de Chriſto poſt eius aſcenſionem in cœlum: *Et ſedet à dextris Dei l*: eum tamen ſtantem à dextris Dei *m* vidit Stephanus protomartyr. ℞. Chriſtus vt Dei filius, & ab æterno genitus reſpectu ſuæ diuinitatis, quā vnicam cum Patre habet, à dextris eius ſedere debet, vt potè per omnia ei æqualis: ſedere etiam debet vt homo, quia data eſt ei omnis poteſtas in cœlo & in terra *n*, maximè verò poteſtas iudicandi; iudicantis autem ſedere eſt. Dicitur tamen ſtare, cùm aduocati noſtri ac mediatoris Dei & hominumq́, officio fungens, Patrem obſecrat. Stabat etiā vt Protomartyris ſui lapidibus obrui firmaret animū.

m Marc viii v.20.
n Act.7.v.55

Nolite iudicare: & non iudicabimini o, inquit Chriſtus: Apoſtolus tamen ait: *ſpiritualis iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur p*: ℞. Quòd etſi de interioris hominis ſtatu iudiciū ei reſeruandum, qui ſcrutator cordium dicitur *q*: nam *quæ ſunt hominis nemo ſcit, niſi ſpiritus hominis, qui in illo eſt.* Vir tamen ſpiritualis, carnis ſarcinâ haud grauatus, ſed Spiritu ſancto, qui omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei r, ductus, poteſt de illo ſtatu cognoſcere & iudicare ſpiritualibus comparando, & inter pretioſum & vtile diſcernendo.

o Luc.6.v.37
p 1.Cor.2. v.15.
q Hebr.4. v.12.
r 1.Cor.2. v.10.

Liberato à Dæmonio mandat Chriſtus, vt enarret quanta ſibi feciſſet Deus *ſ*: & interdicit leproſo iam mundato, ne id cuiquam diceret. ℞. Opera Dei reuelare honorificū eſſe, vt Tobiæ ait Angelus Raphaël. Quin & regine Pſaltes totus eſt in enarrandis mirabilibus Dei, Chriſtus tamen qui venerat vt creaturæ. quæ vanitati ſubiecta erat, humilitatis præſertim præberet exemplum, ex illo ſolenni præcepto: *Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde*, miranda quæ faciebat diuulgari quandoque prohibebat, vt atteſtatur illud: *Nemini dixeritis viſionem hanc donec à mortuis reſurgat filius hominis*: & hominem qui liberatus fuerat à Dæmonio ait: *Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecerit Deus*; vt ſcilicet eius cōſanguinei hoc inſigni miraculo ſingularíq; beneficio permoti Chriſti fidem ſuſciperent.

ſ Luc.8.v.39. c.5 v.14. c.12.v.7.

Annuit Chriſtus propoſitioni illi: *ſi pauci ſunt qui ſaluantur.* Dicit tamen alibi: *Multi recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cælorum r.* ℞. Paucos admodū ſaluari reſpectu reproborum per viam latam gradientiū: multi tamen abſolutè loquendo ſalui fient, vt arguitur vel illo Ioannis: *Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus ſtantes ante thronum u.* Sicut enim tempore meſſis pauca ſunt grana reſpectu palearū; ea tamen in cumulū redacta implent horrrū.

Apoc.7.v.9
u Luc.14. v.26.

Qui fratrem non odit, non eſt me dignus x; ait Chriſtus, dictum tamen fuit antea: *Non oderis fratrē tuū in corde tuo.* ℞. In fratre duo ſpectanda, vnum; quod obſter nobis in via iuſtitiæ, & à cultu Dei nos auertat, & ea ratione, *qui non odit fratrem ſuū, non eſt dignus* Chriſto: religio enim cæteris anteponenda eſt, & ſic non fratrem ſed ſeductorem odiſti. Quod dictum eſt de fratre, idem hic de ſorore, de Patre Matre, vxore, & amico. Alterum eſt, quòd homo ſit ad imaginē Dei cōditus, & in hoc ſenſu prohibemur odiſſe fratrem, vllúmve hominem; omnis enim homo frater noſter eſt, ſpe cœleſtis hæreditatis, ad quā. etſi paganus ſit vel hæreticus. peruenire tamē valet, ſi cōuertatur, eo trahēte, qui diues eſt in miſericordia.

x Leuit.19 v.17.

Dicit Chriſtus, *nemo bonus niſi ſolus Deus y*: alibi tamen dicit *Bonus homo de theſauro cordis ſui profert bona z*: Quin & plura alia paſſim bona nuncupat. ℞. Quòd licet ſolus Deus bonus ſit bonitate ſibi eſſentiali, ipſe enim per ſe, & à ſe dicitur bonus. Creaturæ tamen omnes bonæ ſunt bonitate entis, iuxta illud ſæpiùs repetitum. *Vidit Dominus quæ fecerat, & erant valdè bona*: ac prætereà inter ratione præditas, illæ bonæ ſunt bonitate morali, quæ iuxta rectum eiuſdem rationis dictamen ſe gerunt; & bonitate gratiæ, quæ per hanc qualitatem cœlitus infuſam, participes ſunt diuinæ naturæ. At hæ aliæque omnes bonitates creatæ in increatam, velut in ſuum fontem referuntur.

y Eph.2.v 4.
z Luc.18. v 19.
Matth.12. v.35.

Lucas & Ioannes aſſerunt mulieres veniſſe

ad monumentum Chriſti valdè dilucu lò, dum adhuc tenebræ eſſent: Marcus tamen ait, eas veniſſe orto iam ſole. ℞. Marcum ibi primum ſolis fulgorem vocare nomine ſui auctoris adeò vt mulieres venerint cùm cælum à parte ſolis orientis iam albeſceret, atque ita ſummo mane, ac cùm adhuc tenebræ eſſent.

Dicit Chriſtus: *Non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum a.* Paulus verò ait: *Dona ſpiritus tribuit ſecundum menſuram donationis Chriſti b.* ℞. Priorem locum agere de Chriſto ipſo, cui non ad menſuram, ſed ſecundum omnem plenitudinem data ſunt Spiritus ſancti dona, vt de eius plenitudine nos omnes acciperemus, vnuſquiſque ſecundum menſuram ſuæ fidei & donationis Chriſti, vt ait poſterior locus.

a Ioan. 3. v. 35.
b Epheſ. 4. v. 7.

Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis qui in cælo eſt c, ait Chriſtus: Ipſe tamen alibi dicit: *vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit d.* ℞. Hunc ſenſum eſſe: Nemo aſcendit in cælum, per ſe ſolus, niſi filius hominis, qui eàdem poteſtate, quâ de cælo deſcendens, humanam carnem aſſumpſerat, & morti ſe tradiderat, animam ponens, ipſam accepit, & ſurgens ex mortuis aſcendit in cælum, in quo ſemper eſt in ſinu Patris ſecundùm diuinitatem. Cæteri verò qui cælum aſcenſuri ſunt, vt in æternum cum Chriſto ſint, non per ſeipſos, ſed illius præſidio & ope aſcendent: vnde poſteà dicit: *Iterum veniam & accipiam vos ad meipſum, vt vbi ego ſum, & vos ſitis e.*

c Ioan. 3. v. 13.
d c. 12. v. 26.
e c. 14. v. 3.

Dixit Chriſtus: [*Neque enim Pater iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit filio f.*] alibi tamen ait: *Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum g.* Item *ego non iudico quemquam h.* ℞. Duo hæc poſteriora loca intelligenda de primo Chriſti aduentu, quo Pater miſit filium ſuum in mundum, non vt iudicet mundum, ſed potiùs vt ſe iudicari permiſerit à Pilato, coram eo ſicut agnus coram tondente ſe conſtitutus: de quo iudicio Petrus ait: *Tradebat autem iudicanti ſe iniuſtè,* vt ea Iuſti condemnatio, peccatoris hominis eſſet iuſtificatio: ſicque ſaluaretur mundus per ipſum: Ipſeque poſtmodùm glorioſus in ſecundo ſuo aduentu, omnimodam poteſtatem acciperet iudicandi mundum: quam poteſtatem dedit ei Pater, vt Chriſtus aſſerit priori loco, & alibi aſtruit dicens: *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo i.* Item filius non poteſt facere quicquam, quia enim filius accipit à Patre quòd ſit filius, ita & quod operatur; operari enim ſequitur eſſe, vt aiunt Philoſophi: vtrique eadem natura diuina, quæ eſt in Patre & filio, æqualem in vtroque arguit poteſtatem, licèt Pater illam à ſe habeat, eandemque filius à Patre recipiat. Cæterum licèt Pater omne iudicium dederit filio, tamen ex Iudicis benignitate fiet, vt non tantùm Apoſtoli, ſed & cæteri qui Dei amore vniuerſa abnegarunt, & ſecuti ſunt Chriſtum, tanquam aſſeſſores ei aſſiſtant.

f Ioan. 5. v. 22.
g c. 3. v. 17.
h c. 8. v. 15.
i Matth. 11. v. 27.

Dixit Chriſtus: *Qui credit ei qui miſit me, in iudicium non venit k:* ait tamen Apoſtolus: *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti l.* ℞. Aliud eſſe iudicium damnationis ad quod veri fideles non venient: aliud iudicium diſcretionis, quo Chriſtus ſeparabit oues ab hœdis, & bonos à malis; & ad hoc iudicium omnes nos manifeſtari oportet.

k Ioan. 5. v. 24.
l 2. Cor. 5. v. 10.

Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater qui miſit me, traxerit eum, ait Chriſtus: & idipſum ingerit dicens: *Nemo poteſt venire ad me, niſi datum fuerit ei à Patre meo m.* Ipſe tamen alibi dicit: *Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſaluabitur n.* ℞. Vtrumque ad ſalutem noſtram eſſe neceſſarium; & quòd Pater trahat ad filium; & quòd filius ducat ad Patrem: Quid enim eſt Patrem trahere ad filium? niſi impellere vt audiamus Verbum Patris, quod eſt filius: Et quid eſt filium ducere ad Patrem? niſi credendo in filium, per ipſum quaſi per oſtium ad Patrem introducit; adeò vt Dei & hominum Mediator ſit Chriſtus Ieſus.

m Ioan. 6. v. 44. & 66.
n c. 10. v. 9.

Non poteſt mundus odiſſe vos o, ait Chriſtus Apoſtolis ſuis: alibi tamen ait: *propterea odit vos mundus p.* ℞. Horum conciliationem locorum ex verbis proximè poſitis eſſe manifeſtam: priori loco dicitur: *Non poteſt mundus odiſſe vos, me autem odit, quia ego teſtimonium perhibeo de illo, quod opera eius mala ſunt, vos aſcendite ad diem feſtum, ego autem non aſcendo.* ſanè quia nondum Apoſtoli teſtimonium perhibuerant de mundo, non poterat mundus adhuc odiſſe eos, ſicut poſteà odiuit, vt patet ex poſteriori loco, qui ita ſe habet. *Si mundus eos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit: ſi de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat, diligeret: quia verò de mundo non eſtis, ſed ego elegi eos de mundo, propterea odit vos mundus.*

o Ioan. 7. v. 7.
p cap. 15. v. 19.

Dixit Chriſtus: *Doctrina mea, non eſt mea, ſed eius qui miſit me Patris q:* Vbi apparet contradictio: ſi doctrina ſua eſt, quomodo non ſua, ſed Patris? ℞. Stare poſſe, quòd illa doctrina quam manifeſtare venerat Chriſtus, ſua foret, quia omnia quæ Patris ſunt, ſua dixerat, ſecundùm formam Dei qua æqualis erat Patri; Pater tamen illam à ſe habet, filius verò à Patre: Et quod ſua non foret, ſecundùm formam ſerui, qua minor eſt Patre.

q Ioan. 7. v. 16.

Ego & Pater vnum ſumus r, ait Chriſtus: alibi tamen ait: *Pater maior me eſt s.* ℞. Chriſtum eſſe vnum cum Patre ſecundum formam Dei, cuius intuitu *non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo*: Secundùm verò formam ſerui, quam aſſumpſit, minor eſt Patre. Et hac diſtinctione, innumera ferè conciliantur Scripturæ loca, in ſpeciem pugnantia.

r cap. 10. v. 30.
s c. 14. v. 28.

Chriſtus dixit, *Lazarus amicus noſter dormit* qui tamen mortuus erat t. ℞. quòd licet Lazarus mortuus eſſet, quia tamen auctor vitæ decreuerat eum à mortuis reuocare, idcircò eumdem dormire dixit: Nemo enim inquit S. Ambroſius tam facilè à ſomno excitat, quàm de ſepulchro Chriſtus ſuſcitat: Adde quod mors iſta tranſitoria æternæ comparata (quam & mortem ſecundam vocauit Ioannes,) dormitio dici poteſt.

t Ioan. 11. v. 11.

Ego autem ſciebam, quia ſemper me audis u, ait Chriſtus ad Patrem: dixerat tamen Pſaltes regius in perſona Chriſti: *Clamabo & non exaudies x.* ℞. Chriſtum quoties pro ſuis de-

u Ioan. 11. v. 42.
x Pſal. 21. v. 3.

precatus eſt,ſemper fuiſſe eaauditum,pro ſuâ tenerentia, vt indicat prior locus: minimè verò cùm orauit Patrem pro ſeipſo, videlicet vt transferretur calia paſſionis,idque ſuggerit poſterio locus: Iam enim ab æterno fuerat decretum, vt in aſſumpta humaoitate crucem ſubiret,& morti ſuccumberet: Ideoque vocatur Agnus occiſus ab origine mundi; oblatus tamen eſt, quia ipſe voluit; etſi enim in agonia poſitus dixiſſet: *Pater mi ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte*: Mox tamen addidit: *Veruntamen non ſicut volo, ſed*
a Matth. 26. v 39.
ſicut tu a.

b Ioan. 12. v. 31.
c Math. 19. v. 28.
Nunc iudicium eſt mundi b. Dicit Chriſtus, alibi tamen ait: *Cùm venerit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ c.* Sanè ſi in extremo tempore iudicandus eſt muudus, quomodo Chriſti tempore iudicium fuerat mundi? ℞. Priorem locum intelligi de iudicio principis huius ſæculi, qui per peccatum in mundum ingrediens, dominium ſibi vſurpaoit, captiuum teneus hominem: Tyrannum hunc in cruce ſuſpenſus Saluator debellauit, & truſum vinculo ſuæ potentiæ mundo eiecit, & hanc à ſuis Diaboli expulſionem, Chriſtus iudicium vocat. At Iudicium viuorum & mortuorum, de quo in poſteriori loco eſt quæſtio, fiet in fine temporum.

d Ioan. 12. v 44.
Chriſtus ait: *Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui miſit me d*: Quæ videntur contradictorie opponi. ℞. ſenſus eſt, qui vere credit in me, meque verum Deum eſſe cenſet; non credit in me, id eſt, uon cogitat me quicquam à meipſo habere, ſed totum à Patre mihi traditum, iuxta illud: *Omnia mihi*
e Math. 11. v. 27.
tradita ſunt à Patre meo e. Sicque perfectè crediderat in Chriſtum, is qui reſpondit: *Tu es Chriſtus filius Dei viui.* Nouerat enim, non eſſe filium ſine Patre, neque Patrem ſiue filio.

f Ioan. 13. v. 34.
g 1. Ioan. 2. v. 7.
Chriſtus commendans dilectionem proximi, ait: *Mandatum nouum do vobis f.* Ioannes tamen de eodem, ait: *Chariſſimi non mandatum nouum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus, quod habuiſtis ab initio g.* ℞. mandatum de diligendo proximo propter Deum, eaque dilectione quâ ipſe dilexit oos, eſſe nouum, nec adhucauditum: idipſum tamen pluribus dehinc annis Ioannes appellat vetus, quia & ipſe, tunc ſenex, aliique Apoſtoli (qui omnes iam è viuis exceſſerant) ab initio ſui Apoſtolatos illud à Chriſto audierant.

h Math. 20 v. 27.
Chriſtus dicit Apoſtolis: *Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos*: alibi tamen dicit: *quicunque vult inter vos maior eſſe, ſit veſter ſeruus h.* ℞. Aliud eſſe qnod Apoſtolis obuenerat ex benignitate magiſtri, qui dum illis tanquam domeſticis, ea quæ de Patre audierat, reſerauit, amicos nominari complacuit: Aliud quod eiſdem datum erat in formam exempli, quo Chriſtus omnium Dominus formam ſerui in ſe ſuſcipiens, qood docuerat verbo, firmaoit exemplo.

i Ioan. 18. v. 36.
Dixit Chriſtus Pilato: *Regnum meum non eſt de hoc mundo i*: Chriſtus tamen vocatur à D. Ioanne *Rex Regum, & Dominus Dominantium.* ℞. Chriſtum non dixiſſe regnum meum non eſt in hoc mundo; ſed non eſt de hoc mundo; ſiue non eſt hinc: Regnum enim eius eſt etiam in hoc mundo, vt ait poſterior locus, habens intet ſe commixta zizania vſque ad meſſem, quādo meſſores, ſeu Angeli in fine ſæculi colligent de regno eius omnia ſcandala. Non eſt tamen de hoc mundo, ſed deſurſum à Patre luminum, quod vt Pilato, viro Ethico & idololatræ Chriſtus ingereret, reſpondit: *Non haberes in me poteſtatem vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper.*

k Rom. 2. v. 25.
Dicit Apoſtolus: *Circuncíſio quidem prodeſt, ſi legem obſerues k*: alibi tamen ait: *Circuncíſionem nihil prodeſſe.* ℞. Apoſtolum cùm priùs ad Romanos ſcripſiſſet, ne neuter populus, qui ex Iudæis & Gentibus fuerat collectus, offenderetur, oſtendiſſe licitum eſſe vtrique ſuo gaudere priuilegio, videlicet Gentiles non adſtringi ad circuncíſionem, nec Iudæos ſeu Circunciſos ad præputium adducendum. Poſteà tamen, cùm ad Galatas, qui ea Gentibus duntaxat collecti erant, ſcribit arreſtatus eſt circuncíſiooem nihil eis prodeſſe, ſi poſt Euangelium ad legalia tranſirent elementa. Nec tamen initio naſcentis Eccleſiæ, Circumciſio ſtatim abrogata fuit, ne in Patrum, quibus fuerat collata, verteretur iniuriam.

l Rom. 4. v. 18.
Abraham *contra ſpem, in ſpem credidit l*, ait Apoſtolus, quæ videntur oppoſita. ℞. Abrahā crediidiſſe contra ſpem naturæ, quia naturæ ope, ea ſe centenario, & Sara nonagenaria, ac ſterili, prolem generari poſſe, minimè iudicauit. Nec propterea tamen infirmatus eſt fide quin potius firmiter credidit in ſpem diuinam, quòd promiſſio ſibi à Deo facta de prole habenda, perficienda foret aliquando, pleniſſimè ſciens, quia quæcumque promiſit, potens eſt & facere.

m Rom. 9. v. 17.
n 1. Tim. 2. v. 4.
Dicit Apoſtolus de Deo: *Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat m.* Poſteà tamen ait: *Deus vult omnes homines ſaluos fieri n.* ℞. Quòd Deus illos indurare dicitur, quos ſua gratia mollire nequit; ipſis ei ex aduerſo obſiſtentibus: ſicut eâdem caloris virtute Sol viſibilis ceram liquefacit, & limum ſtringit & indurat; ita & Sol iuſtitiæ, ſibi obſequentes emollit, reſiſtentes indurat, & dimittit ſecundùm deſideria cordis eorum, & ſic ibunt in adinuentionibus ſuis.

o c. 3 v 9.
Dicit Ioannes; *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt*: ſubiungit tamen: *Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit, quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, quia ex Deo natus eſt o.* ℞. Priorem locum intelligi de leuiori peccato, quo & ſepties in die cadit iuſtus. Poſteriorem verò de lethalibus, grauioribuſque, maxime verò de odio contra fratrem, & charitatem proximi, ad quam ibi hortatur Apoſtolus.

Ærumnoſum eſſet, & forte Lectori tædium pareret, plura ſcripturæ loca proſequi, ex iis quæ primo aſpectu ſibi videntur oppoſita: ſufficiat prædictorum aſſignaſſe concordiam, quam qui diligenter attenderit, haud difficile erit ei cætera conciliare, iiſdem aut ſimilibus diſtinctionibus adhibitis. Nonnihil quidem faceſſent negotij, quæ in epiſtolis D. Pauli ſeſe offerent. Verùm de his conſuli poteſt Paduanus Graſſus Ord. S. Franciſci, qui ex D. Aug. & aliis Patribus, collegit in modum dialogi Compendium locorum in omnibus epiſtolis D. Pauli, in ſpeciem pugnantium.

ARTICV

ARTICVLVS V.

Quis ſit inſigniorum quorumdam ſacræ Interpretum exponendi modus, ac ſtylus.

QVia ſequenti libro in quo ſacrorum Interpretum qui vniuerſam Scripturam, & ſingulas eius partes elucidarunt, Catalogus recenſendus eſt, annotabimus, qualis ſit eorumdem ſacrorum Interpretum exponendi modus: operæ pretium erit, id potiſſimum hoc Articulo de quibuſdam inſignioribus attentius obſeruare; hac ſiquidem accuratâ variorum Interpretum notitia, vix aliquid eruditis viris acceptius, aut vtilius vniuerſis eſſe poteſt. Gaudent eruditi, cùm inter tot, tamque diuerſos ſacrarum Scripturarum Expoſitores, ipſiſſimum cuiuſque genium agnoſcunt, ac proprium diſcernunt characterem, nec ſpeculatrix ipſorum donec eò peruenerit, conquieſcit indagatio. Scire debēt vniuerſi Scripturæ ſacræ ſtudioſi (præ cæteris diuini verbi præcones) quinam Doctores, & quo ſinguli modo, quòve ſtylo, & iuxta quem præcipuè ſenſum, eandem Scripturam, aut aliquas eius partes explanarint; vt cùm loci cuiuſuis intelligendi, aut explicandæ difficultatis inſtabit occaſio, præſto ſint varij Interpretes, qui eam difficultatem, illumve locum elucidarint, è quibus eos quiſque aſſumere poterit, quos genio proprio, ac ſtylo attemperatos, ſuoque propoſito magis conducentes animaduertet.

In hunc ergo finem inſigniores quoſdam Scripturæ ſacræ Interpretes, tam Græcos quam Latinos, breui Catalogo perſtringam, ordine quidem Alphabetico, quoad initialem Interpretis cuiuſque literam, eos namque ſub illa initiali litera recenſere placuit, iuxta eam ſæculorum ſeriem, qua ſinguli claruerunt, ſibique ſucceſſerunt, vt huius Catalogi ad librum ſequentem in quo idem ordo temporum obſeruabitur ſit proportio, & ex eo ad iſtum facilior ſit recurſus; atque vtriuſque cum Articulo ſecundo, vbi de variis expoſitionum modis agentes, non pauca ſacrorum Interpretum retulimus exempla, liberius ſit commercium. A Prima ergo Alphabeti litera exordiamur.

A

370. DIuus Athanaſius Alexandriæ Patriarcha decimus nonus, acerrimus Catholicæ fidei propugnator, de cuius ſcriptis Photius Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, ait, [Athanaſius in ſermonibus vbique locutione clarus eſt, & breuis, & ſimplex: acutus tamen, & altus, & argumentationibus omnino vehemens, & in his tanta vbertas vt admirabilis ſit, &c.] inter cætera autem eius ſcripta, quæ ad ſacras paginas attinent, eſt totiûs diuinæ Scripturæ Synopſis, id eſt conſpectus, in qua quidem omnium librorum vtriuſque Teſtamenti argumenta, inſcriptiones, initia, authoritatem, & autores, quam breuiſſimè complexus eſt, floruit ſub Conſtantino magno, pluribuſque Imperatoribus ſubſequentibus, obiitque anno 370.

380. Apollinarius iunior filius ſenioris (de quo ſupra Articulo II. Sectione VIII. vbi de Poëtico expoſitionis modo) Laodicæuæ Eccleſiæ in Syria Epiſcopus, priùs tamen diuinatum Lector Scripturarum, tantam edidit pro Chriſtiana fide voluminum copiam, vt rectè de eo D. Baſilius dixerit, Apollinarium repleuiſſe libris ſuis vniuerſum orbem terrarum. S. Hieronymus eius in diuinis literis diſcipulus, teſtatur illum in omnes fere ſanctos libros edidiſſe Commentaria, ſed tanta breuitate perſtricta, vt compendiis grandis viæ ſpatia prætervolet; ſcripſit etiam aduerſus Porphyrium triginta libros inſignes, & ex eis vigeſimum ſextum, pro defenſione libri Danielis, contra quem inſanus ille conſcripſerat. Nec ignorandum quod Apollinarius iſte à nonnullis inſimulatus eſt erroris Millenariorum, quodque in Trinitate introduxerit magnum, maius, & maximum, Spiritum ſcilicet appellans magnum, Filium maiorem, Patrem verò maximum; item quod exiſtimarit Chriſtum de Cœlo carnem attuliſſe, & rationali animo caruiſſe, ſupplente diuinitate rationalis partis officium. Verùm has hæreſes, vt eis fidem conciliarent, impoſuere magiſtro ingrati diſcipuli, quas ipſi, vt teſtis eſt Epiphan.*a* neque ab illo didicerant, neque audierant; claruit anno Chriſti 380. *a l. 3. Panar.*

380. D. Ambroſ. ex quatuor præcipuis Eccleſiæ Doctoribus vnus, Epiſcopus Mediolanenſis omnes fere Scripturas tanta cum laude explicuit, vt nec ab inimicis quidem, teſte D. Aug. in eius ſcriptis quod reprehenderetur, potuerit inueniri: in eo labore ſecutus eſt Philonem Iudæum, Hippolytum, Apollinarium, Baſilium Magnum, præſertim verò Origenem, cuius ſermonibus, vt ſcribit Hieron. omnes pene libri eius pleni ſunt; vnde & longe melior (ſicut ipſe Ambr. de eodem Orig. dicit) in veteri, quàm in nouo Teſtamento apparet. D. Ambr. expoſitionis modus varius eſt, ſed myſticis præcipue ſenſibus inſiſtens; varium quoque dicendi genus, prout ipſa rerum varietas expoſtulat, vbique tamen lucidum ac perſpicuum eloquentiæ flumen effundens, vt ait Auguſt.*b* dum oſtendit eum de humilibus ſubmiſſè, de mediocribus temperatè, de magnis ſublimiter pro rerum diuerſitate ac dignitate dixiſſe peculiari tamen ac naturali quodam affectu grauem, & argutam breuium ſententiarum copiam adamauit. *b l. 4. de Doctrin. Chriſt.*

D. Ambr. ſcripta ad diuinæ Scripturæ expoſitionem pertinentia in quatuor diſcernuntur ordines, videlicet in libros, Commentarios, Tractatus & Epiſtolas; claruit ſub Theodoſio magno circa an. 380.

430. D. Aurelius Auguſtinus, natione Afer, patria Tagaſtenſis, Hipponæ Epiſcopus, vir admirabili prorſus ingenij acumine præditus, omnibus liberalibus diſciplinis inſtructus; Platonicâ Philoſophicâ pleniſſime imbutus, in diuinis Scripturis eruditiſſimus, & in earum explanatione vltra quàm dici queat

inecom

incomparabili ſubrilitate ſublimis: quidquid in eas ſcripſit in tres partes diuiſit, nimirum in Epiſtolas, Tractatos, & Libros. In Epiſtolis ſatisfecit amicis, qui eum de variis Diuinæ Scipturæ difficultatibus conſulebant; in Tractatibus in quorum numero comprehenduntur Homiliæ, ſiue ſermones ad populum, ſua ipſamet voce ſacras literas publicè pro concione diſſeruit. Libros verò in quatuor ordines partitus eſt; ſcilicet in Annotationes, Quæſtiones, Diſputationes, & continuas Expoſitiones. In libris Annotationum, prætermiſſis multis, nonnulla dumtaxat quæ ad vocem & literæ intelligentiam pertinent, carptim, breuiter, leuiterque hinc inde perſtrinxit. In Quæſtionum libris diuerſas ex variis locis Scripturarum dubitationes quærendas proponit ac diſſoluit. In diſputationum libris partem aliquam diuinæ Scripturæ hæreticorum criminationibus oppugnatam, fortiſſime defendit. In libris continuæ explanationis, partes aliquas vtriuſque Teſtamenti continuato expoſitionis curſu, iuxta variam tam literæ, quàm ſpiritus intelligentiam ex integro explanat.

Et hæc quidem omnia Auguſtinus, vt ipſemet teſtatur, trifariam edidit, nimirum dicendo, dictando, & ſcribendo. De genere dictorum ſunt Tractatus ad Populum habiti; ad quos audiendos ipſi quoque hæretici, vt teſtis eſt Poſſidonius, ex omni Africa ingenti ardore cócurrebant, adductis ſecum Notariis, qui ab ore eius excepta deſcriberent. De numero dictatorum ſunt Epiſtolæ multæ, & Tractatus ad Plebem plurimi, ac nonnulli etiam libri. De ordine Scriptorum ſunt libri continuæ expoſitionis, Libri Quæſtionum ac Diſputationum quas maiori adhibita diligentia & ſolertia accuratiùs conſcripſit.

Et in prædictis omnibus operibus docendi modus, magni ſemper eſt Auguſtini, magis tamen in Libris, quàm in Tractatibus eruditus, acutus, ac ſublimium rerum ſubtilitate reconditus: in Tractatibus enim aliquanto parcior, & apertior, magiſque accommodatus, ad Allegorias & Morales explanationes, in quibus tantus Doctor propter aures imperitæ multitudinis, ſæpe ſe vſque ad barbariſmum dimittit; illud frequenter in ore habens; malo vt me reprehendant Grammatici, quàm non intelligant Populi. Vtitur autem in cunctis explanationibus tranſlatione Latinâ ſuorum temporum, quæ Italica dicebatur; hanc enim ipſe tam verborum fidelitate, quàm ſententiarum perſpicuitate, cæteris præfert Latinorum editionibus.

Dictionis genus fecundiſſimum, & exuberantiſſimum eſt, copioſiſſimâ diuerſarum rerum affluentia ditiſſimum, periodis non rarò in longum productis, factiſque digreſſionibus, & excurſibus, qui ingenioſum & attentum poſtulant lectorem; quem ne multiloquij tædio faſtidiat, Punicis quibuſdam argutiis recreare ſolet, ludens ſæpiſſime in ſimiliter progredientibus, cadentibuſque ſententiis, aliiſque non iniucundis Rhetorum figuris, quæ longum prolixæ lectionis iter alleuent. Obiit anno 430.

1280. Albertus Magnus, Ordinis Prædicatorum, natione Sueuus, ob eximiam ſcientiarum multitudinem, magnitudinemque, Magni cognomen (quod nulli alij Theologorum ſuæ tempeſtatis contigit) ante mortem adeptus: docuit multis annis Peripateticam Philoſophiam, & Scholaſticam Theologiam in florentiſſimis Pariſiorum & Agrippinenſium Academiis, in quibus inter alios inſignes auditores, D. Thomam Aquinatem habuit: deinde ad Ratiſponenſem Archiepiſcopatum ab Vrbano IV. pertractus, cum ei aliquot annis præfuiſſet veterum ſtudiorum gratiſſima recordatione illectus, ſuæ curam Eccleſiæ ſponte abdicauit, & ad Cœnobium Colonienſe priuatus rediit, vbi quod reliquum fuit vitæ fœliciſſimè traduxit, ſcribens, docens, ac diu noctuque Deo deſeruiens. anno 1280.

1280. Ægidius Romanus ex illuſtri familia Columna, D. Thomæ Aquinatis diſcipulus, prior Generalis in Eremis D. Aug. in Archiepiſcopum Bituricenſem aſſumptus, vir in diuinis Scripturis eruditiſſimus, & ob doctrinæ conſtantiam Fundatiſſimi cognomen adeptus. Scripſit multum in Hexameron, in Cantica, & in Epiſtolam ad Romanos: claruit circa an. 1280.

B

280. SAnctus Baſilius Cæſareæ Cappadocum Epiſcopus, re, & cognomine magnus, in exponendis diuinis Scripturis, ſicut ſummopere adamauit lucidas hiſtorici ſenſus interpretationes, moralibus quibuſdam, iiſdemque flagrantibus exhortatiunculis intermixtas; ita vehementer delectatus eſt exornare expoſitiones ſuas omnibus ſæcularis literaturæ ornamentis; quod præcipuè in nouem illis celebratiſſimus in Hexameron Homiliis præſtitit, quas ſicut & cæteras ſuas explanationes tantis diſciplinarum omnium diuitiis è media potiſſimum Peripateticorum Philoſophia depromptis, locupletauit, vt iure Chriſtianorum Philoſophus, & Philoſophorum Chriſtianiſſimus dictus ſit. Obiit anno Domini 380.

1153. S. Bernardus, primus Abbas Cœnobij Clareuallenſis, ſic ab infantia ſacras literas imbibit & per omnem Ætatem memoriâ retinuit, vt quoties ſut aliquid loqui, aut ſcribere tentaret, toties in verba & ſententias ſanctarum Scripturarum prorumpere cogeretur; vnde & vniuerſa ſcripta eius nihil aliud quàm diuinorum voluminum centones dici queunt, ita aptè inſerti, vt ibi nati eſſe credantur. Modus docendi in ſenſibus myſticis indagandis, & in moribus formandis ferè ſemper verſatur. Oratio vbique ita dulcis, & ardens, vt ex ſuauiſſima lingua eius lac & mel verborum effluere, & ex ardentiſſimo eius pectore ignitorum affectuum incendia erumpere videantur. Præ cæteris illius in Scripturam Sacram lucubrationibus, extat inſigne opus in tria prima Cantici Canticorum capita, explanationis myſticæ atque continuæ continens ſermones octoginta ſex, quos vltimo vitæ ſuæ anno coram Monachis ſuis viua voce, & ex imo corde profudit, in quibus tantâ facundiâ diuinæ charitatis vim & ſublimitatem expreſſit, vt euidens ſit, illum

omnes in ſe ipſó cæleſtis amoris affectus viuo ſpiritus ſui experimento ſenſiſſe; morte præuentus deſiit in verſiculo tertij capitis. [*In lectulo meo per noctes quæſiui quem diligit anima mea.*] Inde verò Gilbertus Hollandus Monachus Ciſtercienſis ſtyli & Spiritus S. Bernardini ſectator editis quadraginta & octo ſuauiſſimis ſimillimæ explanationis ſermonibus vſque ad decimum quinti capitis verſiculum [*Dilectus meus Candidus & Rubicundus.*] Peruenit, ubiitque anno 1200. cùm Beatus Bernardus obiiſſet an. 1153. & ætatis ſuæ 63.

C

240. SAnctus Cyprian. natione Afer, Rhetor profeſſione, ſuaſu Cæcilij Presbyteri, a quo & cognomen ſortitus eſt ad Chriſtum conuerſus omnem ſubſtantiam ſuam pauperibus erogauit, poſteà in Epiſcopum Charthaginis electus multa piiſſima opuſcula phraſeos elegantiſſimæ Ciceroniano candori proximæ ſcripſit, in quibus, vt ait Hieron. *a* [inſtar fontis puriſſimi lenis inceſſit & placidus.] Subſcribit Lactantius *b* dicens: [vnus igitur præcipuus & clarus extitit Cyprian. qui magnam ſibi gloriam ex artis oratoriæ profeſſione quæſierat, & admodum multa conſcripſit in ſuo genere miranda; erat enim ingenio facili, copioſo, ſuaui, & quæ ſermonis maxima eſt virtus aperto, vt diſcernere nequeas vtrum ornatior in loquendo, an facilior in explicando, an potentior in perſuadendó quiſquam fuerit.] Inter eius opuſcula eſt ſanctæ, ac venuſtæ breuitatis in Orationem Domioicam explanatio, ex qua D. Aug. protulit teſtimonia de peccato origiualis aduerſus Pelagium clar. an. 240.

a ad Paulin. *b* l. 5. diuin. inſtitut.

380. S. Cyrillus Hieroſolymæ Epiſcopus, ſcripſit in varia Scripturæ loca Homilias, ac ſermones plurimos, è quibus nunc exſtant orationes Catechiſticæ ad illuminatos decem & octo: Exſtant etiam eiuſdem in aliquot Scripturæ ſententias Myſtagogici ſermones quinque, in quibus de Baptiſmo, Chriſmate, & Euchariſtia luculenter diſſerit. Claruit ſub Theodoſio, obiitque circa an. 380.

405. S. Ioannes Chryſoſtomus ob aureum eloquétiæ flumé ita appellatus, patria Antiochenus Conſtantinopolitanæ vrbis Archiepiſcopus, in diuinis Scripturis Diodori Epiſcopi Tarſenſis auditor: edidit in ſanctas literas, plurima tam Commentariorum, quàm Homiliarum volumina, licet ex Commentariis exſtent pauciſſima. In homiliis vſus eſt docendi modo Eccleſiaſtis officio, & auditorum vtilitati accommodatiſſimo, diuidens eas interdú in duas partes, Exegeticen, & Ethicen; aliquando in tres, addita ſcilicet, præmiſſaq; duabus illis Paraſceue. In Paraſceue ſeu Præparatoria parte auditorum animos ad ea quæ dicenda ſunt præparat, variis ac ſæpe fortuitis exordiis, ac interdum Prolixioribus, quàm moræ impatiens auditor optaret.

In exegetica, ſeu expoſitoria, diuinam Scripturam explicat iuxta literalem intelligentiam, quàm ſemper pro fundamento ſubſternit, eamque germanè, apertè, & appoſitè exponit, & dilucidis Paraphraſibus illuſtrat, nec vnquam ex ignorantia ſenſus hiſtorici literam detorquet, cave relicta, ad remotas confugit Allegorias, ad quas Hierun. & Aug. fatentur ſe, non numquam ex inopia literalis intelligentiæ fuiſſe adactos: ſed in pura, propriaque litteræ ſentétia continuò perſiſtens, ad imitationem Diodori Tarſenſis Epiſcopi Præceptoris ſui, vſque adeò Allegoricis abſtinet inuolucris, vt in omnibus eius explanationibus vix eas reperies, niſi paucis admodum in locis, in quibus vrgentiſſima diuinæ Scripturæ neceſſitas id vehementer efflagitat, vtitur autem maximè vulgata, ſuiſque temporibus paſſim recepta ſacræ paginæ tranſlatione ex 70. Interpretum, Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis verſionibus concinnata, vnde & multa veteris Teſtamenti loca ſæpe aliter explicat, quàm in noſtris nunc vulgatis codicibus legantur. Quæſtiones curioſas & ad plebis ædificationem inutiles, pugnaſque diſputationum ſummo ſtudio deuitat, & obuias dubitationes ac difficultates paucis ac ſimplicibus verbis expedire ſolet; Interdum tamen ad excutiendum ſtuporem audientium quæſtiunculas quaſdam exigui momenti proponit, eaſque de induſtria inſolutas relinquens, addit; [cur autem, & quomodo id ſe habeat vobis inueſtigandum relinquo; neque enim vos oportet à nobis omnia diſcere, ſed & ipſos vos elaborare, & exquirere, ne ſegniores efficiamini.]

In Ethica demum, ſeu morali digreditur, non ſolum ad locos omnibus Concionatoribus communes, nempe de luxu, ſuperbia, ira, crapula, cæteriſque vitiis fugiendis, ſed ſæpiſſime etiam exſpatiatur in ſelectis quibuſdam, & aureis moralia inſtitutionis paradoxis, ſibi vni maxime propriis, qualia ſunt: Virtutem non eſſe rem moleſtam, neque acquiſitu difficilem; Multò facilius eſſe bene viuere, quam male; Leuia peccata maiori ſtudio vitanda, quam grauia; Neminem lædi poſſe, niſi à ſe ipſo: Melius eſſe iniuriam pati, quàm inferre: Multos iniuſte lædere, neminem verò iniuſte lædi; Ignominiam huius mundi eſſe gloriam, gloriam verò huius ſæculi ignominiam: Vitam hanc non eſſe vitam, ſed mortem: Eleemoſynam eſſe artem omnium quæſtuoſiſſimam: Monaſticæ vitæ commoda omnibus facultatibus potiora: Dei viſione priuari peius eſſe, quàm Gehennæ ſupplicium: Et alia eiuſmodi quibus Chryſoſtomus auditorum animos inflammans in amorem ſupernarum rerum eleuabat & eleuatos in Deum transformabat. Et hic docendi modus Chryſoſtomo proprius.

Quod ſpectat ad genus dictionis, omnes ei tribuunt natiuam ac venuſtam Attici ſermonis puritatem, mira docendi facilitate coniunctam, & qualis nulli vnquam Græcorum eloquentiſſimo contigit; abundat etiam Chryſoſtomus ſimilibus, & metaphoris, ad res abſque tædio explicandas admirabili artificio concinnatis. Nuſquam tamen delectandi gratia vtitur, vel ſententiarum argutiis, vt D. Ambroſius; vel poëtarum illecebris vt Hieronymus; vel facetiis & Iocis vt Tertullianus: ſed eo quo pollebat affectu

ptecinæ

paternæ charitatis,& pio iouaodi ſtudio mirificè delectat auditores, quos vt magis attentos habeat, frequentibus dialogiſmis & percontatiuuculis interrumpit, ſæpe repetens huiuſmodi vocea. Quidnam eſt hoc? audiſtis quæ hic locutus eſt? Papè qualis eſt hæc doctrina, & quàm omnibus mortalibus neceſſaria? & his ſimilia, quibus ſanè tropis attentionem renouans tardos excitat, feſſos iuuat, & ad finem vſque ſuſtentat, obiit an.405.

De numero lucubrationum Chryſoſtomi, Nicephorus Calliſti teſtatur ſe legiſſe libros mille: Euthymius, & Suidas aſſerunt illum aliquos in Scripturam ſacram edidiſſe Commentarios, quos noſtra tamen nondum vidit ætas.

432. S. Cyrillus Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus acumine ingenij, ſubtilitate iudicij, eruditionis varietate, docendi facilitate, & differendi copia celebris, reliquit in ſacram paginam varios ac penè innumerabiles interpretatiui generis labores; videlicet Homilias admodum elegantes Epiſtolas, Commentarios,& Diſputatiunes,præ cæteris edidit pro deſenſione vtriuſque Teſtamenti Diſputationum libros decem aduerſus Iulianum Apoſtatam, qui ſeptem editis voluminibus Sacro-ſanctas Scripturas oppugnauerat. Feruntur ſub Cyrilli nomine in Leuiticum Commentariorum libri ſexdecim, cùm neque Cyrilli Opus, neque Commentarij ſint, ſed homiliæ ſexdecim Origenis extemporales, & ad Populum habitæ, vt apparet ea eiuſdem Origenis tam ſtyli quam dogmatum ſimilitudine. Claruit in Concilio Epheſino cui, Cœleſtini Papæ iuſſu præſedit an. Domini 432.

500. S.Petrus, Chryſologus ob auream ingenij & Eloquentiæ vbertatem cognominatus, Rauennas, ſcripſit in varias quatuor Euangeliorum Sectiones, Sermones 122. breues quidem ſed ſenſus grauitate venerandos, candore ſermonis venuſtiſque verborum floſculis amœnos,& argutis quibuſdam ſententiolis naturali facilitate fluentibus iucundos, & validis affectibus admirandos obiit circa an.500.

576. Aurelius Caſſiodorus,ex Romano Senatore & Conſule Monachus, & Abbas Monaſterij Rauennatis, omnes ſæcolares diſciplinas & eloquentiam in obſequium Chriſti conuertit,multaque de diuinis Scripturis interpretatus eſt. In Pſalmorum explanatione, compendioſâ & eleganti breuitate Perſtrinxit quicquid D. Auguſtinus in Pſalmorum Tractatibus copioſiſſimâ enarratione diceat, intermiſtis etiam de ſuo non contemnendis annotationibus, accommodatis Rhetorico more ad ſingulos Pſalmos breuibus præfatiunculis, in quibus argumentum & diuiſionem Pſalmi in ſuas partes proponens breuiter explicat,quid vnaquaque Pſalmi parte contineatur: deinde in ipſa enarratione verba & verſiculos Pſalmi neceſſariâ quadam Ordinis conſequentia artificioſè inter ſe connectens anagogicæ potiſſimum explanationi incumbit, omnia in Chriſtum finem omnium Pſalmorum referens,tandem in fine ſingulorum breuem eorum quæ dixerat epilogum appoóit, in quo ethicum ſeu morale quid anagogicæ immiſcens,lectoris animum inflammat obiit ao. Ætatis ſuæ 97. & Chriſti 576.

D

360. Diodorus Tarſenſis Epiſcopus, S. Chryſoſtomi in ſacris literis præceptor,literali earum ſenſui penitus inhæſit, vt teſtatur Nicephor. a dum ait: [Diodorus Tarſenſis Epiſcopus multos Scriptorum ſuorum libros in vniuerſum Teſtamentum reliquit, in quibus tantùm in litteræ ipſius expoſitione nuncupatus eſt, abſtruſiorem ſublimioremque Scripturæ ſenſum, & contemplationum ſpeculationes declinans, qua in re etiam præcipue ſectatus eſt eum diſcipulus eius Ioannes Chryſoſtomus.] Inter alia quæ edidit Commentarij in Prophetas celebres ſunt. Claruit an.360. a l.13. hiſt Eccleſ.c.2.

390. Didymus Alexandrinus primis Grammatices elementis iuuenis admodum imbutus,morbo oculorum viſum amiſit,ſtupendo tamen quodam modo,omnes Philoſophorum diſciplinas edidicit,quin & vtrioſque Teſtamenti diuina oracula exactiſſime tenuit,quæ & pluribus Commentariis per notarios iuxta Allegoricum ſenſum,hiſtoriæ vix pauca attingens,adeò fœliciter illoſtrauit, vt D.Hier. eius in ſacris literis diſcipulus, de ipſo ſcripſerit. [Didymus meus oculos habens ſponſæ de Cantico Canticorum, & illa lumina quæ in candentes ſegetes ſublimare præcepit Ieſus,procul altius intuetur & antiquum nobis morem reddit, vt & videns vocetur Propheta. Certè qui hunc legerit, Latinorum furta cognoſcet, & contemnet riuulos cùm cœperit haurire de fontibus; imperitus ſermone eſt, ſed non ſcientia; Apoſtolicum virum, ipſo ſtylo exprimens, tam ſenſus lumine quàm ſimplicitate verborum.] Claruit circa an.390.

E

320. EVſebius Cæſareæ in Paleſtina Epiſcopus, cognomento Pamphilus, ob arctiſſimam cum Pamphilo Martyre neceſſitudinem, inter omnes ſui ſæculi Epiſcopos adeò clarus fuit, vt Conſtantinus Magnus ſæpe de ipſo diceret: Fœlix Euſebius, qui non vnius vrbis, ſed orbis totius Epiſcopatu dignus eſt. Non deſunt tamen qui cum Arianæ hæreſeos aſſertorem, & Nicænæ Synodi deprauatorem ſcripſerint, ſiue decepti ſimilitudine appellationis, & dignitatis,quas habuit cum Euſebio, Berythi primum in Palæſtina, & poſtea Nicomediæ in Bithynia Epiſcopo, Arianorum anteſignano; ſiue ad id credendum inducti, quia Euſebius Cæſarienſis in Concilio Nicæno proponentibus Homoüſij vocem aſſentiri noluit, niſi poſt longum eius dictionis examen. Cùm enim ex patribus multi vocem illam Homoüſij, tamquam multitudinem Deorum, quam Arius induxerat, excludentem recipi vellent, plerique verò eandem auerſarentur,vt aſtruentem dogma Sabellij, qui vnam eſſe Patris filij & Spiritus Sancti perſonam ſtatuebat, & ob

hanc

hanc ſententiarum diuerſitatem, Euſebius diu hæſitaſſet vtri ſe parti adiungeret: Euſtathius Epiſcopus Antiochenus (qui poſtea depoſitus eſt) ipſum quaſi Arij fautorem, & Nicænæ fidei corruptorem maledictis proſcidit; at Euſebius è contra cùm declaratum eſſet à patribus per eam Homouſij vocem haud tolli diuinarum diſtinctionem perſonarum, quæ eiuſdem eſſent naturæ, & eſſentiæ, decreto Homoüſianorum ſubſcripſit, cumque diuinarum Scripturarum eſſet ſtudioſiſſimus, plurima in ipſarum elucidationem edidit volumina, quorum Socrates ex eiuſdem Euſebij ſcriptis dedit Apologiam.

Inter ea autem opera hæc præcipua ſunt, De locis Hebraicis liber vnus, quod Opus ab imperito Interprete malè verſum reſectis nonnullis, D. Hieronymus iterum Latinum fecit, & præfationem adiecit. De Doctrina Priſcorum virorum liber vnus, in quo innumerabilia de vita veterum Patriarcharum fortitudine, pietate, prudentia, partim hiſtoricè, partim allegoricè, & tropologicè interpretatus eſt.

In totum Pſalterium eruditiſſimi Commentarij, iuxta litteralem & myſticam intelligentiam, quos Euſebius Vercellenſis Epiſcopus, reſectis nonnullis quæ parum ſincera videbantur, Latinos Occidentali Eccleſiæ exhibuit. In vtrumque Teſtamentum à Porphyrio impugnatum volumina triginta.

Euangelicæ præparationis libri quindecim, quibus Gentiles qui Euangelica ſcripta eſſent lecturi, initiis quibuſdam inſtituit.

Euangelicæ demonſtrationis libri viginti, in quibus propter Iudæos potiſſimùm demonſtrauit, nihil in Euangelio Scriptum eſſe, quod non fuerit in Lege, & Prophetis multis anteà ſæculis prædictum, quâ occaſione omnes Scripturas, quæ in toto veteri Teſtamento de Chriſto loquuntur luculenter exponit.

De Euangeliorum diſſonantia liber vnus, quo omnia Euangeliſtarum loca quæ in ſpeciem pugnare videntur, ad ſtabilem concordiam perduxit.

Euangelicorum Canonum liber vnus, ad cognoſcendum in quo Euangeliſtæ, vel inter ſe ſimilia, vel ſeorſim vnuſquiſque propria dixerit. Hoc opus Hieronymus Latinum fecit.

Collectaneorum diuinæ Scripturæ liber vnus, in quo iuſſu Conſtantini magni ſumptus omnes ſuppeditantis, collegit ex ſacris litteris eas ſententias, quas potiſſimùm ad Eccleſiæ ædificationem putauit conuenire, horum mentionem facit Theodoretus, & Euſebius ipſe. Claruit autem Euſebius ſub eodem Conſtantino circa an. 320.

350. Euſebius Emeſenus Epiſcopus, cognomento Philoſophus, ex clariſſimis Edeſſæ in Meſopotamia parentibus ortus, cum ſacros libros Interprete Euſebio Cæſarienſe, accuratiſſime ſcrutatus eſſet, multa eleganti ſtylo in ipſos edidit iuxta litteralem ſeoſum Commentaria. De eo D. Hieronymus ſic ſcribit: [Euſebius Emeſenus Epiſcopus Elegantis & Rhetorici ingenij innumerabiles, & qui ad plauſum populi pertinent, confecit libros, magiſque hiſtoriam ſecutus, ab his qui declamare volunt ſtudioſiſſimè legitur.] Obiit 350.

F

500. FVlgentius Ruſpæ in Africa Epiſcopus, patria Carthaginenſis, eruditionis & ſtyli Auguſtiniani æmulator, ſcripſit in varia diuinæ Scripturæ loca, nobile Sermonum volumen, quorum duo habentur in Homiliario Albini, à Vandalis Arianam hæreſim propugnantibus grauiſſima perpeſſus. Obiit in Circinna inſula an. 500.

380. S. Gregorius Niſſenus Epiſcopus (quẽ Græci honoris cauſa Patrem patrum appellant) S. Baſil. Magni frater, Academicis, & Peripateticis diſciplinis excultus, vir eloquentiæ neruoſæ ac preſſæ, rogatu alterius fratris ſui Petri Epiſcopi Sebaſteni ſcripſit potiſſimum in Hexameron librum vnum, quo in ordinem & concordiam diſpoſuit, quæ à Moyſe de mundi procreatione primo aſpectu diſſita & inter ſe contraria videbantur. Scripſit etiã in illud Geneſeos: [*Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.*] De hominis opificio Sermones duos ad ſuppiendum ea quæ B. Baſilius de hominis conſtructione reliquit intacta. Claruit an. 380.

G

390. SAnctus Gregorius Nazianzenus, primum Saſimæ, deinde Nazianzi in Cappadocia, ac demum Conſtantinopoleos Epiſcopus, ab omnibus Græcis ob ſingularem auctoritatis ſuæ excellentiam, primus poſt S. Ioannem Euangeliſtam Theologi cognomine inſignitus, & S. Baſilio magno arctiſſimâ neceſſitudine coniunctus. D. Hier. in ſacrarũ Scripturarum ſtudiis auditorem habuit, tantumque in Eccleſia Græca nomen obtinuit, vt quicumque teſtimonio eius refragari auderet, ſuſpicione notaretur hæreſeos: plura in Scripturam conſcripſit, aliqua potiſſimum poëmata in gratiam Chriſtianæ iuuentutis, cùm Iulianus Apoſtata omnes Græcas diſciplinas interdixerat, vt adoleſcentes pro Græcis Poëtis illa addiſcentes, & Græcæ linguæ, & carminum peritiam conſequerentur, Flor. ſub Theodoſio an. 390.

600. Gregorius Magnus Summus Pontifex, eius nominis primus, patria Romanus in explanatione diuinorum voluminũ: tam viſibili, quàm inuiſibili Spiritus ſancti illuſtratione edoctus, omnes ferè ſacras Scripturas, partim per Homilias, partim per Commentaria explicuit; quorum maiorem partem, nondum in plura exemplaria multiplicatam, ſtatim eo defuncto, æmuli flagitioſiſſimi cõbuſſerũt, in homiliis (iis potiſſimum quas ad populũ habuit inter ipſa Miſſarum ſolennia) breui diuinæ lectionis elucidatione vſus eſt. In Cõmentariis verò coaceruato explanationis genere delectatus ſacram paginam locupletiſſima ſenſuum ac Sermonis copia exornauit.

Modus eius & ordo exponendi talis eſt. Iacto imprimis hiſtoriæ fundamento, literæ contextum iuxta duplicem editionem, veterem ſcilicet, quæ Italica eſt, & nouam Hieronymi breuiter percurrens ediſſerit. Secundò ex hiſtoriæ verbis Allegoriæ & anagogiæ

quæ apud eum idem ſunt copioſiſſimos fontes deducit. Tertiò Allegoriatum fluulos ad irrigauda vittutum moralium ſata detiuat: ſummaque cum efficacia de virtutibus & vitlis ſoquitur. Huius ipſe ordinis cauſam teferens, ait, quòd ſicut in ſalute fidelium, fides operibus priot eſt; ita in eaplanatione Scriptutarum poſito fundamento hiſtoriæ ſiue litetæ, quod ad fidem, pertiuet, & aſſignato poſtmodum ſenſu Allegorico, his adddenda eſt moralis eaplanatio, quæ rectam pettractat opetandi rationem. Dicendi genus iu omnibus peuè eius ſcripris coutinuum eſt, & couneaum, inciſis qulbuſdam, & ſimul terminantibus ſententiis fluens, ae ſæpius in abſolutis finiens periodis, ex priſtina ſæcularis eloquentiæ eaercitatione vltrò manantibus, citra vllum elabotatæ dictionis artificium: [iodignum aiebat ipſe, vehementer exiſtimo vt verba cæleſtis oraculi reſtringam ſub regulis Donati.] Tanta autem vbique eſt dictionis æqualitas, tanta ſemper ſtyli ſimilitudo, tamque aptè continuata ſeries orationis, vt nibil iu Gregotianis ſcriptis appareat, vel quod aliunde mutuatum, aliove ab Authore petfectum videri queat. Obiit anno 605.

Conſarcinauit ea omnibus Gregorij Operibus Pathetius eius diſcipulus libros tres eaplanationum, quamm Pattem iam inchuatam eùm D. Gregorins legiſſet laudauit, ipſumque ad opus petfieleudum, bortatus eſt.

1230. Guillelmus Epiſcopus Patiſienſis, patriâ Aluernus, vlr in diuinls Scripturis eruditus, iugenio ſubtilis, & eloquio Scholaſticus, plures in ſactam paginam edidit Commentarios Clar. an. 1230.

1350. Gregorius Ariminenſis, Prior Generalis Etemitarum S. Auguſtini, vita & etuditione celebertimus, Scholaſticâ methodo, ac ſtylo Auguſtiul patris ſui meutem ſecutus ſcripſit in Epiſtolas D. Pauli libros 14. & Commentaria in Epiſtolam Iacobi. Clat. au. 1350.

H

370. SAnctus Hilarius, Pictauienſis In Gallia Aquitanica Epiſcopus, quem Hietonymus ob inſignem eloquentiam, Romani ſermonis tubam vocat, & Latinæ eloquentiæ Rhodanum, quod tamen referas ad libtos duodecim quos de Trinitate conſcripſit, non ad ea quæ in diuinas Scriptutas elaborauit laudatiſſima myſticæ explanationis opuſcula, in quibus ſtylus eſt abſque vlla artis affectatioue, preſſus, ac ſolidus, interdum ſubobſcurus. Ttactatus, ſeu Homilias quas edidit in Iob, ea Origene collectas teſtatur Hieronymus a, affirmatque eũ eaplanationem in Pſalmos tranſtuliſſe ea Commentatiis Otigenis in Pſalterium, paucis quibuſdam de ſuo interpoſitis. Diſtiuxir Euangelium Matthæi in 33. Canones, ſecutuſque huius patitionem, ſuccinctâ ſed eruditâ, ac ſolidâ explanatione torum ferè Euangeliſtam explanauit, Allegorio magis, quam littetali ſenſu delectatus. Obiit. an. 370.

a Epiſt. contra Vargil.

422. S. Hietonymus Presbyter, ea Stridonis oppido (quod poſtea à Gothis euetſum, Dalmatiæ quondam, Pannoniæque confinium erat) vir iu omni doctrinarum genere abſolutiſſimus fuit, quippe qui ſplendore ſermonis & Eloquentiæ viribus iam præditus, in Scholis Philoſophorum uihil de Platonis, Ariſtotelis, ac Zenonis Doctrinis hoc eſt de Academicis, Peripateticis, & Stoicis, teliquit intactum; linguam Latinam, Græcam, Hebræam, Syram, Chaldæam, has omnes æquè ae matetnam Dalmaticam tenuit, quo inſtructus apparatu ad ſaeratum litteratum ſtudia ſe contulit, in his Apollinati Laodiceno, Didymo Alezandrino, & Gregorio Nazianzeno vſus præceptoribus, ſub quibus vſque adeò profecit, vt in obſcuris diuinatum Scriptutarum difficultatibus, Damaſus Papa, D. Auguſtinus, allique paſſim per Italiam, Africam, Galliam, Hiſpaniam, Palæſtinam, ae Græciam eruditiſſimi Epiſcopi ad hunc vnum confugerent, velut ad cum qui multiplici linguarum varietate adiutus omnes legiſſet diuinæ Scripturæ Interpretes, Latinos, Græcos, & Hebræos, quod idem Auguſtinus palam profitetur, his verbis: [S. Preſbyter Hieronymus, Græco, Hebræo, & Latino eruditus eloquio, ea Occidentali ad Otientalem tranſieus Eeeleſiam, in locis Sanctis, atque in literis ſacris vſque ad decrepitam vixit Ætatem; hic omnes, vel penè omnes qui ante Illum ea vttaque parte orbis de doctriua Eccleſiaſtica Scripſerunt, legit.]

Tot autem D. Hieronymus in diuinas Scripturas libros elaborauit, vt uulla ſeu veteris, ſeu noui Teſtamenti pats ſit, in quam ille non ediderit aut Tranſlationes, aut Annotationes aut Epiſtolas aut Commentarios: his etenim quatuor otdinibus diſtinguuntur omnia eius opera, quæ ad ſacrorum voluminum intelligentiam pertinent. Quod ad primum, transferendi ſcilicet otdinem, ſpectat, vniuerſum Sctipturæ corpus in varias vertit linguas. Quod ad ſecundum attinet, multa ex vtroque Teſtamento breuibus ſparſum adhibitis Annotationibus illuſtrauit. Quoad tertium, innumeras penè ſcripſit Epiſtolas, quæſtionibus illorum ſatisfaciens, qui per litteras ex diuerſis mundi pattibus tranſmiſſas ipſum de abſtruſis ſacræ Paginæ difficultatibus conſulebant. Quod ad quartum, & vltimum, Commentariorum otdinem ſpectat, diuinas Scripturas iuxta varias Græcorum, maximè verò LXX. Seniorum editiones ac ſuam ex Hebraico fonte deductam, omnium Latiuorum primus literalem ſenſum ſolertiſſimè inueſtigauit, adiectis quoque breuibus Allegoricis ac Tropologicis eaplanationibus, inſtar appendicum & ornamentorum intelligentia literali. Inter cæteros Græcos expoſitores, quorum ſcripta In morem apis argumentoſæ perflorauit, adhæſit Otigeni, ea cuius immenſis voluminibus, innumera propemodũ in ſuos tranſtulit Cõmentarios, qua de re ab æmulis ſuis inſimulatus, in Præfatione ſecundi Cõmentarij in Michæam, & alibi paſſim, adductis aliorũ exemplis ſe excuſat. Aliam quoque in quatuor ſuper

Ieremiam volumine illatam ſibi accuſationẽ eluit: cùm enim in colligendis veterum explanationibus, illorum ſententias ac noonullas interdùm aberrantes opiniones ſoleret referre, ſuppreſſis nominibus Aotorum, omiſſis etiam aliquando earumdem opinionum confutationibus, modeſtiæ gratiâ, & quòd eos alibi plenè refelliſſet, viſus eſt ex animi ſui ſententiâ ea proountiaſſe, aliorumque erroribus ſubſcripſiſſe. Vnde & obtrectatores occaſionem nacti ſunt eum inſectandi, quòd hæreticorum dogmatibus omnia penè Commentaria ſua reſperſiſſet, quorum prætereà calumniæ his verbis occotrit. (Solio in Commentariis & explanationibus, ſicut mos eſt, diuerſas ſententias ponens Interpretum, huiuſcemodi miſcere ſermonem: quidam hoc dicunt, alij hoc autumant, nonnulli ſic ſentiunt, &c. Quod ego cauſa beneuolentiæ facio, ne aliquem certo nomine videar lacerare, ſed benignitas mihi verſa eſt in calumniam.]

Stylus Hieronymi, in ſuis ſacrarum Scripturarum interpretationibus longè diuerſus eſt ab eo quo in cæteris operibus vtitur; in his quippe quæcumque ea ſint, ſiue Parænetica, quæ vitæ inſtitutionem continent, ſiue apologetica, quæ ad referendos hæreticorum errores, & maleuolorum calumnias ſpectant, habet dicendi genus, varia quadam ac mirabili omnium rerum myſturâ compoſitum, Rhetorum ornamentis, Dialecticorum argutiis, Philoſophorum ſententiis & omnigeniis ſcientiarum pigmentis variegatum, inſtar emblematis, & Muſiui operis multicoloribus lapillis intertexti; In illis verò ſacræ Paginæ Interpretationibus, ſpretâ ſæcularium literarum pompâ ab eloquentiæ fuco, & difficilium quæſtionum ambitione abſtinet, ſuccinctâ vbique dictione vtens, ſimplici, & apertâ; cuius ipſe rei rationem reddens ad Damaſum Papam ſic ſcribit: [De Scripturis diſputantem non decet Ariſtotelis argumenta conquirere, nec ex flumine Tullianæ Eloquentiæ ducendus eſt riuulus, nec aures Quintiliani floſculis, & ſcholari declamatione mulcendæ: Pedeſtris & quotidianæ ſimilis, & nullam lucubrationem redolens oratio neceſſaria eſt, quæ rem explicet, ſenſum ediſſerat, obſcura manifeſtet, non quę verborum compoſitione frondeſcat, ſint alij diſerti, laudentur, vt volunt; & inflatis buccis ſpumantia verba trutinent, mihi ſufficit hic loqui, vt intelligat, vt de Scripturis loquens, ſimplicitatem imitet Scripturarum *a*.] Obiit an. Ætatis ſuæ 61. & ſalutis noſtræ 422.

a Hier. in quæſt. ad Dam. Pap.

Inter indubitata Hieronymi opera hæc potiſſimum obſeruanda ſunt, totius veteris Teſtamenti, ex Hebraica veritate in Latinam linguam tranſlatio, quam vt cæteris præſtantiorem, omnis Latinorum Eccleſia ſuſcepit, & peruetuſti Patres comprobarunt: Tranſtulit autem tanta facilitate & velocitate pleraque volumina, vt tridui labore, tres libros Solomonis, Prouerbia ſcilicet, Eccleſiaſten, & Canticum Canticorum, ex Hebræis Latinos fecerit, & Librum Tobiæ ex Chaldæo in Latinum vnius diei opera verterit. Nouum omne Teſtamentum iam in Latinum verſum, ſed Scriptorum negligentiâ corruptum, iuxta Græcam veritatem ſummâ curâ emendauit. Vertit etiam ex Philone, & Origene de Interpretatione Hebraicarum nominum, quæ vtroque Teſtamento comprehenduntur Librum vnum, aliumque Traditionum, ſiue quæſtionũm Hebraicarum in Geneſim. Etymologias prætereà nominum Latinis incognitas explanauit, promittens ſe labore conſimili in omne vetus Teſtamentum annotationes editurum.

Triplicem Latinæ tranſlationis varietatem in Pſalterium exhibuit: Primam quidem Romæ iuſſu Damaſi Papæ, quam tranſlationem, correctionem potius dixerim; emendauit enim magna ex parte vulgatam Pſalterij editionem innumeris mendis corruptam, ſecutus in eo Græcam LXX. Interpretum verſionem: Porrò cùm illa tranſlatio, ſeu correctio eiuſdem Pontificis mandato in Eccleſia Romana legi, cantarique cæpiſſet, Romanum Pſalterium appellata eſt. Verùm cum hæc correctio, rurſum vitio Scriptorum, apud quos plus antiquæ tranſlationis corruptela, quàm nouæ correctionis fides valebat, eſſet deprauata, Hieronymus hortatu Paulæ ſecundam tranſlationem ex Græca LXX. Seniorum verſione, edidit, in qua, appoſitis obelis, hoc eſt iacentibus in hunc modum | lineis indicauit, quid apud ſeptuaginta, eſſet ſuperfluum, & inſertis pariter huiuſmodi Aſteriſcis * notauit quid ipſe ex Hebraica veritate addidiſſet. Quod opus cùm Damaſus Papa in Eccleſiis Galliarum cani conceſſiſſet, Pſalterium Gallicanum vocatum eſt. Tertiam Tranſlationem ex ipſo Hebraicæ veritatis fonte emiſit, rogante Sophronio, quia cùm iſte Iudæos, prolatis Pſalmorum teſtimoniis, diſputatione vrgebat, ipſi ſingulo penè verbo reſpondebant non ita haberi vt ille ex LXX. Interpretibus opponebat; fertur item in totum Pſalterium ſcripſiſſe commentarios, ex iis namque nonnulli SS. Patrum teſtimonium afferunt, Auguſtinus *b* quidem ex Pſalmi 93. explanatione, ex 50. vero Gregorius *c* Magnus: vertit item ex Commentariis Origenis tractatos ſeptem in ſeptem Pſalmos à 10. vſque ad 16. incluſiuè.

b Epiſt. ad fortunat.
c in 7. Pſal. Pœnit.

Scripſit quoque in Eccleſiaſten ad Paulam & Euſtochium librum vnum mirâ breuitate & facilitate conſpicuum, & in Prophetas omnes maiores & minores Commentariorum libros ſexaginta ſex, in quibus iuxta vtramque editionem, primus omnium Latinorum, expoſitionem litteralem ſuper ſingulis Prophetarum verbis aggreſſus eſt; his iactis fundamentis, Tropologicos & Anagogicos ſenſus hiſtoriæ ſuperaddens, Græcos in his auctores ac præſertim Origenem ſuũ ſecutus. Partitus eſt autem Commentarios illos in plures libros vt longo explanationis itinere, certis ſpatiis diſtincto minùs difficilẽ faceret ſcribentis ac legentis laborem, per partes diuiſum, & minuendi tædij gratiâ ſingulis libris præpoſuit argutas quaſdam præfatiunculas in quibus argumenta explanationum breuiter explicat, dictauit autem eoſdem Commentarios, excipientibus dicta ſua notariis, cum iam caligantibus oculis,

manúque trementi ſcribendi laborem ferre non poſſet.

Compoſuit etiam in Matthæum Commentationum ad Euſebium libros quatuor, in quibus litteralem explanationem breuiter digeſſit, aliquos interdum: intelligentiæ flores miſceos, iacienſque fundamenta futuro operi, quod operi, quod poſtea in nonnulla eiuſdem Euangeliſtæ loca, fuſiùs & exactiùs abſoluit.

In Epiſtolas D. Pauli duplex attulit expoſitionis genus, interpretatiuum ſcilicet, & Epiſtolare. In priori collegit ex Origene, Victorino, Didymo Alexandrino, Theodoro, & Apollinari in Epiſtolam ad Galatas libros tres, ad Paulam & Euſtochium directos, & tres alios in Epiſtolam ad Epheſios, ſingulosque in Epiſtolam ad Titum & Philemonem. In poſteriori varias exarauit Epiſtolas in varios D. Pauli.

I

100. IOſephus, natione Hebræus, patria Ieroſolymitanus ex regio & Sacerdotali ſanguine editus, Matthathiæ Sacerdotis filius, Græcus Liuius, ab Hieronymo, & à recentioribus Iudæis Ioſeph Bengarion nuncupatus, in obſidione Ieroſolymitana, à Veſpaſiano captus, & poſt excidium vrbis à Tito Veſpaſiani filio Romam ductus, ibi propter ingenij excellentiam à Senatu promeruit vt libri eius adhuc viuentis in publica Bibliotheca reponereotur, ipſique poſt mortẽ ænea ſtatua erigeretur, Iudæus licèt, amicus fuit Chriſtianorũ, & Chriſtũ Dominũ inſigni elogio celebrauit, ipſumq; ea de cauſa D. Hier. in catalogo Scriptorũ Eccleſiaſticorũ recẽſet.

Ioſephus hic cum obſeruaſſet ex ſacris codicibus à LXX. Interpretibus olim in linguã Græcam tranſlatis, ſolos quinq; libros Moyſis apud Græcos extare, Epaphroditi viri doctiſſimi hortationibus incenſus vniuersã veteris Teſtamenti hiſtoriã Græcis auribus tradidit, editis primũ Hebraica lingua, deinde & Græca libris viginti, quos de Antiquitatibus inſcripſit, in quibus aliquam veluti Paraphraſim in omnia ferme veteris Teſtamenti volumina hiſtorica aptauit. Hos libros Rufinus Presbyter Aquileienſis Latinos fecit.

Scripſit etiam Ioſephus ad Prædictum Epaphroditum libros duos aduerſus Appionem Grammaticũ, alioſque qui ſacras Hebræorum hiſtorias calumniabantur, ceu rem nuper natam & fabuloſam eò quòd à Græcis hiſtoricis nulla de iis mentio fieret; quibus occurrens Ioſephus, tot tantaque ex Phænicum, Chaldæorum Ægyptiorum, & Græcorum ſcriptis protulit teſtimonia, ſacris hiſtoriis conformia, vt obſtupuerit D. Hier. quî vir Hebræus, ab infantia ſacris litteris addictus, tot externas Ethnicorum Bibliothecas potuarit euoluere. Scripſit etiam de LXX. Hebdomadibus Danielis librum vnum, cuius mentionem facit Hier. & alium valde elegantem de Imperatrice ratione, in quo deſcribens agonem ſeptem fratrum Machabæorum, qui cum matre ſua, tot tantaque tormenta, mortemq; generoſiſſimè ſuſtinuerunt, eorum oſtendit exemplo, rationem & animum imperium tenere in nobis; de hoc opere Euſeb. Clar. ſub Veſpaſiano & Tito Impp. & peruenit vſque ad Traianum, & an. Chriſti 100.

O

260. ORigenes Adamantius, patriâ Alexandrinus, Leonidæ martyris filius, Clementis Alexandrini auditor, ac diſcipulus, vir tanti ingenij, & eruditionis, vt ei parem doctiſſima Græcia, feliciſſimorum ingeniorũ parens nomquam habuerit. Qualis, quantuſque in diuinis Scripturis fuerit vel ipſa ſatis oſtendunt clariſſimorum Eccleſiæ Patrum de eo teſtimonia. Didymus vocat eum [ſecundum poſt Apoſtolos Eccleſiarũ magiſtrum.] Seuerus Sulpitius aſſerit eum in ea Parte qua probatur, neminem poſt Apoſtolos habuiſſe æqualem. Hieron. eundem prædicat Sacrorum omniũ expoſitorum victorem; & Epiphanius ac Ruffinus ſex millia voluminũ elaboraſſe referunt, quæ quidem graue tacturam paſſa ſunt, fraude ac vitiis hæreticorum qui pluribus erroribus illa conta minauerunt, vt ſub tanti viri nomine praua ſua dogmata facilius ingererẽt: quod minimè obſeruantes non pauci, authoris crimen id eſſe, magiquàm hæreticorum deprauationẽ credentes, Origenem inter hæreticos reiecerunt, cùm tamen pro defenſione Operũ eius Apologeticos libros ſcripſerint viri clariſſimi, videlicet Pamphilius Cæſarienſis, Martyr ſanctiſſimus librũ vnũ, cui adiungitur Gregorij Neoceſarienſis Epiſcopi de laudibus Origenis liber vnus, itẽ Euſeb. Cæſar. Epiſcopus libros ſex, Didymus Alexandr. librum vnũ, Methodius Olympios Palinudiæ à ſe quondam vituperati Origenis librũ vnũ, Baſilius Magnus, & Greg. Nazianz. mutuà ſummaque deuincti amicitià communi labore librum vnum, Rufinus Presbyter Aquileienſis ad Macaſium libros duos. Ioannes Picus Mirandulanus librum vnum.

Origenis opera in Scripturas ſacras edita, diſtinxit Hieronymus in tria explanationum genera, videlicet in Scholia, Homilias, & Tomos; in Scholiis quoties ad plenam Commẽtationem otium deeſſet, ea tantùm quæ ſibi videbantur obſcura breuibus quibuſdã annotationibus ſummatim perſtringebat. In Homiliis ſeu concionibus, quotidie, & quaſi ex tempore Scripturas ad Populum enarrabat excipientibus ex ore ſeptem Notariis, aliiſq; Scriptoribus, qui eas Poſteritati tradiderunt. Stylus eius in huiuſmodi cõcionibus ſimplex eſt, & apertus, & ab omni Rhetorica Pompa alienus, hiſtorica explanatione nonnumquã delibatã, ad intelligentiæ Allegoricæ ſenſus aſcendit, & ab his iterum ad locos morales & breues exhortationes deſcendit. In tertio ac vltimo genere, quod Græci τόμυς, Latini volumina nuncupant; Hieronymus maiores Commẽtarios repoſuit, eos ſcilicet in quibus Origenes diuinas iuxta Hebraicã veritatem Scripturas exponens, totaq; ingenij ſui vela dans ventis ſpirantibus myſteriorũ diuinorũ altum petit: in his tamen arcanis pertractãdis tantà ſemper animi humilitate ac verborum modeſtia vſus eſt, vt nihil temere affirmet ſed quaſi ſingula humiliter inquirens, & ad eorum inueſtigationem potius excitans lectorem, quam docens, his cum frequentiſſi-

me

mè compellat monendi formulis. [intuere ſi fortè hæc quæ dicimus, ſacræ Scripturæ aptari poſſint] videamos ſi hoc quod dicimus in diuinis Scripturis inuenire poſſimus. Ego quidem ſic ſuſpicor, vide tu, num hoc ita eſſe poſſit, his ſimilibuſque dicendi modis vti voluit, provt etiam decebat hominem, qui primus aggreſſus eſſet omnium Scripturarum diuinarum explanarionem ab vllo alio nondum attentatam. Delectatus eſt etiam tam in hoc, quàm in ſuperiori genere, vſque adeò Allegoriarum ſtructurâ, vt ei ab æmulis ſuis obiectum ſit quòd Allegoriæ inuoluens, & anagogiæ ambagibus, reclamanti litteræ vim fecerit, & veritatem Scripturarum ſuſtulerit. Vtitur etiam in tertio potiſſimum genere multis ad imitationem Clementis Alexandrini præceptoris ſui Apocryphis teſtimoniis, ex vetoſſimis reconditorum voluminum monumentis, vt ſunt Liber Enoch, Teſtamentom duodecim Patriarcharum, Oratio Ioſeph, Prædicatio Petri, Euangelium ſecundom Hebræos, & his ſimilia.

De ſingulis verò Origenis libris in Scripturam ſacram editis, ſeu ipſi adhuc extent, ſeu perierint, conſulendi ſunt authores qui de ſacris Interpretibus apprimè diſſerunt *a*, ſed imprimis Euſebius *b* Cæſarienſis: noſtro ſufficiet inſtitoto vt ſingulis Scripturæ libris, lociſve reſpondentes eiuſdem explanationes quæ adhuc extant adiiciamus. Obiit an. Ætatis ſuæ 70. & Chriſti 260.

a Sixt. Senen. l. 4. Bibl. *b* l. 6. hiſt. Eccleſ.

P

50. PHilo Iudæus, tribu Leuita, Patriâ Alexandrinus, omnis Philoſophiæ Platonicæ præſertim, peritiâ, & Græcæ facundiæ elegantia, cunctis ſui ſæculi adeò ſuperior, vt ab ipſis Græcis Plato Iudæus dictus ſit, abieritque de eo apud illos in Prouerbium: aut Plato Philonizat, aut Philo Platonizat, tanta fuit amborum ſimilitudo genij, & eloquij: huius opera in tantùm admirati ſunt Romani, vt digna exiſtimarent, quæ in ipſorum publica Bibliotheca reponerentur; ideò autem ab Euſebio & Hieronymo in Catalogo Scriptorum Eccleſiæ recenſetur; quia ſuum, de erecta à Mateo Euangeliſta apud Alexandrinam, Eccleſia librum ſcribens, Chriſtianorum gentem miris illuſtrauit encomiis; Mirabilis fuit in ſacris Scripturis explicandis, quas iuxta LXX. Seniorum editionem triplici ſenſu præclariſſimè expoſuit, litterali ſcilicet morali, & præcipuè Allegorico: in quo quidem expoſitionis genere ita excelluit, vt vetuſtiores Eccleſiæ Doctores in deducendis Allegoriis ipſum velut primum ſacrarum Allegoriarum inuentorem & artificem ſint imitati: edidit autem in vetus Teſtamentum plurima & inſignia volumina explanationum, quorum maior Pars ad Pentateuchum pertinet, quæque ſingillarim ediſſerit Sixtus Senenſis earum quæ adhuc extant potiores explanationes propriis Scripturæ locis reſpondenres ſequenti libro in ſacrorum Interpretum Catalogo agitur annotabimus: floruit ſub Caio, Claudio, & Nerone Imperat. vſque ad an. à Chriſto nato 50.

460. Proſper Aquitanicus natione, Rhegij Flaminiæ in Italia Epiſcopus, vir acris ingenij, dictionis preſſæ, neruoſæ & elegantis, vitæ ſanctitate, diuinarumque literarum peritia clarus; ſcripſit in 50. Poſteriores Pſalmos puta à centeſimo ad vltimum, breuiſſimos iuxta literalem ac ſpiritualem ſenſum Commentarios, ſtricto & arguto expoſitionis genere comprehenſos. Clar. ſub Leone Magno Imperat. an. 460.

T

200. TErtullianus (cui ſeptimus Prænomen fuit) natione Afer, patria Carthaginenſis, eaque in vrbe publicus, eximiuſque artis Rhetoricæ Profeſſor, dignitate Presbyter, vir acris & vehementis ingenij, humanis, diuiniſque imbutus diſciplinis, multa Latinè eleganter conſcripſit, ſed ſtylo nimium elaborato & obſcuro; hæc enim duo impingit illi D. Hieron. ſcilicet quod ſit in ſententiis creber, & in loquendo difficilis: eius tamen ſcripta B. Cyprianus tanti fecit, vt nullam diem abſque eorum lectione præteriret, id Paulo Concordienſi Notario ſuo ſæpe repetens, da Magiſtrum, Tertullianum intelligens, hic inter præclara opera, nonnulla quoque in Scripturam ſacram, in Geneſim potiſſimum edidit. Flor. an. 200.

450. Theodoretus natione Syrus, vrbis Cyrenſis (quam Stephanus Cyropolim, vtpote à Cyro Perſarum Rege conditam vocat,) Epiſcopus, octingentarum Eccleſiarum Paſtor, Attica celebris eloquentia, & admirabili docendi facilitate præditus, ſanctorumque voluminum interpretatione clariſſimus, multos in diuinas Scripturas reliquit Commentarios, ex vberrimus potiſſimum S Chryſoſtomi, quem ſibi propoſuerat imitandum, explanationibus abbreuiatos. Inter alia eſt myſticarum inſtitutionum in vniuerſam Scripturam ſanctam Iſagogicum volumen, nominum ac verborum omnium quæ diuinis literis continentur myſticas & ſpirituales intelligentias exponens. Item de ſelectis Scripturæ diuinæ quæſtionibus ambiguis, ab initio Geneſeos vſque ad vltimum librum Regum inſigne Opus, in quo loca dumtaxat obſcura per interrogationem & reſponſionem breuiter ac dilucidè explicat. Habentur præterea in totum Pſalterium præcipue, iuxta literam Commentarij, in quibus miro artificio coniunxit Pſalmorum verſiculos qui nullum inter ſe ordinem habere videbantur; cui Operi annectitur Catena explanationum in Cantica ferialia. Feruntur etiam typis excuſi Commentarij in omnes Pauli Epiſtolas, in qoibus quantùm fieri poteſt, ſuccincte, eleganter, ac pie ſenſus Apoſtoli explicantur, & ſententiæ ſententiis quod in Paulo videtur difficillimum, miro artificio coniunguntur, peruenit vſque ad tempora Leonis Papæ primi, ad quẽ Scripſit Epiſtolã, pro ſua ad Epiſcopatũ reſtitutione deprecatoriam, à quo iniuſtè à Dioſcoro hæreſiarcha Epiſcopo Alexãdrino eiectus fuerat, eò quòd Flauiano Epiſcopo Conſtantinopolitano in

damnarione Eutychianæ hæteſeos conſenſiſſet. Obiit circa an.450.

900. Theophylactus Bulgariæ Archiepiſcopus in D. Chryſoſtomi lectione diu multomque verſatus aperto perſtrinxit compeodio quicquid iſte iuxta literalem intelligentiam aureo ſuo ore velut ex abundantiſſimo fonte in exponendis Scripturis ſacris effuderat; Allegorias verò ex aliorum Commentariis ſuppleuit, ſuiſque locis aptiſſimè accommodauit. Scripſit potiſſimùm in Oſeam, Ionam, Nabum, Abachuch, quatuor Euangelia, & omnes Epiſtulas D. Pauli. Clar. an.900.

1274. Thomas Aquinas, Ordinis Prædicatorum, ex illuſtri Comitum Aquini familia, in finibus Campaniæ ortus, Alberti Magni, maior ipſe, diſcipolus, maximo & eminentiſſimo ingenio vir, cui, ad plenam, abſolutamque omnium ſcientiarum gloriam, ſolus defuit linguarum & eloquentiæ vſus, quem illius tempeſtatis eruditi, vtpote ſublimioribus ſtudiis intenti minùs curabant. In ſacris ſtudiis ita ſapientiſſimo Auguſtino proximus inceſſit, vt doctiſſimorum ſenſus ad metempſychoſim Pythagoricam alludens, Auguſtini animam in Thomam migraſſe communi adagio iactarit; & & ob eam quæ inſuper acceſſit ipſi in dicendo & ſcribendo, claritatem Doctoris Angelici cognomen indiderit. Inter innumera quæ diuinus hic genius edidit ſacræ doctrinæ volumina, ea quæ ad Scripturæ ſpectant intelligentiam triplicis partitiune diſtinguuntur; videlicet in expoſitiones, opuſcula, & Quæſtiones: in expoſitionibus quas & lecturas appellauit, nonnullos ſacræ Paginæ libros continuo expoſitionis ordine, breuiter & ad literam lucidiſſimè explanauit: In Opuſculis, ſiue Tractatibus peculiares aliquot Scripturarum locos fuſios pertractauit: Et in Quæſtionibus ſuper varias earumdem propoſitiones adhibitis vtrinque contrariis argumentationibus egregias admodùm inſtruit diſputationes, in quibus maximè laudantur quæſtiones de opificio ſex dierum, in caput primum Geneſeos, quas cùm prius ſeparato volumine edidiſſet, poſteà in prima parte Summæ ſuæ decentiſſimo ordine collocauit. Singula D. Thomæ opera ſub illo triplici partitionis genere comprehenſa, recenſet ac diſcutit Sixtus Senenſis, quæ & nos iis quibus reſpondent Scripturæ libris ſuis locis præcedenti Catalogo annotauimus. Illud hoc loco ſingulari obſeruatione dignum, cùm Doctor Angelius anno Ætatis ſuæ 48. in Cœnobio Ciſtercienſi Foſſæ-nouæ, lethali morbo decumberet, rogatus à Monachis qui lectulo eius aſſidebant, vt Canticum Canticorum iuxta ſpiritum, ſenſumque Bernardi, breuius tamen, explicaret, recuſauit, inquiens: Date mihi ſpiritum D. Bernardi, & ego vobis expoſitionem ſpirantem Bernardi ſpiritum exhibebo: verùm cùm illi adhuc inſiſterent vt eam ſaltem ex proprio genio depromeret exorſus eſt ſecundam in Canticum Canticorum enarrationem ſtylo & eruditione à priori diuerſam, dictans non quod ars, ſed quod ſincera pietas & animus iam iam ad immortalitatem properans eructauit. In hac igitur explanatione cùm vſque ad ſextum ſacri Epithalanij caput exponendo peruenisſet, eaque verba quæ illi nouiſſima fuerunt vehementi ſpiritus ardore & ſumma vocis alacritate erectis in cœlum oculis, proferret: [*Veni dilecti mi egrediamur in hortum.*] Sanctiſſima eius anima, mox è mortali corpore in hortum ſempiternæ fœlicitatis egreſſa, ad dilectum ſuum abiit. an. Ætatis ſuæ 48. & à Chriſti Natiuitat. 1274.

1400. Thomas Anglicus Ordinis Prædicatorum, ſcripſit in ſacros libros plurimas Scholaſticæ methodi commentationes. Huius quoque Authoris, vt refert Sixtus Senenſis, eſſe creduntur Commentaria, quæ in Geneſim in Iſaiam, in Ieremiam, in Epiſtolas Canonicas & in Apocalypſim adſcripta ſunt D. Thomæ Aquinati, cui cùm honoris cauſa tributum eſſet Angelici cognomen, & maxima eſſet inter Anglicum & Angelicum vocis ſimilitudo, paulatim factum eſt, vt per incuriam Thomæ Anglici Scripta, Thomæ Angelici titulo notarentur. Clar. anno 1400.

1530. Franciſcus Titelmanus, Ordinis Minorum S. Franciſci Capucinorum, Academiæ Louanienſis olim illuſtris moderator, piiſſima ſyntagmata in diuinas Scripturas elaborauit ex quibus extant paraphraſticæ elucidationes in Iob, in Pſalterium, in Cantica, in Matthæum, in Ioannem, in omnes Pauli Epiſtolas, & in omnes Catholicas, vna cum Annotationibus in loca difficiliora eorumdem annexis. Clar. an. 1530.

X

1510. FRanciſcus Ximenes, Natione Hiſpanus, Ordinis Sancti Franciſci S. R. E. Cardinalis, & Archiepiſcopus Toletanus, & Hiſpaniarum Archicancellarius, immenſis ſumptibus, & laboribus perfecit ſub Leone X. nobiliſſima illa Bibliorum exemplaria, quæ Complutenſia appellantur, accitis ad hoc operis, vndique terrarum viris in linguarum cognitione doctiſſimis, nec non exemplaribus caſtigatiſſimis & vetuſtiſſimis. Huius autem eximij Operis ea eſt diſpoſitio; Pentateuchum Moyſis, triplicem habet editionem ſcilicet Hebraicam, Chaldaicam & Græcam LXX. Interpretum, cui connexæ ſunt tres Latinæ editiones, videlicet Latina Hieronymi Hebraicæ reſpondens veritati, & alia Latina quæ de verbo ad verbum Chaldaïcæ reſpondet à viris eius linguæ peritiſſimis elaborata; Græcæ autem LXX. Seniorum correſponder interlinearis Latina traductio: Hagiographi & Prophetici libri Hebræa tantum, ac Græca lingua excuſi ſunt, cum aliis duabus tranſlationibus, illis correſpondentibus: Chaldaïca verò omiſſa eſt, quod in cæteris libris, præterquam in Pentatheucho, nonnullis in locis corrupta ſit, nugiſque Talmudiſtarum ac fabulis conſperſa. Libri verò qui extra Canonem ſunt Hebræorum Græcam tantum habent editionem, ſed cum duplici tranſlatione, altera interlineari de

verbo

verbo ad verbum,& alterâ D. Hieron. Et quia vniuerſum nouum Teſtamentũ Græcè ſcriptum eſt, habet cùm Latina Hieronymi verſione ſuum contextum Græcum, nudis tantùm literis conſcriptum, abſque vllis accentuum aut ſpirituum notis, ad imitationem antiquiſſimorum Græcorum, quos ſine eiuſmodi literarum faſtigiis ſcriptitaſſe, vetuſtiſſima Callimachi poëmata, Sybillina carmina, marmorumque fragmenta ſatis indicant. Voluit eminentiſſimus vir priſcam eo in opere linguæ Græcæ maieſtatem intactam retineri, & ne vlli dubium aliquod occurreret, in qua videlicet ſyllaba collocandus foret accentus ſimplicem tantùm apicẽ in polyſyllabis dictionibus addidit, velut ſignum quo dirigi poteſt Lector, ne in prolatione dictionum aliquando laberetur. Appoſuit in fine totius operis copioſiſſimum Dictionarium, Hebræorum, Chaldæorum, Græcorúmque vocabulorum, in quo non modo ſimplices dictionũ Interpretationes, tam primitiuarum, quam diriuatiuarum contineantur; ſed quod omnium operoſiſſimum fuit, quot locis in veteris Teſtamento vnaquæque dictio Hebraïca, propter linguæ illius fœcunditatem multiplicer ſignificata continuò ſubiungitur. Claruit Ximenes ſub Maximiliano an. 1510.

ARTICVLVS VI.

De iis quæ ad cautam ſacrorum Interpretum Lectionem obſeruanda ſunt.

VT quis præcedenti Catalogo tutius vti valeat, eoſque qui in ipſo recenſiti ſunt maiori profectu, minoríque periculo, ſacros conſulat Interpretes, tria hoc articulo totidem ſectionibus obſeruanda ſunt. Primum, quâ cautelâ ac modeſtia ſacrorum Interpretum ſcripta ſint legenda. Secundùm, qua ratione legitimis eorum monumentis adulterina, & ſuppoſititia irrepſerint. Tertium, quibus indiciis ea deprauatio deprehendi queat.

SECTIO I.

Quâ cautelâ, ac modeſtiâ ſacrorum Interpretum ſcripta ſint legenda.

SAcrorum expoſitorum Lector, cautus debet eſſe ac modeſtus: cautela exigitur, quia lapſus aliquot, qui diſſimulari nequaquam poſſunt, in antiquorum Patrum ſcriptis nonnumquam occurrunt locique nonnulli aliqua digni cenſurâ in vtriúſque Teſtamenti ſacris Interpretibus reperiuntur. Hæc Sixtus
a Lib. 1. &. 6. Bibl. ſanct.
Senenſis a iuxta ſeriem diuinorum voluminum, & Capitulorum ab initio Geneſeos vſque ad vltimum noui Teſtamenti librũ progrediendo, ſummâ diligentiâ annotauit, mirâque vſus cautelâ ac modeſtiâ, appoſuit vbicúmque id fieri potuit ſingulis ſuſpectis locis ſua antidota, hoc eſt, alia eorumdem Autorũ loca ac ſententias à præmiſſis locis, aut apertè abhorrentes, aut ſaltem alienas quæ ſuo teſtimonio palam oſtendunt locos illos ſuſpectos, vel ab ipſis operum autoribus ex integro retractatos vel apertiùs explicatos, vel ita primùm incompoſitè editos, ac deinde ſiue caſu, ſiue occaſione quadam excuſabili abſque vlla emendatione prætermiſſos, vel à calumniatoribus perperam intellectus, vel ab hæreticis ad impugnationem Catholicarum aſſertionum, ſuorúmque prauorum dogmatum propugnationem violenter detortos, vel à falſariis ſuperadditos, aut adulteratos. Prædictos Sixtis Senenſis libros admirandos & pro rei grauitate, & materiæ copia dilucido compendio perſtrictos legendos conſulo, ne incautus Lector ſacros Expoſitores euoluens in ſcopulum aliquem non obſeruatum impingat, agnoſcátque diuinorum Interpretum lapſus omni cum modeſtia, & pietatis ſenſu excuſandos; ſumma námque diligentia & obſeruatione cauere debent Lectores religioſi, ne ſi quid in aſſignandis ſacrorum Expoſitorum Commentariis inuenerint quod ſpeciem habeat erroris, aliqua ſeueritate correpti Autorem damnent, & quod peius eſſet, totum eiuſdem opus abiiciant; matura potiùs conſideratione expendant, an id quod ſpeciẽ præfert erroris, erroneum ſit; ſunt enim quidem Lectores adeò proclines ad omnia carpenda omníſque moræ impatientes, vt abſque obſeruatione vlla in lectionem ſacrorũ Expoſitorum, præcipitas ferentur, vt minimè diſcernant qua de cauſa & in quem finem ſcripta ſint ſingula, cui euentui, cui loco, cui tempori: quibúſque perſonis accommodata, nũ diſputandi, num opponendi, aut increpádi gratia dicta ſint, vel ſub certæ aſſeuerationis definitione firmata, quæ dum ſimplices parumque eruditi non aduertunt plurima ſanè quæ benigne explicari poſſent, vt erronea ac perperam dicta arguunt & ſugillant.

Quòd ſi his maturè conſideratis, erroris ſuſpicioni adhuc ſit locus, penſandæ ſunt occaſiones ob quas venerabiles illi Eccleſiæ proceres, nonnihil interdum à propoſito ſibi veritatis ſcopo aberrauerint, attendẽdumque eos ſæpius nullo ductore præuio intentatum iter ingreſſos, & vt vulgari fertur adagio, priores glaciem ſcindendo viam poſteris aperuiſſe, per quam abditi Scripturarum ſenſus inueſtigarentur. Nec verò ſolent prima quæque diſciplinarum tentamenta ſemper eſſe ex omni parte felicia, aut cuiuſque defectus expertia: animaduertendum etiam tanto antiquos Patres ſinceræ pietatis, & Catholicæ fidei propugnandæ zelo motos fuiſſe, vt dum errorem vnum totis neruis deſtruere nitũtur in oppoſitum errorem nonnumquã lapſi videãtur; Agricolarum more qui teneræ plantæ incuruum ſtipitem inflectere volentes immodico conatu, plantam ipſam in diuerſam trahunt partem; ſic D. Auguſt. dum toto ſpiritu & ardore verborum, pro defenſione diuinæ gratiæ, inſtat aduersùs Pelagianos liberum arbitrium cum iniuria diuinæ gratiæ ſuperextollentes, libertæ hominis voluntati minus interdum tribuit, quàm par ſit, aut ſaltem mi-

nus ttibuere videtur. E contta S. Chryſoſt. eo impetu diſceptat cum Manicheis & Gentilibus, qui hominum fati neceſſitate ad peccatũ impelli aſſeuerabãt, vt ſæpiùs homanæ naturæ vites plus æquo attollat, aut attollere videatur.

Quòd ſi quid apertè erroneum in antiquis Patribus, & ſactis Expoſitionibus Lectot offendat, ſubſiſtat quæſo, perpendátque fieri potuiſſe, vt errotes illi ſuppoſititij ſint. Nemini qnippe non notum, Pamphilium Martyrem Euſebium, Didymum, & Rufinum ſæpè conqueſtos eſſe, Clemeotis, Dionyſij, Origenis, Athanaſij, aliorumquè illuſtrium Doctorum, ſcripta ſuiſſe olim malè accepta ab Hæreticis, qui vt prauæ ſuæ ducttinæ fidem & autoritatem ſub nomine clariſſimorũ Patrum cooiciliarent, plurima in eorum libris immutarunt, nec pauca de ſuis dogmatibus ſubdole inſeruerunt.

Quod ſi error ille minimè ſuppoſititios ſit, ſed ab eodem autore, à quo & totum opus, prodiit; nouerit quod ex eo nihil autore fidei vel ſanctitati depetiit, aut etuditioni derogatum eſt, cũ nondum Eccleſia illis temporibus de his quicquam aut in quæſtionem vocaſſet aut ſtarnta determinatione definiſſet, nec vlli adhuc vetitum eſſet de his ſentire aut docere quod vellet.

Id inſtar piaculi caueat pius Lectot, ne quoſdam maleuolos, aut ſanè multùm imprudentes, minuſque verecundos Autores imitetur, qui ſopitos iamdiù aliquotum Pattum errores, non abſque ingenti ſimplicium ſcandalo propalant, in ea re ſequaces impodentis ac ſceleſtiſſimi Cham, qui nuditatem patris ſui, non ſolùm non operuit, ſed & aliis irridendam exhibere haud etubuit, inhærendum eſt potiùs ſanctiſſimis veſtigiis Sem, & Iaphet qui fratti ſuo effrunti longe diſſimiles, verendam optimi parentis nuditatem, neque ipſi aſpexerunt, neque à cæteris inſpici permiſerunt, ſed auerſis vultibus retrogreſſi, palliis ſuis eam opetuerunt, eo nimirum exemplo corrguentes, ertata SS. Pattum etſi non probanda, nullo tamen modo eſſe prodenda, ſed pietatis ac modeſtię velo potiùs obtegẽda

SECTIO II.

Qua ratione legitimis ſacrorum Interpretum monumentis ſuppoſititia irrepſerint.

SI librorum inſcriptiones, Autorumque nomina in ſingulis voluminum exordiis diligenter inqniri & prudenti iudicio perpẽdi debent, id maximè eum de ſactis Diuinarũ ſcript urarum Expoſitoribos, eſt qoæſtio, ſingulari ſtudio venit obſeruandum; ex iis ſiquidem, velut ex conſultis quiduſdam Doctorum oraculis potiores etiam fidei Catholicæ aſſertiones cunſtantiam ſuam ac firmitatem repetunt, adeóque non mudicum refert vt ſciatur nun quæuis opuſcula eorum eſſe Autorum quorum nomina titulis & inſcriptiones præferunt. Siquidem inter vera & geemana ſacrorum Intetpretum monumenta plurima pſeudepigrapha & ſuppoſititia eſſe comperiuntur, vt iu particulari anootant illi qui de Scriptoribus Eccleſiaſticis ex inſtituto diſſeruerunt idcò operæprerium eſt inueſtigare hoc loco quâ ratione legitimis ſactorum Iuterpretum, ſcriptis adulterina irrepſerint, eorumque inſctiptiones ſibi vſurpatiot.

Falſarum inſcriptionum ertot in vniuerſum vel ex honeſtis, vel ex turpibus cauſis contigit. Inter honeſtas cauſas, & ex probitate ortas, recenſetur maximè ipſius inſctiptionis, à ptuprio operis Autore ſacta prætermiſſio aliquam: ſiquidem modeſtiæ & humilitatis ergo, quâ ratione cum Author libri de cardinalibus Chriſti vittutibus ad Cornelium Papam reſfetot ſe noluiſſe proprij nominis titulo opus ſuum prænotare: illud aliquis bono animo, ſed leui ſortè coniectura permotus adſcribi Cypriano, purà, qoòd Cyprianus ad eumdem Pontificem ſcripſerit. Sunt qui explorandi alieni iudicij gratia lucubrationes ſuas vlla abſque inſcriptione euulgant, vt Apellis more poſt tabellam latitaotes, lata de ipſis Lectotum iudicia facilius intelligant, operiſque vitia liberius detecta corrigant; ſic Gregorius Nazianacous cognomento Theologus, ſcribit ſe ab amico ſuo poſtulaſſe vt ſuum de fide librum diſſimulata Autoris perſona prudentibus & eruditis viris legeret, vt ſi qoid minus ibi rectè poſitom cuiqoam videretur, intellectis, allatiſque plurimorum cenſuris poſſet emendari.

Nec defuerunt qoi inſctiptionibus abſtinerent, in bonum eorum à quibus ſua legi cupiebant, ne ipſo minus grati nominis titulo exiſtimationem Operi imminuerent, & lectores male affectos eioſdem vtilitate priuarent. Id Hieronymus aſſeuerat feciſſe D. Paulum ſcribentem ad Hebræos, quibus cùm ſe ſciret exoſum ob omiſſas Moſaicæ legis Cæremonias, neglectaſque Phariſæorum traditiones, noluit eos inuiſi ſui nominis inſcriptione, à lectione ſaluberrimæ Epiſtolæ deterrere, quo poſteà ſactum eſt, vt eam vel Barnabæ, vel Clementi quidem Antiquorum Pattum aſcripſerint.

Inuenti ſunt etiam qui volumina ſua nullo inſcripto nomine ediderint ad odium euitandum: ne ſcilicet, eorum, qoi, iliis euulgaris ſe lędi exiſtimarent, ſtomachum in ſe prouocarent. Honeſtis quoque de cauſis profecta eſt apud Priſcos, probuſque aliquot Authores illa effictarum inſcriptionum inuentio: ſic Saluianus Epiſcopus Maſſilienſis Parenæticos libros emiſit ſub appellatione Timothei Epiſcopi ad Eccleſiam Dei toto orbe diffuſam, vt deſpecta omnis humanæ gloriæ cura, ſoli Deo ſui laboris honorem deferret; ſic Vincentius Liriuenſis diſceptationibus quas aduerſus prophanas hæreticorum nouitates compoſuit, Peregrini titulum affixit, quò lubentius ab hæretici peregrinarum rerum auidis acceptarentur.

Porrò quocumqoe modo ab Operis Anthore prætermiſſa ſit proprij oominis inſcriptio id occaſionem præbuit nonnullis Lectoribus diſcernẽdorũ librorũ ſtudioſiſſimis illi tãquã Auctori quoddam Opus adſcribendi & illius nomen ei imponendi, cuius ad id præſtandũ aliqua ducebantor coniectura, vt ex ſtyli, vel argumenti huiuſmodi Operis, affinitate cum

aliis eiuſdem Auctoris operibus; vel ex ſimilitudine nominis veri Auctoris illorum cum aliis per nominum æquiuocationem, vel etiã cum nomine eorum ad quos huiuſmodi Opera tranſmiſſa ſunt. Sic olim Ruffinus Aquileiæ Presbyter, nominum, cognominumque ſimilitudine deceptus Enchiridion Xiſti Pythagorici Xiſto Pontifici inſcripſit; & Euſebij Pamphili pro Origene Apologiam, Pamphilo Martyri, Origenis ſtudioſo aſcripſit ſic nuper Eraſmus conſimili ductus errore Commentarios Euſebij Presbyteri in Pſalterium, Euſebio Rhetori clariſſimo dedit; eadémque æquiuocationis deceptione factum eſt, vt non pauca Thomæ Anglici opera, Thomæ Angelico Doctori ſint attributa; Et libellus quem ad Demetriadem Virginem ſcripſit Iulianus Celanenſis Epiſcopus, Pelagianâ labe infectus, ideò adſcriptus eſt Hieronymo, quòd hic quoque ſcripſerit ad eamdem virginem argumento non diſſimili.

Quòd ſpectat ad turpes, & ex improbitate profectas Pſeudepigraphicè cauſas. Non deſunt Sycophantæ ad imponendum nati, qui ineptias ſuas per locum, aut ludibrium confectas præclaris inſcriptionibus illuſtrant, vt eas ſtupidi Lectores, velut aliquos nobilium ſcriptorum fœtus auidè excipiant, dum ipſi interim eorum oſcitantiam cum riſu & cachinnis explodunt. Alij ſplendidas inſcriptiones effingunt turpis lucri gratia, & abortiuos obſcurorum hominum partus illuſtriorum titulis adornant, vt tali fuco ſtultam feſtinantium Lectorum credulitatem aucupentur. Alij hæretica lue infecti Libris ſuis iam exoſis, & Eccleſiaſtica ictis cenſura Orthodoxorum Patrum ſubſtituunt attitulationes, quibus illuſa vecordium ſimplicitas, lethiferum prauorum dogmatum virus abſque vlla periculi ſuſpicione altè ebibat. Sic quondam Pneumatomachi qui Spiritum ſanctum blaſphemiis impugnabant, libellum Tertulliani de fide Trinitatis malè ſentientem, ſub ſpecioſo Cypriani Martyris nomine multis propagatum exemplaribus, ære modico vendiderunt, vt cum homines incauti & viri amplitudine, & pretij exiguitate illuſi liberiùs emerent, & latentes errores tanti Martyris Doctoriſque fama comprobatos amplecterentur. Sic etiam olim Neſtoriani, & Eutychiani, Apollinarij ſcripta, vnde ſuarum hæreſeon ſemina depromſerant, ſub Athanaſij magni titulo euulgarunt, vt eo luminis ſplendore Catholicorum oculos perſtringerent. Sunt & Ignaui quidam Plagiarij qui Æſopicæ inſtar corniculæ, & cuculi more in alienos nidos inſilientes veterum ſcriptorum ſub vetuſtatis vmbra quieſcentium lucubrationes furantur, eorumque nominibus eraſis, propria ſubſtituere non erubeſcunt. Neque vmquam defuerunt impoſtores qui inuidiæ ſtimulis agitati in proborum Autorum odium & contumeliam ſub eorum titulis odioſa volumina fabricati ſunt. Id D. Paulus in ipſis Eccleſiæ naſcentis exordiis teſtatur factum à Pſeudo-Apoſtolis, qui ex perſona ipſius Epiſtolas mittebant prauis dogmatibus inſperſas, quibus Eccleſiam conturbarent, & odium in Apoſtolum concitarent [*Rogamus vos*, inquit ſcribens ad Theſſal. *ne terreamini per Epiſtolam tamquam per nos miſſam quaſi inſtet dies Domini ne quis vos ſeducat vllo modo a.*] Alij contrario, minus tamen noxio ſtudio permoti, cuipiam quem colunt Authori aliena opera ſine vllo delectu vendicant, exiſtimantes ſe ei maius nomen ex plurium librorum editione comparaturos, hoc affectu quidam, vt conqueritur Sixtus Senenſis b, Doctoris Angelici nimiùm amatores, Exegeticis eius operibus inſeruere Commentaria in Geneſim, Iſaïam, Ieremiam, Ioannem; Epiſtolas Canonicas, & Apocalypſim, aliáque his ſimilia cum cæteris eius ſcriptis eruditione, vel ingenij acumine minimè conferenda.

a Ad Th[…] ſal.2.v.2.

b Lib.4.B[…] ſanct.

SECTIO III.

Quibus indiciis falſæ inſcriptiones deprehendi queant.

HActenus de cauſis falſarum inſcriptionum, nunc quibus indiciis earum deprauatio deprehendi ac diſcerni queat non nihil dicendum eſt. Inſcriptiones veras à falſis, Germanas à fictitiis, tria præ cæteris diſtinguunt, videlicet tempus, dogmata, & ſtylus. Enimvero ſi temporum ratio rebus deſcriptis non conueniat; manifeſtum fit opus non eſſe illius Autoris cuius præfert titulum, ac notas temporis, vt coarguit Sixtus Senenſis, perſpicuum eſt ea, quæ nunc circumferuntur, Commentaria Ambroſij in Apocalypſim; Hieronymi in Parabolas Salomonis, & Ieremiæ lamentationes; Eucherij Lugdunenſis Epiſcopi in Geneſim, & in quatuor Libros Regum haud eſſe eiuſmodi Doctorum quibus aſcribuntur, quia in illis Commentariis integræ Paginæ excerptæ ſunt ex Moralibus Gregorij magni, ipſo Gregorij nomine in prædictis voluminibus ſæpiùs citato cum tamen ideo Gregorius ducentis ferè ſæculis Autores, illos ſubſecutus ſit.

Quòd ſpectat ad dogmata, ſi ea non ſolum cùm Autoris, cui aſcribuntur, mente non congruunt, ſed ex diametro pugnant, planè conſequitur aut opus non eſſe germanum fœtum illius Autoris cui tribuitur, aut à corruptoribus fuiſſe deprauatum. Et ex hac nota ſatis manifeſtè patet, ſexdecim Tractatus in Leuiticum ſub Cyrilli Alexandrini nomine excuſos, non eſſe Cyrilli, ſed Origenis; cùm in eis paſſim occurrent propria Origenis dogmata, qualia ſunt animas ante mundum creatas, & ob ſua flagitia detruſas in corpora tamquam in vincula: Inferorum ſupplicia finem aliquando habitura, dæmones poſt aliquot tempora ad amiſſam fœlicitatem reſtituendos, aliáque id genus, quæ Cyrillus vbique totis oppugnat viribus.

Demum quod attinet ad ſtylum; euidenter vt plurimum deprauatæ attitulationis conie-

ctura

ctura cenſerur, ſtyli diuerſitas, quæ eſt veluti proptius cuiuſlibet Autotis charactet, ita vt illius ope veræ inſcriptiones à falſis diſcernantut: nam etſi cuiuis impoſtori facile ſit, Autorum tempota mentiri eorumque ſequi dogmata, nihil tamen difficilius eſt, quam getmanum imitari alterius ſtylum, videlicet dictionis contextum, elocutionis ſotmam, figuram loquendi, diſpoſitionis methodum, & cætera quæ cuique diſerto ac probo Autori ſunt propria; aſſerunt quidem aliqui nullum in deprehendendis titulotum impoſturis eſſe indicium fallscius, cum non idem ſemper ſit eidem Autori dicendi modos, ſed vel pro argumenti ratione, vel ſtudij profectu, vel ætatis mutatione, & affectuum varietate diuerſus, quod vt vel in ipſo pater Hieron. qui aliter in Epiſtolis ſcribit, aliter in diſſettationibus contta Ruſinum & vigilantium inſurgit, aliter in Commentariis Prophetarnm loquitur: alio modo dicebat adhuc iuuenis, & Rhetorices exercitatione calens, alio modo ſenex, & grauiora ſectatus. Id quidem non inficior; verum tamen eſt, quod ita ſemper ſcribit Hieronymus vt probus orator eum vbique agnoſcat eſſe Hieronymum, ſicut & quiuis familiaris ſibi amici faciem, etſi nunc iratam, nunc mitem, nunc triſtem, nunc alacrem, eiuſdem ſemper eſſe hominis certò animaduertit: fateor etiam tantam aliquando iotet Autores diuerſos contingere poſſe ſtyli affinitatem, vt ipſos diſcetnete maximè difficile ſit, induſtrius tamen ſtyli artifex eoſdem vtique diſtinguit, non minus quam Gemmatij perſpicaces, plures adamantes, magnitudine licet pares, & ſplendore non abſimiles ex diuerſitate fulgoris facilè internoſcunt.

CLAVIS DAVID.

LIBER QVINTVS.

QVOVIS SCRIPTVRÆ LOCO OBVIÆ difficultati explicandæ abunde prouidens, ſuppeditato in eum finem Catalogo ſacrorum Interpretum, qui vniuerſam Scripturam, ac ſingulas eius partes felicius expoſuere.

PRÆFATIO.

QVONIAM ad literalem ſenſum cuiuſuis loci ſacræ Paginæ inueſtigandum, & obuiam quamcumque difficultatem explicandam, Obſeruationes libri primi, & Tractatus ſecundus, quæue tertio, ac quartò de Scripturis Canonicis, earumque ſenſibus dicta ſunt, minimè ſufficiunt. Iis enim omnibus quantalibet obſeruatis diligentia plures aliæ paſſim in ſacris Codicibus occurrēt difficultates, quarum elucidatio peritum vtique poſtulabit Interpretem. Quia etiam non omnibus ſola ſufficit litteræ intelligentia; ſed ad ſenſus quoque myſticos, allegoricum ſcilicet moralem, & anagogicum aſpirant plurimi: propterea vt hæc noſtra Clauis Dauid ſcripturæ Sacræ aperiundæ, & intelligendæ accommodata, ſuis numeris abſoluta ſit, neceſſarium fuiſſe credidi, accuratum hoc loco SS. Patrum, Doctorumque qui vniuerſam Scripturam, & ſingulas eius partes, iuxta quemcumque ſenſum feliciùs expoſuerunt, ſubiiceret Catalogum; eorum maximè qui vetuſtioribus floruere ſeculis, & quorum monumenta tranſcribere poſteris religio fuit ſemper. Archetypis enim venerandæ antiquitatis teſtimoniis, quæ fidem ipſis vel annis mereantur, toto in hoc opere lubentiùs vſus ſum: adeoque cunctos qui hac nouiſſima annorum centuria, videlicet à ſæculi præcedentis anno quinquageſimo prodierunt, Interpretes omiſi; non quòd eos iudicarim minus vtiles, ſed quia penè innumeri ſunt, paſſimque noti; ac pro diuerſo cuiuſque ſenſu ac guſtu, hâc tempeſtate variè accepti. Quod vel ſolum, ab immenſa illa recentiorum expoſitorum enumeratione, iure me vindicat, ne quis, ſi magis ſibi probatos præterirem, minoris me de ipſis exiſtimationis; aut ſi minus ipſi acceptos, alicuius erga illos adulationis inſimularet. Antiquiorum ergo quibus vix vllus ſuccenſeat, recenſione ero contentus: qui vel ſoli fusè ſatis ac perſpicuè ſcripturam Sacram explanarunt, editis in omnes ac ſingulas tam veteris quam noui Teſtamenti partes, pluribus Homiliis, Commentariis, Annotationibus, Paraphraſibus, aliiſque eiuſmodi interpretatiui generis operibus, pro temporum varietate, & ingeniorum diuerſitate ſubinde digeſtis: Ex quibus Poſteriores velut è fontibus hauſerunt & ſui ſæculi palato accommodarunt. Neque me quiſquam ſuſpicetur ſingulos prorſus, quos hoc Catalogo referam, Interpretes ad manum habuiſſe, multos

enim publicæ fidei autoritate, ex approbatiſſimis ſcriptoribus accepi: ſanctæ Bibliothecæ Sixti Senenſis, præ cæteris, vſus ſum ſubſidio; quam ipſe, vt palàm profitetur, ex Euſebio, Hieronymo, Gennadio, Iſidoro, Theodoreto, Socrate, Sozomeno, Euagrio, aliiſque melioris notæ Autoribus collegit: variis Italias, Hiſpanias & Græciam Bibliothecis, ingenti labore, per ſeipſum, aut per amicos perluſtratis; & apud ipſum, nec non apud Bellarminum. videre poterit, quæ ſint germana, dubia, aut ſuppoſititiâ eorumdem Interpretum opera.

Quòd ſi aliquos etiâm ex vetuſtioribus Interpretibus omittam: non eſt quòd id mihi vllus vitio vertat, aut alicuius in ipſos culpæ inſimulet; quoniam illorum nomini nec ſilentium meum aliquid adimere, nec mea commemoratio quicquam addere valet. Pro prætermiſſis Autoribus ſufficiet, ingens ſatis, nec parum locuples hic noſter ſacrorum Interpretum Catalogus: & è pluribus in ipſo recenſitis, aliquis eorum etiam in tenui Bibliotheca erit ad manum. Sicque opportuno eiuſdem Catalogi ſubſidio, quælibet in quouis ſcripturæ loco ſuborta difficultas poterit elucidari, nec tantùm ſenſus litteralis, qui potior eſt, cæteriſque longè difficilior, ſed & myſtici cuiuſuis, putà Allegorici, Tropologici, & Anagogici, cùm opus fuerit, arcanum aperietur. Iſque, qui ex tot aſſignatis explicatiſque in Articulo ſecundo libri præcedentis, cuique magis placuerit, ſuppeditabitur expoſitionis modus: ipsiſque verbi Dei præconibus diſſerendi penu locuples, vix enim vlla ſeſe eis offeret è ſuggeſto dicendi materia, quam non ab aliquo ex ſacris Expoſitoribus, quorum mentio fiet in hoc Catalogo, explicatam & enarratam inueniat.

Porrò quia inter eoſdem expoſitores, plurima poſteriores à prioribus mutuati ſunt, conſentaneum eſt, vt ordine Chronologico iuxta eam ſæculorum & annorum ſeriem quâ claruerunt ſinguli recenſeantur, annotato ad latus, eo circiter anno, quo quis ſcripſerit, aut obierit, prout ea Autoribus hac in re Chronologica non raro diſſentientibus inferre licet, & aliquando plures qui eodem, aut ſimili adſcripſerunt argumento, in idem ſegmentum ſeu Paragraphum cogam, ſuâ tamen cuique ætate aſſignatâ. Et vt res citatæ apud eos Interpretes, quorum opera in plures tomos diuiſa ſunt, citius reperiantur, quoto illæ tomo contineantur, indicamus. Nonnihil tamen faceſſet negotij, cùm pro diuerſis editionibus Typographicis, varia erit eorumdem tomorum diſpoſitio, exempli gratiâ, S. Ambroſij opera, quinque tomis comprehenſa ſunt, in editione Pariſienſi alia tamen longéque diuerſa ſeries eorum eſt annis 1540. quâ vſus eſt Bellarminus lib. de ſcript. Eccleſ. alia anni 1586. Quam ad manum habui, quaque proinde vtar. Valde quoque diuerſus eſt ordo tomorum D. Hier. in edit. Lugdun. anni 1530. & in Romana ann. 1565. & 1572. vt ibid. ait idē Bellarminus. Iis in ambagibus, erratiſque Typographi, qui in tot numeris Arabicis ex apographo rite traducendis, facilè poteſt decipi, illud Lectori ſemper ſolatium erit, abundè tot in vniuerſam ſcripturam, ſinguloſque eiuſdem libros, librorumque Capita pene ſingula, ipſoſque ſæpè verſiculos, plures & ſuppeditari Expoſitores. Atque ita ſi in aliquo eorum inueſtigando nimium laboret, pergere poterit ad alios, ne eiuſmodi anxietate, temporis diſpendium patiatur.

Cæterùm quia non raro iidem Interpretes, (ſcholaſtici præſertim) Hebræorū, ſeu Rabbinorum, qui iuxta traditiones Hebraïcas, Teſtamentis veteris libros expoſuere, mentionem, eáque raro viſuntur Commentaria, ne ſcripturæ Diuinæ ſtudioſus, ipſorum omnino ſit inſcius, néue ad eorumdem occurſum ſuſpenſus hæreat; opportunum erit, omnes Rabbinorum libros, qui ei vel ſemel vſui eſſe poſſunt, ad calcem huius Catalogi, per modum Appendicis, adiicere, ordine Alphabetico; vt eos vno quaſi obtutu præſentes habent vnumquemque cùm ſibi obuius fuerit agnoſcat.

CATALOGVS SACRORVM Interpretum, qui vniuerſam ſcripturam, ac ſingulas eius partes felicius expoſuere.

In vniuerſam Scripturam generalius egerunt Autores ſequentes.

100. CLemens Romanus Papa veneratione dignũ opus edidit de verbis Domini, quæ ſibi cõtraria eſſe vidẽtur & nõ ſunt Eodem argumento circa ann. 480. Saluianus Maſſiliẽſis Epiſcopus ſcripſit Ἀντικειμένων, id eſt locorum contrapoſitorum, librum, cõplectentem quæſtiones ex vtroque Teſtamento in ſpeciem pugnantes; earùmque dilucidas ſolutiones, ſecundum interrogationem & reſponſionem, ſuccincta breuitate explicatas: hunc enim librum ei vindicat Alphonſus à Caſtro; etſi alij ipſum attribuunt Richardo Cluniacenſi monacho, viro piiſſimo, qui floruit anno 1160.

Lib. 14. ad. uer. hær.

Vid. lib. præced. art. 1. ſect. 10. de Eglogа.

160. Melito Aſianus Sardẽſis Eccleſię Epiſc. carpſit ex omnibus paſſim ſcripturis Ἐκλογῶν libros tres, in quibus diuerſa earum teſtimonia, ad inſtitutionem Chriſtianæ vitæ conducentia, pulchro ordine coaptauit, ſcripta eius ferè omnia interiiſſe ait magna Bibl. PP. to. 17.

Lib. 6. hiſt. Eccleſ.

204. Clemens Alexandrinus cõpoſuit lib. 8. Ὑποτυπώσεων ideſt informationum in quibus, teſte Euſebio Scripturam vniuerſam compendioſis diſſectionibus explanauit.

250. Methodius, qui & Euſebius, Tyri Epiſcopus & Martyr, vir doctrinæ ſingularis, eloquij nitidi, compoſitique ſermonis, præclarum opus edidit pro defenſione ſcripturarũ aduerſus Porphyrium, qui eas oppugnarat.

320. Euſebius Cæſareæ in Palæſtina Epiſc. ſcripſit in vtrumque Teſtamentum, à Porphyrio quindecim libris impugnatum, volumina triginta; ex quibus libri tres, putà decimus octauus, decimus nonus, & vigeſimus militant pro defenſione Danielis Prophetæ.

Vide lib. præced. art. vlt. De Diodoro. lit. D.

360. Diodorus Tarſenſis Epiſc. S. Chryſ. in litteris Præceptor; literali vtriuſq; Teſtamẽti ſenſui penitus adhæſit; vt teſtatur Nicephor.

Lib. 3. hiſt. Eccl. c. 2. Sixt. Senenſ. in ſua Bibl. lib 4. Vide lib. præced art. vlt. dl S. Athanaſ. lit. A.

360. Dorotheus Tyri Epiſcopus ſub Iuliano Apoſtata martyrio coronatus, collegit vniuerſæ Script. ſacræ Synopſim, in qua ſacrorum omnium librorum argumẽta, breuiſſimè compleaus eſt. Perſimilem D. Athanaſius iiſdem temporibus edidit Synopſim, quâ eorũdem librorum argumenta inſcriptiones, initia, autoritatem, & autores breui perſtrinxit compendio tom. 4. Aliam quoque circa annũ 1100. reliquit Nicephorus Callixtus. Et circa ann. 1240. Alexander Villadeus Ord. S. Franc. leonini carminis, quod olim in pretio fuit, facilè princeps, totam diuinam Scripturã duodecim ac ducentis hexametris carminibus arctiſſimè perſtrinxit; in quibus ſingulæ dictiones, ſingula ſacrorum voluminum capitula complectuntur: quæ dictiones, vt plenius intelligerentur, cuilibet earum numerus capitis in ipſa contenti inſcriptus eſt, ſubterpoſitis quoque nonnullis minutio rs charactetis gloſſematibus, quæ cuiuſque dictionis ſignificationem lucidius indicarent, vt videre eſt in primo verſu.

1. Sex, 2. Prohibet, 3. Peccant,
Dierũ opera lignũ ſciẽtiæ boni & mali. Adam & Eua.
4. Abel, 5. Enoch, 6. & Arca fit, 7. intrant,
occiditur, transfertur, à Noe, in Arcam.

Carmina hæc extant in Bibliis nonnullis vetuſtiſſimæ editionis. Ducẽtis de hinc annis Petrus Roſenheimenſis Monachus S. Bened. ſcripſit elegis diſtichis opuſculum, omnia vtriúſque Teſtamẽti capita breuiter perſtringẽs, cui titulus eſt, Roſeũ memoriale diuinorũ

390. Epiphanius Salaminę in Cypro Inſula Epiſc. olim ſolitudinis Ægypti Monachus, ob ſingularẽ quinque linguarũ peritiã Πεντάγλωττος ab Hier. nuncupatus; erudione ac ſanctitate clariſſimus, acerrimuſque hæreticorũ hoſtis, contra quos panarium edidit: compoſuit librum de ponderibus & menſuris in ſacra Pagina vſurpatis, de diuinæ Scripturæ partibus, de eiuſdem Interpretibus; deque accẽtibus, notis, & characteribus quæ paſſim apud veteres eiuſdẽ Interprates reperiũtur. Scripſit & aliũ librũ de lapidibus, iis maximè, quorum meminit Scriptura ea quo Arethas Cappadociæ Epiſc. Comment. ſuper Apocal. & D. Hieron. in 55. Iſaïæ proferũnt teſtimonia.

390. Ticonius natione Afer, compoſuit Iſagogicum volumen Regularum prænotatũ, in quo ſeptem myſticas attulit, ad aperiendam, inueſtigandam, & inueniendam occultam ſcripturarum intelligentiam, haud parum vtiles, quas quidem Regulas D. Auguſtinus, Caſſiodorus, & Iſidorus, non abſque laude recenſent, & examinant.

Defenſor Doctus, pius ac vetuſtus Theologus ſcintillas Scripturæ ſacræ edidit, decerptis ex ea locis communibus diuerſorum moralium argumentorum; adiectíſque Patrum antiquiſſimorum ſententiis, quas prædictis locis conformes inuenit. Quo tempore floruerit incertum.

Enchiridion veteris & noui Teſtamenti cuius initium eſt; Eua columba fuit: id alij tribuunt Amano, alij Prùdentio extat to. 8. magnæ Biblioth. P P. 559.

420. D. Hieron. ſcripſit epiſtolarium præfationum in ſingula Bibliorum volumina, librum vnum, to. 3. aliumque de locis Hebraïcis, & nominibus Hebraïcis, quæ in omnibus libris vtriuſque teſtamẽti occurrunt, eod. tom. 3. Nec ignorandum, quod cum opera Hieronymi in nouem tomos diſtinguantur; alius eorum ordo eſt in editione Lugdunenſi anni 1530 alius in Romana annorum 1565. & 1572. vt notat Bellarminus, & in Pariſienſi ann. 1578. ordinem poſteriorum, quia ab Eraſmi erroribus purgatæ ſunt, ſequimur.

420. Oriſieſis Monachus in Ægypto, vir in ſacris litteris ad plenum inſtructus, ex iis volumen confecit, vniuerſam Monaſticæ diſciplinæ inſtitutionem continens; in cõque totum vetus ac nouum Teſtamentum compendioſis diſſectionibus, iuxta Monachorum dumtaxat inſtitutum, expoſuit: quod teſtamenti loco, propè diem obitus ſui, fratribus obtulit: extat tom. 5. Biblioth. PP.

430. D. Auguſtinus ſcripſit tom. 3. *de Doctrina Chriſtiana* libros quatuor, in quibus tradit præcepta legendi, intelligendi & interpretandi ſacras litteras: oſtendens quarum

linguasum artiumque præſidio, & quorum Autorum lectione, quibuſve regulis opus habeat, ſcripturarū ſenſa inquirit. Scripſit quoque tom. 6. triginta ſex libros aduerſus hæreticus vetus teſtamentum blaſphemantes, & nouum falſificationis criminantes. Vnum eorum adhuc Presbyter ſcripſit contra Adimantum Manichæum, qui in vetus Teſtamentum deſtructorium volumen emiſerat, proponens in eo multa de vtroque Teſtamento veluti inter ſe contraria, nimirum hoc aſtu perſuadere volens, omne vetus Teſtamentum cum nouo pugnare; quem dolum inanem fecit Auguſtinus, reductis ad veram concordiā vtriuſque ſcripturæ locis, qui inter ſe diſſidere videbantur. Deinde factus Epiſcopus edidit alios eorumdem diſputationum libros triginta tres, contra blaſphemias Fauſti Manichæorum Epiſcopi, & ab ipſo euulgatum aduerſus omnes diuinas ſcripturas impium volumen. Reliquos verò duos libros compoſuit contra innominatum quemdam Manichæum qui librum aduerſus legem & Prophetas emiſerat, cuius cum nomen ignoraret, ſcripſit opus contra aduerſarium legis, & Prophetarum ſcripſit etiam tom. 4. ad interpretationē Scripturæ ſacræ librum qui *Octoginta trium quæſtionum* inſcribitur. Collegit etiam in vtrumque Teſtamentum, *ſpeculum Scripturarum*, tom. 3. congregans in ipſo iuxta ſacrorum librorum ordinem, omnia quæ ad informandos mores in ſacris litteris inueniuntur. Feruntur quoque ſub titulo Auguſtini in omnem ſcripturam tom. 3. de mirabilibus ſacræ ſcripturæ, libri tres, qui ſingulos admirandos euentus, vtroque Teſtamento narratos, complectuntur: hos eſſe Auguſtini negat D. Thom. 3. p. 45. art. 3. ad 2.

De Cyrillo Alex. lit.

430. S. Cyrillus Alexandrinus edidit tom. 2. *pro defenſione vtriuſque Teſtamenti diſputationum libros decem*, aduerſus Iulianum Apoſtatam, qui ſeptem editis voluminibus ſacroſanctas Scripturas oppugnauerat.

430. Haymo Alberſtatenſis Ord. S. Benedicti dedit Commentarios, pietate & lucida breuitate laudandos: verſatus eſt, vt plurimum in Allegoricis & Anagogicis ſenſibus, quos velut apis argumentoſa, ex omnium antiquorum pratis hortiſque florentiſſimis collegit.

440. Iſidorus Peluſiota Abbas, D. Chryſoſtomi diſcipulus, Angelicam in carne vitam agens epiſtolarum propè decem millia, in quibus omnes diuinas ſcripturas expoſuit, & omnes hominum mores inſtituit; vſus in eis dicendi genere ad docendum accommodatiſſimo. Et Philippus Presbyter, Sydæ in Pamphilia natus, S. quoque Chryſoſtomi auditor, opus eximium compoſuit pro defenſione totius diuinæ Scripturæ, in quo ſeptem libros quos temerè Iulianus Apoſtata aduerſus ſacro-ſancta Biblia emiſerat auertit.

450. Theodoretus atticā celebris eloquentia, *Myſticarum inſtitutionum in vniuerſam ſcripturam ſanctam Iſagogicum volumen* edidit, nominum ac verborum omnium, quæ diuinis litteris continentur, myſticas & ſpirituales intelligentias exponens.

460. Proſper Aquitanus, Rhegij in Italia Epiſcopus, ſcripſit libros tres *De promiſſionibus & prædictionibus Dei*, quibus omnia vaticinia & pollicitationes de Chriſto, & Eccleſia in ſacris litteris expreſſas elucidauit.

570. Aurelius Caſſiodorus ſolus diuinæ Scripturæ compendium fecit *Memoriale ſcripturarum* prænotatum.

570. Tatianus Syrus, Iuſtini Philoſophi & Martyris diſcipulus, reliquit inſigne propoſitionum & quæſtionum volumen, in quo vt ait Euſebius, omnia quæ in diuinis Scripturis obſcura ſunt & difficilia reſerauit, hic quamdiu præceptor eius vixit, maximè floruit in Eccleſia, ſed poſt mortem eius nouam Encratitarum hæreſim condidit. Lib. 4. hiſt. Eccl. c. 27.

480. Theodolus in Cæleſyria Presbyter, poſteà Epiſc. lib. ſcripſit de Conſonantia ſcripturarum *veteris & noui Teſtamenti*, aduerſus antiquos hæreticos, qui ob cæremoniarum præceptorumque differentiam, alium veteris Teſtamenti Deum dixerunt, aliū noui: in eoq; oſtendit diſpenſationis fuiſſe vnius eiuſdemque Dei autoris vtriuſque Scripturæ, vt alia per Moyſem antiquis lex daretur in ſacrificiorum Cæremoniis, & iudiciorum animaduerſionibus; alia his temporibus per Chriſti præſentiā in ſacris myſteriis, & futuris repromiſſionibus; nec diuerſa credi debere, aut non vno ſpiritu, & vno autore dictata: cū illa quæ ſi modò ſecundum litteram obſeruarentur, occiderent; eadem ipſa ſecundum intellectum viuificent.

690. Adamanus Presbyter ſcripſit librum de locis ſanctis. Vid. lib. præced. art. 2. ſect. 4. de Topographico expoſition. modo.

730. Beda egit de tēporibus, ad intelligendā ſupputationem temporum Script. ſacræ to. 1.

830. Rabanus Maurus natione Germanus, Abbas Fuldenſis, ex Ord. S. Benedicti ad Archiepiſcopatum Moguntinum aſſumptus, vir omnium diſciplinarum cognitione abſolutiſſimus, cùm adhuc in monaſterio ſuo moraretur, hortatu Ludouici ac Lotharij Imperatorum, compoſuit in omnes diuinas ſcripturas, iuxta litteralē & ſpiritualem ſenſum cōmentariorum libros 172. quos ex omnibus latinis Patribus, continuata ſerie, ab Hier. vſque ad Bedam collegit, ipſorū dictis ab ſenſibus vbique ſeruatis: & iis locis in quibus Patrum explanationem non inuenit, propriā adhibuit, notatis in fronte paginarum, tàm ſuo quàm aliorum expoſitorum nominibus, vt ſciret lector, quid ab vnoquoque haberet, & quod iudicio ſingula forent legenda. Præter hæc etiā collegit in omnem diuinam ſcripturam, dictionarium myſticarum ſignificationum ad ſpiritales ſanctorū voluminū ſēſus vtiliſſimū.

840. Strabus Fuldenſis, Rabani Mauri olim diſcipulus, ex dictis antiquorum Patrum, oppoſitis eorum nominibus, edidit Commentarios, quos nunc *Gloſſam ordinariam* vocant, ab aliis poſteà ſcriptoribus locupletatam.

1100. Theodorus ſeu Theodoricus Abbas S. Bened. natione Germanus, Hiſtorias veteris ac noui Teſtamēti heroica verſu complexus eſt. Ibid. ſect. 8. de Poet. expoſit. modo.

1110. Anſelmus Laudunēſis Gallus, cognomento Scholaſtic. ingenio acutus, preſſus eloquio, vtriúſque Teſtamenti libros expoſuit, ex breuiſſimis quibuſdam S S. Patrum annotatiunculis, quas minutis characteribus deſcriptas, inter ipſas ſcripturas lineas maioribus litteris exaratas, mirabili artificio coaptauit; eumq; laborē ad differentiā Gloſſæ Strabenſis,

ſis, quæ in marginibus deſcribi ſolet, *Gloſſam interlinearem* appellauit.

1120. Rupertus Abbas Tuitienſis Ordin. S. Benedicti, vir in diuinis litteris, Spiritu ſancto per viſionem illuſtrante, Doctiſſimus, & eloquio præſtans; ſuccincta varij ſenſus potiſſimũ Allegorici, in omnes ſcripturas, ex Patrũ ſcriptis collegit Cõmentaria; ex quibus habetur inſigne volumen, cui titulus eſt, *De ſancta Trinitate*, & operibus eius in vtrumque Teſtamentum, *ad Cononem Abbatem libri* 42. quos ita in tres diuiſit partes, vt prima pars tribus libris, qui tribus prioribus Geneſeos capitibus reſpondent, contineat priora Patris opera; videlicet à prima mundi creatione, vſque ad eiectionem Adæ è Paradiſo. Secunda pars triginta libris ſequentibus complectitur propria Filij opera, quæ ſcilicet ab eadem expulſione Adæ vſque ad mortem Chriſti in figuris, vaticiniis, viſionibus, & ſcripturis propter Chriſtum dicta, & facta ſunt. Tertia pars nouem vltimis libris concludit propria Spiritus ſancti opera, nimirùm ab incarnatione filij Dei vſque ad finem ſæculi in ſcripturis recitata libri triginta ſecundæ partis, ſuis quinque locis annotabuntur.

1130. Hugo Victorinus, ſeu à S. Victore, quia Abbas cœnobij S. Victoris Pariſiorum fuit, D. Auguſtini doctrinæ ac ſtyli vſque adeò æmulator, vt Auguſtini lingua, communi eruditorum ſui temporis adagio dictus ſit. Collegit ex lectione veterum Patrum, præſertim Auguſtini in vniuerſum ſcripturę corpus, ingentem opuſculorum copiam, in quinque claſſes diſtributam, hoc eſt in Annotationes, Quæſtiones, Homilias, Commentaria, & Miſcellanea. Annotationes quidem elucidatorias Allegoriarum tom. 1. edidit in totum Teſtamentum vetus (exceptis prophetis & libris ſapientialibus) Et in quatuor Euangelia. Compoſuit quoque *De ſcripturis & Scriptoribus ſacris* librum vnum, in quo ſingulari ordine diſſeruit de præſtantia & vtilitate ſacræ Scripturæ; de eius materia, & diuerſitate eiuſdem ab aliis ſcientiis; de triplici eius intelligentia; de ordine, numero, auctoritate librorum eius, de ſacrorum librorum ſcriptoribus; de ſcripturæ tranſlatoribus; eiuſdem inſtauratoribus; de ſcripturis Apocryphis; de locis, temporibus, ac numeris ſcripturæ myſticis; & de difficultatibus in ſcriptura contentis. Compoſuit etiam de animalibus & plantis quæ in ſcripturis leguntur libros tres.

1140. Richardus de S. Victore, quia Monachus & Prior cœnobij S. Victoris apud Pariſios fuit, vir ingenio ſubtilis, & eloquio inter Auguſtini argutiam, & Bernardi (cuius amiciſſimus fuit) dulcedinem, incedens medios: plurima in ſcripturas ſacras myſtici ſenſus edidit opuſcula, in quibus intellectum erudit, & accendit affectum, ſtudiumque lectoris ad maiora promouet; cuius generis eſt. *Epitome totius diuinæ Scripturæ, ac declaratio difficultatum eius ad D. Bernardum tom.* 1.

1160. Petrus Comeſtor, *Magiſter Hiſtoriæ Scholaſticæ*, nuncupatus, omnes libros hiſtoriales, tam veteris quàm noui Teſtamẽti, (qui ſunt Geneſ. Exod. Leuiticus, Numeri, Ioſuë, Iudices, Ruth, quatuor libri Regum, Tobias, Ezechiel, Daniel, Iudith, Eſther, vterque Machabæorum, Hiſtoria Euangelica, & Actuum Apoſtolorum) continuatâ ſeriè ſcripturarum, breuiter in vnum corpus redegit, intermiſtis, ad integrum abſolutæ ſtructuræ complementum, nõ ſolùm multis externis hiſtoriis, ſcripto probatiſſimorum Autorum proditis, ſed etiam multis Apocryphis narrationibus, ſola veterum traditione acceptis; opus inſcribitur *Hiſtoria ſcholaſtica*.

1190. Ioachim Abbas Ord. S. Benedicti, gente Calaber vir ſuo tempore Propheta creditus, ſcripſit de Concordia veteris ac noui Teſtamenti libros quinque, in quibus oſtendit, ita vtriuſque Teſtamenti tempora concordare, vt nihil in veteri actum ſit, quod in nouo non geratur, aut geſtum, vel gerendum ſit.

1200. Petrus Cantor Pariſienſis vt fertur, Epiſc. ſcholaſticam Gloſſam edidit in vniuerſa Biblia.

1240. Alexander Halenſis patriâ, natione Anglus; Ord. S. Franciſc. D. Bonauenturæ præceptor, & in ſacra Pariſiorum academia publicus Theologiæ Profeſſor, in diuinis ſcientiis tantùm nominis & gloriæ conſecutus, vt ab eruditiſſimis ſui temporis, *Fons vitæ* appellari meruerit. Vtrumque Teſtamentũ variis hinc inde annotationibus, veluti ſtellulis, illuſtrauit: quod opus *Poſtilla ſuper totam Bibliam inſcribitur*. Eodemque tempore Pontius Carbonellus eiuſdem Ordinis, & Præceptor S. Ludouici Regis Francorum, poſtillam quoque in vtrumque Teſtamentum edidit.

1260. Hugo Carenſis, ſeu à S. Caro, ſeu Cardinalis, quia primus ex Ord. Prædicat. ad Cardinalatum aſſumptus; ſcripſit in vniuerſam Scripturam Commentarios iuxta quadruplicem ſenſum ſcholaſtico, breuíque ſermone: primuſque omnium excogitauit indicem illũ magnum in ſacroſancta Biblia, qui inſcribitur *Concordantiæ Bibliorum*, opus quingentorũ Religioſorum ſui ordinis (ea ratione, vt ſinguli ſingulas dictiones in Alphabeticas claſſes redigerent) ſedulitate perfectum; quòd poſteà Græci diligenter imitati ſunt.

1260. Adamus de Mariſco Anglus *Elucidarium ſcripturæ* reliquit.

1260. Petrus Berchorius Gallus Ordinis ſancti Benedicti, quatuor inſignia volumina compoſuit, quorum primum inſcribitur *Morale reductorium vtriuſque Teſtamenti*, quatuor complectens libros, in quibus, litterali ſenſu prætermiſſo, vniuerſa ſcripturæ capita tropologicè exponuntur, intermixtis nonnunquam allegoriis. Secundum prænotatur, *Repertorium morale*, ſiue *Dictionarium Biblicum*, triplici volumine diuiſum & digeſtum. Tertium, *Inductorium morale*, in tres libros partitum. Quartum, *Breuiarium Hiſtoriarum Bibliæ*.

1280. D. Bonauentura Doctor Seraphicus, & Cardinalis meritiſſimus, Ordinis Sancti Franciſci, libellum edidit ad Lectionem Bibliorum introductorium, qui inſcribitur *Principium ſacræ Scripturæ* tum. 1. reliquit etiam compendium metricum vtriuſque Teſtamenti verſibus dimetris iambicis, ita diſpoſitis, vt ſingula

tetraſticha ſummam vnius capituli contineant.

1290. Atlottus, Ordinis Sancti Franciſci, collegit librum *Concordantia veteris ac noui Teſtamenti inſcriptum*, in quo teſtimonia vtriuſque Teſtamenti ſibi inuicem conſona, decenti ordine coaptauit.

1300. Alanus Inſulenſis Germanus ſacræ Pariſienſis Academiæ moderator, ob omnigenam rerum omnium eruditionem, *Doctor vniuerſalis* nuncupatus, vtrumque Teſtamentum paruo compendio, quod *Oculus ſcripturæ* inſcribitur, perſtrinxit.

1310. Petrus Aureolus Cardinalis, Ordinis Sancti Franciſci ſtylo ſcholaſtico edidit breui compendium omnium ſanctorum voluminum, cui titulus eſt *Breuiarium Biblia, & initium, venite aſcendamus ad montem Domini.*

1320. Nicolaus Lyranus genere Hebræus, poſt conuerſionem à Iudaiſmo, Ordini ſancti Franciſci adſcriptus, Hebraicis litteris à pueritia imbutus, tantáque diuinarum ſcripturarum purâ ac germanâ intelligentiâ præditus, vt in eis exponendis, (ait Siatus Senenſis *a*) nullum eruditiſſimorum Theologorum ſui temporis habuerit parem: Edidit in omnia ac ſingula vtriuſque Teſtamenti volumina ſcholaſticæ poſtillæ libros octaginta quinque, ſtudioſis ſacrarum ſcripturarum, præſertim Tyronibus ad maiora aſpirantibus valdè neceſſarios: In quorum prioribus quinquaginta, vniuerſum ſacræ Paginæ corpus breuiter, & aptè expoſuit ſenſum litteralem vt cæteris præſtantiorem, ita & difficiliorem; allatis in id ſententiis, non modo Eccleſię Patrum, ſed & Rabinorum, quorum apud Iudæos præcipua eſt autoritas. Et in triginta quinque poſterioribus, iterùm repetito labore, vtrumque Teſtamentum, morali explanatione illuſtrauit. Scripſit etiam quæſtiones veteris & noui Teſtamenti. Eodem tempore Franciſcus Mayronis eiuſdem Ordinis, & Scoti diſcipulus, edidit poſtillas annotationum in vniuerſam Scripturam.

1330. Petrus Paludanus Gallus, Ord. Prædicatorum, Patriarcha Ieroſolymitanus, ſcripſit iuxta triplicem ſenſum, litteralem, moralem, & allegoricum, poſtillam in ſacra ſancta Biblia. Eodemque tempore Auguſtinus de Eſculo Ordinis Eremitarum D. Auguſtini Lectiones.

1350. Sertorius Fortanerius Archiep. Rauennæ & Cardinalis compoſuit in omnes penè ſcripturas explanationes ſcholaſticas.

1350. Ioannes Monachus S. Benedicti, vtiliſſimum edidit totius ſcripturæ compendium quod inſcripſit Breuiarium Bibliæ. Et Nicolaus Gorranus Ord. Prædic. breues aperto ſermone edidit Commentarias.

1400. Guernerius Pariſienſis Monachus collegit ex omnibus operibus D. Gregorij Magni, decentique digeſſit ordine libros ſexdecim de allegoricis typis nominum ac rerũ omnium, quæ in ſacris literis continentur, eóſque *Enucleamenta Biblia* inſcripſit. Et Marcus Vlmenſis Germanus Ordin. Sancti Franciſci *Dictionarium* ſcholaſticis Expoſitoribus vtiliſſimum. Et Iacobus cognomento magnus, Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, in vniuerſa Biblia annotationes edidit.

1410. Bartholomæus Epiſcopus Vrbinas, ex variis locis ac ſententiis D. Auguſtini contexuit opus ingens, duobus tomis diſtinctum Eodem tempore Ioannes Gerſon Pariſienſis. Academiæ Cancellarius, de ſenſu literali diuinæ Scripturæ librum edidit.

1420, Alanus de Linna, Ord. Carmelitanum ſcripſit de vario ſcripturæ ſenſu librum vnum, & moralia Bibliorum, librum vnum.

1430. Nicolaus Anapus ex Ord. Prædic. Patriacha Ieroſolymitanus, zelo charitatis Enchiridion excerpſit, in quo ad vtilitatem concionatorum, vniuerſa tam virtutum quam vitiorum exempla, in libris vtriuſque teſtamenti diſperſa, ſummâ breuitate collegit.

1460. Ioannes Abbas, inſignis Theologus, Pontificij iuris conſultiſſimus, & in ſacris litteris conſummatus, ſcripſit opus *Biblia & Canonum Concordantia*, inſcriptum; in quo iuxta ordinem diuinorũ librorum, collegit ex vtroque Teſtamento omnia loca, cum quibus Canones & decreta ſanctorum Pontificum conſonant, eiſque locos Canonum reſpondentes appoſuit.

1470. Dyoniſius Carthuſianus, piiſſimos & clariſſimos dedit Commentarios Eodémque tempore Bernardin. Galdoſus Brixianus, Camaldulenſis Abbas inſignes Annotationes.

1520. Ioannes Montholonius Eduenſis, ingens volumen edidit, cuius titulus eſt *Diuini & vtriuſque humani iuris Promptuarium*, in quo ordine Alphabeti collegit omnes ſententias quæ in ſacris litteris, & in vtroque iure Cæſareo & Pontificio concordant, adiectis annotationibus, quæ earumdem ſententiarum obſcuritatem aperiunt.

1530. Caietanus cognomine, ſed nomine Thomas de Vio, ex Ord. Prædicat. ad Epiſcopatum Caietæ, & Cardin. aſſumptus, totum vetus ac nouum Teſtam. iuxta litteralem ſenſum, omnium difficillimũ, ex Hebræa, & Græca veritate, nudo, breuique ſermone expoſuit excepto Cantico Canticorum & Prophetis, quos moriēs inchoatos reliquit; & Apocalypſi quam de induſtria intactam prætermiſit inquiens, in ea exponenda, non ingenio, ſed diuinatione opus eſſe. Auguſtinus Nebienſis Octapla compoſuit.

1530. Alardus Anſtelredamus, natione Hollandus, collegit omnes tropos, Phraſes, Idiotiſmos, & locutionum varias figuras in diuinis Scripturis vſitatas.

1540. Iſidorus Clarius ex Monacho Caſſinate Epiſc. Fulginatenſis, in totum Bibliorum corpus collegit ſcholia, quæ cùm primùm interdicta eſſent, demũ præciſis Prologomenis, reſtituta ſunt autoritate Concilij Tridentini.

1540. Sanctes Pagninus, vir trium linguarum, Hebrææ potiſſimùm peritiſſimus, compoſuit libros decem & octo, quorum titulus eſt *Iſagoge ad myſticos ſacra Scriptura ſenſus intelligendos*: vbi de myſticis & ſpiritualibus ſacrarum dictionum ſenſibus, iuxta litterarum ſeriem pertractat, & ſub eius occaſionis prætextu vniuerſam penè diuinam Scripturam myſticè expoſuit. Eodem tempore Petrus Sutor ſcripſit de tranſlationibus Bibliorum, contra Eraſmum.

1559. Ioannes Arboreus Doctor Sorbonicua ſcripſit ingens volumen in decem & nouem libros diuiſum, *Theoſophias*, id eſt diuinæ Sapientiæ titulo inſcriptum, in quo Scholaſtico, nec inculto ſtylo difficillima vtriuſque Teſtamenti loca explicuit, variáſque hæreticorum machinationes deſtruxit. Eodem tempore Ioannes Benedictus, in Academia Pariſienſi celeberrimus Doctor Theologus, ſcholia breuiſſima ſed vtiliſſima edidit. Godefridus Tilmanus Cartuſianus, Allegorias & Tropologias in ſelectiora vtriuſque Teſtamenti loca, ex vnius & triginta Autorum monumẽtis deprompſit, & in ordinem diuinorum voluminum digeſſit. Hi præ cæteris veterũ ſcriptorum, ſuo quiſque expoſitionis modo in vniuerſam Scripturam egerunt: nec eorum pauci aliquas adhuc eius partes ſeorſim, aliíue interpretati ſunt, vt patebit in ſequentibus.

In vetus Teſtamentum in particulari ſcripſere.

100. Ioſephus natione Hebræus vniuerſam veteris Teſtameoti Hiſtoriam viginti libris complexus eſt, quos de Antiquitatibus inſcripſit, & in eis aliquam veluti paraphraſim in omnia ferè volumina aptauit.

480. Theodulus in Cæleſyria Presbyter, Eclogarum volumen carminibus edidit, in quo omnia veteris Teſtamenti miracula, & fabulas ad ipſorum imitatiooem à Poëtis confictas, feliciſſime cecinit.

1130. Hugo Victorinus ſcripſit tom. 1. Allegoriarum libros nouem, in totum Teſtamentum vetus, exceptis Prophetia & libris ſapientialibus.

In Octateuchum.

Id eſt priores octo veteris Teſtamenti libros purà quinque Moyſis, & tres ſubſequentes Ioſuë, Iudicum, & Ruth ſcripſere.

Autores quos vniuerſam Scripturam, & vetus Teſtamentum expoſuiſſe diximus.

Et in Particulari.

450. Theodoretus de ſelectis diuinæ Scripturæ quæſtionibus ambiguis, inſigne opus edidit, quod etiam ſe extendit ad lib. Rego.

560. Procopius Gazæus ſophiſta *Enarrationis*, ſed fuſiores in Geneſim & Exod ediſſerit autem iuxta quadruplicem Scripturæ diuinæ intelligentiam, non ſolùm ſecundùm ſeptuaginta Interpretum, Aquilæ Symmachi, & Theodorionis editiones, & Samaritanorũ ac Iudæorum codices, ſed etiam ſecundùm D. Hieronymi, quem ſæpè citat, verſionem à Sophronio è Græco in Latinum factam.

630. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus (ad differentiam Iſidori ſenioris Epiſcopi Cordubenſis, Iunior nuncupatos) Compendiolũ ex Origene, Victorino, Ambroſio, Hieronym. Auguſt. Caſſiodoro, Fulgentio, & ſui potiſſimum temporis Gregor. Magno collectum edidit: Eum omnia vtriuſque Teſtameoti volumina expoſuiſſe aſſerit Trithemius; at Sixtus Senenſ. illud tantùm inuenit Compendiolum.

730. Venerabilis Bedæ quæſtiones tom. octo.

800. Oecumenius Autor Græcus, in explicandis ſcripturis breuis, apertus, & elegans Pobiles Annot. Comment. ſolerti curâ ex dictis præſtantiſſimorum Græcæ Eccleſiæ Doctorum colligit, vt ipſemet teſtatur. Eodemque tempore Claudius Scotus, S. Benedicti Monachus Commentariorum libros octo.

1200. Stephanus Anglicus, Gymnaſij Pariſienſis olim decus ac rector, qui primus in Scholis Scripturam ſacram moraliter exponere cœpit, ſcripſit Commentariorum libros vndecim, ſtylo & affectibus haud ingratos.

1230. Stephanus Langion, Archiepiſcopus Cantuarienſis & Cardinalis libros duodecim.

1440. Alphonſus Toſtatus, natione Hiſpanus, Epiſcopus Abulenſis, vir ſanctitate clarus, in diuinis Scriptoris longa exercitatiooe peritiſſimis; in aſſiduis legendi, docendi, ſcribendíque laboribus indefeſſus, ac propè adamantinus, elaborauit in Octateuchum, immenſæ magnitudinis volumina, in quibus poſt ſimplicem & Hiſtoricam litteræ expoſitionem, quam ſolus proſecutus eſt, ingentes ſcholaſticarum diſputationum cumulos coaceruat, nouam ſemper ac diuerſam ſuper vnaquaque vel minima Scripturæ diuinæ particula, difficultatem inquirens, tótque quæſtiones diſſoluens, vt iure de ipſo ſcriptum ſit. *hic ſtupor eſt mundi, qui ſcibile diſcutit omne.*

In Heptateuchum.

Id eſt quinque libros Moyſis, & Ioſuë, Iudicumque.

In Particulari ſcripſere.

430. D. Auguſtin. locutionum ſacræ Scripturæ libros ſeptem tom. 3. & quæſtion. libros ſeptem, in quibus prætermiſſis tribus prioribus Geneſeos capitibus, aliás fusè à ſe expoſitis, ſuper cæteris quæſtiones varias diſſeruit tom. 4.

1080. Anſelmos Cantuarienſis in Anglia Epiſcopus, libros 7.

1150. Andreas Victorius Anglus, Hugonis à S. Victore Diſcipulus, Commentaria.

1336. Iacobus Martynus Gallus euulgauit opus nobile, in quo omnes Tropologiæ & Allegoriæ Origenis in Heptateuchum, in ſeptem libros digeſta continentur.

In Pentateuchum.

Id eſt quinque libros Moyſis.

In Particulari ſcripſere.

Ariſtobulus antiquior, gente Hebræus vnúſque è 70. illis ſenioribus, qui Hebraïcos diuinæ legis libros in Græcam linguam tranſtulerunt; multáque ex traditionibus Moyſis, Ptolemæo Philadelpho Ægypti Regi percontaoti reſponderunt. Is edidit in Pentateuchum, Græco ſermone, ad eundem Ptolemæum libros quinque [a]. Claruit circa Olympiadem 124. [a] Euſeb.lib 7.Hiſt.Ec

Ariſtobulus iunior, gente Hebræus, de ſemine Aaron, à teneris annis ſanctarum ſcripturarum eruditione imbutus, ſcripſit Græcè ad Ptolemæum Philometorem Ægypti Regem ſuumque diſcipulum, in Pentateuchum Commentarios Doctina & eloquentia præſtantiſſimos, circa Olympiadem 150.

360. DiodoruaTarſenſis Epiſcopus, ac D. Chryſoſtomi præceptor, libros quinque litterali ſenſui penitus inhærentes.

430. S.Cyrillus Alexandtinns ſermones, ſen opus Allegoticum, eni ticulus eſt, quod in omni Moyſis ſeripturamyſterium inueniatur.

730. Beda explanationem tom. 4.

880. Remigius ex Monacho S. Benedicti Epiſeopus Antiſiodorenſis, libros quinque In quibus quæcunque, Ambroſius, Auguſt. & Caſſiodorus ſcripſere, breuiſſimè complexus eſt; adiectis etiam de ſuo eogitationibus hand ſpernendis: & conſimili induſtriâ ſcripſit in plures alias partes vtriuſque Teſtamenti, vt ſuis locis annotabitur.

1050. Erhardus S. Benedicti Monachus, ingenio ſubtilis, & eloquio gratus, piuſque Commentariorum libros quinque.

1130. Hugo Victorinus Annotationum, Iuxta litetalem ſenſum libros quinque, to. 1.

1275. Petrus de Tarantaſia ex Ordine Prædicatorum Sum. Pontiſex Innocentius V. dictus poſtillas edidit.

1300. Albertus Patauinus Commentariorum, ſcholaſtico more, libros quinque. Eodēque tempore alios Commentarios Alanus Inſulenſis, Academiæ Patiſienſis modetator & Doctor vniuerſalis nuncupatus.

1390. Iacobus Lauſanenſis, Ordinis Prædicaturum, ſermone Scholaſtico, libros 5.

1430. Ioannes Zacharias Germanus, in Concilio Conſtantienſi aduersùs Huſſitas & VVicleſitas hæreticos, Catholicæ fidei propugnator Inſignis, libros 5. Schulaſticè conſcriptos.

1540. Auguſtinus Chiſami Epiſcopus, Apoſtolicæ Bibliothecæ in Vaticano Præfectus, Latinæ D. Hieronymi editionis acerrimus propugnator, nullam aliam ea meliorem, lucidiotem, elegantiorem, aut etiam Latininlotem oſtendens: elucubrauit in Pentateuchum Moyſis elegantes ac ſuccinctas annotationes Græcæ & Hebtaicæ linguæ, in quibus diligentiſſimè explicat Phraſes & idiotiſmos in Moſaicis libris contentos.

1540. Sanctes Pagninus, Otdinis Prædicatorum Catenam argenteam, ſex voluminibus diſtinctam, in qua Hebræotum Græcorum, & Latinorum expoſitiones, veluti annulis quibuſdam inuicem inſertæ, coniunguntur.

In totum Librum Geneſeos.

Autores citati, quos vtrumque Teſtamentum, & Octateuchum, & Pentateuchum expoſuiſſe retulimus.

Et in particulari.

50. Philo Iudæus elegantiſſima edidit opuſcula, ex quibus Baſilius, & Ambroſius plurima mutuarunt: ex iis exſtant libri triginta quinque, quos ſuis locis propriis annotabimus.

220. S.Hippolytus Epiſc. & Martyr Cōmentaria de quibus D.Hier.a citat teſtimonium. — a q. 3. ad Damaſum Pap.

230. Origenes to. 1. Homilias, decem & ſeptem, quæ iis locis quibus reſpondent infra annotantur.

250. S.Methodius Tyri Epiſcopus & martyr, Commentaria nitidi ſermonis.

260. Zeno Veronenſis ſermones quatuor, extant tom. 2. Biblioth. P P.

400. S. Hieron. quæſtiones ſeu traditiones Hebraïcas.

400. S.Ioannes Chryſ.b tom. 5. continuatæ & integræ enarrationis homilias ſexaginta ſeptem, tempore quadrageſimalis ieiunij ad populum Conſtantinopolitanum habitas. — b Vide lib. præced. art. vlt de S. Chryſ. lit. A.

430. Cyrillus Alexandrinus ad litteram & myſticè, Explanationum libros vndecim to. 1.

430. S.Auguſt. de Geneſ. contra Manichæos tom. 1, & 3. de Geneſi ad literam liber vnus imperfectus, quem ſubſequuntur alij duodecim eodem argumento, & to. 4. quæſtion. 113. — Ibid. de S. Aug. lit.

440. Eucherius Epiſcopus Lugdunenſis Explanationes, ſaltem ei tribuuntur; verbis elegantibus, argutiſque ſententiis floridè exornatas

450. Theodoretus natione Syrus, Inſigne opus de ſelectis ſcripturæ Diuinæ quæſtionibus ambiguis ab initiu Geneſeos vſque ad vltimum librum Regum.

730. Beda Collectaneorum librum vnum tom. 4. alterumque quæſtionum tom. 8.

750. Strabo Monachus, V. Bedæ frater edidit Commentarios haud ignobiles, quos ex dictis Orthodoxorum Patrum, ad imitationem fratris, diligenti ſolertia collegit.

770. Albinus Flaccus, cognomento Alcuinus, Monachus, Bedæ auditor, & Caroli magni Imperatoris Præceptor breuem Commentariolum interpolatæ expoſitionis ex Patrum ſententiis per interrogationem & reſponſionem, ſimplici & hiſtorica narratione diſpoſitum.

1050. Erhardus Monachus S. Benedicti Commentariorum libros quinque, piè eruditos, & eloquio gratos.

1340. Hurmānus Schildius ſtylo ſcholaſtico.

1400. Thumas Anglicus ord. Prædicatorum lecturam: eiuſdem etiam eſſe creduntur Commentaria in Geneſim, aliáſque in alios ſcripturæ libros, quæ D. Thomæ Aquinati tribuuntur.

1420. Henricus Haſſius iunior, Cartuſianus, Commentariorum librum vnum. Eodem tempore Rupertus Roſeus Anglus, & Thomas Valdenſis Carmelitæ; vterque ſcholaſticam Poſtillam.

1520. Guilielmus Pepinus, ordinis Prædicatorum, Lecturam ſcholaſticam, inculto quidem ſermone, ſed artificioſè concinnatā.

1530. Ioannes Ferus, Ord. S. Franciſci, pia & erudita culto ſermone Commentaria, in quibus tàm veterùm quàm recentiorum labores veluti compendium, redacti ſunt.

1550. Aloyſius Lippomanus, Veronæ Epiſcopus, Catenam locupletiſſimum ex Autoribus Latinis & Græcis antiquis & recentioribus ſibi inuicem iuxta temporum ſerlem ſuccedentibus, ordine decentiſſimo connexam, interiectis etiam de ſuo annotationibus haud ſpernendis, quadruplicem ſcripturæ ſenſum, literalem ſcilicet, allegoricum, moralem, & anagogicum explicant.

In viginti quatuor prima capita Geneſeos, habetur Victorini Marſilienſis continuata expoſitio. Bedæ libri quatuor. In quinque priora capita, Ambroſij Catharini Compſæ Archiepiſcopi dilucida & erudita Commentaria: In quatuor priora capita, Origenis

conti

continuatæ expoſitionis tom.15. altiſſimis ſenſibus & myſteriis ſublimioribus præſtantiſſimi, vt D.Hier. ad Damaſum teſtatur, ex his vix aliquid ſupereſt, niſi diſputatio quædam de aſtris & fato, quæ habetur apud Euſeb. a Item Henrici Langeſt libri quatuor immenſi Scholaſtico interpretandi genere.

a lib.6. de præp.Euang. cap.9.

In tria prima capita, id eſt ab initio libri vſque ad præuaricationem & expulſionem Adæ de Paradiſo, D.Auguſtini tom.3. continuatæ expoſitionis libri quindecim iuxta allegoricum ſenſum: Eiuſdem de Geneſi ad litteram eodem tom. 3. liber vnus, quem Auctor (hiſtoricæ huius explanationis omnium dificillimæ, ſuccumbens oneri) imperfectam dimiſit, eum perueniſſet ad illud *faciamus hominem*: poſteà tamen audentior factus ſcripſit eodem tom. in tria prima capita Geneſeos ad litterã libros duodecim, in quibus tantus eſt artium & diſciplinarum omniũ Theſaurus, vt nec eruditius, nec ſubtilius in illorum trium expoſitione capitum quicquã prodierit. Cauit maximè Auguſtinus in hoc Opere ne de rebus naturalibus certà aſſeueratione quicquam decerneret, ne occaſionem daret ſapientibus Ethnicis ſacras litteras irridendi, dum obſeruarent aliquos ex noſtris in eiuſmodi naturæ operibus errare; ſicque via credendi præcluderetur infidelibus. Scripſit etiam libros tres, libris Confeſſionum inſertos, putà vndecimum, duodecimum, & decimum tertium. In eadem tria capita, Bedæ Collectaneorum ex Baſilio, Ambroſio, Auguſtino, ad Accam Epiſcopum, libri duo: Et eiuſdem Collectaneorum liber vnus. Item Ruperti Abbatis Tuitienſis Commentariorum libri tres inſignes.

In caput quartum, ac reliqua omnia, Ruperti Tuitienſis Commmentariorum lib.6.

In caput Primum Geneſeos, quod à Græcis Hexameron, id eſt opus ſex dierum dicitur.

Scripſere.

50. Philo Iudæus de Mundi opificio, ſiue de ea quam Moyſes deſcribit mundi generatione, librum vnum; in quo verba totius primi capitis, litterali & Allegorica explanatione, ſublimiter & copiosè explicantur.

200. Candidus edidit tractatus pulcherrimos: & Rhodon Aſianus coëuus elegantiſſimos, quibus maximè hæreſis Apellis Marcioniſtæ aſſerentis mundum à Deo malo conditum, fortiſſimè confutatur.

220. Hippolytus Epiſcopus & Martyr librum vnum.

290. Lactantius Firmianus de opificio Dei librum vnum.

380. D. Baſilius Hexameron homilias celebratiſſimas tomo 1.

380. S. Gregorius Nyſſenus Epiſcopus, S.Baſilij frater, librum vnum, quo in ordinem & concordiam diſpoſuit quæ à Moyſe de mundi procreatione, primo aſpectu diſſita, & inter ſe contraria videbantur.

380. S.Ambroſius libros ſeu ſermones ſex, ipſummet ferè D.Baſilij Hexameron Latinè verſum complectentes. Item Epiſtolam ad Horontianum de diuiſione operum ſex dierum vtraque tomo 1. iuxta editionem Pariſienſem anni 1586. quam habui ad manum; alia quippe longeque diuerſa quoad Tomorum ſeriem, vtitur Bellarminus, anni videlicet 1540.

600. Anaſtaſius Sinaita Antiochiæ Epiſcopus Anagogicarum contemplationum libros vndecim, extant in Bibliotheca SS. Patrum tom.1. edit.2.

730. Venerab. Beda de creatione, ſeu opere ſex dierum librum vnum, tom.8.

1080. Anſelmus Cantuarienſis Epiſcopus librum vnum, à Trithemio citatum.

1120. Honorius Auguſtodunenſis Presbyter eloquenti ſermone librum vnum.

1120. Arnulphus concionator Anglus librum vnum.

1230. Guilielmus Epiſcopus Pariſienſis librum vnum.

1240. Vincentius Belluacenſis Epiſcopus Ordinis Prædicatorum *Speculum naturale*, triginta duobus libris diuiſum, in quo complexus eſt quicquid ſpeculatione, admiratione, & imitatione dignum inueniri poteſt, in his quæ in mundo viſibili & inuiſibili ab initio vſque ad finem facta vel dicta ſunt; annotatis, intra ipſas contextus lineas, ſingulorum Auctorum tam Chriſtianorum quàm Gentilium nominibus, ex quorum ſcriptis hoc Opus immenſum conſarcinauit.

1280. Ægidius Romanus, Archiepiſcopus Bituricenſis, qui ob doctrinæ conſtantiam fundatiſſimi cognomen adeptus eſt, in Hexameron libros duos, Scholaſticarum quæſtionum multitudine repletos.

1280. S.Bonauentura, de quinque viſionibus tomo 1. Stylo Scholaſtico, opus nobile; in quo potiſſimum exponuntur quinque illæ viſiones Dei comprehenſæ in ea Moyſis ſententia, *Vidit Deus quod eſſet bonum*, quinquies primo capite reperita.

1416. Petrus de Aliaco Epiſcopus Cameracenſis, & S. R. Eccleſiæ Cardinalis quæſtionum in Hexameron librum vnum.

1490. Ioannes Picus Mirandulanus, Mirandulæ & concordiæ in Italia Princeps, ob ſingularem corporis & animi pulchritudinem & venuſtatem *Phœnix* cognominatus; in omni artium, ſcientiarum, & linguarum varietate vſque ad miraculum excultus, 23. ætatis ſuæ anno, in caput primum Geneſeos, admirandæ audaciæ edidit Commentarium; qui tamen ſuas potiùs, aut Platonicas, quàm Moſaicas cogitationes exprimeret.

1540. Auguſtinus Chiſami Coſmopœiam edidit.

In cap. 1. v.1. [In principio creauit Deus cælum & terram.]

Origenis de Mundi principio, homilia prima, tom. 1.

Zenonis Veronenſis Epiſcopi & Martyris ſermones duo, ſaltem ſub eius nomine; conſtat enim ſermones à Guarino Veronenſi ſub titulo Zenonis in lucem emiſſos, maiori ex parte collectos ex diuerſis Auctoribus Zenone poſterioribus.

S. Chryſoſtomi de Principio Geneſeos homilia quæ incipit: Iucundum quidem nautis.

S.Auguſtini lib.65.qq. quæſt. 1. tom.4.

v.2. [Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas] eiuſdem lib. de octo qq. Dulcitij quæſt.8.tom. 4. v. 26. [Faciamus hominem.] Melitonis Aſiani Sardauſis Epiſcopi de Deo incorporeo, liber vnus. Gregorij Nyſſeni de hominis procreatione, liber prolixus & eruditus. Item da hominis opificio libri duo, ad ſupplẽdum ea quæ frater eius S.Baſilius Magnus de hominis conſtructione reliquit intacta. Item librum alterum de hominis procreatione. Auguſtini de creatione primi hominis. S. Ambroſij de dignitate humanæ conditionis, tum ratione imaginis, tum ratione ſimilitudinis liber vnus, tom.1. ſcripſit etiam epiſtolam 38. ad Horontianum de homine poſt beſtias producto, tom.5. S Chryſoſtomi tom.1. ſermo vnus, quomodo primus homo prælatus ſit omni creaturæ: & tomo 5. hom.7. ad populum Antiochenum, & de Adam & Eua tom.1. hom. vna Cyrilli Alexandrini de formatione Adami, ſermo primus, tom.1.

In cap.2. Philonis Iudæi de Allegoriis ſacræ legis poſt ſex dierum opus, librum vnum edidit, qui eſt primus, in quo Allegoricè exponuntur omnia quæ narrantur ab initio capitis vſque ad verba [in quacunque die comederis morte morieris.] De Paradiſo, Tertulliani liber vnus, cuius ipſe meminit in fine libri ſui de anima. S. Ambroſ. de die ſeptimo, epiſtola 39. ad Horontianum tom.5. & tom. 1. liber vnus, In quo inueſtigatur vbi ſit Paradiſus, qualiſve ſit? & de his quæ in eo primis parentibus contigerunt, eleganter ſed allegoricè diſſeritur; deſumptis ex libro allegoriarum Philonis Iudæi pulcherrimis allegoriis. Eiuſdem de Paradiſo ad Sabinum & de arbore interdicta libellus, tom. 1. Item S.Chryſoſt. hom. vna tom.10. S.Aug. de arbore ſcientiæ, Tractatus vnus qui incipit legimus in Geneſ. tom.9.

v.15. [Tulit ergo Dominus Deus hominem.] S.Bern. ſermo ſeptimus de ſeptuageſima inter ſermones de tempore. v.21. Eiuſdem de ſopore Adam, ſermo vnus.

In cap.3. de lapſu primi hominis, S.Chryſ. hom. duæ, tom.1. à v.8. Abſcondit ſe Adam, vſque ad 19. Puluis es & in puluerem reuerteris. Allegorica expoſitio Philonis Iudæi, lib.2. de Allegoriis ſacræ legis. Item S.Baſil. De Paradiſo, hom. vna, tom.2. v. 15. Inimicitias ponam inter te & mulierem. Chryſoſtomi homilia vna, tom.1. De Cherubim & de flammeo gladio, & de Cain qui primus ex homine natus eſt, Philonis Iudæi liber vnus.

In cap.4. De Sacrificiis Abelis & Cain, Philonis Iudæi liber vnus, in quo explanatio fit à v.2. [rurſumque peperit fratrem eius, Abel] vſque ad v.7. [Sed ſub te erit appetitus tuus.] Eiuſdem Philonis De eo quod deterius potiori inſidiari ſoleat, liber vnus, explanans reſiduum capitis à v. 8. [dixitque Cain egrediamur foras] vſque ad v.16. [Egreſſus eſt Cain à facie Domini.] S. Ambroſij tom.1. de Cain & Abel, libri duo, in quibus iuxta myſticam intelligentiam exponit ortum, vitam, & mores, & cultum duorum fratrum, mutuans nonnulla ex prædicto libro Philonis.

v.15. De vindicta occidentis Cain, D. Hier quæſt. vna ad Damaſum Papam, tom.3.

In cap.5. De ſucceſſione generis humani, Philonis Iudæi liber vnus, continens enumerationem Genealogiæ ſeu Poſteritatis Adæ.

In cap.6. Philonis Iudæi De Gigantibus liber vnus in quo edisſeruntur quatuor primi verſiculi: Et alius quod Deus ſit immutabilis, explicans alios, illum maximè: Penitet me feciſſe hominem. Origenis de fabrica Arcæ homilia 2. tom.1. S. Ambroſ. tom.1. De Noë & Arca liber vnus, in quo ſancti viri vitam, mores, geſta, ac temporum eius euentus enarrat; exponens allegorico ſenſu hiſtoriam à fine capituli ſexti vſque ad finem decimi. Item S. Cyrilli Alexandrini ſermo ſecundus, tom.1. Venerab. Bedæ de Arca Noë tom.2. Hugonis Victorini libri quatuor tom.2. Cuius autem formæ & capacitatis fuerit ipſa Arca, typo mathematico demonſtrauit circa ann. 1550. Ioannes Buteo Gallus, eximius Mathematicus. S. Auguſtini de Cataclyſmo, ſermo vnus, qui eſt 69. de tempore, tom.10.

In cap.7. Tertulliani Tractatus, in quo inquiritur, cur Deus qui fecit omnia valde bona, animalia immunda, vnà cum mundis in Arcam introduxerit. S. Ambroſij allegoricus ſenſus, vt ſupra tom. 1.

In cap.8. S. Ambroſij allegoricus ſenſus, vbi ſupra.

In cap.9. S. Ambroſij allegoricus ſenſus, vbi ſupra.

v.13. [Arcum meum ponam] S.Thomæ tom. 16. ſermo de B.Magdalena. v.20. [cœpitque Noë vir agricola exercere terram.] Philonis Iudæi liber vnus, in quo de ſpirituali animi cultura pertractatur: Eiuſdem de temulentia Noë liber vnus, in quo exponitur quid myſtica Noë ebrietas ſignificet: Eiuſdem de reſipiſcentia Noë liber vnus, explicans illud v.24. [euigilans autem Noë] Item de nudatione Noë, Cyrilli Alexandrini ſermo tertius, tom. 1.

In cap.10. S. Ambroſij allegoricus ſenſus, vbi ſupra.

In cap.11. [Erat autem terra labij vnius] Philonis Iudæi de confuſione linguarum liber vnus. Item S.Chryſoſtomi tom. 1. hom. vna, ex qua Theodoretus fragmentum recitat in dialogo qui inſcribitur Inconfuſus de turri Babel & eius ſtructura. Cyrilli Alexandrini ſermo quartus, tom.1. De linguia Gentium, Bedæ liber vnus tom.2.

In cap.12. Philonis Iudæi de migratione Abrahami liber vnus. S.Zenonis Veronenſis Epiſcopi & Martyris de Abraham ſermones tres tom.2. Biblioth. PP. D.Ambroſ. tom.1. libri duo, in quibus ſub narratione virtutum & actorum Abrahæ, exprimit nobis viri probi moraliter, vereque actiui prototypum. Continent autem hi duo libri In varia capita diuiſi hiſtoriam Geneſeos ab initio cap. 12. vſque ad cap.24 S.Auguſt. de Abraham ſermo vnus, qui eſt 51. de tempore, tom.10.

In cap.13. S.Ambroſij vbi ſupra lib.1.c.3. & lib.2.c.5.

In cap.14. De filiis Abrahæ quarta generatione ex Ægypto reuerſuris. D.Hieronymi quæſt.2. ad Damaſum Papam. Eiuſdemque quòd Melchiſedech non fuerit Spiritus ſanctus, ad Euagrium epiſtola vna, tom.3. Item Cyrilli Alexandrini de Abraham & Melchi-

ſedech ſermo tertios,tom.1.De Melchiſedech, S.Chryſoſt.hom.vna,tom.1.

In c.15 Ambroſij vbi ſupra, lib.1.c.3. & lib.2.c.7. & v.6. credidit Abraham Deo,& reputatum eſt ei ad iuſtitiam] epiſtola 74. ad Hotontianum tom.5. Philonis Iudæi de hærede diuinarum rerum, liber vnus,in quo totum caput continuæ expoſitionis ſerie explicatur: dimidiatis partibus vaccæ, arietis, & capræ,quas Abraham vnà cum columba & turture obtulit in ſacrificium.Tsiphonis Origenis diſcipuli liber vnus. De vacca trienne, S.Auguſt.ſermo vnus,qui eſt 54.de tempore, tom.10. Item de ſacrificio Abrahæ, Richardi Victorini myſticè liber vnus. Cyrilli Alexandrini de Abraham & promiſſione ei facta in Iſaac, ſermo ſextus, tom.1.

In cap.16.S.Ambroſij, vbi ſupra lib.1.c.4. & lib.2. c.10. Philonis Iudæi de congreſſu quærendæ eruditionis gratia, liber vnus, in quo allegoricè oſtenditur,quòd anima noſtra non eſt idonea prolem bonorum operum ex diuina ſapientia ſuſcipere,niſi priùs congrediatur cum eius famula,hoc eſt ſæculari litteratura, exemplo Abrahæ qui de Sara ſobolem haud potuit accipere, niſi poſteaquam cum Agar ancilla Ægyptia concubuit. Eiuſdem De profugis liber onus, exponens illud v. 6. [Affligente igitur eam Sarai, fugam iniit.]

In cap.17. Ambroſij vbi ſupra lib.1.c.4.& lib.2. c.17.Philonis Iudæi De Circumciſione, liber vnus, in quo traditur circumciſionem inſtitutam eſſe à Deo, ſex de cauſis, quatuor videlicet Phyſicis,& duabus myſticis.De Circumciſione Abrahæ, Origenis hom.3.tom.1. Quare Abram vocatus ſit Abraham,Chryſoſtomi homilia, vna,tom.1.

In cap.18. Tertulliani *Sodomitanæ conflagrationis liber vnus*, heroico carmine eleganter conſcriptus. De tribus viris Abrahæ viſis,Origenis hom.4. tom.1. S.Auguſt. ſermo vnus, qui eſt 70.de tempore, tom.1.

In cap.19.De Lot & filiabus eius, Origen. hom.5. tom.1.D.Auguſt. hom. vna, tom.10. Eiuſdemque de his quæ in Lot & eius vxore figurantur,ſermo vnus, qui eſt 34. ad fratres in eremo, tom.10.

In cap.20. de Abimelech Saræ nuptias appetente hom.6. tom.1.

In cap.21. S.Ambroſij tom.1. de Iſaac & anima,libri duo, in quorum priore, accepta occaſione ex his quæ de natiuitate Iſaac, & deſponſatione eius cum Rebecca, cap.21. & 24.Geneſis referuntur, diſſerit, iuxta allegoricam & anagogicam intelligentiam de amore inter Chriſtum ſponſum præſignatum in Iſaac,& animam ſponſam in Rebecca deſignatam. In poſteriori libro, occaſione eorum quæ dicta erant in priori, tractat de bono mortis quæ animam ſponſo ſuo Chriſto in ſempiternum victuram coniungit. De natiuitate & ablactatione Iſaac,Origenis homilia 7. tom.1.

In cap.22. De fide Abraham, & de immolatione Iſaac, S.Chryſoſtomi ſermo, tom.1. S.Auguſtini de tentatione Abrahæ ſermo 72. Et de immolatione Iſaac,ſermo 71. & 73. de tempore tom.10. Item Origenis hom 8. tom. Eiuſdem de ſecundis repromiſſionibus ad Abraham factis, hom.9. Item Gregorij Nyſſeni liber vnus, quem Damaſcenus lib.3.contra Iconoclaſtas citat. Item Cyrilli Alexandrini, De ſacrificio Abraham & Iſaac ſermo 7. tom.1.

In cap.23. S.Auguſtini de cura pro mortuis gerenda,ad Paulinum, liber vnus tom.4.

In cap.24. De Rebecca ad hauriendam aquam egreſſa, Origenis hom.10. tom.1. De Iſaac & Rebecca, Cyrilli Alexandrini ſermo 8. tom.1.

In cap.25. De Abraham deſponſante ſibi Ceturam,Origenis hom.11. tom.1 Eiuſdem de conceptu & partu Rebeccæ,hom.12.Item Auguſtini de conceptu Rebeccæ ſermo 68. de tempore tom.10. De Eſaü & Iacob duos populos figurantibus, Cyrilli Alexandrini ſermo 9. tom.1. & Chryſoſtomi ſermo vnus tom.1.

In cap.26. de puteis ab Iſaac effoſis, Origenis hom.13.tom.1.Eiuſdemque de Deo qui ad puteum iuramenti apparuit Iſaac, & de pacto quod compoſuit cum Abimelech homilia 14.

In cap.27. vſque ad 35. S.Ambroſij tom.1. de vita Iacob & vita beata, libri duo, in quibus breuiter percurrit narrationem Moyſis nouem capitibus diffuſam; oſtendit ſapientis beatitudinem in ſummis vitæ periculis, non ſolum non amittit ſed etiam acquiri poſſe, exemplo Iacob,cui in exſilio, perſecutione & ſeruitute viuenti nihil defuit eorum quæ ad rationem beatitudinis ſpectant:Et ſuper verbis Rebeccæ dicentis filio ſuo Iacob: [fuge fuge in Meſopotamiam:] agit myſticè de fuga ſæculi. D. Hieronymi quæſtio 3. ad Damaſum Papam tom.3. Cur Iſaac non illi cui voluit, ſed cui noluit filio benedixit. Cyrilli Alexandrini de perſecutione Eſau ſermo 10. tom.1.

In cap.28.Philonis Iudæi de ſomniis liber vnus,in quo explicatur myſtica ſignificatio celebris illius inſomnij Iacob de ſcala cœleſti. S.Zenonis Veronenſis de ſomnio Iacob, ſermo vnus, tom.2. Biblioth. PP. De ſcala Iacob S.Auguſt. ſermo 79. de tempore,tom.10.

In cap. 30. & 31. De his quæ inter Iacob & Eſaü geſta ſunt, Cyrilli Alexandr. ſermo 11. tom.1.

In cap.32. De Iacob mittente nuntios ad Eſau, Cyrilli Alexandr. ſermo 12.tom.1. & de nocturna luctatione Iacob, ſermo 13.

In cap.35. Richardi de S. Victore, Beniamin minor, id eſt de præparatione ad contemplationem: Et Beniamin maior, id eſt de gratia contemplationis lib.5. tom.1.

In cap.37. Philonis Iudæi De vita viri ciuilis, ſiue de Ioſeph,liber vnus,in quo vita & geſta Ioſeph enarrantur & exponuntur, iuxta ea quæ à 37. capite vſque ad finem libri Geneſeos ſcripta ſunt; oſtenditurque,exemplo Ioſeph,qualis ſit vir verè politicus, & ad gubernacula reipublicæ idoneus.Item S. Ambroſij de Ioſeph Patriarcha tom.1.liber vnus, quo vniuerſam hiſtoriam Ioſeph duodecim capitibus à Moyſe comprehenſam allegorica & anagogica explanatione edifferens: proponit nobis in eo Patriarcha, multarum virtutum ſed præcipue caſtitatis exemplum. De venditione Ioſeph à fratribus, Chryſoſtomi

hom.

hom. vna,& alia de eius continentia tom.1. S.Auguſtini De ſomnio Ioſeph, ſermo 81.de tempote tom.10.

In cap.38. S.Zenonis Veronenſis,De Iuda & Thamar,ſermo vnus. S. Cyrilli Alexandr. ſermo 15. tom.1.

In cap.39. S. Auguſtini de Ioſeph & eius domina,ſermo 83. de tempore S.Cyrilli Alexandr. De Ioſeph paſcente oues patris cum fratribus ſermo 10. Eiuſdem de Ioſeph Iſmaëlitis vendito ſermo 16. tom.1.

In cap.42. D. Auguſtini De Iacob quem latuit Ioſephum in Ægypto eſſe, ſermo 82. de tempore, tom.10.

In cap.45. Origenis de filiis Iacob annuntiantibus patri ſummam poteſtatem Ioſeph in Ægypto, hom.15. tom.1.

In cap.47. Origenis de terra Ægypti tempore famis à Ioſeph Pharaoni acquiſita, homilia 16. tom.1.

In cap.49. De benedictiouibns Patriarcharum, Origenis hom.17. tom.1. S.Ambr. tom.1. lib. vnus continens myſticam explanationem benedictionis Iacob erga filios ſuos. Item D.Auguſtini tom.3. Commentariolus dialogo editus ſub Auguſtini titulo, qui tamen ab alio quodam ex libro quæſtionum Hieronymi in Geneſim collectus creditur. Item Rufini Totani Monachi,De benedictione Iudæ Patriarchæ liber vnus, quem rogante Paulino Epiſcopo Nolano ſcripſit, iuxta triplicem diuinæ Scripturæ ſenſum. Deinde eodem Paulino efflagitante, librum alterum edidit, in quo cæteras vndecim Patriarcharum benedictiones triplici explanatione proſecutus eſt: claruit anno 400. extat tomo 5. Bibliothecæ SS. Patrum. Et ipſius Paulini Epiſcopi De iiſdem benedictionibus Patriarcharum iuxta allegoriam liber vnus nitidi ſermonis. Et Cyrilli Alexandr. ſermo 18. tom.1. Richardi de S.Victore liber vnus.

In v.10.[non auferetur ſceptrum de Iuda] Zenonis Veronenſis ſermo vnus tom.2. Bibliothecæ PP. Vmberti Carnotenſis Epiſcopi aduerſus Iudæos, liber vnus, claruit anno 1100.

In Exodum.

Auctores illi, quos in vniuerſam Scripturam, & Octateuchom,& Pentateuchum egiſſe retulimus.

Et in Particulari.

50. Philo Iudæus ſcripſit libros tredecim, ex quibus in totum librum ſunt quæſtionum ac ſolutionum in Exodum libri quinque. Item de vita Moyſis, ſiue Paraphraſeos vniuerſæ hiſtoriæ,quæ in Exodo,ac tribus ſequentibus libris deſcribitur, libri quatuor. Cæteri quatuor libri ſuis locis annotabuntur.

200. Tertullianus Commentarios.

220. Hippolytus Epiſcopus & Martyr librum vnum.

230. Origenes tom.1. Homilias tredecim ex tranſlatione S.Hieronymi, quæ vt ſuis ſingulis quibus reſpondent locis infra annotantur. Zeno Veronenſis Epiſcopus & Martyr ſermones quinque, tomo 2. Biblioth. PP.

380. Gregorius Nyſſenus de enarratione Moſaicæ vitæ ex Exodo; Leuitico, Num. & Deut. librum vnum.

390. Gaudentius Epiſcop. Brixienſis Tractatum vnum, & alios decem de Paſcha in Exodum, extant in Biblioth. SS.Patrum, tom. 2.

430. S. Auguſtinus quæſt.174. tom.4 & ſermones vndecim, qui ſuis quique locis annotantur.

500. Procopius Gazæus Commentarios ſatis fuſos, de quibus in Octateuchum facta eſt mentio.

730. Beda Collectaneorum librum vnum, tom.4.einſdemque quæſt. tom.8.

1120. Rupertus Abbas Tuitienſis Commentariorum libros quatuor inſignes.

1330. Henricus Goſteſay librum vnum.

1410. Henricus Conſueldius Carthuſian. ſcholaſticam explanationem.

1420. Henricus Haſſius iunior,Carthuſianus librum vnum, Rupertus Roſeos Anglos, Ord. Carmel. Scholaſticam poſtillam.

1440. Ioannes Gauuer Carmelita librum vnum explanatione Scholaſtica.

1520. Guillelmus Pepinus Scholaſticam lecturam.

1550. Aloyſius Lippomanus Catenam locupletiſſimam priori illi in Geneſim perſimilem.

In cap.1. Habentur Origenis de initio Exodi hom.1. tom.1. & altera de Obſtetricibus Hebræorum. De morte Ioſeph & multiplicatione filiorum Iſraël. S. Auguſt. tom.10. ſermo 84.de tempore: Et de paleis Ægyptiorum, ſermo 85.

In cap.2. de Natiuitate Moyſis, S.Auguſt. ſermo 86. de tempore, tom.10.

In cap.3 De apparitione Domini in rubo, S.Auguſt. ſermo 18. ex additis ad tom.10. v.14 [ego ſum qui ſum] D.Auguſtini tractatus vnus, tom.6. S.Hieronymi de decem nominibus,quibus Deus apud Hebræos deſignatur,epiſt.136. ad Marcellam tom.3.

In cap.4. De tribus ſignis à Deo Moyſi exhibitis, Cyrilli Alexandr.ſermo 19.tom.1.in v.10. impeditioris & tardioris linguæ ego ſum] Origenis hom.3. tom.1.De induratione Pharaonis S.Hieronymi epiſtola 153. ad Paulinum tom.3. D. Auguſt. ſermo 88. de tempore,tom.10.

In cap.7. De decem plagis Ægypti, Origenis hom.4. tom.1. & S.Auguſtini ſermo 87. de tempore tom.1.

In cap.8. S.Ambroſij, De iis quæ Ægyptij abominantur, epiſtola 4. ad Irenæum tom.5. Gaudentij Epiſcopi Brixienſis Tractatus ſeptem, extant tom.2. Biblioth. SS. Patrum. Origenis, De profectione filiorum Iſraël, hom.5. tom.1.

In cap.12. De celebratione Paſchæ,S.Ambr. ad Epiſcopos Æmiliæ Epiſtola vna. De ſacrificio agni,Cyrilli Alexandr. ſermo 20. tom.1. De victima Agni Paſchalis Nicetæ Aquileiæ ſeu Romacianæ, verbis Epiſcopi liber vnus.

In cap.13. De conſecratione primogenitorum,Cyrilli Alexandr.ſermo 21. tom.1.

In cap.14. De Pharaone, D.Auguſt. ſermo 89. de tempore,tom.10.

In cap.15. De Cantico Moyſis, Origenis tom.1. hom. 6. & 7. De amaritudine aquæ

Matarb. De eadem aqua Cyrilli Alexandr. ſermo 22. tom. 1. De itinere trium dierum; S Auguſt. ſermo 90. de tempore. Eiuſdem de aqua amara & manna, ſermo 91. de tempore tom. 10.

In cap. 16. Quòd Deus quotidie pluit nobis manna myſticum corporis Chriſti, S. Ambroſij Epiſt. 45. ad Irenæum tom. 5. De manna & coturnicibus, Cyrilli Alexandr. ſermo 23. tom. 1.

In cap. 17. De Moyſe oratione ſua Amalec ſuperante, S. Chryſoſtomi hom. vna tom. 1. De ſiti populi in Raphidim, & Amalecitarum bello, & præſentia Iethro, Origenis homilia 11. tom. 1. De petra in Raphidim percuſſa, Cyrilli Alexandr. ſermo 24. tom. 1.

In cap. 19. De monte inacceſſibili, & Iſraël iuxta eum poſito, Cyrilli Alexandr. ſerm. 25. tom. 1.

In cap. 20. De Decalogo, quod eſt totius iuris ſummatium, Philonis Iudæi liber vnus. Eiuſdem de ſpecialibus legibus quæ referuntur ad duo Decalogi præcepta, ſextum videlicet contra libidinoſos, ac ſeptimum contra homicidas, liber vnus. Eiuſdemque De Iudice & teſtibus, quoad penultimum Decalogi præceptū attinet, liber vnus. De initio Decalogi, Origenis hom. 8. tom. 1. Gregor. Nazianzeni, Decalogus Moyſis. S. Auguſtini de mandatis legis, in libro cui titulus ſpeculum, tom. 3. Inſtitutiones in Decalogum, Hugonis Victorini tom. 2. Antiochi Monachi Græci Pandectæ, opus inſigne in ſexaginta ſermones diſtinctum, diuerſorum Patrum expoſitiones in Decalogum complectens, vnà cum reprobationibus omnium hæreſeon quæ aduerſus Decalogum emerſerunt. Floruit anno 630. Ioannis Nider Ord. Prædicatorum, De decem præceptis Decalogi, eruditum & grāde opus. Henrici Vrimarij doctoris Pariſienſis liber vnus, Clar. an. 1340. Michaëlis Mediolanenſis Ord. S. Franc. ſermones vndecim circa an. 1480. Hermanni Archiep. Colonienſis nobiliſſima explanatio, quæ in compendio Colonienſis Concilij vnà cum expoſitione Dominicæ orationis & Symboli continetur. Clar. anno 1540. Friderici Nauſeæ liber vnus.

In cap. 21. De muliere prægnante, quæ duobus viris litigantibus abortiuum fecerit, Origenis hom. 10. tom. 1.

In cap. 25. De Tabernaculo, Philonis Iudæi liber vnus.

In cap. 26. De Tabernaculo fœderis, Origenis hom. 9. tom. 1. Richardi Victorini tom. 1. libri duo, vnus ad litteram, alter myſticè. Ioannis Petri Epiſcopi Carnotenſis, Moſaici Tabernaculi, myſticæ & moralis expoſitionis libri duo, extant tom. 9. Biblioth. PP. Ruſbrochij Carthuſiani Commentaria in Tabernaculum Moyſis, In quibus multa Exodi, Leuitici, Numerorumque myſteria Diuino ſpiritu dilucidè, nec vulgariter explicantur. Flor. anno 1380. De Candelabro & ſeptem lucernis, S. Maximi Monachi & Martyris ſermo, ex quo D. Thom. libro contra errores Græcorum profert teſtimonium, quòd Spiritus ſanctus à Patre procedat. Flor. an. 640. De iis quæ offeruntur ad Tabernaculum, Origenis hom. 13. tom. 1.

In cap. 28. Tertulliani, De veſtibus Aaron, liber vnus.

In cap. 30. Quid ſignificet didrachma, cuius dimidiam partem Hebræus populus præcipitur offerre pro redemptione animæ ſuæ S. Ambroſij ad Iuſtum Epiſtola 1. tom. 5.

In cap. 31. De filiis Iſraël S. Auguſt. ſermo 97. de tempore tom. 10.

In cap. 32. De vitulo aureo, S. Ambroſij epiſtola 56. ad Romulum, tom. 5. De fabricatione vituli, Cyrilli Alexandr. ſerm. 27. tom. 1.

In cap. 34. De facie Moſis velata, Origenis hom. 12. tom. 1. De velamine in facie Moſis, Cyrilli Alexandr. ſermo 28. tom. 1.

In cap. 35. De rebus ad Tabernaculum offerendis, Origenis hom. vna, tom. 1.

In cap. 39. De veſtitu Sacerdotum maiorum, minorumque, S. Hieronymi tom. 3. epiſtola 128. ad Fabiolam, in qua ſingulas veſtium ſpecies ad animarum profectum doctè myſticè & eleganter exponit. De gemmis in veſte Aaron, Epiphanij Salaminæ Epiſcopi liber vnus, qui de lapidibus inſcribitur, in quo maximè tractat de illis quorum mentio fit in Scriptura.

In Leuiticum.

Auctores illi quos totam Scripturam; & Octateuchum & Pentateuchum expoſuiſſe diximus.

Et in Particulari ſcripſere.

50. Philo Iudæus librum vnum de vita Moyſis, in quo eſt Paraphraſis hiſtoriæ in Leuitico contentæ: & alium de Monarchia, in quo agitur de conditionibus & officiis Sacerdotum in Leuitico enumeratis. Item alios tres, primus eſt de Sacerdotum præmiis & honoribus in Leuitico deſcriptis; alter de victimis ſeu animalibus ſacrificio idoneis, & de victimarum generibus quæ in Leuitico referuntur: vltimus de victimas offerentibus, quales eſſe debent victimarum oblatores.

230. Origenes tom. 1. homilias ſexdecim à S. Hieron. tranſlatas, quæ infra ſuis quæque locis annotantur. Triphon, Origenis diſcipulus de qualitate ſacrificiorum quæ toto Leuitico continentur librum vnum.

400. Heſychius Hieroſolymitanus Epiſc. libros ſeptem, quibus myſtica Moyſis intentio explicatur. Hic cùm exponat verſionem D. Hieron. argumentum eſt eum eſſe Hieronymo poſteriorem; non enim cœpit verſio Hieronymi eſſe in vſu Eccleſiarum, niſi diu ſatis poſt eius obitum, eumque ad ipſum Heſychium extet Gregorij Magni Epiſt. 40 lib. 9. ex regiſtro; neque ante illum alius inueniatur Epiſcopus Hieroſolymitanus qui dicatur Heſychius, vel Iſichius, hunc eidem Gregorio facimus contemporaneum.

730. Venerabilis Beda Collectaneorum librum vnum tom. 4. alterumque quæſtionum tom 8.

910. Radulphus Flauiacenſis, ſeu vt alij dicunt, Faldenſis, Ordinis S. Benedicti Commentariorum libros viginti, quibus ita dilertè, piè & eruditè omnis huius libri myſteria, ſecundum hiſtoricum & ſpiritualem ſenſum explicantur, vt in compara-

tione eius, cæteri haud expoſuiſſe videantur.

1120. Rupertus Abbas Tuitienſis Commentariorum libros duos inſignes, tom. 1.

1400. Nicolaus Triuet Ord. Prædic. & Rupertus Roſeus Carmelita, vterque ſcholaſticam poſtillam. Habentur præterea.

In cap. 1. De Principio Leuitici, Origenis hom. 1. tom. 1. Quod paſſio Chriſti ſalubris eſt & Cyrilli Alexandr. ſermo 29. & 30. tom. 1.

In idem cap. 1. 2. & 3. De variis ſacrificiorum ritibus, Origenis hom. 2. tom. 1.

In cap. 5. De non reticendis aliorum ſceleribus, de que tangentibus immunda, Origenis hom. 3. tom. 1.

In cap. 6. De eo qui mentitur proximo ſuo, ſuper depoſito & ſocietate, Origenis homilia 4. Einſdem de lege hoſtiæ pro peccato, hom. 5.

In cap. 8. De indumentis Pontificis & Sacerdotum, Orig. hom. 6. tom. 1. S. Chryſoſtom. de veſtitu Sacerdotali, hom. vna, tom. 1.

In cap. 10. De vino & ſicera Sacerdotibus ſub ingreſſum Tabernaculi non bibendis, Origenis hom. 7. tom. 1. De Moſe conſilium Aaronis approbante, S. Ambroſij epiſtola vna ad ſimplicium, tom. 1.

In cap. 12. ſimul & 13. & 14. De muliere poſt partum per ſeptem dies immunda, & de lepra, Origenis hom. 8. tom. 1. In idem c. 12. Cur circumciſio olim præcepta, nunc inutilis ſit & pernicioſa? S. Ambroſij epiſtola ad Conſtantium tom. 1.

In cap. 13. Ioannis Nidee Ord. Prædic. liber vnus de lepra morali.

In cap. 14. De mundatione lepræ, Cyrilli Alexandr. ſermo 31. tom. 1.

In cap. 16. De ſacrificiis propitiationis, & de duobus hircis, Origenis hom. 9. tom. 1. S. Cyrilli Alexandr. De capro emiſſario, epiſtola ad Acacium. Et de Iudæorum ſynagoga, quæ ex infidelitate cecidit, ſermo 32. Et quòd non ſemper ingrediatur Aaron in ſancta ſanctorum, ſermo 33. tom. 1. De ieiunio in die propitiationis, Origenis homilia 10. tom. 1.

In cap. 20. v. 7. [Sanctificamini, & eſtote ſancti, quia ego ſum Dominus Deus veſter.] Origen. hom. 11. tom. 1.

In cap. 21. De Sacerdote magno, Origenis hom. 12. tom. 1.

In cap. 23. De diebus feſtis, lucerna, Candelabro, & menſa, & panibus propoſitionis, Origenis hom. 13. tom. 1.

In cap. 24. De filio matris Iſraëlitæ & patris Ægyptij, blaſphemo, & de ſententia Dei lata in eum, Origenis hom. 14. tom. 1.

In cap. 25. De venditionibus, & redemptionibus donorum, Origenis homilia 15. tom. 1.

In cap. 25. De venditionibus, & redemptionibus donorum, Origenis homilia. 15. tom. 1.

In cap. 26. De benedictionibus Leuitici, Origenis hom. 16. tom. 1.

v. 19. [Daboque vobis cœlum deſuper ſicut ferrum, & terram æneam.] S. Ambroſij epiſtola ad Romulum, tom. 1.

In librum Numerorum.

Auctores illi quos vniuerſam Scripturam, & Octateuchum, & Pentateuchum explanaſſe retulimus.

Et in particulari ſcripſere.

50. Philo Iudæus librum de vita Moyſis in quo eſt Paraphraſis hiſtoriæ, in hoc libro contentæ.

220. Hippolytus Epiſcopus & Martyr librum vnum.

230. Origenes homilias viginti octo, quæ ſuis quæque locis infra annotantur, extant tom. 1.

730. Beda Collectaneorum librum vnum, tom. 4. Eiuſdemque quæſtionum librum vnum, tom. 8.

1120. Rupertus Abbas Tuitienſis Commentariorum libros duos inſignes, tom. 1.

In cap. 1. De prima filiorum Iſraël numeratione, Origenis hom. 1. tom. 1.

In cap. 2. De caſtrametationis ordine, Origenis homilia 2. tom. 1.

In cap. 3. De Leuitis ex medio filiorum Iſraël à Deo aſſumptis, Origenis homilia 3. tom. 1. Et hom. 4. De Leuitis viginti millibus quos tulit Moyſes pro primogenitis filiorum Iſraël.

In cap. 4. De plebe Caath non exterminanda, Origenis homilia 5. tom. 1.

In cap. 11. de Moſe ad populum exeunte, Origenis hom. 6. tom. 1.

In cap. 12. De Æthiopiſſa, & lepra Mariæ, Origenis hom. 7. tom. 1.

In cap. 13. De terra promiſſionis, S. Hieronymi epiſt. 129. ad Dardanum tom. 3 De exploratoribus, & botro, S. Auguſt. ſermo 100. de tempore. Cyrilli Alexandr. ſerm. 34. tom. 1.

In cap. 14. De his quæ Exploratores renuntiarunt, & de indignatione Domini, Origenis homilia 8. tom. 1. De populo mortuo in deſerto, S. Auguſtini ſermo 102. de tempore, tom. 10. De Chriſto, & Iudæorum ſynagoga, & populi murmuratione, Cyrilli Alexandr. ſermo 35.

In cap. 15. Quod Chriſtus factus eſt nobis panis vitæ, & de primitiis, Cyrilli Alexandr. ſermo 36 tom. 1.

In cap. 16. & 17. De Batillis Core, id eſt Thuribulis in laminas productis, & de ſeditione populi contra Moyſem, Origenis homilia 9. tom. 1. De thuribulis, S. Auguſt. ſermo 98. de tempore tom. 10.

In cap. 17. De virga Aaron, S. Auguſtini ſermo 99. de tempore, tom. 10.

In cap. 18. De eo quod dixit Dominus ad Aaron; Tu & filij tui, &c. Origen. hom. 10. tom. 1. Eiuſdemque de primitiis offerendis hom. 11.

In cap. 19 De vitula rufa, Cyrilli Alexandr. ſermo 37. tom. 1.

In cap. 20. De puteo, & Cantico, Origenis hom. 12. tom. 1.

In cap. 21. De ſerpente æneo, S. Auguſtini ſermo 101. de tempore, tom. 10. & Cyrilli Alexandr. ſermo 38. tom. 1.

In cap. 22. De Balaam, Origen. hom. 13. & 14. tom. 1. de Auguſt. ſermo 103. de tempore, tom. 10. Vnde habuerit iſte ariolus vt oraculum Dei loqueretur? S. Ambroſij Epiſtola 27. ad Chromatium, tom. 5.

In cap. 23. De prophetia Balaam, prima,

ſecunda, tertia, quarta, & quinta ſeu vltima, Origenis homiliæ ſingulæ : puta 15. 16. 17. 18. & 19. tom.1. In v.16. De verbis Dei ad Balaam, S.Ambroſij epiſt. ad Chromatium, tom.1.

In cap.25 De en qoi fotnicatus eſt cum Madianitide, Origenis, hom.20.tnm.1.

Io cap.26. De ſecunda populi murmoratione, Origen. hnm.21. tom.5.

In cap.27. De filiabus Salphaat, & de ſucceſſione, Origen. hom.22. tom.1.

In cap.28. Et de diuerſitate ſeſtiuitatum, Origen. hom.23.tom.1.

In cap.29. & 30. De Sacrificiis cuiuſlibet feſti, & de votis, Origen.hom.24.tom.1.

In cap.31. De vltione in Madianitas facta, Origen.hom.25. Eiuſdemque de ſumma numeri filiorum Iſraël, hom.26.tom.5.

In cap.33. De 42. manſionibus filiorum Iſraël, Origenis hom.27. tom.1. S.Ambroſij tractatus, tom.1. S.Hierooymi ad Fabiolam epiſtola 127. tom.3. Pro itinere, quo ex huc mundo ad cœlum peruenitur, Alberti Patauini concionatoris eximij ſermonum volumen.

In cap.34. De terræ ſanctæ deſcriptione, Origen. hom.28. tom.1. D. Hieronymi ad Dardanum epiſt. vna, tom.1. Eiuſdem libellus cuius ipſemet meminit, libro 5. in Ieremiam.

In Deuteronomium.

Auctores illi quos in vniuerſam ſcripturam, & vetus Teſtamentum, & Octateuchom, & Heptateuchum, & Peotateuchum egiſſe diximos.

Et in Particulari ſcripſere.

50. Philo Iudæus librum de vita Moyſis, in quo eſt Paraphraſis hiſtoriæ in Deuteronomio contentæ. Et propoſitiooum expoſitarum libros quatuor, qui ſuis locis infra anootantur.

730. Beda Collectaneorum librum vnum, tom.4. aliúmque quæſtionum, tom 8.

1120. Rupertus Abbas Tuitienſis Commentariorum libros duos, tom.1.

Habetur. In cap.15. v.9. [Caue ne fortè ſobrepat tibi impia cogitatio] Baſilij homilia vna de coërcendis animi cogitationibus, quem oonnulli inter ſermones Zenonis Veronenſis Epiſcopi conſcribunt.

In cap.17.v.15.[Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non ſit frater tuus.] Philonis Iudæi liber vnus explicans quales couditiones exigat ab eligens in Principem.

In cap.18.v.11. D.Auguſtini de diuinatione Dæmonum, liber vnus, tom.3.

In cap.20. & 22. De fortitudine, Philonis Iudæi liber vnus, in quo conſtruxit, expoſuitque præcepta proficiſcentiū in bellum, quæ habentur Deuteroo.cap.20.& præcepta pertinentia ad veſtitom tam virilem, quàm muliebrem ex c.22.& in eiuſdem libri præfatione teſtatur ſe ſcripſiſſe alios duos libros, alterum de inſtitia, alterum de modeſtia. Item de virili veſte non induenda, D.Ambr.epiſt.15.ad Irenæum, tom.5. De miſſis in bellum, Cyrilli Alexandr.ſerm.39. & de boue in foueam lapſo, ſerm.41. tom.1.

In cap.21.v.12.[Circumcidet vngues.] De muliere captiua vnguibus abradeoda, Cyrilli Alexandr. ſerm.40. tom.1.

In cap.23.v.18.[Non offeres mercedē proſtibuli.] De meretricis mercede non recipienda in ſacrarium, Philoois Iudæi liber vnus.

In cap.27. De lapidibus trans Iordaoem erigendis, Cyrill. Alexand.ſerm.42.

In cap.28 De præmiis, pœnis, & execrationibus, quas Deus proponit his qui ius faſque colunt, vel oegligunt, Philonis Iudæi liber vnus. De cœlo æneo, & terra ferrea, S.Ambr. ad Romulum epiſt.52. tom.5.

In cap.31. De inſtitutione & electiooe Ioſuë, Cyrill.Alexandr.ſerm.43.tom.1.

In Ioſuë.

Auctores illi quos in vtrumque Teſtamentum, & Octateuchum, & Heptateuchum; & Pentateuchum ſcripſiſſe retulimus.

Et in Particulari ſcripſere.

230. Origenes homilias viginti ſex, quarum ſingulæ, ſingulis ferè libri capitibus reſpondent, vt aonotabitur infra, extant tom.1.

730. Venerabilis Beda quæſtionum librum vnum, tom.4.

1120. Rupertus Abbas Tuitienſis Commeotariorum librum vnum.

1150. Andreas Victorius Commeotarios.

In cap.1. De principio libri Ioſuë, Origeo. hom.1. Et in v.2. [Moyſes ſeruus meus defunctus eſt] hom.2. tom.1. Quod iuſto Dei iudicio filij Iſraël terram repromiſſionis receperunt. S.Aug.ſerm.105.de tēpore tom.10.

In cap.2. De duabus Tribubus Ruben & Gad, ſemi-Tribo Manaſſe Orig.hom.3.tom.1.

Io cap.3. De tranſitu Iordanis, Origenis hom.4.

In cap.4. ac 5. De duabus & ſemi Tribubus, quæ tranſierunt Iordanem, & de populo petrinis gladiis circumciſo, Origen. hom.5. tom.1.

In cap.5. De Paſcha in Galgala celebrato, Origen.hom.6.

In cap.6. De excidio Iericho, Origen.hom. 7. Item De Rahab & ſubuerſione Iericho, Auguſtini ſerm.106. De tempore, tom.10.

In cap.8. De euerſione ciuitatis Hai, Origenis hom.8.tom.1.

In cap.9. De Deuteronomio in lapidibus altaris ſcripto. Item De Gabaonitarum dolo. Item de Ioſuë Gabaonitis opem ferente. Item de bellis Ioſuë ſpiritualiter intelligendis, Origenis homiliæ ſingulæ, purà 9.10.11.12. tom.1.

In cap.10. De vrbibus Lachis, Lebna, & Hebron, Origen.hom.13.

In cap.11. De Iabiu rege Aſor. Item de geſtis poſt deuictum Iabio, Origenis hom.14. & 15.

In cap.13. De Ioſuë ſenectute. Item de Leuitis terram oon accipientibus, Origenis hom.16. & 17.

In cap.14. De initio diuiſionis terræ promiſſionis. Item de finibus hæreditatis tribus Iudæ, Origen.hom.18.& 19.tom.1.

In cap.15. De Caleb accipiente Hebron. Item De filiis Iuda non valentibus diſperdere Iebuſæos, Origenis hom.20.& 21.

Io cap.16. De Tribu Ephraim, & de Chananæis, Origen.hom.22.

In cap.18. De ratione ſortium, vbi ſeptem tribus capiunt hæreditatem Origenis hom 23.

In cap.19. De Amorrhæis habitantibus cum Ephraim, & Ioſuë recipiente ciuitatem à filiis Iſraël, Origen. hom.24.

In cap.21. De ciuitatibus,& ſorte Leuitarum, Orig.hom.25.

In cap.22. De petrinis gladiis ſepultis, & ara ad Iordanem extructa, Origenis hom. 26. quæ vltimo loco ponitur in libro Ioſuë.

In cap.24. v.29. [Mortuus eſt Ioſuë filius Nun ſeruus Domini] Origen. homilia vna, quæ eſt ſecunda in Iudices. Et v.30. [Seruiuitque Iſraël Domino cunctis diebus Ioſuë] Origenis homilia vna, quæ eſt prima in Iudices.

In Iudices.

Auctores illi quos vniuerſam Scripturam, & Octateuchum, & Heptateuchum, & Pentateuchum explanaſſe diximus.

Et in particulari ſcripſere.

230. Origenes homilias aliquot quæ ſuis infrà annotantur locis, extant tom.1.

730. Beda quæſtionum librum vnum, tom.4.

1120. Rupertus Abbas Tuitienſis in libros Iudicum & Ruth, librum vnum.

1130. Hugo Victorinus Annotationes elucidatorias, tom.1.

1150. Andreas Victorius Commentarios.

In cap.3. De Iſraëlitis in manu hoſtium traditis: & De Othoniel,& Aioth, Origenis homilia vna, quæ eſt numero tertia in lib. Iudic.

In cap.4. De Samgar, Iabin, & Siſara, & cæteris Iudicibus: Item de Debora, & Barac, Iahel & Siſara, Origenis hom.4. & 5. tom.1.

In cap.5. De Cantico Deboræ, Origenis hom.6. tom.1.

In cap.6. De Iſraëlitis in manu Madian traditis, Origen. hom.7. Gedeone, hom.8. tom.1. & D.Auguſt. ſerm.108. de tempore, tom.10.

In cap.7. De prælio Gedeonis cum trecentis viris, Origen.hom.9.tom.1.

In cap.11. De Iephte; S. Chryſoſtomi hom.14. ad populum Antiochenum, tom.5. Eiuſdem, de voto Iephte, hom. vna, tom.1. De filia Iephte; Hugonis Victorini Tractatus, tom.3.

In cap.14. De Sampſone, Auguſt. ſerm.107. De tempore tom.10.

In cap.18. v.17. [Ephod & Teraphim] D.Hieron.epiſt.130.ad Marcellam tom.3.

In Ruth.

Auctores illi quos in vtrumque Teſtamentum, & Octateuchum ſcripſiſſe notauimus.

Et in Particulari ſcripſere.

730. Beda quæſtionum librum vnum, tom.8.

1120. Rupertus Abbas Tuitienſis in librum Iudicum & Ruth, librum vnum.

Ægidius Faber Bruxellenſis, Carmelita, & Doctor Louanienſis Commentaria.

In quatuor libros Regum.

360. Diodorus Tarſenſis Epiſcopus, & D.Chryſoſtomi in ſacris litteris præceptor, edidit Commentaria valdè probanda.

400. S.Hieronymus quæſtiones, ſeu traditiones Hebraicas tom.3.

420. Iſidorus ſenior, Epiſcopus Cordubenſis, ſanctitate, diuinarumque ſcripturarum peritia clariſſimus, libros quatuor.

420. Eucherius Epiſcopus Lugdunenſis, lucubrationes verbis elegantibus, argutiſque ſententiis exornatas.

430. S.Auguſtinus ad Simplicianum Epiſcopum Mediolanenſem librum ſecundum de ſolutione quinque quæſtionum, tom.4. Et in varia loca ſermones decem, qui ſuis locis infra annotantur.

450. Theodoretus quæſtiones, tom.1. opus inſigne.

730. Beda in Samuelem, ſeu duos priores Regum; explanationem allegoricarum ad Accam, libros quatuor, tom.4. & in quatuor libros Regum, quæſtionum etiam libros quatuor, tom.8. Itemque quæſtionum triginta ad Nothelmum, librum vnum.

830. Angelomus Monachus S.Benedicti, vir in diuinis ſcripturis, ingenium nobile ſortitus, ſtromatum libros quatuor.

1120. Rupertus Abbas Tuitienſis, adiuncto eis Pſalterio, librum vnum.

1130. Hugo Victorinus Annotationes litterales, tom.1.

1150. Andreas Victorius Commentaria.

1440. Alphonſus Toſtatus, Epiſcopus Abulenſis libros quatuor.

1460. Ioannes Hagen de Indagine Carthuſianus, alter eſt à Ioanne de indagine, qui de Chiromantia ſcripſit, & à Paulo V. damnatus eſt.

In librum primum Regum in Particulari. Habetur S.Gregorij Magni continuata expoſitio, quam Latinorum primus aggreſſus eſt; expoſuitque tantum prima ſexdecim capita, tom.1.

In c.1 & 2. De Elcana, & Phenenna, & Anna, & Samuele, Heli, Ophni, & Phinees; & de Cantico Annæ, Origenis hom. vna, tom.1.

In cap.1. De fide Annæ, Chryſoſtomi homiliæ duæ. Eiuſdemque de Annæ & Samuelis educatione, homilia vna, tom.1. v.35. [Suſcitabo mihi Sacerdotem,] Bedæ tom.4. in lib.Regum, quæſt.1.

In cap.2. In Canticum Annæ, Origenis hom.citata, tom.1.

v.1. [Dilatatum eſt os meum ſuper eum] Chryſoſtomi hom. tom.1.

v 18. [Miniſtrabat accinctus Ephod lineo] Hier.epiſt.130.ad Marcellam, tom.3. exponit quid ſit Ephod, & Teraphim apud Hebræos.

In cap.6. v.19. [Et percuſſit de populo] Bedæ tom.4.in lib.Regum,quæſt.1.

In cap.7. v.2. [Factum eſt ex quo manſit arca Dei] & v.3. [Si toto corde reuertimini.] Bedæ ibid. quæſt.4.

In cap.10.De Spiritu Dei inſiliente in Saul, Auguſtini quæſt.1. lib.2. de ſolutione 5. qq. ex libris Regum, tom.4.

In cap.53. v.14. [Nequaquam regnum] Auguſtini lib.83. qq. tomo 4.In idem caput, ac ſequentia, Chryſoſtomi homiliæ quatuor, tom.1.

In cap.15. De pœnitentia Dei, quòd Saulem conſtituerit Regem Auguſtini quæſt.2. libri de ſolutione quinque quæſt. ex libris Regum, ad Simplicianum, tom.4.

In Cap.17. De Dauid & Goliath, Auguſtini tom.10. ſermo 196. de tempore eiuſdem monomachia ſermo primus in libro 50. homiliarum tom.10. Item S.Bernardi ſermo vnus poſt ſermonem de S.Petro & Paulo.

In cap.28. De Pythoniſſa, Methodij Tyri Epiſcopi liber vnus nitidi ſermonis. De Samuele per Pythoniſſam ab inferis euocato, Auguſtini tom.4. libro de ſolutione quinque quæſt.ex libris Regum ad Simplicianum, quæſt.3. explicans vtrum ſpiritus immundus, qui erat in Pythoniſſa, potuerit agere vt Samüel à Saule videretur, & loqueretur. Idipſum tractat libro ſequenti ad Dulcitium, quæſt.6.

In capita ſubſequentia, Bedæ in libros Regum quæſtio 5.& ſeqq.tom.4.

In librum ſecundum Regum.

In particulari.

In cap.1.v.18.[Docerent filios ſuos arcum] Bedæ tom.4. in lib.Reg.quæſt.7.

In cap.6. v.10. Quid nudatio Dauidis figurarit, quodque glorioſum ſit, vilem fieri pro Chriſto, S.Ambroſij epiſt.36. ad Sabinum tom.5.

In cap.7. De Dauide intrante & ſedente ante Dominum, Auguſtini quæſt.4. libri de ſolutione quinque quæſt. ex libris Regum tom.4. & Chryſoſt.hom.vna, tom.1.

v.18. [Quis ego ſum] Chryſoſt. hom. de verbis Dauid, tom.1.

In cap.8. v.2. [Et percuſſit Moab] Bedæ tom.4. in lib. Regum, quæſt.8.

In cap.11. & 12. S.Ambroſij prior apologia Dauidis, in qua examinatur apparatus adulterij & homicidij à Dauid perpetrati, agiturque de lapſu ipſo & pœnitentia Dauid. Eiuſdem Apologia poſterior, in qua D.Ambroſius excuſat Dauidem apud Gentiles, & eos hortatur vt reſipiſcant; redarguitque Iudæos & Hæreticos ſacram ſcripturam de filio Dei perperam interpretantes, ac demum docet Chriſtianos myſteria, quæ ſub Dauidis peccato latent; & partem Pſalmi 50.myſticè exponit, tom.1.

In cap.17.& 18. De Abſalom patrem perſequente, & capillis ſuis ſuſpenſo, S.Chryſoſtomi ſermo vnus tom.1.

In cap.23. v.8. [Ipſe eſt quaſi tenerrimus] Bedæ vbi ſupra quæſt.9. v.2. [Et percuſſit Leonem] Ibidem quæſt.10.

In cap.24. v.18. [Cumque extendiſſet manum ſuam Angelus] Auguſtini ſerm.198. de tempore, tom.10.

In librum tertium Regum.

1140. Richardi de S.Victore Chronographia ad D.Bernardum liber maximè neceſſarius ad intelligentiam eorum quæ à 12. cap. lib 3. Reg. vſque ad finem quarti ſcribuntur. In eo enim tractatur de diuiſione regni Iudæ & Iſraël, & de concordia temporum Regum corregnantium ſuper Iudam & ſuper Iſraël ſuntque duæ tabulæ, quarum prima repræſentat ea quæ inferunt contrarietatem temporum Regum illorum corregnantium: ſecunda concordiam oſtendit, tom.2.

In cap.3. De iudicio Salomonis circa iurgium duarum meretricum, S.Hieronymi epiſtola 131. ad Ruffinum allegoricè tom.3. S.Auguſt.ſerm.200.de tempore,tom.10.

In cap.6. v.2. [Domus quam ædificabat Rex.Salomon.] Bedæ de templo Salomonis liber vnus, tom.4. & Richardi de S.Victore liber vnus,tom.2.

In cap.17. De Elia & vidua, Theodori Ancyræ in Galatia Epiſcopi hom.vna. De eodem Elia expoſtulante cum Deo, quòd filium viduæ occiderit, Auguſtini quæſt.5. lib. de ſolutione 5. qq. ex libris Regum tom.4. & ſermo 200. de tempore, tom.10.

In cap.19. De Elia, S.Chryſoſtomi ſermones tres, tom.1. S.Ambroſij De Elia & Ieiunio, liber vnus, in quo à cap.1. ad 11. agit de eſſentia, virtute, & vtilitate ieiunij. A 12. ad 19. de ebrietate, eiuſque malignitate. A 20. ad finem, de ſobrietate & abſtinentia, earumque virtute. Eiuſdem de Eliæ ieiunio, ſermo vnus, tom.1. S. Auguſtini ſermo 101. de tempore. Bernardi ſermo 64. in paruis.

In cap.21. De Achab & Naboth, S.Ambroſij liber vnus, in quo agit de oppreſſione pauperum per diuites, qui tamen bona cumulare debent, vt pauperibus erogent, cùm illi diuitiarum cuſtodes tantum ſint & adminiſtri.

In librum quartum Regum.

In cap.1. S.Ambroſij Commentarij tom.4. Chryſoſt. hom.

In cap.2.v.23. [Aſcende calue] De Eliſæo à pueris illuſo, Auguſtini tom.10. ſerm.204. de tempore.

In cap.4. v.1. [Vir meus mortuus] Ibidem, ſermo 206.

v.38. [Erat fames in terra] S.Bernardi in paruis, ſerm.65.

In cap.5. De Naaman Syro ab Eliſæo curato, S.Chryſoſt. ſermo vnus, tom.1. S.Aug. ſerm.207. de tempore. Eiuſdem de Eliſæo & puero Giezi,ſerm.208. tom.10.

v.54. [Lauit in Iordane] S.Bernard.ſerm. 3. de tempore.

In cap.6. De Eliſæo Propheta, S.Ambroſij ſermones duo, tom.1. & ſermo 87. tomo 5. De Eliſæo & ſecuri in gurgite lapſa, Auguſtini tom.10. ſerm.210.de tempore. Eiuſdem de fame Samariæ ſermo 211. De Eliſæo & inſidiis Syrorum detectis,Chryſoſtomi ſerm. vnus tom.1.

In cap. 11. v. 6. [Tertia pars veſtrum] Bedæ tom. 4. in lib. Reg. quæſt. 18.

In cap. 12. Ac ſubſequentia , Bedæ ibidem qq.

In cap. 17. De Achaz filium generante, eùm eſſer annorum vndecim , D. Hieronymi epiſt. ad Vitalem , tom. 1.

In libros Paralipomenon.

300. S. Hieronymi quæſtiones, ſeu traditiones Hebraïeæ tom. 3.

360. Diodori Tarſenſis Epiſcopi Commentarij valdè probandi.

1440. Alphonſi Toſtati Epiſcopi Abulenſis libri duo.

1460. Ioannis Hagen ab Indagine Carthuſiani Comment.

1550. Andreæ Victorij Commentaria.

In cap. 20. Poſterioris libri Paralip. v. 17. [O Iuda & Ierusalem noli timere] Bernardi ſerm. 2. in vigilia Natiuitatis Chriſti.

In cap. 26. v. [Eleuatum eſt cor Oziæ.] S. Chryſoſt. hom. duæ, tom. 1.

In libros Eſdræ.

730. Bedæ explauatio tom. 4.

1130. Hugonis Victorini allegoriæ.

1536. Ioannis Feri Ord. S. Franciſci, Comment. & ſermones quadrageſimales.

In librum Tobiæ.

380. S. Ambroſij in Tobiæ hiſtoriam, tom. 2. liber vnus, in quo, pietas, potentia, & cæteræ eius virtutes deſcribuntur, vſuraria prauitas multis probatur argumentis: fœneratorum fraudes, & pœnæ explicantur.

420. Auguſtini ſermo 226. de tempore , tom. 10.

730. Bedæ , allegoricæ expoſitionis liber vnus, tom. 4.

1540. Friderici Nauſea, Epiſcopi Viennæ in Auſtria Commentariorum libri duo elegantes, & ad morum inſtitutionem valdè vtiles.

1546. Ioannis Hoffmeiſteri Ord. S. Auguſtini, breues & exculræ Exegeſes.

In cap. 13. v. 22. 23. S. Hieronymi epiſtola 137. ad Marcellam , tom. 3. quid ſignificet Alleluia, Amen, Maranatha.

In Iudith.

430. Auguſtini ſerm. 228. & 229. de tempore, tom. 10.

834. Haymonis Halberſtatenſis lib. vnus.

1130. Hugonis Victorini Allegoriæ tomo. 1.

In Eſther.

834. Haymonis Halberſtatenſis lib. vnus.

1124. Ruperti Tuitienſis Comment.

1130. Hugonis Victorini Allegoriæ tom. 1.

In Iob.

260. Origenis libri tres, itemque Commentaria Perionio interprete, tom. 1. quæ, ſicut & libri illi tres, non videntur eſſe Origenis , vt notat Bellarminus.

Zenonis Veronenſis Epiſcopi & Martyris ſermo vnus.

370. Hilarij Pictauienſis Tractatus , ſeu homiliæ plures, quas ex Origene collectas reſtatur D. Hieronymus epiſtol. contra Vigilant.

380. S. Ambroſij , de Interpellatione libri duo continentes expoſitionem interpellationum ac querelarum quibus Iob toto paſſim volumine Deum interpellat. Et inſuper priori libro, quàm fragilis ſit hominis vita deſcribitur , quodque iuſtis conſolationes obueniunt. Et poſteriori vulgarem illam quæſtionem , cur iuſti affliguntur , impij verò bonis affluant ; examinat ; & cùm hic affligi ſit bonum, concludit afflictiones eſſe optandas.

390. Didymi Alexandrini Commentationum libri tres.

400. Ambroſij Alexandrini, eiuſdem Didymi diſcipuli, Commentarij.

400. Polychronij Apameni Epiſcopi Commentaria.

420. S Hieronymi Comment. tom. 8. quæ rectè Marianus Victorius attribuit Bedæ. Eiuſdem Comment tom. 8.

430. S. Auguſtini Annotationum lib. vnus, tom. 4.

440. Nili Conſtantinopolitani, & Sancti Chryſoſtomi diſcipuli , qui dimiſſa vrbis præfectura , monaſticam vitam arripuit , ſanctitate & eruditione celebris , & cuius ſexta Synodus ſcripta veneratur, Commentarij.

605. Gregorij Magni libri 35. inſignes, tom. 2. editi ab eo eùm crebris viſcerum dolotibus torqueretur. Abbreuianit poſteà hoc opus Odo Cluniacenſis Abbas, circa annum 920. Et Simona Monachus S. Bened. circa an. 1300.

734. Bedæ ad Nectarium Commentariorum libri tres, tom. 4.

834. Haymonis Halberſtatenſis liber vnus.

1110. Ruperti Abbatis Tuitienſis Commentariolus.

1270. S. Thomæ Aquinatis erudita ac lucidiſſima iuxta litteram expoſitio tom. 13.

1390. Iacobi Lauſanenſis Ord. Prædic. lib. vnus.

1390. Ioannis de Iſdinio Doctoris Sorbonici Scholaſticæ explanationis, liber vnus.

1500. Ægidij Fabri Bruxellenſis Ordin. Carmel. Commentaria.

1530. Franciſci Titelmani Ord. Capucin. paraphraſtica elucidatio.

In cap. 1. 2. 3. Chryſoſtomi homiliæ quinque de patientia Iob tomo 1. Eiuſdem homilia 4. & 5. ad populum Antiochenum , tom. 5.

In cap. 1. v. 6. [Cum audiſſent filij Dei.] Auguſtini ſermo 16. de diuerſis , tomo 10.

In cap. 7. S. Ambroſij ſermo vnus, tom. 2. S. Bernardi ſermo de diuerſis de fallacia præſentis vitæ.

In cap. 10 v. 20. [Paucitas dierum meorum

finietur breui] D.Thom. tom.16. ſerm.3. de mortuis.

In cap.24. v.13. [Spiritus eius ornauit cœlos.] Idem ibid.ſerm.16.

In cap.28. v.11. [Profunda quoque fluminum.] Idem D.Thom.in feſtiuitate S.Auguſtini.

In cap.39.v.27. [Eleuabatur aquila.] Idem tom.16. in Feſto S.Ioannis.

In Pſalmos.

320.Euſebij Cæſarienſis eruditiſſimi Commentarij iuxta litteralem & myſticam intelligentiam, quos Euſebius Vercellenſis Epiſcopus Latinos occidentali Eccleſiæ legendos exhibuit.

340. Serapionis Thmueos in Ægypto ab Athanaſio ordinati Epiſcopi (Antonio Magno chariſſimi, & Abbatis decem millium circiter Monachorum proprio labore viuentium) de Pſalmorum titulis liber vnus, qui fortè non extat.

340. Euſtathij Antiochiæ Epiſcopi, qui in Nicæna Synodo aduerſus Euſebium Cæſarienſem pro voce Homoüſij grauiter decertauit eruditiſſimi Commentarij.

340.Theodori Heracleæ Thraciarum Epiſcopi aperti & elegantes Commentarij pro litterali intelligentia.

360. Diodori Tarſenſis Epiſcopi Commentarij valdè probandi.

370. S.Athanaſij Commentarij. Eiuſdem ad Marcellinum Iſagogicus libellus, in quo breuiſſimè docet quam quiſque vtilitatem ex certa cuiuſque Pſalmi lectione adipiſci queat.

370. S. Hilarij Pictauienſis Epiſcopi in varios ac plures pſalmos Commentarij, ex commentariis Origenis, paucis quibuſdam de ſuo interpoſitis, deſumpti. Sunt qui affirmant, eum edidiſſe Tractatus in integrum Pſalterium, & extare in Hiſpania.

380. S.Baſilij Scholia, & hom.17. tom.1. in varios Pſalmos.

380. Euſebius Vercellenſis Epiſcopus & Martyr edidit Commentarios, quos de Euſebij Cæſarienſis Commentariis in Latinum à ſe tranſlatis collegit, iis prætermiſſis quæ Arianæ hæreſi vtcunque fauere videbantur.

390. Didymi Alexandrini liber vnus.

407. Chryſoſtomi in ſingulos ferè pſalmos ſingulæ hom. quæ habentur.

420. S.Hieronymi tom.7. Commentarij, & verſio Pſalmorum ex Hebræo.

430. S.Auguſtini continuæ & integræ expoſitionis Tractatus 205. tom.8. quos ille partim concionando in populis, partim dictando confecit, vt ipſemet teſtatur in præfatione Pſalm.118.

440. Niniaoi Pictorum Epiſcopi Meditationes.

450. Theodoreti litteralis maximè interpretatio, & verſiculorum, qui nullo inter ſe ordine conuenire videntur, mira coniunctio. Huicque Operi connectitur Catena explanationum in Cantica ferialia, ab incerto auctore collecta.

450. Petri, Edeſſenæ Eccleſiæ Presbyteri, homiliæ elegantiſſimæ & feruido ſpiritus ardore ſuccenſæ.

460. S.Proſperi Aquitanici à Pſal.100. ad vltimum, breuiſſimi, iuxta litteralem & ſpiritualem ſenſum, Commentarij, ſtricto & arguto expoſitionis genere comprehenſi.

570. Aurelij Caſſiodori expoſitio locuples.

590. Leandri Hiſpalenſis Epiſcopi Orationes & Meditationes 32.

598. S. Columbani Abbatis Luxouienſis Commentarij.

680. Smaragdi Abbatis S.Benedicti Commentarij.

730. Bedæ Commentariorum volumen locuples, tom.8. ſunt & eius fragmenta in verſus Pſalterij tom.7.

830. Haymonis Alberſtateoſis in Saxonia Epiſcopi liber vnus.

870. Otfridi Monachi Benedictin. libri tres.

880. Remigij Antiſiodorenſis Epiſcopi Ord. S. Bened. ſuccincta enarratio, in qua quæcunque Ambroſius, Auguſtinus, & Caſſiodorus in Pſalmos ſcripſere, breuiſſimè complexus eſt.

1040. Brunonis Herbipolenſis orientalis Franciæ Epiſcopi, & Conradi Auguſti Patruelis, ſanctitate & eruditione celeberrimi, ſtrictus & elegans Commentarius ex Orthodoxorum Patrum explanationibus collectus.

1060. Lanfranci Cantuarienſis in Britannia Epiſcopi Commentarij pietate & eruditione pleni.

1080. Anſelmi Lucenſis Epiſcopi lib. vnus.

1080. Brunonis Carthuſianorum inſtitutoris piaæ breuis expoſitio.

1120. Honorij Auguſtodunenſis Presbyteri eloquenti ſermone liber vnus.

1130. Hugonis de S.Victore Annotationes in aliquot Pſal.tom.1.

1140. Richardi de S.Victore Annotationes in aliquos pſalmos.

1140. Petrus Lombardus Epiſcopus Pariſienſis, qui & Magiſter ſententiarum, collegit ex ſententiis Ambroſij, Hilarij, Auguſtini Caſſiodori & Remigij, ſuppreſſis eorum nominibus, Commentarios eruditione plenos, in quibus aliquid etiam de ſuo interpoſuit.

1140. Richardi Groſſateſta Epiſcopi Lincolnienſis, eloquio breuiſſimi, & ſententiarum pondere copioſiſſimi Commentarij.

1180. Euthymij Zigabeni, S.Baſilij Monachi Commentaria.

1230. Guillelmi Epiſcopi Pariſienſis liber vnus.

1230. Galterij Magolenſis Epiſcopi Scholaſticæ expoſitionis liber vnus.

1250. Alexandri Ceſtrienſis Epiſcopi Scholaſtica poſtilla.

1254. S.Thomæ tomo 13. dilucida & erudita explicatio in pſalmos priores quinquaginta, cæteros morte preuentus abſoluere non potuit.

1275. Petri de Tarentaſia ex Ord.Prædic. Innocentij V. dicti Commentaria.

1283. S.Bonauenturæ expoſitio, tom.1.

1300. Petri Perpiniani Carmelitæ lectura Scholaſtica.

1330. Richardi Exceſtrienſis Angli poſtilla.

1330. Ludolphi Carthuſiani exacta expoſitio ex Hieronymi, Auguſtini, Caſſiodori, & Petri Lombardi ſententiis deſumpta, in qua literali ſenſu haud neglecto, myſticos maximè ſectatur, addena ad calcem cuiuſlibet pſalmi, precationem ipſi conſonam.

1336. Henrici Coſtenſay Ord. S. Franciſci, liber vnus.

1396. Michaëlis Angriani Carmelitarum Generalis lib. 5.

1400. Philippi Academiæ Pariſienſis Cancellarij ſermones eruditi duo vel tres in ſingulos pſalmos.

1400. Thomæ Anglici enarrationes in 25. priores pſalmos.

1400. Nicolai Triuet Ordinis Prædicat. Poſtilla.

1416. Petri de Aliaco Cardinalis paraphraſtica expoſitio.

1470. Thedorici Herxenij Germani, ordine ſcholaſtico, ſed eloquio deuoto liber vnus.

1490. Iacobi Chriſtopolitani Ord. Eremitarum S. Auguſtini volumen ingens, allegoricis & anagogicis ſenſibus refertum, multiſque variarum ſcientiarum digreſſionibus redundans.

1490. Ioannis Aleoch Epiſc. Eligenſis expoſitio.

1490. Petri Hetentlaſij Præmonſtratenſis Monachi Catena explanationum ex variis Orthodoxorum Patrum monumentis.

1500. Petri Rufi maioris Carthuſiæ Prioris XXXII. Commentarij.

1510. Ioannis à Paſtura, Paraphraſis ex Doctoribus Eccleſiæ collecta.

1510. Ludouici Pictorij Ferrarienſis, Paraphraſis.

1510. Guillelmi Georgij natione Scoti, ſcholaſtici Commentarij.

1520. Otomarus Luſcinius, Germanus, Monachus, iuſſu Abbatis ſui ſcripſit librum Iſagogicum ad myſticam Pſalterij intelligentiam, in quo omnes reconditas & magis abſtruſas Pſalmorum dictiones ordine alphabetico digeſſit, earumque ſpirituales & allegoricos ſenſus aptè explicauit.

1530. Franciſci Titelmani Ord. Capuc. Paraphraſis.

1530. Franciſci Puteani Carthuſiani aurea Catena, miro artificio compacta.

1540. Auguſtini Chiſami Epiſcopi erudiſſima Commentaria, iuxta ſenſum litteralem & myſticum eleganter digeſta.

1540. Sanctis Pagnini Ordinis Prædicator. Catena argentea, in qua Hebræorum, Græcorum, & Latinorum expoſitiones, veluti annulis quibuſdam inſertæ coniunguntur.

1550. Raynerij Snoygoudani paraphraſis intertexta, additis ſub finem ſingulorum Pſalmorum nonnullis piis precationibus, ex viſceribus cuiuſque Pſalmi erutis.

1550. Nonij Marcelli Saia à Rocca glorioſa, precatoriæ Paraphraſes.

1550. Ioannis Baptiſtæ Folengi Monachi S Bened. Commentarij, mira luce, elegantia, & grata breuitate, ex ipſa hebraica veritate confecti.

In priores Pſalm. 117. Anſelmi Mantuæ Epiſcopi breuis ac dilucida expoſitio.

In Priores Pſalmos 24. Agathij Guidiacenſis Commentaria, in quibus maximè Hebraïcus contextus examinatur, floruit. an. 1540.

In Priores nonem Pſalmos, Ioannis Dominici Cardinalis conciones 50. Florentiæ ad populum habitæ.

In ſeptem Pſalmos pœnitentiales.

695. Gregorij Magni breuia & moralis Commentarius, tom. 2.

770. Albini, ſeu Alcuini iuxta ſenſum moralem ſuccinctæ & argutæ aorationes.

1200. Innocentij III. Papæ Commentarij docti & vtiles.

1374. Franciſci Petrarchæ Paraphraſes in modum precationum concinnatæ.

1410. Petri de Aliaco Cardinalis Meditationes, quæ etiam Gerſoni, eius diſcipulo adſcribuntur.

1419. Gerſonis Pariſienſis Academiæ Cancellarij expoſitio.

1518. Ludouici Viues Hiſpani piæ & diſertiſſimæ meditationes.

1520. Guilielmi Pepini expoſitio.

1550. Dominici Buchij Ord. Prædic. expoſitio, piis precationibus ad ſingulos additis eius titulus eſt Etymum elegantiſſimum.

1530. Chriſtiani Iſchyrij Iuliacenſis Ecphraſis, & in Pſalmos quos Romana Eccleſia in Defunctorum petuigiliis decantat.

In Priores Pſalmos duodecim D. Chryſoſt. hom. 1.

In Pſal. 1. S Baſilij Magni hom. vna, tom. 1. S. Ambroſij enarratio ſeu explanatio, tom. 2. S. Auguſtini quæſtio 100. libri quæſt. veteris Teſtamenti Chriſologi ſermo 44. Bernardi in paruis ſermo. 35.

In Pſalm. 2. Iſacij clari expoſitio. Richardi de S. Victore annot. part. 2.

v. 10. [*Et nunc Reges*] Auguſt. tom. 10. ſerm. 99. de tempore.

In Pſalm. 6. Anaſtaſij Sinaïtæ oratio: Chryſologi ſermo 45.

In Pſalm. 7. Baſilij Magni homilia vna, tom. 1. Friderici Naoſeæ enarrationes.

In Pſalm. 9. v. 14. [*Tibi derelictus eſt pauper*] Auguſtini ſermo 110. de tempore, tom. 10.

In Pſalm. 10. Vſque ad 16. Hieronymi tractatus ſinguli, quos ex Origene vertit.

In Pſalm. 13. v. 2. [*Dominus de cælo proſpexit.*] Sancti Bernardi ſermo 37. ex paruis.

In Pſalm. 14. S. Baſilij homilia vna, tomo 1.

In Pſalm. 15. [*Conſerua me Domine*] Annotationes Idiotæ in Bibliotheca PP. tomo 5. Sancti Bernardi ſermo 38. ex paruis. Ioannis Franciſci Pici Mirandulani breuis ac moralis enarratio.

In Pſalm. 17. [*Diligam te Domine.*] Franciſci Toleti expoſitio.

Verſ. 45. [Populus quem non cognoui,]

In

S. Bernardi ſermo 40. ex paruis.

In Pſal. 18. [*Dies diei eructat verbum*] Bernardi ſermo 5. ex paruis. v. 13. [*Ab occultis meis munda me*] Ibidem ſermo 2. in Appendice.

In Pſalm. 20. v. 4. [*Preuenisti eum in benedictionibus*] S. Bernardi ſermo 79. ex paruis.

In Pſalm. 21. S. Ambroſij Enarratio, tom. 2. la 3. to. 5. 4. S. Auguſt. ad Honoratum epiſto- & ſerm. 120. Maximi Taurinenſis expoſitio.

In Pſalm. 22. [*Dominus regit*] Iſaaci Clari expoſitio.

In Pſalm. 23. Auguſt. lib. quæſt. veteris Teſtamenti, quæſt. 111. tom. 4.

Verſ. 6. [*Hæc eſt generatio*] Bernardi ſermo de diuerſis, & ſermo 2. ad fratres in eremo.

In Pſalm. 26. v. 14. [*Suſtine Dominum*] Auguſt. tom. ſerm. 11. inter 50. homilias.

In Pſalm. 28. Chryſologi ſermo 10.

In Pſalm. 28. v. 29. S. Baſilij magni homiliæ ſingulæ, tom. 1.

In Pſalm. 30. Petri de Alliaco Cardinalis meditatio.

In Pſalm. 31. Alphonſi à Caſtro Hiſpani liber vnus.

In Pſalm. 31. Ioannis Feri de pœnitentia ſermones decem.

In Pſalm. 32. Baſilij Magni homilia vna, tom. 1. Auguſt. ſerm. 10. de diuerſis, tom. 10. v. 5. [*Miſericordia plena eſt terra*] Richardi de S. Victore ſermo 68. tom. 2.

Pſalm. 33. Baſilij hom. vna, tom. 1. v. 13. [*Quis eſt homo qui vult vitam*] Auguſt. hom. 5. ex 50. hom. tom. 10. Chryſoſtomi hom. 40. tom. 1 v. 21. [*Cuſtodit Dominus omnia oſſa*] Bernardi ſermo de diuerſis, & ſerm. 41. ex paruis.

In Pſalm. 35. ac ſequentes vſque ad 43. incluſiuè D. Ambroſij explanationes ſeu enarrationes ſingulæ, tom. 2.

In Pſalm. 36. Origenis hom. 5. tom. 1.

In Pſalm. 37. Origenis homiliæ duæ, tom. 1. S. Baſilij hom. vna, tom. 1.

In Pſalm. 38. Origenis homiliæ duæ to. 1. Chryſoſtomi hom. vna, tom. 1.

In Pſalm. 40. De principio huius Pſalmi Auguſt. ſermo vnus, vſque 39. inter 50. hom. tom. 10. Chyſologi ſermo 14.

In Pſalm. 41. Petri de Alliaco Cardinalis meditatio.

In Pſalm. 43. Ambroſij tractatus vnus, tom. 4.

In Pſalm. 44. Baſilij homil. vna tom. 1. Hieronymi epiſt. 140. ad Principiam virginem, tom. 3. v. 3. [*ſpecioſus forma*] S. Ambroſij ad Irenæum epiſt. 11. tom. 5. v. 10. [*Aſtitit Regina à dextris*] Chryſoſt. homil. vna tom. 1.

In Pſal. 45. Baſilij homilia vna, tom. 1. Ambroſij Explanatio tom. 2. v. 11. [*vacate & videte*] S. Auguſtini ſermo 251. de tempore, tomo 10. Chryſoſt. homil. vna.

In Pſalm. 46. Chryſoſtomi homil. vna tom. 1. [*Omnes gentes plaudite*] Petri Chyſologi ſermo 46.

In Pſalm. 47. & 48. Ambroſij enarrationes ſingulæ, tom. 2.

In Pſalm. 48. S. Baſilij hom. vna tom. 1. & S. Ambroſij Comm. to. 4. v. 12. [*Et relinquant alienis*] Chryſ. hom. vna, alteráque in illud, [*Ne timueris cùm diues factus fuerit homo.*]

In Pſalm. 49. S. Baſilij hom. vna, tom. 1. v. 3. [*Deus manifeſtè veniet*] Auguſtini ſermo 220. de tempore, & hom. 18. libri 50. tom. 10. v. 20. [*ſedens aduerſus fratrem.*] Auguſtini tom. 2. lib. 50. hom. tom. 10. & ſermo 13. in Appendice de diuerſis.

In Pſalm. 50. S. Ambroſij enarratio ſub titulo de Apologia Dauid, tom. 2. Auguſtin. libro quæſtione veteris Teſtamenti quæſtione 112. tom. 4. Vrbani IV. Papæ expoſitio fructuoſa, extat tom. 1. Biblioth. P P. Alphonſi à Caſtro Ord. S. Franc. liber 1. Franciſci Zamoræ einſdem ord. hom. 25. pulcherrimæ. Iacobi Sadoleti Epiſcopi Carpentoractenſis pia explanatio. Iani Vitalis elegans Commentarius.

In Pſalm. 51. Quid gloriaris. Cypriani Ciſtercienſis Comment.

In Pſalm. 52. *Dixit inſipiens*, Bernardi ſermo 36. & 37. ex paruis.

In Pſalm. 54. Idem ſermo 43 Auguſtini.

In Pſalm. 59. S. Baſilij hom. vna, tom. 1. Maximi Conſtantinop. expoſitio.

In Pſalm. 61. S. Baſilij hom. vna, tom 1. v. 1. [*Nonne Deo ſubiecta erit anima*] Ambroſij enarratio, tom. 2. Bernardi ſermo de diuerſis.

In Pſalm. 63. Ioannis Feri ſermones decem v. 8. [*Accedet homo ad cor altum*] Bernard ſermo 4. ex paruis.

In Pſalm. 67. [*Exurgat Deus*] Guillielmi Lindani Paraphraſis, v. 3. [*Sicut deficit fumus*] Auguſt. ſermo 109. de tempore, tom. 10.

In Pſalm. 71. v. 6. [*Deſcendet ſicut pluuia in vellus*] Chryſoſt. homil. vna, tom. 1. Richardi de S. Victore explanatio tom. 2.

In Pſalm. 72. S. Ambroſij enarratio ſub titulo de interpellatione Dauid.

Verſ. [*Tenuiſti manum dexteram*] Auguſtini tom. 10. ſermo 122. de diuerſis.

In principium Pſalm. 79. S. Zenonis Veronenſis Epiſc. & Mart. vnus.

In Pſal. 83. v. 3. [*Cor meum & caro mea*] Auguſtini tom. 10. hom. 33. libri 50. humiliarum v. 6. [*Aſcenſiones in corde*] Bernardi ſermo 4. in Appendice.

In Pſal. 84. [*Audiam quid loquatur*] Bernardi ſerm. vnus de diuerſis.

Verſ. 11. [*Miſericordia & veritas*] Bernardi ſermo 6. in Appendice.

In Pſalm. 89. S. Hieronymi, epiſt. 139. ad Cyprianum Presbyterum, tom. 3.

In Pſalm. 90. [*Qui habitat*] Bernardi ſerm. 16.

In Pſalm. 93. Iacobi Sadoleti Epiſc. Carpentoractenſis pia explanatio. [*Beatus homo quem tu erudieris Domine*] Auguſt. tom. 10. ſermo 19. de diuerſis v. 16. [*Quis conſurget mihi*] Chryſoſt. homil. vna, tom. 1.

In Pſal. 94. v. 6. [*Venite adoremus*] Auguſt. tom. 10. ſerm. 11. de verbis Apoſtoli.

In Pſalm. 95. Iacobi Sadoleti Epiſcop. Carpentoractenſ. pia explanatio.

In Pſalm. 97. v. 5. [*Pſallite Domino in cythara*] Auguſt. ſerm. 222. de tempore tom. 10.

In Pſalm. 99. D. Hieron. epiſt. ad Cyprianum, Petri Chryſologi ſermo 6.

In Pſal. 100. Zenonis Veronenſis ſerm. 1.

In quinquaginta poſteriores pſalmos Proſper Aquitanicus, vir acris ingenij breuiſſimos iuxta litteralem & ſpiritualem ſenſum edidit Commentarios, preſſo & arguto expoſitionis genere comprehenſos.

In Pſalm. 102. Peregrini Grimaldi Genuenſis ad Victoriam Piſcariam illuſtriſſimam fœminam meditatio, ann. 1540.

In Pſalm. 104. S. Ambroſij tractatus to. 2.

In Pſalm. 108. cæteriſque vſque ad vltimum S. Chryſoſtomi homiliæ ſingulæ in ſingulos.

In Pſalm. 114. S. Baſilij hom. vna, tom. 1. Bernardi ſerm. 1. in Angelos.

In Pſalm. 115. Baſilij hom. vna, tom. 1. v. 2 [*Omnis homo mendax*] Auguſt. tom. 10. ſermo 25. de diuerſis v. 6. [*Pretioſa mors ſanctorum*] Bernardi ſermo 24. ex paruis.

In Pſalm. 117. v. 1. [*Confitemini*] Auguſt. homil. 36. inter 50. homilias. Hieron. tom. 9. epiſt. 27. v. 24. [*Hæc dies quam fecit Dominus*] S. Ambroſ. ſermo, tom. 2. Auguſtini ſerm. 136. de tempore, tom. 10.

In Pſalm. 118. [*Beati immaculati*] S. Ambroſij enarrationes viginti duæ ad Hebraïci Alphabeti partitionem, tom. 1. Interpretatio Alphabeti Hebraïci S. Hieronymi epiſt. 155. ad Paulam Vrbicam, tom. 3. Sanctis Pagnini Grammatica Hebraiorum verborum explanatio, tyronibus linguæ Sanctæ perutilis. v. 66. [*Bonitatem & diſciplinam*] Auguſtini ſermo 4. inter 50. hom. v. 133 [*Greſſus meos dirige*] Auguſtini ſermo 12. de verbis Apoſtoli tom. 10.

In Cantica Graduum, hoc eſt à Pſalm. 119. vſque ad 133. Alcuini morales annotationes. Guillielmi Lindani meditationes.

In Pſalm. 126. Zenonis Veronenſis ſermo vnus. Hieron. epiſt. 141. ad Marcellam, tom. 3.

In Pſalm. 127. 128. 129. & 130. Zenonis Veronenſis ſermones ſinguli.

In Pſalm. 132. [*Ecce quam bonum*] S. Bernardi ſerm. 44. ex paruis.

In Pſalm. 136. [*Super flumina*] Didaci Stellæ conciones.

In Pſalm. 149. Auguſt. tom. 10. ſerm. 2. de diuerſis v. 5. [*Exultabunt ſancti in gloria*] Hugonis de S. Victore expoſitio anagogica, & tropologica, ſermo 82. & 83. tom. 1.

In Prouerbia.

220. S. Hippolyti Epiſcopi & Martyris Commentarij.

261. Origenis Commentarij à B. Pamphilio in apologia citati.

360. Diodori Tarſenſis, Epiſc. & S. Chryſ. præceptoris, Commentarij valdè probandi.

380. Baſilij Magni conciones.

380. Euagrij Epiſcopi Antiocheni, ex monacho & diſcipulo S. Macharij, pulcherrima Commentaria.

380. S. Ambroſij fragmenta, tom. 2.

422. S. Hieronymi Commentaria, tom. 8. quæ rectè attribuuntur Bedæ.

450. Salonij Viennenſis myſtica expoſitio, extat tom. 1. Biblioth. PP.

730. Bedæ explanatio, tom. 4.

1150. Andreæ Victorij Commentaria.

1110. Alexandri Nechan libri duo.

1230. Guillielmi Pariſienſis Epiſcopi liber vnus.

1248. Henrici Haſſij iunioris Carthuſiani liber vnus.

1510. Ioannis Coleti Angli Commentaria.

1530. Ioannis Batmanſon Carthuſiani explanatio.

1550. Ioannis Arborei Doctoris Sorbonici ad Henricum Gallorum Regem liber vnus.

In cap. 3. v. 13. [*Beatus homo*] S. Bernardi ſermo de diuerſis.

In cap. 4. v. 23. [*Omni cuſtodia*] Bernardi ſermo 46. ex paruis.

In cap. 7. v. 10. [*Occurrit illi mulier*] Allegoria Bedæ, tom. 7.

In cap. 8. Euſtathij Antiochiæ Epiſcopi liber vnus v. 22. [*Dominus poſſedit me*] Fauſtini Presbyteri ad Placillam Reginam, libri ſex.

In cap. 9. v. 1. [*Sapientia ædificauit*] S. Bernardi ſermo 9. ex paruis: Potho Prumienſis Presbyter ſcripſit de magna domo librum vnum: & De ſtatu Domus Dei libros quinque, extant tom. 9. Biblioth. P P.

In cap. 11. v. 18. [*Iuſtus de anguſtia liberatus*] D. Thom. tom. 16. ſermo decollationis S. Ioannis.

In cap. 12. v. 4. [*Mulier diligens corona eſt viro*] D. Thomæ ſermo de S. Cæcilia tom. 16.

In cap. 13. v. 7. [*Eſt quaſi diues cum nihil habeat*] S. Auguſtini ſermo 212. de tempore, tom. 10.

In cap. 14. v. 1. [*Sapiens mulier*] S. Thomæ tom. 16. in feſtiuitate S. Catharinæ.

In cap. 15. ibid. ſermo de S. Michaële.

In cap. 20. ibidem de S. Bernardo.

In cap. 25. [*Mel inueniſti*] S. Bernardi ſermo 47. ex paruis.

In cap. 30. S. Ambroſij liber vnus, quo explicantur quatuor problemata ſcitu difficillima. Sequitur fragmentum enarrationis ſuper eodem capite, tom. 2.

In cap. 31. S. Ambroſij, de muliere forti, enarratio tom. 2. Item Auguſtini ſerm. 217. & 218. de tempore tom. 10. Venerab. Bedæ liber vnus tom. 7.

In Eccleſiaſten.

220. S. Hippolyti Epiſcopi & martyris liber vnus.

240. Gregorij Thaumaturgi Neocæſareæ in Ponte Epiſcopi breuiſſima, ſed quam admirabilis, vt ait Suidas, Metaphraſis.

260. Origenis explanationes, quarum meminit Methodius Olympi Epiſcopus lib. de reſurrectione.

270. Dionyſij Alexandrini Commentarij eruditi.

360. Diodori Tarſenſis Epiſcopi Commentaria.

370. Gregorij Nazianzeni Metaphraſis.

370. S. Athanaſij Alexandriæ Epiſcopi Commentarij.

380. Gregorij Nyſſeni conciones octo, in editione Pariſienſi.

422. Hieron. tom. 4. ad Paulam & Euſtochium, Commentariorum liber vnus iuxta ſenſum litteralem, mirâ breuitate & facilitate conſpicuus.

450. Salonij Epiſcopi Vienenſis in Gallia Explicatio myſtica, extat tom. 1. Biblioth. PP.

480. Saluiani Maſſilienſis Epiſcopi in extremam partem Eccleſiaſtis Commentarij.

770. Albini, ſeu Alcuini ad Oſiam & Candidum, liber vnus.

900. Olympiodori Monachi (cuius extant præclari in Ariſtotelis Meteora Commentarij) breuis & elegans iuxta triplicem ſen-

ſum enarratio , extat tom. 13. Biblioth. P P. pag. 602.

1130. Hugonis Victorini homiliæ, tom. 5.

1230. Guillielmi Epiſcopi Pariſienſis liber vnus.

1270. S. Bonauenturæ Expoſitio tom. 1.

1410. Ioannis Dominici Cardinalis & Archiepiſcopi Raguſini Ord. Prædicat. Expoſitio ſcholaſtica. Is tanta ingenij ſolertia fuit , vt nullum vlla in ſcientia habuerit præceptorem , ſed inſtar Auguſtini, omnes per ſeipſum diſciplinas didicerit, intellexeritque.

1533. Gerardi Moringi Theologi Commentaria culti, lucidique ſermonis ; ita litterali ſenſui inſtitit, vt ea quæ in cæteris expoſitoribus deſiderantur , ſuppleat.

1536. Ioannis Feri Ord. S. Franciſci iuxta litteram Commentarij.

1550. Ioannes Arborei Sorbon. Doctoris ad Henricum Gallorum Regem liber vnus.

In cap. 1. v. 2. [*Vanitas vanitatum & omnia vanitas*] Auguſtini liber vnus de contemptu mundi : & alter de vanitate ſæculi , tom. 9.

In 4. capita prima. Hugonis Victorini homiliæ tom. 5.

In cap. 4. S. Ambroſij ad Clericos exhortatio , tom. 2.

In cap. 7. v. 3. [*Melius eſt ire in domum luctus*] hom. S. Chryſoſtomi , tom. 1.

In cap. 10. v. 4. [*Si ceciderit arbor,*] S. Bernardi ſermo 49. ex paruis.

In Canticum Canticorum.

220. S. Hippolyti Epiſc. & martyris liber vnus.

255. Methodij Tyri Epiſcopi liber vnus nitidi ſermonis.

260. Origenis homil. duæ, & aliæ quatuor Interprete D. Hieron. tom. 8. quas ideò quidam attribuunt Hieronymo , ſed malè.

350. Triphyllij Ledri in Cypro Epiſcopi venuſtiſſima Commentaria.

360. Diodori Tarſenſis Epiſcopi Commentaria.

380. S. Ambroſij Expoſitio , ex variis operum eius locis excepta , & in vnum corpus collecta, & ad calcem tom. 5. poſteà.

380. S. Gregorij Nyſſeni expoſitio ex editione Pariſienſi.

420. Oroſij Presbyteri ; S. Auguſtini diſcipuli Commentarij laudatiſſimi.

440. Iulianus Celanenſis in Campania Epiſc. à Gennadio & Trithemio inter Scriptores Eccleſiaſticos relatus , Tullianæ æmulus eloquentiæ , antequam apertè profiteri cœpit hæreſim Pelagij , ſcripſit plauſibili, ſed inſidioſo ſtylo in Canticum Salomonis Cõmentaria, à quibus Beda cauendum monet [ne quis, vt ait, per copiam eloquentiæ blandientis, in cæcum incidat doctrinæ nocentis] Eiuſdem quoque periculi vitandi gratia, illius, hoc loco autoris mentionem feci.

450. Theodoreti, venuſti ad Ioannem Epiſcopum Commentarij.

530. Aphrigij Hiſpani , Pacenſis in Hiſpania Epiſcopi, in explanatione diuinorum voluminum nulli veterum Patrum ſecundi, doctiſſimi ac venuſtiſſimi Commentarij.

540. Iuſti Epiſcopi in Hiſpania, breuis, ſed eruditus, pius & elegans Commentarius myſticus, extat tom. 1. Biblioth. P P.

650. S. Gregorij magni iuxta Ethicen & Anagogen breuis expoſitio , tom. 2.

670. Eulalij Cynopoleos Epiſcopi proſocarminea expoſitio.

730. Bedæ explanatio , tom. 4.

770. Albini , ſeu Alcuini liber vnus.

810. Aponij viri in ſacris litteris diſertiſſimi libri ſex, in quibus allegorico ſenſu Chriſti & Eccleſiæ nuptias exactiſſimè deſcripſit, extant tom. 1. Biblioth. PP. Eos Lucas Abbas montis S. Cornelij in Epitomen contraxit.

830. Angelomi Monachi S. Bened. ſtromatica explanatio , magna ex parte ex Aponio , haud diſſimulato Autoris nomine decerpta.

834. Haymonis Alberſtatenſis liber vnus.

880. Remigij Antiſiodorenſis Epiſcopi , Ord. S. Bened. liber vnus.

1050. Marbadi Epiſcopi Redenenſis pulcherrima explanatio, iuxta triplicem ſenſum allegoricum , moralem , & anagogicum.

1070. Guitmundi Epiſc. Auerſani Commentaria , tom. 2.

1070. Villeramus Abbas S. Bened. ex diuerſi generis carminibus proſa intermiſtis, edidit Commentariorum libros tres iucunda varietate compoſitos , quorum titulus eſt Epithalamium de nuptiis Chriſti & Eccleſiæ.

1080. Anſelmi Cantuarienſis Epiſcopi liber vnus eloquenti ſermone.

1090. Giſeberti Ord. S. Benedict. homiliæ plures.

Michaëlis Pſelli Paraphraſis ex S. Gregorij Nyſſeni , S. Nili, & B. Maximi Comment. extat tom. 13. Biblioth. PP. pag. 681.

1120. Honorij Auguſtodunenſis Presbyteri liber vnus.

1120. Ruperti Abbatis Tuitienſis ſeptem libri eruditiſſimi de Incarnatione Domini, iuxta ſenſum myſticum.

1124. Ruperti Abbatis Limborgenſis Ordin. S. Bened. Commentariorum libri , quatuor.

1140. Richardi de S. Victore Commentarij interpellatæ expoſitionis , tom. 1.

1150. S. Bernardi Abbatis Claræuall. ſermones 86. in tria prima capita , & in ſubſequentia Gilberti Monachi Ciſterc. ſerm. 48.

1250. Alexandri Nechan Angli Poſtilla.

1230. Guillielmi Pariſienſis Epiſc. lib. vnus.

1270. Iacobi Angli liber vnus.

1270. S. Thomæ Poſtilla, tom. 13. cum ad illa verba 6. cap. [*Veni dilecte mi egrediamur in hortum*] peruenisſet , feliciſſimè obiit.

1275. Petri de Tarentaſia ex Ord. Prædicat: Innocentij V. Papæ liber vnus.

1230. Richardi de Holebot Ord. Prædicat: lectura.

1280. Ægidij Romani , Archiepiſcopi Bituricenſis lectura ſcholaſtica 19. lectionibus diſtincta.

1300. Alani Inſulenſis , Doctoris vniuerſalis, liber vnus.

1340. Henrici de Aquila Doctoris Pariſienſis, liber vnus.

1340. Gerardi Saceonenſis Epiſc. liber 1. cuius initium eſt Alæ duæ Cherubim.

1340. Adami Vodcham Ordin. S. Franciſci Commentaria.

1370.

1370. Leonardi Giphonenſis Ord.S.Franciſc.Generalis, tom Cardinalis, lectura ſcholaſtica, abſtruſioris Theologiæ arcana multa continens.

1390. Iacobi Lauſanenſis Ord. Prædicat. liber vnus.

1400. Abbatis Vercellenſis, ſommæ eruditionis ac religionis viri expoſitiones, in quibus ſenſui anagogico potiſſimum inſtitit, accepta ſimilitudioe ſupremi amoris ctcari, qui eſt io Seraphiois ſpiritibus, ad cuius ſublimitatem, animam eleuare conatus eſt.

1400. Henrici Langeſteini liber vnus.

1406. Ioannis Voretan, Londioenſis Carmelitæ Poſtilla.

1410. Petri de Alliaco Cardioalis meditatio.

1410. Ioannis Gerſon Commentarij, qoos ſub finem vitæ edidit, & in eis ſcholaſticas ſubtilitates dulcibus myſticæ Theologiæ affectibus temperat: de quinquaginta proptie ratibus diuini amoris, toto paſſim Canticorum libro diſperſis, apprimè diſſerit; triduò poſt, cùm verba illa poſtrema [*fortis eſt vt mors dilectio*] magnâ vultus & animi conſtantiâ repeteret, animam Deo reddidit.

1410. Inannis Dominici Cardinalis, Ord. Prædica. Expoſitio ſcholaſtica.

1416. Petri de Alliaco Cardinalis meditationum liber vnos.

1450. Ioannis Algrini, de Abbatis-villa Cardinalis & Archiepiſc. Biſontini, ſtylo & methodo ſcholaſtici, nonom expoſitionis genus, quod ſextum appellatur, ſiquidem ante ipſum quinque tantùm expoſitiooom modi io Canticom prodieraot. Primus eſt eorum qui totum Canticum iuxta occidentem litteram, de amoribus Salomonis & filiæ Pharaonis ioterpretantur. Secundus eorum qoi illud colloquium inter Salomonem & Iudæorum rempublicam exponunt. Tertius eotum qui vt Epithalamium ſapientis & ſapientiæ inuicem colloquentium eſſe dicunt. Quartus eorum qui Chriſti & Eccleſiæ. Quintus eorum qui explicant de mutuo amore animæ ad Deum, & Dei ad animam. His Halgrinus ſextum addidit, videlicet Matiæ matris Chriſti, & Chriſti filij eius mutua colloquia, quorum rationem ipſemet in præfatione reddens ait: Continet hoc Canticum matris ac filij, Beatæ ſcilicet Virginis & Domini Ieſu Chriſti applauſum iucuodom & mutuum. Hîc enim applandit mater filio, hîc filios iucundatur, in matte, hîc mattis priuilegia deſeribit filius, hic excellentiam filij deſcribit mater. Loquuntur autem in hoc Caotico, quatoor perſonæ, ſcilicet Mater & Filius, & Angeli, qui filio aſſiſtunt in Domino, & Adoleſcentulæ virgines, quæ tanquam ſuæ Dominæ aſſiſtunt Virgini. Simili inſtituto eademque tempeſtate circa annum 1460. Alanos Rupenſis Germanus, Ord. Prædicat. ſingula Salomonis verba ad Mariam Virginem & Chriſtum eius filium inuicem colloquentes, decenter accommodanit.

1490. Iacobi Chriſtopolitani Epiſcopi liber vnus.

1503. Petri Rufi maioris Carthuſiæ prioris XXXII. Commeni.

1521. Thomæ Ciſtercienſis Monachi lib. 8.

1530. Ioannis Batmanſon Carthuſiani explanatio.

1550. Ioannis Arborei Sorbonæ Doctoris liber vnus.

In duo priora capita Origenis homiliæ quatuor, ſeu potius vna continens ac perpetua explanatio eloquentiſſima & doctiſſima. In eadem duo capita & tertij capitis verſ. 1. D. Bernardi ſermones 86. ſuauiſſimi. Inde vero vſque ad 10. verſ. 5. cap. Gilberti Hollandi Monachi Ciſtercienſis ſtylo ac ſpiritu D. Bernardo perſimilis ſermones 48. extant apud D. Bernardum. Item in cap. 1. v. 1. [*Oſculetur me oſculo oris ſui*] D. Bernard. ſerm. 52. & 54. ex paruis. Item in cap. 1. v. 4. [*Introduxit me*] ſermo 49. [*Ordinauit*] ſerm. 30. v. 13. [*Ficus protulit*] ſerm. 47.

In cap. 3. v. 1. [*In lectulo*] S. Bernard. ſerm. 75. & 80. vſque ad 86. v. 3. [*Num quem diligit anima mea*] ſerm. 79.

In cap. 4. v. 1. [*Quàm pulchra es amica*] Gilberti in Cantica ſerm. 22. apud D. Bernard. [*Capilli tui*] Ibid. ſerm. 28. v. 2. [*Dentes tui*] D. Bern. ſerm. 63. ex paruis [*Omnes gemellis*] Gilberti ſerm. 24. apud D. Bernard.

In cap. 5. v. 1. [*Veniat dilectus*] Gilberti ſerm. 40. apud D. Bern. [*Veni in hortum meum*] Bernard. ſerm. 61. & 62. ex paruis, Gilberti apud D. Bernardum ſerm. 41.

In cap. 6. v. 9. [*Quæ eſt iſta, quæ progreditur*] Bernard. ſerm. 60. ex patuis. v. 2. [*Reuertere Sulamitis*] eiuſdem ſerm. 58.

In cap. 7. [*Aſcendam in palmam*] D. Thomas tom. 16. ſerm. 2. de S. Andrea in feſtis.

In Sapientiam.

734. Bedæ fragmenta in libros ſapientiales, tom. 7.

840. Bellatoris Presbyteri lib. 7.

1270. S. Bonauenturæ expoſitio, tom. 1.

1300. Ruperti Holchor Ord. Prædicar. lectura.

1390. Iacobi Lauſaoenſis Ord. Prædicat. liber vnus.

1490. Ioannis Aruodioei Carmilitæ, ac Doctoris Sorbonici lecturæ ſcholaſticæ.

In cap. 3. v. 1. [*Iuſtorum animæ*] Chryſoſt. hom. vna, tom. 1.

In cap. 7. v. 26. [*Candor eſt lucis æternæ*] Auguſt. ſerm. 190. de tempore tom. 10.

In cap. 10. v. 10. [*Iuſtum deduxit*] Bernard. ſermo de diuerſis: & S. Thomæ tom. 7. de S. Franciſco.

Io cap. 11. [*Omnia feciſti in pondere*] Bernar. ſerm. 51. ex paruis

In reliqua cap. Bedæ fragmenta, tom. 7.

In Eccleſiaſticum.

855. Rabani Mauri libri decem.

1310. Ruperti Valſigen Angli, Ord. Carmel. Commentarij more ſcholaſtico.

1390. Iacobi Lauſanenſis Ordin. Prædic. liber vnus.

1348. Ioannis de Alerio, & Carmelitarum prioris Generalis, lecturæ ſcholaſticæ liber vnus.

1420. Ruperti Roſei Camel. ſcholaſtica Poſtilla.

1490. Alberti Ioannis Halomenſis Carmelitæ,

melitæ, Doctoris Louanienſis, lecturæ liber vnus.

In ſeptem priota capita Rupertus Holehot Ord. Prædicat. compoſuit lecturam ſeholaſticam, ſubtili eruditione plenam, quam morte præuentus circa annum 1300. reliquit imperfectam.

In cap.3. S. Ambroſij ſerm. duo.

In cap.5. v.8.[*Non tardes conuerti*] Augnſt. tom.10. hom. 13. lib.50. homil.

In cap,7.v. 3.[*Mortuo non prohibeas gratiam*] S.Thom.tom. 16.ſerm.1.in ſermone Dominicali de mortuis v.40.[*memorare nouiſſima*] Bernardi ſermo de primordiis & mediis, &c. ex paruis.

In cap. 9.v.20 [*In medio laqueorum*] Chryſoſt. tom. 5. hom. 15.

In cap. 55.v.9.[*Non eſt ſpecioſa laus*] Bernardi ſerm.45. ex paruis.

In cap. 24.v.17. [*Quaſi cedrus exaltata ſum*] D. Thom. rom. 16, ſerm. de aſſumptione.

In cap. 25.v. 2. [*Concordia fratrum*] Auguſt. tom.10.ſerm. 95. de diuerſis.

In cap.27.v.12. [*Stultus ſicut luna*] Ambroſ. tom. 3. ſerm. 92.

In cap. 42. v. 16.[*Sol illuminans*] S. Thomæ tom. 16. ſerm. de S. Dominico.

In cap.44. v. 10.[*Hi ſunt viri Miſericordiæ.*] S. Bernard. ſerm. 3. de tempore, de S. Petro & Paulo.

In cap. 49.v.1.[*Dilectus Deo & hominibus.*] Idem ibid. de S. Benedicto.

In cap. 51. v. 3. [*Liberaſti corpus meum*] S. Thom.tom.16. ſerm. 1.de S. Agnete.

In omnes Prophetas maiores & minores.

160. Melitonis Sardenſis Epiſcopi de vita Prophetarum liber vnus.

360. Diodori Tarſenſis Epiſcopi clebres Commentarij.

390. Epiphanij Salaminæ Epiſcopi de vita & interitu Pruphetarum omnium à Nathan vſque ad Ioannem Baptiſtam liber, ad titulos & argumenta Propheticorum voluminum intelligeuda valdè vtilis.

420. Hieronymi Commentariorum lib.63. in quibus, primus inter Latinos litteralem expoſitonem egreſſus eſt, perfecitque tom.4. in maiores, & tom. 5. in minores.

450. Theodoreti plures Commentarij.

434.Ven.Bedæ lib.18.hoc eſt in Iſaïam lib. 2. In Ieremiam lib. 2. in aliorum ſingulos librum vnum.

1200. Stephani Anglici, Gymnaſij Pariſienſis rectoris libri ſexdecim, ſtylo & affectibus haud ingrati.

1540. Antonij Marinatij Carmelitæ de conſonantia Ieſu Chriſti & Prophetarum libri tres, ad intelligenda vaticinia Prophetarum perutiles.

In Iſaïam.

260. S. Zenonis Veronenſis ſermones ſex; & de Martyrio Iſaiæ ſermo vnus.

3. Origenis tom. 2. continua explanatio à principio vſque ad cap.30. vbi per liberos allegoriæ campos ſpatiatur.

320. Euſebij Cæſarienſis Commentaria.

380. Baſilij Comment. in totum Iſaiam, tom. 5.

380. S. Ambroſij liber vnus à D. Auguſt. lib. 2. aduerſus Iulianum, & lib. 4. contra duas epiſt. Pelagianorum citatus.

405. S. Chryſoſtomi vſque ad dimidium cap.8. Commentarij, tom. 1.& aliæ homil. in aliquot loca, vt infra annotabitur.

420. S. Hieronymi Commentariorum ad Euſtochium libri decem & octo, iuxta ſenſum litteralem breuis & elegans enarratio tom.4.

432. Cyrilli Alexandrini libri 5.tom.1.

560. Procopij Gazæi Commentaria Pariſiis Græcè & Latinè excenſa.

830. Haymonis Halberſtatenſis Epiſcopi liber vnus.

1090. Giſelberti Angli Ord. S.Bened. ad B. Anſelmum Epiſcopum Commentaria.

1120. Ruperti Abbatis Tuitienſis lib. 5.

1150. Andreæ Victorij Comment.

1200. Ioachim Abbatis ad fratrem Raynerium liber vnus, ſtylo rudis, & obſcuro Commentario, multas imiſcens prophetias, & vaticinia de futuris temporibus.

1270. S. Thomæ Aquinatis tom. 13. Poſtilla, quam Lyranus ab alio concinnatam aſſerit.

1350. Michaëlis Hetruſci, Theologi valdè acuti, liber vnus.

1390. Iacobi Lauſanenſis Comment. lib. vnus.

1447 Henrici Vinchingam Angli ſcholaſtica Poſtilla.

1540. Adami Sasbouth. Ord. minorum, in Academia Louanienſi ſacrarum litterarum publici profeſſoris ſuccincta expoſitio ex omnibus tam Græcis quàm Latinis Patribus Orthodoxis collecta.

In cap. 5. Thomæ Haſſelbachij Germani libri viginti quatuor, v. 19. [*Si volueritis*] S. Chryſoſtomi de pœnitentia quòd omnium peccatorum maculas aboleat, hom. vna tom. 1.v. 22. [*vinum tuum mixtum eſt aqua*] S. Ambroſij ſerm. 78. tom. 2. Maximi Taurinenſis homilia.

In cap. 4.v.1. [*Apprehendent ſeptem mulieres virum vnum*] Origenis hom. vna tom.1.

In cap. 6. Origenis de prima viſione Iſaiæ, hom.5. & 6. in illud [*Quem mittam, & quis ibit nobis, &c.*] tom.1.S.Hieron. ad Damaſum epiſt. 142.& 143. tom. 3. Bernard.ſerm. 5. & 2.de tempore.De viſione ſedentis in throno, Chryſoſtomi hom. tres, tom.1.v.2. [*Seraphim ſtabant*] D.Bonauenturæ tertia parte Opuſculorum inſigne opuſculum de ſex alis Seraphim, quibus ſpiritualis Seraph, Prælatus Eccleſiæ ornatus, Domino aſſiſtere debet; quarum duas ſcilicet zelum iuſtitiæ, & pietatem, ſiue compaſſionem fraternam ſuper caput eleuet: mediis duabus, nempè patientiâ, & vitâ exemplari corpus & pedes contegat: vltimis verò, putà circumſpectione & deuotione ad Deum, in latum & in altum volet.

In cap.7. De verbis Domini ad Achaz, Origenis hom. 9.tom.1.D.Bernardi ſermo 2. de aduentu Domini, de quo Doctor melliflaus ſex habet ſermones, v, 14. [*Ecce virgo concipiet*] Richardi de S. Victore libri duo, de Emmanuele inſcripti, tom.1.

In cap. 8. v.18.[*Ecce ego & pueri mei*] Origenis hom.7. tom. 1.

In cap. 9. v. 2. [*Populus qui ambulabat*] D.

Thom.tom.16.in natiuitate Domini.v.6.[*Nomen eius admirabilis*]Bernard. ſermo 10.ex paruis.

In cap.10. v.12.[*Sicut feci Samariæ, ſic faciam Ieruſalem.*] Origenis hom. duæ, tom. 1.

In cap.11.v.1.[*Egredietur virga*]D.Thom. tom.16.ſerm.1.de annuntiatione B.Mariæ,v.2.[*Requieſcet ſuper eum Spiritus Domini*]Auguſt. ſermo 17. de ſanctis,tom.10.v.10.[*Radix Ieſſe qui ſtat in ſignum*]Richard. de S. Victore tom. 1.de comparatione Chriſti ad florem,& Beat. Virginis ad Virgam.

In cap. 12.v.3.[*Haurietis aquas*]Bernard ſermo.66. ex paruis.

In cap. 13. v.1.[*Onus Babylonis*] Conradi Heilbrunenſis Commentaria. Alredi Rieuallis Angli, Monachi Ciſterciens.hom.triginta tres v.6.[*Vlulate quia propè eſt dies, &c.*] Origenis hom. 8.tom. 1.

In cap.18. v. 7.[*Deferetur munus Domino*] Cæſarij Arelatenſis hom.

In cap.30. De viſione quadrupedum, Origenis ad Gratam illuſtrem fœminam libri 2 tom. 1.

In cap. 33. v.6. *Diuitiæ ſalutis ſapientia & ſcientia: timor Domini ipſe eſt Theſaurus eius.*] De veris diuitiis,& quòd ſapiens diues,& inſipiens pauper, S. Ambroſij epiſt.10.ad Simplicianum tom.5.

In cap. 35.v.5.[*Tunc aperientur oculi*] Hildeberti Turonenſis Archiep. ſermo,extat in Biblioth. S S. PP. tom.3.

In cap.37. v.16.[*Domine exercituum*] Theodoreti Commentarij tom.1.

In cap. 38.[*Ego dixi in dimidio*] Bernard. ſerm. de diuerſis, Iacobus Valentia in Cantica ferialia. Theodoreti interpretatio,tom. 1.

In cap. 40. Cæteráque vſque ad finem Didymi Alexandrini,tom. 8. & 10.

In cap. 42. v. 10.[*Cantate Domino canticum nouum*]Chryſoſt. hom. vna, tom. 1.

In cap. 52. S. Ambroſij enarratio ad Irenæum, tom.2.

In cap. 52.v.3. [*Aſcendet ſicut virgultum coram te*] Auguſt.tom.10.hom.36. inter 50.v.7. *De anguſtia & inuidia* , Bernard. ſerm. 53. ex paruis.

In cap.58.v.1.[*Clama ne ceſſes*]Auguſt.tom. 20.ſerm.15.de diuerſis in Appendice, & hom. 7.inter 50.v.7.[*frange eſurienti panem*]hom.17. inter 50.

In cap.62. v.11. [*Dicite filiæ Sion, ecce Saluator tuus venit*] Chryſ. hom. vna, tom 1.

In Ieremiam.

230. Origenis homiliæ quatuordecim, S. Hieron. interprete, quæ ſuis locis infrà annotantur, extántque tom. 1.

420. Hieronymi Commentariorum ad Euſeb. lib. ſex, tom.4.

1080. Anſelmi Epiſcopi Lucenſis liber vnus.

1120. Ruperti Abbatis Tuitienſis Commentariorum liber vnus.

1130. Hugonis à S Victore Comment. iuxta quatuor ſenſus, tom.1.

1150. Andreæ Victorij Commentaria.

1200. Ioachim Abbatis ad Henricum Imperatorem Comment. obſcuri, multa immiſcens de futuris temporibus vaticinia.

1270. S. Thomæ Aquinatis tom.13. Poſtilla in Ierem.& Threnos, quæ ob doctrinæ ſterilitatem, eius non eſſe creditur.

In cap.1. De principio Ieremiæ, Origenis hom. 1. tom. 1. De Ieremia Propheta, S. Chryſoſt. hom. vna, tom. 1.

In cap. 2. Quòd de Babylone fugiendum ſit, Origenis hom. 2. tom.1. Eiuſdem de vinea in amaritudinem conuerſa, hom. 13.

In cap. 3.v.6. [*Et dixit Dominus ad me in diebus Ioſue Regis*] Origenis homilia 14. tom.1.

In cap. 10. v.12.[*Qui facit terram in fortitudine ſua.*]Origenis hom. 5. tom.1.

In cap. 11 .v.1. [*Audite verba pacti huius*] Origen.hom. 6. tom.1.

In cap. 12. v. 11. De terra exterminata, Origen. hom. 8. tom.1. & v.12. eiuſdem homil.7.

In cap.13.v.12.De vtribus vino implendis, Origenis homil. 9. tom. 1. Eiuſdem homilia 10. De Comminationibus Dei ad Ieruſalem.

In cap.15.v.10.[*Væ mihi mater mea, quare genuiſti me*]Orig.hom.11.tom.1.

In cap. 16. v.16. De miſſione piſcatorum, Origen. hom. 12.tom.1.

In cap.17.De perdicis clamore, Orig. hom.4. tom.1.S.Ambroſij ad Sabinum enarratio, in qua perdicis natura & qualitates deſcribuntur,& Diabolo comparantur,tom.2.& 5. epiſtol.48.ad Irenæum.

In cap.23.v.5.[*Ecce dies veniunt dicit Dominus & ſuſcitabo*]D.Thom.16. ſerm.1.de Dominica 25. poſt Pentecoſtem.

In cap 50.v.23.[*Quomodo confractus eſt, & contritus malleus vniuerſæ terræ*]Origen.hom.3. tom.1.

In cap. 51. v.6. [*Fugite de medio Babylonis*] Origen.hom.2. tom.1.

In cap.52. ſeu vltimum, de Ieruſalem deuaſtatione, Chryſoſt. hom. vna, tom.1.

In Threnos.

260. Origenes ſcripſit tom. 9. quos cùm Athenis degeret, elaborauit ſexagenario maior, teſte Euſebio.

410. S. Hieronymus libros tres, & Commentarium in orationem Ierem. tom.4.

808. Paſchaſij Ratberti Abbatis Corbienſis eloquens liber.

1080. Anſelmi Mantuæ Epiſcopi breuis ac dilucida expoſitio.

1130. Hugonis Victorini Annotationum iuxta quatuor ſenſus, liber vnus, tomo primo.

1270. S. Thom. Comm. tom.13.

1270. S.Bonauenturæ expoſitio, tom.1.

1290. Ioannis Kininghan Angli lectura.

1530. Nicolai Clenardi, trium linguarum peritiſſimi, meditationes grammaticæ in gratiam eorum qui viua Hebraïci præceptoris voce deſtituuntur.

1549. Ioannes Quinquarborens Latinitate donauit Thargum Kinoth, id eſt Paraphraſim Chaldaicam in Threnos, adiectis annotationibus, non paucis.

In Ezechielem.

260. Origenis homiliæ 40.Hieron. Interprete, tom 1. annotantur infrà ſuis locis.

400. Polychronij Apameæ Episc. Comm.

520. Hieronymi ad Euſtochium libri quatuordecim, tom. 4.

600. Heſychij Epiſcopi Hieroſolymitani Commentarij, ſtylo ſcholaſtico.

605. S. Gregorij Magni homiliæ 22. libris duobus contentæ, tom. 2.

834. Haymonis Alberſtatenſis Epiſcopi liber vnus.

1180. Ruperti Tuitienſis Abbatis, Commentariorum liber vnus.

1130. Hugonis Victorini liber vnus.

1140. Richardi de S. Victore deſcriptio Templi litterali expoſitione adhibita, picturis & demonſtrationibus, ſingulas eius partes diligentiſſimè exprimens, tom. 8.

1210. Alexandri Nachan Angli, liber vnus.

1300. Simona Affligenienſis Monachus S. Bened. breues & elegantes ſcripſit Commentarias.

In cap. 1. de captiuitate populi Iſraël, & Ioachim Regis, & vltima viſione Ezechielis, Origenis homilia 1. Item Grego. Nazianzeni annotationes. Verſ. 1. [*Et factum eſt in trigeſimo anno.*] Richardi de S. Victore de viſione Ezechielis tom. 2.

In cap. 13. De malis prophetis prophetantibus in Ieruſalem Origenis hom. 2. eiuſdem hom. 3. in verſic. 17. [*Fili hominis pone faciem tuam.*

In cap. 14. v. 13. De peccatis peccatricis Ieruſalem Origen. hom. 4. Eiuſdem de quatuor plagis gladio, famè, beſtiis malis, & peſtilentia hom. 5.

In cap. 15. de parabola ligni vitis, Origenis eadem hom. 5.

In cap. 16. Origenis hom. 6. tom. 1. Eiuſdem hom. 7. De veſtibus à Deo traditis peccatrici Ieruſalem, & hom. 8. De increpatione peccatricis conſtituentis Lupanar. Et hom. 9, in v. 45. [*Mater veſtra Cethaa, & pater veſter Amorrhaus*] Et hom. 10. in v. 61. [*cõfunderis, &c.*]

In cap. 17. De aquila magna Libanum intrante, Origenis hom. 11. Eiuſdem hom. 12. de Nabuchodonoſor intrante Ieruſalem.

In cap. 27. 2. [*Aſſume ſuper Tyrum lamentum*] Origen. hom. 13. tom. 1.

In cap. 28. v. 12. [*Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia*] Origen. hom. vna.

In cap. 34. Auguſtini lib. 2. alter de paſtoribus, in quo prior pars huius capitis exponitur, alter de Ouibus, in quo poſterior pars explicatur, tom. 9.

In cap. 38. v. 1. [*Vaticinare fili hom. contra Gog & Magog*] Procli Epiſcopi Conſtantinopol. Comment. & Alcaſar in Apocal. cap. penult. notatione de Gog.

In cap. 43. v. 3. [*porta hac clauſa erit non aperietur, &c.*] Origen. homilia 14. tom. 1.

In Danielem.

260. Zenonis Veronenſis ſermones 9.

380. Apollinarij iunioris ex triginta libris quos ſcripſit aduerſùs Porphyrium, vigeſimus ſextus eſt pro defenſione libri Danielis.

411. S. Hieronymi ad Pammachium & Marcellam, liber vnus expoſitionis interpelatæ.

431. Cyrilli Alexandrini homiliæ.

450 Theodoreti liber vnus.

460. Gennadij Epiſcopi Conſtantinopolitani, viri linguæ nitidæ, & acris ingenij, litteralis expoſitio.

1130. In Danielem ſimul & Ezechielem, & Malachiam, Ruperti Abbatis Tuitienſis liber vnus.

1140. Richardi de S. Victore explanationis liber vnus, extat in Compendio Allegoriarum Tilmanni in Danielem.

1150. Andreæ Victorij Commentaria.

1200. Ioachim Abbatis ad Henricum Imperatorem Commentarij, multa immiſcens de futuris temporibus vaticinia.

In cap. 1. v. 1. [*In anno ſecundo Nabuchodonoſor*] Zachariæ Hierocæſareæ Epiſcopi expoſitio.

In cap. 3. de tribus pueris miſſis in fornacem, Zenonis Veronenſis ſermo vnus. Chryſoſtomi hom. vna, tom. 1. S. Auguſtini ſermo 240. de tempore, tom. 10.

In cap. 7. De viſione Danielis, Bernardi ſermo 42. ex paruis. Gregorij Nunij de reipublicæ ſtatu, cap. 11. Ioannis de Indagine Carthuſiani liber vnus.

In cap. 9. De ſeptuaginta Hebdomadibus Danielis, pleniſſimè diſputauit Iudas natione Syrus, in eo erroris arguitur quòd aduentum Antichriſti circa ſua tempora, anni ſcilicet Chriſti 200. futurum eſſe dixerit: ſed hoc ideò quia magnitudo perſecutionum, inſtantem tunc orbis occaſum minabatur. Armandi Zierixienſis Ord. S. Franciſc. liber 1.

In cap. 13. pro defenſione hiſtoriæ Suſannæ, Origenis epiſtola ad Iulium Africanum, contendentem eam fabuloſam eſſe. Prætetea totum eiuſdem hiſtoriæ contextum commaticâ explanatione proſecutus eſt Origenes. De Suſanna Zenonis Veronenſis ſermo vnus. Et Ambroſij ſermones duo, tom. 5. Auguſtini ſerm. 118. & 245. de tempore, tom. 10. Chryſoſtomi hom. vna, tom. 1.

In duodecim Prophetas minores.

260. Origenis enarrationum libri quam plurimi, ex his, viginti quinque ſe vix reperire potuiſſe Euſebius conqueritur, de quibus Hieronymus in Catalogo ſcriptorum.

410. S. Hieronymi Commentariorum libri quatuordecim tom. 5.

430. S. Cyrilli Alexandrini Commentaria, Ingolſtadij excuſa, tom. 2.

880. Remigij Antiſiodorenſis Epiſcopi libri duodecim miræ breuitatis, & perſpicuitatis, extant tom. prim. Bibliothecæ Patrum.

1124. Ruperti Abbatis Tuitienſis libri triginta.

1280. Alberti Magni, Ordin. Prædic. libri duodecim.

In Oſee.

290. Pierius Alexandrinæ Eccleſiæ Presbyter, Origenes iunior nuncupatus, inſignem ac productiſſimum tractatum, edidit, de quo Hieronymus mentionem facit.

290. Didymi Alexandrini ad Hieronymum libri tres

400. Rufini Torani Aquileienſis Presbyteri liber vnus.

410. D. Hieronymi ad Pammachium libri tres, tom. 5.

431. Cyrilli Alexandrini homiliæ, Ingolſtadij excuſæ.

900. Theophylacti Bulgariæ Archiep. liber vnus, iniuria temporis acephalus & arcleſtus.

In Ioelem.

400. Rufini Torani Aquileienſis Presbyteri liber vnus.

410. S. Hieronymi ad Pammachium, liber vnus, tom. 5.

1130. Hugonis Victorini Annotationum iuxta quadruplicem ſenſum, lib. vnus tom. 1.

1150. Andreæ Victorij Comment.

In cap. 1. v. 7. [*Ficum meam decorticauit*] S. Thom. 16. ſerm. de S. Bartholomæo.

In cap. 2. v. 12. [*Conuertimini ad me*] Adami Sasbout hom. tres S. Bernard. in ſermo. de tempore, ſermo de quadrageſima. Verſic. 31. [*Sol conuertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem*] S. Thom. in SS. Apoſt. Petri & Pauli tom. 16.

In Amos.

400. Rufini Torani Aquileienſis, liber vnus

410. Hieronymi ad Pammachium libri tres tom. 5.

In cap. 2. v. 1. [*Super tribus ſceleribus*] Vitlebrandi in tomo de vrbe & eius deſolatione.

In Abdiam.

410. Hieronymi ad Pammachium, liber vnus in ſenectute conſcriptus, tom. 5.

1130. Hugonis Victorini Annotationum liber vnus, tom. 1.

In Ionam.

200. Tertulliani de Iona & Niniue, carmen; extat tom. 8.

260. Zenonis Veronenſis, ſermo vnus.

407. Chryſoſtomi hom. vna, tom. 1.

420. D. Hieronymi ad Chromatium Epiſcopum Aquileienſem, liber vnus, tom. 5.

900. Theophylacti liber vnus.

1550. Ioannis Catardi Aquaſparſani Ennarratio, Chriſtianæ conſolationi accommodata. Item Paraphraſis myſtica.

In cap. 2. v. 3. [*Clamaui de tribulatione*] Theodoreti Interpret. tom. 1. Theophylacti enarrationes.

In cap. 3. De Ieiunio Niniuitarum, S. Ambroſij tom. 2. Enarratio duplex, quâ ad diuinam Clementiam nobis comparandam exemplo Niniuitarum prouocamur.

In Michæam.

380. S. Ambroſij tom. 2. Obſeruatio duplex ad Horontianum, & epiſtola 18. ad eundem tom. 5. docens quomodo anima à recto labatur tramite, quo proceſſu priſtinum reparet & Chriſtus eam perficiat.

410. Hieronymi ad Paulum & Euſtochium libri duo, tom. 5.

In cap. 4. v. 8 [*Et tu turris Regis*] Gregorius Nunius de Reipublicæ ſtatu, tom. 1. lib. 2. cap. 4.

In cap. 5. v. [*Et tu Bethleem terra Iuda*] ſancti Ambroſij ad Horontianum epiſtola vna.

In cap. 6. [*Quid dignum offeram Domino*] S. Auguſt. tom. 10. ſerm. 136. de tempore.

In Nahum,

410. Hieronymi ad Paulam & Euſtochium liber vnus, tom. 5.

900. Theophylacti liber vnus.

In Habacuc.

410. Hieronymi ad Chromatium libri 2. tom. 5.

432. Cyrilli Alexandrini hom. tom. prim.

900. Theophylacti liber vnus.

In cap. 1. v. 1. [*Onus quod vidit Habacuc*] S. Ambroſ. Comment. tom. 2.

In cap. 3. v. 2. [*Super cuſtodiam meam ſtabo*] Bernard. ſerm. de diuerſis v. 8. [*Quia tu ſpoliaſti gentes*] Auguſt. tom. 10. homil. 30.

In cap. 3. in Canticum Habacuc [*Domini audiui*] Theodoreti Interpretatio, tom. 1. Catena Patrum locorum difficilium Euthymij. Richardi de S. Victore expoſitio, part. 2. Richardi Pompoſitani enarrationes in Cantica ferialia, Bedæ Expoſitio. Verſ. 10. [*Dedit abyſſus vocem ſuam*] S. Thom. 16. in ſermo de ſancta Thoma Apoſtolo.

In Sophoniam.

410. Hieronymi ad Paulam & Euſtochium liber vnus tom. 5.

In Aggæum.

410. Hieronymi ad Paulam & Euſtochium liber vnus, tom. 5.

1540. Calliſti Placentini Comm.

1540. Ioannis Eckij Sueui breuis & eruditus Commentarius.

In cap. 1. & 2. Aggæi, ſancti Ambroſij tom. 2. Obſeruatio ad Irenæum, quæ Templa Deo, & in nobis ædificanda docet. Eiuſdem epiſtola 12. ad eundem Irenæum, tom. 5.

In cap. v. 9. [*Meum eſt aurum*] Auguſtini, tom. 10. ſerm. 15. de diuerſis.

In Zachariam.

220. Hippolyti Epiſcopi & martyris liber vnus.

280. Origenis libri duo, vix tertiam Prophetiæ partem à principio vſque ad viſionem quadrigarum allegoricè ediſſerens.

390. Didymi Alaxandrini ad Hieronymum lib. 5.

420. Hieronymi ad Exuperium Epiſc. Toloſanum, libri tres, tom. 5.

1120. Ruperti Abbatis Tuitienſis liber vnus.

In cap. 6. v. 1. [*Ecce vir oriens*] S. Chryſoſtom. hom. vna, tom.

In Malachiam.

260. Origenis allegoricæ expoſitiones libri tres.

420. Sancti Hieronymi ad Minerium & Alexandrum Monachos, liber vnus, tom. quint.

1120. Ruperti Abbatis Tuitienſis, liber vnus.

In cap. 1. v. 1. [*Onus verbi Domini*] S. Ambroſij ſermo, tom. 2.

In cap. 3. v. 1 [*Et ſtatim veniet ad Templum ſanctum.*] S. Thom. 16. ſerm. de Purificatione B. Mariæ.

In totum nouum Teſtamentum

730. Beda Commentaria, exceptis epiſtolis D. Pauli, tom. 5. in quas & ſua habentur Commentaria, tom. 6. ex Auguſt. ſententiis excerpta.

800. Oecumenij Catena ex viginti duorum Græcorum PP. Explanationibus contexta, quibus ſuas quoque explanationes proprio nomine prænotatas inſeruit, tranſtulit hoc opus in Latinam linguam Ioannes Hentennius.

1330. Auguſtini Anconatis Ord. Eremitanum S. Auguſt. Commentaria ſtudio Poſtillari. Itémque Catena in Acta, Epiſtolas D. Pauli, & Apocalypſim ex Patrum Explanationibus.

1350. Ioannis Bacco Carmelitæ, & inſignis Theologi, lib. 26.

1330. Iacobi Lopis Stunica libri duo pro defenſione vulgatæ editionis: prior aduerſus Eraſmum: poſterior aduerſus Iacobum Fabrum Vienn. Epiſcopum.

1540. Nicolai Taciti Zigeni, Ordin. ſancti Franciſci, Caſtigationes ad Iulium III. quibus deprauata reiiciuntur, adiecta reſecantur, ſublata reſtituuntur: opus inſcribitur *Epanorthotes*, id eſt reſtitutor locorum deprauatorum. Item ſcholia quibus loco difficili iuxta originalem ſcripturæ phraſim doctè & ſuauiter explicantur.

1550. Ioannis Gangæi Pariſienſis Scholia clariſſima.

In quatuor Euangelia.

170. Sancti Theophili Epiſcopi Antiocheni Commentaria, extant tom. 1. Biblioth. SS. PP.

220. Ammonius Alexandrinus (non ille, qui ne à Theophilo eligeretur Epiſcopus aurem ſibi præſcidit, ſed alius, vt ait D. Hieronymus, vir diſertus & eruditus) compoſuit Harmoniam Euangelicam, ſeu Monoteſſaron: in quo veluti quadã Catena ex quatuor incompletis Euangeliorum hiſtoriis, vnam integram perfectámque contexuit hiſtoriam, extat tom. 7. Biblioth. P P. Conſimili argumento plures deinde ſcripſerunt, vt videre eſt libro præcedenti. Et circa annum 1100. Zacharias Chryſopoleos Epiſcopus, vir ſuo ſæculo celeberrimus, illud Ammonij Monoteſſaron quatuor Commentariorum libris explicuit, quos ex ſententiis Patrum in vnam catenam contextis ſummâ induſtriâ coaptauit. Sic poſteà circa annum 1330. Ludolphus Carthuſianus eamdem contexuit vitæ Chriſti hiſtoriam, quam lucidiſſimis ac piiſſimis iuxta quadruplicem ſenſum explanationibus illuſtrauit, adiectis ad finem ſingulorum capitulorum precationibus capituli argumento deſeruientibus.

320. Euſebij Cæſarienſis, de Euangeliorum diſſonantia. Item Euangelicorum Canonum, lib. vnus.

330. Iuuencus Presbyter Hiſpanus carmine conſcripſit hiſtoriam Euangelicam, dedicauitque Conſtantino Imperatori, extat in quatuor libros diuiſa, tom. 8. Biblioth. P P. quod opus à D. Hieron. laudatur.

360. Diodori Tarſenſis Epiſcopi nobiles Commentationes.

430. Auguſt. de conſenſu Euangeliſtarum, tom. 4. lib. 4. quos factus Epiſcopus ſcripſit aduerſus quoſdam temerarios calumniatores, qui quatuor Euangeliorum ſcriptores ignorantiæ & falſitatis nota accuſabant, quod multa dixiſſent inter ſe diſſona, ſibíque pugnantia: oſtendit autem Euangeliſtas nec inter ſe, nec ſibiipſis in aliquo fuiſſe diſcordes. Edidit etiã quæſt. Euangelicarum lib. 2. to. 4.

500. S. Petri Chryſologi in varias Euangeliorum lectiones ſermones breues ſed diſert.

600. Gregor. Magni in nonnulla Euangel. loca hom. 40. quæ iis quibus reſpondent locis annotabuntur.

834. Haymonis Alberſtatenſis tom. 2.

870. Otfridi natione Germani, Monachi S. Bened. opus inſigne in 5. libros digeſtum, & *gratia Theotiſta* inſcriptum.

900. Theophylacti lib. 4.

1000. Abbatis Floriacenſis homiliæ.

1080. Mariani Scoti, Ord. S. Bened. de concordia Euangeliorum, liber vnus.

1150. Hugonis Victorini annotationes elucidatoriæ Allegoriarum, tom. 1.

1120. Ruperti Abbatis Tuitienſis, liber 1.

1180. Euthymij Zigabeni, S. Baſilij Monachi Commentaria.

1140. Ioannis Chriſtophori, Ord. Prædicat. Poſtilla ſcholaſtica.

1270. S. Thom. Aquin. to. 15. Catena aurea nobiliſſimum explanationis opus, quod *Continuum in quatuor Euangeliſtas*, inſcripſit. Addidit etiã lectiones in Matthæum & Ioan. to. 4.

1280. Alberti Magni Ord. Prædicat. lib. 4.

1280. S. Bonauenturæ meditationum vitæ Chriſti, libri quatuor tom. 6. 2. par. opuſc.

1290 Richardi à Media-villa ſeu Mediauillenſis, Ordin. S. Franciſci, ſcholaſtico ſermone libri quatuor, ſinguli in ſingulos Euangeliſtas.

1320. Guidoni Perpiuiani Epiſcopi Ordinis Carmelitarum de Concordaotia Euangeliſtarum ad imitarionem D. Auguſtini , liber vnus.

1330. Ludolphi Ord. Carthuſianorum, pia, iuata quadruplicem ſenſum expoſitio.

1340. Simoois à Caſſia Ord. Eremitarum , viri docti & eloquentis,& prophetico ſpiritu illuſtrati, de geſtis Saluatoris opus inſigne quindecim libris digeſtum,in quibus vniuerſa quatuor Euangeliſtarum hiſtoria ſub vnius narrationis ordine diſpoſita,iuxta hyſtoricam & myſticam intelligentiam luculenter eaponitur.

1340. Angeli de Camerino Otdin. Eremit. S. Auguſt. lib.4.

1350. Michaëlis natiooe Hetruſci lib. 4.

1428, Ioannis Hayton Angli , qui etiam ſcripſit in Lucam & Ioannèm, ſeparatim.

1440. Ioaonis Gauuer Ord. Carmelit. de concotdia Euangeliſtarum. Eodémque tempore Hentici Arnoldi de concordia eorumdem Euangeliſtarum circa Paſſionem Domini , lib. 1.

1540. Antonij Bruichij , Ord. S.Franciſci lib.4. enatrationum , ſtylo ſerè ſcholaſtico , ſed aliquantulum colriori.

1550. Ioannis Gagnæi, Theologiæ Doctoris , liber vnus.

1450. Dionyſij Richel Carthuſiaui Monoteſſaton ea quatuor Euangeliis compactum.

1550. Ioannis Arborel,Sorbooæ Doctoris, Commentarij,in quibus ſacrorum Doctorum ſententias diſcuſſit , & pernicioſas quorumdam aſſertioues teuicit.

In Matthæum.

60. Iacobi Apoſtoli , fratris Domini , Interpretatio, quam omnium primus adhibuit, vt ſcribit D. Athanaſius in ſua Synopſi.

220. Hippolyti Epiſcopi & Martyris liber vous.

260. Origenis Commentarij quidam homiliaſtici, & tractatus trigiota quinque,prout inſi à anootantur.

340. Theodori,Heracleæ Thraciarum Epiſcopi , aperti & elegaotes Commentarij pro litterali intelligentia.

360. Titi Boſtrorum Epiſcopi Commentaria , Ingolſtadij impreſſa apud Sartarium,videntur tamen eſſe alterius autoris eo Tito poſterioris. In iis enim Commentariis eitantur Chryſoſtomus,Cyrillus Alexandrinus,& Peluſiota , qui pueri erant , cum Titus ille obiit.

370. Hilarij Pictauienſis Epiſcopi ſuccincta,ſed erudita ac ſolida eaplanatio, quæ totũ ferè Matthæi Euangelium in triginta tres Canones diſtinctum explicuit , allegorico magis quàm litterali ſenſu delectatus.

290. Didymi Aleaandtini liber vnus.

405. Chryſoſtomi continuæ explanationis Homiliæ nonaginta & vna,tom.2.& aliæ viginti ſeptem in aliqua loca particularia, quæ infrà annotabuntur. Habentur eodem tom.2. homiliæ quinquaginta quatuor, incerti , ſed probati autoris. Adiecta eſt in fine eiuſdem tom. 2. editionis Lutetiæ Pariſiorum anno 1614. breuis enarratio in Matthæum.

410. Chromatij Aquileienſis Epiſc. Commeotarij ,eruditione ac pietate inſignes , ex quibus ſolùm eatate dicuntur de octo beatitodinibus homiliæ duæ, tom. 2. Biblioth. PP. & fragmenta in cap.3.4. & 6.

420. Hierooymi lib. 4. Commentariorum ad Euſebium Cremoneoſem, tom.6.

430. Auguſtioi triplex eapoſitionis genus, nempe Cõtinuum Quæſtionum,& Homiliaſticum. In genere Continuo,adhuc Presbyter ſcripſit de ſermone Domini io monte ſuper 5.6. & 7.cap. lib. 2. oſtendens illo ſermone omnia contineri præcepta,quæ ad informandam Chriſtiani hominis vitam pertinent. In genere quæſt. collegit iam Epiſcopus Euangelicarum Quæſt.ea Matthæo,lib.1.non ſecundum ordinem Euangelicorum capitum , ſed iuata occaſiones eorum,qui ipſum de talibus conſulebant quæſtiooibus; quas poſteà redegit in ordinem,quem tamen incuria librariorũ confu ſit. In genere Homiliaſtico reliquit homilias,ſiue ſermones ad populum habitos, quadraginta tres,qui ſuis iofrà annotãtur.loc.

790. Ioannis Maiſtroſij Scoti libri rtea.

800. Claudij Scoti, Bedæ diſcipuli , explanatio.

830. Chriſtiani Druthmari , Monachi, natione Galli, Commentarius.

880. Remigij Antiſiodorenſis , liber vous.

1070. Goitmoodi Epiſcopi Auerſani Commentaria, tom.16. magnæ Biblioth. P P. pag. 277.

1130. Hugonis Victorini, Allegoriarom libri duo.

1230. Guillielmi Pariſieoſis Epiſcopi liber vnus.

1270. Sancti Thomæ Aquinatis lectura, tom. 14.

1320. Ioanois Glodeſloo Carmelitani Commentaria.

1410. Ioannis Dominici, Cardinalis , Ordin. Prædicat. Expoſitio ſcholaſtica.

1440. Alphonſi Toſtati Epiſcopi Abulenſis libri viginti quinque.

1530. Franciſci Titelmani , Ordinis ſancti Franciſci Capucinorum , olimque in Academia Louanienſi Profeſſoris , Eaplanatio.

1536. Ioannis Feri, Otd. S. Franciſci libri quatuor , quibus Matthæi Euangelium pro concione explicator.

1540. Friderici Nauſeæ , Epiſcopi Vieooæ in Auſtria , Paraphraſis.

1540. Ioannis Hoffmeiſteri , Ord. Auguſtini , liber vnus.

1550. Tilmani Carmelitæ , lectoris Academiæ Colooienſis , ſcholaſtica lectiooe , liber vnus.

In cap. 1. Liber generationis , Auguſtini , tom. 10. ſermo 63. de diuerſis Iulij Africani, de diſſonantia quæ videtur eſſe in Genealogia Saluatoris apud Matthæum, & Lucam,elegans epiſtola ad Ariſtidem Philoſophum ; cuius magna pars ad Euſebio , initio Eccleſiæ hiſtoriæ recitatur. Verſiculo 18. [Chriſti autem generatio ſic erat , cùm eſſet deſponſata] Sancti, Chryſologi de Chriſti generatione : ſermo 146. De Maria deſpoonſata , Origenis homilia prim.

in diuerſis, v.20.[*Ioſeph fily David noli timere*] Chryſologi ſermo 145. v.21.[*Pariet autem filium*] De perpetua virginitate Mariæ, Hugo Victurinus tom. 3. In laudibus Virginis Matris, D.Bernardi hom.quatuor. De Natiuitate, Virginitate, Parttuitione, Purificatione & Aſſumptione Deiparæ, Hildephonſus pluta babet, tom. 9. Biblioth. P P. Habetur & idiotæ Contemplatio de B.Mariæ to. 5.v.23. &c. [*Vocabunt nomeneius Emmanuel*] Richardi de S.Victore libri duo de Emmanuële, tom.1.

In cap. 2. v. 1. De aduentu Magorum, Auguſtini ſerm.1.ex 17.additis à Pariſienſibus, tom. 10.& ſerm. 9. de ſanctis. Item Gregorij Magni hom.10. libri 40. homiliarum, tom. 3. De Epiphania Domini, Chryſoſtomi hom.1. ex variis in Matthæum, tom.2. S. Ambroſij, ſermo 18.19.20.& 21.tom.5. Chryſologi ſermo 156. 157. 158. 159.& 160. S. Sedati Epiſcopi hom.extat tom.15. Biblioth. PP. Sancti Bernardi ſermones, tres, & quartus in octaua Epiphaniæ de circumciſione; Baptiſmo; & verbis Domini ad Ioannem [*Sic decet nos implere omnem iuſtitiam*] Verſ. 13. de apparitione Angeli ad Ioſeph, Origenis homilia 3. in diuerſis, tom.2. Chryſoſtomi homilia 4. ex diuerſis, tom. 2. de fuga Chriſti in Ægyptum, Chryſologi ſermo 150. & 151. v. 16. de cade infantium, Auguſtini ſermo 10. de ſanctis, tom. 10. Chryſologi ſermo 142. & 153. De natali Innocentium, Chryſoſtomi homilia 2. & 3. ex diuerſis tom. ſecund.

In cap. 3. v. 1. [*Ioannes Baptiſta prædicans in deſerto Iudææ & dicens pœnitentiam agite*] Baſilij epiſtola ad Chilonem de vita ſolitaria tom 4. ſancti Auguſtini de vita Eremitica ad ſororem, tom.1. Chryſologi ſermo 167. verſ. 14. [*Ego à te debeo baptizari*] De Baptiſmo Chriſti, ſiue de Theophania Domini, Gregorij Thaumaturgi ſermo vnus. De gratia Baptiſmi ſancti Ambroſij ſermo 41. tom. 5. Auguſtini ſermo 63.de verbis Domini, tom. 10. S.Chromatij Epiſcopi Aquileienſis Tractatus, extat tom. 2. Biblioth.PP. De ſuperexcellenti Baptiſmo Chriſti, itémque de miſſione Spiritus ſancti, Richardi à ſancto Victore, tom. 1. v. 15. [*Sic enim decet nos implere omnem iuſtitiam*] S. Bernardi ſermo 4. in Epiphania.

In cap. 4. v.1.[*Tunc Ieſus ductus eſt in deſertum*]. Chryſoſtomi homilia 5. ex variis, tom. 2. Gregorij Magni lib. 40. homil. homil. 16. tom. 3. verſ. 17. [*Pœnitentiam agite*] Auguſtini ſermo 1. de verbis Domini, tom.10. De vocatione quatuor Apoſtolorum, Gregorij Magni, libro 40. homiliarum homil. 5. tom.3.

In cap. 5. Leonis I. homiliæ duæ. De octo beatitudinibus, S. Chromatij Epiſcopi Aquileienſis homiliæ duæ extant tom. 2. Biblioth. PP. Chryſoſtomi homilia 6. ex diuerſis, tom. 2. Gregorij Nyſſeni libri ſeptem. Sancti Auguſtini de ſermone Domini in monte libri duo, tom. 4. Eiuſdem de beatitudine pauperum, ſerm.14. ex additis ad tomum 10. Verſ. 16. [*Luceat lux veſtra coram hominibus*] Auguſtini ſermo 2. de verbis Domini, tom. 10. Verſ. 19. [*Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum*] Sancti Chryſoſtomi homilia 7. ex diuerſis, tom. 2. Auguſtini ſermo 3. de verbis Domini, tom. 10. Verſ. 21. [*Audiſtis quia dictum eſt antiquis*, &c.] Auguſt. ſermo 59. de tempore. tom. 10. Verſic. 22. [*Qui dixerit fratri ſuo Racah*] Auguſtini ſermo 4. de verbis Domini, tom. 10. Verſ. 24. [*Diligite inimicos veſtros*] Eiuſdem ſermo 170. de tempore tom. 10. Chryſoſtomi homilia 8. ex diuerſis tom. 2. De iniuria æquo animo toleranda Chryſologi ſermo 38.

In cap. 6. D. Bonauenturæ expoſitio, tom. 2. Verſ. 1. [*Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis*] Zenonis Veronenſis, de iuſtitia ſermo vnus. Verſ. 2. [*Cùm ergo facies eleemoſynam*] S. Cypriani Tractatus vnus de eleemoſyna. S. Ambroſij ſermo 30.31.39.tom.5. Verſ. 3. [*Neſciat ſiniſtra tua*] Auguſt. tom. 10. ſermo 10. De tempore. De oratione Dominica, Tertulliani liber vnus. S. Cypriani tract. vnus. Chryſoſtomi hom.9. ex diuerſis, tom.2. S. Auguſtini ſermo 126.& 182. de tempore, & ſermo 42. inter 50. hom. Chryſologi ſermo 67.68.69.70.71. & 72. Venantij Fortunati pia, breuis & elegans enarratio. Ioannis Franciſci Pici Mirandulani expoſitio. Hermani Cartuſiani ſermones 50. Verſ. 16. [*Cùm ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ*] Origenis hom. 4. ex diuerſis tom. 2. Zenonis Veronenſis, de ieiunio, ſermo vnus, Et S. Ambroſij ſermo 27. tom. 5. De ieiuniis & quadrageſima, eiuſdem ſermo 38. De quadrageſima, eiuſdem ſermo 23. 24. 25. 26. 34. 36.& 37. De quadrageſimali ieiunio, S. Chryſologi ſermo 166. De ieiuniis & eleemoſynis S. Ambroſij ſermo 29.& 33.tom.5. Chryſoſt. hom. 10.& 11. ex variis, tom.2.& Chryſologi ſermo 9.8.41.& 42. Verſ. 34. [*Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum*] D. Hieronymi epiſt. ad Amandum, tom. 3. Gregorij Niſſeni orat. 8. S. Bernardi ſermo 27.

In cap. 7. v. 1. [*Nolite iudicare & non iudicabimini*] Auguſtini ſermo 202. de tempore, tom. 10. Verſic. 7. *Petite & dabitur vobis*, eiuſdem Auguſtini ſermo 5. De verbis Domini, tom. 10. De parabola zizaniorum eiuſdem, ſermo 39. de ſanctis, tom. 10. Verſic. 15. [*Attendite à falſis Prophetis*] S. Chryſoſtomi homilia 11. ex diuerſis tom ſecund.

In cap. 8. De leproſo mundato, Origenis homilia 5. in diuerſis, tom. 2. de puero Centurionis, Auguſtini ſermo 6. de verbis Domini, tom 10. Chryſologi ſermo 15. Verſic. 13. [*Sicut credidiſti fiat tibi*] S. Auguſtini de vtilitate credendi, liber vnus, tom.6. Verſ. 14. De ſocru Simonis febricitante, Chryſologi ſermo 16. Verſ. 19. &c. S. Auguſtini ſermo 7. de verbis Domini, tom. 10. De tribus quorum vnus dixit: Domine ſequar te quocunque ieris, & reprobatus eſt: Alius autem audebat, & excitatus eſt: tertius differebat, & culpatus eſt. Item de primo, ſcilicet de ſcriba, cui Chriſtus ſequi ſe non permiſit, Chryſologi ſermo 19 V. 20. *Vulpes foueas habent*, Ambroſ. ſermo 79. tom. 5. De vulpibus foueas habentibus. V. 23. De ſedata maris tempeſtate, Chryſologi ſermo 20.& 21 V. 24. *Et ecce motus magnus factus eſt in mari*, Origen. homilia 6. in diuerſis tom. 2. Verſ. 28. De duobus Dæmoniacis, ſancti Chryſologi ſermo 13.

In cap. 9. v. 2. De Paralytico , S. Chryſologi ſermo 50. qui Hieronymo & Chryſoſtnmo adſcribiunt : Chryſoſtomi bnm. 13. tom. 1. De conuerſione Matthæi, Chryſoſt. hom. 14. ex diueeſis , tom. 2. Verſ. 10. de Matthæo eum Chriſto & Publicanis manducante Chyſologi ſerm. 23. 29. & 30. De muliere , ſanguinis fluxu laborante, Antipatri Boſtrenſis Epiſcopi hom. vna , citatur in 2. Synodo Nicæna, actione 4. Verſ. 14. de Phariſæorum, & diſcipulorum Ioanuis ieiunio ; Chryſologi ſerm. 31.

In cap. 10. de miſſione duodeciin Apoſtolorum , Gregorij Magni lib. 40. homilia 4. tom 3. Verſ. [*ibi manete donec exeatis*] De iure Heſpitalitatis in Eoangelio ſancti Ambroſij , ſermo 32. tom. 5. Veeſ. 28. [*Animam autem non poſſunt occidere*] Auguſtini de immoctalitate animæ , liber vnus tom. 1.

In cap. 11. v. 2. [*Ioannes autem cùm audiſſet in vinculis opera Chriſti mittens* , &c.] De Ioanne in vineulis Gregorij Magni lib. 40. homil. homilia 6. tom. 3. De Diſcipulis quos Ioannes miſit ad Chriſtum Hieronymi epiſtola 151. ad Algaſiam , quæſtio prima , tom. 3. Verſ. 11. [*Inter natos mulierum*] Augnſtini , de verbis Domini , ſermo 44. inter 50. homilias tom. 16. Verſ. 25. [*Confiteor tibi pater*] Auguſtini ſermo octo , de verbis Domini , tom. 10. Verſ. 28. [*Venite ad me*] Eioſdem, ibidem ſerm. 9. & 10.

In cap. 12. v. 1. [*Abiit Ieſus per Sata ſabbato*] ſancti Athanaſij homilia vna. Verſ. 10. de Sabbato quo Dominus manum aridam eutauit , ſancti Ambroſij ſermo 8. tom. 5. Auguſtini ſermo 11. de verbis Domini. Verſ. 20. [*Arundinem quaſſatam non confringet*] ſancti Hieronymi quæſtio 2. epiſtolæ 151. ad Algaſiam. Verſ. 32. [*Quicunque dixerit verbum contra filium hominis*] Theognoſti, teſte Athanaſio , viri admirandi , Tractatus, quem citat idem Athanaſius . libro quem ſuper eodem loco compoſuit [*Qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum*] De peccato in Spiritum ſanctum , Athanaſij liber vnus , tom 3. De verbo in Spiritum ſanctum, S. Hieronymi epiſt. 149. ad Marcellam tom. 3. S. Auguſt. ſermo 11. de verbis Domini, tom. 10. Verſ. 33. [*aut facite arborem bonam*] Auguſt. ſerm. 12. de verbis Domini, tom. 10. Verſ. 49. [*Ecce mater mea & fratres mei*] Greg. Magni lib. 40. hom. homilia 3. tom. 3.

In cap. 13. De Parabola xizaniorum : Origen. bom. vna, tom. 2. Chryſologi ſerm. 96. & 97. De theſauro abſcondito, Orig. hom. vna, tum 2. & Gregorij M. lib. 40. homil. hom. 11. tom. 3. De Margarita , S. Ambroſij ſermo 6. tom. 5. De eadem Margarita & Sagena miſſa in mare , Chryſologi ſerm. 47. Verſ. 54. [*veniens in patriam ſuam*] Chyſologi ſerm. 48. & 49

In cap. 14. Origenis Commentarius, tom. 2. De de collatione S. Ioannis Baptiſtæ, vbi & de muliere mala , Chryſoſtomi homilia 15. & 16. ex diuerſis, tom. 2. De Chriſto ambulante ſuper aquas , & Petro titubante , Ambroſij tum. 3. ſerm. vnus. D. Auguſtini ſermo 13. & 14. de verbis Domini, tom. 10.

In cap. 15. de tradirionibus ſeniorum, Origenis homilia vna, to. 2. de Chananæa: Eiuſdē hom. 1. aliæque ſeptem ad diueeſos , tom. 2. Chryſoſt. hom. 17. ex diuerſis, tom. 2. Auguſt. ſerm. 74. de tempore, tom. 10. De turbis ſanatis : Origenis homilia vna : & alia de ſeptem panibus multiplicatis, tum. 2.

In cap. 16. v. 1. de Phariſæis, & Sadducæis ſignum de cœlo poſtulantibos : Origenis homilia vna: & alia de fermento Phariſæorum , tom. 2. Verſ. 13. de eo quod Chriſtus percontatus eſt: *Quem dicunt homines eſſe filium hominis?* Origen. tractatus 1. to. 2. Auguſt. ſerm. 234. & 235. de tempore tom. 10. Verſ. 17. de fide Petri: S. Ambroſ. ſerm. 47. tom. 5. Verſ. 4. *Si quis vult venire poſt me*: Origen. tractat. 2. tom. 1. D. Hieron. quæſt. 3. epiſt. 151. ad Algaſiam, tom. 3. Gregor. M. lib. 4. homil. hom. 32. tum. 3.

In cap. 17. De transfiguratione Chriſti: Origen. tract. 3. tom. 2. & Ephrem Syri homil. vna. Leonis I. Papæ ſerm. vnus. Leontij Neapoleos Epiſcopi homilia vna , citata in ſexta actiune Synodi Nicenæ II. De Dæmoniaco lunatico : Origen. tractatus 4. tom. 2. & Auguſtini ſerm. 230. de tempore , tom. 10.

In cap. 18. v. 1. [*Quis putas maior eſt in regno calorum?*] Oeigen. tractatus 5. tom. 2. Ambroſij ſeem. 10. tom. 6. Ver. 6. [*væ mundo à ſcandalis*] Chryſuſt. homil. 18. ex variis tom. 1. Verſic: 15. [*Si peccauerit in te frater tuus*] eiuſdem hom. 19. & 20. ibid. De correctione fraterna Auguſtin. ſermo 15: & 16. de verbis Domini, tom. 10. De ſeruo nequam : Origenis tract. 7. tom. a. Et Pauli Diaconi ſuper ea parabola Regis , volentis ponere rationem cum ſeruis ſois, extat tom. 15. Biblioth. PP.

In cap. 19. v. 3. De quæſtione Phariſæorum ſuper diuortio & repudio : Gregor. Nazianzeni hom. vna. S. Chryſoſt. hom. 21. ex diuerſis, tom. 1. Aſterij Amaſeæ Epiſc. hom. extat tom. 13. Biblioth. M. S S. pag. 561. Verſ. 12. [*Sunt Eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt*] S. Auguſtini de continentia liber vnus , tom. 4. v. 16. [*Quid boni faciam*, &c.] Origen. tractat. 8. tom. 1. Verſ. 17. [*Si vis ad vitam ingredi* , &c.] Auguſt. ſerm. 205. de tempore , & ſerm. 17. de verbis Domini, tom. 10. Verſ. 21. [*Si vis perfectus eſſe*, &c.] Eiuſdem ſerm. 253. de tempore , tom. 10. & D. Hieronymi epiſtolæ 150. quæſt. 1. ad Hebidiam , tom. 3. Verſ. 24. de camelo per foramen acus tranſeunte , Ambroſij ſermo 4. tom. 5. Verſ. 27. [*Ecce nos reliquimus omnia*] Origen. tractatus 9. tom. 2. Chryſoſt. hom. 21. ex diuerſis, tom. 2.

In cap. 20, D. operariis in vineam miſſis : Orig. tract. 10. tom. 2. & Gregor. M. lib. 40. hom. hom. 19. tom. 3. Verſ. 18. [*Ecce aſcendimus Ieroſolymam*] Org. tract. 11. eiuſdem tract. 12. de matre filiorum Zebedæi, & tract. 13. de duobus cæcis tom. 1. Item Auguſt. ſerm. 52. de tempore, & 18. de verbis Domini, to. 10. & Theodoti Ancyræ in Galatia Epiſcopi homilla vna.

In cap. 21. Origenis tractatus 14. 15. 16. 17. 18. & 19. tom. 2. Verſ. 2. [*Ite in Caſtellum quod contra vos eſt*] Athanaſij ſerm. vnus tom. 3. v. 9. [*Hoſanna filio Dauid*] D. Hieronymi epiſtola ad Damaſum 145. tom. 1. S. Chryſoſtom. hom. 23. ex diuerſis , tom. 2. & hom. 24. de arbore ficus areſacta.

In cap. 22. de Rege faciente nuprias filio ſuo : Origenis tractatus 20. Gregorij 1. Magni lib. 40. homil. 28. tom. 3.

In v. 21. De reddendis quæ ſunt Cæſaris,

Cæſari: Origenis Tractatus 21.tom.2.S.Ambroſij ſerm.7.tom.5. Chryſoſtomi hom.25. ex diuerſis, tom.2. D.Auguſtini ſermo 19 de verbis Domini, tom.2.

v.24. De reſurrectione mortuorum: Origenis Tractatus 22.tom.10.

v.27. [*Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde &c.*] Origenis Tractatus 23.tom.2.

v.39. [*Diliges proximum tuum.*] Auguſtini ſermo 38.inter 50.homilias, tom.10.

In cap.23.v.3. [*Omnia quæcunque dixerint vobis, ſeruate, & facite.*] Origenis Tractatus 22.tom.2. Eiuſdem in v.13. [*Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia clauditis regnum cælorum.*] Tractatus 25. Eiuſdem in v.29. [*Væ vobis Scribæ & Phar. hypocritæ qui ædificatis ſepulchra Prophetarum.*] Tractatus 26.tom.2.

In cap.24. De ſtructura & deſtructione Templi: Origenis Tractatus 27. Eiuſdem in v.6 [*Audituri enim eſtis prælia, & opiniones præliorum.* Tractatus 28.

Et in v.15. [Cùm videritis abominationem, &c.] Tractatus 29.tom.2.v.19. [*Væ autem prægnantibus,&c.*] D.Hieronymi quæſt.4. epiſt.15. ad Algaſiam, tom.3. D.Auguſtini ſermo 20. de verbis Domini, tom.10. S.Ambroſij ſermo 28. qui etiam agit de duobus in lecto vno; ſicut & ſerm.29. tom.5. S.Auguſtini tom.4. lib.8. qq. ad Dulcitium: vtrum ſtatim in aduentu Domini futurum ſit iudicium, an ſpatio temporis interpoſito?

v.27. *Sicut exit fulgur ab Oriente & paret in Occidentem.*]Origenis Tractatus 30.tom.2.

v.36. [*De die illa nemo ſcit.*] Auguſtini ſermo 21.de verbis Domini, tom.10. De poteſtate plagarum in fine mundi, Richardi à S. Victore, liber vnus, tom.1. Et alius ſubſequens de iudiciaria poteſtate in finali iudicio. De conſummatione mundi. De Antichriſto, & ſecundo Chriſti aduentu: Hippolyti Epiſcopi Portuenſis & Martyris Oratio, extat tom.12. Biblioth. SS. PP. flor. an.220.

In cap.25. De decem virginibus: Origenis Tractatus 22.tom.2. Auguſtini ſermo 22. & 23. da verbis Domini, tom.10.& quæſt.59. in libro 83. quæſt.tom.4. Gregorij M.lib.40. homil.hom.12. tom.3. De quinque talentis, Origenis Tractatus 33. tom.2.Theodori Ancyræ Epiſcopi homilia vna. Gregorij M. lib. 40. homil.hom.9. tom.3.De aduentu filij hominis ad Iudicium,Origenis Tractatus 34.& homilia 9.in diuerſis, tom.2.

v.34 [*Venite benedicti.*] Auguſtini ſermo 38. de ſanctis, tom.10.

In cap.26. 27. & 28. Origenis Tractatus 35.ac vltimus,tom.2.

In cap. item 26. De myſterio Paſchæ,Ambroſij liber vnus, tom.2. In verba conſecrationis ex quatuor Euangeliſtis deſumpta, Antonij Puccij Cardinalis homiliæ 14. piæ & eruditæ: floruit an.1540. De corpore & ſanguine Domini, Durandi Leodienſis Epiſcopi epiſtola valdè elegans ad Henricum I.Galliarum regem, extat tom.3. Biblioth.PP.

v.29. [*Non bibam de hoc genimine vitis.*] Hier.epiſt.150. ad Hedibiam,quæſt.2. tom.3.

In cap.27. De Paſſione Chriſti:S.Athanaſij concio eloquentiſſima, tom.3. In hiſtoriam Dominicæ Paſſionis:Antonij Gueuarij, Ord. S.Franc. Epiſcopi Mendonenſis, opus eruditum, Hiſpanicâ linguâ cultiore, quod Montis Caluarij titulo inſcriptum eſt: & Galli, Germani, Italique in ſuas quique linguas tranſtulere. Da cruce Chriſti, S.Ambroſij ſerm.55.& 56.tom.5. De pretioſæ vitaliſque crucis veneratione, Chryſoſt. homil. vna, & alia de eiuſdem virtute, quæ ſunt vltimæ, tom.1. De ſeptem verbis Domini in Cruce prolatis, Arnoldi Carnotenſis, Abbatis Bonæ-Vallis Tractatus, extat tom.1. Bibl.PP.

In cap.28. De reſurrectione: Zenonis Veronenſis ſermo vnus. Chryſologi ſermo 74. 75.77.& 79. De tempore reſurrectionis Chriſti, & quæ in eo contigerunt: Hieron. epiſt. ad Hedibiam quæſt.3. tom.3. De Chriſti reſurrectione, & ſecunda manifeſtatione facta mulieribus à monumento regredientibus, Chryſologi ſerm. 76. & 80. De fide reſurrectionis,Ambroſij Oratio, tom.3. Eiuſdem de die ſancto Paſchæ, & de innouatione fidelium,ſerm.52.53.& 54.tom.5.Chryſol.ſer.73.

v.19. [*Docete omnes gentes, baptizantes.*] S.Auguſt.de catechizandis rudibus,lib.vnus, tom.4. Et de Baptiſmo paruulorum contra Pelagianos,ſerm.14.de verbis Apoſt. tom.10.

IN MARCVM.

In Particulari.

400. Victoris Presbyteri Antiocheni Cõmentarius,extat tom.1. Bibl.PP.

405. S Chryſoſtomi homil. quatuordecim tom.2. ſuis recenſentur locis.

420. S. Hieronymi expoſitio, falſo ei adſcripta, tom.6.

1130. Hugonis Victorini, Allegoriarum liber vnus,tom.1.

1390. Ioannis de Iſdinio Doctoris Pariſienſis expoſitio.

1546. Ioannis Hoffmeiſteri,Ord.S.Auguſt. liber vnus.

In cap.1.Chyſoſt. homiliæ ſex ex 14.ſuprà citatis, tom.2.

In cap.3.v.1. De eo qui habebat manum aridam,Chryſologi ſerm.32.

In cap.5.v.1. De Dæmoniaco, in quo erat legio,Chryſologi ſerm.17.Hugonis de S.Victore ſerm.29. tom.2.

v.22. De filia Iairi archiſynagogi, deque muliere ſanguinis profluuio laborante; Chryſologi ſerm.33.34.& 36. De eadem Hæmorrhoiſſa, eiuſdem ſerm.35.& D.Chryſoſt. hom.7. in qua duplex myſterium tropologicè explicatur, Hæmorrhoiſſæ videlicet, quæ ſiccato ſanguinis fonte, ad Dominicæ fimbriæ contactum ſanata eſt; & filiæ Archiſynagogi ad vitam reuocatæ.

In c.6.v.1.[*Abiit in patriam ſuam.*] S.Chryſologi ſerm.48.& 49. vbi de inuidia agitur.

v.13. *Et vngebant oleo multos ægros; & ſanabant.* Chryſologi ſerm.170.

v.14. Chryſologi ſermo 173.

v.27. *Et decollauit eum in carcere.* Eiuſdem ſermo 127. qui & adſcribitur Chryſoſt. & ſerm.174.

In cap.7.v.1.De Diſcipulis,illotis manibus prandentibus, Chryſol. ſerm.171.

v.26. De Syrophœniſſa, ſeu Chananæa, Chryſologi ſermo 100.

In cap. 8. De turba famelica ſequente Chriſtum: Auguſtini ſerm.209. de tempore, tom.10.Chryſoſt.tom.2.hom.8.in qua oſtendit, quantum interſit, inter hanc quatuor millium cibationem de ſeptem panibus,pauciſque piſciculis, & aliam quinque millium de quinque panibus, & duobus piſcibus.

v.22. [*Et adducunt ei cæcum.*] Chryſoſtomi hom.9.in qua & cæci Hierichuntini commeminit,de quo c.10.alteriuſque ad alterum allegorica fit collatio; demum ad priorem recurrit totus.

v.39. [*Sunt hic quidam de hic ſtantibus qui non guſtabunt mortem.*] Chryſoſt.hom.10. initio, vbi explicatur, quomodo alij guſtant mortem, alij vident, alij comedunt, alij ſaturantur, alij reficiuntur.

In cap.9. Chryſoſt. hom.10. vbi de Chriſti transfiguratione, paulò poſt initium.

v.16. De Dæmoniaco, ſurdo, & muto, Chryſol. ſerm.51.& 52.

In cap.11. De pullo aſinæ, qui nondum frænos paſſus,gentilitiæ idololatriæ Symbolum præferens ad Dominum per Diſcipulos adduci iubetur,Chryſoſt.hom.11.tom.2.

v.15.Eiuſdem hom.13.de ſecunda eiectione vendentium & ementium ex adytis Templi, quam ad excidium Ieroſolymæ tropologicè refert.

v.20. Eiuſdem hom.12. de ficu quæ ad vocem Domini exaruit.

In cap.13.v.32. [*De die autem illo, vel hora, nemo ſcit.*] Chryſoſt.hom.14.ſeu vltima.

In cap.16. De mulieribus ad monumentum venientibus, Gregorij Magni lib.40. homil. hom.21.tom.3. De Chriſti reſurrectione, & quarta manifeſtatione facta duobus Diſcipulis euntibus in Caſtellum:Chryſologi ſermo 82 De eiſdem Diſcipulis, quibus Chriſtus in alia effigie apparuit Auguſtini ſerm.146. de tempore,tom.10.

v.14. De vndecim Diſcipulis recumbentibus: Auguſtini ſerm.5.ex 27. additis ad tomum 10.Gregorij M. lib.40. homil. hom.29. tom.3. De noua manifeſtatione illis facta: Chryſologi ſerm.83.

IN LVCAM.

In Particulari.

160. ORigenis tom.2. homiliæ triginta nouem, quas ceu parùm elaboratas, & nonnullis etiam erroribus inſperſas, Hieronymus earum Interpres excuſat, tanquam ab Origene admodum iuuene enaras. Alia ſunt enim iuuentutis præludia, & alia ſenectutis ſeria.Priores triginta tres,Lucam, continuatâ expoſitionis ſerie, à principio Euangelij vſque ad medium quarti capitis: ſex verò poſteriores varia quædam loca explanant: ideoque has vltimas ſolùm, iis quibus reſpondent locis,annotare ſufficit.

260. Zenonis Veronenſis ſermo vnus.

360. Titi, Boſtrorum in Arabia Epiſcopi, Commen.extant tom.13.Bibl. PP.pag.762.

380. S.Ambroſij Commentariorum interruptæ expoſitionis, libri decem iuxta myſticam intelligentiam ſuccinctè digeſti, tom.3.

390. S. Epiphanij Pauimentum, in quo conſtituit omnia loca à Marcione adulterata, inſeritur primo Panarij libro hær.42.

400. S.Chryſoſt. aliquot homiliæ, tom.2. quæ ſuis annotantur locis.

430. S.Auguſtini quæſtionum liber vnus, eadem ſerie,qua alter in Matthæum.Et ex varia locis in Lucam ſermones 26. qui ſuis etiam annotantur locis.

720. Ioannis Beuerlacij Archiepiſcopi Eboracenſis, Commentarij.

830. Chriſtiani Druthmari Grammatici expoſitio,extat tom.16.Bibl.PP.pag 277.

1130. Hugonis Victorini, Allegoriarum liber vnus,tom.1.

1280. S.Bonauenturæ expoſitio,tom.2.

1396. Michaëlis Anguani, Carmelitarùm Generalis,liber vnus.

1490. Huberti Leonardi,Epiſcopi Darienſis,Ord.Carmelit.liber vnus.

1540. Iſidori Clarij in varia Lucæ loca orationes 54.verborum elegantia, & ſententiarum grauitate refertæ.

1546. Ioannis Hoffmeiſteri,Ord.S.Auguſt. liber vnus.

In Proœmium Lucæ, S. Ambroſij Commentarius,tom.3.

In tria prima capita, Claudij Seiſelli,Epiſcopi Maſſilienſis,ingens & elegans volumen, De triplici ſtatu viatoris. In 1. cap.pœnitentium ſtatum ſub perſona Eliſabeth,& Zachariæ deſcribit. In 2. ſub ortu Præcurſoris, de proficientium, & in 13. ſub typo redemptoris,de perfectorum ſtatu myſticè pertractat.

De Natali Ioannis Baptiſtæ, S.Ambroſij ſerm.63.64.& 65. tom.5.

In cap.1.v.5. De annuntiatione, & Conceptione Ioannis: S. Chryſologi ſerm. 86. 87.88.89.90.& 91.

v.26. *Miſſus eſt.* S. Auguſtini ſerm.18. de ſanctis,tom.10.S.Bernardi hom.4. Auguſtini Anconatis vtilis tractatus.

v.28. *Aue gratia plena.* De Annuntiatione B.Mariæ: S.Gregorij Thaumaturgi ſermones tres. S. Athanaſij homilia vna. Chryſologi ſerm.140. 142. 143. & 144. Ægidij Romani opuſculum. S. Bernardi ſermones tres, & alius,cuius initium eſt: Aue Maria: & ſermo. 2.& 3.ex paruis. De ſalutatione Angelica, & Cantico B. Mariæ: S. Antonini, ex Ordine Prædic. Archiep. Flor. volumen productum, ſcholaſtica methodo ac ſtylo diſpoſitum.

v.47.In Canticum Magnificat:S.Auguſtini expoſitio,tom 9.Alberti M.liber vnus.Auguſtini Anconatis tractatus 2. Iacobi Chriſtopolitani Epiſc. explanatio; ſcripſit etiam in Cantic. Zachariæ,& Simeonis. Henrici Kalkiſeni, Ord.Prædic. liber vnus. Ioannis Gerſon libri 12.

v.48. *Quia reſpexit humilitatem.* S.Ambroſ. ad virginem Demetriadem, epiſt.84. tom.5. de vera humilitate.

v.57. *Elizabeth autem impletum eſt tempus parendi.* De Natiuitate S.Ioannis Baptiſtæ: S.Chryſoſt. hom. vna, tom.2. & D.Bernardi ſermones duo;alter de lucerna ardente & lucente;alter de Priuilegiis S.Ioannis Baptiſtæ.

In cap.2.v.1. *Exiit edictum à Cæſare.* Gregorij M. lib.40.homil.hom.8.tom.3. In vigilia Natiuitatis,S.Bernardi ſermones ſex.

v.7. *Et peperit filium ſuum primogenitum.* De

natali

natali Domini : S.Ambroſij ſermo 12. 13.14. 15. & 16. tom.5. S.Chryſoſt. homilia vna, tom.2. Procli diſcipuli S. Chryſoſtomi, & Epiſc. Conſtantinop. elegans homilia, quæ extat tom.15.Biblioth. PP. Chryſologi ſerm. 149. S.Bernardi ſermones octo. Verſ.20. De Circumciſione Domini & noſtra : S. Bernardi ſermo vnus, & alius de nominibus Chriſti. Verſ. 25. *Et ecce homo erat in Ieruſalem, cui nomen Simeon.* Cyrilli Archiepiſcopi Ieroſolymitani oratio de occurſu Domini, ſiue de Simeone Deum ſuſcipiente, extat tom.13. Biblioth.PP.pag.849.Methodi Tyri Epiſcopi Homilia de Simeone & Anna, quo die in Templo ſibi occurrerunt, deque S.Deipara : extat tom.15.Biblioth.PP.pag.604. De Propheta Simeone Chriſtum inter vlnas accipiente: Timothei Presbyteri Ieroſolymit. homilia, extat tom.13. Biblioth.PP.pag.844. In feſto Purificationis, S. Bernardi ſermones tres. Verſ 34. Quomodo Chriſtus poſitus ſit in ſignum cui contradicetur : Richardus à S.Victore, tom.1. Verſ.42. *Cùm factus eſſet annorum duodecim.* De puero Ieſu duodenni, S.Bernardi homilia vna, & alia Adilredi Abbatis Ciſtercienſis. Verſ.48. *Fili quid feciſti nobis ſic?* S.Auguſtini ſerm.2. ex 17. additis ad tom.10.

In cap.3. De prædicatione Ioannis Baptiſtæ, Chryſologi ſerm.137.Gregorij M.lib.40. homil. hom.20. tom.3. Verſ.7. *Quis oſtendit vobis fugere à ventura ira?* S.Ambroſij, de fuga ſæculi, liber vnus, tom.1. Verſ.8. *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* S.Ambroſij, de pœnitentia, libri duo: Et exhortatio ad pœnitentiam lib. vnus tom.1.

In cap.4. v.2. De tentatione Chriſti : Gregorij M.tom.3.lib.40.homil.hom.16. Verſ.3. & 4. De ieiunio Domini in deſerto, & quomodo non in ſolo pane viuit homo. S. Ambroſij ſerm.35. De ieiunio, & tentationibus Chriſti: Chryſologi ſerm.11.12. & 13.

In cap.5.v.29. De Matthæo cum Chriſto, & Publicanis manducante, Chryſologi ſerm. 28.29.& 30.

In cap.6.v.37. *Dimittite, & dimittemini.* Auguſtini ſerm.29. inter 50.homil.tom.10.

In cap.7.v.2. De Centurione, Chryſologi ſerm.102. Verſ.12. De filio viduæ Naim à mortuis excitato, de que corporum reſurrectione, Chryſologi ſerm.103. Verſ.32. *Cantauimus vobis tibiis & non ſaltaſtis.* S.Ambroſij ſerm.80.tom.5. De muliere peccatrice : Greg. Nyſſen. liber vnus, Auguſt.ſerm.29. inter 50. homil.tom.10. Chryſologi ſerm.93.94.& 95. De Mariæ pœnitentia : Gregorij M. lib.40. homil.hom.33. tom.3.

In cap.8. De parabola ſeminis : Athanaſij homil.vna tom.3. Gregorij M.lib.40. homil. hom.15.tom.3.

In cap.9.v.23. *Si quis vult poſt me venire.* Gregorij M.lib.40. homil. hom.32. Verſ.53. *Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Ieruſalem.* S.Hieronymi quæſt.5. epiſt. 151.ad Algaſiam, tom.3.

In cap.10. v.1. De miſſione 72. Diſcipulorum: Gregorij M.lib.40.homil.hom.17.tom.3. Verſ.16. *Qui vos ſpernit me ſpernit.* Auguſtini ſerm.24. de verbis Domini, tom.10. Verſ.22. *Omnia mihi tradita ſunt a Patre meo.* S.Athan. aduerſus Euſebium & eius ſectatores, liber vnus tom.1. Verſ.30. De eo qui incidit in latrones : Origenis hom.34. tom.2. Chryſoſt. homil. vna, tom.2. Verſ.38. Intrauit in quoddam Caſtellum : S.Auguſt. de Maria, & Martha, ſerm.26.& 27. de verbis Domini, tom.10. S. Bernardi ſermones quatuor, & alius ſermo 4. ex paruis.

In cap.11.v.1. *Domine doce nos orare.* Auguſt. ſerm.28. de verbis Domini, tom.10. integrè deſcriptus ex D.Ambroſio, cap.4.lib.5. de ſacramentis. Cypriani in Dominicam orationem, breuis & venuſta explanatio: & alia Venantij Fortunati. Verſ.5. *Si quis veſtrum habebit amicum.* Auguſt.ſerm.29. de verbis Domini, tom.10. Chryſologi ſerm.39. de perſeuerantia orationis. Verſ.11. *Quis ex vobis Patrem, &c.* S. Chryſologi ſerm.55. Verſ.25. S. Auguſtini, de Phariſæis extrinſecus paropſidem lauantibus, ſerm.30. de verbis Domini, tom.10. Verſ.29. De Ionæ Prophetæ ſerm.37. Verſ.52. Chryſologi, de inuidia & hypocriſi, ſerm.172.

In cap.12.v.4. *Ne terreamini ab iis qui occidunt corpus.* Deque morte contemnenda : Chryſologi ſerm.161. Verſ.13. *Magiſter dic fratri meo, vt diuidat mecum hereditatem,* Chryſologi ſerm.162. Verſ.16. De diuite cuius ager ferax fructûs vberes tulit. Zenonis Veronenſis ſermo vnus : S.Baſilij M. homilia vna tom.1. S.Ambroſij ſerm.81.tom.5. S.Auguſt. ſerm.58. ex 50.homiliis tom.10. Chryſologi ſerm.104. Verſ.22. *Nolite ſolliciti eſſe animæ veſtræ, quid manducetis.* Eiuſdem ſerm.163. de terrenorum cura deſpicienda. Verſ.33. *Vendite quæ poſſidetis.* De terrenorum cura deſpicienda, & de ſeruo vigili : Chryſologi ſerm 22.23.24. & 25. Verſ.35. *Sint lumbi veſtri præcincti.* De lumbis præcingendis : Gregorij M. lib.40.homil. hom 13. tom.3. Verſ. 48. *Omni autem cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo.* S.Hildeberti Archiep. Turon. ſermo ſynodicus ad Paſtores, extat tom.3. Biblioth.PP. Verſ.42. De fideli diſpenſatore: Chryſologi ſermo 26. Verſ. 40. *Ignem veni mittere in terram.* Eiuſdem ſerm.164. Verſ.58. *Cum autem vadis cum aduerſario.* Origen.hom. 35. tom.2.

In cap.13.v.6. De ficulnea ſuccidenda: Auguſtini ſerm.31. de verbis Domini tom.10. Chryſologi ſerm.106. Gregorij M. lib.40. homil.hom.31. tom.3 Verſ.11. De muliere quæ habebat ſpiritum infirmitatis : Chryſol. ſerm.105. Verſ.19. De grano Sinapis: S.Ambroſij ſerm 1.& 2.tom.5. Chryſologi ſermo 98. Verſ.21. De fermento : S.Ambroſij ſerm. 5.tom.5. & S.Auguſtini ſerm.34. de Sanctis, tom.3. S. Chryſologi ſerm.99. Verſ.23. *Si pauci ſunt, qui ſaluantur.* Auguſtini ſerm.32. de verbis Domini, tom.10.

In cap.14.& 16. de cœna magna: Auguſtini ſerm.33. de verbis Domini tom.10.& Gregorij M. lib.40.homil. hom.36. tom.3. Verſ. 26. *Si quis venit ad me, & non odit Patrem ſuum.* Eiuſdem hom.37. ibid.

In cap.15.v.4. De centum ouibus : Gregorij M.lib.40 homil. hom.34. tom.3. Chryſol. ſerm.168. Verſ.8. De parabola drachmæ perditæ : Chryſologi ſerm.169. Verſ.11. De filio prodigo, & filio frugi, Hieron. ad Damaſum

Papam

Papam epiſt.146. quæ incipit: Beatitudinis tuæ, tom.3. Allegoricè pro Hebræo & Gentili populo. Auguſtini ſerm.34. de verbis Domini, tom.10. & ſermo 27. ad fratres in eremo eodem tom. Chryſoſtomi homil. vna, tom.2. Chryſologi ſermones quinque priores.

In cap.16. v.1. De villico iniquitatis: Aſterij Amaſeæ Epiſc. homil. extat tom.13. Bibl. PP. pag.561. S. Hieronymi quæſt.6. epiſt.151. ad Algaſiam, tom.3. Odonis Epiſc. Cameracenſis liber vnus: Chryſologi ſerm.125. & 126. Verſ.9. De Mammona iniquitatis: Auguſtini ſerm.36. de verbis Domini, tom.10. Verſ.19. De diuite & Lazaro: Aſterij homil. vna, extat tom.13. Biblioth. PP. pag.561. S. Auguſtini ſermo 25. de verbis Domini, tom.10. Chryſoſtomi homiliæ quatuor, tom.5. Gregorij M. lib.40. homil. hom.40. ſeu vltima, tom.3. Chryſologi ſerm.66. & 121. 122. 123. & 124.

In cap. 17. v.2. De ſcandalo tollendo: Chryſologi ſerm.27. Verſ.3. *Attendite vobis.* Eiuſdem ſerm.139. De remittendo fratri delicto. Verſ.7. *Quis veſtrum habens ſeruum arantem.* Chryſologi ſermo 161. Verſ. 33. *Quicunque quæſierit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam.* Origenis hom.36. tom.2.

In cap.18. v.2. De iudice iniquo: S. Auguſtini ſerm.33. de verbis Domini, tom.10. Verſ.10. De Phariſæo, & Publicano: Chryſoſtomi homilia vna, tom.2. in editione Pariſienſi, tom.3. v.22. *Omnia quæcunque habes, vende.* S. Baſilij ad diuites hom. vna, tom.1. De cæco exclamante: Origenis homilia vna, tom.2. Gregorij Magni lib.40. homil. hom.2. tom.3.

In cap.19. v.1. De Zachæo: Chryſoſtomi homilia vna, tom.2. in finem Chryſol. ſerm. 54. Verſ.30. *Et inuenietis pullum aſinæ.* Origenis hom.37. tom.1. Eiuſdem de fletu Chriſti ſuper Ieruſalem, hom.38. Item Gregorij M. lib.40. homil. hom.39. tom.3.

In cap.20. v.27. De quæſtione Sadducæorum, cuius ex ſeptem fratribus erit vxor, Origenis hom.39. tom.2.

In cap.21. v.10. De prælijs & ſeditionibus: Gregorij M. lib.40. homil. hom.35. tom.3. Verſ.18. *Capillus de capite veſtro non peribit.* Auguſtini ſerm.14. ex 50. homiliis tom.10. Verſ.19. *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.* S. Auguſtini de patientia, liber vnus, tom.4. Verſ. 25. *Erunt ſigna in ſole & luna:* Gregorij M. lib.40. homil. hom.1. tom.3. De defectione lunæ, Ambroſij ſerm.82. tom.5.

In cap.22. v.34. De negatione Petri: S. Ambroſij ſerm.46. tom.5.

In cap.23. De cruce & latrone: Chryſoſt. homilia vna, tom.2. De ſancto Latrone: S. Ambroſ. ſerm.44. & 45. tom.5.

In cap.24. De duobus diſcipulis euntibus in Emaus: Auguſtini ſerm.40. de tempore, tom.10. Gregor. M. lib.40. homil. hom.23. tom.3. S. Antonini Ordinis Prædicat. Trialogus in quo colloquentibus Chriſto in habitu viatoris & duobus Diſcipulis, omnia Vaticinia, Oracula, atque præſagia declarantur, quæ de vita, & morte, & reſurrectione Chriſti, in veteri Teſtamento ſcripta ſunt. Verſ.36. De Ieſu ſtante in medio Diſcipulorum: Auguſtini ſerm.4. ex 17. additis ad tom.10. De quinta Chriſti manifeſtatione facta Diſcipulis cùm Thomas abeſſet: Chryſologi ſerm.81.

IN IOANNEM.

In Particulari.

260. ORigenis, tom. 2. Tractatus, ſeu tomi, triginta duo ad Ambroſium Alexandrinum, quos Hieronymus excuſat ſe non auſum vertere, magnitudine laboris ac ſumptûs deterritum, ex his Ioachimus Perionius, Monachus Caſſinas nouem vertit, multis in locis mutilos & incompletos, quos ex clariſſima Chriſtaniſſimi Regis Bibliotheca nactus eſt, & nos infrà ſuis eus locis annotabimus.

260. Zenonis Veronenſis ſermo vnus.

390. Didymi Alexandrini liber vnus.

340. Theodori, Heracleæ Thraciarum Epiſc. Elegantes & aperti Commentarij pro litterali intelligentia.

405. S. Chryſoſtomi, Commentariorum homiliæ 87. perpetuæ, ac perfectæ enarrationis, tom.3. in quo habentur aliquot aliæ homiliæ, in Ioan. quæ infra annotantur.

420. Auguſtini enarratio, continens Tractatus 124 tom.9.

430. S. Cyrilli Alexandrini libri duodecim, tom.1.

7-0. Albini, ſeu Alcuini, ſuccinctæ, lucidæque breuitatis, Commentariorum libri 7.

830. Chriſtiani Druthmari Grammatici expoſitio, extat tom.16. Bibl. PP. pag.577.

1120. Ruperti Abbatis lib.14.

1130. Hugonis Victorini Annotationum ad litteram liber vnus, Item Allegoriarum liber vnus, tom.2.

1290. Ioachim Abbatis Commentarij, qui multa immiſcent de futuris temporibus vaticinia.

1280. S Thomæ Aquinatis lectura ſcholaſtica, tom.14.

1280. S. Bonauenturæ Poſtilla, & Collationes tom.2.

1320. Ioannis Glodeſton, Carmel. Commentaria.

1485. Guilielmi, natione Germani ex Aquiſgrano, expoſitionis liber vnus.

1510. Iudocus Clictoueus, Neoportuenſis, collegit ex Chryſoſtomo, & Auguſtino, explanationis in Ioannis Euangelium, libros quatuor, eoſque inſeruit 12. Commentariis S. Cyrilli, vt quatuor alios, puta 5. 6. 7. & 8. ex ipſis deperditos ſuppleret.

1530. Franciſci Titelmani, Ord. S. Franc. Capucinor. Paraphraſis.

1540. Ioannis Feri, Ord. S. Franc. Commentarij pro concionibus editi.

1540. Friderici Nanſeæ, Epiſc. Viennæ in Auſtria, Paraphraſis.

In cap.1. Origenis Tractatus, ſeu tomi priores nouem, fuſiſſimè caput explicantes vſque ad Baptiſmum Ioannis: eiuſdem hom.2. de diuerſis tom.2. Verſ.1. *In principio erat.* Zenonis Veronenſis, de æterna Filij generatione, ſermones tres. Verſ.6. De Ioanne Baptiſta: Chryſoſt. hom. vna, tom.3. Verſ.14. *Et Verbum caro factum eſt.* Ambroſ. de Incarna-

rionis ſacramento, liber vnus, tom.4. Chryſologi ſerm.147. & 148. De Incarnatione Verbi, Auguſtini libri duo, tom.4. eiuſdem ſerm.134. de tempore, & 38. de verbis Domini, tom.10. Hugonis Victorini diſputationes tres & Apologia de Verbo incarnato, tom.3. Richardi de S.Victore ad S.Bernardum, lib. vnus, tom.1. De incarnatione Verbi, eiuſque ad nos per corpus aduentu, S.Athanaſ. liber vnus tom.1. & tom.3. quatuor diuerſi Tractatus, videlicet; De Incarnat. Verbi contra Paulum Samoſatenſem. De natura humana ſuſcepta ab vnigenito Verbo. De Incarnatione Verbi contra Apollinarium. De ſalutari aduentu Chriſti contra eundem. Verſ.19. *Miſerunt Iudai.* Gregorij M. lib.40. homil. hom.7. tom.3. Verſ.23. *Vox clamantis in deſerto.* S.Thomæ ſerm.5. de Dominica 3. tom. 16. Verſ.48. *Vidi te ſub ficu.* Auguſt.ſerm.41. de verbis Domini, & ſerm.4. de tempore, tom.10.

In cap.2.v.1. *Nuptiæ factæ ſunt.* De miraculo ibi facto, Chryſoſt. hom. quæ incipit, Hirundinum pulli, tom.3. S.Bernardi ſermones duo poſt octauam Epiphaniæ, & ſerm 12. & 13. ex paruis. De aqua in vinum conuerſa; Auguſtini tom.10. ſerm.41. de tempore, & ſerm.41. de verbis Domini, tom.10. à Verſ. 12. *Poſt hæc deſcendit Capharnaum.* Vſque ad finem capitis. Origenis tomus, ſeu Tractatus 10.11.& 12. tom.2.

In cap.4. De Samaritana: Baſilij liber vnus ad Flauianum. Ambroſij ſermo vnus, tom.3. Verſ.13. *Omnis qui bibit ex aqua hac.* Vſque ad Verſ.45. *Cum ergò veniſſet in Galilæum, exceperunt eum Galilæi.* Origenis Tractatus 13. 14. 15.16.17. & 18. tom.2. Verſ.23. *Venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores.* Chryſoſtomi homil. vna, tom.3. De filio Reguli: Gregorij M.lib.40.homil.hom.28.tom.3.

In cap.5.v.5. De Languido, ſeu Paralytico annorum 38. Chryſoſtomi homilia vna, tom.3. Auguſtini tom.10. ſerm.42. de verbis Domini. Verſ.19. *Non poteſt filius facere quidquam, niſi, &c.* Eiuſdem hom.32.& 50.tom.10. Verſ.21. *Sicut Pater ſuſcitat mortuos.* Eiuſdem hom.22. ex 50. ibidem. Verſ.25. *Amen dico vobis, quia venit hora.* Eiuſdem ſerm.64. de Verbis Domini, tom.10. Verſ.31. *Si ego teſtimonium perhibeo de me.* Eiuſdem ſerm.43. De verbis Domini ibidem. Verſ. 39. *Scrutamini ſcripturas.* Eiuſdem ſerm.45. ibid.

In cap.6.v.55. *Qui manducat meam carnem, & bibit.* Auguſt. ſerm.46. de verbis Domini, tom.10. Eiuſdem de corpore & ſanguine I.C. & de humilitate tenenda, & arrogantia vitanda, ſerm.2. de verbis Apoſtoli, tom.10.

In cap.7.v.14. *Iam die feſto mediante.* Chryſologi ſerm.85.

In cap.8. De Adultera: S.Ambroſij epiſt. 76. ad ſtudium, tom.5. Auguſt. ſerm.47. de verbis Domini, tom.10. Verſ.31. *Si vos manſeritis in ſermone meo.* Eiuſdem ibid. ſerm.48. Verſ.19. *Neque me ſcitis, neque Patrem meum.* Ac ſequentibus. Origenis tomus, ſeu Tractatus 19.20.21.22.23.24.25.26.& 27. tom.2. Verſ.31. *Si vos manſeritis in ſermone meo.* Auguſtini ſerm.48. de verbis Domini, tom.10. Verſ.33. & 34. *Liberi eritis.* S.Ambroſij epiſt. 7. ad Simplicium, tom.5. de vera libertate agit. Verſ.46. *Quis ex vobis arguet me de peccato.* Gregorij M.lib.40.homil.hom.18.tom.3. Verſ.52. *Si quis ſermonem meum ſeruauerit, non guſtabit mortem.* Chryſologi ſerm.131.

In cap.9. De cœco nato: Ambroſ. Epiſt.75. ad Bellicium, tom.5. D. Auguſtini hom.43. ex 50.tom.10. Chryſologi ſerm.176. De illuminatione cæci nati: Antiochi Epiſc. Ptolemaïdos, miræ eruditionis & eloquentiæ, viri, luculentiſſima oratio, compunctione timoris Dei, & humilitate plena.

In cap.10. De Bono paſtore, & mercenario, & fure: Auguſt.ſerm.49. & 50. de verbis Domini, tom.10, Gregor. M. lib.40. homil. hom.14. tom.3. Chryſologi ſerm.40. Verſ.30. *Ego & Pater vnum ſumus.* Auguſtini ſerm.51. de verbis Domini, tom.10.

In cap.11. [De Lazaro à mortuis ſuſcitato] Zenonis Veronenſis ſermo vnus. Auguſtini ſerm.104. de tempore, tom.10. Chryſologi ſerm.63.64.& 65. Verſ.39. *Tollite lapidem.* Et quæ ſequuntur vſque ad finem capituli: Origenis Tractatus 28 29.30. & 31. tom.2.

In cap.12. 13. & 14. Laurentij Iuſtiniani, Venetiarum primi Patriarchæ, liber elegans, & dulcibus colloquiis ſuauiſſimus, de ſermone Domini in vltima cœna. Verſ.25. *Qui amat animam ſuam, perdet eam.* Auguſtini hom.37. ex 50.tom.10.

In cap 13. De cœna Domini: Auguſtini ſerm.28. ad Eremitas, tom.10. Verſ.2. *Et cœna, facta, cum Diabolus.* Vſque ad illa verba. *Quæritis me, & ſicut dixi Iudæis.* Origenis tomus, ſeu Tractatus 32. tom.2. De Iuda Iſcariote: S.Ambroſij ſerm.51. tom.5. De proditione Iudæ: Chryſoſtomi homilia vna; & aliæ quinque de Proditore, & myſteriis cœnæ Dominicæ, tom.3.

In cap.14.v.6. *Ego ſum via.* Auguſtini ſermo 54. de verbis Domini, & hom.24. ex 50. tom.10. Verſ.10. *Verba quæ ego loquor vobis.* Eiuſdem ſerm.56. de verbis Domini. Verſ.23. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit.* Gregorij M. lib.40. homil.hom.30. tom.3. Verſ. 27. *Pacem meam do vobis.* Auguſtini ſerm.57. de verbis Domini ſeu 7. ex additis ad tom.10. Eodem v.27. *Non turbetur cor veſtrum.* Eiuſdem ſerm.58. de verbis Domini, tom.10.

In cap.15.v.5. *Ego ſum vitis, & vos Palmites.* Auguſtini ſerm.59. de verbis Domini, tom.10. Verſ. 14. *Vos amici mei eſtis.* Chryſoſtomi homiliæ duæ, tom.3. Gregorij M. lib.40. homil. hom.7. tom.3.

In cap.16.v.7. *Expedit vobis vt ego vadam.* Auguſt ſerm.60. de verbis Domini, tom.10. Verſ.8. *Ipſe arguet mundum de peccato.* Eiuſdem ibid. ſerm.61. Verſ.13. Quomodo Spiritus ſanctus ſit, amor Patris & Filij: Richardi à S.Victore, ſermo vnus, tom.1.

In cap.17. v.11. *Vt ſint vnum, ſicut & nos.* Chryſol. de vnitate fidelium, ſerm.132.

In cap.19. De Chriſto accuſato apud Pilatum; & de Suſanna, S.Ambroſij ſerm.49. & 50. tom.5. De Ioſeph rogante Pilatum. S.Auguſtini ſerm.132. de tempore. Et de ſepulchro Domini, ſerm.133. tom.10. & S.Ambr. ſer.57. Eiuſdem de ſepultura Domini: ſer.48. tom.5.

In cap.20. De Magdalena veniente ad monumentum. S.Ambr. ſerm.58. tom.5. S.Hier. epiſt.150. ad Hebidiam, tom.3. S.Gregor.M.

lib.

lib.40.homil.hom.22.tom.3. De Maria extra monumentum plnrante : Origen.hom.10. in diuerſis, tom.2.Gregor.M.lib 40.homil.hom. 26. De quinta Chriſti manifeſtatiooe facta diſcipulis cum abeſſet Thomas & adeſſet : Chryſologi ſerm.48.

In cap.21. De manifeſtatione Chriſti ad mare Tiberiadis: Auguſtini ſerm. 148. de tempore, tom.10. & Gregorij M. lib.40. homil. hom.24. tom.3.Chryſologi ſerm.68.Verſ.15. *Simon Ioannis diligis me plus his.* Auguſtini ſerm. 62. de verbis Domini, & ſerm. 54. de ſanctis, tom.10. Verſ.22. *Sic eum volo manere donec veniam.* Beſſarionis Patriarchæ Conſtantinopolitani, Oratoris præſtantiſſimi, liber vnus. Georgij Trapezuntij Commentariolus, in quo oſtendit Ioannem Euangeliſtam nondum eſſe mortuum.

In Acta Apoſtolorum.

360. Diodori Tarſenſis Epiſcopi nobiles commentationes.

400. Chryſoſtomi homil.55. continuæ & integræ expoſitionis, tom.3.

530. Aratoris, S.R.E. Cardinalis carmen, quod extat tom 8. Bibl.PP. pag 681.

6;6. Aurelij Caſſiodori ſuccincta expoſitio.

730. Bedæ Tractationes & quæſtiones tom. 6.

1330. Auguſtini Anconatis Ord.S.Auguſtini Catena ex Patrum explanationibus, inſertis de ſuo per opportuna loca quæſtionibus, ſcholaſtico more propoſitis , ac ſolutis.

1350.Ioannis Bacco,Ord Carmel.lib.vnus.

2550. Ioannis Gagnæi, Theologiæ doctoris, lib.vnus.

In cap.1.v.5. S. Bernardi ſermones ſex de Feſto Aſcenſionis Domini.De Spiritu ſancto: Didymi Alexandrini libri tres, qui extant tom.9. Bibl. PP.& apud Hieronymum,tom.6. S. Ambroſij libri tres, ad Gratianum Auguſtum, tom.4. eiuſdem , de feſto Pentecoſte, ſerm.60.61.& 62. tom.5. De ſeptiformi gratia Spiritus S. ac de Beatitudinibus, Drogonis Tractatus,extat tom.2. Bibl.PP.

In cap.3.v.1.*Petrus,& Ioannes aſcendebant:* Auguſt. ſerm.26.de verbis Apoſtoli, tom.10. De claudo,à Petro, & Ioanne ſanato : Theodoti Ancyræ Epiſc.homil.vna.

In cap.4. v.32. *Nemo quicquam ex iis quæ poſſidebat*: Auguſt. ſerm.9. de diuerſis in Appendice;& ſerm.27.de verbis Apoſtoli,to.10.

In cap.5.De Saphira.& Anania:S.Ambroſij ſerm,59.tom.5.Auguſt.ſerm.10.de diuerſis.

In cap.6. v.8. *Stephanus autem.* S.Bernardi ſerm.vnus ; & alter D.Thomæ,tom.16.

In cap.9.De conuerſione Pauli : D.Auguſt. ſerm.14. de ſanctis , tom.10. & D.Chryſoſt. homil.vna, tom.5. S.Bern. ſermones duo, & quomodo ad exemplū eius debemus cōuerti.

In cap.10.de viſione D.Petri,Auguſt. ſerm. 19.& 26.& de exceſſu mentis in Petro;ſerm. 47. de ſanctis, tom. 10.

In omnes Epiſtolas D.Pauli.

340. Theodori , Heracleæ Thraciarum Epiſc. aperti & elegantes Commentarij pro litterali intelligentia.

360. Diodori Tarſenſis Epiſcopi nobiles commentationes.

370. S. Athanaſij celebres commentarij, tom.4.Tribuuntur Athanaſio, ſed Theophylacti ſunt a.

380. D.Ambroſij tom.3. Commentariorum, libri quatuordecim,breues quidem verbis,ſed ſententiarum pondere graues, à multis tamen non cenſentur eſſe D.Ambroſij.

390. Didymi Alexandrini libri quatuordecim.

400. Chryſoſtomi inſigne homiliarum volumen, tom.4. habet & alias in quædam epiſtolarum loca , quas infrà annotabimus : habet etiam octo alias de laudibus Pauli , tom.3. quæ multa , tàm de Pauli epiſtolis, quàm de his quæ Lucas de Paulo in Actibus ſcripſit, explicant.

Commentaria quæ habentur apud Hieronymum , tom.8. potiùs ſunt Pelagij, quàm S.Hieronymi : quæ etiam habentur tom.9. aliorum ſunt, non Hieronymi.

450. Theodoreti inſignes Commentarij, in quibus ſuccinctè, eleganter , & piè ſenſus Apoſtoli explicantur , & ſententiæ ſententiis,quod in Paulo videtur difficillimum, miro artificio coniunguntur.

450. Cælij Sedulij Commentariorum libri XIV. ex Origene, Ambroſio, & Auguſtino extant tom.1. Biblioth.PP.

550. Primaſij Epiſc. Africani , ex eiſdem Doctoribus collectanea , quæ extant tom.5. Mag. Biblioth.PP.

730. Bedæ, collectaneorum libri quatuor, quos ipſe, ex omnibus Operibus D.Auguſtini, eiſdem ſententiis ac verbis in vnum coaceruatis, collegit, tom.6.

770, Albini, ſeu Alcuini libri XIV.

810. Photij , Patriarchæ Conſtantinop. Scholia laudatiſſima , quorum magna pars habetur in Catena Oecumenij.

830.Haymonis Alberſtatenſis lib.XIV.

880. Remigij Antiſiodorenſis Epiſc. libri XIV.

900. Theophylacti libri XIV.

910. Rodulphi,Monachi S.Bened.lib.XIV.

1060. Lanfranci Cantuarienſis in Britannia Epiſc. pij & eruditi Commentarij.

1070. Guitmundi Epiſc. Auerſani Comment.

1130. Hugonis Victorini, quæſtionum ac deciſionum libri quatuor tom.1.

1140. Richardi de S.Victore explanatio multorum locorum in omnibus epiſtolis difficilium.

1140. Petri Lombardi, Epiſc. Pariſienſis (qui & Magiſter ſententiarum) Commentarij eruditione pleni , ex ſententiis Ambroſij Hilarij, Auguſtini,Caſſiodori,& Remigij, in quibus etiam aliquid de ſuo interpoſuit.

1200. Petri , Archiepiſcopi Senonenſis, libri XIV.

1210. Adami Barkigenſis Angli , monachi Clarofontani, Commentaria.

1220. Stephani Langton , Cantuarienſis Archiepiſc.& Cardinalis,libri XIV.

1240. Ioannis Chriſtophori , Ord. Prædic. poſtilla ſcholaſtica.

1270. Petri de Tarantaſia, ex Ord.Prædic. Innocentij V. libri XIV.

1270. S.Thomæ Aquinatis lectura, ſumma eruditione plena, tom.16.

1280. Mathæi de Aquaſparta, Ord.S. Franc.Generalis, & Eccleſiæ Cardinalis, & in ſcripturis excellentiſſimi, liber vnus.

1300. Alberti Parauini libri XIV.

1330. Auguſtini Anconatis, Ord.S.Aug. Catena.

1340. Simonis Spirenſis, Ord. Carmel. Poſtilla ſcholaſtica.

1340. Angeli de Camerino, Ord. S.Aug. libri XIV.

1350. Ioannis de Bacco, Ord. Carmel. libri XIV.

1350. Gregorij Ariminenſis, Ord.S.Aug. Scholaſtica methodo, libri XIV. Auguſtini Patris ſui mentem ſecutus.

1390. Ioannis de Iſdmio, doctoris Sorbonici, libri XIV.

1410. Auguſtini Romani, Prioris Generalis Ord.Eremitarum S.Auguſtini, Commentariorum libri 14.

1430. Ioanois Zachariæ, Germani, libri XIV.

1470. Dionyſij Rikel Carthuſiani Opus ex omnibus D.Pauli Epiſtolis collectum, quod Nonapanton Inſcripſit.

1490. Ioannis Phefer, Vitembergenſis, Directorium Sacerdotale.Opus inſigne XIV. libris diſtinctum.

1494. Verneri,Ord.Carthuſianorum, Doctrinale Pauli, opus grande, eiuſdem de laudibus Pauli,libri ſeptem.

1494. Ioannis Milbachij, Germani Commentariorum ſcholaſtico ritu libri XIII.

1530. Franciſci Titelmani, Ord. S.Franc. Capucinorum,in Academia Louanienſi olim profeſſoris, Paraphaſis.

1540. Adami Sasbouth,Ord.S.Franc.in eadem Academia ſacrarum litterarum profeſſoris, ſuccincta expoſitio ex omnibus tam Græcis quàm Latinis Patribus orthodoxis collecta.

1540. Paduani Craſſi, eiuſdem Ord. ex Auguſt. aliiſque Patribus, compendium locorum in omnibus epiſtolis D.Pauli in ſpeciem pugnantium.

1550. Ambroſij Catharini, Compſæ Archiep. Ord S. Dominici eruditiſſima Commentaria, in quibus illud ei potiſſimùm curæ fuit,vt verum Apoſtoli ſenſum pro viribus aperiret,& explanaret, ac ſimul oſtenderet,nullum magis cum noſtræ tempeſtatis hæreticis pugnare, quàm D.Paulum; quem tamen illi ſuorum dogmatum propugnatorem faciunt.

1550. Ioannis Gagnæi liber vnus.

In Epiſtolam ad Romanos.

In Particulari.

260. Origenis tom 2. Commentariorum libri decem, quos tractat D.Hieronym.

400. S.Chryſoſt. homil.32.continuatæ expoſitionis; & aliæ duæ infrà annotandæ.

430. S.Auguſt.expoſitio inchoata; necnon expoſitio quarundã propoſitionum. Item ſolutio quarundã quæſt. ex epiſt.ad Simplicianum, lib. vnus: Tria hæc extant tom.4.

1130.Hugonis Victorini lib. vnus, tom.1.

1280. Ægidij Romani, Archiep. Bituricenſis,lectura Scholaſtica 53. lectionum.

1410. Henrici Conſueldij, Carthuſiani, ſcholaſtica expoſitio.

1410. Ioannis Dominici, Cardinalis,Ord. Prædic.Expoſitio ſcholaſtica.

1446. Germani Brixij,Antiſiodorenſis,doctæ ac luculentæ homil.octo.

1470. Ioannis Beetzij, Carmelitæ, explanatio ſcholaſtica.

1490. Ioannis Arundinei, Carmelitæ & Doctoris Sorbonici, lecturæ ſcholaſticæ.

1500. Ægidij Fabri, Bruxellenſis, Ord. Carmel. Commentatia.

1530. Iacobi Sadoleti, Carpentoracti in Gallia Epiſcopi, & Cardinalis,& Ciceroniani ſtyli imitatoris, ad Franciſcum Gallorum regem collationis continuatæ Commentarij tribus voluminibus digeſti.

1530. Ioannis Feri, Ord.S.Franc. Exegeſis.

1540. Nicolai Grandis, Ord. S. Franc. ad eundem Franciſcum Gallorum regem elegantes Commentarij,inoumeris Patrum ſententiis exculti.

1540. Dominici Soto, Ord.Prædic. eruditi Commentarij, in quibus litterali, ſenſu primùm elucidato, ſolutiſque omnibus tàm veterum quàm recentiorum,ſuper hac epiſtola, controuerſiis, afficiendis animis inſiſtit.

1540. Philiberti Areſches, Ord. S.Auguſt. Commentarij breues & dilucidi.

In cap.4.v.15. *Lex iram operatur.* S.Ambroſij epiſt. 61. ad Irenæum,tom.5.Verſ.23. *Non eſt autem ſcriptum tantum propter ipſam.* Chryſologi ſerm.110.

In cap.5.v.3. *Non ſolum autem,ſed & gloriamur in tribulationibus.* Chryſoſtomi hom.vna tom.4. Burdegalæ primum edita, an.1604. Verſ.7. *Vix pro iuſto quis moritur.* Hieronymi epiſt.151.ad Algaſiam,quæſt.7.tom.3.Verſ.12. *Sicut per vnum hominem peccatum.* Chryſologi ſerm.111. Verſ.17. *Si enim vnius delicto mors:* Eiuſdem ſerm.112.

In cap.6.v.1. *Quid ergo dicemus, permanebimus in peccato.* Chryſologi ſerm.113.Verſ.15. *Peccauimus,quia non ſumus ſub lege,Sed ſub gratia.* Eiuſdem ſerm.114. Verſ. 19. *Humanum dico propter infirmitatem.* Auguſtini ſerm.117. de verbis Apoſtoli,tom.10.D.Thomæ ſerm.1. de Dominica 7. tom.16.

In cap.7. v.1. *An ignoratis, &c.* Chryſologi ſerm.115. Verſ.5. *Cum enim eſſemus in carne.* Auguſtini ſermo 4. de verbis Apoſtoli contra Manichæos, tom.10. Verſ.7. *Lex peccatum eſt? abſit.* Eiuſdem ſermo 5. ibidem. Et tom.4. quæſt.1. libri de ſolutione quarundam qq. ad Simplicianum. Chryſologi ſerm.116. Verſ.8. *Occaſione autem accepta, peccatum per mandatum.* Hieronymi epiſtolæ 151. ad Algaſiam quæſt.8. tom.3. Verſ.14. *Lex ſpiritualis eſt, ego autem carnalis.* Auguſtini ſermo 12. de verbis Apoſtoli, tom.10. Verſ.25. *Mente ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati.* Auguſt. ſermo 6. de verbis Apoſtoli, tom.10.

In cap.8.v.12. *Debitores ſumus, non carni.* Auguſtini ſermo 13. de verbis Apoſtoli, tom.10. Verſ.24. *Spe ſalui facti ſumus.* Eiuſdem ſerm.23. ibidem Verſ.26. *Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* S.Ambroſij epiſtola 23. ad Horontianum, tom.3.

lib.40.homil.hom.22.rom.3. De Maria extra monumentum plorante: Origen.hom.10. in diuerſis, tom.2.Gregor.M.lib.40.homil.hom. 26. De quinta Chriſti manifeſtatione facta diſcipulis cum abeſſet Thomas & adeſſet: Chryſologi ſerm.48.

In cap.21. De manifeſtatione Chriſti ad mare Tiberiadis: Auguſtini ſerm.148. de tempore, tom.10. & Gregorij M. lib.40. homil. hom.24. rom.3.Chryſologi ſerm.68.Verſ.15. *Simon Ioannis diligis me plus his.* Auguſtini ſerm. 62. de verbis Domini, & ſerm. 24. de ſanctis, tom.10. Verſ.22. *Sic eum volo manere donec veniam.* Beſſarionis Patriarchæ Conſtantinopolitani, Oratoris præſtantiſſimi, liber vnus. Georgij Trapezuntij Commentariolus, in quo oſtendit Ioannem Euangeliſtam nondum eſſe mortuum.

In Acta Apoſtolorum.

360. Diodori Tarſenſis Epiſcopi nobiles commentationes.

400. Chryſoſtomi homil.55. continuæ & integræ expoſitionis, rom.3.

530. Aratoris, S.R.E. Cardinalis carmen, quod extat rom.8. Bibl.PP. pag 681.

676. Aurelij Caſſiodori ſuccincta expoſitio.

730. Bedæ Tractationes & quæſtiones tom. 6.

1330. Auguſtini Anconatis Ord.S.Auguſtini Catena ex Patrum explanationibus, inſertis de ſuo per opportona loca quæſtionibus, ſcholaſtico more propoſitis, ac ſolutis.

1350.Ioannis Bacco,Ord Carmel.lib.vnus.

1550. Ioannis Gagnæi, Theologiæ doctoris, lib.vnus.

In cap.1.v.5. S. Bernardi ſermones ſex de Feſto Aſcenſionis Domini.De Spiritu ſancto: Didymi Alexandrini libri tres, qui extant rom.9. Bibl. PP.& apud Hieronymum,rom.6. S. Ambroſij libri tres, ad Gratianum Auguſtum, rom.4. eiuſdem, de feſto Pentecoſte, ſerm.60.61.& 62. rom.5. De ſeptiformi gratia Spiritus S. ac de Beatitudinibus, Drogonis Tractatus,extat rom.2. Bibl.PP.

In cap.3.v.1.*Petrus,& Ioannes aſcendebant:* Auguſt. ſerm.26.de verbis Apoſtoli, tom.10. De claudo,à Petro, & Ioanne ſanato: Theodoti Ancyræ Epiſc.homil.vna.

In cap.4. v.32. *Nemo quicquam ex iis quæ poſſidebat*: Auguſt. ſerm.9. de diuerſis in Appendice;& ſerm.27.de verbis Apoſtoli,to.10.

In cap.5.De auaritia,& Anania:S.Ambroſij ſerm,59.tom.5.Auguſt.ſerm.10.de diuerſis.

In cap.6. v.8. *Stephanus autem.* S.Bernardi ſerm.vnus; & alter D.Thomæ,tom.16.

In cap.9.De conuerſione Pauli: D.Auguſt. ſerm.14. de ſanctis, tom.10. & D.Chryſoſt. homil.vna, tom.5. S.Bern. ſermones duo, & quomodo ad exemplū eius debemus cōuerti.

In cap.10.de viſione D.Petri,Auguſt. ſerm. 19.& 26.& de exceſſu mentis in Petro;ſerm. 47. de ſanctis, tom.10.

In omnes Epiſtolas D.Pauli.

340. Theodori, Heracleæ Thraciarum Epiſc. aperti & elegantes Commentarij pro litterali intelligentia.

360. Diodori Tarſenſis Epiſcopi nobiles commentationes.

370. S. Athanaſij celebres commentarij, rom.4.Tribuuntur Athanaſio, ſed Theophylacti ſunt *a*.

380. D.Ambroſij tom.3. Commentariorum, libri quatuordecim,breues quidem verbis,ſed ſententiarum pondere graues, à multis tamen non cenſentur eſſe D.Ambroſij.

390. Didymi Alexandrini libri quatuordecim.

400. Chryſoſtomi inſigne homiliarum volumen, tom.4. habet & alias in quædam epiſtolarum loca, quas infrà annotabimus: habet etiam octo alias de laudibus Pauli, tom.3. quæ multa, tàm de Pauli epiſtolis, quàm de his quæ Lucas de Paulo in Actibus ſcripſit, explicant.

Commentaria quæ habentur apud Hieronymum, rom.8. potiùs ſunt Pelagij, quàm S.Hieronymi: quæ etiam habentur rom.9. aliorum ſunt, non Hieronymi.

450. Theodoreti inſignes Commentarij, in quibus ſuccinctè, eleganter, & piè ſenſus Apoſtoli explicantur, & ſententiæ ſententiis,quod in Paulo videtur difficillimum, miro artificio coniunguntur.

450. Cælij Sedulij Commentariorum libri XIV. ex Origene, Ambroſio, & Auguſtino extant tom.1. Biblioth.PP.

550. Primaſij Epiſc. Africani, ex eiſdem Doctoribus collectanea, quæ extant tom.1. Mag. Biblith.PP.

730. Bedæ, collectaneorom libri quatuor, quos ipſe, ex omnibus Operibos D.Auguſtini, eiſdem ſententiis ac verbis in vnum coacervatis, collegit, tom.6.

770. Albini, ſeu Alcuini libri XIV.

810. Photij, Patriarchæ Conſtantinop. Scholia laudatiſſima, quorum magna pars habetur in Catena Oecumenij.

830.Haymonis Alberſtatenſis lib.XIV.

880. Remigij Antiſiodorenſis Epiſc. libri XIV.

900. Theophylacti libri XIV.

910. Rodulphi,Monachi S.Bened.lib.XIV.

1060. Lanfranci Cantuarienſis in Britannia Epiſc. pij & eruditi Commentarij.

1070. Guitmundi Epiſc. Auerſani Comment.

1130. Hugonis Victorini, quæſtionum ac deciſionum libri quatuor tom.1.

1140. Richardi de S.Victore explanatio multorum locorum in omnibus epiſtolis difficilium.

1140. Petri Lombardi, Epiſc. Pariſienſis (qui & Magiſter ſententiarum) Commentarij eruditione pleni, ex ſententiis Ambroſij Hilarij, Auguſtini,Caſſiodori,& Remigij, in quibus etiam aliquid de ſuo interpoſuit.

1200. Petri, Archiepiſcopi Senonenſis, libri XIV.

1210. Adami Barkigenſis Angli, monachi Clarofontani, Commentaria.

1220. Stephani Langton, Cantuarienſis Archiepiſc.& Cardinalis,libri XIV.

1240. Ioannis Chriſtophori, Ord. Prædic. poſtilla ſcholaſtica.

1270. Petri de Tarantaſia, ex Ord.Prædic. Innocentij V. libri XIV.

1270. S.Thomæ Aquinatis lectura, ſummæ eruditione plena, tom.16.

1280. Mathæi de Aquaſparta, Ord.S. Franc.Generalis, & Eccleſiæ Cardinalis, & in ſcripturis excellentiſſim, liber vnus.

1300. Alberti Patauini libri XIV.

1330. Auguſtini Anconatis, Ord.S.Aug. Catena.

1340. Simonis Spitenſis, Ord. Carmel. Poſtilla ſcholaſtica.

1340. Angeli de Cametino, Ord. S.Aug. libri XIV.

1350. Ioannis de Bacco, Ord. Carmel. libri XIV.

1350. Gregorij Ariminenſis, Ord.S.Aug. Scholaſtica methodo, libri XIV. Auguſtini Patris ſui mentem ſecutus.

1390. Ioannis de Iſdinio, doctoris Sorbonici, libri XIV.

1410. Auguſtini Romani, Prioris Generalis Ord.Eremitarum S.Auguſtini, Commentiorum libri 14.

1430. Ioannis Zachariæ, Germani, libri XIV.

1470. Dionyſij Rikel Carthuſiani Opus ex omnibus D.Pauli Epiſtolis collectum, quod Nonapanton Inſcripſit.

1490. Ioannis Phefer, Vitembergenſis, Directorium Sacerdotale.Opus inſigne XIV. libris diſtinctum.

1494. Veteri,Ord.Carthuſianorum, Doctrinale Pauli, opus grande, eiuſdem de laudibus Pauli,libri ſeptem.

1494. Ioanois Milbachij, Germani Commentariorum ſcholaſtico ritu libri XIII.

1530. Franciſci Titelmani, Ord. S.Franc. Capucinorum,in Academia Louanienſi olim profeſſoris, Paraphaſis.

1540. Adami Sasbouth,Ord.S.Franc.in eadem Academia ſacratum litterarum profeſſoris, ſuccincta expoſitio ex omnibus tam Græcis quàm Latinis Patribus orthodoxis collecta.

1540. Paduani Craſſi, eiuſdem Ord. ex Auguſt. aliiſque Patribus, compendium locorum in omnibus epiſtolis D.Pauli in ſpeciem pugnantium.

1550. Ambroſij Catharini, Compſæ Archiep. Ord S. Dominici erudititiſſima Commentaria, in quibus illud ei potiſſimùm curæ fuit,vt verum Apoſtoli ſenſum pro viribus aperiret,& explanaret, ac ſimul oſtenderet,nullum magis cum noſtræ tempeſtatis hæreticis pugnare, quàm D.Paulum; quem tamen illi ſuorum dogmatum propugnatorem faciunt.

1550. Ioannis Gagnæi liber vnus.

In Epiſtolam ad Romanos.

In Particulari.

260. Origenis tom 2. Commentariorum libri decem,quos tractat D.Hieronym.

400. S.Chryſoſt. homil.32.continuatæ expoſitionis; & aliæ duæ infrà annotandæ.

430. S.Auguſt.expoſitio inchoata; necnon expoſitio quarundã propoſitionum. Item ſolutio quarundã quæſt. ex epiſt.ad Simplicianum, lib. vnus: Tria hæc extant tom.4.

1130. Hugonis Victorini lib. vnus, tom.1.

1280. Ægidij Romani, Archiep. Bituricenſis,lectura Scholaſtica 53. lectionum.

1410. Henrici Cooſueldij, Carthuſiani, ſcholaſtica expoſitio.

1410. Ioannis Dominici, Cardinalis,Ord. Prædic.Expoſitio ſcholaſtica.

1446. Germani Brixij,Antiſiodorenſis,doctæ ac luculentæ homil.octo.

1470. Ioannis Beetaij, Carmelitæ, explanatio ſcholaſtica.

1490. Ioannis Arundinel, Carmelitæ & Doctoris Sorbonici, lecturæ ſcholaſticæ.

1500. Ægidij Fabri, Bruxellenſis, Ord. Carmel. Commentaria.

1530. Iacobi Sadoleti, Carpentoracti in Gallia Epiſcopi, & Cardinalis,& Ciceroniani ſtyli imitatoris, ad Franciſcum Gallorum regem collationis continuatæ Commentarij tribus voluminibus digeſti.

1530. Ioannis Feri, Ord.S.Franc. Exegeſis.

1540. Nicolai Grandis, Ord. S. Franc. ad eundem Franciſcum Gallorum regem elegantes Commentarij,innumeris Patrum ſententiis exculti.

1540. Dominici Soto, Ord.Prædic. eruditi Commentarij, in quibus litterali, ſenſu primùm elucidato, ſolutiſque omnibus tàm veterum quàm recentiorum,ſuper hac epiſtola, controuerſiis, afficiendis animis inſiſtit.

1540. Philiberti Areſches, Ord. S.Auguſt. Commentarij breues & dilucidi.

In cap.4.v.15. *Lex iram operatur*. S.Ambroſij epiſt. 61. ad Irenæum,tom.5.Verſ.23. *Non eſt autem ſcriptum tantum propter ipſam.* Chryſologi ſerm.110.

In cap.5.v.3. *Non ſolum autem,ſed & gloriamur in tribulationibus.* Chryſoſtomi hom.vna tom.4. Burdegalæ primum edita, an.1604. Verſ.7. *Vix pro iuſto quis moritur.* Hieronymi epiſt.151.ad Algaſiam,quæſt.7.tom.3.Verſ.12. *Sicut per vnum hominem peccatum.* Chryſologi ſerm.111. Verſ.17. *Si enim vnius delicto mors.* Eiuſdem ſerm.112.

In cap.6.v.1. *Quid ergo dicemus, permanebimus in peccato.* Chryſologi ſerm.113.Verſ.15. *Peccauimus,quia non ſumus ſub lege,Sed ſub gratia.* Eiuſdem ſerm.114. Verſ. 19. *Humanum dico propter infirmitatem.* Auguſtini ſerm.117. de verbis Apoſtoli,tom.10.D.Thomæ ſerm.1. de Dominica 7. tom.16.

In cap.7. v.1. *An ignoratis, &c.* Chryſologi ſerm.115. Verſ.5. *Cum enim eſſemus in carne.* Auguſtini ſermo 4. de verbis Apoſtoli contra Manichæos, tom.10. Verſ.7. *Lex peccatum eſt? abſit.* Eiuſdem ſermo 5. ibidem. Et tom.4. quæſt.1. libri de ſolutione quarundam qq. ad Simplicianum. Chryſologi ſerm.116. Verſ.8. *Occaſione autem acceptâ, peccatum per mandatum.* Hieronymi epiſtolæ 151. ad Algaſiam quæſt.8. tom.3. Verſ.14. *Lex ſpiritualis eſt, ego autem carnalis.* Auguſtini ſermo 11. de verbis Apoſtoli, tom.10. Verſ.15. *Mente ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati.* Auguſt. ſermo 6. de verbis Apoſtoli, tom.10.

In cap.8.v.12. *Debitores ſumus, non carni.* Auguſtini ſermo 13. de verbis Apoſtoli, tom.10. Verſ.24. *Spe ſalui facti ſumus.* Eiuſdem ſerm.23. ibidem Verſ.26. *Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* S.Ambroſij epiſtola 23. ad Horontianum, tom.3.

Verſ.31.*Si Deus pro nobis quis contra nos.* Auguſtini ſerm.16.de verbis Apoſtoli, tom.10.

In cap.9.v.3.*Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto.* D.Hieronymi epiſt. 151. ad Algaſiam quæſt.9.tom.3. Verſ.10. *Sed & Rebecca ex vno concubitu.* Auguſtini quæſt.vna de cauſa electionis & reprobat. ad Simplicianum, tom.4. Verſ.15. *Miſerebor cuius miſereor.* D.Hieronymi epiſt.150.ad Hebidiam,quæſt.10. tom.3 Auguſtini ſerm.20.de verbis Apoſtoli, tom.10. Verſ.18. *Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat.* Eiuſdem de prædeſtinatione & gratia, liber vnus, tom.7.

In cap.10.v.10. *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* D.Auguſt. de fide & Symbolo lib.vnus, tom.3. In Symbolum Apoſtolorum, Chryſologi ſerm.56.57. 58.59.60. 61. & 62.

In c.11.v.33.*O altitudo diuitiarum*,S.Thom. ſerm.de S.Trinitate,tom.16.

In cap.12.v.1. *Obſecro vos per miſericordiam Dei.* Chryſologi ſerm.108. & 109. Verſ.2. *Nolite conformari huic ſæculo, ſed reformamini.* Chryſologi ſerm 120.

In cap.14.v.7. N*emo noſtrum ſibi viuit.* Cæſarij Arelatenſis hom.31. v.17. *Non eſt regnum Dei eſca.* Bernardi ſermones duo de diuerſis.

In cap.15.v.4. *Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.* D.Thom.ſerm. 1. de Dominica 2.Aduentus,tom.16.

In cap. 16.v.3. *Salutate Priſcam, & Aquilam.* Chryſoſtomi hom.vna,tom.4.

In Priorem ad Corinthios.

In Particulari.

260. Zenonenſis,ſerm.vnus.

270.Dionyſij Alexandrini Enarratio,cuius meminit D.Hieronymus epiſt. ad Pammachium.

290. Pierij Alexandr. Eccleſiæ Presbyteri, Commentarij locupletiſſimi.

320. Euſebij Cæſarienſis Commentarij.

400. Chryſoſtomi homiliæ 40.& in aliqua loca eiuſdem prioris epiſt. ſermones aliquot, quos infrà annotabimus.

1428.Ioãnis Hayton Angli Annotationes.

1546. Ioannis Hoffmeiſteri, Ord. S.Aug. lib.vnus.

In cap.1.v.4. *Gratia vobis & pax.* S.Thomæ ſerm.1. de Dominica 18. poſt Pentecoſten, tom.16. v.31. *Qui gloriatur in Domino glorietur.* Bern. ſermo de diuerſis,de triplici gloria.

In cap.3.v.15. *Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.* D.Auguſtini libro de octo qq. ad Dulcitium,quæſt.1.tom.4. & quæſt.2. vtrum oblatio quæ fit pro quieſcentibus, aliquid eorum animabus conferat? Item lib. de cura pro mortuis gerenda ad Paulinum, cap.11. tom.4.

In cap.4.v.1. *Sic nos exiſtimet homo.* S.Bern. ſerm.19. ex paruis.

In cap.6. v.18. *Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus eſt.* Hieronymi ad Amandum epiſt. Verſ.15. *Neſcitis quia corpora veſtra membra ſunt Chriſti?* Auguſt.ſerm.18. de verbis Apoſtoli: & ſerm.252.de tempore, tom.10. Verſ.20. *Glorificate & portate Deum in corpore veſtro.* S.Bern.ſer.16.in Appendice.

In cap.7. v.10. *Iis autem qui matrimonio iuncti ſunt.* Auguſt. de bono coniugali contra Iouinianum, liber vnus, tom.5. Verſ.25. De virginibus: S.Ambroſij libri tres, tom.1. de ſancta virginitate: Auguſtini liber vnus,tom. 6. Verſ.39. *Mulier alligata eſt legi.* Chryſoſt. homil. de libello repudij, tom.4.

In cap.8. Quæ ſunt illa quæ oculus non vidit: Hieronymi epiſt. ad Marcellam,tom.2.

In cap.9.v.24. *Neſcitis quod hi qui in ſtadio currunt.* Chryſologi ſerm.119. S.Thom.ſerm. 1.de Septuageſima,tom.16. Verſ.26. *Sic pugno non quaſi aerem verberans.* Auguſtini ſerm. 19. de verbis Apoſtoli, tom.10.

In cap.10.Verſ.1. *Nolo vos ignorare fratres.* Chryſoſtomi homil. vna ex diuerſis, tom.4. Verſ.13. *Tentatio non vos apprehendat, niſi humana.* Auguſt.ſerm.vnus.

In cap.11.v.19. *Oportet & hæreſes eſſe.* Chryſoſtomi homil.vna ex diuerſis,tom.4.

In cap.12. Quomodo membrorum exemplo,nos inuicem diligere debeamus: Auguſt. homilia 15.ex 50.tom.10. De charitate liberorum,Ioannes Dominici,Card.Ord.Prædic.

In cap.13.S.Chryſoſt.de fide, ſpe,& charitate,homil.vna ex diuerſis, tom.4.

In cap.15. v.1. *Notum autem vobis facio.* Chryſologi ſerm.118. Verſ.25. *Oportet illum regnare.* Hieronymi ad Amandum quæſt.vna. Verſ.28. *Cùm autem ſubiecta fuerint illi omnia.* S.Chryſoſtomi hom. vna ex diuerſis tom.4. Verſ.45. *Factus eſt primus homo in animam viuentem.* Chryſologi ſerm.117. Verſ.47. *Primus homo de terra terrenus.* Zenonis Veronenſis, de corpore & ſpiritu ſermo vnus. Verſ. 51. *Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur.* Hieron. ad Minerium & Alexandrum epiſt.152. tom.3.

In cap.16.De eleemoſyna,& collatione in ſanctos: Chryſoſtomi homilia vna ex diuerſis, tom.4.

In poſteriorem epiſtolam ad Corinthios.

In particulari habentur.

D.Chryſoſt. Commentarius, tom.4.complectens homil. triginta, ſuo cuique morali ſenſu adiuncto: ſunt & duæ aliæ homiliæ in duo particularia eiuſdem epiſtolæ, loca, de quibus infra.

In cap.1.v.3. *Benedictus Deus & Pater Domini noſtri.* S.Bernardi ſerm.5.de natali Domini inter ſermones de tempore.

In cap.2. v.16. *Aliis odor mortis in mortem, aliis odor vitæ in vitam.* Hieron. ad Hebidiam epiſt.150. quæſt.11.tom.3.

In cap.3.v.6. *Littera occidit, ſpiritus autem autem viuificat.* Auguſt.de ſpiritu & littera ad Marcellinum liber vnus, qui incipit: lectis opuſculis. Verſ.12.*Habentes autem talem ſpem.* S.Thom.tom.16.ſerm.1.& 2.de Dominica 12. poſt pentecoſten.

In cap.4.v.13. *Habentes autem eundem ſpiritum fidei.* Chryſoſt.ſermones tres, tom.5.

In cap.5.v.10.*Omnes nos manifeſtari oportet.* Auguſt.34.& 35.de verbis Apoſtoli,tom.10. Verſ.20. *Pro Chriſto ergo legatione fungimur.* Eiuſdem hom.49.ex 50.tom.10.

In cap.6. v.2. *Ecce nunc tempus acceptabile.* S.Thomæ ſerm.1. de Dominica 1. quadrageſimæ, tom.16.

In cap.11. v.1. *Vtinam ſuſtineretis modicum quid inſipientia mea.* Chryſoſtomi hom. vna, tom.4.

In cap.12. v.9. Chryſoſtomi hom. vna, tom.4.

In Epiſtolam ad Galatas.

In Particulari habentur.

250. Alexandri, Epiſcopi Cappadociæ, Commentarius, ex quo D.Hieronymos nonnulla in ſuos ſuper eamdem epiſtolam Commentarios deriuaſſe fatetor.

400. D.Chryſoſtomi Commentarius, ſeu enarratio, tom.4.

420. Hieronymi libri tres ad Paulam, & & Euſtochium, tom.6.

430. Auguſtini liber vnus continuatæ ac ſuccinctæ expoſitionis, tom.4.

820. Claudij Altiſſiodorenſia, vel vt alij volunt, Taurienſia Epiſc. notione Scoti, Commentarius, qui extat tom.1. Bibl.PP.

In cap.2.v.11. Auguſtini de Petro à Paulo reprehenſo, epiſt.9. & 19. ad Hieronymum, tom.2. Item de ſimulatione Petri, Hieronymi ad Auguſtinum epiſt.89. tom.2. Verſ.5. *Quibus neque ad horam ceſſimus.* Auguſtini ſerm.22. de verbis Apoſtoli, tom.10.

In cap.3.v.16. *Abraha dicta ſunt repromiſſiones.* S.Thom.ſerm.1.de Dominica 13. poſt Pentecoſten, tom.16. Verſ. 21. *Si enim data eſt lex qua poſſet viuificare.* Auguſtini ſerm.13. de verbis Apoſtoli, tom.10. Verſ.24. *Lex Pædagogus noſter.* S. Ambroſij ad Irenæum epiſtola 72. & 73. ad Clementianum, tomo 5.

In cap.5.v.2.*Si Circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit.* Circumciſio olim præcepta, iam inutilia: S.Ambroſij epiſt.77. ad Conſtantium, tom.5. Verſ.16. *Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis.* Auguſt. ſerm.2. de verbis Apoſtoli, tom.10. & S. Bernardi ſerm.4.in Appendice. Verſ.22. *Fructus autem ſpiritus eſt charitas.* S. Thomæ ſerm.2. & 3. de Dominica 14. poſt Pentecoſten, tom.16.

In cap.6.v.2. *Alter alterius onera portate.* Auguſtini ſerm.21.& 22. de verbis Apoſtoli, tom.10. Verſ.14. *Mihi autem abſit gloriari.* Eiuſdem ſermo de additis ad tom.10.

In Epiſtolam ad Epheſios.

Habentur in Particulari.

260. Origenis tomi tres, quos Hieronymus in Præfat.Comm.in eandem epiſtolam, & in Apologia 1.contra Rufinum ſe ſecutum fatetur.

380. S. Ambroſij ad Irenæum epiſt.16.tom.5. breuis explanationis inſtar.

400. Chryſoſtomi Commentarius, complectens orationes viginti quatuor vnicuique earum morali ſenſu adiuncto, tom.4.

420. Hieron. libri tres ad Paulam & Euſtochium, tom.6. mirâ feſtinatione editi.

In cap.3.v.13. *Peto ne deficiatis in tribulationibus.* S. Auguſt.ſerm.7.de verbis Apoſtoli, tom.10. Verſ.18. *Vt poſſitis comprehendere quæ ſit latitudo.* Ejoſdem hom.3.ex 50. ibid.& S.Thom.ſerm.de Dominica 16.poſt Pentecoſten, tom.16.

In cap.4. v.25. *Deponentes mendacium, loquimini veritatem,* S.Auguſt.ſerm.221.de tempore, & ſerm.25. de diuerſis, tom.10.

In cap.5.v.1. Vſque ad 10. *Videte quomodo cautè ambuletis.* Aug.ſerm.24. de verbis Apoſtoli, tom.10. & ſerm.10.de diuerſis, in Appendice. S.Thomæ ſerm.1. de Dominica 21. poſt Pentecoſten.

In c.6. v.23. *Pax fratribus & charitas cum fide.* S.Aug.hom.17.ex 50.tom.10.

In Epiſtolam ad Philippenſes.

In Particulari habentur.

380. Gregorij Nyſſeni Commentarij.

400. Chryſoſtomi ſermones quindecim, cum ſuis moralibus digreſſionibus, tom.4.

1546. Hoffmeiſteri, Ord.S.Aug.lib.vnus.

In cap.1. v.10. *Vt ſitis ſinceri, & ſine offenſa.* S.Thom.ſerm.1.de Dominica 22.poſt Pentecoſten, tom.16. Verſ.18. *Siue per occaſionem, ſiue per veritatem Chriſtus annuntietur.* Chryſoſtomi homil. de profectu Euangelij, tom.4.

In cap.3.v.3. *Nos enim ſumus Circumciſio.* Auguſt.ſerm.15. de verbis Apoſtoli, tom.10. Verſ.6. *Secundum iuſtitiam quæ in lege eſt.* Eiuſdem ſerm.12.de tempore, tom.10.

In cap.4.v.4. *Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete.* Chryſoſt.hom.18. ad populum Antiochenum, tom.5.

In Epiſtolam ad Colloſſenſes.

In Particulari habentur.

260. Origenis Commentariorum libri tres, quorũ tertium citat Pamphilius in Apologia.

400. Chryſoſtomi Commentarius, complectens orationes, ſeu homilias duodecim.

In cap.1.v.14. *In quo habemus redemptionem.* S.Auguſt.lib.83.quæſt.74. tom.4.

In cap.2. v.18. *Nemo vos ſeducat volens in humilitate & religione Angelorum.* Hieronymi ad Algaſiam, quæſt.10.epiſt.151. tom.3.

In cap.3.v.1. *Igitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto.* S.Bernardi ſerm.7. in Appendice. Verſ.9. *Expoliantes vos veterem hominem.* S.Ambroſij ſerm.54.tom.3. Verſ.12. *Induite vos ſicut electi Dei.* S.Thomæ ſerm.1. de Dominica 4. poſt octauam Epiphaniæ tom.16.

In Priorem ad Theſſalonicenſes.

In Particulari habentur.

260. Origenis Comm. libri plures quorum tertium Hieronymus in epiſt. ad Minerium & Alexandr. citat.

400. Chryſoſtomi Commentarius, complectens orationes ſeu homilias vndecim, tom.4.

In cap.4.v.13. *Nolumus autem vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini.* S. Auguſtini ſerm.32. & 33. de verbis Apoſtoli, tom. 10. Chryſoſtomi oratio vna, tom.4. De raptu

1360. Bernardi de Abaſia, Ord. Carmel. liber vnus.

In cap. 3. v. 10. [*Quicunque totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno*] Auguſtini epiſtola 29. ad Hieronymum, tom. 2. Verſic. 17. [*Fides ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa*] Eiuſdem de fide & operibus liber vnus, tom. 4.

In cap. 5. v. 12. [*Ante omnia autem nolite iurare*] Chryſoſtomi homil. 27. & 28. inter florigeria vetera, tom. 5. S. Auguſtini ſermo 28. de verbis Apoſtoli, tom. 10.

In vtramque epiſtolam D. Petri.

1450. Petri de ſancta fide, Ord. Carmelit. Commentaria.

In priorem Petri epiſtolam.

204. Clementis Alexandrini Commentarius, extat tom. 1. M. Biblioth. PP.

In cap. 2. v. 1. [*Deponentes igitur omnem maliſiam*] Auguſtini hom. 20. ex 50. tom. 10. v. 11. [*Obſecro vos tanquam aduenas*] S. Bernard. ſermo 7. de Quadrageſims.

In capur. 5. Auguſtini epiſtol. 99. ad Euodium.

In Poſteriorem Petri epiſtolam.

In cap. 1. v. 18. *Hanc vocem nos audiuimus delatam de cœlo*, &c. Auguſtini ſermo 27. de verbis Apoſtoli, tom. 10.

In vtramque Canonicam Ioannis.

204. Clementis Alexandrini Commentarius, extat tom. 1. M. Biblioth. PP.

In priorem Ioannis epiſtolam.

360. Diodori Tarſenſis Epiſcopi nobiles Commentationes.

430. Auguſtini expoſitio continens Tractarus decem, tom. 9.

1360. Ioannis Glodeſton Angli, Carmelitæ, Commentaria.

1360. Bernardi de Amboſia, Carmel. liber vnus.

1428. Ioannis Hayton Angli annotationes.

1490. Alberti Ioannis Harlemẽſis, Ord. Carmel. & Doctoris Louanienſis, lecturæ lib. 1.

1536. Ioannis Feri, Ord. S. Franc. Annot. liber vnus.

In cap. 1. v. 8. [*Si dixerimus quoniam peccata non habemus*] Auguſtini ſermo 29. de verbis Apoſtoli, tom. 1.

In cap. 4. v. 1 [*Nolite omni ſpiritui credere*] Auguſtini 29. de verbis Apoſtoli, ſermo 30. tom. 10. Verſ. 2. [*Omnis ſpiritus qui confitetur I. C. in carne veniſſe*] Eiuſdem ſermo 31. ibidem.

In epiſtolam Iudæ.

Clementis Alexandrini Commentarius, extat tom. 1. M. Biblioth. PP.

In Apocalypſim.

150. Iuſtini Martyris, genere Samaritani, Commentaria.

160. Melitonis Epiſcopi Sardicenſis liber vnus.

220. Hippolyti Epiſcopi Portuenſis & martyris liber, cuius fragmenta leguntur in Rhapſodiis explanationum Arethæ in Apocalypſim.

270. S. Dionyſij Alexandrini libri duo pietate inſignes aduerſus Nepotem Epiſcopum & Hæreticum Chiliaſtam.

300. Victoris Pictauienſis Epiſcopi Commentarius, extat tom. 1. Biblioth. PP.

380. Commentaria ſub Ambroſij nomine, præterito ſæculo Lutetiæ impreſſa, ſed ab Ambroſij ſtylo aliena.

390. Tichonij, natione Afri, in quibuſdam dogmatis Donatiſtæ, à D. Auguſtino aliàs laudati.

390. Andreæ Cæſareæ in Cappadocia Epiſcopi, S. Baſilij ſucceſſoris, Commentarius, qui extat to. 1. M. Biblioth. PP. vnà cum Theodori Peltani adſcriptis in margine ſummariolis.

420. S. Auguſtini expoſitio, tom. 9. quæ non videtur eſſe D. Auguſtini.

490. Gennadij Maſſilienſis Eccleſiæ Preſbyteri tractatus de hæreſi mille annorum, ſeu Chiliaſtarum.

540. Aphrigij Hiſpani, Pacenſis Epiſcopi, inſignes Commentarij.

550. Primaſij Epiſcopi Africani Commentaria myſticæ expoſitionis quæ extant tom. 1. M. Biblioth. PP. collecta ex Tichonij potiſſimum Commentationibus, è quibus gemmas de ſtercore doctrinæ non ſanè eduxit.

770. Albini, ſeu Alcuini liber vnus.

854. Haymonis Albeſtatenſis lib. 7.

1070. Guimundi Epiſcopi Auerſani Commentaria.

1110. Ruperti Abbatis Tuitienſis libri duodecim.

1140. Richardi de S. Victore opus præclarum iuxta ſeptem viſiones, quas Ioannis vidit, in ſeptem libros diuiſum, tom. 2.

1270. S. Thomæ Aquinatis inſigne volumen.

1270. Ioannis Valois, ſeu Galenſis, Ord. S. Franciſci liber inſignis.

1300. Hubertinus de Caſalis Ord. S. Franciſci de ſeptem ſtatibus Eccleſiæ, iuxta ſeptem viſiones D. Ioannis.

1330. Auguſtini de Ancona, Ord. S. Aug. Catena ex Patrum explanationibus.

1330. Henrici Coſteſay, Ord. S. Franciſci, liber vnus.

1350. Ioannis Bacco, Ord. Carmel. liber vnus.

1410. Ioannis Teutonici, Ord. S. Auguſt. Commentarij.

1410. Auguſtini Romani Generalis Ord. Auguſt. liber vnus.

1420. Henrici Haſſij iunioris, Carthuſiani, liber vnus.

1420. Ioannis Hayton Angli Annotationes.

1430. Ioannis Tylney, Nordouicenſis, Poſtilla.

1440. S. Bernardini Senenſis, Ord. ſancti Franc. liber vnus.

1480. Iacobi Tralenſis Germani, liber 1.

3490. Nicolai de Alſentia Carmelitæ Commentaria.

1540. Cœlij Pannonij Collectanea.

1550. Ambroſij Catharini lib. 1. ad litterã.

1550. Ioannis Gagnæi liber vnus.

In cap. 5. de ſeptem ſignacnlis ab agno ſolutis: S. Bernardi ſerm. de tempore 2. de S. Maria poſt ſerm. de Aſſumprione.

In cap. 13. Ioannis Hentennij, S. Hieron. monachi commentariolns, in quo beſtiam eo capite deſcriptam, aſtruir eſſe Mahometem.

In cap. 21. v. 19. S. Epiphanius de duodecim lapidibus.

APPENDIX.

HEBRÆORVM EXPOSITORVM SEV Rabbinorum qui vetus Teſtamentum explanarunt eiuſve intelligentiæ ſeruiunt.

PRÆFATIO.

QVIA non rarò apud ſacros Interpretes præcedenti Catalogo recenſitos, ſcholaſticos præſertim, Rabbinorum qui vetus Teſtamentum, iuxta Hebraicas traditiones, explicarunt, eiuſve intelligentiæ, lucis aliquid intulere, fit mentio: Et rara ſunt, etiam in amplioribus Bibliothecis eiuſmodi Expoſitorum volumina, quin & eorum inſcriptiones, quales ſunt Oth emeth; Ialkut, &c. vt plurimum inaudita ſunt. Ne ſacræ Paginæ ſtudioſus eiuſmodi rerum inſcius, ad earum hæreat occurſum: operæ pretium erit, ad calcem præcedentis Catalogi ſacrorum Interpretum, Hebræos etiam Expoſitores annotare; eorumque Inſcriptiones apponere, & explicare; obſeruata non rarò propria cuiuſque aſſumpti argumenti ratione. De his enim Lectorem inſtrui haud erit inutile; aut à propoſito Clauis noſtræ Dauid alienum: Quin & viris eruditis qui de ſcriptoribus Hebræis parum notis forent ſolliciti, percommodum.

Nonnulli iamdiù fuere librorum Rabbinicorum indagatores ſolliciti: ſollicitior fortè inter eos Sixtus Senenſis, qui ſub finem ſæculi præcedentis à Pio V. (cùm hic ante collatum ſibi Pontificatũ, ſacroſanctæ Chriſtianæ Inquiſitionis Senatui præeſſet) Cremonã miſſus ad abolendo, impiæ doctrinæ libros Tamuldicos, quos Hebræi ex omni ferme Italia eo velut in commune ſuæ nationis aſylum conuenerant; vniuerſas ipſorũ Biblioth. & officinas typographicas diligenter euoluit, & inter immenſos Hebraicorum voluminum aceruos, ea in ſacros Codices reperit Cõmentaria, quæ ipſe ordine recenſet alphabetico. Nec defuere hoc ſæculo viri litterati, ſacræ Linguæ peritiſſimi, qui Rabbinicas Bibliothecas edere haud modico labore ſtuducrunt, iis Autoribus Hebræis curioſius obſeruatis, qui in Catalogo Veneto & Synagoga Pragenſis enumerantur, quique in Indice expurgatorio Cenſoris Romani emendati ſunt.

Nos ex immenſa illa Rabbinorm molè ac farragine, eos tantum qui ſanctiorum litterarum intelligentiæ conferunt, & apud ſacros Interpretes nonnumquam memorantur, hac in Appendice referemus; non ea mente vt ſcripturæ Diuinæ ſtudioſum ad eorũ volumina euoluenda pelliciamus, ſed vt ipſe, cùm ea apud Autores ſacros ſibi occurrẽt, ſcire valeat, quid quiſque tractandum ſuſceperit; ac etiã, quinam latentes in ipſis ſcopuli vitari debeãt, conſulto ſuper his Romani Cenſoris Indice Expurgatorio: Noueritque de ſcoriis aurum excernere, de teſta vnionem, & de capite draconis carbunculum. Prætereà rectæ rationi conſentaneum videtur, vt viri Hebræi, (ij maxime qui poſteritati vtiliter illaborarunt, & in quorum labores, Interpretes noſtri, introierunt) aliquo apud nos gaudeant nomine, nec eorum memoria penitus obliteretur.

Primùm ergo Hebræos Expoſitores, qui vetus Teſtamentum (quod vnum ipſi recipiunt) aut aliquam eius partem explanarunt, hac in Appendice referemus, ſub eodem diuinorum librorum ſerie, quà in præcedenti Catalogo ſacros Interpretes recenſuimus: ſed quia non ſicut de iſtis, ita refert de illis Hebræis Expoſitoribus, ſcire quo quis tempore ſcripſerit, ipſique maiori ex parte, ignoti ſunt, & inaudita eorum Inſcriptiones, ſatius erit, has ac illos ordine alphabetico, potiuſquam Chronologico, recenſeri, vt lectori de eis ſollicito citius occurrant: Et

quoniam

quoniam Rabinorum nomina, Hebraeque eorum Inſcriptiones, apud ſacros Interpretes, vix vnquam Hebraeo, ſed Latino vt plurimùm, facilioris lecturæ gratiâ, pingnntur charactere, Latinis hac in Appendice pingentur characteribus: & vt Lectori minus iniucunda ſint, propria cuique earum adiicietur ſignificatio, nec rarò libri argumentum explicabitur.

Porrò quia præter Hebræos Expoſitores alij, ſunt quorumdam Rabbinorum libri, qui ſcripturarum intelligentiæ quoquo modo conferunt, de his quoque mentionem faciemus, hoc ordine, vt eos, qui aliquam ſumpti argumenti cum prædictis Expoſitoribus habent affinitatem eiſdem ſubiiciamus; verbi gratia, quia toto veteri Teſtamento plures occurrunt Genealogiæ, Hiſtoriæ, & Chronologiæ, variæque paſſim attinguitur rerum materia, ideò recenſitis totius veteris Teſtamenti Hebræis expoſitoribus, Genealogicos, Hiſtoricos, Chronologicos, aliorum Rabbinorum libros, varioſque Tractatus eiſdem ſubiiciemus. Similiter, quia lex Moyſis, præceptaque moralia in Pentateucho, ſeu quinque libris Moyſis, hinc inde continentur, ſuumque in eo Hebræorum Cabala fundamentum habet, Ideò cæterorum Rabbinorum melioris notæ libri legales, ſpirituales, ſeu iudiciales, & morales, nec non Cabaliſtici eiuſdem Pentateuchi Expoſitoribus adiicientur. Neque Talmudici Codices, impia licet doctrina ſcatentes, ab hac noſtra Appendice prorſus exulabunt, eorum namque notitia, Scripturæ ſacræ ſtudioſo, ſicut & veneni, medico, vtilis eſt: Aliquid ergò de vtroque Rabbinorum Talmude Ieroſolymitano ſcilicet & Babylonico, & de rebus in eo contentis, eas recentiorum ſcriptis referemus; eique Tamuldicos libros alicuius nominis annotabimus. Primùm ergo ad Hebræos expoſitores accedamus.

In vniuerſum vetus Teſtamentum ſcripſere.

ABraham Eſdræ filius (quem Hebræi Aben-ezra, cognomine ſapientem, vocant) natione Hiſpanus, Philoſophus, Aſtrologus, ſummuſque Theologus, ſcripſit in totum vetus Teſtamentum libros viginti quatuor.

Chad Hakkemath, I. Cadus farinæ, liber eſt Theologicus, qui legis & Prophetarum doctrinam per locos communes ordine Alphabetico digeſtos complectitur, autore R. Bichai, Rabinorum ſui temporis celebetrimo.

Col bo, I. omnia in eo, ſeu liber ita vniuerſalis, vt nihil deſideretur in eo, cum omnia quæ ad fidem, & ritus, moreſque Hebræorum informandos ſpectant, complectatur.

Iabir Natbib, I. illuminaos iter: Bibliorum ſunt concordantiæ, quas ſcripſit Iſaac Nathan, ad ſimilitudinem Concordantiarum Hugonis Carenſis.

Ialkut, I. Peta: Commentarius eſt R. Simeonis Ben-Ioachim, in vniuerſa Biblia, collectus ex antiquis libris, quales ſunt Siphra, Siphre, & Rabboth, quos inſtar peræ in ſe continet.

Leui Ben Gerſon Cummentarij.

Maſoreth Hammaſorah, I. Traditio doctrinæ criticæ circa textum ſacrum Hebræum genuinæ eius lectioni conſeruandæ inſeruiẽs, Auctore R. Elia Leuita: Hanc Buxtorfius prælato Commentario illuſtrauit, & operi Biblico Hebræo Baſileenſi adiunxit, ſub hoc titulo Tiberias.

Maſſoroth, I. Traditiones, ſeu traditionum liber R. Ioſeph Ben-Samuëlis, Ben-Rei: Ex numero ſunt triginta quinque.

Michol Iophi, I. Perfectio pulchritudinis: breuis eſt, totius ſcripturæ explanatio: Autore R. Salomone Ben-Melech, iuxta Iodicem expurgatorium.

Mikra Ghedolah, I. Biblia magna, cum Commentariis Aben-Ezræ, Dauidis Kimchi, Salomonis Iarchi, aliorumque excuſa Venetiis, & poſteà Baſilææ, ſtudio & opera Buxtorfij, quibus ſub hoc titulo, *Tiberias*, eruditiſſimus vir triplicem Commentarium addidit; quo primùm Maſorethorum Tiberienſium hiſtoria excutitur, hoc eſt à quibus Maſora conſcripta fuerit: quid ipſa tractet? quæ eius Methodus? & quo fine inuenta? explicatur. Deinde clauis Maſoræ traditur, per quam ad maxima & minima Maſoræ penitùs cognoſcenda facillimus datur aditus. Denum innumerorum caſtigationes mendorum, per vniuerſam Maſoram, proponuntur.

Orh-emeth, I. Signum veritatis: liber eſt ex Catalogo Pragenſi, indicans omnes & ſingulos Interpretes cuiuſque loci Scripturæ ſacræ, ab initio Bereſchit ſeu Geneſeos vſque ad calcem Malachiæ Prophetæ.

Thargum, id eſt tranſlatio & Paraphraſis, præſertim de lingua Hebraïca in Chaldaicam magnæ apud Hebræos autoritatis, de quo videre eſt ſuprà in libro 3. art.9.

Thoalioth Leralbag, I. Vtilitates ſeu profectus R. Leui Ben-Gerſonis: Breues ſunt & ſolidæ Legis & Prophetarum explanationes.

Theſaphoth al Hamm.kra, I. annotationes in vniuerſa Biblia, Autore R. Salomone Anen-Melech.

Salomon Iarchi Gallus, quem Iudæi Raſci vocant, Iſaac filius, apud ſuos vir magnæ autoritatis, ſcripſit Commentarios, anno Chriſti 1000.

Prædictis expoſitionibus addi poſſunt, ob rationem in Catalogo aſſignatam, aliorum Rabbinorũ melioris notæ libri Genealogici, Hiſtorici, Chronologici, variique tractatus.

Inter libros Genealogicos, Hiſtoricos, & Chronologicos, præcipui ſunt.

Kabala, ſeu liber Cabalæ R. Abrahæ Bar-Dior: Hiſtoria Chronologica eſt ab initio mundi ad annum Chriſti 1161. Quo eius au-

ctor illam abſoluit. Kabala hæc alia eſt ab ea de qua egimus ſuprà 5.

Iuchaſim, I. Liber Proſapiatum R. Abrahæ Zacuth, complectens Hiſtoriam ſacram, & Iudaïcam, ab initio mundi ad annum Chriſti 1500.

Miniam Schetaroth, I. Numeratin contractuum: liber eſt circa variam annorum numemerationem, apud Hebtæos nlim vſitatam, oſtendens Iudæos primùm numeraſſe annos ſuns ab exitu ea Ægypto, deinde à Regibus, tandem ab Alexandrn Macedone; Is enim, Tyro eapugnatâ, cùm ad vaſtandam Ieroſolymam prnperaret, Summi Pontificis ſibi occurrentis ſacta Maieſtate ſtupefactus, & cum eo vrbem ingreſſus, Templique ſplendnrem admitatns, Den Iſraëlis benediait: petiitqne in ſui memnriam, ſculptam imaginem erigi, qnod, ceu legis Moſis contrarium, Pontiſea abnuit, prnmiſit tamen inter alia, vt omnibus filiis Sacerdntum qui eo anno naſcerentur, Aleaandri nomen imponeretur, & ab eo die, ac deinceps litteræ contractuum ab eodem anno ingreſſus Alexandri in vrbem ſignarentur: quæ numeratin, dicta eſt numeratio contractuum, durauitque vſqne ad annum Chriſti milleſimum.

Seder Olam rabba, I. Otdo mundi maior, ſeu Chrnnicon mnndi maius, quod incipit ab Adam vſque ad Adrianum Imperatorem Romannm, Autnre R. Ioſe Ben-Chalpatha, qui floruit circa annum Chriſti 13n.

Seder Olam zuta, I. Ordo mundi minnr, ſeu Chronicon mundi minus; ſuperinris eſt compendin m.

Tſemach Dauid, I. Germen Dauid: liber eſt Chrounlogicus, Hiſtoricus, ab initio mundi vſque ad ann. 1592. Auct. R. Danide Gans Germano, qui res accuratiùs quàm cæteri Hebræorum, deſcribit.

Inter varios Tractatus, potiores ſunt.

Adam & Eua, liber eſt agens de fœminarum officiis, inxta legem & deciſiones Talmudicas: autnre R. Ierucban.

Afkath Rocbel, I. Puluis Aromatarij ſeu pigmentarij R. Mechir: liber hic apud Hebræos pretioſus, diniditur in tres partes. Prima agit de ſignis, prodigiis, & præliis, quæ adnantnm Meſſiæ præcedere debent, & ab auctore vocantur dolores Meſſiæ. Secunda agit da anima eius egreſſa è corpore, & quo vadat, de futuro ſæculo, inferno, vita æterna, & mortuorum reſurrectione. Tertia eaplicat traditinnem in monte Sinaï à Moſe acceptam, formationem hominis, &c.

Amanah, I. Fides, ſeu liber fidei: autore incngnito, ſed qui ea Hebræo factus fuerat Chriſtianus, continet enim aſſertionem & defenſionem fidei Chriſtianæ contra Iudæos, cum reſutatione contrariorum argumentorũ; habet & verſionem latinam Panli Fagij, 1542.

Bachinath Olam, I. Probatlo ſeu eaamen mundi: autore R. Iedaia Ben Abrahæ Badreſchi, eloqnentia & doctrina celebertimo.

Beniamin Zeeb, liber hic ſolo antoris titulo inſignitus, varia quæſita & reſponſa compiectitur, in eoqne expurgatorius Indea cenſoris Romani mulra notat emendanda.

Ben-Sira, Autor vetuſtiſſimus, & altera ætate poſt Ieremiam Prnphetam, cuius & nepoa fuiſſe creditur. Quale fuerit nnmen eius proprium ignnratur: librum prnuerbiorum edidit, quem Paulns Fagius latinè reddidit, & Ioannes Druſius illuſtrauit, adiectis ei elegantium adagiorũ Hebraïcorũ aliquot decuriis.

Beth Elohim, I. Domus Dei R. Moſis de Trani: liber tria capita cnmplectens, ſcilicet de ntatione, de pœnitentia, & de fundamentis ſeu articulis fidei, ſtyln pntiſſimn,

Derech Emunach Gadol, I. Via magna fidei: liber fusè de ſtde tractans: Autnre R. Schemtnf.

Diure Haïamim Schel Moſcheh, I. Verba dierum Moſis, ſeu Chrnnicnn in quo Moſis vita & geſta narrantur: autore incerto.

Diure Neghidim, I. Verba principum, ſeu Principibus digna: liber eſt Concionum Rabbinicarum, quæ in Synagogis, die Sabati habere ſolent.

Emunoth, I. Articuli fidei R. Saadiæ, inter antiquiores Rabbinos doctiſſimi, in quibns infenſiſſimum Chriſtiannrum hoſtem ſe ſe vbiqne prodit.

Epiſtola diſceptationis R. Schem Tof Bar-Ioſeph: libellus aſt cnmplectens cautam & iucundam, inter legiſperitum, & virnm pium ac probum diſputationem: qna ille oſtendit nntitiã legis pietati mntumque probitati, hic vero pietatem, vitæque integritatem cognitinni legis, & cuicnmque ſcientiæ anteponendam eſſe.

Epiſtola ſecretorum: liber eſt à Galatino ſæpiùs citatus ad prnbanda ſecreta de Meſſia.

Epiſtola ſanctitatis Harambam, magni apnd ſuns nominis; agit de modo decenter habitandi cum vxore, vt liberos prnbos conſequãtur.

Eſcheth Chail, I. Mulier fortis ſeu ſtrenna R. Abraham Iaphel: In eo plura documenta è ſacris codicibus deprnmpta continentur, circa vxoris ſtrenuæ dotes, eiuſque nfficium erga virum, viciſſim viri erga vxorem.

Et Sopher, I. Stylus ſcribæ: liber R. Dauidis Kimchi, tractans de Maſſora, & accentibus, qnem citat Buatorfius in libello qnem de Hebræornm abbreuiaturis ennſcripſit.

Ets Chaiim, I. lignum vitæ: liber complectens qnæſtionis omnes, qnæ moueri poſſunt circa reſurrectionem mortuntum: autore R. Gedalia Ben Iechaia.

Ikkarim, I. Fnndamenta, liber eſt inter Iudæos celebertimns; de fundamentis religionia Iudaïcæ tractans: Autore R. Ioſepb Albn Hiſpano.

Ieſod emanach, I. Fundamentum fidei: liber eſt Theologicus, de fidei Iudaicæ myſteriis tractans: autore R. Iſaac Alis.

Ieſod Olam, I. Fundamentum mundi: liber eſt magnæ & multíplcia doctrinæ: autore R. Iſaac Iſraëlita.

Leaicon Talmudicum & Chaldaicum Rabbi Nathan.

Kol menaſſer I. Vns prædicantis: Cobnrtatio eſt ad pœnitentiam peruenitur.

Maamodeth ſeu Seder Maamodeth, I. Stationes, ſeu Ordo ſtationum ſacratum: puta officij dinini vniuſcuiuſque diei Hebdomadis, complectens omnes praces, Hymnos, benedictiones, & cantica, quæ ſinguli Iudæi qui religioſores eſſe volunt recitare ſolent. Notat

ſius, cum Templum Ieroſolymitanum adhuc ſtaret, ſi quis peccaſſet noctu, adferebat ſacrificium manè; ſi interdiù, veſpere; & tunc Sacerdos remittebat ei peccata. Poſteà verò, diruto Templo, loco ſacrificiorum realium, inſtituerunt Hebræi ſacrificia labiorum, cũ commemoratione priſcorum ſacrificiorum, ordinaruntque triplicatas lectiones ſingulis diebus ſeptimanæ recitandas ex Bibliis præſertim ex Miſchna.

Maarich Hamm arachoth, I. Diſponens diſpoſitiones: Inſcriptio eſt dictionarij omnium abſolutiſſimi, complectentis omnes voces Hebræas, Chaldæas, & Talmudico-Rabbinicas: variarum prætereà legis cæremoniarum ac locorum difficiliorum in Rabbinorum & Cabaliſtarum libris paſſim occurrentium explicationem: nec non compendia ſcribendi, ſeu abbreuiaturas omnes Hebræorum: autor eſt Philippus Aquinus ex Iudæo factus Chriſtianus.

Maaſeh Haſchem, I. Opera Domini, R. Eliezer Germani: Dilucida eſt enarratio vniuerſorum operum Dei, quatuor capita complectens, quorum primum dicitur opera creationis: Secundum opera Patrum: Tertium opera Ægypti. Quartum opera legis.

Obel Moad, I. Tabernaculum fœderis ſeu conuentionis, complectitur ſynonyma Hebraica ex Bibliis ſolùm petita, adductis ſingulorum vocabulorum exemplis, & ſcripturæ locis vbi reperiuntur, eius auctor eſt R. Salomon vrbinas.

Or Ammim, I. lumen, R. Ioſeph Ben-Iechia: plurimùm commendatus, variaſque complectens deciſiones Philoſophicas, Iùridicas, & Theologicas.

Pardes Emunim, I. Paradiſus veritatum: liber eſt de articulis fidei Hebræorum.

Pithron Schalomoth, I. Expoſitio ſomniorum R. Chaij Geonis.

Schamaim Chadaſchim, I. Cœli noui: liber de renouatione mundi, aſtruens eius neceſſitatem.

Scaraſcim, I. Lexicon radicum ſeu vocum linguæ ſanctæ, à R. Dauid Kimchi ex diuerſis Rabbinis conſarcinatum circa ann. 1380.

Sepher Moſnaim, I. Liber ſtateræ agens de ponderibus & menſuris, autore Aben-Eſra in Catalogo veneto inſcribitur: *Bilances Lingua ſancta*.

Theſchuuoth, I. Reſpõſiones R. Aſchar: liber legalis, & magnæ apud Hebræos exiſtimationis, ob inſignem autoris ſui doctrinam.

Theſchuuoth, I. Reſponſiones R. Iſaac Ben-Mardochæi Poloni; ſuntque numero centum triginta, quæ ab hodiernis Hebræis maximè commendantur.

Theſchuuoth, I. Reſponſiones Raf Scherira, qui floruit anno Chriſti 967. vt ait Genebrardus in Chronol. quæ reſponſiones ſunt omnium celeberrimæ.

Thebath Noach, I. Arca Noë: eſt Theſaurus Linguæ ſanctæ, ſeu lexicon Hebræo-latinum ampliſſimũ: autore Marco Marino Brixiano.

Tſedek Olamim, I. Iuſtitia ſæculorum: liber Philoſophicus & Theologicus, complectens tres ſermones: Primus eſt de mundo hoc ſublunari & corruptibili: Secundus de mundo animarum, paradiſo ſcilicet & Gehenna: Tertios de reſurrectione mortuorum, & iudicio finali: autore R. Iſaac Auarbinele.

Tſurath Haolam, I. Figura mundi: liber aſtronomicus ab Hebræis plurimùm commendatus: autore R. Iſaac Ben-Iattaph, inſigni aſtronomo: emendatur in pluribus in indice expurgatorio Cenſoris Romani.

Equidem cùm iſti Rabbinorum varij Tractatus ad aliquam veteris Teſtamenti partem minùs ſpectent, ſed ad diuerſas hinc inde referri valeant, earumque notitiæ ſubſeruire; congruum fuit, vt hoc loco vbi in vniuerſum de Hebræis, eiuſdem Teſtamenti expoſitoribus fit mentio, recenſeantur: Nec pudoit aliquos ex ipſis laicis inſinuare, hi namque Hebræo textui intelligendo perneceſſarij ſunt.

In Pentateuchum ſeu quinque libros Moyſis, legem Moſaicam.

In particulari.

Aben-Eſræ Commentarius.

Aben-Sophih Commentarius: & alius R. Aharonis Ben-Ioſephi Karaitæ: & alius R. Iſaac Auarbinelis celebris interpretis: aliuſque R. Ben-Gerſonis, qui ab Hebræis vocatur *Lumen captiuitatis*. Aliuſque R. Moſis Ben-Nachmanis Gerundenſis: aliuſque R. Manachem Marcanti: aliuſque R. Abdiæ Sphorni: aliuſque cui titulus Sionita. Itemque Abrahę Hiſpani Expoſitio cuius Inſcriptio eſt *Faſciculus Myrrhe*.

Akdath Iitſchak, I. Ligatio Iſaaci: Commentarios eſt in Pentateuchum, in quo celebres apud Iudæos quæſtiones in legem, pertractantur. Aut R. Iſaac Ben-Arama, qui floruit ann. 1490.

Bechai, celebris Rabbini nomen, qui ſub hoc titulo ſcripſit luculentiſſimam vniuerſæ legis explanationem.

Bereſcit Rabba, ſeu *Rababoth*, Commentarius eſt, continens farraginem Hebraicarum explanationum in Pentateuchum.

Ghazzekuni, I. Confortate me. Commentarius eſt R. Ezechiæ, magni vſus inter Iudæos ad lectiones, ſeu conciones ſacras ex eo in Synagogis peragendas.

Chether Schem tof, I. Corona nominis boni, Autore R. Sem Tof: Commentarius eſt in vniuerſam legem Moſaicam, per ſingulas anni Paraſchas.

Chiſcionica Explanatio, autore Chiſchia.

Deraſch Moſcheh, Concio Moſis putà R. Moſis Ilbildæ: Explanatio eſt luculenta legis per paraſchas Sabbati, concionatorio more.

Hoil Moſcheh, I. Voluit Moſes: autore R. Moſe Ilpedes, liber bipartitus: Prima pars, dignitatem, antiquitatem, & perfectionem legis Moſaicæ, duodecim Parachim ſeu capitibus aſtruit. Altera ſeptem aliis aduerſariorum argumenta confutat.

Ioſeph Kimchi patris Dauid Kimchij Commentarius.

Midraſch Rabboth, I. Commentatio Allegorica, & hiſtorica ſuper Pentateuchum, ex Gloſſariis magnis collecta.

Mincha Velulach, I. Obligatio mixta: Commentarius eſt ab Hebræis hodiernis probatiſſimus

tiſſimus: autore R. Meoachen Ben-Iacob, vulgo Porro.

Moſis Gerundenſis Ben-Neheman, inter Cabaliſtas vltimorum temporum primas i eruditus Commentarius.

Nehar Piſchon, I. Fluuius Piſon: Commentarius eſt.

Or thorah, I. Lumen legis, breuis eſt in Moſaicam legem Commentarius: autore R. Menachem Auen-Serach Gallo.

Thargum Onkelos, I. Paraphraſis Onchell in quinque libros Moſis. Fuit hie Onchelus, vt ferunt Hebræi, filius ſororis Titi Veſpaſiani, & ad Iudaiſinum conuerſus; dictus eſt Hagget, I. Proſelytus; vixit circa Chriſti tempora, & iuſta fecit Gamalieli D. Pauli præceptori, qui octodecim annis ante excidium vrbis obiit.

Theuath Halleui, I. Arca Leui Commentarios eſt, aotore R. Tobia, Leuita.

Tholdoth Iſchac, I. Generatiu Iſaac: Commentatiolus eſt R. Iſaac Karo Syri.

Thorach Moſcheh, I. Lex Moſis: Explanatio plena & abſoluta vniuerſæ Legis Moſaicæ, per ſingulas Sabbatorum Paraſchas: autore R. Moſe Alchiſch, qui omnes ferè veteris Teſtamenri libros commentatus eſt, vt liquet ex libro cui titulus. *Specula conuenientium*: ibi enim omoes eius Commentarij recenſentur.

Tſeror Hammor, I. Faſciculus myrrhæ: Breuis & celebris legis Moſaicæ Commentarius R. Abrahæ Hiſpaoi, vulgò Saba nuncupati, qui floruit an. 1510.

Seelhoth, I. Quæſita: Commentarius eſt Achai Gaon, peruetuſtis interpretis.

Siphthe Cohen, I. Labia Sacerdotis: Explanatio eſt Legis Moſaicæ, per ſingulas Sabbatorum Paraſchas, autore R. Mardochæo Cohen, ſeu Sacerdote.

Zioni, Commentarij ſunt R. Manahem à Rechanathe, innumeris Thalmudiſtarum erroribus pleni.

Prædictis Expoſitoribus addi poſſunt, ob rationem in Prologo aſſignatam: aliorum quorumdam Rabinorum libri Legales, tùm Rituales, tùm Iudiciales, Morales, & Cabaliſtici.

Inter libros Legales magis ſpectantur.

Agur, I. Collectio: liber de Hebræorum ritibus fusè tractans: aotore R. Lando.

Amaroth Teoroth, I. Dicta pura, ſeu ſermones nitidi; liber contioens noonullas conciones circa legem.

Ammude Golah, I. Columnæ captiuitatis: Modus eſt viuendi in hac captiuitate mortali, qui conſiſtit in maodatorum Dei obſeruatione, quæ ſeorſim enarrat autor R. Iſaac Bar-Ioſeph Corbeleodis.

Ammude Schelomoh, I. Columnæ Salomonis: Commentarius eſt illuſtris io librum magnum Præceptorum; autore R. Salomone Luria.

Arbea Turim, I. Quatuor ordines, ſeu acies, totidemque Tractatus R. Iacob Ben-Aſcher: liber ritualis eſt & iuridicus, ſummæ apud Hebræos autoritatis; diuiſus in quatuor partes. Prima dicitur. *Semita vitæ*; in qua deſcribuntur omnes ritus ſacri. Secunda, *Demonſtrans ſcientiam*; in qua agitur de iuribus, ritibus, & differentiis circa cibos & potum. Tertia, *Lapis Auxilij*; in qua diſſeritur de his omnibus, quæ matrimooium ſpectant. Quarta, *Paſtorale iudicij*: in qua fusè tractatur Ius Iudæorum ciuile. Eius autem libri plurima facta ſunt compendia.

Auodah Hakkodeſch, I. Miniſteriom ſanctorum R. Salomonis Ben-Aſdrath: liber legalis, tractans de mediis, modiſque omnibus, quibus iuxta legẽ Moſis, quis ſanctificari poſſit.

Auodath Halleui, I. Miniſterium Leui: liber eſt Præceptorum omnium Moſis, tàm affirmatiuorũquàm negatiuorum explanationem complectens, iuxtà ſeriem Paraſcharum quæ leguntur in Synagogis vnoquoque Sabbato; autore R. Salomone Ben-Eliezer.

Beth Ioſeph, I. Domus Ioſeph, R. Ioſeph Karo: liber complectens, ritus, conſuetudines iura & iudicia communis iuſtitiæ politicæ Hebræorum.

Beth Neeman, I. Domus fidelis: liber eſt concionum, de præcipuis Hebræorum feſtis & ritibus.

Chether Thora, I. Corona legis: liber continens explanationem ſexcentorum & tredecim Præceptorum Moſaicorum; autore R. Dauid Vital.

Chinnuch, I. Initiatio R. Leoi Barſalooitæ: uculenta eſt eorumdam Præceptorum legis Moſaicæ expoſirio.

Choſchen Hammiſchpat, I. Pectorale iodicij liber eſt iodicialis peruetuſtus, magnæ molis, & eruditionis; ſoluit enim ſolidè vniuerſa dubia, quæ circa leges iudiciales, rituſque Hebræorum à Doctioribus moueri ſolent.

Diure Riueth, I. verba contentioſa, ſeu res controuerſæ: liber eſt Iudicialis, tractans de litibus & controuerſiis, quæ ex rebus agendis exoriuntur.

Diure Schelomoh. I. Verba Salomonis: liber eſt concionum ſupra legis ſectiones, multæ doctrinæ, laudiſque apud Hebræos; autore R. Salomone Leuita Theſſalonicenſi.

Iepheh Thoar, I. Specioſus forma: eſt Gloſſarium magnum ſuper omnes legis ſectiones.

Ieriah Izzim, I. Cortinæ Caprarum, ſeu ex caprinis pellibus confectæ: Commentarius eſt in legem R. Salomonis Gabrielis.

Imre Naam, I. dicta iucunda, ſeu grati ſermones: Commentarius eſt concionatorius in legem.

Iſſur Vehetter, I. Vetitum & licitum R. Iſaac Durenſis, qui floroit circa an. 1330. tractátque de vetitis & licitis in lege, maximè circa ciborum differentias; & vulgò vocatur, *Schare Dura*, I. Portæ Duræ.

Iſſur Vehetter, I. Vetitum & licitum R. Ionæ: liber editus Venetiis anno Chriſti 1597. tractans de iis quæ ex lege diuina, vetita vel licita ſunt.

Lekach tob, I. Doctrina bona: Commentarius in legem, ex antiquiorum reſponſis potiſſimùm collectus à R. Moſe Nagara.

Manhigh Olam, I. Dux ſeu director mundi: liber ritualis eſt, commonſtrans modum obſeruandi legem, per omnes vniuerſi partes.

Meah Schearim, I. Centum portæ: ſeu to-

tidem

ıidem inſignes conciones de tegulis legis diuinę obſeruandæ: liber hic ante confectionem Talmudis à veteribus Rabinis manauit, & magnæ fuit auctoritatis apud Iudæos Orientales.

Migdal Oz, I. Turris fortitudinis : liber legalis, magnæ apud Hebræos autoritatis R. Iom tof Bar-Abraham.

Maghen Abraham, I. Clypeus Abrahæ: liber legalis, ab Hebræis valdè commendatus ſeptemdecim quæſita complectens, circa materiam circumciſionis, Thalami nuptialis, &c. Autore R. Abraham Laniado.

Miniam Hammitſuoth, I. Numerus præceptorum R. Moſis Ben-Maimonis: liber complectens explicationem omnium præceptorum Hebræorum, quæ ſunt ſexcenta tredecim, prout totidem ſunt litteræ verborum Decalogi: nempè 248. affirmatiua, quæ facere aliquid iubent: & 365. negatiua, quæ aliquid facere vetant. Affirmatiua comparantur 248. membris, ſeu aſſibus, quæ aliqui diſtinguunt in corpore humano, vt moueatur homo ac ſi omnia & ſingula membra creata eſſent ad ea pręſtanda, quæ Deus ab homine fieri voluit, quo ſpectare poſſet illud Pſalmiſtæ: Omnia oſſa mea dicent, Domine quis ſimilis tibi. Negatiua reſpondent numero dierum ſolarium, vt ſingulis diebus moneamur, ne Dei mandata tranſgrediamur. Huic libro ſimilis eſt *Mitſuoth*, I. Præcepta R. Moſis Korſi: Expoſitio eſt ſexcentorum & tredecim Moſis præceptorum.

Miſchchan Haedath, I. Tabernaculum teſtimonij: liber legalis R. Schem tof Lugdunenſis.

Miſchpete Schemuel, I. Iudicia Samuëlis: liber de iure Ciuili & Canonico Hebræorum agens, autore R. Samuële Mutinate.

Moreh Nenuchim, I. Doctor perplexorum: Difficiliores circa legem, & Talmudicam doctrinam quæſtiones pertractans, autore R. Moſe Ægyptio filio Maimonis, & vulgo Ramban nuncupato. & à neotericis Hebræis: Aquila magna. De hoc apud Hebræos celebre fertur elogium iſtud: [A Moſe vſque ad Moſem Ægyptiom, non ſurrexit alter Moſes ſicut iſte] Ex hoc opere D. Thomas aliique Theologi varia teſtimonia ad enarrationem operum ſex dierum producunt.

Olath Iiſchkak, I. Sacrificium Iſaac: liber legalis, complectens omnes penè legis iudicialis & cæremonialis deciſiones, iuxta Talmudicos Canones, Autore R. Iſaaco Cauor.

Olath Thamid, I. Sacrificium iuge: Expoſitio eſt vniuerſæ legis Moſaicæ per ſingulas Sabbatorum Paraſchuth: autore R. Moſe Albida Siciliano.

Purath Ioſeph, I. Torcular Ioſeph: liber legalis & Talmudicus amplam continens ſuper commentationem nonnullorum Talmudis contractuum, præſertim matrimonij: auto- R. Ioſeph Samigæ.

Reſchith Chocmah, I. Initium ſapientiæ liber legalis, multiplicis doctrinæ, & innumeris aſperſus apophthegmatis, cuius autor fertur R. Elias Ben-Moſis: eiuſque compendium dicitur *Reſchith Chocmah Kkkatſur*, I. Initium ſapientiæ abbreuiatum.

Reſchith Daath, I. Initium ſcientiæ: Conciones R. Moſis Albeldæ Siciliani, quæ verſantur maximè circa legem Moſis, Meſſiæ expectationem, & Hebræorum pœnitentiam: vir fuit magnæ eruditionis, ſed cautè legendus præſertim in iis quæ ad Meſſiam ſpectant: Vnde ſæpè occurrit emendandus in Indice expurgatorio.

Taame Mitſuoth, I. Rationes præceptorum: liber legalis eſt, in quo rationes præceptorum Moſis redduntur; autore R. Menachem, qui obiit an. 1290. iuxta Genebrardum.

Therumah, Oblatio, ſeu liber oblationis, Celebris apud Iudæos, agens de ritibus, de licitis, & illicitis, ac ſimilibus materiis in libris legalibus tractari ſolitis.

Therumoth, I. Oblationes R. Samuëlis Hiſpani: liber iuridicus tractans de commodato, & mutuo, vſuris, & omnibus caſibus qui ibi incurrere poſſunt.

Tholedoth Iaacof, I. Generationes Iacob: liber recens explicans vniuerſas legis ſectiones, iuxtà ſeriem quâ leguntur in Synagogis.

Vaiiakkel Moſcheh, I. Congregauit Moyſes: Commentarius eſt in formam Concionum legis Moſaicæ autore R. Moſe Almozninu.

Inter libros Morales alicuius nominis, ſunt.

Ben Hammlech Vehannaſir, I. Filius Regis, & Nazaræus R. Abrahæ Leuitæ Bar-Chaſſariel: liber moralis, quicquid eſt vitæ probæ, puriſſimo ſtylo, rhythmis, & carminibus, per continuum, inter Regis filium & Nazaræum, dialogum breuiter perſtringens.

Chaiie Olam, I. Vita æterna: liber moralis eſt, complectens ea media, quibus iuxta Legem ſcriptam, & ore traditam, Hebræi credunt ſe vitam æternam poſſidere poſſe.

Chaſidim, I. Pij ſeu ſancti: liber moralis eſt, docens modum bene viuendi iuxta Dei præcepta, & exempla ſanctorum, quorum hiſtoriis doctrinam ſuam illuſtrat autor, qui ſolo nomine proprio Samuëlis olim deſignabatur hodie verò cognominatur Pius: Floruit hic Samuël ann. 1180.

Chouath Lenaboth, I. Debitum, ſeu obligatio cordium: liber eſt moralis, complectens officium cuiuſque, tam erga Deum quam proximum, valdè ab Hebræis commendatus.

Deghel Ahanach, I. Vexillum amoris: libellis & moralis R. Samuëlis Alchauan, qui ſuos ab amore illecebrarum huius ſæculi auocare intendit, vt eos ærumnarum huius vitæ amorem alliciat: vt potè quæ ad Dei amorem excitant.

Mareh Cohen, I. Viſio ſeu forma, hoc eſt exemplar Sacerdotis R. Iſſachar Ben-Neprali: liber eſt moralis lectorem optimâ & profundiſſimâ doctrinâ ex communibus ſcripturæ locis petita inſtruens, qua tum in hac, tum in altera vita poſſit Deo miniſtrare.

Menorath Hammaor, I. Candelabrum lucis R. Iſaaci Auuat Hiſpani: liber moralis eſt, ad inſtar Cãdelabri Moſaici; 7. tractitatibus, quaſi totidem lucernis præclara morum monita complectens.

Mikree Hodeſch, I. Conuocationes ſanctitatis: liber moralis eſt, ab Hebræis admodùm commendatus, & in duas partes tributus: quarum prima 14. capitibus explicat, quanta ſit dignitas mandatorum Dei; altera 21. capitibus declarat, quanta eſſe debeat ſuauitas homini, in Dei præceptis adimplendis: autor eſt R. Ioſeph Samiga.

Orach Chaiim Haaruch, I. Semita vitæ maior. Aarosis Sacerdotis, qui fluruit ann. 1330. liber plurimæ apud Hebræos autoritatis, continet enim varia monita, & præcepta ethica.

Or Chadaſch, I. Lumèn nouum R. Samuëlis Margalithæ, continet nonnullas conciones morales.

Or *Hachaim*, I. Lumé vitæ: liber eſt moralis, ſententiis refertus, R. Simeonis Margahthæ.

Pirke Auoth, Capitula Patrum: liber moralis, complectens varia apohthegmata veterum Rabbinorum, quæ collegit R. Nathan Babylonicus, circa ann. Chriſti 130. inſertus eſt liber hic operi Talmudico, ſeorſim tamen ſæpiſſimè excuſus, & ex Hebræa in alias linguas traductus: vocatus eſt Maſſecheth auoth, I. Tractatus Patrum.

Pirke Lerabbi Moſche Almoſnini, I. Capitula R. Moſis Almoſnini: Commentarius eſt in prædictum librum Picke Auoth: ſicut *Midrach Schemuel*, I. Commentatio Samuëlis, varias continens vniuſcuiuſque ſententiæ explicationes, autore R. Vxela. Sunt & alij ſimiles Commentarij, putà R. Iſaac Auatbinelis, R. Ephraim Orientalis, inſignis aſtronomi, & R. Moſis Ben-Tibbonis.

Tſedah Ladderech, I. Viaticum viæ: liber moralis, viam virtutis lectoribus ſuis commonſtrans: autore R. Menachim Auen-Serak Gallo, qui obiit ann. 1375. paulò poſt expulſionem Iudæorum è Gallia.

Tſeri Haiiagon, I. Theriaca ſeu Opobalſamum doloris: liber moralis, plura complectens ſcripturæ, & veterum Doctorum monita, ad leniendos dolores morborum & ærumnarum huius vitæ accommodata.

Inter libros Cabaliſticos, potiores ſunt.

Bahir, I. Illuſtris, ſeu liber illuſtris: Autore R. Nerhonia Ben-Hakana.

Beer Maiim Chaiim, I. Puteus aquarum viuarum R. Chaiim de Norſal, liber planè cabaliſticus.

Gale razaiia, I. Reuelans arcana: Autor hic Chriſtianorum infenſiſſimus hoſtis, à Galatino ſæpè citatus; ducentis ferè annis ante Concil. Nicænum, compoſuit traditiones, quas Iudæi Scripturæ ſacræ æquiparant; adeò verò dilucidè de myſterio SS. Trinitatis differit, vt S. Athanaſio, verborum perſpicuitate & expreſſione vix cedat.

Hechal Haſchſchem, I. Templum Domini R. Iechielis Germani: liber planè Cabaliſticus, quamplurima legis, Prophetarum Arcana, Rabbinico more ſubtiliter explicans.

Ietſirah, I. Creatio ſeu liber de creatione: liber totus ænigmaticus: & Cabaliſticorũ omnium celeberrimus, qui Abrahæ Patriarchæ vulgo tribuitur; at perperam, vt Hebræorum peritiſſimi fateri coguntur, teſte Abrahamo Zachuth.

Lechem Miſneh, I. Panis duplex: Celebris eſt elucidatio, ſeu ſupercõmentatio R. Abrahami de Boton Comment. Harambam ſuper Miſchnam, ſeu ſecundã legem ore traditam.

Mathok Lannepheſch, I. Dulcis animæ: libellus Cabaliſticus eſt, tria complectens capita I. de anima eiuſque ſtatu, ſtatim ac egreditur è corpore; vbi de Iudicio Dei priuato. 2. Eſt de ſæculo futuro. 3. De reſurrectione mortuorum, & ſecunda animarum cum propriis corporibus: autore R. Abraham Zachuth.

Miſchnach, O Sepher Hammiſchnah, I. Lex ſecundaria, ſeu liber de lege ſecunda: Traditiones omnes veterum Patrum complectẽs, quæ à Moſe obſeruatæ, & ſucceſſiuè per oralem traditionem propagatæ ſunt, vſque ad R. Iudam principem, qui à ſanctitate vitæ, ſanctus vno omnium ore cognominatus eſt. Floruit ipſe ſub Antonino Imperat. ann. 140. Quo tempote videns ſapientiam Iudæorum imminui, legem oralem tradi obliuione, & populum Hebræum diſſipari; ſeriò cogitauit de lege orali conſeruanda, & reſtauranda: atque omnium Iudæorum ſui temporis Schedas & Chartas, quas quiſque ſibi, memoriæ iuuandæ cauſa notauerat collegit: & ex iis librum hunc *Miſchnah* confecit, qui publicam fidem accepit; & ab omnibus vbiuis Hebræis, velut anthenticum iuris corpus, fuit receptus, & in Academiis explicatus, ac commentariis illuſtratus: Imò vtrumque Talmud Ieroſolymitanum & Babylonicum, nihil aliud eſt quàm illius libri Commentarius.

Miſchnaioth in Peruch, I. Traditiones ſeu Commentarius R. Iudæ Hakkadoſch, quæ expoſitiones tanti ponderis ab Hebræis habitæ ſunt, vt operi Talmudico per ſingulos libros oppoſitæ ſint.

Or Neerau, I. Lumen aduesperaſcens R. Moſis Cordoueri: liber planè Cabaliſticus eſt, cuius ſeptima, eaque vltima pars, tota eſt circa litterarum Alphabeticarum myſteria.

Othioth, I. Litteræ R. Akiuæ tractatus de myſteriis litterarum totius Alphabeti Hebraici, iuxta ſenſum Cabaliſticum.

Pardes Rimmonim, I. Paradiſus ſeu hortus malogranatorum, liber totus Cabaliſticus, & magnæ apud artis huius magiſtros autoritatis: tribuitur R. Moſi Corduero: cuius Commentarius illuſtris eſt R. Iſſachar Baar.

Schaare Hametſirah, I. Portæ formationis, ſeu dilucidatio libri Ietſirah, qui eſt omnium librorum Cabaliſtarum velut baſis & fundamentum.

Schepha Tal, I. Abundantia roris: liber Cabal. qui prædicti libri Ietſiræ clauis eſſe dicitur, necnon librorum *Zohar*, *Tikkunim & Pardes Rimmonim*, qui fundamentum continent vniuerſæ Cabalæ.

Schaare Orah, I. Portæ lucis: liber Cabaliſticus, & magnæ apud illius artis magiſtros autoritatis.

Siphre Thorah, I. Secreta, ſeu arcana legis: liber eſt Cabaliſticus, quo explicantur triginta & ſex legis ſtylo myſtico & planè Cabaliſtico.

IN GENESIM, in particulari.

B*Ereſchith rabba*, i. Geneſeos liber : magna gloſa illuſtratus, auctore R. Bar-Nachmonis, ſenſui allegorico magis quàm litterali inhærens, floruit circa an. 500.

Deuek-tof, i. Adhæſio bona, auctore incognito.

Moſis Hadarſan Commentarij.

Sifre, i. Liber : antiquus eſt Commentarius auctore R. Simeone Ben-Iuchai.

In cap. 12. v. 3. & cap. 22. v. 18. *Birchath Abraham*, i. Benedictio Abrahæ : liber duobus vel tribus in locis à Cenſore Romano librorum Rabinicorum emendatus.

In cap. 19. *Zaakath-Sedom*, i. Clamor Sodomæ ; libellus eſt, complectens hiſtoriam ſubuerſionis Sodomicæ.

IN EXODVM, in particulari.

M*Echilta R.* Iſmael. Commentarius eſt, in quatuor poſteriores libros Moſis.

In cap. 12. *Haggadah Schel Peſach*, i. Narratio Paſchatis : libellus eſt ritualis, quo in Synagogis vtuntur Hebræi, tempore Paſchali : vbi enarrantur ſolemniter vniuerſa Dei mirabilia in liberatione populi Iſraëlitici à ſeruitute Ægyptiaca : & pro his innumeræ Deo tribuuntur laudes & benedictiones. *Roſch amanah*, i. Caput fidei : liber eſt de ſacrificiu Paſchali, & hæreditate Patriarcharum. *Zenach Peſach*, i. Sacrificium Paſchatis, auctore R. Iſaac Auarbinele apud ſuos celeberrimo : agit de ritibus in Paſchate celebrando ſeruandis.

In cap. 13. v. 19. *Aſmoth Ioſeph*, i. Oſſa Ioſeph : liber agens de cura pro mortuis habenda, & decenti eorum ſepultura.

In cap. 20. *Ner Mitſnah.* Lucerna præcepti : Commentarius eſt in vniuerſa Decalogi præcepta.

In cap. 24. *Atereth Zechenim*, i. Corona ſenum : Expoſitio eſt viſionis ſeptuaginta ſenum, qui aſcenderunt cum Moſe in montem : auctore R. Iſaac Auarbinele.

In cap. 39. *Leuuſch Habbuts*, i. Indumentum byſſinum : liber eſt de ſacris ſacerdotum veſtibus.

IN LEVITICVM, in particulari.

P*Eſiktha*, i. Determinatio : vetuſtiſſimus eſt Commentarius, tres poſteriores libros Moſis exponens, videlicet Leuiticum, Numeros, & Deuteronomium.

Schaare Dura, i. Portæ habitationis : liber legalis, tractans de vetitis & licitis in genere ciborum, ipſorumque vaſis, auct. R. Iſaac Durenſi, quem ſcholijs illuſtrauit R. Salomon Luria.

Simeonis Ben-Ioachim ampliſſimum volumen, in quo penè omnium rerum naturas diſcutiens, oſtendit quomodo Moyſes iuxtà triplicis mundi conuenientiam, & rerum naturam, Arcam, Tabernaculum, vaſa, veſtes, ritus, ſacrificia, & reliqua myſteria ad Deum & virtutes cœleſtes placandas, & ad expiandum hominem, horum imaginem ordinauit.

Thorath Cohanim, i. Lex ſacerdotum : liber inter Hebræos celeberrimus, antiquiſſimuſque.

In cap. 1. & 2. *Schechitoth Vſdikoth* : i. Mactationes & inquiſitiones : liber continens artem mactandi animalia munda, quibus ex lege homines veſci poſſunt, & inquirendi an aliquid vitij in illis inſit : Auctore R. Iacob-Vaijl.

In cap. 5. 6. & 7. *Chattaah* ſeu *Sepher Chattaah*, i. Peccatum, ſeu liber peccati : Tractatus eſt valdè commendatus,[c] de ſacrificio pro peccato, ſeu expiatione peccati, iuxtà ſcripturam & Thalmudicas deciſiones. c In Cata[…] Pragenſi.

In cap. 23. *Taame Chagghim*, i. Rationes feſtiuitatum : Tradit hic liber rationes inſtitutionis vniuſcuiuſque ſolemnitatis, ab Hebræis iuxtà Moſaicam legem celebrari ſolitæ : magnæ eſt hodie auctoritatis apud Iudæos.

IN LIBRVM NVMERORVM, in particulari.

S*Ifri*, i. Liber, antiquus eſt Commentarius in poſteriorem partem Numerorum, totumque Deuteronomium : cuius auctor per excellentiam vocatur Rab, i. Magiſter.

In cap. 30. ỽ. 3. *Miſchpete Scheuuoth*, i. Iudicia iuramentorum : liber eſt totam de iuramentis materiam perſtringens : auctore R. Haaij Gaon.

IN DEVTERONOMIVM, in particulari.

M*Archeneth hammiſchneh*, i. Equitatis Proregis, ſeu currus ſecundarius : Commentarius eſt. Gen. 41. v.[…]

In cap. 24. *Maaſeh bagghet*, i. Opus libelli repudij : liber compoſitus occaſione inſignis cuiuſdam litis, circa repudij libellum inter Hebræos exortæ.

IN IOSVE', in particulari.

C*Heli iakar*, i. Vas pretioſum : Commentarius eſt Samuëlis Laniado in Ioſué, Iudices & libros Samuëlis & Regum, quos Hebræi vocant priores Prophetas, in quo ſunt & alij duo Commentarij ſequentes.

Lef Aharon, i. Cor Aaronis : Commentarius eſt : auctore R. Aarone Aben-Caijm.

Mareth hatſoneoth. i. Specula conuenientium : Auctore R. Moſe Alſchich, inſigni apud Hebræos ſcripturæ interprete.

IN LIBRVM RVTH, in particulari.

E*Ne Moſche*, i. Oculi Moſis : Commentarius eſt R. Moſis Alſchic.

Immanuelis Commentarius.

Schoreſch Iiſchai, i. Radix Ieſſe: Commentarius eſt: auctore R. Salomone Alkauets.

Preterea in Ruth, Eſther, Eccleſiaſten, Canticum Canticorum, & Threnos, volumina quinque, quæ Hebræi coniungere ſolent: ſunt varij Commentarij, puta *Iede Moſche*, i. Manus Moſis: auctore R. Moſe Almoſnimu: & alius R. Ioſeph Ben-Iechaia: & alius R. Iſaac Aramæi: & alius R. Salomonis Iarchi: & alius R. Elizæi Gallico, recentis auctoris.

IN LIBROS REGVM, in particulari.

D*Athe hammelech*, i. Iura Regis, agit de inſtitutione Regum, de iuribus eorum, & de ſubiectione iiſdem debita.

Schebeth Iehuda, i. Tribus Iudæ: liber vetuſtus, inter alia lectu iucunda, ritus & ceremonias deſcribit, quibus olim Princeps in Iſraële fuit electus, & inauguratus.

Tappuche Zahaf, i. Poma aurea: liber ample tractans, ſed ſtylo obſcuro, de regno Dauidis, de eius origine, & pręſtantia: Auctore R. Eliezer Ben-Nephthali.

IN LIBRVM TOBIÆ, in particulari.

T*Oui Ben-Toniel*, i. Tobias filius Tobiæ Hiſtoria inſignis Tobiæ, varijs rerum ſucceſſibus referta.

IN LIBRVM ESTHER, in particulari.

A*Don Chaſdecha*, i. Domine miſericordia tua: liber eſt, cōtinens hiſtoriam Eſther elegantibus rhythmicis carminibus deſcriptã.

Iad hammelech, i. Manus regis: Commentarius eſt: Auctore R. Samuele Valerio.

Ieſcha Elohim, i. Salus Dei: Commentarius eſt, auctore Abraham Salon.

Maſat-Melech i. Donum Regis: Commentarius eſt.

2.Reg.23.v.8. *Maſaih Meſech*, i. Donum ſeu eleuatio, ſeu etiam prophetia Moſis: Commentarius eſt: auctore R. Alſchich.

Menoth halleui, i. Portiones ſeu munera Leui: Commentarius luculentus, auctore R. Salomone Ben-Alkauets Leuitæ.

Schelom Eſther. i. Pax Eſther: Commentarius eſt R. Iſaac Mardochæi Gerſonij.

Thiphereth Iſraël, i. Gloria Iſraël: liber prima quidem ſui parte ſex amplas conciones, ſed altera exactam & accuratam voluminis Eſther explanationem continens: auctore R. Salomone Ieaiia.

IN LIBRVM IOB, in particulari.

A*Brahæ Patiſol Expoſitio.*

[illegible] Cohen, ſeu ſacerdotis Commentarius [illegible] Veneto plurimùm commend[illegible]

[illegible] Commentarius.

Me[illegible], [illegible] Illuminans Iobum illuſtris eſt Commentarius in Iob: auctore R. Meir Arama.

Moſis Gerundenſis Ben-Neheman, inter Cabaliſtas vltimi temporis primarij, eruditus Commentarius.

Oheſmiſchpat, vmiſchpat, Tſedek, i. Amans iudicium, & iudicium iuſtitiæ: duo ſunt libri ſimul iuncti, breuem continentes hiſtorię Iob explanationem; quorum alter tribuitur R. Simeoni Bar-Tſemach; alter R. Abdiæ Sphorno: vterque Venetijs editus.

IN LIBRVM PSALmorum, in particulari.

HIlli Patriarchæ Commentationes, quarum non abſque laude meminit Origenes [d] ei coævus. d in expoſit. Pſal.80.

Ioſeph Chiuan commentarius.

Ioſeph Cæci Tranſlatio Chaldaica: floruit fermè trecentis annis poſt ſecundam Templi deſtructionem.

Iſaac Ben-Schula, Explanatio eſt ex alijs collecta.

Kimhij vtriuſque tam Ioſeph patris quàm Dauid eius filij, ſuccincta iuxta litteram Commentaria.

Meir tehilloth, i. Illuminans ſeu illuſtrans laudes: Commentarius inſignis eſt R. Meir Arama. Romemoth El Exaltationes Dei. Commentarius ſingularis in pſalmos auctore Moſe Alſchich.

Samuëlis Athijæ Commentarius. Pſal.194.e.6.

In Pſal.19. Schararazim, i. Porta ſecretorum, liber Cabaliſticus de reconditis myſterijs Pſal. 19. cuius meminit Galatinus lib.1. Cabalæ.

In Pſal. 29. v. 2. Adorate Dominum in atrio ſancto eius: Adam Sichli, id eſt homo intellectualis, liber, quem Boxtorfius, aſſerit continere varia præcepta, & exhortationes ex ſcriptura ſacra petitas, litteraliter, Cabaliſticè, & myſticè explicatas ad vitam ſanctè inſtituendam.

In Pſal.119. R. Samuelis Aripol præclarus Cómentarius ſub hoc titulo, *Pſalmus Laudis*.

IN PROVERBIA SAlomonis, in particulari.

C*Aunenaki*, i. Modius puræ farinæ: auctore innominato.

Immanuel Beneuentanus, liber valdè elegans, quicquid virtutis & vitij eſt, proſâ & carmine abundè complectens.

Rab happeninim, i. Maxima gemmarum: Commentarius eſt, auctore R. Moſe Alſchic.

IN ECCLESIASTEM.

ABdiæ Sphorno Explanatio.

Baruchias, quem teſte Hieronymo in Eccleſiaſtem, maximè admirantur Hebræi, ſcripſit explanationes laudatiſſimas.

Debarim tobim, i. Verba bona R. Moſis Alſchich: Commentarios plurimùm commendatus, in Eccleſiaſtem, & Canticum Canticorum.

Purath Ioſeph, i. Torcular Ioſeph: ex quo ipſius eſt Commentarius R. Ioſeph Titatſak.

IN CANTICVM CANTICORUM, in particulari.

ABdiæ Sphorno Explanatio.

Abijeleth ahauim, i. Ceruа amorum: Commentarius eſt, auctore R. Salomone Alkauets; editus Venetijs an. 1604.

Cheſchak Schelomoh, i. Deſiderium Salomonis: optimus eſt Commentarius, à doctoribus Hebræis plurimùm commendatus: auctore R. Iochanan Alleman.

Denarim tobim, i. Verba bona R. Moſis Alſchich: Commentarius plurimùm commendatus, in Eccleſiaſtem, & Canticum Canticorum.

Rinath dodim, i. Cantatio amicorum R. Eliæ Ben-lama.

Schoſchannath haamakim i. Lilium Conuallium: auctore R. Moſe Alſchich.

Thamach, ſeu liber *Thamach*: Commentarius eſt, auctore incognito.

IN OMNES PROPHETAS, in particulari.

KImchij vtriuſque tum Ioſeph patris, tum Dauid eius filij; ſuccincta iuxta litteram commentaria.

Likkute ſchoſchannim, i. Collectiones liliorum, titulus ex Cant. 6. v. 2. Breues ſunt loci communes, è veterum Rabbinorum monumentis deſumpti ad faciliorem Prophetarum intelligentiam capeſcendam: auctore R. Iacob Berau.

Moſis Alſchich Commentarius.

Neuijm riſchonim: i. Prophetæ priores: cum Iſaaci Abarbinelis commentario: Abarbinel hic, vulgò Abrabanel, inſignis fuit & accuratus ſcripturæ interpres, & præ cæteris Rabbinis Prophetas diligenter explicuit: Edidit alium librum, cui titulus: *Congregatio Prophetarum*.

Neuijm acharonim, i. Prophetæ poſteriores, ſeu Majores: cum Commentario prædicti Iſaaci Abarbinelis.

IN ISAIAM IN PARTICULARI.

HIllus Patriarcha ſcripſit commentationes, quarum non abſque laude meminit Origines [e] ei coæuus.

Vrim vetummim, i. Illuminationes & perfectiones: breuis eſt & luculentus in Iſaiam, & Ieremiam commentarius R. Meir Aramah.

[e] in Expoſit. Pſal. 80.

IN LAMENTATIONES Ieremiæ, in particulari.

KInoth, i. Lamentationes R. Moſis Galanti: Commentarius eſt.

Ioh. 30. v. 31. *Kol. Bechim*, i. Vox flentium: Commentarius eximius: auctore R. Moſe Alſchich.

Kol Ionim, i. Vox columbarum: liber eſt concionum ſuper captiuitate Iudæorum: auctore R. Iona Bar-ioſeph.

Lechem dimah. i. Panis lacrymarum: accuratus eſt commentarius R. Samuelis Vzeda.

IN DANIELEM.

CHauatſeleth haſcharon, i Roſa Scharonis: Commentarius eſt R. Moſis Alſchich.

Chazon Lemœd, i. Viſio ad tempus ſtatutum: accuratus eſt commentarius, textum habens ſcripturæ adiunctum, charactere quidem quadrato, ſed pũctis vocalibus deſtituto.

Maiene haijeſchuah, i. Fontes ſalutis. Commentarius eſt in Danielem, vbi plura de Meſſia, quæ Iodex Cenſoris Romani expurganda eſſe indicat: auctore Iſaac Arabanel, perſpicaciſſimi quidem genij viro, ſeduloque Prophetarum Interprete, ſed Chriſti nominis hoſte infenſiſſimo: excuſus Ferrariæ an. 1550.

IN EZECHIELEM, IN particulari.

IN cap. 1. Ezechielis: *Marcheueth Iechezkel*, i. Currus Ezechielis: Commentarius eſt in cap. 1. Ezechielis: auctore R. Ioſeph Gehetilia, Cabaliſta celeberrimo.

Atque hæc dicta ſint de Hebræis antiqui fœderis Expoſitoribus: aliquid iam de vtroque Thalmude annotandum eſt.

De vtroque Thalmude Hebræorum.

INter eruditos negabit vllus traditiones & interpretationes, quæ in Thalmude ac iuris conſultis Thalmudicis reperiũtur prudenti delectu ſpectatas, ſacris Codicibus lucem inferre, maximè cùm in rebus grauiſſimis explicandis, è libris Thalmudicis ſuppetias ſibi aſciſcant viri peritiſſimi: Baronius ipſe, vbi de ritu Paſchali, de Sonhedrin, ſeu Synedrio magno, de labore manuum Pauli, & de corpore Chriſti in Sepulchro nouo ponẽdo diſſerit. Equidem ex Pij IV. de libris purgandis, prohibendis, & tolerandis conſtitutione. Thalmud Hebræorum, eiuſque gloſſæ, annotationes, interpretationes, & expoſitiones omnes, ſi tamen prodierint ſine nomine Thalmud, & ſine iniurijs & calumnijs in religionem Chriſtianam, tolerabantur. [e]. Eaque permiſſio Pij V. Gregorij XIII. Sixti V. Vrbani VII. Gregorij XIV. & Innocentij IX. temporibus permanſit: Sed mox ac in Pontificatum aſſumptus eſt Clemens VIII. ita permiſſioni illi derogatum eſt, vt libri illi prorſus interdicerentur. Id ergo ſolùm, quod huic noſtræ conuenit tempeſtati, de vtroque Rabbinorum Thalmude, Ieroſolymitano ſcilicet & Babylonico, ex Recentiorum ſcriptis referemus, potioreſque, è libris Thalmudicis ſubijciemus.

[e] vide Bul tom. 3. p. 2 & Bellarm de memb Eccleſiæ lit. lib. 3. 28

Duplex Rabbinorum Thalmud circumfer-

tur apud Hebræos: Aliud Ieroſolymitanum aliud Babylonicum. Ieroſolymitanum conſcriptũ eſt à R. Iochanan ex tribu Ioſeph, qui fuit caput Synagogæ in terra Iſrael per annos octoginta, & opus hoc ingens abſoluit circa annum Chriſti 240. Dicitur autem Ieroſolimitanum, tùm quia à Rabbinis Ieroſolymitanis, eodem R. Iochanan præſide collectum: tùm quia pro Iudæis solùm in Palæſtina degentibus editum fuit: Et quoniam pauciores ipſi erant, quàm qui in Babylonia, alijſque terris peregrinis agebant; nec omnes deciſiones complectebatur; ideò minor eius fuit vſus, quàm Babylonici.

Diuiditur autem Thalmud Ieroſolymitanum in quatuor Sedarim, ſeu Ordines. Primus eſt de Seminibus & fructibus terræ, & continet libros vndecim: quorum I. agit de gratiarum actionibus pro frugibus terræ, ac omnibus omninò beneficijs; quo tempore, quo loco, & quibus alijs circumſtantijs preces fundendæ ſint. II. tractat de angulo aliquo agri ſati, pauperibus relinquendo, vt reſiduos eius fructus colligere poſſint. III. de rebus, de quibus dubium eſt, circa decimas, an Deo perſoluendæ ſint, nec ne? IV. de rebus diuerſi generis non commiſcendis. V. de iuribus anni ſeptimi, quo agri non colebantur, ſed quod ſpontè creſcebat ex granis deciduis, cedebat pauperibus. VI. De ijs quæ quis de rebus ſuis ſeparabat, & quaſi ſacras Sacerdotibus offerebat. VII. De primis Decimis quæ Leuitis dabantur. VIII. De Decimis quæ concedebantur Sacerdotibus, & in vrbe ſacra abſumendæ erant. IX. De placenta ex vnaquaque conſperſione Sacerdotibus perſoluenda. X. De præputio arborum, quæ per tres annos primos à plantatione, præputiata dicebantur, ideoque illarum fructus illiciti erant. XI. De Primitijs, quæ in Templo offerri debebant.

Secundus Ordo eſt de Feſtis, complectitur libros duodecim I. eſt de Sabbati iuribus, & ſolemnitatibus. II. De cibis alijſque rebus, quas die Sabbati commiſcere, vel non commiſcere licitum erat. III. De feſto Paſchalis, de fermento inquirendo & expurgando, de pane azymo, & de mactatione agni Paſchalis. IV. De die expiationis peccatorum. V. De ſemi-ſiclo ab vnoquoque ſingulis annis poſt viceſimum annum ætatis ſuæ perſoluendo, in emptionem duorum agnorum qui ſingulis diebus Deo offerebantur in redemptionem animarum. VI. De feſto Tabernaculorum. VII. De noui anni iuribus, & ſolemnitatibus. VIII. De ijs quæ quolibet feſto, præter Sabbatum licita aut illicita erant. IX. De varijs ieiunijs, & antiquo ieiunandi modo. X. De feſto Phurim, i. ſortium, de quo in hiſtoria Eſther. XI. De feſtiuitate maiore, qua omnis maſculus ter Ieroſolymis coram Domino ſe ſiſtere tenebatur, nempè in feſto Paſchatis, Pentecoſtes, & Tabernaculorum. XII. De feſto paruo, i. de die intermedio inter primum & octauum.

Tertius ordo eſt, de Mulieribus, & continet libros ſeptem. I. eſt de fratris abſque liberis defuncti vxore ducenda, ad propagandam eius familiam, de iuribus eius, & quibus carere [illegible] id olim factum. II. De muliere quæ in adulterij ſuſpicionem venit, quomodo maritus eam probare debeat amarâ aquâ ſecundùm legem, num. 5. III. De iure dotium, de priuilegijs vxorum, de officio viri, de iure virginum & viduarum. IV. De votis obligatorijs, & de ijs qui vouere poſſunt, vel non poſſunt. V. De libello repudij, quomodo ſcribi, dari, & offerri debeat. VI. De Nazaræis, & eorum votis, quibus ſe à mundo ſeparabant, & Deo conſecrabant. VII. De ſponſalibus & de modis quibus ſponſa iure acquiritur, & de conſecratione illius, & de deciſionibus variorum caſuum matrimonialium.

Quartus ordo dicitur Salutes, & complectitur libros nouem, I. eſt de damnis quæ à beſtijs, & ab hominibus, alicui inferuntur. II. eſt de rebus inuentis, de depoſito, de vſuris, de conductionibus, & locationibus, de commodato & mutuo. III. De ſocietate in commercijs, de hæreditatibus & ſucceſſionibus, de emptionibus & venditionibus. IV. De Iudicijs inferioribus, de Iudicibus, de teſtibus, de quatuor ſupplicij criminalis generibus, lapidatione, combuſtione, decollatione, & ſtrangulatione. V. De quadraginta plagis, quibus cædebantur, qui criminaliter non deliquerant, de ſubtractione vnius illarum, & de antiqua cædendi ratione. VI. De ijs qui iurare poſſunt, vel non poſſunt, & quomodo iurent quadruplices rerum cuſtodes, nempè qui gratis cuſtodit, qui petiit cuſtodiam, qui mercedem cuſtodiæ accipit, & qui mercede conduxit. VII. De Idololatria, ac vitanda omni conuerſatione & ſocietate cum gentibus. VIII. De documentis ac decretis Iudicum, quomodo ipſa ſeruanda, quomodo ipſorum tranſgreſſores puniendi. IX. De purificatione fluxus menſtrui, & immunditiæ partus. His totum opus Thalmudis Ieroſolymitani abſoluitur.

Thalmud verò Babylonicum copioſius eſt decem magnis voluminibus in folio conſtans Baſileæ anno Chriſti 1578. imprimi cœpit: dicitur Babylonicum, quod pro Iudæis in Babylonia, alijſque regionibus extra Iudæam degentibus, à R. Aſe, eiuſque ſocijs contextum fuerit circa annum Chriſti 500. Et quia ab eo tempore iuxta illud, Iudæi omne vixerunt, ac etiamnum viuunt, vt potè quòd multiplicem ſcientiarum omnium doctrinam, maximè verò ius ciuile, & Canonicum Hebræorum contineat: operæ pretium erit tantum opus breui analyſi deſcribere, vt & conſtet quid ſit diſcriminis inter vtrumque Thalmud, & quid vtrique commune.

Totum igitur Thalmud Babylonicum diuiditur in ſex Ordines, quorum quatuor primi continentur in Ieroſolymitano, ſed non ita fuſè, neque eodem omnino ordine quæſtiones ibi pertractantur, atque in hoc Babylonico: Iis tamen omiſſis, duos poſtremos hîc adijciam.

Quintus itaque Ordo Thalmudis Babylonici, dicitur *Ordo Sanctitatum*, & continet libros vndecim. I. Agit de ſacrificijs, quæ, qualia, quo tempore, quo loco, & à quibus mactari, parari, & offerri debebant. II. De animalibus mundis & immundis, quatenus hominum vſibus licita vel illicita ſint. III.

III. De oblationibus fariels & veſpertinis. IV. Quomodo primogenita animaliū offerti, vel pecunia redimi deberent. V. De æſtimatione ſiua pretio earum rerum, quæ Deo deuotæ & promiſſæ erant. VI. De permutatione ſacrificiorum, an aliud pro alio ſubſtituere & offerre liceret? VII. De tranſgreſſionibus quæ fieri poterant in vſu ſacrificiorum. VIII. De excisione animarum è ſæculo futuro, & de peccatis, quæ excisionem merentur; vbi triginta ſex ex lege recenſentur. IX. De iugi ſacrificio, quod fiebat quotidie ex duobus agnis, vno manè, altero veſperi. X. De menſuris & dimenſionibus Templi. XI. De nidis, ſeu de pullis ex nidis auium offerendis à pauperibus.

Sextus Ordo, dicitur *Ordo Munditiarum*, ſeu *Purificationum*, complectiturque libros duodecim. I. Agit de vaſis, inſtrumentis, ſupellectili, veſtibus ex quocunque genere, & quacunque materia, quomodo pura aut impura teneantur, & quomodo purificentur. II. De Tabernaculis ſeu ædibus, earumque partibus, quomodo polluantur, & purificari debeant. III. De plagis lepræ, quomodo ab eis pollutio contrahatur. IV. De vacca rufa, ſeu de purgatione ab immunditia à cadauere humano contracta, quæ fiebat per cineres combuſtæ vaccæ rufæ. V. De purificationibus quæ aliunde quàm ab humano cadauere contractę eſſent. VI. De foſſis ſeu conceptaculis aquarum, in quibus vtriuſque ſexus homines lauant ſe, & immergunt, purificationis cauſa. VII. De purificatione mulieri à fluxu menſtruo, & ab immunditia partus. VIII. Quomodo fructus, olera, aut alia terræ naſcentia, quibus veſcitur homo, per effuſionem liquidorum polluantur, aut ad pollutionem diſponantur. IX. De fluxum nocturnum ſeminis patientibus, aut gonorrhæa affectis, & quomodo purificari debeant. X. De intincto, loto eiuſdem diei. XI. De manibus abluendis: item de vaſis & aquarum qualitate, & quantitate, vnde lauari debent XII. De petiolis ſeu pediculis fructuum, quomodo contactu aliorum fructuum polluantur. Portò per ſingulos huius operis Talmudici libros, plures & execrandæ aduerſus Chriſtum proferuntur blaſphemiæ: nec non contra legem Moyſis, quam ſe profiteri gloriantur Iudæi, imò & contra ipſam naturæ legem plurima decreta continentur Vnde meritò Summi Pontifices, alijque Chriſtiani Principes tam nefariæ doctrinæ lectionem, vſumque ſuis ſubditis, etiam Iudæis interdixerunt; & omnes Talmudicos libros toto orbe Chriſtiano conquiſitos flammis tradi ſæpiùs iuſſerunt, vt obſeruat Syxtus Senenſis, in Bibliotheca ſancta, qui & errorum Talmudis ſummam contexuit.

Quod ſpectat ad Libros Talmudicos potiores ſunt.

ALphesi ſeu *Sepher* R. Iſaaci Alphes, celeberrimi inter Hebræos ſcriptoris, qui floruit an. 1100. Is liber totius Talmudis eſt compendium, in tres diuiſum partes. Prima complectitur ea, quæ primâ & ſecundâ Talmudicâ traduntur, & nonnullos adiungit tractatus: nempè de varijs pollutionum generibus, de libro legis, de ſchedula, quæ ianuarum poſtibus includi ſolet, de ligamentis precum, quæ manus ſiniſtræ, & fronti orationis tempore ſuperſtitioſè alligantur, & de fimbrijs ſiua periculamentis, quæ induuntur eodem tempore, aliaſque à magis ſuperſtitioſis geſtantur. Secunda pars verſatur circa ea, quæ tertiâ Talmudis continentur. Tertia continet partem Talmudis quartam, & quoſdam libros ex parte quinta: Pars verò ſexta, excepto libro Nidda, planè omiſſa eſt quod eius apud Hebræos extra terram ſanctam exulantes, non ita vſus ſit: Quibus omnibus adiecta ſunt viginti *Perachim*, ſeu capita de iuramentis præſtandis, & de officio Iudicis circa iuramenta exigenda: quorum auctor creditur eſſe R. Iſaac Ben-Ruben.

Aſchri, liber eſt R. Aſcher ſuper Talmud, ex eius concluſionibus conſtans, inſtar compendij.

Beth Iacob, i. Domus Iacob, Ben-Aſcher, complectens hiſtorias Talmudicas iucundiores cum duplici commentario.

Chochmath Schelamoh, i. Sapientia Salomonis, R. Salomonis Luria: Epitome eſt totius operis Talmudici.

En Iacob, i. Oculus Iacobi; vocatur etiam oculus Iſraëlis: Expoſitio eſt celebris gloſſarum Talmudicarum: auctore R. Iacob Chavif.

Haitur, i. Coronatio, ſeu liber coronationis, ſeu coronatio ſcribarum: his enim omnibus modis liber hic citatur ab alijs auctoribus, eſtque legalis auctore R. Ioſeph Ben-Satuk de varijs Hebræorum iuribus, iuxtà Talmudicos canones agens, magnæ apud illos auctoritatis.

Halichoth Olam, i. Inceſſus mundi: liber continens regulas, quæ facilem aditum in Talmud præbent.

Haſſagoth, i. Animaduerſiones: notæ ſunt breues R. Abraham Ben-Dauid in libros R. Moſis Ægyptij, qui Inſcribitur manus fortis, & eſt totius Talmudis Babylonici compendium.

Hilchoth ghedoloth, i. Deciſiones magnæ R. Simeonis Kaiara, qui floruit anno Chriſti 740. ſunt autem huiuſmodi deciſiones variorum caſuum, iuxtà iuris Talmudici Canones. Priſci enim doctores illi, vt notat Buxtorfius, ad annum vſque milleſimum Chriſti, in Talmudis tantum erant occupati, de Biblijs illuſtrandis, parùm ſolliciti.

Hilchoth Peſukoth, i. Sententiæ deciſæ: Compendium eſt prædictatum Deciſionum.

Iad Chazakah, i. Manus fortis: liber eſt R. Moſis Ægyptij Ben-Maimonis, quo totum Opus Talmudicum, linguâ purâ, putà Hebraicâ, & perfacili compendioſè tractatur: ſummam eius profert Buxtorfius: Totuſque liber illuſtratus eſt duplici commentario: alter vocatur Cheſeph-miſchneh, i. argentum purum: alter Magghid-miſchneh, i. interpres ſecundus.

Kiriath Sepher, i. Ciuitas librorum: breuiſſimum ac diſtinctiſſimum eſt totius Talmudis Babylonici compendium: auctore R. Moſe de Trani.

Konteres, i. Contetnio: breuis eſt commentarius in Talmud, ſic dictus, quòd pluribus quaretnionibus ſit cunſectus: auctore R. Salomone Iarchi.

Lechem abbirim, i. Panis robuſtorum: Explanatio eſt nonnullarum difficiliorum deciſiunum Talmndicarum: auctore R. Abrahamo Ben-Gaziz, emendatur in indice expurgatorio cenſoris Romani.

Mardochai gadbol, i. Mardochæus magnus: Compendium eſt omnium librorum Talmudicorum.

Maſſoreth Hattalmud, i. traditio Talmudis: Compendium eſt Talmudis, à quadam Rabbinorum Orientalium congregatione confectum, Conſtantinopoli excuſum.

Thanija, i. lectio: liber eſt, varios iuris Talmudici locos communes continens,& explicans; auctore R. Iuda Ben-Beniamin.

Zichron Talmud, i. Memoriale Talmudis: Compendium eſt totius operis Talmudici.

CLAVIS DAVID.

LIBER SEXTVS,

SACRVM, CORONIDIS LOCO, prôferens Onomaſticon, Perſonarum & Locorum, quæ in ſacris Litteris memorantur Ononymiam & Polyonymiam obſeruans:

Annotatâ paſſim Hebræâ aut Græcâ eorundem ſignificatione: Inſuper de Locis ipſis Vrbibúſque celebrioribus aliqua notans haud iniucunda.

PRÆFATIO.

MAGNA olim antiquis Scriptoribus cura fuit, res omnes quæcumque ad doctrinam amplificandam pertinere poſſent, quàm explicatiſſimas Pôſteritati tradendî, vt ex multis ad hæc vſque tempora perdurantibus monumentis ſatis agnoſcimus. Ex eo namque ſtudio, non ſolùm omnium artium præcepta, & inſtituta profecta ſunt, ſed & rerum obſeruationes, verborumque explicationes occultiſſimæ, plurimis variiſque voluminibus, ſeriò conſcriptæ emanarunt.

Nec verò à veteribus tantùm, ſed à noſtræ quoqne tempeſtatis viris eruditis, in huiuſmodî doctrinis ampliandis elaboratum eſt. Itaque cum in omnibus aliis diſciplinis optimo iure commenderur; maximè in ſacrorum Bibliorum rebus exponendis, nunquam non commodum, opportunumque cenſebitur, vt pote, quibus infinitus diuinarum hnmanarumque rerum theſaurus contineatur. Ideoque nihil à ſacris Autoribùs ad occultas ſcripturarum rationes explicandas, quocumque argumento, ſiue id in rerum ipſarum notitia, ſiue in ſimplici tantùm verborum nominumque cognitione verſetur, vnquam ſcriptum eſſe arbitror, quod non magna cum gratulatione ſuſcipiendum ſit.

Et quidem quod ſpectat ad propria Perſonarum & Locotum nomina, quæ in ſacris Litteris memorantur, quia tot, tamque diuerſæ perſonæ in eis recenſentur, quæ vno eodemque nuncupantur nomine, ſicut ex oppoſito, vna eademque perſona pluribus ſæpè gaudet nominibus. Item quia tot occurrunt loca, quæ licèt in diuerſis ſita ſint Tribubus, aut Regionibus, vnâ

tamen eademque voce exprimuntur; & è contra vnus idemque locus, pluribus, nec raro valde diuerſis vocabulis indigitatur. Haud dubiò Homonymia illa Lectoris mentem in varias partes diſtrahit, nec modicam ei Polyonymia hæc offundit caliginem, quibus vt idoneè prouiſum ſit incommodis, Sacrum hoc Onomaſticon, alphabeticâ ſerie digeſtum edidimus, longa ſanè ac laborioſa Scripturarum, iuxta editionem vulgatam, qua paſſim vtimur, perſcrutatione elaboratum. In quo omnis Homonymia, qua vna vox pluribus perſonis, lociſvè eſt communis; omniſque Polyonymia, qua vna perſona, vnuſve locus pluribus nuncupatur nominibus, curioſiùs inueſtigatur, res à nemine, quòd ſciam, hucvſque tentata, lucique expoſita.

Et quia Polyonymia hæc maius faceſſit negotium, ſciendum eſt, huiuſmodi nuncupationis nominumve pluralitatem, ex multiplici ortam eſſe capite, putà quòd Terra ſancta à diuerſis ſubinde Principibus, nempè Chananæis, Iſraëlitis, Iudæis, Aſſyrijs, Medis, Chaldæis, Perſis, Græcis, Syris, Ægyptiis, Romanis eſt occupata, & à diuerſæ linguæ populis inhabitata. Item quod Hagiographi, qui omnes (Iob excepto) Hebræi ſunt, diuerſis ſcripſere temporibus: Aliíque inter Aegyptios, vt Moyſes; alij inter Syros ac Arabes, vt Iob, nati ſunt & enutriti: Alij inter Babylonios commorati vt Ezechiel, & Daniel. Quæ cùm ita ſint, haud potuerunt populi Autoreſve natali ſolo diuerſi, linguâ diſſimiles, temporibuſque inæquales, eidem nomenclaturæ penitùs inhærere, ſed quilibet eorum, ſui temporis, vt plurimùm, ſuique Idiomatis vſurpauit vocabula Atque hinc illa varietas nominum eandem rem ſigificantium; hinc legentium anxia moleſtáque perplexitas, dum vnus idemque locus, tot, tamque diuerſis frequenter nuncupatur nominibus. Nec paucæ etiam difficultates ortæ ſunt ex variis eiuſdem nominis apud Interpretem verſionibus, & ex eadem diuerſorum nominum verſione.

Quæ quia aliquam, vt plurimùm, ſacræ linguæ ſapiunt dialectum, huius quoque noſtræ CLAVIS DAVID vtcumque debitum fuiſſet, horum πολυωνυμῶν aliorumque propriorum nominum Hebræam cuiuſvis dialecti, Arabicæ, Chaldææ, aut Syriacæ, ſacro in hoc Onomaſtico, Etymologiam annotare, niſi id alij non pauci iam præſtitiſſent. Præ cæteris Philo Iudæus, qui ſcripſit librum de interpretatione Hebraicorum nominum, quæ in veteri Teſtamento reperiuntur; eorumque Etymologias ac proprietates ſumma fide ac diligentia explicauit: Cui Origenes omnium Hebraicarum dictionum, quæ in nouo Teſtamento habentur, adiecit interpretationes, vt

quod

quòd ille tanquam Iudæus omiſerat, iſte vt Chriſtianus impleret.

In id quoq; laboris feliciter incubuit, circa annum 1530 Sanctes Pagninus, trium linguarum, Hebrææ potiſſimùm, peritiſſimus; qui de Hebræarum, Chaldæarum, Græcarúmque dictionum in ſacris litteris contentarum interpretatione, librum compoſuit, in quo etiam iuxta idioma cuiuſque linguæ, proprias earum appoſuit deriuationes, & compoſitiones, citatis locis, in quibus vnaquæque dictio, vt ab eo expoſita eſt, continetur. Iiſdem temporibus Matthæus Aurogallus natione Germanus, Euſebium æmulatus, edidit librum de Hebraicis Vrbium, Regionum, populorum, fluminum, montium, aliorumque locorum nominibus, quæ in ſanctis ſcripturis leguntur: omnéſque appellationes ordine diſpoſuit alphabetico. Similis argumenti indices alios offendi, quos cùm accuratiùs inſpexiſſem vtiliſſimoſque (pluribus licèt mendis ſcatentes) iudicaſſem; perſimilem eis compoſueram, in quo quicquid praui in illos irrepſerat, emendare; quod obſcuriùs dictum, elucidare, quodque deerat, ſupplere ſtudueram: At cùm ei manus vltima admoueretur, audiui virum religioſum, patriâ Auenionenſem, ſacræ linguæ peritiſſimum, & in diuinis ſcripturis conſummatum, opus eiuſdem, amplioris tamen, propoſiti typis paraſſe, mox ad iſtud luminare maius, ſidus illud modicum euanuit: Illuſtris enim viri merito deferens, indicem ſuppreſſi noſtrum, eâ parte exceptâ, quæ nondum, ab vllo typis mandata omnem Perſonarum & locorum, quæ in ſacris literis memorantur, homonymiam & polyonymiam obſeruat ea paſſim adiiciens nomina, quæ vel aliquam cum ipſis homonymis, & Polyonymis habent vocis affinitatem, cum & huiuſmodi ſimilitudo haud modicum hiſtoriæ ac ſcripturæ ſacræ minùs expertis pariant anxietatem, dum ea nomina ab inuicem ſæpè diſtinguunt.

Quòd ſi aliqua, in hoc Onomaſtico noſtro, cuiuſvis nominis proprij, ſeu perſonæ, ſeu loci, homonymia, aut Polyonymia inconſideratè à nobis prætermittatur, ignoſcet Lector beneuolus, ſi attendat in aurifodinis, ipſis etiam qui perſpicatiori pollent viſu, veniam dari, ſi quædam auri ſemina inter arenas, aut fœces ipſas reliquerint, iiſque qui in regiones aliquas primi deſcenderunt indulgeri, ſi quædam earum ignota loca in relationibus ſuis omiſerint. Verùm, quæ tantâ vocabulorum varietate obnubilatum ſcriptoris oculum fugerunt, ea recens ac perſpicax Lectoris acies faciliùs inſpiciet; & quod huic noſtro defuerit operi, inopinato nonnunquàm quæ latuerant occurſu,

SACRVM
ONOMASTICON

OMNEM PERSONARVM ET LOCORVM,
quæ in ſacra Pagina continentur, Homonymiam, & Polyonymiam obſeruans ac dirimens..

ABaddon, [a] [i. perdens, exterminans:] ita nominatur rex Angelus abyſſi: diciturque græcè Ἀπολλύων, vide infra Appollyon.

Abana, [b] [i. lapideus,] fortè quòd limpidiſſimus eſſet fluuius, & lapides in fundo apparerent:) iucundus erat Damaſci fluuius, qui e radicibus montis Libani in Decapolitana regione, ac dimidia Tribu Manaſſe transIordanem exortus, in mare Syriacum effunditur.

Abarim, [c] [i. tranſitus In plurali, ſiue tranſeuntes, aut furores, vel prægnantes, aut Syriacè, frumenta.] Montes in Tribu Ruben. Horum montium altiſſimus dicitur Nebo, à ciuitate Nebo ad pedem eius ſita: montis verò Nebo vertex, dicitur Phaſga [d]: Ex hoc vertice Balaam primâ vice benedixit Iſraëli. [e]. In eundem verticem aſcendit Moyſes ex præcepto Domini, vt inde videret terram promiſſionis [f]: dicitur quidem aſcendiſſe in montem Abarim, & in montem Nebo, [g]. quia Nebo, vt dictum eſt, erat altior pars montium Abarim: ibi etiam idem Moyſes mortuus eſt, iubente Domino. [h]. Et in huius montis ſpelunca, ac puteo ſeu ciſterna, Ieremias abſcondit ignem perpetuum, & Tabernaculum, & Arcam, & Altare incenſi. [i]. Huic affinis eſt. *Abaron*, [k] [i. tranſitus ſingularis numeri, ſeu peruadens ob robur, & fortitudinem] (vt videmus 1. Machab. 6. *verſ.* 43. vbi filius Saura ponitur pro Abaron, vt apparet ex textu Græco) cognomento Eleazari filij Mathathiæ.

Abda [l], [i. ſeruus, aut ſeruitus, vel ex Syro, nubes,] pater Adoniram à Salomone ſuper tributa præpoſiti; filius Samuæ, Leuita, de familia Idithun.

Abdenago [m], [i. ſeruus claritatis, aut faciens ſplendorem: vel Chaldaicè: ſeruus qui ingreditur, & egreditur coram rege: i. cubicularius & intimus regi.] vnus ex tribus pueris de ſemine regio: priùs dicebatur Azarias [n].

Abdi [o], [i. ſeruus, aut ſeruitus, vel nubes abundans,] nomen Leuitæ de familia Merari, filius Maloch. *Abdi* [p], alius Leuita, de familia Merari. *Abdi* [q], alius de filijs Ælam.

Abdias [r] pater Ieſmaiæ præfecti in Ducem Zabulonitis à Dauide. *Abdias* [ſ] diſpenſator domus regis Achab. Obedias Ioſeph. *Abdias*:

a Apocalyp. 9. v. 11.
b 4. Reg. 5. v. 12.
c Numer. 33 v. 47. Abar. Ioſeph 4 antiq. c. vii. v. 162.
d Deuter. 34 v. 1.
e Numer. 23. v. 14.
f Deuter. 3 v. 27 & cap. 34 v. 1.
g cap. 32. v. 49.
h cap. 34. v. 1. 5.
i 2. Machab. 2. v. 5.
k 1. Machab. 2. v. 5.
l 3. Reg. 4. v. 5.
m Dan. 1. v. 7.
n Dan. 2. v. 17.
o 1. Paral. 6. v. 44.
p 2 Paral. 29. v. 12.
q 1. Eſdr. 10. v. 26.
r 1. Paral. 27. v. 19.
ſ 3. Reg. 18. v. 2. 3.

[t] Propheta contemporaneus Ionæ, Ozee, & Amos [u]; Prophetauit ſub Ozia rege Iuda. *Abdias* [x] Leuita de filijs Merari, præpoſitus operantium à pio Ioſia Rege Iuda ad inſtaurandam domum Domini. *Abdias* [y] Iecheli filius præpoſitus ab Eſdra ſcriba viris ducentis & duodecim, aſcendit cum eo de Babylonia in Ieruſalem, ſub Artaxerxe Perſarum Rege.

Abdon [z], ciuitas in Tribu Aſer quæ cum ſuburbijs ſuis, Leuitis ſeparata eſt. *Abdon* [a], filius Illel Pharathonites, & Iudex in Iſraël, de Pharathon terra Ephraim oriundus, [b] *Abdon*. [c], vnus de filijs Seſac, & de Patriarchis i. Principibus familiarum Tribus Beniamin habitantium in Ieruſalem. *Abdon* [d] primo genitus Abigabaon, qui habitauit in Gabaon [e]. *Abdon* [f], filius Micha, vnus eorum quibus pius Ioſias rex Iuda poſt factam ſibi ab Helcia Sacerdote, reperti in Templo Deuteronomij olim à Moyſe conſcripti lectionem, præcepit vt orarent Dominum pro ſe, & pro reliquijs Iſraël, & Iuda [g]. *Abdon*, iſte dicitur & Achobor [h].

Abel [i], [i. Luctus vanitas, aut Syriacè, vapor,] filius Adam. *Abel* [k], ciuitas in Tribu Gad: ciuitas vineis conſita, vbi Iephte iudex Iſraël percuſſit Ammonitas, ideoque propriè vocatur Abelkeramim, [i. *Abel* vinearum, vel luctus vinearum.]

Abela [l], [i. luctus,] inſignis ac munita ſuperioris Galilææ Metropolis, in Tribu Nephtalim, non procul à Cæſarea Philippi: eò vſque, Ioab perſecutus eſt perduellem Sebam; eumque ciuitatem obſideret, ſuaſu prudentis mulieris, abſciſo Sebæ capite, & è mœnibus ad illum proiecto, receſſit, vocatur etiam Bethmaacha, i, domus Maacha: licèt enim libro 2. Reg. *verſ.* 14. legamus in Abelam & Bethmaacha, ibi particula, &, ponitur, pro, id eſt: confirmatur ex *verſ.* ſequente; nempe 15. vbi in Hebræo eſt: igitur obſederunt eum in Abela Bethmaacha, ergò hæc duo nomina vnam ſolùm vrbem ſignificant. ita & 3. reg. 15. *verſ.* 20. in Hebræo textu: nec obſtat, quòd diſtinguantur à Toſtato; neque enim diſtinguũtur ab Adrichomio [m], cui potiùs credimus, maximè quia ſicut refert idem Adrichomius: Abela dicitur à Ioſepho [n], Abelmachea Abelmaen; & à D. Hieron. [o], Bethmacha: dicitur etiam *Abel* [p] domus Maacha, & *Abel* [q] *maim*. *Abelmagnus* [r], [i. luctus magnus, ſeu lapis magnus. In Hebraico enim textu, magna eſt affinitas inter

t Abd. 1. v. 1.
u Hieron. in Oze.
x 2 Paral. 34 v. 12.
y 1. Eſdr 8. v 38.
z Ioſ. 21 v. 30 & 1. Paral. 6. v. 74
a Iudic. 12. v. 15.
b v 3.
c 1 Paral. 8 v 23.
d v. 30.
e v. 29. & cap. 9. v. 35 36.
f 2. Paral. 34 v. 20.
g v. 14 16. 18. 19. 20. 21.
h 4. reg. 22. v. 12.
i Gen. 4. v 2.
k. Iudic. 11. v. 33.
l. 2 Reg. 20. v. 14 15. Ioſeph. l. 8. antiq c. 7. v. 27. Abdiam Obediam vocat.
m. pag. 101. n. 7. ant 10. v. 66. Ioſeph 8. ant. c. 6 v. 20.
o in locis hebr. l. B.
p 3. Reg 15. v. 20 & 4 reg. 15. v. 19.
q 2 Paral. 16 v 4.
r 1. Reg 6 v 18.

ter

tet vocem quæ lapidem, &c,eam quæ luctú ſignificat, ſola vltima litera hăc facit differentiam; & facilis eſt literæ vnius in aliam commutatio.] Ciuitas eſt in Tribu Dan, quę antea dicebatur Bethſames, [f] poſteà verò dicta eſt Abelmagnus, ob magnum luctum editum ſuper Bethſamitas ibi percuſſos à Domino, quod curioſius inſpexiſſet Arcam quam duæ vaccæ reduxerant de Accaron, & Leuitæ depoſuerant ſuper lapidem magnum, qui erat in agro Ioſuæ Bethſamitæ, in quo vaccæ ſteterant [t]; & ſuper eundem immolauerunt vaccas illas. Lapis ille magnus priùs quidem dictus eſt Abelmagnus [u]. ac ſubinde ipſa quoque ciuitas, Bethſames vocata eſt Abelmagnus, ſicque ab alijs eiuſdem nominis Bethſames ciuitatibus, quæ erant in alijs Tribubus, diſtincta fuit. Vide Bethſames, infrà.

Abelmaim [x], [i, luctus aquarum,] ciuitas in Tribu Nephtalim, eadem cum Abela, ſeu Abel Maacha, vel Abel domus Maacha, vt paret ſi conferas librum 3. Reg. 15. *verſ.* 20 cum 2. Paral. 16. *verſ.* 4.

Abelmehula [y], [i. luctus infirmitatis, vel luctus chori: ſiue ex Hebræo & Syro, luctus veniæ,] Ciuitas in dimidia Tribu Manaſſes citra Iordanem. Hæc eſt patria Eliſæi Prophetæ [z] ſcribitur & Abelmeula [a].

Abel-ſatim [b], [i. planities Setim,] limes vltimæ manſionis prope Iordanem.

Abenboen, [c] [i. lapis pollicis, aut pollex vel lapis in eis.] terminus Beniamin & Iuda magnus, in modum clibani, & videtur eſſe marmor [d]. dicitur & lapisboen filij Ruben [e]. quaſi explicans quid ſit Abenboen, i. lapis, dictus boen ab vno filiorum Ruben, de quo in ſcriptura, nulla fit mentio.

Abes [f], [i. ouum, ſiue cœnoſus,] ciuitas in Tribu Iſſachar. Huic voci Abes, affinis eſt *Abeſan* [g], [i. pater ſcuti, aut patris ſcutum, vel arbor ſpinarum, vel fructus ſpinarum,] nomen viri Iudicis in Iſraël de Bethleem.

Abeſſalom [h], [i. pater pacis, ſeu patris pax, aut pater conſummationis, ſeu patris conſummatio, aut pater retributionis, ſiue patris retributio,] Pater Maàchæ, matris Abiam regis Iuda, & auiæ Aſæ filij eiuſdem Abiam [i]: dicitur & Vriel [k], ſicut & Maacha, Michaia. *Abeſſalom* [l] nomen viri cuiuſdam Iudæi.

Abi [m], [i. pater meus,] mater Ezechiæ regis Iuda, & filia Zachariæ: dicitur & *Abia* [n].

Abia [o], [i. pater Dei, aut pater Deus, aut voluntas Domini,] vxor tertia Heſron filij Phares, qui eſt in Chriſti linea, & ex hac natus eſt Ashur. *Abia* [p] filius ſecundus Samuëlis Prophetæ. *Abia* [q] Princeps octauæ vicis ſacerdotalis. *Abia* [r] filius Roboam & rex Iuda: qui & Abiam [s] dicitur in lib. 3. Regum 14. *Abia* puer, filius Ieroboam idololatræ, in pœnam peccati paterni mortuus, iuxta verbũ Ahiæ Prophetæ. *Abia* [u] ſeptimus ex nouem filijs Bechor filij Beniamin [x]. *Abia*, [y], mater Ezechiæ regis Iuda, quæ & Abi.

Abialbon, [z], [i. pater ſuperintelligens, aut pater ſuperædificans, aut ex Hebræo & Syro, pater iniuriæ,] vnus ex triginta ſeptem fortibus Dauidis regis [a]: dicitur *Abiel* [b] vtrobique

[f] Ioſ. 15. v. 2.
[t] Adrichom. pag. 21.
[u] 2. Reg. 6. v. 18.
[x] 2. Paral. 16. v. 4.
[y] Iudic 7. v. 23. 3. Reg. 4. v. 12.
[z] Hieron in locis Hebr.
[a] 3. Reg. cap. 19. v. 6.
[b] Num. 33. v. 49.
[c] Ioſ. 18. v. 18
[d] Adrichom. pag. 14.
[e]
[f] Ioſ. 19. v. 20
[g] Iudic 12. v. 8.
[h] 3. Reg 15. v. 2.
[i] v. 10.
[k] 2. Paral. 13. v. 2.
[l] 2. Machab. 11. v. 17.
[m] 4. Reg. 18. v. 2.
[n] 2. Paral. 29. v. 1.
[o] 1. Paral. 2. v. 24.
[p] 1. Reg. 8 v. 2. & 1. Paral. 6. v 28.
[q] 1. Paral. 24. v. 9.
[r] cap. 3. v. 10. & cap. 12 v. 16. & toto capite 13.
[s] cap. 1. v. 31. & cap. 15. v. 1.
[t] 3. Reg. 14. v. 1.
[u] 1. Paral. 7. v. 8.
[x] cap. 10. v. 6.
[y] 4. Reg. 18 v 2
[z] 2 Reg. 23. v. 31.
[a] v. 31.
[b] 1. Paral. 11. v. 32.

enim vocatur Arbathites, quod patriæ nomen eſt, puta Arbati, de qua fit mentio 1. Machab. 5. *verſ.* 23.

Abiaſaph [c], [i. pater congregans, ſiue pater conſummans, vel finiens.] filius filius Core, quem terra viuum deglutiuit [d]. dictus eſt etiam *Aſaph* [e].

Abiathar [f], [i. pater excellens, aut pater reſidui, vel remanentis, ſiue pater explorationis aut contemplationis, aut pater funiculi.] Summus ſacerdos, filius Achitob: vocatur & Achimelech [g]; erat enim binominis, vt patet ex hoc loco D. Marci, vbi dicitur: [quomodo introiuit in domum Dei, ſub Abiathar principe ſacerdotum, & panes propoſitionis manducauit.] id tamen factum eſſe ſub Achimelech enarratur 1. Reg. 21. v. 1. *Abiathar* [h] filius eiuſdem Achimelech ſeu Abiatharis, qui patre occiſo, fugit ad Dauid: iſte dictus eſt etiam Achimelech [i]. *Achimelech* [k].

Abida [l], [i. pater ſcientiæ, vel ſcientia patris] filius Madian filij Abrahæ.

Abidan [m], [i. pater iudicij, aut ex Hebræo & Syro, pater meus iſte,] Princeps Tribus Beniamin in prima enumeratione facta in deſerto, & filius Gedeonis, non quidem illius qui poſteà fuit Iudex in Iſraël [n].

Abiel [o], [i. pater Deus,] filius Seror, & pater Ner patris Cis patris Saül [p]. iſte dictus eſt etiam Abigabaon [q], & Iehiel [r], *Abiel* [ſ] Arbathites, vnus ex fortiſſimis Dauidis: dicitur & Abialbon [t].

Abiezer [u], [i. pater adiutorij, ſiue patris adiutorium, vel pater atrij, vel atrium patris,] filius Manaſſe, & caput familiæ in Tribu Manaſſe. *Abiezer* [x] filius ſecundus reginæ ſororis Galaad, ex eadem Tribu Manaſſe.

Abiezer [y] vnus ex fortibus Dauid, oriundus ex Anathoth, patria Ieremiæ.

Abigabaon [z], [i. pater collis, ſiue pater calicis, vel ſcyphi, aut pater dorſi peccati,] Princeps Gabaon: dicitur eſt Iehiel [a], & vxor eius Maacha; dictus eſt etiam *Abiel* [b], fuitque Pater Ner patris Cis patris Saül.

Abigail [c], [i. pater exultationis, vel patris exultatio,] prius vxor Nabal, ac poſteà Dauidis. *Abigail* [d], filia Naas, ſoror Saruiæ, ipſiuſque Dauidis regis, & mater Amaſæ, quem Abſolom conſtituit pro Ioab ſuper exercitum.

Abibal [e], [i. pater fortitudinis, aut pater exercitus, ſiue pater diuitiarum, aut pater antemuralis, vel pater doloris,] pater Suriel Principis Moholitarum: in vulgata corruptè legitur: Abihaiel. *Abihail* [f] filia Eliab fratris Dauidis, & vxor Roboam filij Salomonis. *Abihail* [g] vxor Abiſur filij Semei filij Onam filij Ierameel, de Tribu Iuda, ex Atara vxore. *Abihail* [h] filius Huri, de Tribu Gad.

Abila [i], ciuitas in Tribu Ruben in campeſtribus Moab, agrum habens palmetis conſitum, vbi concione aduocata, fertur Moyſes Deuteronomium explicuiſſe. Similis eſt vox *Abilina* [k], [i. lugens, plorans, ſiue pater manſionis, vel murmurationis.] Prouincia in Tribu Nephthalim, cuius Tetrarcha fuit Syſanias, temporibus Chriſti: dicta eſt Abilina ab Abila ciuitate ſita ad radices montis Libani & alia quidem à prædicta

[c] Exod 6. 24. 1. Paral 6. v. 23. 27.
[d] Num. 16. v 32.
[e] 1. Paral. 26. v. 1.
[f] Mat. 2. v. 26.
[g] 1 Reg. 21. v. 1. & 22. v. 9. 11. 12. 20.
[h] v. 20.
[i] 2 Reg. 8. v 17.
[k] 1. Paral. 24. v. 3.
[l] Gen. 25. v. 4. & 1 Paral. 1 v. 33.
[m] Num. 1. v. 11.
[n] Iudic 6. 7 8.
[o] 1. Reg. 9. v. 1.
[p] 1. Paral. 9. v. 36. 39.
[q] cap. 8. v. 29.
[r] ibidem.
[ſ] cap. 11. v. 32.
[t] 2. Reg. 23. v 30.
[u] Ioſ. 17. v. 2. Iudic 6. v. 34.
[x] 1. Paral. 7. v. 18.
[y] 2. Reg. 23. v. 27. & 1. Paral. 7. v. 18.
[z] cap. 8. v. 29. & cap. 9. v. 35.
[a] cap. 8. v. 29 & cap. 9. v. 35.
[b] 1. Reg. 9. v 1.
[c] cap. 25. v. 3 & 30. v. 5. & 1. Paral. 3. v 1.
[d] 2. Reg. 17 v. 25. & 1. Paral. 2. v. 16.
[e] Num. 3. v 33.
[f] 2. Paral. 11 v. 18.
[g] 1. Paral. 2 v. 29.
[h] cap. 5. v. 11 14.
[i] Ioſeph antiq. 4. v. 25. Adrichom. pag. 126.
[k] Luc 3. v. 1

Abila,

Abila, & quamdem Lyſanias à ſe Lyſanium appellari voluit.

Abimelech,[l]. [i. pater regis, ſiue regum ſummus,] Generale nomen regum Gerara, ſeu Paleſtinorum regum in Gerara, perinde atque Cæſar Romanorum Imperatorum. *Abimelech*[m] filius Gedeonis Iudicis ex concubina[n], is, occiſis ſeptuaginta fratribus ſuis, tyrannicè præfuit, ſucceſſitque patri.

Abinadab[o], [i. pater ſpontaneus, ſiue pater Principis,] filius ſecundus Iſai patris Dauid. *Abinadab*[p] vnus ex filijs Saül. *Abinadab*[q] Leuites in cuius domum ciues Cariathiarim intulerunt arcam Domini è terra Philiſtæorum reductam, quæ manſit ibi, primùm ſub cura Eleazari filij eius, ac poſteà ſub cura Oziæ & Ahio filiorum eiuſdem Abinadab[r] ſimilis eſt *Abinadab*[ſ], [i. frater ſpontaneus, aut frater voti, ſiue frater Principis,] filius Addo, præerat in Manaim ſub Salomone.

Aminadab[t], [i. populus ſpontaneus, ſiue populus vouens, aut populi Princeps,] filius Ram, ſiue Aram[u], & pater Naaſſon, Princeps Iuda.

Amizabad[x], [i. populi dos, vel dotatio,] filius Banaiæ fortiſſimi inter triginta, qui præerat turmæ patris ſui.

Abiram[y], [i. pater celſitudinis, aut pater fraudis, vel proiectionis,] primogenitus Hiel reædificatoris Iericho. Similis eſt *Abiron*[z] frater Dathan, ambo filij Eliab filij Ruben, & rebelles Moyſi & Aaroni; & à terra, vnà cum Core Leuita ſeditionis authore abſorpti. Vulgata quidem habet Abiron, at in Hebræo eſt Abiram & ſignificat idem ac præcedens.

Abiſag[a], [i. patris ignorantia, vel patris error, aut patris delectatio, val patris lætitia,] Sunamitis virgo, pulchra nimis, quæ calefaciebat Dauid Regem ſenio confectum, ab eodem intacta. Similis eſt *Abiſai*[b], [i. patris munus, vel pater muneris,] filius Saruiæ ſororis Abigail, ac Dauidis Regis, fraterque Ioab, & Aſaelis.

Abiſue[c], [i. pater Ieſu, ſeu pater exclamationis, aut pater reſpiciens, ſiue diues, vel liberalis,] filius Phinees filij Eleazari filij Aaron. *Abiſue*[d] filius Bale filij Beniamin filij Iacob.

Abiud[e], [i. pater laudis, vel confeſſionis,] filius Bale filij Beniamin. *Abiud*[f] filius Zorobabel ducis Iuda, in Chriſti linea. Abiud perſimilis eſt *Abiu*[g], [i. pater ipſe, vel pater eſt,] filius Aaron, qui vſus igne alieno cum Nadad fratre ſuo primogenito, ambo ſacro igne conſumpti ſunt.

Abra[h] ancilla honoraria Iudith, cui ſimilis *Abran*[i], [i. tranſitus, aut ira; aut Syriacè, frumentum,] ciuitas in Tribu Aſer.

Abram[k], [i. pater excelſus,] poſteà dictus *Abraham*[l] [i. pater multitudinis,] à Deo ipſo nuncupatus. Hinc *Abraba*[m] nemus, plantatum ſcilicet ab ipſo Abraham in Tribu Simeonis.

Abſalon[n], [i. pater pacis, ſiue pater conſummationis, ſiue pater retributionis,] filius Dauid ex vxore Maacha. Is occidit fratrem ſuum primogenitum Ammon[o]. Et poſteà inſurrexit in ipſum Patrem[p]. Perſimilis eſt *Abſalomus*[q], [i. pater pater pacis, aut pater cōſummationis, ſiue pater retributionis,] Pater illius Mathathiæ, qui cunctis fugientibus, ipſe ſolus cum Iuda Principe militiæ, adſtitit Ionathæ.

l Gen. 10. v. 2.
m Iudic 8. v. 31.
n cap. 9. v. 1. 18.
o 1. Reg. 16. v. 8. & 17. v. 13. & 1. Paral. 2. v. 13.
p cap. 9. v. 39. & 10. v. 2. 1 Reg. 31. v. 2.
q 1. Reg. 7. v. 1.
r 2. Reg. 6. v. 3.
ſ 3. Reg. 4. v. 14.
t 1. Paral. 2. v. 10.
u Matth. 1. v. 3. 4.
x 1. Paral. 27. v. 6.
y 3. Reg. 6. v. 24.
z Num. 16. v. 1. & ſeq. Eccleſ. 45. v. 22.
a 3. Reg. 1. v. 3. 4.
b 1. Paral. 2. v. 16.
c cap. 6. v. 4.
d cap. 8. v. 4.
e cap. 8. v. 3.
f Matth. 1. v. 13.
g Leuit. 10. v. 1.
h Iudith. 8. v. 32.
i Ioſ. 19. v. 28.
k Gen. 11. v. 26. 31. & cap. 12. v. 1. &c.
l cap. 17. v. 5.
m cap. 21. v. 33.
n 2. Reg. v. 3. & 1. Paral. 3. v. 2.
o 2. Reg. 13. v. 29.
p cap. 15. 16. 17.
q 1. Paral. 3. v. 2.

Acan[ſ], [i. anguſtia, vel ſtridor,] filius tertius Eſer filij Seir Horræi: dicitur etiam Iacan[t]. Ad Acan accedit vox *Acain*[u], [i. poſſeſſio, ſiue emptio, aut nidus,] ciuitas in Tribu Iuda.

Accaron[x], [i. ſterilis, eradicans, radix,] vrbs inclyta in Tribu Dan, vnaque de quinque Satrapis Philiſtinorum, habens Regulum: expugnata fuit à Tribu Iuda[y], & cæſis in ea ducentis Philiſtæis, ipſorum præputia Dauid attulit Saüli in dotem pro nuptijs Michol filiæ ſuæ.[z] In hac vrbe, pro Deo colebatur Idolum Beelzebub, quod cùm ſuper ægritudine ſua conſuluiſſet Ochoſias Rex Iſrael, ab Elia Propheta mortis prænuntium accepit[a]. Huius vrbis frequens in ſcripturis eſt mentio. Toſtatus ponit aliam Accaron vrbem in Tribu Iuda, eamque diſtinguit à priori, quam ſolam agnoſcit Adrichomius, cui potiùs credimus; nec tamen diſſentimus à D. Hieronimo[b], qui dicit illam veriùs poni in Tribu Iuda, qui cùm ab iſta Tribu fuiſſet expugnata, fuit ei aſſignata, non tamen poſſeſſa, quia habitatores priſtinos nequierunt expelli. Dicitur & *Acron*[c]

Accho[d] ciuitas in Azer, poſteà dicta Ptolemaïs, nunc Accon, & *S. Iean d'Acre*.

Accos[e], [i. ſpina, vel æſtas, aut tædium, ſiue vigilia, vel finis,] Princeps familiæ, cui ſeptima ſors ſacerdotalis contigit. *Accos*[f], de ſtirpe Sacerdotali, cuius poſteri vnà cum Zorobabele è Babylonia redierunt in Ieruſalem.

Accub[g], [i. veſtigium, vel ſupplantatio, aut prauitas, vel calcaneum, ſiue retributio,] filius Elioenai filij Naariæ de ſtirpe regia, qui Accub è Babylone reuerſus eſt in Iudæam. *Accub*[h], vnus de Leuitis, qui, Eſdra legente librum legis, ſilentium faciebant in populo. *Accub*[i] caput vnius ex familijs Nathinæorum, cuius poſteri reuerſi ſunt cum Zorobabele. *Accub*[k], cuius filij Ianitores fuerunt vnà cum patre.

Achab[l], [i. frater patris, vel fratris pater, ſiue arula patris,] filius Amri, & vterque rex Iſraël. *Achab*[m] filius Coliæ Pſeudoprophetę: Is ac Sedecias ſunt duo illi ſeniores, prauique Iudices, qui accuſarunt caſtiſſimam Suſannam vxorem Ioachim[n]; propter quod ſcelus Nabuchodonoſor Rex Babylonis frixit eos in igne[o], ſecundum Hebræos, teſte S. Hieronymo. Similis eſt *Achad*[p], [i. amphora, vel hidria aut ſcintilla,] ciuitas in terra Sennaar, in qua regnauit Nemrod: quæ nunc dicitur Niphis.

Achaia[q], [i. Græcè dolor, triſtitia,] Græciæ regio, & peninſula. Hinc fortè dictus *Achaicus*, de quo meminit D. Paulus[r].

Achan,[ſ], [i. conturbans,] filius Charmi filij Zabdi filij Zaræ de Tribu Iuda: vocatur & *Achar*[t], [i. turbare.] Hic conturbauit Iſraëlem ob furtum de anathemate Iericho, ideoque ait illi Ioſué: [Quia turbaſti nos, exturbet te Dominus in die hac.] Lapidauitque eum omnis Iſraël[v].

Achaz[x], [i. apprehendens, poſſidens, autri-

r 1. Machab. 11. v. 70.
ſ Gen. 36. v. 27.
t 1. Paral. 1. v. 42.
u Ioſ. 15. v. 56.
x cap. 13. v. 3.
y Iudic. 1. v. 18.
z 1. Reg 18. v. 27.
a 4. Reg 1. v. 1.
b In locis Hebr..
c Ioſ. 19. v. 42
d Iudic. 1. v. 31.
e 1. Paral. 24. v. 9.
f 1. Eſdr. 2. v. 61.
g 1. Paral. 3 v. 24.
h 2 Eſdr. 8. v. 7.
i 1. Eſdr. 2. v. 45.
k 1. Paral. 9 v. 17. & 1. Eſdr. 2. v. 42. 2. Eſdr. 7. v. 45.
l 3. Reg 16 v. 29.
m Ierem. 29 v. 21.
n Dan. 13. v. 29.
o Ierem. 29 v. 21. 22. 23.
p Gen. 10. v. 10.
q Actor. 19. v. 21.
r 1. Corinth 16. v. 15.
ſ Ioſ. 7. v. 1.
t 1. Paral. 2 v. 7.
u Ioſ. 7. v. 25
x 4 Reg. 16 v. 1. & 1. Paral. 3. v. 13.

rnaeus,] Rex Iuda, filius Ioatham Rex Iuda, qui alias Elier [y] dicitur.

y Luc 3. v. 29. Ecdippon Ioſeph. 2. belli c. 11. v. 20. z Iudic. 1. v. 31. a Ioſ. 19. v. 29. b 1. Paral. 2 v. 25.

Achazib [z], [i. mendax, mendacium,] vrbs in Tribu Aſer, maritima & munita; dicitur & *Achziba*: [a] Toſtatus enim ſumunt vtramque eandem eſſe ciuitatem.

Achia [b] [i. frater Domini,] filius Ieramеel filij Eſron qui eſt in Chriſti linea. Perſimilis eſt, idemque ſignificat *Achias* [c] filius Achitob fratris Ichabod.

c 1. Reg 14. v. 3. d cap. 14. v. 50. e 2. Reg. 15. v. 36. & 1. Paral. 6. v. 8. f 3. Reg. 2. v. 35. g cap. 4. v. 15.

Achimaas [d], [i. frater conſilij, vel frater conſiliarius, aut frater ex ligno,] pater Achinoam vxoris regis Saül. *Achimaas* [e] filius Sadoc Sacerdotis, illius ſcilicet quem Salomon, exautorato Abiathar, conſtituit Pontificem. [f], *Achimaas* [g], vir Princeps, qui ſub Salomone præerat in Nephtali; & habebat Baſemath filiam eiuſdem Salomonis in coniugio. Idem fuit, vt credo, ac præcedens filius Sadoc ſummi Pontificis, cui, vt potè ſummi Pontificis filio, Salomon haud dedignatus eſt dare filiam; quemque, pater eius Sadoc ad huc ſuperſtite, conſtituerat Principem in Nephtali. Similis eſt vox *Achiman* [r]. [i. frater præparans, vel frater dextræ, aut frater quis,] vnus de filijs Enac, cum Siſai & Tholmai annumeratus.

r Num. 13. v. 23.

s 1. Reg. 21. & 22. v. 2.

Achimelech [s], [i. frater meus rex, aut frater regis, aut conſilij,] Sacerdos, filius Achitob. & pater Abiathar. Hic dedit Dauid, & eis qui cum ipſo erant panes propoſitionis, propter quod occidit eum Saül Rex, per manum Idumæi Doeg. Dicitur etiam Abiathar [t], imò & filius eius Abiathar vocatur Achimelech [v], (vterque enim, filius ſcilicet & pater, vtroque gaudebat nomine. Et in quibuſdam exemplaribus, Achimelech. Ratio huius diuerſitatis eſt, quia litera ח hebraicę, quæ repetitur in voce Achimelech, aliquando vertitur per *ch*. aliquando per *h*.

t Marc. 2. v. 26. & 1. Reg. 8. v. 17. v 2. Reg. 8. v. 17. & 1. Paral. 18. v. 16. *Scribitur Achimelech filius Abiathar*

x 1. Reg. 14. v. 50. y cap. 25. v. 43. & 1. Paral 3. v. 1.

Achinoam [x], [i. fratris pulchritudo, vel iucunditas, aut frater motionis,] vxor regis Saül. *Achinoam* [y], de Ieſrahel, ſeu Ieſraëlitis, vxor Dauid, ex qua genuit Ammon primogenitum ſuum.

z Tob. 11. v. 20. a Iudith. 5. v. 5.

Achior [z], [i. fratris lumen. aut frater ignis,] conſobrinus Tobiæ, qui ad eum venit vt congratularetur ei. *Achior* [a], Dux omnium filiorum Ammon, qui dedit gloriam Deo Iſraël coram Holoferne, eoque occiſo, poſteà conuerſus eſt ad Iudaiſmum [b].

b cap. 14. v. 6. c Num. 26. v. 33.

Achiram [c], [i. fratris celſitudo, eleuatio, aut fratris dolus, vel protectio,] in nonnullis exemplaribus ſcribitur Ahitam, filius Beniamin, & caput familiæ Ahitamitarum: dicitur & Echi [d].

d Gen. 46. v. 21. e 1. Reg. 21. v. 11. & cap. 27. v. 2.

Achis [e], [i. vtique eſt, vel ſic eſt,] filius Maoch, & Rex Geth, ad quem fugit Dauid à facie Saül; & coram eo immutauit os ſuum. Dictus eſt & Abimelech, & Achimelech. Similis vtcunque *Ach ſamech* [f], [i. frater ſuſtentationis, aut firmitatis, vel frater coniungens,] pater Oliab de Tribu Dan.

f Exod. 31. v. 6. & 35. v 34.

g Iodith. 8. v. 1. h 1. Reg 14. v. 3. i cap. 22. v. 9. k 3. Reg. 2. v. 35.

Achitob, [i. frater bonitatis,] filius Melchiæ, vnuſque ex progenitoribus Iudith. Hic dictus eſt etiam Acito. *Achitob* [h] Pater Achiæ, & pater etiam Achimelech [i]. Et hi duo ſucceſſiuè fuerunt ſummi Sacerdotes, de ſtirpe Ithamar. *Achitob* [k] pater Sadoc, nempè illius quem Salomon, exautorato Abiathar, conſtituit Pontificem. Et in iſto, Pontificatus rediit ad familiam Eleazar. *Achitob* [l], auus alterius Sadoc, & vterque fuit ſummus ſacerdos. Similis vtcunque *Achitophel* [m], [i. frater ruinæ, vel frater inſipiditatis, i. gei iu fulſæ,] conſiliarius Regis Dauid, à quo tranſijt ad partes Abſalom, & laqueo ſe ſuſpendit.

l 1. Paral. 6. v. 12. m 2 Reg. 15. v. 12 & cap. 17. v. 23.

n Gen. 36. v. 38. o 4. Reg. 22 v. 12, 13. &c.

Achobor [n]. [i. mus,] pater Balanan ſeptimi eorum qui regnarunt in terra Edom, antequam haberent Regem filij Iſraël. *Achobor* [o] filius Micha, vnus ex quinque quos Ioſias Rex Iuda, lecto legis libro, miſit ad conſulendum Dominum: per Holdam Prophetidem. *Achobor* [p] pater Elnathan illius quem Ioachim Rex Iuda miſit in Ægyptum, vt eò profugum reduceret Vriam Prophetam.

p Ierem. 26. v. 22. 23.

q Ioſ. 7. v. 24. Iſa. 65. v. 10.

Achor [q], [i. turbatio.] vallis in tribu Beniamin, ad Septentrionem Iericho, haud procul à Galgal; ita vocata à tumultu & turbatione Iſraëlitici populi, ob peccatum Achan ſacrilegi, qui illic lapidatus eſt, ob furtum Anathematis, & Achan dictus eſt Achar, quia conturbauit populum Iſraël.

r 1. Machab. 5. v. 3.

Acrabathane, [r] ciuitas in Idumæa, vt inſinuatur ex primo Mach. vbi dicitur de Iuda Machabæo, quod debellabat filios Eſaü in Idumæa; & eos, qui erant in Acrabathane percuſſit plaga magna. Eſt & Acrabata, etiam vna ex XI. Iudææ Toparchijs, forte tertia, à qua Acrabatana, ſeu Acribituna regio nomen habet: eius frequens apud Ioſephum, & D. Hieronymum eſt mentio. Iſta ciuitas eſt in monte qui vocatur [t] Aſcenſus ſcorpionis, hebr. Mabale Hacrabbim, ac vox Hacrabim ſcorpiones ſignificat, & eſt nomen populi Acrabatenæ.

s Adrichom pag. 70. t Num. 34. v. 4.

u 1. Paral. 2 v. 49.

Achſa [u], [i. compoſita, adornata, aut laſciuiens, ſiue diruptio velaminis,] filia Caleb data Othonieli in coniugem: dicitur & Axa [x].

x Ioſ. 15. v. 16. Iudic. 1. v. 12, 13.

Achſaph [y], [i. veneficus, ſiue conterens vtique,] vrbs olim regia in Tribu Aſer: ſcribitur & *Axaph* [z], D. Hieronimus Chaſalus.

y Ioſ. 11. v. 1. & 12. v. 20. z cap. 19. v. 25. a Ioſ. 15. v. 43.

Achzib [a], ciuitas in Iuda. Similis eſt *Achziba* [b], ciuitas in Aſer, eadem cum Achaſib, ſuprà.

b cap. 19. v. 29. c cap. 19. v. 41.

Acron [c], ciuitas in Tribu Dan, eadem cum Accaron, vide ſuprà.

d Gen. 4. v. 20. e cap. 36. v. 2.

Ada [d], [i. cœtus vel congregatio, ſiue ornata, vel præda, aut Syriacè ablata,] altera ex vxoribus Lamech, qui occidit Cain. *Ada* [e] filia Elon vxor Eſau.

f cap 36. v. 36. & 1. Paral. 1. v. 46. g 3 Reg 11. v. 14. 17. 19.

Adad [f], ſcriptum per ה, [i. clamor, ſiue celeuſma, Echo, gloria,] filius Badad, & Rex quartus Edom. *Adad* [g], ſcriptum per א, i. nubes, vel vapor, ſeu fons,] Idumæus de ſemine regio, vnus ex tribus aduerſarijs, quos ſuſcitauit Dominus Salomoni, poſt lapſum. Similis eſt *Adada* [h], [i. teſtimonium cætus, vel congregationis,] ciuitas in Tribu Iuda.

h Ioſ. 15. v. 22.

i Zachar. 12. v. 11. k 2. Paral. 35. v. 22. 23 24.

Adadremmon [i], vrbs in dimidia Tribu Manaſſe, cis Iordanem in campo Mageddon, apud quam pijſſimus Ioſias Rex Iuda occiſus eſt à ſagittarijs Nechao regis Ægypti, de cuius morte, magnus eo loco planctus fuit [k], qualem Chriſto crucifixo futuram in Ieruſalem prophetat Zacharias: Hodiè vocatur Maximianopolis.

l 1. Paral. 6. v. 41.

Adaia [l], [i. teſtis Domini, vel præda Do-

nitati, aut tranſitus, vel æternitas Domini,] filius Ethan de filiis Gerſon, vnuſque ex progenitoribus Aſaph Principis Cantorum tempore Dauidis. *Adaia*[m], vnus de poſteris Beniamin,& filius Semei.

Adaias [n], de filiis Bani, ex filiis Iſraël, vnus eorum qui tempore Eſdræ duxerunt vxores alienigenas. *Adaias* [o], filius Ieroham de ſemine ſacerdotali.

Adam [p], [i. homo, ſiue terrenus, aut rufus, vel ſanguineus,] primus hominum, creatus à Deo. Ab eo fortè dicta *Adama*, [q] [i. terra rufa, vel ſanguinea,] vna ex quatuor ciuitatibus regis Pentapoleos, quæ ob peccatum nefandum, demiſſo cœlitùs igne perierunt. Ac etiam *Adami* [r], [i. homo, vel humanus, ſiue terreus aut rufus, aut nubes vel vapor,] ciuitas in Tribu Nephtali, quæ ſubijciebatur ciuitati Neceb; ideò dicitur Adami quæ eſt Neceb, i. Adami pertinet ad Neceb.

Adar [ſ], [i. pulchritudo, habitaculum, generatio,] octauus rex in Edom; dicitur & *Adad*, [t]. *Adar* [u], [i. pallium; potentia, aut magnitudo,] villa ad confinia meridionalia, in Tribu Iuda: dicitur & *Addar*, [x]. *Adar* [y], menſis duodecimus, ſiue luoatio duodecima, reſpondens ſaltem ex parte noſtro Februario.

Adarezer [z], [i. decor, aut atrium pulchritudinis, ſiue ægritudinis,] filius Rohob, Rex Soba: ſi alicubi ſcribatur *Adadezer*, id mendoſum crediderim.

Adarſa [a], [i. teſtificans ſolem, aut teſtimonium aurons,] ciuitas Ephraim, vbi Iudas vicit blaſphemum Nicanorem: vocatur & *Adazer* [b].

Adaſa. Ioſeph. libr. 1. belli, c. 1. nomero 26.

Addar [c], filius Balæ filij Beniamin. *Addar* [d], ſiue *Addara*, ciuitas in Tribu Iuda: dicitur & Adar [e].

Addo [f], [i. teſtis, ſeu teſtimonium, vel ornatus,] filius Ioath de familia Gerſon filij Leui. *Addo* [g], pater Barachiæ patris Zachariæ Prophetæ. *Addo* [h], videns id eſt Propheta, qui ſcripſit de operibus Salomonis, eius tamen ſcripta non extant. *Addo* [i], quoque vocabatur vir ille Dei, qui venit de Iuda in Bethel ad Ieroboam, & rediens occiſus eſt à Leone [k].

Addon [l], [i. Dominus, aut baſis, vel Syriacè, auris,] ſecundus ex illis tribus hominibus qui aſcenderunt cum Zorobabele ex Thelmela & Tharſa in Iudam, & non potuerunt indicare domum patrum ſuorum, & ſemen ſuum vtrum ex Iſraël eſſent: Dicitur & *Adon* [m]. Similis eſt *Addus* [n], [i. nutitas, aut menſis, vel nituratio,] ciuitas Ephraim, in monte ſita; in qua caſtrametatus eſt Simon Machabæus contra Triphonem.

Adeodatus [o], filius Saltus, Polymitarius Bethlehemites, qui percuſſit Goliath Gethæum, fratrem alterius Goliath, quem Dauid occiderat: In Hebræo dicitur Ethanan.

Adiada [p], [i. teſtimonium manus, vel teſtimonium teſtimonij, aut præda manus,] ciuitas Dan, in monte ſita, quam Simon Machabæus ædificauit in Sephela, & muniuit.

[m] Cap. 8. verſ. 11. [n] Eſdr. 10. verſ. 29. [o] 2. Paral. 28. verſ. 12. [p] Geneſ. 2. verſ. 19. & Luc. 3. v. 38. [q] Geneſ. 10. verſ. 19. [r] Ioſ. 19. verſ. 33. [ſ] Geneſ. 36. verſ. 39. 1. Paral. 1. verſ. 49. [u] Num. 34. verſ. 4. [x] Ioſ. 15. v. 3. [y] 1. Eſdr. 8. verſ. 15. Eſth. 8. v. 12. [z] 2. Reg. 8. v. 3. & 5. Reg. 11. v. 23. [a] 1. Machab. 7. v. 40. [b] verſ. 45. [c] 1. Paral. 8. v. 3. [d] Ioſ. 15. v. 3. [e] Num. 34. v. 4. [f] 1. Paral. 6. verſ. 21. [g] Zachar. 1. verſ. 1. 1. Eſdr. 5. v. 1. & 6. v. 14. [h] 2. Paral. 9. verſ. 29. [i] ita Adrichom. pag. 232. [k] 3. Reg. 13. verſ. 24. [l] 1. Eſdr. 7. verſ. 61. [m] 1. Eſdr. 2. verſ. 59. [n] 1. Machab. 13. v. 13. [o] 2. Reg. 21. v. 19. & 1. Paral. 20. v. 5. [p] 1. Machab. 12. v. 38.

Adiel [q], [i. teſtimonium Dei, ſiue ornatus Dei,] de Tribu Simeon. *Adiel* [ſ], pater Azmoth illius qui fuit ſup. r theſauros regis Dauid. *Adiel* [t], Princeps, filius Iezia, ſacerdos.

Adin [u], [i. delicioſus, voluptuoſus, ſiue ornatus, vel Syriacè temporalis,] vir & caput vnius ex familiis quæ cum Zorobabele reuerſæ ſunt de captiuitate Babylonica in Ieruſalem. Cui ſimilis eſt, idemque ſignificat *Adina* [x], filius Siza, & Princeps Rubenitarum.

Adithaim [x], [i. cœtus, congregationes teſtimonia,] ciuitas Iudæ.

Adom [y], ciuitas Ruben, non procul à loco, in quo Iordanis dedit tranſitum filiis Iſrael: Hebraice, [z] *Adam*, idem ſignificat ac Adam, de quo, ſupra. Similis vtcunque *Adomim* [a], [i. rufi aut ſanguinei,] locus ob ſanguinem ibi à latronibus effuſum, ſic dictus; in quos incidit homo ille qui deſcedebat ab Ieruſalem in Iericho, & curatus eſt à Samaritano [b]. Ibi nunc caſtrum eſt in ſecuritatem viatorum, vt refert Adrichomius.

Adonibezec [c], [i. Domini fulgur, ſiue Dominus fulguris, aut Dominus in compedibus,] Dominus ſeu Rex Bezec; ſub cuius menſa, ſeptuaginta Reges, amputatis manuum ac pedum ſummitatibus, colligebant ciborum reliquias. Similis eſt *Adoniſedec* [d], [i. Domini iuſtitia, ſiue Dominus iuſtitiæ,] Rex Ieruſalem, primuſque e quinque Regibus quos ſtante ſole in medio cœli percuſſit, Ioſue, ac ſuſpendit ſuper quinque ſtipites.

Adonicam [e], [i. Dominus exceſſus, ſiue Dominus celſitudinis, vel electionis,] filius Adda qui erat ſuper tributa Salomonis.

Adonis [f], [i. Conſumptus, ſiue incendium,] Syrum eſt, nomen idoli, in Hebræo eſt Thamux.

Ador [g], [i. Generatio, vel habitatio, aut teſtimonium lucis, vel ignis,] nomen loci. Similis vtcunque *Adoram* [h], [i. Decor eorum, laus vel confeſſio ſublimis, ſeu clamor exceſſus,] filius Thou Regis Emath, miſſus à patre ad Dauidem, vt congratularetur ei, quod percuſſiſſet Adarezer Regem Soba, ſuumque aduerſarium.

Adramelech [i], [i. Magnificus Rex,] Deus ſeu idolum Sepharuaim cui coloniæ de Sepharuaim à Salmanaſar adductæ, & in ciuitatibus Samariæ pro filijs Iſrael tranſlati. In Aſſyrios collocatæ comburebant filios ſuos. *Adramelech* [k], [i. Pallium Regis, ſiue magnitudo vel potentia Regis, vel conſilij,] filius Sennacherib Regis Aſſyriorum, qui patrem ſuum necauit, cùm adoraret in Templo Neſroch Deum ſuum, & fugit in Ararat, terram Armeniorum.

Adullam [l], Ciuitas Iuda, fortè ac Odullam [m], cuius Regem Ioſue occidit; Hebraicè ſaltem eodem modo ſcribitur.

Aduram [n], [Idem ſignificat ac ſuprà Adoram,] filius Iectah. *Aduram* [o], [i. Pallium, magnitudo, aut potentia eorum,] præpoſitus ſuper tributa Dauidis. *Aduram* [p], præpoſitus alius ſuper tributa Regis Roboam, à quo miſſus, vt ea colligeret, lapidatus eſt. *Aduram* [q], ciuitas Iudæ,

[r] 1. Paral. 4. verſ. 18. [ſ] Cap. 27. verſ. 25. [t] Cap. 9. v. 12. [u] 1. Eſdr. 2. v. 15. & 1. c. 7. v. 20. & 3. c. 5. verſ. 14. [x] 1. Paral. 11. verſ. 42. [x] Ioſ. 15. verſ. 36. [y] Cap. 3. verſ. 16. [z] Adrichom. pag. 127. [a] Ioſ. 15. v. 7. & 12. v. 18. [b] Luc. 10. v. 30. &c. [c] Iudic. 1. verſ. 5. [d] Ioſ. 10. v. 1. [e] 3. Reg. 4. verſ. 6 & c. 5. verſ. 14. [f] Ezech. 8. verſ. 14. [g] 1. Machab. 5. v. 10. [h] 1. Paral. 18. v. 9. 10. [i] 4. Reg. 17. verſ. 31. [k] Cap. 19. v. 37. & Iſai. 37. v. 38. [l] Ioſ. 15. v. 35. [m] Cap. 12. v. 15. [n] Gen. 10. verſ. 27. [o] 2. Reg. 20. verſ. 24. [p] 3. Reg. 12. verſ. 18. [q] 2. Paral. 11. verſ. 9.

iuxta mare mortuum, ædificata ab eodem Robeam.

Ægyptus, Hebraicè; *Mitſraim*. [i anguſtiæ ſiue tribulationes,] Regio fertiliſſima ad Occidentẽ Iudææ ſita, vbi dum morati ſunt filij Iſrael, & duriſſimis luti & lateris operibus oppreſſi, ſeruierunt; ac tandem in manu potenti inde educti ſunt [r], ſæpè in ſcriptura [s] vocatur terra Cham, videlicet à Cham filiò Noë, eius Principe. Et à Prophetis, lingua Hebraica, Mitſraim, ſeu Meſraim, à Meſraim filio eiuſdem Cham. Regio hæc inter cæteras orbis partes munitiſſima, nam & terrà, difficilis acceſſu, & Ægyptium pelagus portubus caret; in ea rarò pluit ſed Nilo ſtatis anni vicibus inundante, fœcundatur & irrigatur. Frumenti, cucumerum, peponum, ceparum, alliorum, cæterorumque terræ fructuum fertilitate, carnium piſciumque copia abundat. Gens delicata eſt, & ignauiæ dedita, voluptatibus & lucris captandis ſolùm occupata. Præ cæteris ſuperſtitioſiſſima, vt quæ belluas etiam & pecora Deorum loco habeat, videlicet Apim, Taurum, Simiam caudatam, canes, hircos, aſinos, arietes, accipitres, noctuas, &c. Ingreſſo autem in eam terram Chriſto, ſimulacra & idola omnia corruere, iuxta prophetiam Iſaiæ: [Et ingredietur Ægyptum, & commouebuntur ſimulacra Ægypti à facie eius [t].] Poſt ſuſceptum tamen Chriſti Euangelium, floruerunt in ea viri doctrina & pietate clariſſimi, innumeraque per totam Thebaidem ſanctiſſimorum Anachoretarum examina. Proauorum noſtrorum memoria euerſo Sultani & Mamalucorum imperio, tota eà terra Selymi Turcarum Imperatoris ad hunc vſque diem Mahumeticum iugum ſubit. Cæterùm ab Ægypto dictus eſt fluuius Ægypti [v], ſeu Torrens Ægypti [x]; qui eſt terminus terræ ſanctæ à parte meridionali. Et Mare Ægypti de quo Iſaias [y]: [Deſolabit Dominus linguam trans Ægypti.]

[r] Exod. 1. 2. &c.
[s] Pſal. 77. v. 51. & 104. v. 23. & 105. verſ. 22.
[t] Iſai. 19. v. 1.
[v] Gen. 15. v. 2.
[x] Ioſ. 15. v. 47 Iſai. 27. 12
[y] Cap. 11. v. 15.

Ælam [z], [i. Adoleſcens, vel virgo, ſiue occultus, aut ſæculum,] filius Sem filij Noë. *Ælam* [a], vnus ex filiis Seſac, ac Patriarchis & Principibus cognationum Tribus Beniamin, qui habitauerunt in Ieruſalem. *Ælam*, & alter *Ælam*, duo Principes familiarum quæ aſcenderunt de Babylone poſt captiuitatem; vnuſque eorum idem videtur eſſe cum præcedente *Ælam*. *Ælam* [b] regni Perſici regio, in qua ſita ſunt Suſa caſtrum, de ea regione frequens mentio apud Iſaiam [c]; vnde Ælamitæ [d] dicuntur Iudæi incolæ Ælam, aut etiam Perſæ regionem illam habitantes.

[z] Geneſ. 10. v. 22.
[a] 1. Paral. 6 v. 14 26.
[b] Dan. 6. v. 2.
[c] Iſai. 11. v. 11. cap. 22. v. 1. Ierem. 25. v. 25. cap. 49. v. 34. 35. 36. 37. 38 39.
[d] Gen. 14. v. 1 & Actor. 2. v. 9.

Ælath [e], eadem quæ *Elath*, [f] ciuitas in terra Idumæorum ad mare rubrum, vnde in Indiam & Ægyptum nauigant: hanc ædificauit Azarias Rex Iuda, alio nomine Ozias, qui ſucceſſit patri ſuo Amaſiæ, & reſtituit eam Iudæ, i. vt ait Toſtatus, reſtaurauit eam, quia fortè bello deleta fuerat; renuerunt autem Iſraelitæ quondam iſtam ciuitatem, quando terra Edom erat ſubiecta Regibus Iudæ, ſcilicet tempore Ioſaphat, & aliorum Regum præcedentium: Et *Elath* [g] vocatur, & *Ailath*, [h] & *Aila*. [i]

[e] 4. Reg. 14. v. 22.
[f] Deut. 2. v. 8.
[g] Cap. 2. v. 8.
[h] 3. Reg. 9. v. 26.
[i] 4. Reg. 16. v. 6.

Aen [k], [i. Oculus, ſiue fons,] ciuitas ſacerdotalis in Tribu Simeonis: vocatur & *Ain* [l] & *Aſan* [m], priùs fuit Iudæ, ſed poſtea fuit addita Simeoni.

[k] Ioſ. 15. v. 32. & 1. Paral. 4. v. 32.
[l] Ioſ. 21. v. 16
[m] 1. Paral. 6. v. 59.

Ængannim [n], [i. fons hortorum,] ciuitas in Tribu Iuda.

[n] Ioſ. 15. v. 34.

Ænnon [o], locus in Tribu Manaſſe cis Iordanem, iuxta Salim, vbi Ioannes baptizabat.

[o] Ioan 3. v. 23.

Æthiopia [p], Græcè, [i. nigra, aduſta, & Æthiops aduſtos ſeu niger aſpectu,] Prouincia iuxta Ægyptum, eaque duplex [q], vna Occidentalis, ſeu potiùs Meridionalis in Africa ſub zona torrida, quæ ab Hebræis dicitur Chus, & quam incolunt Abyſſini. Altera Orientalis in Aſia, eademque cum terra Madian, aut ſaltem eidem conterminà; de qua frequens in ſcriptura mentio, & de Æthiopibus eius incolis; hos ſuſcitauit Dominus contra impium Ioram Regem Iuda [r]: Madianitas cenſeri nomine Æthiopum, conſtat ex Sephora vxore Moyſis, quæ cùm eſſet Madianitis [s], appellatur quoque Æthiopiſſa [t].

[p] Ezech. 29. v. 10. & 30. v. 4.
[q] Ex Strabone, Plinio, Ptolomæo, &c.
[r] 2. Paral. 21. v. 16.
[s] Exod 2. v. 15. 16. & 18. v. 1. 2.
[t] Num. 12. v. 1.

Africa [v], Regio apud Geographos vna ex quatuor præcipuis mundi partibus, vndique mari cincta, præterquam ex ea parte, quæ eſt inter ſummitatem maris rubri, & mare mediterraneum ſeu Ægyptiacum: apud Nahum [x] Prophetam ſcribitur Aphrica.

[v] Iſai. 66. v. 19.
[x] Cap 3. v. 9.

Agag [y], [i. ſolarium, quod ſcilicet eſt in ſuperiori parte domus,] Rex Amalech, quem Saul inobediens viuum adduxit, & Samuël in fruſtra concidit coram Domino in Galgalis. Huc ſpectare videtur prophetia Balaam: [tolletur propter Agag Rex eius, & auferetur regnum illius [z].] Hinc nomen gentile *Agagita* [a], vel Agagites, i. de ſtirpe Agag: talis erat Aman hoſtis Iudæorum, infra.

[y] 1. Reg. 15. v. 9.
[z] Num. 24. v. 7.
[a] Eſth. 3. v. 3. & 9. v. 6.

Agar [b], [i. aduena, peregrina, vel ruminans, aut timens,] ancilla Sarai, ex qua Abraham genuit Iſmaelem. *Agar* [c] ſumitur etiam pro regione Agarenorum, qui ex Iſmaële oriundi erant [d]: & puteus in ſolitudine Berſabee, ac Tribu Simeonis, ex quo Agar hauſit aquam filio ſuo Iſmaëli [e]; dictus eſt puteus Agar.

[b] Gen. 16. v. 1.
[c] Pſal. 62. v. 8.
[d] ad Galat. 4. v. 24.
[e] Gen 21. v 19.

Ager, [f] in quo inſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, eſt in Tribu Iuda. propè ſpeluncam Adam. *Ager* [g] quem emit Iacob à filiis Hemor patris Sichem, in quo conditæ ſunt oſſa Ioſeph, quæ filij Iſraël aſportauerunt de Ægypto, eſt in Ephraim. *Ager* [h] Booz, eſt propè Apaduo in Tribu Iuda, vbi cum Rhuth Moabitis ſpicas colligeret, quæ iuxta legem Moſaicam à pauperibus ſublegendæ relinquebantur, colligeret, tandem à Booz ducitur in vxorem, [i]. Eo etiam loco fertur, [k] Dauid leonem interfeciſſe & vrſum. *Ager* [l] Robuſtorum in Tribu Beniamin, vbi duodecim ex parte Isbozet, & totidẽ ex parte Dauid, apprehenſo capite comparis ſui, defixoque gladio in latus contrarij, ſimul ceciderunt prope Gabaon. *Ager* [m], lente plenus, quem defendit Semma vnus ex fortibus Dauid, defendit ab incurſione Philiſtinorum. Hic ager dicitur etiam plenus hordeo [n], qui ſcilicet, vt ait Toſtatus, habebat in vna ſui parte hordeum, & in alia lentes. *Ager* [o] regalium ſepulchrorum ſitus in monte Sion ac ciuitate Dauid, in quo ſeparatim ſepultus eſt

[f] Cap. 4 v. 8.
[g] Cap 33. v. 19. & Ioſ. 24. v. 32.
[h] Ruth. 2. v. 3.
[i] Cap. 4. v. 13
[k] Adrichom. pag. 44.
[l] 2 Reg. 2. v. 16.
[m] 2 Reg. 23. v. 11.
[n] 1. Paral. 11. v. 13.
[o] 2. Paral. 26. v 23.

Ozias, eo quod eſſet leproſus. Fuit & in eo agro magnificum, & in ſublime erectum Sepulchrum Dauidis, in quo ipſe [q], & Salomon [q], aliique Reges Iuda [r], ferè omnes conditi ſunt. In eo quoque ſepultus eſt Ioiada ſummus [s] Pontifex [cum Regibus, eo quod feciſſet bonum cum Iſraël & domo eius.] *Ager* [t] i aboth Ierahelitæ, iuxta quem Iehu occidit Ioram filium Achab, transfixâ per cor eius ſagittâ, & in quem projectum eſt eius cadauer [v], ibique fuit inhumatum. *Ager* [x] Iezrahel, in quo iacuit ſicut ſtercus cadauer impiæ Iezabel reginæ, vxoris Achab, poſtquam de feneſtra fuit præcipitata. *Ager* [y], qui eſt in Anathoth, in terra Beniamin, quem emit Ieremias ab Hanameel patruele ſuo. *Ager* [z] fullonis ſitus ad meridiem vrbis Ieruſalem, ab Aceldama tendens ad montem Gion, vbi fullones ſuos pannos, in vicino torrente Gion lotos, extendere ac ſiccare conſueuerant. *Ager* [a] figuli, ſitus ad auſtralem plagam montis Sion: dictus eſt Aceldama, ſeu Haceldama, i. ager ſanguinis, quia Iudæorum conſilio, triginta illis argenteis quibus Iudas Chriſtum vendidit, in ſepulturam peregrinorum emptus eſt.

Aggi, [b], Filius Gad filij Iacob, Princeps familiæ Aggitarum, ſcribitur & *Haggi*. [c] ſimilis vtcunque *Aggæus*, [i. feſtiuus,] vnus ex XII. Prophetis minoribus.

Aggith, [d]. [i. feſtiua ſolemnis, aut gyrans;] mater Adoniæ filij Dauid: ſcribitur *Haggith* [e].

Achalab [f], [i. frater cordis, ſiue lacteus, aut adeps,] ciuitas valida in Tribu Aſer, de qua cultores priſtinos Tribus Aſer primis annis expellere non potuit. Hieronymo *Chalab*.

Achara [g], [i. redolens frater, aut pratum odoris,] filius Beniamin: dicitur & *Echi* [h].

Ahaua [i], [i. eſſentia,] fluuius, iuxta quem Eſdras ſacerdos de Babylone aſcenſurus Ieroſolymam, congregauit Iudæos: Seu potiùs eſt Regio, ad quam decurrit fluuius, iuxta quem aliquot diebus manſit Eſdras: Ait enim ibi Eſdras: Congregaui eos, &c. qui decurrit ad Ahaua. Et v. 31. à flumine *Ahaua*, i. à flumine Regionis Ahauæ.

Abia [k], [i. frater Domini,] filius Siſa, Scriba Salomonis. *Abia* [l] Phelonites, vnus ex fortiſſimis in exercitu Dauidis. *Abia* [m], pater Baaſa Regis Iſraël, de Tribu Iſſachar. Huic perſimilis eſt *Abias* [n], Silonites, Propheta è Silo oriundus. qui occurrens Ieroboam, in agro diuiſit pallium ſuum nouum in duodecim partes, & dedit ei decem ſciſſuras, vt eſſet ſuper decem Tribus Iſraël; prædixit & vxori eiuſdem, Ieroboam mortem Abiæ ægrotanti vtriuſque filio [o].

Abiam [p], [i. frater matris, aut frater gentis,] filius Sachar Ararites: dicitur & Aiam [q], filius Sarar Arorites. His ſimilis eſt *Abicam* [r], [i. frater vindicans,] filius Saphan, & pater Godoliæ, quem Nabuchodonoſor præfecit populo quem reliquit in terra Iuda.

Abiezer [s], [i. frater adiutorij, vel fratris adiutorium, aut fratris atrium,] filius Ammiſaddai, Princeps Tribus ſuæ Dan. *Abiezer* [t], Gabaathites de fratribus Saül ex Beniamin, filius Samaa Princeps qui venit ad Dauid in Siceleg, cùm adhuc fugeret Saul.

Abilud [v], [i. frater natus, frater genitus,] pater Ioſaphat illius qui erat à commentariis Dauidi, & Salomoni [x]. Credidecim quod idem eſt ac ille qui dicitur pater illius Bana [y], qui ſub eodem Salomone regebat Thanac, & Mageddo, & vniuerſam Bethſan.

Ahiman [z], [i. frater præparatus, ſeu frater dexteræ,] vnus de tribus filiis Enac quos ex Hebron deleuit Caleb. *Ahiman* [a], vnus ex Ianitoribus de filiis Leui, qui obſeruabant in porta Regis ad orientem.

Achimelec [b], [i. frater meus Rex, vel frater Regis, ſiue conſilij,] filius Abiathar, & vnus de filiis Ithamar filij Aaron: dicitur & Abiathar [c], ſuprà.

Abio [d], [i. frater, aut fratres eius,] vnus de filiis Baria, ac ſtirpe Beniamin. *Abio* [e], filius Abigabaon ex Maacha, de Tribu Beniamin. *Abio* [f], filius Abinadab, qui præcedebat arcam Dei cum Oza. Similis eſt *Abion* [g], [i. intuitus, vel oculus, aut fons,] ciuitas in Tribu Nephtalim, quam Benadab Rex Syriæ abſtulit à Baaſa Rege Iſraël; quamque poſteà Teglathphalaſar Rex Aſſyriorum expugnauit, ſuoque ſubiecit imperio; tuncque vocata eſt *Aion* [h].

Ahira [i], [i. frater iniquitatis, frater ſocij, frater paſtoris,] filius Enan Princeps Tribus ſuæ Nephtalim. Similis eſt *Ahiram* [k], filius Beniamin, & caput familiæ Ahiramitarum: dicitur & *Echi* [l].

Abiud [m], [i. frater laudis vel confeſſionis,] filius Salomi, Princeps Tribus Aſer. *Abiud* [n], vir de Tribu Beniamin.

Abod [o], [i. laudans, ſiue conſiſtens,] filius Simeonis filij Iacob; dicitur & *Iarib*, [p]. Tamen probabilius eſt, nomen Iarib euenire ei, qui vocatus eſt etiam *Iachin*, [q].

Aia [r], [i. vultus, inſula maria, vbi eſt.] filius Sebeon filij Seir Horræi. *Aia*, pater Reſphæ concubinæ Saulis. Similis eſt *Aiath* [s], [i. hora, ſiue coaceruatio,] vrbs per quam aſcendit Sennacherib Rex Aſſyriorum oppugnaturus Ieruſalem. Obſeruat Adrichomius [t], eadem eſſe cum Hai capta, ac olim ſuccenſa à Ioſue.

Aialon [u], [i. lex, quercus, fortitudo,] ciuitas in Tribu Dan, ſeparata Leuitis [x]. Hinc vallis Aialon [y], iuxta quam orante Ioſue luna ſtetit: Fortè eadem quæ *Helon* [z]. *Aialon* [a], ciuitas in terra Zabulon, vbi ſepultus eſt Ahialon Iudex, vt habetur in textu Hebræo.

Aila [b], vrbs ſita in littore maris rubri [c], eademque ac Ailath & Elath, vide ſuprà *Ælath*.

Ain [d], [i. oculus, ſiue fons,] ciuitas ſacerdotalis in termino Iuda, addita Tribui Simeon [e]: dicitur & Aſan [f], & Aëo: vide ſuprà.

Aion [g], vrbs quam cœpit Teglathphalaſar Rex Aſſur, dicitur & *Abion*, vbi ſuprà.

Alexander [h], Græcè, [i. adiutor virorum, vel auxiliator virilis, vel fortiſſimus,] Rex Macedo, filius Philippi Macedonum Regis, primuſque Monarcha Græcorum. *Alexander* [i], cognomento nobilis Antiochi, Epiphanis filius, Rex Syriæ. *Alexander* [k], frater Ru-

l Actor. 4. v.6.
m Cap.19. v.33.& ſeqq.
n 1.Timor.1. v.14.
o 2. Timoth. 4.v.14.

ſi, filiuſque Simonis Cyrenæi, qui tulit crucem poſt Ieſum. *Alexander*[l], de genere ſacerdotali, vnuſque eorum qui interrogauerunt Petrum & Ioannem, in qua virtute ſanaſſent claudum. *Alexander*[m], Iudæus, qui Epheſi commotâ turbâ reddidit rationem in gratiam D. Pauli. *Alexander*[n], apoſtata, qui receſſit à fide, quemque vnà cum Hymenæo Paulus Sathanæ tradidit. Crediderim quod idem ipſe ſit ac *Alexander*[o], ærarius, de quo idem Apoſtolus conqueritur.

p Ierem. 46. v.25 Ezech. 30. v. 14.15. 16. Nahum. 3.v.8.

Alexandria[p], [Græcè, adiutorium virorum: Hebraicè dicitur No, i. irritatio, prohibitio,] vrbs totius Ægypti celeberrima, populoſa, opulenta, munitiſſima; habens pro muro aquas circumquaque; hinc enim Nilo, inde lacu Mareohico, ſeu Meohde; & ab alia parte mari ipſo cingitur. Hanc iuxta Prophetarum vaticinia à Nabuchodonoſore, & Chaldæis deſtructam, diù poſt Alexander Macedonum Rex, ad effigiem Macedonicæ clamidis, magnificè reſtituens, de ſuo nomine vocauit Alexandriam. Admirandus eſt vrbis illius portus, cum ſit ea loci natura, vt difficillimum ſit vel tranquillis circumquaque omnibus, eo pertingere, nam & oſtium habet perangustum, ſaxiſque latentibus, à directo curſu deflectitur; Pharus tamen maxima ad trecenta vſque ſtadia nauigantibus prælucet, vt quam longiſſimè difficultatem applicandarum nauium præcaueant. Intus tamen portus ipſe tutiſſimus eſt, & triginta ſtadiis magnus, in quem iam quæ deſunt illi terræ deuehuntur, quam quæ ſuperſunt ex domeſticis & indigenis in totum orbem diuiſa exportantur. Habuit ſcholam diſciplinarum omnium, & Bibliothecam inſtructiſſimam, quæ continebat quadraginta librorum millia; eam primus inſtituiſſe Ariſtoteles, magnificè auxiſſe Ptolomæus Philadelphus. At hic tantus theſaurus ſub Iulio Cæſare periit. Annunciauit hîc Chriſti Euangelium primus D. Marcus, cumque ibi Epiſcopus ſediſſet annos viginti, laqueo ſtrangulatus eſt. Excelluit mox viris clariſſimis, cultu diuino ibi ita florente, vt Paradiſum Domini veteres eam vocarent. Fuit enim illuſtris prælatione SS. Petrum, Athanaſij potiſſimùm & Cyrilli, & eorum tumulis decorata: habuit & Origenem, Philonem, Dionyſium, Didimum, vt alis taceam, hunc vt docentem audiret, eò contendit S. Hieronymus. Ibidem S. Catharina virgo decollata, lac pro ſanguine fudit: iam à Turcis poſſidetur, & multùm ab illa priſtina nobilitate degenerauit.

q 1. Paral. 1. v.40.
r Gen. 36. v.23.
ſ 1.Machab. 15. v.23.
t Cap.5. v.26
u 1. Paral.6. v.60.
x Ioſ. 21. v.18.
y 1.Paral.7. v.8.
z Ioſ. 21. v.18.
a 1. Paral.6. v.60.
b Exod.30. v.1.
c.
d Luc.1.v.11.

Alian[q], [i. folia, vel excelſus,] filius Sobar filij Seir: dicitur & *Aluan*[r].

Alicarnaſſus[ſ]. [Græcè, caput maritimæ habitationis,] vrbs regia Cariæ.

Alimi[t], [i. veſtibulum, aut porticus, vel fortitudo,] ciuitas Galaad in Tribu Gad, munita & magna.

Almath[u], [i. occultatio, ſiue inuentus, aut ſæcula, vel ſuper mortem,] ciuitas ſacerdotalis, in Tribu Beniamin: dicitur & *Almon*[x]. *Almath*[y], filius Beehor filij Beniamin.

Almon[z], ciuitas ſacerdotalis, in Tribu Beniamin: dicitur & *Almath*[a], ſuprà.

e Cap.1.v.11.
f Exod.27. v.1.& 38.v.1. 2.Paral 4. v.1.
g Ioſ.22. v. 10.

Altare ad adolêdum thymiama[b], vel Altare thymiamatis[c], ſiue incenſi[d], aureum erat, in ſanctuario ante Sanctum ſanctorum poſitum, in quo ſacerdotes quotidie manè & veſperi thus adolebant. Ad eius dexteram ſtans Gabriël Angelus, Zachariæ, Ioannis Baptiſtæ conceptionem annunciauit[e]. *Altare* holocauſti æneum erat, in atrij medio, ſub dio poſitum, in quo ignis ille perpetuus, cœlitus demiſſus nutriebatur, & variæ victimæ comburebantur.[f]. *Altare* teſtimonij, infinitæ magnitudinis, quod filij Ruben, Gad, & dimidia Tribu Manaſſes, reuerſi à terra Chanaan, antequam intrarent Galaad terram, ſibi datam, ædificauerunt iuxta Iordanem, in Tribu Beniamin, in teſtimonium legis Moſaicæ, ſuæque religionis[g]; vocaueruntque: [Teſtimonium noſtrum, quod Dominus ipſe ſit Deus.]

h Gen. 36. v.23.
i 1. Paral. 1. v.40.
k Gen.36. v. 40 & 1. Paral.1.v.51.
l Num.33. v.13.
m Ioſ. 19. v.30.
n Ioſ. 19. v.26.
o in locis Hebr.
p Gen.36. v.12.

Aluan[h], [i. ſuperior, excelſus, aut Syriacè; peruerſus,] filius Sobal: dicitur & *Alian*: ab Aluan nomen habet *Alua*[k], [i. aſcenſus eius, præuaricatio,] ciuitas in Idumæa; nomen habet ab Aluan filio Sobal.

Alus[l], [i. commiſtio, ſiue compreſſio,] manſio x. filiorum Iſraël in deſerto.

Amma[m], ciuitas in Tribu Aſer. Similis eſt *Amaad*[n], [i. populus teſtimonij, populi tranſitus, populus æternitatis,] ciuitas etiam in Tribu Aſer. Hieronymo, *Amath*.[o]

q 1.Reg.15. v.2. &c.
r Iudic.12. v. vltimo.

Amalech[p], [i. populus lambens, vel ex Hebræo & Syro, populus concutiens,] filius Eliphaz filij Eſaü ex Thamna concubina; ex quo orti populi Amalecitæ, qui cum impugnaſſent in Raphidim Iſraëlem aſcendentem ex Ægypto, huius iniuriæ memor Dominus, iuſſit poſteà Saüli, vt exterminaret Amalec.[q]. Sub hoc nomine *Amalec*, intelligitur & mons non longè à mari rubro, ciuitaſque regia, ſupra eum montem poſita; & Amalecitis regio: nomen gentile eſt Amalecites, i. oriundus ex Amalec. *Amalec*[r], mons alius in Tribu Ephraim, vbi ſepultus eſt Abdon filius Illel Pharathonites, Iudex Iſraël; vnde dicitur ſepultus in Pharaton terræ Ephraim, in monte Amalec.

ſ Ioſ.15. v. 26.
t Eſth.3. v.1.
u Cap.13. v.3.
x Cap.13. v.12.
y Cap.7 v.6.
z Verſ.10.

Aman[ſ], [i. mater, ſiue timor eorum, aut vlna, ſiue cubitus eorum,] ciuitas in Tribu Iuda. Perſimilis eſt *Aman*[t], [i. conturbans, tumultuans, præparans,] filius Amadathi, & Princeps de ſtirpe Agag Regis Amalec; ſecundus à Rege Aſſuero[u], & ſuperbiſſimus[x], & peſſimus hoſtis[y], Iudæorum, ſuſpenſus in patibulo, quod parauerat Mardochæo[z].

a Cantic. 4. v.8.

Amana[a], [i. fides, ſiue veritas, aut credulitas, vel nutrix,] mons altiſſimus iuxta Libanum, Hermon, & Sanir montes ſitus, ex quo oriuntur Pharphar & Abana fluuij Damaſci: erat in Tribu Manaſſe, trans Iordanem.

b Eſdr. 10. verſ.41.
c 2.Eſdr. 12. v.2.
d 1. Eſdr. 7. v.3.
e 1. Paral. 6. v.7.52.
f Verſ.11.
g Cap.23. v. 19.& cap.24. v.23.
h 2.Paral.19. v.11.
i Cap.31. v.15.

Amaria[b], vnus eorum qui ſub Eſdra, repudiarunt mulieres alienigenas. Amaria[c], vnus eorum qui rediere Ieroſolymam cum Zorobabele.

Amarias[d], [i. celſitudo Domini, vel ex Hebræo & Syro; agnus Domini,] filius Azariæ, ſacerdos & pater Achitob.[e] *Amarias*[f], filius alterius Azariæ, ſummus ſacerdos. *Amarias*[g], ſecundus filiorum Hebron Leuitæ. *Amarias*[h], ſacerdos, & Pontifex ſub Ioſaphat rege Iuda. *Amarias*[i], vnus eorum qui partes diſtribuebant Sacerdotibus & Leuitis,

sub

ſub Ezechia rege. *Amarias* [k], filius Saphatiæ, de Tribu Iuda. *Amarias* [l], auus Chuſi patris Sophoniæ Prophetæ.

Amaſa [m], [i. populum tollens, vel eleuans,] filiua Abigail ſororis Saruiæ & Dauidis ex patre Ieerha de Iſraëli, Iſmaëlites [n]. *Amaſa* [o], filius Adali, vnuſque de Principibus Ephraim.

Amaſai [p], [i. fortis, robuſtus,] filius Boni, de ſtirpe Merari filij Leui. *Amaſai* [q], [i. populi munus,] filius Elcana de ſtirpe Caath filij Leui. *Amaſai* [r], Princeps inter triginta eorum qui de Beniamin & Iuda venerunt ad Dauidem, quique ſpiritu Dei indutus, air: [Tui ſumus ô Dauid, & tecum ..... Iſai. pax, pax tibi, & paa adiuroribus tuis.] *Amaſai* [ſ], vnus de ſacerdotibus qui clangebant tobis coram arca Domini, dum eam deduceret Dauid in Tabernaculum quod ei tetenderat in Sion. *Amaſai* [t], pater Mahath de filiis Caath ſub Ezechia Rege Iuda. Similis eſt *Amaſſai* [u], [i. populi conculcati,] filius Azreel.

Amaſias [x], [i. fortitudo Domini.] Pater Ioſa Principis. *Amaſias* [y], filiua Helciæ filij Amaſai de ſtirpe Merari filij Leui. *Amaſias* [z], Sacerdos in Bethel, qui miſit ad Ieroboam Regem Iſraël, dicens: [rebellauit contra te Amos.] *Amaſias* [a], filius Zechri, Princeps exercitus ſub Ioſaphat Rege Iuda, conſecratus Domino, & cum eo ducenta millia virorum fortium. *Amaſias* [b], Rex Iuda, filius Ioar.

Amathites [c], Regio, Ioſepho Amathetis infra. & *Amathenſis*, eadem ac terra Emath, infra: eſt in Tribu Nephtali, & in libris Regum, & apud Prophetas frequens mentio. Similis eſt *Amathi* [d], [i. verax, timens, cubitus, famulatus,] pater Ionæ Prophetæ.

Amelech [e], [i. Rea ſeu conſiliarius,] Pater Ioas, apud quem Achab Rea Iſraël, aſcenſurus in Ramoth Galaad, miſit Michæam Prophetam in carcerem. Ea Hebræo textu vertendum Ioas filium Regis, vbi vulgata ait: filium Amelech, quia aliquando ponit appellatiuum, ad modum proprij. *Amelech* [f], pater Ieremiel, cui inter alios Ioachim Rea Iuda præcepit, vt comprehenderet Baruch Scribam & Ieremiam Prophetam: idem vt crediderim ac Amelech pater Melchiæ, in cuius lacum miſſus eſt Ieremias, aſſenſu Sedechiæ Regis Iuda [g].

Amma [h], [i. obſcurata, cooperta, populus eius,] ciuitas in Tribu Aſer. Similis eſt vtcumque *Ammanitis* [i], Regio ſcilicet Ammonitarum.

Ammaum [m], [i. populus, vel obſcuratus,] vrbs eadem quæ Emmaum, vna ea Toparchiia, ordine ſeata, apud quam Iudas Machabæus fugauit exercitum Antiochi, [n].

Ammiel [o], [i. populus Dei, ſiue mecum Deus,] filius Gemalli, Princeps Tribus Dan, vnuſque è duodecim exploratoribus terræ promiſſionis. *Ammiel* [p], pater Berhſabeæ priùs vxoris Vriæ, ac poſtea Dauidis regis. *Ammiel* [q], pater Machir de Lodabar, è cuius domo Dauid tulit Miphiboſet filium Ionathæ, vt ſibi commenſalem haberet. *Ammiel* [r] filius Obededom, vnuſque de Ianitoribus Templi ſub Dauide.

k 2. Eſdr. 11. v. 4. — l Sophon. 1. v. 1. — m 2. Reg. 17. v. 25. — n 1. Paral. 2. v. 17. & 3. Reg. 2. v. 5. 32. — o 2. Paral. 28 v. 12. — p 1. Paral. 6. v. 46. — q Cap. 6. v. 25. — r Cap. 12. v. 18. — ſ Cap. 15. v. 24. — t 2. Paral. 29. v. 12. — u 2. Eſdr. 11. v. 13. — x 1. Paral. 4. v. 34. — y Cap 6. v. 45. — z Amos 7. v. 12. — a 2. Paral. 17. v. 16. — b 4. Reg. 14. v. 1. & 2. Paral. 3. v. 12. — c 1. Machab. 12. v. 25. — d 4. Reg. 14. v. 25. & Ionæ 1. v. 1. — e 3. Reg. 22. v. 26. & 2. Paral. 18. v. 25. — f Ierem. 36. v. 26. — g Cap. 38. v. 3. 6. — h Ioſ. 19. v. 30. — i 2. Machab. 4. v. 26. & cap. 5. v. 7. — m 1 Machab. 9. v. 50. — n Cap. 3. v. 57. & cap. 4. v. 3. — o Num. 13. v. 13. — p 1. Paral. 3. v. 5. — q 2. Reg. 9. v. 5. — r 1. Paral. 26. v. 5.

Ammiud [ſ], [i. populus laudis, vel confeſſionis, ſiue mecum laus, vel confeſſio,] Pater Eliſama Principis Tribus Ephraim. *Ammiud* [t], pater Samuël Principis Tribus Simeon. *Ammiud* [v], pater Phedael Principis Tribus Nephthali. *Ammiud* [x], pater Othei in Tribu Iuda, & ſtirpe Phares. *Ammiud* [y], pater Tholomæi Regis Geſſur, ad quem fugit Abſalom poſtquam interfecit fratrem ſuum Amnon.

Ammon [z], [i. filius populi mei, ſeu populus meus,] filius Lot ea filia ſua minore, vbi primò legitur Ammon legendum Ben-ammi, & tunc vertitur, [filius populi, mei,] non autem vox ipſa Ammon. Hinc Ammonitarum Regio, cuius Metropolis eſt Rabba in Tribu Gad. De Ammonitis ſæpè loquitur ſcriptura ſacra [a]. Affinis eſt *Ammoni* [b], [i. popularis,] ciuitas in Tribu Beniamin, vnde ortus erat Salec, vnus ex fortiſſimis Dauid, qui dicitur Selec de Ammoni.

Amnon [c], [i. fidelis, aut verax, nutritius, pedagogus, aut matris filius.] primogenitus Dauid ea Achinoam vxore, occiſus a fratre ſuo Abſalom. *Amnon* [d], vir quidam.

Amon [e], [idem ſignificans ac Amnon ſuprà,] filius Manaſſe, vterque Rea Iuda. *Amon* [f], Princeps Samariæ, apud quem Achab Rex Iſrael profecturus in Ramoth Galaad, tenuit Michæam Prophetam. *Amon* [g], vir quidam, de quo Eſdras mentionem facit. Similis eſt *Amona* [h], [i. munerans, præparans, aut multitudo eius, ſiue tumultus, aut Syriacè veritas,] ciuitas in Tribu Iuda, quam Gog ſepeliendus prædicitur in valle viatorum ad Orientem.

Amorrhæus [i], [i. amarus, rebellis, loquax,] filius Chanaan. Hinc Amorrhæorum regio [k], à filijs Gad ſubiugata, & à Moyſe illis in partem tributa, Sehon habebat tantùm partem vnam regni Amorrhæorum, & iſta erat inter Arnon & Ieboc, ſed præterea erat terra regis Og, & alia de regno Amorrhæorum: necnon de Amorrhæis ſæpè loquitur ſcriptura ſacra. Hinc etiam *Amorrhæus* [l], mons in deſerto Pharan, vnde dicit Moyſes: [profecti autem de Horeb tranſiuimus per eremum terribilem & maximam, quam vidiſtis, per viam montis Amorrhæi.]

Amos [m], [i. fortis, robuſtus,] per א in principio, pater Iſaiæ Prophetæ. *Amos* [n], Propheta, per ע in principio, vnus ea duodecim Prophetis minoribus. *Amos* [o], filius Nahum in Chriſti linea, vnuſque de Ducibus Iuda poſt captiuitatem Babylonicam. Similis eſt Amoſa [p], [i. iurgium, adinuentio, azymum, compreſſio,] ciuitas in Tribu Beniamin.

Amphipolis, [q], ciuitas Macedoniæ, per quam D. Paulus profectus eſt. Alia einſdem nominis habetur in Syria apud Euphratem, à Seleucio condita. [r].

Amram [ſ], [i. populus excelſus, vel manipulus eorum, aut cum excelſo,] filius Caath filij Leui, & pater Moyſis & Aaron. *Amram* [t], vnus de filiis Bani. Huic accedit *Amraphel*, [u], [i. loquens ruinam, aut occultum, vel iudicium,] Rex Sennaar.

Amri [x], [i. manipulus, dominium, populus rebellis, aut amatus,] filius Bechor filij Beniamin filij Iacob. *Amri* [y], [i. exultatio,

ſ Num. 1. v. 10. & cap. 2. v. 18. & cap. 7. v. 48 & cap. 10. v. 22. & 1. Paral. 7. v. 26. — t Num. 34. v. 20. — u Cap. 34. v. 28. — x 1. Paral. 9 v. 4. — y 2. Reg. 13 v. 37. — z Gen. 19. v. 38. — *Amalthæorum Regio.* Ioſeph. 5. antiq. c 1. v. 89. — a Num. 21. v. 24. — b 2. Reg. 23 v. 36. — c Cap. 3. v. 2. & 1. & Paral. 3. v. 1. — d Cap. 4. v. 20. — e 4. Reg. 21. v. 18. & 1. Paral. 3. v 14. & 2. Paral. 33. v. 20. — f 3 Reg. 22. v 25. & 2. Paral 18 v. 25 — g 2. Eſdr. 7. v. 59. — h Ezech. 39 v. 16. — i Gen. 10. v. 16. — k Cap. 14. v 7 & Num. — l Deuter. 1. v. 19. — m Iſa. 1. v 1. — n Amos 1. v. 1. — o Luc. 3. v. 25. — p Ioſue 18. v. 26. — q Actor. 17. v 1. — r Volater. titulo de Macedonia. — ſ Exod 6 v. 18. & 1. Paral. 6. v. 3 & 23. v. 12. — t 1. Eſdr. 10. v. 34. — u Gen. 14 v. 1. 9 — x 1. Paral. 7. v. 8. — y 2. Eſdr. 3. v. ..

Syriacè : Aries], pater Zachur. *Amri* [z], per y princeps militiæ ſuper Iſraël, Rex tandem conſtitutus.

Ambar [a], [i. ſpecies, ſiue forma, figuratus, vel depictus,] ciuitas formoſa in Orientali plaga Tribus Zabulon.

Ana [b], [i. reſpondens, vel cantans, affligens, vel pauper,] filia Sebeon Heuæi, & mater Oolibamæ vxoris Eſau. *Ana* [c], filius Sebeon filij Seir Horræi, de quo dicitur: iſte eſt Ana qui inuenit aquas calidas in ſolitudine. *Ana* [d], [i. commotio, vel motus,] nomen Iduli, vel potius Regionis, de qua dicitur: vbi eſt Deus Sepharuaim Ana & Aua.

Anab [e], [i. vua, ſyriacè nodus,] ciuitas in monte ſita, in Tribu Iuda.

Anaharath [f], [i. ariditas, incenſio, ira, ſternutatio, fremitus, raucedo, vel Syriacè ſuffocatio,] ciuitas in Tribu Iſſachar.

Anamelech [g], [i. canticum regis, afflictio, vel paupertas regis, aut conſiliarij,] vnum ex Idolis Sepharuaim.

Anania [h], [i. nubes Domini, aut diuinatio Domini,] ciuitas in Tribu Beniamin. Perſimilis eſt *Ananias*, [i. miſericordia Dei,] quo nomine gaudent Ananias [i], magnus ſcilicet pater illius Azariæ, quem ſe dicebat Angelus Raphael. *Ananias* [k], vnus trium puerorum de ſemine regio, qui cum Daniele tranſlati ſunt Babylonem, & miſſi in fornacem. *Ananias* [l], auus Azariæ vnius ex reſtauratoribus Ieruſalem. *Ananias* [m] filius pigmentarij. *Ananias* [n], qui conſciâ vxore ſua Saphirâ fraudauit de pretio agri, propter quod ad vocem D. Petri expirauit. *Ananias* [o], Diſcipulus in Damaſco, qui baptizauit Saulum. *Ananias* [p], Princeps ſacerdotum, qui præcepit aſtantibus percutere os Pauli, & cui Paulus dixit: [Percutiat te Deus paries dealbate.]

Anathoth [q], [i. canticum, afflictio, paupertas,] filius Bechor filij Beniamin filij Iacob. *Anathoth* [r], vel *Anatoth*, ciuitas ſacerdotalis in Tribu Beniamin natali Ieremiæ Prophetæ celebris, vbi & agrum emit à patruele ſuo [ſ].

Andronicus [t], [i. Grecè, vir victorioſus,] qui rogato ſacrilegi Menelai à ſacerdotio amoti, perfidè occidit S. Oniam Pontificem. *Andronicus* [v], vir quem ſalutat Paulus ſcribens ad Romanos.

Anem [x], [i. canticum eorum, afflictio, vel paupertas eorum, aut Syriacè, ouis eorum,] ciuitas Leuitarum in Tribu Iſſachar. Cui ſimilis *Aner* [y], [i. canticum lucernæ,] ciuitas in Manaſſa citra Iordanem.

Angulus [z] portæ equorum Orientalis, ſic dicta, quod equi per illam pro adaquatione in Torrentem Cedron [a] educerentur: dicitur & porta aquarum: ſita erat in Ieruſalem inter montem Sion & montem Moria.

Ani [b], [i. canticum, afflictus, aut pauper,] nomen Cantoris. Cui ſimilis *Anim* [c]. [i. cantantes, afflicti, ſiue pauperes,] ciuitas in Tribu Iuda.

Anna [c], [i. gratioſa, miſericors, requieſcens, donans,] ſterilis vxor Elcanæ Leuitæ, mater Samuëlis. *Anna* [d], vxor Tobiæ ſenioris. *Anna* [e], vxor Raguel, ac mater Saræ vxoris Tobiæ iunioris. *Anna* [f], Propheteſſa filia Phanuel de Tribu Aſer: [Et hæc vidua vſque ad annos octoginta quatuor, quæ non diſcedebat de Templo, ieiunijs & obſecrationibus ſeruiens nocte ac die.] Similis eſt *Annas* [g], [i. affligens, vel humilians,] nomen Pontificis Iudæorum, ſoceri Caiphæ etiam Pontificis.

Antiochia, Syriæ vrbs, ad Orontem fluuium ſita, totiuſque regionis Metropolis, à Seleuco Nicanore condita; & in Antiochi patris ſui omen, ſic dicta [h]. Præter hanc duodecim alias eiuſdem nuncupationis vrbes enumerat Stephanus Bizantius, quarum duas maximè in ſcriptura diſtinguimus: vna eſt Cœleſyriæ, ſeu inter Syriam Cauam & Arabiam, Semiramidis opus: dicitur & Emath [i]; in hac Diſcipuli primùm cœperunt dici Chriſtiani [k], in eaque Paulus reſtitit Petro in faciem, quia reprehenſibilis erat [l]: & in eadem Barnabas & Paulus ſunt ordinati [m]. De hac, multa Procopius [n]. Altera Piſidiæ Prouincia: De qua Plinius [o], & Strabo [p]. In hac Paulus & Barnabas prædicauerunt [q].

Antiochus: Quinque memorantur in ſcriptura Antiochi, Reges Aſiæ: De duobus primis ait: [Et exijt ex eis radix peccatrix Antiochus illuſtris filius Antiochi Regis [r],] hic dicitur Antiochus magnus [ſ]; ille verò Antiochus illuſtris & nobilis [t]; a Græcis Epiphanes, ob mala quæ intulit Iudæis figura Antichriſti. Tertius *Antiochus* [u] Eupator, eiuſdem Antiochi Epiphanis filius, qui conceſſit Iudæis, vt vterentur legibus [x] ſuis. Quartus *Antiochus* [y], Alexandri Velis filius. Quintus *Antiochus* [z], Sedetes, filius Demetrij primi, fraterque ſecundi, à Perſis detenti, lapidatus ac membratim diuiſus apud Perſidem in Templo Naneæ [a]. Eſt adhuc & *Antiochus* [b], pater Nomenij Iudæi, miſſus à Ionatha cum Antipatro ad Romanos & Spartiatas, vt renouarent cum eis amicitiam & ſocietatem priſtinam.

Antipas [c], [Græcè, pro omnibus, vel contra omnes,] teſtis Dei fidelis, occiſus Pergami. Similis eſt Antipater [d], [i. pro patre, vel contra patrem,] filius Iaſonis à Ionatha miſſus cum Numenio Antiochi filio, ad Romanos & Spartiatas. Et *Antipatris* [e], ciuitas in Manaſſe citra Iordanem, quæ dicta fuit Capharſalama [f], iuxta quam Iudas Machabæus fudit Nicanorem. Vrbs pulchra & amœna, quam Herodes Aſcalonita, à patre ſuo Antipatro, Antipatridem appellauit: Et ad hanc D. Paulus à Claudo Lyſia Tribuno miſſus eſt ab Ieroſolyma, quadringentis & ſeptuaginta viris armatis ſtipatus, ad Felicem Præſidem. Habuit temporibus Chriſtianorum Epiſcopum.

Aod [g], [i. laudans, ſiue confitens,] ambidexter, filius Gera filij Iemini, i. de Tribu Beniamin. *Aod* [h], filius Bela ſeu Bale primogeniti Beniamin: ſcribitur & *Abod* [i]. Genealogia Tribus Beniamin obſcurè admodum traditur in ſcriptura.

Apadno [m], ciuitas in Tribu Iuda. Rex Aquilonis fixit tabernaculum ſuum Apadno inter maria ſuper montem inclytum & ſanctum. Pro Apadno eruditiores interpretes legunt palatij ſui.

Apamea, [n], [i. expellens, vel abigens,]

altàs

z 3. Reg. 16. v. 16. & Michæ. 6. v. 16. a Ioſ. 19. v. 13. b Gen. 36. v. 2. c Ibidem v. 24. & 1. Paral. 1. v. 38. d 4 Reg. 18. v. 34. & 19. v. 13. & Iſai. 37. v. 13. e Ioſ. 11. v. 21. & 15. v. 50. f cap. 19. v. 19. g 4 Reg. 17. v. 31. h 2. Eſdr. 11. v. 32. i Tob. 5. v. 18. k Dan. 1. v. 6. 7. 11. & cap. 2. v. 17. & cap 3. v. 88. l 2. Eſdr. 3. v. 23. m v. 8. n Actor. 5. v. 1. o cap. 9. v. 10. & 22. v. 12. p cap. 23. v. 2. & 24. v. 1. q 1. Paral. 7. v. 9. r Ioſ. 21 v. 18. 1. Paral. 6 v 60. 2. Reg 23. v. 27. 3. Reg. 2. v. 26. Iſai. 10 v. 30. ſ Ierem. 1. v. 1. t 2. Machab. 4. v. 32. & ſeq. u Cap. 16. v. 7. x 1. Paral. 6. v. 73. y Gen. 14. v. 13. 24. 1. Paral. 6. v. 70. z Ierem. 31. v. 40. a 2. Eſdr. 2. v. 14. b 1. Paral. 15. v. 18. c Ioſ. 15. v. 50. & 18 v. 23. c 1. Reg. 1. v. 2. 5 &c. d Tob. 1. v. 9. & 2. v. 19. & 10. v. 3 & 11. v. 5. e Cap. 7. v. 2. 8. 18. & 8. v. 18. f Luc. 2. v. 36. 37.

g Cap. 3. v. 2. Ioan. 18. v. 13. Actor. 4. v. 6. h Strabo lib. 5. i Zachar. 9. v. 2. k Actor. 11. v. 25. 26. l Galat. 2. v. 11. m Actor. 13. v. 1. 2. n Lib. 1. *de bello Perſico.* o Lib. 5. cap. 27. p Lib. 12. q Actor. 13. v. 14. r 1. Machab. 1. v. 11. ſ Cap. 8. v. 6. t 2. Machab. 10. v. 9. u Cap. 9. v. 25. & 10. v. 10. x Cap. 11. v. 24 25. 31. y 1. Machab. 11. v. 39. 54. 57. & 12. v. 39. & 13. v. 31. z 1. Machab. 15. v. 1. 2. 10. 11. 13. 25. a 2. Machab. 1. v. 13. 14. 15. 16. b 1. Machab. 12. v. 16. & 14. c Apocalyp. 2. v. 13. d 1. Machab. 12. v. 16. & cap. 14. v. 22. e Actor. 23. v. 31. f 1. Machab 7. v. 32. *Iudæ.* Ioſeph. Sancij. c. 5. v. 4. g Iudic. 3. v. 15. h 1. Paral. 7 v. 10. i Cap. 8. v. 4 6. m Dan. 11. v. 45. n Iudith. 3 v. 1.

alias Apamia & Apamena, nunc Amanum dicta, ex Adrichomio [o], potens ac celebris ad Orontem fluuium vrbs eſt totius Cœleſyriæ Metropolis.

Aphara [p], [i. vacca, ſiue frugifera,] ciuitas in Beniamin.

Aphec [q], [i. decurſus aquarum, aut vigor.] ciuitas in Tribu Aſer. *Aphec* [r], ciuitas in Tribu Iſſachar.

Apheca [s], [idem ſignificat quod Aphec,] ciuitas in Tribu Ruben, terminus eſt Amorrhæorum ſupra Iordanem [t]. *Apheca* [v], ciuitas in Tribu Iuda.

Aphrica [x], [ſine horrore, i. ſine frigore,] quæ & Lybia, Regio in Hebræo eſt Put. dicitur & *Africa*; vide ſup. à Africa.

Apollonius [y], [i. Græcè, perdens, vel deſtruens,] quem occidit Iudas Machabæus, & cuius gladio deinceps vſus eſt. *Appollonius* Tharſeæ filius, Dux Cœleſyriæ & Phœnicis, cui impius Simon de Tribu Beniamin, præpoſitus Templi, nunciauit pecuniis eſſe plenum ærarium Ieroſolymis [z]; & quem poſtea Demetrius Ducem conſtituit contra Ionathan [a]. *Appollonius* [b], Gennæi filius, & vnus ex illis quinque qui pace inita non ſinebant Iudæos in ſilentio agere. Similis eſt idemque ſignificat *Appollo* [c], Iudæus quidam genere Alexandrinus, vir eloquens & potens in ſcripturis. Itemque *Appollonia* [d] [i. perditio, vel deſtructio,] vrbs in Macedonia. Item *Appollophanes* [e], [i. perditionem, vel deſtructionem oſtendens.] occiſus cum Chærea fratre Timothæi hoſtis Iudæorum, in Gazara.

Appollyon [f], hoc nomine græcè vocabatur Rex Angelus Abyſſi: Hebraicè autem *Abbadon*, qui ſedebat ſuper locuſtas equis ſimiles, quas vidit D. Ioannes in ſuis reuelationibus: latinè autem vocatur exterminans.

Appia [g], nomen fœminæ, quam D. Paulus vocat ſororem chariſſimam. Simile Appij Forum in Italia; vrbs ſcilicet ad quam Paulus venit, cum, Cæſare appellato, duceretur Romam [h].

Aqua [i], luſtrationis, qua variæ res immundæ expiabantur: dicuntur & Aquæ expiationis [k]. *Aqua* [l], contradictionis in Cades deſerti Sin, quas Moyſes ſpiritu exacerbatus ob murmur populi eduxit, percuſſa bis petra, iuſſus à Deo ad eam tantum loqui, ideoque notatus eſt incredulitatis, ſicut & Aaron frater eius, & excluſi ſunt ab ingreſſu Terræ ſanctæ [m]: dicuntur & *Aqua* contradictionis Cades [n]. *Aqua* Maſerephoth [o], ſalinæ ſunt in Tribu Aſer, iuxta mare magnum, vbi inundantis maris aqua in alueos quoſdam influit, & ſolis æſtu in ſal excoquitur: ad has vſque aquas Ioſue perſecutus eſt Chananæos, in introitu terræ promiſſionis: dicuntur à D. Hieronymo [p], Maſrephoth maim. *Aqua* Merom [q], in Tribu Nephthalim, vbi irruit Ioſue in Reges Chanaan, lacus eſt, quem Iordanis medius præterfluit, tempore reſolutionis niuium è monte Libano defluentium, valdè accreſcit, ac dilatatur; at æſtiuis caloribus maiori ex parte exſiccatur, quo fit vt diuerſi generis herbæ, & arbuſta ibi in ſyluam excreſcant,

o Pag. 185.
p Ioſ. 18. v. 23.
q Cap. 19. v. 30. Iudic. 1. v. 31. & 19. v. 1. & 3. Reg. 20. v. 26. 30. & 4. Reg. 13. v. 17.
r Ioſ. 12. v. 18.
ſ Cap. 13. v. 4.
t Adrich. pag. 126.
v Ioſ. 15. v. 53. 1. Reg. 4. v. 1.
x Nahum. 3 v. 9.
y 1. Mach. 3. v. 10.
z 2. Machab. v. 5. 6.
a 1. Mach. 10. v. 69. 70.
b 2. Mach. 12. v. 2.
c Actor. 18 v. 24. 25. & ſeq & c. 19. v. 1. & 1. Corinth. 1. v. 12. & cap. 3. v. 4. 5. 6. 22. & ad Tit. 3. v. 13.
d Actor. 17. v. 1.
e 2. Machab. 10. v. 37.
f Apocalyp. 9. v. 11.
g ad Philem. v. 2.
h Actor. 28. v. 16.
i Num. 8. v. 7. & 19. v. 20.
k v. 13. 21. & c. 31. v. 23.
l Cap. 20. v. 13. Deuter. 32. v. 50. 51.
m Ibid.
n Ezech. 47. v. 19.
o Ioſ. 11. v. 8. & 13. v. 6.
p *in locis Hebr.*
q Ioſ. 11. v. 7.

& Leonibus, Pardis, Vrſis receptaculo ſint. *Aqua* multæ [r], quæ ſunt in Gabaon, ſunt ipſa piſcina Gabaon. *Aqua* Mageddo [ſ], iuxta quas victus eſt Siſara à Debbora Propheteſſa, & Barad. *Aqua* Dibon de quibus Iſaias [t]: [Aquæ Dibon repletæ ſunt ſanguine.] *Aqua* Nemrim, de quibus Iſaias, & Ieremias [u]. *Aqua* piſcinæ inferioris, de quibus Iſaias [x]. *Aqua* piſcinæ veteris, de quibus idem Propheta [y]: *Aqua* viuæ, exeuntes de Ieruſalem, de quibus Zacharias [z]. *Aqua* redundantes à latere dextro Templi [a]: eædem ac Fons de domo Domini egrediens [b], vide infra. *Aqua* vbi Philippus Diaconus baptizauit Æthiopem Eunuchum Candacis Reginæ [c]: quæ poſtea Fons Æthiopis nuncupata eſt: hic dum in curru vetus Teſtamentum legeret, fontem reperit Euangelij. *Aqua-ductus* piſcinæ ſuperioris [d], in quo ſtetit Rabſaces, miſſus à Sennacherib rege Aſſyriorum, vt loqueretur Ezechiæ. *Aqua-ductus* Regis [e], ad quem cum tranſiſſet Nehemias, miſſus ab Artaxerce, vt Ieruſalem inſtauraret, non erat locus iumento eius, vt tranſiret per ruinas. Idem fortè eſt cum præcedenti Aquæ-ductus piſcinæ ſuperioris. *Aqua-ductus* fontis Bethuliæ [f], fluens in mare Galilææ

Ar [g], ciuitas antiqua Moabitarum, ſita in terminis Moabitarum & Ammonitarum, Tribui Gad aſſignata. Dicitur & Aroer: Hinc nomen Gentilitium *Arorites* [h], quales erant Sammoth, & Iehiel, duo ex fortiſſimis Dauidis.

Araas [i], [i. ira, calor confidentiæ, ſiue protectionis,] pater Thecue patris Sellum mariti Oldæ Prophetidis, & cuſtos ſacrarum veſtium: dicitur & Haſra [k].

Arab [l], [i. inſidians, multiplicans, feneſtra, locuſta,] ciuitas in Tribu Iuda.

Arabia, Aſiæ maioris Regio, ad Orientem Paleſtinæ ſita, amplitudine longiſſima; Ammonitas, Moabitas, Idumæos, Saracenos, alioſque quamplurimos complectens populos: Triplex eſt, nempè *Deſerta*, *Fœlix*, & *Petraa*. *Arabia deſerta* à recentioribus Arabia prima, ab Occidente Trachonitidi regioni coniungitur; ab Aquilone Damaſco confinis; (vnde & Syria, Damaſci ſiue Damaſcena regio, non raro Arabiæ nomine cenſetur) ab Occidente Babylonia; à meridie montibus Arabiæ Felicis terminatur. Deſerta huius Arabiæ Metropolis & antiquiſſima vrbs Boſra [m]. Deſerta cognominatur, quod quaquauerſum montoſa, arenoſa, ſterilis, ac vere deſerta ſit: agnis tamen, arietibus, hœdis, & eiuſmodi animalibus, quæ agreſti gaudent, teſte Hieronymo [n], abundat; iiſque paſcendis omnes eius incolæ occupantur; lacte camelorum, & ſemicrudis carnibus victitantes. Et quia ibi in Tabernaculis degunt, à Coſmographis, græco vocabulo, Scenitæ [o], & Nomades dicti ſunt.

Arabia Felix, à Neotericis Arabia ſecunda, ab Occidente omnem Ammonitidem regionem complectitur; à Septentrione Arabiâ Deſerta, & ab Auſtro, Petræâ circumdatur: Orientem verò atque

r Ierem. 41. v. 12.
ſ Iudic. 5. v. 9.
t Cap. 15. v. 9.
u Cap. 49. v. 34.
x Cap. 12. v. 9.
y Cap. 22. v. 11.
z Cap. 14. v. 8.
a Ezech. 47 v. 2.
b Ioël. 3. v. 18.
c Actor. 8. v. 36.
d 4. Reg. 18 v. 18 & Iſa. 7. v. 3 & cap. 35. v. 2.
e 2. Eſdr. 2. v. 14.
f Iudith. 7. v. 6.
g Deut. 2. v. . 8.
h 1. Paral. 1[1] v. 27. 44.
i 4 Reg. 25. v. 14.
k 1. Eſdr. 2. v. 51.
l Ioſ. 15. v. 5[2]
m Gen. 36. v. 33.
n in cap. 2[5] Ezechiel.
o Plin. lib[.] cap. 28.

meridiem verſus mari circumfuſa inter duos ſinus Oceani, Perſici nempè, & Arabici, peninſulæ forma procurrit. Arabia hæc, Ioſepho, & Hieronymo teſtibus, à Saba filio Chus, nepote Cham, Saba, Sabæa; eiuſque incolæ Sabæi, & Metropolis, Saba dicitur, vrbs inclyta, in monte excelſo ac frondoſo ſita; ſedeſque regia piiſſimi Magi Gaſparis, qui de Arabiæ fructibus, dona puero Ieſu attulit. Regio hæc pinguiſſimi, vliginoſique ſoli, quotannis, vt ſcribit Strabo, bis ſeritur. Optimi flagrantiſſimique thuris adeò abundans eſt, vt diuinis ſacrificiis per vniuerſum terrarum orbem ſatiſfaciat. Thure enim non tantùm olim Iudæi, & Gentes, ſed & nos Chriſtiani vbi vis gentium etiamnum vtimur. Scribunt [p], certas eſſe familias, quæ ius thura legendi, per ſucceſſionem, ſibi vendicant; & qui huic rei vacant, Arabiæ Sacros vocari; dumque huius virgulta incidunt, (quod fit in ortu canis flagrante ſole) neque funeribus intereſſe, neque ad mulieres accedere debent. Præter thus, etiam myrrhæ, aloës, Caſiæ, Nardi, amomi, cinamomi, cardamomi, piperis, ac omnis generis aromatum, adeò feraciſſima eſt, vt Plinio teſte, non alia ibi ligni genera, in vſo ſint, quàm odorata, quibus ignem fouent, & carnes coquunt. Verùm cùm perpetuus iſte aromatum odor, nimia fragantiæ ſuæ excellentiæ, ſtuporem ſenſibus inducere ſoleat, eum bituminis ſuffitu leuant; nulla ſiquidem eſt voluptas, quæ non aſſiduitate ſui faſtidium pariat. Auri quoque & argenti venis ac glebis vſque adeò ſcatet, vt vniuerſa penè gentis huius ſupplex auro vel argento ſplendeat. Pretioſiſſimis etiam ſelectiſſimiſque varij coloris, mirique ſplendoris gemmis affluit, terrâ, marique: nam hic oſtreæ capiuntur, in quibus margaritæ naſcuntur, & matureſcunt, quarum tam nobilis natura eſt, vt nullo æquari pretio valeant; vnde de Cleopatra Ægypti Regina legitur: inuentam hîc margaritam ducentis & quinquaginta aureorum millibus redemiſſe. Præter hæc omnia, varias Arabia Felix nutrit feras, Leones, Pardos, Tigrides, equos, mulos, camelorumque ac Elephantorum turmas: Et quæ alibi deeſt auium omnium nobiliſſima, pulcherrima, ac celeberrima, totoque orbe vnica Phœnix hîc ſe continet; hæc magnitudine par aquilæ, plumeo capite Pauonis inſtar cohoneſtatur; facies criſtis diſcernitur, collum auri fulgore reſplendet, reliquæ verò veſtitrices corporis pennæ, purpureæ ſunt, vnde & Phœnicis nomen gerit, cauda eius cerulea roſeis pennis diſtinguitur; viuit annis ſexcentis ſexaginta, ſeneſcens præeminentiſſimum quemdam eligit ſibi locum, in quo ex odoriferis balſami, cinamomi, caſiæ, thuris, variorumque aromatum ſurculis nidum, rogumque ſibi conſtruit, quem ſolis calore, alarumque plauſu & agitatione accendens, ſeipſum comburit, & in cineres reſoluitur, ex quibus poſtero die, pennis veſtitus fit pullus, ac tertio priſtinam recipit naturam.

Huius Felicis Arabiæ incolæ fuerunt tres illuſtriſſimi illi viri, quos Euangeliſta [q]. Magos; Regius vates [r], & Iſaias [ſ], Reges appellant, quorum hæc vt antiqua traditione ad nos deuolutum eſt: ſunt nomina, Melchior, Balthaſar, & Gaſpar. Hi viſâ in Orientis regione nouæ claritatis ſtellâ, quæ illuſtrior, pulchriorque cæteris ſyderibus apparens, in ſe intuentium oculos, animoſque conuertebat; quamque vaticinio Balaam [t], cuius ſucceſſores erant, exorituram nouerant; eam ſignum diù expectati, & nunc tandem nati Regis Iudæorum eſſe intellexerunt, quam ſequentes ducem, ingenti camelorum & dromedariorum terræ Madian & Epha [u], magno comitatu, regiam ciuitatem Ieruſalem, Regem inquirentes, intrauerunt, eo facto, non obſcurè ſignificantes Gentium multitudinem, & earum Reges, turmatim vndique ad Eccleſiam confluxuros, ac dona Chriſto Domino oblaturos. Vnde & in hac Arabia Felici, fertur vas electionis diuus Paulus mox à ſua conuerſione, toto triennio Euangelium prædicaſſe [x]; vbi quantum profecerit, hinc colligere eſt, quòd huius Prouinciæ vrbs Becerra, Archiepiſcopali ſede poſtea inſignita, Epiſcopatus ſub ſe habuerit triginta quinque [y].

Arabia Petræa, à petra deſerti eius Metropoli ſic dicta, & à poſterioribus, Arabia tertia; Moabitidem, Idumæam, Amalecitidem & Cedar regiones ſuo ambitu continet: ab occaſu clauditur mari Ægyptio; à Septentrione Arabia Felici; Iudææ, ac Paleſtinæ contermina eſt: à meridie verò cingitur Ægypto, Arabico ſinu, ſeu mari rubro: ad ſolis ortum per latiſſimas & ſqualidas ſolitudines ad flumen Euphratem vſque excurrit. Eſt in Petræa hac Arabia, inclyta vrbs, Mecha nomine, ſexcies mille ædes continens, à littore maris itinere dierum trium diſtans: in qua perfidiſſimi Pſeudoprophetæ Mahometis habetur delubrum, altiſſima turri conſpicuum, quod totum concameratum, longitudine paſſuum centum, latitudine octoginta, columnis quadringentis fulcitur, eiuſque parietes vndique auro obducti, dom .... penſilium ad tria millia perpetuò ardentium lumen recipiunt, incredibili fulgore intuentium oculos perſtringunt. In hoc delubro prophanum impiiſſimi Mahometi cadauer ſub marmore gemmis ornato, conſepultum iacet; eoque Sarraceni, & Turcæ, ex Arabia; Ægypto, & Æthiopia, Syria, Perſide, & vtraque India, peregrinationis ergo, turmatim confluunt, vt aliquid opis ab inope percipiant.

Arach [z], [i. longitudo, medicina, ſanitas,] vrbs in terra Sennaar: hanc & Edeſſam vocari, teſtatur Hieronymus [a].

Arad [b], [i. onager, aut ſyriacè, draco,] ciuitas Chananæorum, olim celebris, ad ſortē Iuda pertinens; contra cuius Regem cùm Iſraëlitæ primùm infeliciter pugnaſſent, ſeque voto Deo obligaſſent, regem interfecerunt, & ſubuerſis vrbibus, nomen illius Horma, hoc eſt anathema, appellarunt [c]. Hoc loco Cinæi cognati Moyſis cùm aſcendiſſent de ciuitate palmarum, ſibi ſedem

elegerunt

q Matth. cap. 2. v. 1.
r Pſal. 71. v. 10.
ſ Cap. 60. v. 3.
t Num. 24. v. 17. Hieron in 2. Matth.
u Iſai. 60. v. 6. Hieron. ibid.
x ad Gal. 1. v. 17.
y Adrichom. pag 77.
z Gen. 10. v. 10.
a In *quaſt. Hebraicis ſupra Geneſim.*
b Num. 21. v. 1. & Iudic. 1. v. 16.
c Num. 21. v. 3.

elegerunt [d]. *Arad* perſimilis eſt *Arada* [e], [i. ſtupor & miraculum ,] xxj. manſio filiorum Iſraël in deſerto.

Aradius [f], [i. maledictionis abundantia ,] vnus ex filiis Chanaan , ex quo Aradij [g] populi. & *Aradius* [h], per antiqua & munitiſſima ciuitas in Aradon [gg], inſula , quem idem Aradius incoluit , ædificauitque. Habet hæc inſula [i], in ambitu ſeptem circiter ſtadia , diſtat à Phœnice cui adiacet , viginti ſtadijs , eſtque vna ex Phœniciæ vrbibus quæ Tripolim efficiunt , reliquæ duæ ſunt Tyrus & Sidon.

Aram [k], [i. celſitudo , aut ſublimitas, ſeu decipiens , aut maledictio eorum.] vnus filiorum Sem , à quo Syri. *Aram* [l], filius Eſron filij Phares. *Aram* [m], filius Somer filij Heber. *Aram* [n], vnus ex Principibus familiarum Leedan , tempore Salomonis. *Aram* [o], ciuitas in Tribu Manaſſe , vltra Iordanem. Similis eſt *Arama* [p], [i. occiſio , anathema ,] ciuitas munitiſſima in Tribu Nepthali , ad quam Dauid miſit de præda Amalecitarum [q].

Aram [r], [i. mons , ſiue montanus , concipiens , cantans , præco ,] filius Thare , & frater ac Socer Abrahæ. *Aran* [f], [i. arca ſiue exultans] filius Diſan filij Seir Horræi. *Aran* [t], filius Ietameel de tribu Iuda.

Arapha [u], [i. relaxatio , vel os montis] genus erat quoddam Gigantum , è quo Ieſbibenob niſus percutere Dauidem , occiſus eſt ipſe ab Abiſai fratre Ioab. Rapha quidem eſt nomen illius generis hominum , in genitiuo Harapha , vulgata Arapha, pluraliter Rephaim : ſic dicti quod adeò terribiles eſſent, vt videntium ſe diſſoluerent cor.

Ararat [x], [i. maledictio tremoris] Regio Armeniæ , aut etiam ipſa Armenia. Supra montem Ararat , Arcam Noë poſt diluuium conſtitiſſe ſcribitur in Oraculis Sybillinis : ita Ortellius in Theatro.

Arari [y], [i. montanus] ciuitas ; vnde nomen Gentilitium , *Arariter* [z]. Similis eſt *Arbati* [a], [i. ſuauis] locus , ex quo oriundus Abialbon [b], ſeu Abiel Arbathites.

Arbee [c], [i. quatuor,] ciuitas in tribu Iuda, eadem quæ Hebron, infrà.

Arbelles [d], [i. ſuſcitatio , vetuſtatio , inſidians] ciuitas in Tribu Nephtali vbi Bacchides Machabæorum tempore caſtra poſuit. Dicitur etiam Arbella [e], idemque Bacchides Arbellorum Speluncam, ad quam ingens Iudæorum numerus confugerat expugnauit : tandem & Ioſephus hiſtoricus dum Galilæis præeſſet , contra Romanos præmuniuit.

Arbi [i. locuſta , vel feneſtra , inſidiator] ciuitas in Tribu Iuda [f], ex qua erat Pharai vnus ex fortiſſimis Dauid.

Area [ff], [i. ſemita , annona] pater Schenææ. Huius Areæ filij ſeu nepotes 775. [g], & alibi 652. [h].

d Iudic. 1. v. 16.
e Num. 33. v. 24.
f Gen. 10. v. 18.
g Ezech. 27. v. 11.
gg 1. Mach. 15. v. 23.
h Ibidem, v. 8.
i Aradus Strab. l. 16.
k Gen. 10. v. 22.
l Ruth 4. v. 19. Matth. 1. v. 5. Luc. 3. v. 33.
m 1. Paral. 7. v. 34.
n Cap. 23. v. 9.
o Cap. 2. v. 3. & Num. 23. v. 7.
p Ioſ. 19. v. 35.
q 1. Reg. 30. v. 30.
r Gen. 11. v. 26. & 1. Paral. 1. v. 42.
f Gen 36. v. 28. & 1. Paral. 1. v. 42.
t Paral. 2. v. 25.
u 2. Reg. 21. v. 16.
x Iſaiæ 37. v. 38. & Iere. 51. v. 27.
y 1. Paral. 11. v. 33. 34.
z 1. Machab. 5. v. 23.
a 2. Reg. 23. v. 31.
b 1. Paral. 11. v. 32.
c Gen. 25. v. 2.
d 1. Machab. 9. v. 2.
e Hieron. in locis Hebr.
f 2. Reg. 23. v. 35.
ff 2. Eſdr. 6. v. 18.
g 1. Eſdr. 2. v. 5.
h 2. Eſdr. 7. v. 10.

Area Arad [g], ſita trans Iordanem , ibi Ioſeph & fratres eius deferentes cadauer patris ſui Iacob celebrauerunt eius exequias , & fleuerunt planctu magno , idcircò vocatum eſt nomen loci illius planctus Ægypti. *Area* Chidon [h], ſeu Nachon [i], locus vbi Dominus percuſſit *Oza* , cum manum ad Aream extendiſſet , qui propterea dictus eſt à Dauide. Percuſſio *Oza* [k], ſeu diuiſio *Oza* [l]. *Area Areuna* [m], ſeu Ornam Iebuſæi , iuxta quam erat Angelus extensâ manu ſuper Ieruſalem , vt percuteret populum , quando dixit ei Dominus [ſufficit : nunc contine manum tuam] quam Aream emit poſtea Dauid ab Areuna , & iuxta ſermonem Prophetæ Gad , ædificato ibi altari , obtulit holocauſta ; quo in loco poſtea conſtructum fuit Templum Salomonis in monte Moria [n].

Area ſalinarum [q] ; quarum tributum Demetrius Rex Syriæ , benignitatis ergo , remiſit Ionathæ & Genti Iudæorum.

Arebba [r], [i. magna , multa, litigoſa ,] Ciuitas in Tribu Iuda.

Arecon [s] [i. mons lamentationis, vel poſſeſſionis] ciuitas in tribu Dan.

Aretas [t], [i. græcè virtuoſus aut placidus] Arabum tyrannus qui ſacrilegum Pſeudopontificem Iaſonem f. Oniæ fratrem concluſit. *Aretas* [v], Socer Herodis Antipæ , vt ait Theophilactus , Arabiæ Petreæ & vicinæ Damaſci Rex, cuius Satrapa ſeu præpoſitus in Damaſco voluit comprehendere Paulum.

Areuna [x], [i. Arca , canticum , exultatio , lux noſtra] nomen viri qui dicitur Ornany Iebuſæus à quo Dauid emit Aream in qua conſtructum fuit Templum Salomonis [z]: ſuprà Area Areunæ.

Argob [a], [i. gleba vel glarea , aut maledictio putei , vel dorſi , ſiue lux altitudinis] vrbs & Regio nobilis , in Manaſſe vltra Iordanem. Hic habitabat Og Rex Baſon ; ſita eſt iuxta fluenta Iordanis , vocatur & terra Raphaim , Trachonitis , & Baſan.

Ariarathes [b], Rex minoris Armeniæ iſte corruptè in Græco dicitur ἀράθης , & in aliquibus exemplaribus latinis Arabas. Ariarathiræ in Armenia minori meminit Ortellius , & Concilium Chalcedonenſe.

Ariel [c], [i. leo Dei , lux Domini] nomen principis vnius ex familiis Gad ſcilicet Arielitarum ; dicitur & Arieli [d] : *Ariel*, leones ſignificat cum dicitur de Banaia fortiſſimo [percuſſit duos Ariel Moab [e],] ſub nomine Ciuitatis Ariel , Iſaias ruinam Ieruſalem acri ſtylo prophetat [f] : Ezechiel verò per Ariel altare holocauſti intelligit [g] : *Ariel* [h] : vnus de viris principibus quos miſit Eſdras ad Eddo. Perſimilis eſt *Arie* [i], [i. leo ſiue lux Domini] nomen loci iuxta quem Phacee occidit Phaceiam Regem Iſraël.

Arimalthaa [k], [i. leo mortuus Domino , vel lux mortis Domini nomen ciuitatis in Iudæa , vnde oriundus

g 1 Gen. 50. v. 10. 11.
h 1. Paral. 13. v. 9.
i 2 Reg. 6. v. 6.
k Verſa
l 1. Paral. 13. v. 11.
m 2 Reg. 24. v. 16.
n 2. Paral. 3. v. 1.
q 1 Mach. 11. v. 35.
r Ioſ 15. v 60.
ſ Ioſ 19. v 46.
t 2. Machab 5. v. 8.
u 2. Cor. 11 v. 32.
x 2. Reg. 24 v. 16.
y 1. Paral. 21 v. 15.
z 2. Paral. 3 v. 1.
a Deut. 3. v 4.
b 1 Machab 15. v. 22.
c Num. 26. v. 17.
d Gen. 46. v. 16.
e 1. Paral. 11. v. 22.
f Cap. 29. v. 1.
g Cap. 43. v. 15. 16.
h 1. Eſdr. 8. v. 16 17.
i 4. Reg. 15. v. 25.
k Matth. 27. v. 57. Luc. 23. v. 51.

Ioſeph qui petiit corpus Chriſti à Pilato, & ſepeliuit in monumeuto ſuo nouo, eadem eſt ac Rama, infrà.

Ariocb [l], [i. looguus vel procerus, ſarietas vel ebrietas tua, aut leo tuus] Rex Ponti vnus ex quatuor Regibus qui debellarunt quinque Reges Pentapoleos, & quos poſteà Abraham inſecutus percuſſit. *Ariocb* [m], Prioceps militiæ, cui Nabuchodonoſor Rex præceperat vt interficeret omnes ſapienies & Magos Babylonis, quí nequietant ei indicare ſomnium ſuum.

l Gen.4. 1.
m Dan. 2. v. 14.15.

Ariſtobulus [n], [i. græcè, optimus conſultor] Magiſter Ptolomæi & dé genete Chriſtotum ſacetdotum, ad quem maximè deſtinatur Machabæotum liber ſecundus Ariſtobus [o], cuius domeſticos ſalutat diuus Paulus ſeribens ad Romanos.

n 2. Mach.1. v.10.
o Cap.16. v.10.

Armagedon [p], ait Hietooymus interpretatut [conſurrectio tecti, ſiue conſurrectio in priora, ex aliis Anathema excidij, mons Euangelij vel pomorum ſeu fructuum] locus eſt in quo præliabitur Antichriſtus, Autoribus ignotus, propter myſterium tamen Hebraicè vocatum Armagedon præſertim quia ſuperato ibi diuinitùs Antichriſto, Eccleſiæ tectum conſurget, & in priſtinam gloriam vendicabitur, & Euangelij veritas falſitaſque ſectæ Antichriſti declarabitur, tandemque qui Chriſti potentiam & diuinitatem ibi prædicabunt, velut poma fructuſque lectiſſimi, colligend ſunt.

p Apoc.16. v.16.

Armenia [q], [i. maledictio tremotis] Regio Orientalis ſuper cuius montes ſtetit Arca Noë. Hinc dicta terta Armeniorom ad quam filij Sennachetib Regis Aſſyriorum fugerunt, occiſo patre [r]. Dicitur ab Iſaia [ſ], terra Ararat Hebraicè, vide ſuprà Ararat.

q Gen.8.4.
r 4.Reg 19. v.37.
ſ Cap. 37. v.38.

Armon [t], [i. malum granatum, mons præparationis] nomen loci in quem Amos prophetat vaccas montis Samariæ proijciendas. Similis eſt Armoni [u], alter ſcilicet filiorum Saülis, ex Reſpha concubina traditos Gabaonitis, vt cruci affligeretur.

t Amoſ 4. v.3.
u 2.Reg.21. v.8.

Arna [x], filius Ozia de genere ſacerdotali, cui ſimilis *Arnan* [i. exultans ; Arca eorum, lux filij] vir de ſtirpe Regia Dauidis [y].

x 4.Eſdr.1. v.2.
y 1. Paral.3. v.21.

Arnon [z], eiuſdem ſignificationis ac Arnan, rupes in deſerto Moab promioens & diuidens Moabitas ab Amorrhæis in tribu Gad. *Arnon* [a], torrens è vertice eiuſdem rupis Arnon prorumpens, fluenſque per totum deſertum ; & Moabitidem ab Amonitide diſterminat, labiturque in mare mortuum. Torrentem huoc miraculo, ſicco veſtigio tranſierunt Iſraëlitæ [b]. *Arnon* vrbs [c].

z Num.21. v.28.
a Luc.13.24.
b Verſ. 15. 23.24.
c Ierem.48. v. 9.

Arod [d], [i. imperans, deſcendens] filius Gad, filij Iacob, princeps familiæ Aroditarum, dicitur & *Arodi* [e], hinc Gentilitium nomen Arodites [f], qualis erat Aiam filius Sarar, vnuſque ex triginta ſeptem fortibus Dauidis. *Arod* [i. onager, ſyriacè draco] filius Baria [g], de tribu Beniamin.

d Num.26. v.17.
e Gen.46. v.16.
f 2.Reg.23. v.33.
g 1.Paral.8. v.15.

Arôer [h], [i. myrica, ſuſcitatio vigiliæ, aut vigilia vigiliæ] ciuitas in tribu Gad ; dicitur & Ari ſuprà. *Aroër* [i], tractus vbi plures ciuitates in dimidia tribu Manaſſe iuxta Iordanam in agro Damaſceno verſus Meſopotamiam ſita, de qoa prophetauit Iſaias [k].

h Num.32. v. 34.
i Iſaiæ 17. v. 2.
k Ibidem.

Arphaxad [l], [laxant, aut ſonans ſicut dæmon] filius Sem & pater Sale à quo Chaldæi, *Arphaxad* Rex Medorum, qui gloriabatur quaſi potens in potentia ſoa, victus à Nabuchodonoſore Rege Aſſyriorum. Similis vtcumque *Arphad* [i. lux redemptionis] inſula in Phoënicia ſita non longè à Damaſco [m], in quam prophetant Iſaias [n], & Ieremias [o].

l Iudith.1. v.1.
m 4.Reg.18. v 34.
n Cap. 10. v.9.
o Cap. 49. v 23.

Arſa [p], [i. terra, ſiue curſus, ſiue maledictionis exitos] præfectus ciuitatis Therſæ, in cuius domo Ela Rex Iſraël temulentus occiſus eſt à Zambri ſeruo ſuo, qui regnum inuaſit. Similis eſt *Arſaces* [q], Rex Perſidis & Mediæ, qui comprehendit Demetrium II. Regem Syriæ, & poſuit in cuſtodia. Huic etiam vtcunque ſimilis *Artaxerxes* [r], generale nomen Regum Perſarum [ſ], quemadmodum Cæſar Romanorom.

p 3.Reg.16. v 9.
q 1.Machab. 14. v.2.
r 1.Eſdr.4. v.7. & cap.7. v.21. & cap. 8.v.1. & 2. Eſdr.2.v.1.
ſ Metaſthenes & Lyran. in cap 4.lib. 1. Eſdr.

Aruboth [t], [i. cataractæ, ſiue feneſtræ aut inſidiæ vel locuſtæ] ciuitas ſeu Regio in Iſraël.

t 3. Reg.4. v.8.

Arx Sion tutiſſimum præſidium in vertice montis Sion, inſtar coronæ eum cingens, pro decore & deffenſione Ciuitatis & Templi, ac quaſi tantæ Vrbis Capitolium. Hac Arce Dauid aliique Reges Iuda pro Regia vſi ſunt, vnde & dicta eſt ſolium, & thronus Dauid ; Aula & domus Regis. In eadem Arce Antiochos Epiphanes poſuit præſidium Gentium [u], indeqoe, diù multumque Iudæos afflixit ; quas poſteà Simon Machabæus ad deditionem compulit [x].

u 1.Machab. 1.35.v.36.37.
x Cap. 13. v.49.

Aſa [i. medicos, ſanans] filios Elcana Leuitæ [y]. *Aſa* [z], filius Abia & Rex Iuda vir pius, miſit tamen in neruum Hanani Prophetam quod eum de fœdere cum Benadab Rege Syriæ acriter corripuiſſet, ideoque Rex ipſe dolore pedum vehementiſſimo obiit [a]. Similis eſt *Aſaa* [b] ſeruus Ioſiæ Regis, vnuſque ex eis qui cum Helcia ſacerdote miſſi ſunt ab eodem Ioſia ad Oldam Prophetidem conſulendam ſuper autographo libri legis Domini reperto in Templo : dicitur & Aſaia [c].

y 1. Paral.9. v. 16.
z 3. Reg.13. v.8. & 2. Paral.15.v.8.
a Cap.16. v.10.
b 2.Paral.34. v.20.
c 4.Reg.22. v.14.

Aſael [d], [i. factura Dei] tertius ac vltimus filius Saruiæ ſororis Dauid curſor velociſſimos, qoi inſeqnens Abner ab eo haſtâ transfoſſus eſt. *Aſael* [e], leuita vnuſque ex iis qui à pio Ioſaphat rege Iuda miſſi ſunt vt docerent populum legem Domini in Ciuitatibus Iuda. *Aſael*, vnus eorum quos pius Ezechias rex Iuda præfecit ſuper horrea domus [f] Domini. Huic ſimilis *Aſel* [g], filius Eleſa de Tribu Beniamin.

d 2.Reg.2. v.18.
e 2.Paral.17. v.8.
f Cap. 31. v.13.
g 1.Paral.8. v.37.

Aſaia [h], vnus ex Principibus quos conſtituit Dauid ſuper cantores domus Domini. *Aſaia* [i], ſeruus Ioſiæ regis Iuda ; idem ac *Aſaa* ſupra.

h Cap.6.v. 30 & 9.v.5. & 15.v.6.
i 4. Reg.22. v.14.

Aſan

Aſan [k], [i. fumus , aut fumigans] ciuitas in Tribu Simeon, eſt & lacus Aſan [l].

Aſaph, [i. congregans, colligens, finiens] vnus ex filiis Core, dictus eſt etiam *Abiaſaph* [m]. *Aſaph* [n], filius Barachiæ, cognatus Heman Princeps cantorum Templi ſub Dauide. Idem *Aſaph* dicitur pater Zechri [o]. *Aſaph* [p], cuius Ioabe à commentariis ſub Ezechia dicitur filius: an Aſaph iſte fuerit pater immediatus? dubitatur.

Aſarbaddon [q], [Syriacè, prohibens nouitatem, vel vnitatem] filius Sennacherib regis Aſſyriorum, qui poſt eum regnauit: dicitur & *Aſſor-Haddan* [r], & *Aſenaphar* [ſ], & *Asbazareth* [t].

Aſaſontbamar [u], [i. ſagitta palmarum, fulgur palmarum, adunatio palmarum.] Eadem quæ Engaddi, infrà.

Asbel [x], [i. ignis defluens, vel decidens,] filius Beniamin, à quo familia Asbelitarum [y]: dicitur & Iadiel [z].

Aſcalon [a], [i. appenſio, ſtatera, ignis infamiæ,] ciuitas in Tribu Simeon. Hinc Aſcalonitæ populi [b].

Aſcenez [c], [i. ignis quaſi aſpergens,] filius Gomer primogeniti Iapheth filij Noë. *Aſcenez* populi [d].

Aſcenſus [e] Scorpionis, hebraicè Mahale Hacrabbim, mons in Tribu Iuda, ſic dictus à Scorpionibus qui abundant eo loco, vrbe deſuper ædificata, quæ Actabathane [f], dicta eſt: vide ſuprà.

Aſebaim [g], [i. damulæ, pulchritudines, militiæ,] eſt nomen loci, patique nominis *Phochereth-Aſebaim*, vel *Pochereth* qui erat ortus de Aſebaim.

Aſedoth-Phaſga [h], [i. effuſiones, decliuia, campeſtria, deprædationes,] ciuitas & regio in Tribu Ruben, olim vrbs Amorrhæorum [i]: Toſtatus aſſerit Aſedoth eſſe apud montem Phaſga, ideoque dicitur [k] *Aſedoth-Phaſga*.

Aſem [l], [i. os, ſiue fortitudo,] ciuitas in Tribu Simeon: Abulenſis dicit prius fuiſſe in ſorte Iuda & vocari Eſem [m], appellatur & Aſom [n]. Similis eſt *Aſemona* [o], [i. fortitudo noſtra, vel clauſura noſtra, ſiue lignum, vel conſilium numerantis, vel præparantis,] ciuitas in Tribu Iuda.

Aſena [p], [i. mutatio, vel duplicitas, aut dormitio, ſiue ignis nunc,] ciuitas in Tribu Iuda. *Aſena* [q], [i. periculum, ſiue infortunium, vel rubus,] caput familiæ inter Nathinæos. Similis eſt *Aſeneth* [r], [i. periculum, infortunium,] filia Putiphare ſacerdotis Heliupoleos, vxor Ioſeph filij Iacob, & proregis Ægypti.

Aſenaphar [ſ], [i. periculum tauri, aut periculi incrementum,] magnus & glorioſus qui tranſtulit gentes, & habitare fecit in Samariæ ciuitatibus: dicitur & *Asbazareth* [t], & *Aſarbaddon*, vide ſuprà.

Aſer [u], [i. beatitudo, ſiue felicitas,] octauus filius Iacob ex Zelpha ancilla; ab eo tota Tribus Aſer nomen ſumpſit. Similis vtcunque eſt *Aſer-Gadda* [x], [i. atrium turmæ,] ciuitas in Tribu Iuda.

Ashur [y], [i. denigratus, ignis libertatis,] pater Thecuæ, & filius Eſron filij Phares filij Iuda ex Abia vxore: dicitur & Aſſur [z],

k Ioſue 19. v.7. & 1. Paral.4. v.32.
l 1. Reg.30. v.30.
m 1. Paral. 6. v.37.
n Verſ. 39.
o Verſ. 15.
p Iſai.36. v. 3.22.
q 4. Reg.19. v.37. Iſai.37. v.38.
r 1. Eſdr.4. v.2.
ſ Verſ.10.
t 3. Eſdr.5. v.69.
u Gen.14 v. 7. 2. Paral.20. v.2.
x Gen.46 v. 21. 1. Paral.8. v.1.
y Num.26. v.38.
z Cap.7. v.6.
a Iudic.1. v. 18. & 14. v. 19.
b Ioſ.13. v.3.
c Gen.10. v. 3.
d Ierem. 51. v.27.
e Num 34. v. 4. & Ioſ.15. v.3.
f 1. Machab. 5. v 50.
g 1 Eſdr.2. v.57.
h Ioſ.12. v.3. & 13. v.20.
i Ioſ.10 v. 40. & 12. v.3. & 13. v 20.
k Cap 13. v 20.
l Cap.19. v.3.
m Cap.15. v.29.
n 1. Paral.4. v.29.
o Ioſ.15. v 4. & Num. 34. v 4.5.
p Ioſ.15. v. 33.
q 2. Eſdr 2. v.50.
r Gen. 41. v. 45.
ſ 1. Eſdr. 4. v.10.
t 3. Eſdr.5. v.69.
u Gen. 30. v. 13.
x Ioſ.15. v. 27.
y 1. Paral 2. v.24.
z Cap.4. v.5.

Aſia minor, pars maioris Aſiæ, vnius ex quatuor Orbis partibus: de illa frequens mentio in Actibus Apoſtolorum & Epiſtoli D. Pauli [a]. Hinc Aſiani populi. Similis eſt *Aſima* [b], [i. delictum,] Idolum virorum Emath in Aſia.

Aſiel [c], [i. fecit Deus, ſiue factura Dei,] pater Saraiæ, & proauus Iehu viri Principis in Tribu Simeon. *Aſiel* [d], nomen viri.

Aſiongaber [e], [i. conſilium viri, vel robuſtis,] menſio trigeſima ſecunda filiorum Iſraël, eaque vltima ſolitudinis Pharan, ciuitas eſt in littore maris rubri, & potius quo Reges Iuda ad indicas nauigationes vſi ſunt; inde Salomon miſit in Ophir, retulitque quadringenta quinquaginta talenta auri [f]. Ibi claſſis piiſſimi Ioſaphat regis Iuda contrita eſt, quod iniiſſet ſocietatem cum impio Ochoſia rege Iſraël [g].

Aſir [h], [i. vinctus ſiue incarceratus, aut ſyriacè prohibens,] filius Core, filij Iſaac, filij Caath, filij Leui. *Aſir* [i], filios Abiaſaph filij Core, filij Leui. *Aſir* [k], filius Iechoniæ filij Iachim, filij Ioſiæ, vel potius epithetum Iechoniæ, fuit enim captiuus in Babylone.

Aſlia [l], pater Saphan ſcribæ Ioſiæ regis: dicitur & Eſelia [m].

Aſom [n], quartus filius Ierameel primogeniti Eſron filij Phares, & filij Iuda. *Aſom* [o], [i. feſtinatio eorum, ſiue ieiunans,] ſextus filius Iſai, & frater Dauidis. *Aſom* [p], ciuitas in Tribu Simeon.

Aſor [q], ciuitas in Tribu Nephtali, olim inter omnia regna Chananæorum principatum tenens [r]; quam ſolam Ioſue incendit, occiſo Iabin illius rege; quam cum poſtea Chananæi reſtauraſſent, alius ipſorum rex & ipſe Iabin dictus, in ea regnauit anno circiter à cæde prioris centeſimo quadrageſimo, & iuſto Dei iudicio, Iſraëlitas in Idololatriam lapſos, ſuo ſubiugauit imperio, donec à Debbora Propheteſſa & Barac liberati ſunt [ſ]. Dicitur & *Haſor* [t]. *Aſor* [v], noua ciuitas in Tribu Iuda: dicitur & *Heſron* [x]. *Aſor* [y], ciuitas in Tribu Beniamin poſt ſolutam captiuitatem Babylonis.

Aſor-baddan [z], rex Aſſur, idem qui *Aſar-Haddon*, vide ſuprà.

Aſphar [a], [i. plaſmatio onagri, aut feſtinatio tauri,] lacus in Tribu Iuda, iuxta quem conſedit Ionathas, cum occiſo fratre ſuo Iuda Machabæo, hortante populo, ſuſcepiſſet principatum, & fugeret à facie Bacchidis.

Aſrael [b], [i. beatitudo Dei, vel intuitus fortis, aut greſſus Dei,] filius Ialeleel. Similes ſunt, idemque ſignificant *Aſriel* [c], filius Galaad filij Machir, filij Manaſſe. Vnde Aſrielitæ [d], familiæ nomen: & *Eſriel* [e], filius eiuſdem Manaſſe, & patruus eiuſdem Galaad.

Aſſedim [f], [i. venationes, inſidiæ, ſyriacè deſtructiones,] ciuitas munitiſſima in Tribu Nephtali. Similis eſt vox *Aſſidæi* [g], [i. milui, vel pij, ſancti, miſericordes,] Synagoga inter Iudæos religioſa & fortis viribus, quibus præerat Iudas Machabæus [h]. Aſſidæorum hæc familia cum Eſſenis magnam habuit affinitatem.

Aſſon [i], ciuitas; Complures ſunt huius

a Actor.20. v.4
b 4. Reg 17. v.30. vide li. 2. tract. part. poſt art.10. lect. 1.
c 1 Paral.4. v.35.
d Eſdr.1. v.2.
e Num.33. v.35.
f 2. Paral 8. v.17.18.
g Cap.20. v. 16 37.
h 1. Paral. 6 v.22.
i Cap.6. v.23 37.
k Cap. 3. v. 17.
l 4. Reg 22. v.3.
m 2. Paral. 34. v.8.
n 1. Paral. v.25.
o Cap.2. v.15
p Cap.4. v.2
q Ioſ. 19. v. 36.
r Cap 11. v 10.
ſ Iudic 4. v 24.
t 1. Reg. v 9.
u Ioſ. v.25.
x Cap 15. v.25.
y 2. Eſdr. v. 33.
z 1. Eſdr 4 v. 2.
a 1. Macha 9. v.33.
b 1. Paral. v. 16.
c Num.26 v.31.
d Ibidem.
e Ioſ.17. v. 1. Paral.7. 14.
f Ioſ 19. v.35.

nominis vrbes; vna Lyciæ in edito ſita promontorio: altera in Lydia: tertia in Epiro: quarta in Aeolide, ſeu Myſia, de qua ibi ſermo, & ad quem D. Paulus è Troade pedeſtri itinere veniens, iunxit ſe comitibus nauigantibus, & cum illis venit Mitylenem.

Aſſur [k], [i. inſidians, beatus, aſpiciens, gradiens,] ſecundus filius ſem. *Aſſur* [l], qui egreſſus de terra Sennaar ædificauit Niniuem, eſt filius Nemrod, qui & Iupiter ab Ethnicis, quod & innuit ſcriptura, dum ait: [De terra illa, nempè Sennaar, in qua regnabat Nemrod, egreſſus eſt Aſſur,] ab eo ſcilicet progenitus: Is Aſſyriorum regno nomen indidit. *Aſſur* [m], regnum Aſſyriorum ad orientem terræ ſanctæ: dicitur & terra *Aſſur* [n], vnde nomen patrium Aſſyrius, Aſſyrij, frequens in ſcriptura. Similis eſt, *Aſſurim* [o], eiuſdem ſignificationis in plurali, putà: [inſidiantes, beati, aſpicientes, vel gradientes,] filius Dadan, & pronepos Abrahæ ex Cetura. Nec abſimilis eſt *Aſſuerus* [p] [i. princeps & caput,] pater Darij regis Medorum, & fortè nomen commune regum Medorum; ſicut Artaxerxes Perſarum, & Cæſar Romanorum.

Aſtaroth [q], [i. greges, tinea legis,] Deus ſeu Idolum Sidoniorum, cui excelſum ædificauit Salomon [r]: dicitur & *Aſtarthe* in fœminino, Dea Sidoniorum [ſ]. *Aſtaroth* [t], vrbs regia regni Baſan, ad ripam Iordanis ſita, in confinijs terræ Hus, in qua & domum Prophetæ Iob fuiſſe Hebræi tradunt, data fuit dimidiæ Tribui Manaſſe vltra Iordanem, & ſeparata Leuitis [u]: dicitur & *Aſtaroth Carnaim* [x], quia in ea olim habitauerunt Carnaim Gigantes, ſiue Raphaim, quos rex Elamitarum Codorlahomor occidit, poſtea verò regia fuit Og regis Baſan, qui ex ea Gigantum ſtirpe ſuperſtes erat. Dicitur & Boſra [y].

Ataroth [z], [i. coronæ,] ciuitas in Tribu Gad, quem filij Gad reædificauerunt. *Ataroth* [a], ciuitas in Tribu Ephraim: dicitur *Atharoth* [b].

Ataroth Addar [c], [i. coronæ pretioſæ,] ciuitas in Tribu Ephraim. Eſt & alia *Aſtaroth Addar* [d], ciuitas in Tribu Beniamin.

Ater [e], [i. ſiniſter, vel clauſus,] ex Ezechia oriundus, vnuſque è familiarum Principibus, qui ſoluta à Cyro captiuitate, rediere Ieroſolymam: dicitur & *Ather* [f]. *Ater* [g], caput familiæ inter Ianitores Templi.

Athach [h], per ץ [i. hora tua, vel tempus tuum,] ciuitas in Tribu Iuda, eo in loco anteà commoratus Dauid in perſecutione Saul, miſit quoque ad eos portionem de prȩda Amalecitarum, *Athach* [i], per ת [i. fraudulent] Eunuchus quem Aſſuerus rex miniſtrum dederat reginæ Eſther.

Athalia [k], [i. hora vel tempus Domino.] filia Amri regis Iſraël, & mater Ochoziæ, vxorque Ioram regis Iuda; interfecit omne ſemen regium, vt ipſa regnare poſſet. Similis eſt *Athalai* [l], [i. hora vel tempus meum.] vnus eorum qui ſub Eſdra repudiarunt vxores alienigenas.

Athar [m], [i. oratio, aut deprecatio, aut multiplicatio,] ciuitas in Tribu Simeon.

k Gen. 10. v. 22. 1. Paral. v. 17.
l Gen. 10. v. 11.
m 4 Reg 15. v. 26.
n Iſai. 7. v. 18.
o Gen. 25. v. 3.
p Dan. 9. v. 1. & 1. Eſdr. 4. v. 6.
q 1. Reg 7. v 3.
r 4. Reg 23. v 13.
ſ 3. Reg. 11. v. 5.
t Ioſ. 9. v. 10.
u 1. Paral. 6. v. 71.
x Gen. 14. v. 5.
y Ioſ. 21. v. 27.
z Num. 32. v. 3. 34.
a Ioſ. 16. v. 7.
b v. 2.
c Cap. 16. v. 5.
d Cap. 18. v. 13.
e 2. Eſdr. 7. v. 21.
f 1. Eſdr. 2. v. 16.
g v. 42.
h 1. Reg. 30. v. 30.
i Eſth. 4. v. 5. 6. 9.
k 4. Reg. 8. v. 26.
l 1. Eſdr 10. v. 28.
m Ioſ. 19. v. 7.

Hinc fortè *Atharathes* [n], nomen viri, aut patrium, aut proprium.

Athena [o], [græcè ab Athena, i. Mineruà.] florentiſſima ciuitas Achaiæ, vbi Paulus Chriſtum prædicauit, & Dionyſium Areopagitam ad fidem conuertit. Vnde & Athenienſes [p]. Similis eſt *Athenobius* [q], [i. græcè Mineruæ victus, vel vita,] quem rex Antiochus Sedetes à Simone Machabæo alienatus miſit, vt ageret cum eo.

Atherſatha [r], [i, diſſoluens, vel remouens, vel contemplans fundamentum; aut ex Hebræo & Syro, contemplans annum vel tempus,] filius Hachelai, primuſque è Sacerdotibus qui ſubſcripſerunt fœderi percuſſo cum Deo: Idemque fortè cum ipſo Nehemia, hic enim dicebatur etiam *Atherſatha* [ſ].

Athmatha [t], [i. lacerta, ſtellio, limax,] ciuitas in Iuda.

Atrium [u] *exterius* Templi, in cuius quatuor angulis erant atriola, & paries per circuitum ambiens quatuor atriola [x]. Dicebatur & *Atrium* Gentium, quia illud alienigenæ Gentes ingredi poterant, etiam immundi Iudæi. Hinc Chriſtus vendentes & ementes flagello bis eiecit. Hîc ſæpe docuit. Hîc Iudæi eum lapidare voluerunt. *Atrium interius* [y], ſeu Atrium Iudæorum, & Porticus Salomonis, ad eum locum nulli Gentilium, etiam Romanorum, erat acceſſus. *Atrium* Sacerdotum [z], idem cum Sanctuario: vide infra. *Atrium* [a] Enon, dicitur terminus Damaſci.

Attalia [b], [i. delicatè nutriens, græcè,] ciuitas Pamphiliæ, quam Paulus & Barnabas pertranſierunt. Similis eſt *Attalus* [c], [i. delicatè nutritus,] vir Princeps alicuius terræ.

Aua [d], [i. iniquitas, peruerſitas,] nomen regionis: dicitur & Auath. Similes ſunt, eiuſdemque ſignificationis, *Auim* [e], [i. iniqui peruerſi,] ciuitas in Beniamin. Et *Auith* [f], [i. iniqua, peruerſa, temporalis,] vrbs in qua regnauit Adad filius Badad, quartus rex Idumææ, qui percuſſit Madian in terra Moab.

Auran [g], [i. foramen. libertas, albedo,] ciuitas de qua ſolus loquitur Ezechiel.

Aurifodina [h], hebraicè Dizahab, de quibus Moyſes ait: [In ſolitudine campeſtri contra mare rubrum inter Pharan, Tophel & Laban & Haſeroth vbi auri eſt plurimum.]

Auſitis [i], [i. conſilium, aut lignum, aut Syriacè affixus, aut affixio,] terra aliqua, ſeu regnum, hebraicè dicitur *Hus*.

Axa [k], [i. compoſita, adornata, laſciuiens,] filia Caleb, data Othonieli in vxorem: dicitur etiam *Achſa* [l].

Axaph [m], [i. veneficus,] ciuitas olim regia, data Tribuj Aſer: dicitur & *Achſaph* [n].

Aza, [i. fortitudo, aut capra,] ciuitas in Tribu Beniamin. *Aza* [o], Princeps vnius ex familijs Nathinæorum.

Azanothabor [p], [i. aures electionis, ſiue puritatis,] ciuitas in Tribu Nephtali.

Azareel [q], [i. adiutorium Dei, atrium Dei,] vnus virorum fortium qui tranſfugerunt ad Dauid, cum adhuc fugeret Saül. *Azareel* [r], primus vndecimæ ſortis cantorum Templi ſub Dauide.

Azarias [ſ] [i. auxilium Domini, ſiue

n 3. Eſdr. 9. v. 50.
o Act. 17. v. 16.
p v. 21.
q 1. Machab. 15. v. 28. 32.
r 2. Eſdr. 10. v. 1.
ſ Cap. 7. v. 65. & 8. v. 9.
t Ioſ. 15. v. 54.
u Ezech. 10. v. 5 & 40. v. 17.
x Cap. 46. v. 21. & 22.
y Cap. 40. v. 19. 32. 33. 34
z 2. Paral. 4 v 9.
a Ezech. 47. v. 17.
b Act. 14 v. 25.
c 1 Machab. 15. v. 22.
d 4. Reg. 18 v. 34.
e Ioſ. 18. v. 23.
f Gen. 36. v. 35. & 1. Paral. 1. v. 46.
g Cap 47. v. 16. 18.
h Deuter. 1. v. 1.
i Ier. 25. v. 20.
k Ioſ. 15. v. 16.
l 1. Paral. 2. v 49.
m Ioſ. 19. v. 25.
n Cap. 11. v. 1.
o 1. Paral. 7. v. 28.
p 1. Eſdr. 2. v. 49.
q Ioſ. 19. v 34.
r 1. Paral. 12. v. 6.
ſ Cap. 25. v. 18.
t Cap 2 v. 8.

atrium Domini,] filius Ethan filij Taræ, filij Iuda. *Azarias* [v], filius Iehu, & pater Helles. *Azarias* [x], filius Maraioth de ſtirpe Eleazari: hic omittitur libro primo Paralipomenon [y]. *Azarias* [z], filius Sadoc Sacerdotis, Princeps Salomonis Regis. *Azarias* [a] filius Nathan, præpoſitus eorum qui aſſiſtebant regi Salomoni. *Azarias* [b], Pontifex, numero XIV. filius Achimaas. *Azarias* [c] Propheta, filius Oded Prophetæ, cuius hortatu, Aſa rex abſtulit idola de omni Iuda & Beniamin. *Azariæ* [d] duo filij Ioſaphat regis Iuda. *Azarias* filius Ieroham, & *Azarias* filius Obed, duo ex centurionibus quos aſſumpſit Ioiada Pontifex ad conſtituendum Ioas regem [e]. *Azarias* [f]. Pontifex numero XVII. filius Iohanan; Is reſtitit Oziæ ſeu Azariæ regi Iuda volenti adolere incenſum [g]. Eſt & alius *Azarias* [h] filius Iohanan, vnus ſcilicet de Principibus Ephraim ſub Achaz rege Iuda. *Azarias* [i] filius Amaſiæ regis Iuda, & ipſe rex Iuda: dicitur & *Ozias* [k] lepra percuſſus quod incenſum adolere attentaſſet. *Azarias* pater Ioelis, & *Azarias* filius Ielaleel Leuitæ ſub Ezechia rege Iuda [l]; ſub quo ſunt & alij *Azariæ* [m], videlicet *Azarias* Pontifex & *Azarias* Leuita, ac præfectus horreorum. *Azarias* [n] filius Oſaiæ, & vnus aduerſariorum Ieremiæ Prophetæ. *Azarias* [o] filius Heleiæ, & auus Eſdræ. *Azarias* [p] vltimus trium puerorum de Tribu Iuda, qui dictus eſt Abdenago [q]. *Azarias* [r] filius Maaſiæ, vnus ex coædificatoribus Ieruſalem, ſub Eliaſib Pontifice numero XXV. *Azarias* [s] qui venit cum Zorobabele: Idem fortè cum præcedenti. *Azarias* [t] dux populi tempore Iudæ Machabæi: dicitur Princeps virtutis [u]. *Azariam* quoque filium Ananiæ magni, ſe vocat Angelus Raphael [x], alludens ad ſignificationem nominis, putà auxilium Domini, quod ipſe poſteà præbuit vtrique Tobiæ.

Azeca, & *Azecha* [y], [i. fortitudo, ſiue murata, vel ſepta; aut Syriacè, anulus,] ciuitas munita in Tribu Iuda. Hucuſque perſequutus eſt Ioſue quinque Amorrhæorum reges, Domino ſuper illos de cœlo lapides pluente [z]: tunc ad eius imperium ſtetit ſol in medio cœli [a]. Eam ciuitatem reædificauit Roboam filius [b] Salomonis: eandemque poſteà Nabuchodonoſor expugnauit [c].

Azer [d], [i. adiutorium,] filius Ioſue, & Princeps Maſpha. Similis eſt *Azor*, [i. adiutor, accinctus,] filius Eliacim in Chriſti linea [e].

Azmaueth [f], [i. fortis mors, fortitudo mortis, Hircus aut capra mortis.] de Beromi, vnus è triginta ſeptem fortibus Dauidis: dicitur & *Azmoth* Bauramites [g]. *Azmaueth* [h] vrbs in Tribu Beniamin, in qua habitabant aliqui Leuitæ cantores.

Azmoth [i] filius Ioada de Tribu Beniamin: dicitur filius Iara [k]. *Azmoth* [l] Bauramites, vnus è triginta ſeptem fortibus Dauidis: diciturque *Azmaueth* [m]. *Azmoth* [n] pater Phallet vnius eorum qui venit ad Dauid dum fugeret Saül: idem fortè cum præcedenti. *Azmoth* [o], filius Adiel, præfectus ſuper theſauros regis Dauid.

Azotus [p], [i. depredatio, ſiue ignis dilecti,] ciuitas in Tribu Dan, vna ex præcipuis quinque Philiſtæorum, in qua habitabant Enacbim Gigantes, quos Ioſue, capta vrbe, delere non potuit [q]. Sorte ceſſit Tribui Iuda [r]; poſtea tamen in ſecunda ſortitione, data eſt Tribui Dan: cum enim Ioſue comperiſſet partes aſſignatas Tribui Dan & Simeonis non ſufficere, datæ ſunt eis aliæ in medio poſſeſſionis filiorum Iuda. Vnde in hac Tribu Dan & Simeonis multa reperies, quæ prius Tribui Iuda fuerant aſſignata. Ab *Azoto* nomen patrium *Azotius* [s], *Azotij* [t], *Azotidæ* [u], mulieres.

Azuba [x], vxor Caleb filij Eſron, filij Iuda. *Azuba* [y], [i. derelicta, deſerta, fortitudo eius in ea,] mater Ioſaphat, & filia Salai, qui & *Selabi* [z].

Azur [b], [i. adiectus, ſiue adiutor,] pater Hananiæ Pſeudoprophetæ. *Azur* [a], pater item Iezoniæ Principis populi.

B.

B*Aal* [c], [i. Idolum aut dominans, ſubijciens, poſſidens,] filius Reia de ſtirpe Ioel, & pater Bee principis in Tribu Ruben. *Baal* [d] quartus ex filijs Abigabaon, ſiue Iahiel [e]. *Baal* [f], nomen commune cuicunque idolo: appropriatur tamen Aſtaroth idolo Sidoniorum. Hinc *Baali* [g], [i. idolum meum,] & *Baalim* [h], [i. idola.] Hinc etiam plurima ſcripturæ loca ſuam ſumpſere nomenclaturam cum aliquo nonnunquam adiuncto, diſtinctionis gratia, putà Baal-Hermon [i], *Excelſa Baal* [k]. Vnde Balac volebat, vt Balaam malediceret Iſraël.

Baala [l], vrbs in Tribu Iuda, & *Cariathbaal*, & *Chariathiarim* [m].

Baalath [n], [i. ſubiecta, ſeu poſſeſſa,] vrbs in Tribu Simeonis firmiſſima, quæ & *Baalath* [o], quam muniuit, & reſtituit Salomon.

Baalberit, [i. idolum fœderis, vel pacti, aut poſſidens fœdus, vel pactum,] idolum Sichimorum in Tribu Ephraim; vocabatur & *Berith* [p], cum quo filij Iſraël poſt mortem Gedeonis percuſſerunt fœdus, ædificato ibidem fano [q]: dederuntque poſteà Iſraëlitæ Abimelech filio Ierobaal ſeptuaginta pondo argenti de fano *Baal beris* [r] idoli.

Baalgad [f], [i. idolum fortunæ, vel felicitatis, exercitus, poſſidens felicitatem, vel exercitum,] ciuitas in Tribu Aſer, nomen ſumens à monte ſuper quem ædificata eſt.

Baalhaſor [t], [i. idoli atrium, aut poſſeſſor atrij,] locus iuxta Ephraim, vbi tondebantur oues Abſalon, quando occidit A.... fratrem ſuum.

Baalhermon [v], [i. idolum, poſſeſſor deſtructionis, ſiue anathematis.] vnus ex montibus vbi habitabant Gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Iſraëlem: ſuper iſtum montem idolo Baal inſigne templum fuit extructum [x].

Baalmaon [y], [i. idolum habitaculi, vel idolum ſiue dominium ex peccato,] oppidum in Tribu Ruben: vocatur & *Baalmeon* [z], & *Beelmeon* [a].

Baal-Pharaſim [b]......

Baalſaliſa [c], [i. idolum ducis vel principis.] ciuitas Tribu Beniamin, vnde venit vir

cum

u v. 39. x 1. Eſdr. 7. v. 3. y Cap. 6. v. 7. z 3. Reg. 4. v. 2. a v. 5. b 1. Paral. 6. v. 9. c 2. Paral. 15. v. 1. 8. d Cap. 21. v. 2. e Cap. 23. v. 1. f 1. Paral. 6. v. 10. g 2. Paral. 26. v. 17. 18. h Cap. 28. v. 12. i 4. Reg. 14. v. 21. k 2. Paral. 26. v. 1. l Cap. 29. v. 12. m Cap. 31. v. 10. 13. n Ierem. 43. v. 2. o 1. Eſdr. 7. v. 7. p Dan. 1. v. 6. q v. 7. r 2. Eſdr. 3. v. 23. ſ Cap. 7. v. 7. t 1. Machab. 5. v. 18. u v. 56. x Tob. 5. v. 18. y 1. Reg. 17. v. 1. 2. Eſdr. 11. v. 30. & Ierem. 34. v. 7. z Ioſ. 10. v. 10. 11. a v. 13. b 2. Paral. 11. v. 9. c Ierem. 34. v. 7. d 2. Eſdr. 3. v. 19 e Matth. 1. v. 13. f 2. Reg. 23. v. 31. g 1. Paral. 11. v. 32. h 1. Eſdr. 2. v. 23. & 2. Eſdr. 12. v. 29. i 1. Paral. 8. v. 36. k Cap. 9. v. 42. l Cap. 11. v. 32. m 2. Reg. 23. v. 31. n 1. Paral. 12. v. 3. o Cap. 27. v. 24. p Ioſ. 13. v. 46. & alibi paſſim.

q Cap. 11. v. 22. r Cap. 15. v. 46. ſ 1. Reg. 5. v. 3. t Ioſ. 13 v. 3. u 2. Eſdr. 13. v. 23 x 1. Paral. 2. v. 18. y 3. Reg. 22 v. 42. z 2. Paral. 20. v. 31. a Ierem. 28. v. 1. b Ezech. 11 v. 1. c 1. Paral. 5 v. 5. d Cap. 8. v. 30. e Cap. 9. v. 36. f Ierem. 2. v. 8. & alibi paſſim. vide tract. de nominibus commeatibus. g Oſee. 2. v. 16. h v. 17. i 1. Paral. 5. v. 23. k Num. 22. v. 41. l Ioſ. 15. v. 9. m v. 9. 60. n Cap. 19. v. 8. 3. Reg. 9. v. 18. o 2. Paral. 8. v. 6. p Iudic. 9. v. 4. q Cap. 8. v. 33. r Cap. 9. v. 4. ſ Ioſ. 11. v. 16. t 2. Reg. 13. v. 23. u Iudic. 3. v. 3. x Adrichom. y Ioſ. 13. v. 17. z Num. 32 v. 38. a Ezech. 25 v. 9. b 2. Reg. 5. v. 20. & 1. Par. 14. v. 11 c 4. Reg. 4. v. 42.

cum muneribus ad Eliſeum Prophetam.

Baalthamar [d], [i. idolum palmæ, aut commutationis,] vicus in Tribu Beniamin, vbi Tribus ipſa ab alijs Tribubus in prælio penè exciſa eſt.

Baalia [e], [i. dominus, aut Deus Idoli,] vnus ex fortiſſimis pugnatoribus qui tranſfugerunt ad Dauid, dum fugeret Saül. Similis eſt *Baalsada* [f], [i. idolum manifeſtum, poſſeſſor ſcientiæ,] vnus ex filijs Dauid: & *Baalis* [g] rex Ammonitarum, qui miſit Iſmaëlem, vt occideret Godoliam præpoſitum ſuper reliquias Iudæorum.

Baana [h] filius Remmon Berothitæ de Tribu Beniamin, & frater Rechab, qui ambo percuſſerunt Isbozeth filium Saül, & abſtulerunt caput ad Dauid. *Baana* [i] filius Moſa de Tribu Beniamin. *Baana* [k] pater Heled vnius ex triginta ſeptem fortibus Dauid. *Baana* [l] filius Huſi, vnuſque ex duodecim præfectis qui præbebant annonam Salomoni. *Baana* [m] vnus ex Principibus qui ſoluta captiuitate rediere Ieroſolymam ſub duce Zorobabel. *Baana* [n] pater Sadoc vnius ex reſtauratoribus Ieruſalem.

Baaſa [o], filius Ahiæ [p], rex Iſraël, impius, qui muniuit vrbem Rama, vt non poſſet quiſpiam egredi, vel ingredi de parte Aſa regis Iuda.

Babel [q], [i. confuſio, ſiue commiſtio,] ciuitas & turris quam ædificabant filij Adam. Eadem ac *Babylon* [r], principium regni Nemrod, cum *Arach*, & *Achad*, & *Chalanae*, quæ ſunt in terra Sennaar. *Babylon* [ſ] item Prouincia, quæ & Babylonia, vnde Babylonij [t]. Babylon ſumitur pro Roma à D. Petro, dum ait: [ſalutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone collecta [u].]

Bagatha [x], [i. in torculari,] vnus ex ſeptem Eunuchis, qui in conſpectu regis Aſſueri miniſtrabant. Cui ſimilis *Bagathan* [y], eiuſdem ſignificationis, Eunuchus, qui cum Thares conſpirauit in Aſſuerum regem.

Baharim [z], [i. electi, ſiue iuuenes, ſiue in libertatibus,] oppidum & caſtrum in Tribu Beniamin, quouſque Phaltiel plorans, ſecutus eſt Michol vxorem ſuam, filiam Saul, cum reduceretur ad Dauidem. Hic etiam Semei lapidibus impetijt & maledixit eundem Dauidem fugientem à facie filij ſui Abſalom [a].

Bala [b], [i. deglutiens, ſiue deſtruens,] quæ & Segor in Tribu Iuda, vna Pentapoleon, intuitu Lot ab igne cœleſti liberata. Vide *Segor* infrà. *Bala* [c], [i. inueterata, ſiue turbata,] ancilla Rachel, data Iacob in vxorem. *Bala* [d] filius Axas de Tribu Ruben. *Bala* [e], vrbs in Tribu Simeon. Similis eſt *Balac* [f] filius Sephor, qui vocauit Balaam, vt malediceret Iſraëli.

Balaam [g], [i. vetuſtas populi, deuoratio eorum,] filius Beor, ariolus pretio conductus à rege Balac, vt malediceret Iſraëli. *Balaam* [h] ciuitas in dimidia Manaſſe, intra Iordanem Leuitis ſeparata. Similes ſunt *Balaan* [i], [i. inueteratus, turbatus,] filius Eſer filij Seir Horrei: & *Baalath* [k] vrbs in Tribu Dan: dicitur & *Baalath* [l], à Salomone munita.

d Iudic. 20. v. 33.
e 1. Paral. 12. v. 3.
f Cap. 14. v. 7.
g Ierem. 40. v. 14.
h 2. Reg. 4. v. 2. & 3.
i 1. Paral. 8. v. 37.
k 2. Reg. v. 29. 19.
l 3. Reg. 4. v. 16.
m 1. Eſdr. 2. v. 2.
n 2. Eſdr. 3. v. 4.
o 3. Reg. 15. v. 27. & 2. Paral. 16. v. 1.
p 4. Reg. 9. v. 9.
q Gen. 11. v. 9.
r Gen. 10. v. 10.
ſ 1. Eſdr. 7. v. 16.
t Cap. 4. v. 9.
u 1. Petri 5. v. 13.
x Eſth. 1. v. 10.
y Cap. 2. v. 21.
z 2. Reg. 3. v. 16.
a Cap. 16. v. 5.
b Gen. 14. v. 2.
c Cap. 29. v. 29.
d 1. Paral. 5. v. 8.
e Ioſ. 19. v. 3. & 1. Paral. 4. v. 29.
f Num. 22. v. 2.
g v. 5. Ioſ. 13. v. 22.
h 1. Paral. 7. v. 70.
i Gen. 36. v. 27.
k Ioſ. 19. v. 44.
l 3. Reg. 9. v. 18.

Baladan [m], [i. ſine baſi, abſque imperio, vel abſque iudicio,] pater Berodach ſeu Merodach Baladan regis Babyloniorum: vterque enim dictus eſt Baladan. Similes ſunt *Balanan* [n], [i. idoli gratia, Dominus gratiæ,] filius Achobor, ſeptimus rex Edom: & *Balanam* Gederites [o] præpoſitus a Dauide ſuper oliueta & ficeta.

Baldad [p], [i. vetuſta dilectio, vel abſque dilectione, mamilla] Suhites, vnus ex tribus amicis Iob, qui ipſum in ſterquilinio poſitum inuiſerunt: Eos reges vocat Tobias [q]: potentiores enim quaſque ciuitates olim ſuos habuiſſe reges, ſatis patet ex libro Ioſue.

Baldeth [r], ciuitas in Tribu Iuda.

Baltaſſar [ſ], [i. non portans anguſtiam, vel non theſauriſans; aut ex Syro & Hebræo ſcrutator theſauri: abſcondite theſauriſans, ſiue in malleatore theſauriſans, vel occultè portans anguſtiam,] filius Nabuchodonoſor magni, & vltimus Chaldæorum Monarcha, qui ſacris vaſis Templi prophanatis, ea nocte a Dario & Cyro occiſus eſt. *Baltaſſar*, cognomen Danielis Prophetæ [t].

Bamoth [u], [i. excelſa,] Mons vnde incipit vallis in Regione Moab, data Tribui Ruben.

Bamothbaal [x], [i. excelſa idoli,] ciuitas in Ruben, & in valle quæ incipit à Ramoth: dicitúrque Bamothbaal, quia in ea erat fanum dicatum idolo Baal ſupra verticem collis, vrbi prominentem.

Baaa [y], filius Ahilud, vnuſque ex præpoſitis qui præbebant annonam Salomoni. Similis eſt *Banaa* [z], filius Moſa de Tribu Beniamin. Et *Baae*, ciuitas in Tribu Dan [a].

Banaia [b], [i. vnus ex Principibus nominatis in Tribu Simeon. *Banaia* [c], Pharathonites, vnus ex triginta ſeptem fortibus Dauidis. *Banaia* [d], vnus ex eis qui ſub Eſdra repudiarunt vxores alienigenas.

Banaias [e], [i. filius Domini, intelligentia Domini, ædificatio Domini,] Sacerdos, filius Ioiadæ, conſtitutus à Dauide ſuper legiones Cerethi, & Pheleti [f]. *Banaias* [g], vnus eorum qui ſub Dauide, poſt arcam Domini in neblis arcana cantabant. *Banaias* [h], vnus ex Sacerdotibus qui clangebant tubis coram arca Dei. *Banaias* [i], vnus ex præpoſitis ab Ezechia rege Iuda ſuper horrea Templi. *Banaias* [k], vnus eorum qui ſub Eſdra repudiarunt vxores alienigenas.

Baai [l], [i. filius meus, intelligentia mea, ædificatio mea,] & alter *Bani* [m], duo capita familiarum. *Baai*, alterque *Bani* [n], duo ex ſignatoribus cum Nehemia, iidem fortè cum præcedentibus.

Bara [o], [i. incendium, expurgatio, paſtus, iumentum,] rex Sodomorum, victus in valle ſilueſtri. *Bara* [p], altera ex vxoribus Saharaim, de Tribu Beniamin.

Barac [q], [i. fulgur, ſiue in vanum,] filius Abinoem, & Iudex qui cum Debbora liberauit Iſraëlem de manu Iabin regis Chananæorum. Similes ſunt *Barach* [r], [eiuſdem ſignificationis] ciuitas in Tribu Dan. Et *Barad* [ſ], [i. grando,] locus in deſerto Idumææ iuxta puteum viuentis & videntis. Et *Baracha* [t], [i. benedictio, aut genuflexio,] vnus

m 4. Reg. 20. v. 12. Iſai. 39. v. 1.
n Gen. 36. v. 38. & 1. Paral. 1. v. 49.
o Cap. 27. v. 25.
p Iob. 2. v. 11.
q Cap. 2. v. 13.
r Ioſ. 15. v. 25.
ſ Dan. 5. v. 1. 22. 30. & 7. v. 1. & 8. v. 1.
t Cap. 1. v. 7. & 5. v. 12. & 10. v. 1.
u Num. 21. v. 19.
x Ioſ. 13. v. 17.
y 3. Reg. 4. v. 12.
z 1. Paral. 8. v. 37. & 9. v. 43.
a Ioſ. 19. v. 45.
b 1. Par. 4. v. 36.
c 2. Reg. 23. v. 30.
d 1. Eſdr. 10. v. 41.
e 3. Reg. 8. v. 15.
f 1. Paral. 18. v. 17.
g Cap. 15. v. 18. 20.
h v. 24.
i 2. Paral. 31. v. 13.
k 1. Eſdr. 10. v. 30.
l v. 29.
m v. 34.
n 2. Eſdr. 10. v. 13. 14.
o Gen. 14. v. 2. 10.
p 1. Paral. 8. v. 8.
q Iudic. 4. v. 6.
r Ioſ. 19. v. 45.
ſ Gen. 16. v. 14.
t 1. Paral. 12. v. 3.

ex ſortiſſimis pugnatoribus qui transfugerunt ad Dauid in Siceleg, cum fugeret Saül. Et *Barachia*[u], filius Aſa Leuites. Et *Barachel*[x], [i. benedicens Deum, aut genu flectens Deó,] pater Eliu, qui indignatus eſt aduerſus Iob, & amicos eius.

Barachias[y], filius Zorobabel de Tribu Iuda. *Barachias*[z], filius Samaa, & pater Aſaph vnus ex principibus cantorum Dauid. *Barachias*[a], pater Zachariæ Prophetæ. *Barachias*[b], pater Moſollam vnus ex reſtauratoribus Ieruſalem.

Baraſa[c], [i. in egeſtate, aut filij plaſmatiu,] ciuitas in Tribu Gad & terra Galaad, munita & magna, quam expugnauit Iudas Machabæus, & occiſo omni maſculo ſuccendit igni.

Baria[d], [i. in malo, ſiue in clamore.] filius Aſer filij Iacob: dicitur & *Beria*[e]. *Baria*[f], princeps de Tribu Beniamin, habitantium in Aialon. *Baria*[g], filius Semei filij Gerſon filij Leui. *Baria*[h], [i. fugitiuus,] filius Semeiæ.

Barieſa[i], [i. filius Ieſu, filius ſalutis vel ſaluatoris,] ſeu Elymas, nomen Iudæi Pſeudoprophetæ, qui voluit auertere Sergium Paulum proconſulem à fide, propterea cæcitate percuſſus eſt à D. Paulo.

Barnabas[k], [i. filius conſolationis, vel exhortationis,] ſic cognominatus ab Apoſtolis Ioſeph Leuites, Cyprius genere, poſteà D. Pauli coapoſtolus[l].

Barſabas[m], [i. filius conuerſionis, aut iuramenti, aut ſaturitatis,] cognomen alterius Ioſeph, & qui cognominatus eſt iuſtus, cum Matthia, quis eorum in locum Iudæ proditoris cederet, ſorti expoſitus fuit. *Barſabas*[n], cognomen Iudæ, qui cum Paulo & Barnaba miſſus eſt Antiochiam.

Bartimæus[o], cæcus à natiuitate, quem Ieſus ſanauit. D. Hieronymus dicit corrupte legi, & ſcribendum Barſemæus, quod ſyriacè interpretatur filius cæcus, vel filius cæcitatis.

Baruch[p], [i. benedictus, vel genuflexus,] filius Neri, ſeu Neriæ[q], ſcriba Ieremiæ Prophetæ[r], & ipſe Propheta. *Baruch*[s], filius Zachæi, vnuſque ex reſtauratoribus Ieruſalem.

Baſan[t], [i. confuſio, vel ignominia,] regio Og regis, trans Iordanem data dimidiæ Tribui Manaſſe; à terræ vbertate commendata, vt potè quæ vliginoſis fertiliſſimiſque paſcuis abundaret; adeoque arietes, agnos, vaccas pinguiſſimè aleret, porcos maximè, quia copioſarum & præſtantiſſimarum quercuum, glandiumque feraciſſima, vt vel ex eo patet, quod ex illa regione duo millia porcorum, Chriſti permiſſu in mare ſeu ſtagnum Geneſareth[u] præcipitati ſunt. Eius regionis oppida muniriſſima poſſedit Iair iudex de Tribu Manaſſe, & ſtirpe Galaad, vocauitque Baſan, ex nomine ſuo Hauoth-Iair, i. villa-Iair[x]: dicta eſt omnis Baſan terra Gigantum[y].

Baſcama[z], [i. confuſio, vel erubeſcentia iræ vel caloris,] oppidum regionis Galaad in Tribu Gad, in quo perfidus Triphon occidit Ionatham Machabæum, & filios eius.

u Cap. 9. v. 16.
x Iob. 32. v. 2.
y 1. Paral. 3. v. 20.
z Cap. 6. v. 39.
a Zach. 1. v. 1.
b 2. Eſdr. 3. v. 4.
c 1. Machab. 5. v. 26. 28.
d 1. Paral. 7. v. 30.
e Gen. 46. v. 17.
f 1. Paral. 8. v. 13.
g Cap. 23. v. 10.
h Cap. 3. v. 22.
i Actor. 13. v. 6. 8. 11.
k Cap. 4. v. 36.
l Cap. 13. v. 2.
m Cap. 1. v. 23.
n Cap. 15. v. 22.
o Marc. 10. v. 46.
p Ierem. 32. v. 12.
q Cap. 43. v. 3.
r Cap. 36. v. 4. & Baruch 1. v. 1.
s 2. Eſdr. 3. v. 20.
t Num. 21. v. 33. & c. 32 v. 33.
u Matth. 8. v. 30. Marc. 5. v. 13.
x Deut. 3. v. 14. Iudic. 10. v. 4.
y Deuter. 3. v. 13.
z 1. Machab. 13. v. 23.

Baſcath[a], [i. maſſa, ſiue inflatio,] ciuitas in Tribu Iuda; eadem ac *Beſecath*[b], ex qua oriunda Idida, mater Ioſiæ regis Iuda.

Baſemath[c], [i. aromata, vel confuſio mortis,] filia Elon Hethæi, vnaque ex vxoribus Eſau: dicitur & Ada[d]. *Baſemath*[e], filia Iſmaël filij Abrahæ, altera eiuſdem Eſau vxor: quæ dicitur & Mahaleth[f]. *Baſemath*[g], filia Salomonis, & vxor Achimaas vnius ex præpoſitis annonæ eiuſdem Salomonis.

Bathuel[h], [i. filiatio Dei, aut menſura Dei,] filius Nachor fratris Abrahæ ex Melcha, & pater Laban & Rebeccæ. *Bathuel*[i], ciuitas in Tribu Simeon.

Bazothia[k], [i. contemptus, vel deſpectiones eius,] ciuitas in Tribu Iuda.

Bean[l], ciuitas, eadem ac Beon, infrà.

Becher[m], [id. primogenitus, aut primitiæ,] filius Ephraim, & caput familiæ Becharitarum. Similis eſt.

Becher[n], eiuſdem ſignificationis] filius Beniamin: dicitur & *Nohaa*[o]. Et *Bechorath*[p], [i. primogenitura, vel primitiæ,] filius Aphia, vnuſque ex proauis Saulis, de Tribu Beniamin.

Beelſephon[q], [i. idolum Aquilonis, vel idolum occultum,] vrbs in Ægypto, non longè a mari rubro, iuxta quam caſtrametati ſunt filij Iſrael.

Beelzebul[r], [i. idolum muſcæ, vel poſſeſſor muſcæ,] idolum Accaron[ſ]: appellatur à Gentibus *Priapus*[t], in cuius ſacris princeps fuit Maacha, mater piiſſimi Aſæ regis Iuda.

Beeri[v], [i. puteus, vel in luce,] Hetæus, pater Iudith vxoris Eſau. *Beeri*[x], pater Oſee Prophetæ.

Beer-Ramath[y], [i. puteus, vel declaratio celſitudinis, ſiue in luce excelſa,] vrbs in Tribu Simeon, eadem cum *Baalath*, quæ & *Baalathbeer*.

Begoai[z], [ſyriacè, intrinſecus,] Idem ac *Beguai*[a], vnus ex viris principibus, qui redierunt in Ieruſalem cum Zorobabele.

Bela[b], [i. deglutiens, aut deſtruens,] filius Beniamin, & caput familiæ Belaitarum. *Bela*[c], filius Beor, rex Edo.

Belga[d], [i. refrigerium, vel confortatio.] Princeps decimæ quintæ vicis Sacerdotalis. Similis eſt *Belgai*[e], eiuſdem ſignificationis,] vnus ex ſignatoribus fœderis poſt Nehemiam.

Bel[f], [i. nihil defluens,] idolum Babyloniorum. Similis eſt *Belial*[g], [abſque iugo, peruerſus,] pro diabolo ſumitur.

Belſan[h], [i. vetuſtas dentis, aut vetus ebur,] vnus eorum qui redierunt Ieruſalem cum Zorobabel: & dicitur *Belſam*[i].

Benadab[k], filius Hazael regis Syriæ, eiuſque in regno ſucceſſor. Similis eſt *Benabinadab*[l], i. filius patris ſpontanei,] vnus præfectorum annonæ Salomonis.

Benadad[m], [i. dilecti, ſiue mamillæ,] filius Tabremon rex Syriæ, hoſtiſque regum Iſraël, cum quo Aſa rex Iuda, haud impunè, fœdus iniit[n]: Damaſcum in qua habitabat[o], muniuit, & ſplendidis ædificiis

a Ioſ. 15. v. 39.
b 4. Reg. 22. v. 1.
c Gen. 26. v. 34.
d Cap. 36. v. 4.
e Verſ. 3.
f Cap. 23. v. 9.
g 3. Reg. 4. v. 5.
h Gen. 22. v. 23.
i 1. Paral. 4. v. 30.
k Ioſ. 15. v. 28.
l 1. Machab. 5. v. 4.
m Num. 26 v. 35.
n Gen. 46. v. 21.
o 1. Paral. 8. v. 2.
p 1. Reg. 9. v.
q Num. 33. v. 7. Exod. 14. v. 2.
r 4. Reg. 1. v. 2. 3. 6.
ſ 3. Reg. 15 v. 13.
t Vide ſupra lib. 2. tract. 7. *de Nummis comment. par.* poſt. art. 8.
u Gen. 26. v. 34.
x Oſee. 1. v. 1.
y Ioſ. 19. v. 8.
z 2. Eſdr. 7. v. 7.
a 1. Eſdr. 2. v. 2.
b Gen. 46. v. 21.
c Cap. 36. v. 32.
d 1. Paral. 24. v. 14. & 2. Eſdr. 12. v. 18.
e Cap. 10. v. 7.
f Iſai. 46. v. 1. Dan. 14. v. 3. 5.
g Iudic. 19. v. 22. 1. Reg. 2. v. 27. Nahum. 1. v. 15. & 2. Corinth. 6. v. 15.
h 1. Eſdr. 2. v. 2.
i 2. Eſdr. 7. v. 7.
k 4. Reg. 13. v. 3. 24.
l 3. Reg. 4. v. 21.
m Cap. 15. v. 18.
n 2. Paral. 16. v. 3.
o 3. Reg. 15. v. 18.

ornauit; de quibus Ieremias prophetans, ait [p]: [ſuccendam ignem in muro Damaſci, & deuorabit mœnia Benadad.

Beneiaacan [q], [i. fi ij coarctionis, vel anguſtiæ,] manſio filiorum Iſraël vigeſima octaua.

Benhur [r], [i. filius libertatis.]

Bendecar [ſ], [i. filius compunctionis.]

Benheſed [t], [i. filius miſericordiæ, vel opprobrij.]

Bengaber [u], [i. filius potentis.] Quatuor ex præfectis annonæ Salomonis in diuerſis locis, aliquam inter ſe habentes nomen clarturæ affinitatem.

Beniamin [x], [i. filius dexteræ,] filius duodecimus ac vltimus Iacob ex Rachel, ab ipſa matre Ben-oni, i. filius doloris mei, nominatus. *Beniamin* [y], Tribus ipſa ab eodem filio Iacob ſic nuncupata. *Beniamin* [z], vir quidam Leuites, vbi tamen vulgata legit Beniamin, in textu Hebræo eſt Miniamin, [i. de dextera, ſeu ædificatio dexteræ.]

Bennui [a], vnus eorum qui ſub Eſdra repudiauerunt vxores alienigenas. *Bennui* [b], filius Henadad, vnuſque ex reſtauratoribus Ieruſalem.

Beon [c], [i. in afflictione, vel in cantico,] vnias Amorrhæorum vltra Iordanem, addita Tribui Ruben: dicitur & *Bean* [d], vide ſupra.

Bear [e], [i. expugnatio, aut inſipiens,] pater Bela regis Edom. *Bear* [f], pater Balaam arioli.

Bera [g], [i. puteus,] locus in Tribu Dan ad quem fugit Ioathan filius Gedeonis à facie Abimelech fratris ſui ſpurij, ac Tyranni. *Bera* [h], filius Supha de Tribu Aſer, & frater *Beri* [i]. Similis eſt *Berea* [k], [i. puteus eius,] vrbs non longe ab Ieruſalem.

Beria [l], [i. in malo, ſiue in clamore,] filius Aſer filij Iacob: dicitur & *Baria* [m]. *Beria* [n], filius Ephraim filij Ioſeph filij Iacob.

Berith [o], [i. idolum pactum ſiue fœdus,] idolum Sichimorum: dicitur & *Baalberit* [p], vide ſupra.

Berodach [q], [i. creans contritionem, creatio pauperis,] Baladan, filius Baladan, Rex Babyloniorum: dicitur & *Meradach* [r]. Hic miſit ad Ezechiam munera & legatos, vt interrogarent eum de portento, quo ſcilicet ſul terrogreſſus fuerat.

Beræa [ſ], Græciæ regio, in quam è Theſſalonica miſſus eſt Paulus, vnde & nomen patrium Pyrrhi Beræenſis [t].

Beromi [u], ciuitas in Tribu Beniamin, vnde erat Azmaue b, vnus ex fortiſſimis Dauid: nuncupatur etiam *Bauramí*. Ille enim Azmaueth vocatur & Azmoth Bauramites [x].

Beroth [y], [i. putei;] ciuitas in Tribu Beniamin; vnde & nomen patrium Berothites pater Rechab alterius ex principibus latronum qui occiderunt Isboſeth [z]: & Berothitæ [a], in plurali. *Beroth* [b], locus trans Iordanem, iuxta montem Hor, in quo mortuus eſt Aaron. *Beroth* [c], ciuitas Adarezer regis Syriæ, quo debellato, Dauid tulit ex ea, & Bete æs multum nimis: vnuſque ex terminis terræ ſanctæ à parte Septentrionali; de ea prophetauit Ezechiel [d].

p cap. 49. v. 27.
q Num. 33. v. 31.
r 3. Reg. 4. v. 8.
ſ v. 9.
t v. 10.
u v. 13.
x Gen. 35. v. 18.
y 3. Reg. 4. v. 18.
z 2. Paral. 31. v. 15.
a 1. Eſdr. 10. v. 30.
b 2. Eſd. 3. 24
c Num. 32. v. 3.
d 1. Machab. 5. v. 4.
e Gen. 36. v. 32.
f Num. 22. v. 4
g Iudic. 9. v. 21.
h 1. Paral. 7. v. 38
i v. 37.
k 1. Machab 9. v. 4.
l Gen. 46. v. 17.
m 1. Paral. 7. v. 31.
n Cap. 7. v. 24.
o Iudic. 9. v. 46.
p.
q 4. Reg. 20. v. 12.
r Iſai. 39. v. 1.
ſ Actor. 17. v. 10.
t C. 20. v. 4.
u 2. Reg. 23. v. 31.
x 1. Paral. 11. v. 32.
y Ioſ. 9. v. 17.
z 2. Reg. 4. v. 2.
a v. 3.
b Deuter. 10. v. 6.
c 2. Reg. 8. v. 8.
d Cap. 47. v. 16.

Berſabée [c], vrbs in Tribu Iuda, ſignificat puteum iuramenti; Abraham enim & Iſaac ibi cum Rege Geraræ, Abimelech ſuper illo puteo fœdus iuramento firmarunt [d]: puteus autem ille eſt iuxta vrbem, in qua poſteà iniuſte iudicabant Iſraëlem duo filij Samuëlis Ioël & Abia [e]. Eſt & ſolitudo *Berſabée* [f]. Similis eſt *Bethſabée* [g], [i. filia iuramenti, vel ſaturitatis,] filia Eliam, qui & Ammiel; vxor Vriæ Hetæi [h], quo proditoriè occiſo, Dauid eam duxit, genuitque ex ipſa Salomonem.

Berzellai [i] [i. ferreus,] Galaadites de Rogelim, ſenex valdè, qui regem Dauid traduxit Iordanem. *Berzellai* [k], quoque dictus eſt pater cuiuſdam Accos, eum vnam de filiabus Berzellai Galaaditis acceperit vxorem. *Berzellai* [l], pater Hadrielis generi Saul.

Beſechat [m], ciuitas in Iuda. Idida filia Hadaia orta erat de Beſechat.

Beſeleel [n], [i. in vmbra Dei,] filius Hur filij Caleb, primi ex Ephrata vxore de Tribu Iuda; ſocius Achiſamech, ambo repleti ſpiritu Dei ad ſtructuram Tabernaculi. *Beſeleel* [o], vnus Iſraëlitarum de filiis Phahath Moab qui repudiarunt mulieres alienigenas [p].

Beſluth [p], vnus ex Nathinæis Templi: dicitur &

Beſloth [q].

Beſor [r], [i. euangelizatio, ſiue incarnatio,] torrens in Tribu Simeon, vbi ſubſtiterunt laſſi, dum ipſe Dauid cum aliis, contra Amalecitas irrueret.

Beſſur [ſ], eadem ac Bethſur, & Bethſura vide infrà.

Bete [t], [i. fiducia, vel confidentia,] vna ex ciuitatibus Adarezer regis Syriæ, ex qua Dauid tulit æs multum nimis. Similis eſt *Bethen* [u], [i. therebinthus,] vrbs in Tribu Aſer.

Bethabara [x], [ideſt domus tranſitus, ſeu nauiculæ,] locus in Tribu trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans. Pro *Bethabara* autem legitur alibi *Bethania*, eiuſdem ſignificationis, quia olim multas aquas ibi in nauicula pertranſibant Iordanem.

Bethacaram [y], [ideſt domus vineæ,] vicus in Tribu Beniamin, cuius Princeps Melchias portam ſterquilinij ædificauit. Colligitur fuiſſe in Tribu Beniamin ex Ieremia [z], vbi vocatur

Bethacarem.

Bethanath [a], [ideſt, domus cantici, vel afflictionis,] ciuitas munitiſſima in Tribu Nephtali.

Bethania [b], [ideſt, domus obedientiæ vel afflictionis, aut domus cantici, aut domus gratiæ Dei,] vicus in Tribu Beniamin, vnde erat Lazarus, eiuſque ſorores Magdalena & Martha, & vbi Chriſtus Lazarum ſuſcitauit [c], diſtabat ab Hieroſolymis ſtadiis quam quindecim. *Bethania*, locus in Tribu Beniamin, quæ & Bethabara, vide ſupra.

Bethanoth [d], ciuitas in Tribu Iuda.

Betharan [e], [ideſt, domus mentis eorum,] ciuitas in Tribu Gad, vnde & vallis Bethſan.

c 3. Reg. 19. v. 3.
d Gen. 21. v. 31. 32. 33. & cap. 26. v. 23. 33.
e 1. Reg. 8. v. 1. 2.
f Gen. 21. v. 14.
g 3. Reg. 1. v. 11. & Cap. 2. v. 13.
h 2. Reg. 11. v. 3. & cap. 12. v. 24.
i Cap. 17. v. 27. & cap. 19. v. 31.
k 1. Eſdr. 2. v. 61. & 2. cap. 7. v. 63.
l 2. Reg. 21. v. 9.
m 4. Reg. 22. v. 11.
n Exod. 31. v. 2. & 1. Paral. 2. v. 20.
o 1. Eſdr. 2. v. 52.
p Cap. 2. v. 52.
q 2. Eſdr. 7. v. 14.
r 1. Reg. 30. v. 9.
ſ Ioſ. 15. v. 59.
t 2. Reg. 8. v. 8.
u Ioſ. 19. v. 25.
x Ioan. 1. v. 28.
y 2. Eſdr. 3. v. 14.
z Cap. 6. v. 1.
a Ioſ. 19. v. 38. Iudic. 1. v. 33.
b Matth. 21. v. 7. & cap. 26. v. 6.
c Ioan. 11. v. 5.
d.
e Num. 32. v. 36. & Ioſ. 13. v. 27.
f Ioſ. 3.

g Cap. 15. v.61.
Betharaba [g], [i. domus deſerti ,] vrbs in deſerto Tribus Iuda. *Betharaba* [h], ciuitas in Tribu Beniamin.
h Cap. 18 v.22.

i 1 Reg. 13. v 5. & 14. v 21. Oſeæ 4 v 15.
Bethauen [i], [i. domus vanitatis , vel idoli, aut domus fortitudinis, vel iniquitatis,] vrbs in Tribu Beniamin , iuxta eam vrbem eſt ſolitudo *Bethauen* [k].
k Ioſ 18. v.22.

l 2. Eſdr. 7. v. 28.
Beth-azmaeth [l],[i. domus fortitudinis mortis,] ciuitas in Tribu Beniamin : eadem ac *Azmaueth*, vt ſupra.

m Iudic. 7. v.24.
Bethbera [m], [i. domus electa , aut domus puritatis, ſiue frumenti eius,] locus in dimidia Manaſſe intra Iordanem.

n 1. Paral 4. v.31.
Bethberai [n], [i. domus creatoris, vel pinguedinis,] ciuitas in Tribu Simeon.

o 1.Machab 9.v.62.64
Bethbeſſen [o] , [i. domus confuſionis , vel erubeſcentiæ ,] locus in Tribu Beniamin , ſitus in deſerto , quem reſtaurauit Ionathas Machabæus , & turribus muniuit.

p 1. Reg. v. 11.
Bethchar [p] [i.domus agni,ſiue cognitionis,] vrbs in Tribu Dan, ad cuius vſque vicinum locum filij Iſraël perſecuti ſunt , & percuſſerunt Philiſtæos : & in eo loco Samuël erexit lapidem & titulum victoriæ ; vocans eum, lapidem adiutorij.

q Ioſ. 19. v.27.
Bethdagon [q], i. [domus frumenti eius ,] ciuitas in Tribu Aser. *Bethdagon* [r], ciuitas in Tribu Iuda.
r Cap. 15. v.41.

ſ Gen. 12. v.8.
Bethel [ſ], [i. domus Dei ,] prius Luza dicta, vrbs in Tribu Beniamin , alto in monte ſita. Hic Iacob pergens in Meſopotamiam, ſuoque capiti lapide ſuppoſito , dormiens ſubdio, vidit in ſomnis ſcalam de terra ad cœlum expanſam , & Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes per eam ; quapropter capertectus , vocauit locum illum *Bethel* [t]. Frequentabatur is locus,orationis cauſa. Et in eum aſcendenti Elizæo illudentes pueri ab vrſis lacerati ſunt. *Bethel* [u] , ciuitas in Tribu Beniamin , nomen habens à monte Bethel, ſuper quem ædificata eſt ; vbi Ieroboam poſuit vnum ex vitulis aureis adorandum.
t Cap. 18. v.19.
u 3 Reg.12 v.29.

x Ioſ. 19. v. 27.
Bethemec [x], [i. domus vallis , vel profunditatis,] vrbs in Tribu Aſer.

Bether , [i. diuiſio, ſiue in torture, aut in exploratione, vel contemplatione,] montes fœcundi & nemoroſi , adeoque capreis hinnuliſque ceruorum paſcendis idonei, de quibus ſponſa [y].
y Cantic. 2 v.17.

z 1. Paral. 2 v.52.
Bethgader [z], [i. domus muri , vel maceriæ,] nomen loci, cuius Hariph, pater, ac dominus erat.

a Ierem. 48. v.23.
Bethgamul [a], [i. domus retributionis,] ciuitas in terra Moab.

l 3. Reg.4. v.9.
Beth-hanan [l], [i. domos gratiæ, ſiue miſericordiæ,] ciuitas in Tribu Iuda.

Beth-horon, vide infra Bethoron.

m Ioſ.13.v. 20. Ezech. 25. v. 9.
Bethieſimoth [m], [i. domus deſolationum,] vrbs in campeſtribus Moabitarum, data Tribui Roben. Dicitur & *Bethſimoth* [n] , vide infrà.
n Num.33. v 49.

o Ioſ.19. v.6.
Bethlebaoth [o], [i. domus leænarum,] ciuitas in Tribu Simeon.

p Gen. 35. v.19.
Bethlehem [p] , [i. domus panis ,] Prophetice ſic dicta , propter eum panem , qui ibi de cœlo deſcendit. Vocatur & *Ephrata* [q], ab vxore Caleb , cui nomen Ephrata [r], à qua & circumiacens regio , Ephrata dicta [ſ] eſt. Nuncupatur etiam *Lahem* [t] , ſita eſt in monte mediocriter alto , sex milliarijs ab Ieroſolyma diſtans , vt teſtatur Seuerus Sulpicius , qui eam oram ipſe inuiſit ; ibidemque ſex menſibus egit cum D. Hieronymo. Regio illa rerum omnium copiam præſtat , vini potiſſimùm. Via qua ab Ieruſalem itur in Bethlehem vſque adeò ſui amœnitate , arboribus, hortis, & herbis odoriferis tranſeuntes delectat , vt Chriſti natiuitatem & incunabula oculis repræſentare videatur. *Bethlehem* Dauidis patria , totiuſque regiæ ac ſtirpis Iuda ſeminarium fuit , vnde & ciuitas Dauid [u], non raro appellatur. In orientali illius extremitate , rupes quædam , non multùm à muro diſſita , & in ea excelſum præſepe , in quo ſanctiſſima Deipara Chriſtum natum reclinauit [x]. In hoc ſpecu , poſteà repoſitum fuit à Gentibus Adonidis ſimulachrum ; ſed tantum ſcandalum haud paſſa pijſſima Conſtantini mater Helena, illud antrum eximijs monimentis exornare ſtuduit, conſtructa ſuper ipſum Eccleſia , ea magnificentiâ & elegantiâ , vt ſuperior eius concameratio ex marmore , quatuor itidem marmoreatum columnarum ordinibus ſuſtentaretur , quarum multitudo ac magnitudo miraculum , nedo enim quilibet quinquaginta columnas habet , eo artificio, ſumptuque , vt vel ipſa materia ſui pretio cuiuſvis æſtimationem vinceret : ſuper ipſas columnas nauis Eccleſiæ innititur, opere vermiculato quæ totius Veteris Teſtamenti exhibet hiſtorias , ab exordio mundi vſque ad Chriſti ortum miro artificio & colorum varietate diſtinctas. Parietes tabulis ex alabaſtro pretioſiſſimis ſunt incruſtati, tanta opulentia ac decore vt aliquando Sultanus , forma & pretio illectus , ſacratiſſimo Templo manus ſacrilegas admouerit , iubens Latomis vt è parietibus eas induſtriè ſubmouerent , & pro palatio ſuo in Babyloniam tranſportarent ; verùm vt illi acceſſerunt tabulas amoturi , mox ex ſolido pariete miræ magnitudinis ſerpens prodijt , quo viſo , prophanus Princeps iuſſum reuocauit , & de Templo exijt , ſimulque ſerpens diſparuit , cuius tamen etiamnum ſeruatur memoria : adeò vt Turcæ & Sarraceni reuerenter hoc Templum frequentent. Totum eius pauimentum ſtratum eſt ex marmore. In ſuperiore Templi parte , orientem verſus , altare erectum eſt eo loco vbi Magi cum muneribus Chriſtum adorauerunt. Inde per decem gradus deſcenditur ad locum natiuitatis , vbi menſa eſt marmorea & candida , in qua & ſacrum peragitur : tota demum capella marmore & auro exornata eſt. Præſepe Chriſti poſtea Romam tranſlatum eſt , vbi in Templo S. Mariæ Maioris aſſeruatur. Neque longè à Templo locus eſt circumciſionis. Cripta quoque inuiſitur ad Auſtrum , in qua multa Innocentium corpora fuerunt congeſta ; quibus etiam templum extruxit S. Helena [y]. In exitu Templi ad Aquilonem habetur clauſtrum Fratrum Minorum Ordinis Seraphici P. Franciſci. Conſtruxit ibi poſteà S. Paula monaſteria quatuor , & diuerſas pro
q Ibidem.
r 1. Paral. 2. v.24.
ſ Ruth.4.v. 11. Pſal.131. v 6.
t 1. Paral. 4 v.22.
u 1. Reg.20 v.6.
x Luc. 2. v.7.
y Ita Euſeb Niceph. Adrichom. & alij.

Tt 2 diuerſis

meridiem verſus mari circumfuſa inter duos ſinus Oceani, Perſici nempè, & Arabici, peninſulæ forma procurrit. Arabia hæc, Ioſepho, & Hieronymo teſtibus, à Saba filio Chus, nepote Cham, Saba, Sabæa; eiuſque incolæ Sabæi, & Metropolis, Saba dicitur, vrbs inclyta, in monte excelſo ac frondoſo ſita; ſedeſque regia piiſſimi Magi Gaſparis, qui de Arabiæ fructibus, dona puero Ieſu attulit. Regio hæc pinguiſſimi, vliginoſique ſoli, quotannis, vt ſcribit Strabo, bis ſeritur. Optimi fragrantiſſimique thuris adeò abundans eſt, vt diuinis ſacrificiis per vniuerſum terrarum orbem ſati faciat. Thure enim non tantùm olim Iudæi, & Gentes, ſed & nos Chriſtiani vbi vis gentium etiamnum vtimur. Scribunt [p], certas eſſe familias, quæ ius thura legendi, per ſucceſſionem, ſibi vendicant; & qui huic rei vacant, Arabiæ Sacros vocari; dumque huius virgulta incidunt, (quod fit in ortu canis flagrante ſole) neque funeribus intereſſe, neque ad mulieres accedere debent. Præter thus, etiam myrrhæ, aloës, Caſiæ, Nardi, amomi, cinamomi, cardamomi, piperis, ac omnis generis aromatum, adeò feraciſſima eſt, vt Plinio teſte, non alia ibi ligni genera, in vſu ſint, quàm odorata, quibus ignem fouent, & carnes coquunt. Verùm cùm perpetuus iſte aromatum odor, nimia fragrantiæ ſuæ excelientiæ, ſtuporem ſenſibus inducere ſoleat, eum bitumiois ſuffitu leuant; nulla ſiquidem eſt voluptas, quæ non aſſiduitate ſui faſtidium pariat. Auri quoque & argenti venis ac glebis vſque adeò ſcatet, vt vniuerſa penè gentis huius ſupplex auro vel argento ſplendeat. Pretioſiſſimis etiam ſelectiſſimiſque varij coloris, mirique ſplendori gemmis affluit, terrâ, marique: nam hic oſtreæ capiuntur, in quibus margaritæ naſcuntur, & matureſcunt, quarum tam nobilis natura eſt, vt nullo æquari pretio valeant; vnde de Cleoparta Ægypti Regina legitur: inuentam hîc margaritam ducentis & quinquaginta aureorum millibus redemiſſe. Præter hæc omnia, varias Arabia Felix nutrit feras, Leones, Pardos, Tigrides, equos, mulos, camelorumque ac Elephantorum turmas: Et quæ alibi deeſt auium omnium nobiliſſima, pulcherrima, ac celeberrima, totoque orbe vnica Phœnix hic ſe continet; hæc magnitudine par aquilæ, plumeo capite Paoonis inſtar cohoneſtatur; facies criſtis diſcernitur, collum auri folgore reſplendet, eliquæ verò veſtitrices corporis pennæ, purpureæ ſunt, vnde & Phœnicis nomen gerit, cauda eius cerulea roſeis pennis diſtinguitur; viuit annis ſexcentis ſexaginta, ſeneſcens præeminentiſſimum quemdam eligit ſibi locum, in quo ex odoriferis balſami, cinamomi, caſiæ, thuris, variorumque aromatum ſurculis nidum, rogumque ſibi conſtruit, quem ſolis calore, alarumque plauſu & agitatione accendens, ſeipſum comburit, & in cineres reſoluitur, ex quibus poſtero die, pennis veſtitus fit pullus, ac tertio priſtinam recipit naturam.

Huius Felicis Arabiæ incolæ fuerunt tres illuſtriſſimi illi viri, quos Euangeliſta [q]. Magos; Regius vates [r], & Iſaias [ſ], Reges appellant, quorum hæc vt antiqua traditione ad nos deuolutum eſt: ſunt nomina, Melchior, Balthaſar, & Gaſpar. Hi viſâ in Orientis regione nouæ claritatis ſtellâ, quæ illuſtrior, pulchriorque cæteris ſyderibus apparens, in ſe intuentium oculos, animoſque conuertebat, quamque vaticinio Balaam [t], cuius ſucceſſores erant, exoticam nouerant; eam ſignum diù expectari, & nunc tandem nati Regis Iudæorum eſſe intellexerunt, quam ſequentes ducem, ingenti camelorum & dromedariorum terræ Madian & Epha [u], magno comitatu, regiam ciuitatem Ieruſalem, Regem inquirentes, intrauerunt, eo facto, non obſcurè ſignificantes Gentium multitudinem, & earum Reges, turmatim vndique ad Eccleſiam confluxuros, ac dona Chriſto Domino oblaturos. Vnde & in hac Arabia Felici, fertur vas electionis diuus Paulus mox à ſua conuerſione, toto triennio Euangellum prædicaſſe [x]; vbi quantum profecerit, hinc colligere eſt, quòd huius Prouinciæ vrbs Becerra, Archiepiſcopali ſede poſtea inſignita, Epiſcopatus ſub ſe habuerit triginta quinque [y].

Arabia Petræa, à petra deſerti eius Metropoli ſic dicta, & à poſterioribus, Arabia tertia; Moabitidem, Idumæam, Amalecitidem & Cedar regiones ſuo ambitu continet: ab occaſu clauditur mari Ægyptio; à Septentrione Arabia Felici; Iudææ, ac Paleſtinæ contermina eſt: à meridie verò cingitur Ægypto, Arabico ſinu, ſeu mari rubro: ad ſolis ortum per latiſſimas & ſqualidas ſolitudines ad flumen Euphratem vſque excurrit. Eſt in Petræa hac Arabia, ampla vrbs, Mecha nomine, ſexcies mille ædes continens, à littore maris itinere dierum trium diſtans: in qua perfidiſſimi Pſeudoprophetæ Mahometis habetur delubrum, altiſſima turri conſpicuum, quod totum concameratum, longitudine paſſuum centum, latitudine octoginta, columnis quadringentis fulcitur, eiuſque parietes vndique auro obducti, dum .... penſilium ad tria millia perpetuò ardentium lumen recipiunt, incredibili fulgore intuentium oculos perſtringunt. In hoc delubro prophanum impiiſſimi Mahometi cadauer ſub marmore gemmis ornato, conſepultum iacet; eoque Sarraceni, & Turcæ, ex Arabia; Ægypto, & Æthiopia, Syria, Perſide, & vtraque India, peregrinationis ergo, turmatim confluunt, vt aliquid opis ab inope participiant.

Arach [z], [i. longitudo, medicina, ſanitas,] vrbs in terra Sennaar: hanc & Edeſſam vocari, teſtatur Hieronymus [a].

Arad [b], [i. onager, aut ſyriacè, draco,] ciuitas Chananæorum, olim celebris, ad ſortè Iuda pertinens; contra cuius Regem cùm Iſraëlitæ primùm infeliciter pugnaſſent, ſeque voto Deo obligaſſent, regem interfecerunt, & ſubuerſis vrbibus, nomen illius Horma, hoc eſt anathema, appellarunt [c]. Hoc loco Cinæi cognati Moyſis cùm aſcendiſſent de ciuitate palmarum, ſibi ſedem

[q] Matth. cap. 2. v. 1.
[r] Pſal. 71. v. 10.
[ſ] Cap. 60. v. 3.
[t] Num. 24. v. 17. Hieron. in 2. Matth.
[u] Iſai. 60. v. 6. Hieron. ibid.
[x] ad Gal. 1. v. 17.
[y] Adrichom. pag 77.
[z] Gen. 10. v. 10.
[a] in *quaſt. Hebraicis ſupra Geneſim.*
[b] Num. 21. v. 1. & Iudic. 1. v. 16.
[c] Num. 21. v. 3.

elegerunt

elegerunt [d]. *Arad* perſimilis eſt *Arada* [e], [i. ſtupor & miraculum,] xxj. manſio filiorum Iſraël in deſerto.

Aradius [f], [i. malediĉionis abundantia,] vnus ex filiis Chanaan, ex quo Aradij [g] populi, & *Aradius* [h], per antiqua & munitiſſima ciuitas in Aradon [gg], inſula, quem idem Aradius incoluit, ædificauitque. Habet hæc inſula [i], in ambitu ſeptem circiter ſtadia, diſtat à Phœnice cui adiacet, viginti ſtadijs, eſtque vna ex Phœniciæ vrbibus quæ Tripolim efficiunt, reliquæ duæ ſunt Tyrus & Sidon.

Aram [k], [i. celſitudo, aut ſublimitas, ſeu decipiens, aut maledictio eorum,] vnus filiorum Sem, à quo Syri. *Aram* [l], filius Eſron filij Phares. *Aram* [m], filius Somer filij Heber. *Aram* [n], vnus ex Principibus familiarum Leedan, tempore Salomonis. *Aram* [o], ciuitas in Trib. Manaſſe, vltra Iordanem. Similis eſt *Arama* [p], [i. occiſio, anathema,] ciuitas munitiſſima in Tribu Nepthali, ad quam Dauid miſit de præda Amalecitarum [q].

Aran [r], [i. mons, ſiue montanus, concipiens, cantans, præco,] filius Thare, & frater ac Socer Abrahæ. *Aran* [ſ], [i. arca ſiue exultans] filius Diſan filij Seir Horræi. *Aran* [t], filius Ierameel de tribu Iuda.

Arapha [u], [i. relaxatio, vel os montis] genus erat quoddam Gigantum, è quo Ieſbibenob niſus percutere Dauidem, occiſus eſt ipſe ab Abiſai fratre Ioab. Rapha quidem eſt nomen illius generis hominum, in genitiuo Harapha, vulgata Arapha, pluraliter Rephaim: ſic dicti quod adeò terribiles eſſent, vt videntium ſe diſſoluerent cor.

Ararat [x], [i. maledictio tremoris] Regio Armeniæ, aut etiam ipſa Armenia. Supra montem Ararat, Arcam Noë poſt diluuium conſtitiſſe ſcribitur in Oraculis Sybillinis: ita Ortellius in Theatro.

Arari [y], [i. montanus] ciuitas; vnde nomen Gentilitium, *Ararites* [z]. Similis eſt *Arbati* [a], [i. ſuauis] locus, ex quo oriundus Abialbon [b], ſeu Abiel Arbathites.

Arbee [c], [i. quatuor,] ciuitas in tribu Iuda, eadem quæ Hebron, infrà.

Arbellis [d], [i. ſuſcitatio, vetuſtatio, inſidians] ciuitas in Tribu Nephtali vbi Bacchides Machabæorum tempore caſtra poſuit. Dicitur etiam Arbella [e], idemque Bacchides Arbellorum Speluncam, ad quam ingens Iudæorum numerus confugerat expugnauit: tandem & Ioſephus hiſtoricus dum Galilæis præeſſet, contra Romanos præmuniuit.

Arbi [i. Ineuſta, vel feneſtra, inſidiator] ciuitas in Tribu Iuda [f], ex qua erat Pharai vnus ex fortiſſimis Dauid.

Area [ff], [i. ſemita, annona] pater Sechenitæ. Huius Areæ filij ſeu nepotes 775 [g], & alibi 652. [h].

d Iudic. 1. v. 16.
e Num. 33. v. 24.
f Gen. 10. v. 18.
g Ezech. 27. v. 11.
gg 1. Mach. 15. v. 23.
h Ibidem, v. 8.
i Aradus Strab. l. 16.
k Gen. 10. v. 22.
l Ruth 4. v. 19. Matth. 1. v. 3. Luc. 3. v. 33.
m 1. Paral. 7. v. 34.
n Cap. 23. v. 9.
o Cap. 2. v. 3. & Num. 23. v. 7.
p Ioſ. 19. v. 35.
q 1. Reg. 30. v. 30.
r Gen. 11. v. 26. & 1. Paral. 1. v. 42.
ſ Gen. 36. v. 28. & 1. Paral. 1. v. 42.
t Paral. 2. v. 25.
u 2. Reg. 21. v. 16.
x Iſaiæ 37 v. 38. & Iere. 51. v. 27.
y 1. Paral. 11. v. 33. 34.
z 1. Machab. 5. v. 23.
a 2. Reg. 23. v. 31.
b 1. Paral. 11. v. 32.
c Gen. 23. v. 2.
d 1. Machab. 9. v. 2.
e Hieron. in locis Hebr.
f 2. Reg. 23. v. 35
ff 2 Eſdr. 6. v. 18.
g 1. Eſdr. 2. v. 5.
h 2. Eſdr. 7. v. 10.

Area Atad [g], ſita trans Iordanem, ibi Ioſeph & fratres eius deferentes cadauer patris ſui Iacob celebrauerunt eius exequias, & fleuerunt planctu magno, idcircò vocatum eſt nomen loci illius planctus Ægypti. *Area* Chidon [h], ſeu Nachon [i], locus vbi Dominus percuſſit *Oza*, cum manum ad Arcam extendiſſet, qui propterea dictus eſt à Dauide. Percuſſio *Oza* [k], ſeu diuiſio *Oza* [l]. *Area Areuna* [m], ſeu Ornam Iebuſæi, iuxta quam erat Angelus extensâ manu ſuper Ieruſalem, vt percuteret populum, quando dixit ei Dominus [ſufficit: nunc contine manum tuam] quam Aream emit poſteà Dauid ab Areuna, & iuxta ſermonem Prophetæ Gad, ædificato ibi altari, obtulit holocauſta; quo in loco poſtea conſtructum fuit Templum Salomonis in monte Moria [n].

Area ſalinarum [q]; quarum tributum Demetrius Rex Syriæ, benignitatis ergo, remiſit Ionathæ & Genti Iudæorum.

Arebba [r], [i. magna, multa, litigoſa,] Ciuitas in Tribu Iuda.

Arecon [ſ] [i. mons lamentationis, vel poſſeſſionis] ciuitas in tribu Dan.

Aretas [t], [i. græcè virtuoſus aut placidus] Arabum tyrannus qui ſacrilegum Pſeudopontificem Iaſonem ſ. Oniæ fratrem concluſit. *Aretas* [v], Socer Herodis Antipæ, vt ait Theophilactus, Arabiæ Petreæ & vicinæ Damaſci Rex, cuius Satrapa ſeu præpoſitus in Damaſco voluit comprehendere Paulum.

Areuna [x], [i. Arca, canticum, exultatio, lux noſtra] nomen viri qui dicitur Ornan [y] Iebuſæus à quo Dauid emit Aream in qua conſtructum fuit Templum Salomonis [z]: ſuprà Area Areunæ.

Argob [a], [i. gleba vel glarea, aut maledictio putei, vel dorſi, ſiue lux altitudinis] vrbs & Regio nobilis, in Manaſſe vltra Iordanem. Hic habitabat Og Rex Baſan; ſita eſt iuxta fluenta Iordanis, vocatur & terra Raphaim, Trachonitis, & Baſan.

Ariarathes [b], Rex minoris Armeniæ iſte corruptè in Græco dicitur ἀράθης, & in aliquibus exemplaribus latinis Arabas. Ariarathiræ in Armenia minori meminit Ortellius, & Concilium Chalcedonenſe.

Ariel [c], [i. leo Dei, lux Domini] nomen principis vnius ex familiis Gad ſcilicet Arielitarum; dicitur & Arieli [d]: *Ariel*, leones ſignificat cum dicitur de Banaia fortiſſimo [percuſſit duos Ariel Moab [e],] ſub nomine Ciuitatis Ariel, Iſaias ruinam Ieruſalem acri ſtylo prophetat [f]: Ezechiel verò per Ariel altare holocauſti intelligit [g]: *Ariel* [h]: vnus de viris principibus quos miſit Eſdras ad Eddo. Perſimilis eſt *Ariel* [i], [i. leo ſiue lux Domini] nomen loci iuxta quem Phacee occidit Phaceiam Regem Iſraël.

Arimathæa [k], [i. leo mortuus Domino, vel lux mortis Domini nomen ciuitatis in Iudæa, vnde oriundu

g 1 Gen. 50. v. 10. 11.
h 1. Paral. 13. v. 9.
i 2 Reg. 6. v. 6.
k Verſ. 8
l 1. Paral. 13. v. 11.
m 2 Reg. 24. v. 16.
n 2. Paral. 3. v. 1.
q 1. Mach. 11. v. 35.
r Ioſ. 15. v. 60.
ſ Ioſ. 19. v. 46.
t 2. Machab. 5. v. 8.
v 2. Cor. 11 v. 32.
x 2. Reg. 24 v. 16.
y 1. Paral. 21 v. 15.
z 2. Paral. 3 v. 1.
a Deut. 3. v. 4.
b 1 Machab. 15. v. 22.
c Num. 26 v. 17.
d Gen. 46. v. 16.
e 1. Paral. 11 v. 22.
f Cap. 29. 1.
g Cap. 43. 15. 16.
h 1. Eſdr. 8 v. 16 17.
i 4. Reg. 15 v. 25.
k Matth. 27 v. 57. Luc. 23 v. 51.

Aſan [k], [i. fumus , aut fumigans] ciuitas in Tribu Simeon, eſt & lacus Aſan [l].

Aſaph, [i. congregans, colligens, finiens] vnus ex filiis Core, dictus eſt etiam *Abiaſaph* [m]. *Aſaph* [n], filius Barachiæ, cognatus Heman Princeps cantorum Templi ſub Dauide. Idem *Aſaph* dicitur pater Zechri [o]. *Aſaph* [p], cuius Ioahe à commentariis ſub Ezechia dicitur filius: an Aſaph iſte fuerit pater immediatus? dubitatur.

Aſarhaddon [q], [Syriacè, prohibens nouitatem, vel vnitatem] filius Sennacherib regis Aſſyriorum, qui poſt eum regnauit: dicitur & *Aſſer-Haddan* [r], & *Aſenaphar* [ſ], & *Asbazareth* [t].

Aſaſonthamar [u], [i. ſagitta palmarum, fulgur palmarum, adunatio palmarum.] Eadem quæ Engaddi, infrà.

Asbel [x], [i. ignis defluens, vel decidens,] filius Beniamin, à quo familia Asbelitarum [y]: dicitur & Iadiel [z].

Aſcalon [a], [i. appenſio, ſtatera, ignis infamiæ,] ciuitas in Tribu Simeon. Hinc Aſcalonitæ populi [b].

Aſcenez [c], [i. ignis quaſi aſpergens,] filius Gomer primogeniti Iapheth filij Noë. *Aſcenez* populi [d].

Aſcenſus [e] Scorpionis, hebraicè Malale Hacrabbim, mons in Tribu Iuda, ſic dictus à Scorpionibus qui abundant eo loco, vrbe deſuper ædificata, quæ Acrabathane [f], dicta eſt: vide ſuprà.

Aſebaim [g], [i. damulæ, pulchritudines, militiæ,] eſt nomen loci, parique nominis *Phochereth-Aſebaim*, vel *Pochereth* qui erat ortus de Aſebaim.

Aſedoth-Phaſga [h], [i. effuſiones, decliuia, campeſtria, deprædationes,] ciuitas & regio in Tribu Ruben, olim vrbs Amorrhæorum [i]: Toſtatus aſſerit Aſedoth eſſe apud montem Phaſga, ideoque dicitur [k] *Aſedoth-Phaſga*.

Aſem [l], [i. os, ſiue fortitudo,] ciuitas in Tribu Simeon: Abulenſis dicit prius fuiſſe in ſorte Iuda & vocari Eſem [m], appellatur & Aſom [n]. Similis eſt *Aſemona* [o], [i. fortitudo noſtra, vel clauſura noſtra, ſiue lignum, vel conſilium numerantis, vel præparantis,] ciuitas in Tribu Iuda.

Aſena [p], [i. mutatio, vel duplicitas, aut dormitio, ſiue ignis nunc,] ciuitas in Tribu Iuda. *Aſena* [q], [i. periculum, ſiue infortunium, vel rubus,] caput familiæ inter Nathinæos. Similis eſt *Aſeneth* [r], [i. periculum, infortunium,] filia Potiphare ſacerdotis Heliopoleos, vxor Ioſeph filij Iacob, & proregis Ægypti.

Aſenaphar [ſ], [i. periculum tauri, aut periculi incrementum,] magnus & glorioſus qui tranſtulit gentes, & habitare fecit in Samariæ ciuitatibus: dicitur & *Asbazareth* [t], & *Aſarhaddon*, vide ſuprà.

Aſer [u], [i. beatitudo, ſiue felicitas,] octauus filius Iacob ex Zelpha ancilla; ab eo tota Tribus Aſer nomen ſumpſit. Similis vtcunque eſt *Aſer-Gadda* [x], [i. atrium turmæ,] ciuitas in Tribu Iuda.

Ashur [y], [i. denigratus, ignis libertatis,] pater Thecuæ, & filius Eſron filij Phares filij Iuda ex Abia vxore: dicitur & Aſſur [z],

k Ioſue 19. v.7. & 1. Paral.4.v.32. l 1.Reg.40. v.30. m 1.Paral.6. v.37. n Verſ.39. o Verſ. 25. p Iſai.36.v. 22. q 4. Reg.19. v.37. Iſai.37. v.38. r 1. Eſdr.4. v.2. ſ Verſ.10. t 3. Eſdr.5. v.69. u Gen.14 v. 7. 2.Paral.20. v.2. x Gen.46 v. 21. 1.Paral.8. v.1. y Num.26. v.38. z Cap.7. v.6. a Iudic.1. v. 18. & 14. v. 19. b Ioſ. 13.v.3. c Gen.10.v. 3. d Ierem. 51. v.27. e Num 34.v. 4. & Ioſ.15. v.3. f 1.Machab. 5. v 3. g 1 Eſdr 2. v 57. h Ioſ.12.v.3. & 13. v.20. i Ioſ.10 v. 40. & 12.v.3. & 13.v 20. k Cap 13. v 20. l Cap.19.v 3. m Cap.15. v.29. n 1. Paral.4. v.29. o Ioſ.15. v.4. & Num. 34. v 4.5. p Ioſ.15.v. 33. q 1.Eſdr 2. v.50. r Gen. 41. v. 45. ſ 1.Eſdr.4. v.10. t 3. Eſdr.5. v.69. u Gen.30. v.13. x Ioſ.15.v. 27. y 1.Paral 2. v.24. z Cap.4.v.5.

Aſia minor, pars maioris Aſiæ, vnius ex quatuor Orbis partibus: de illa frequens menſio in Actibus Apoſtolorum & Epiſtolis D. Pauli [a]. Hinc Aſiani populi. Similis eſt *Aſima* [b], [i. delictum,] Idolum virorum Emath in Aſia.

Aſiel [c], [i. fecit Deus, ſiue factura Dei,] pater Saraiæ, & proauus Iehu viri Principis in Tribu Simeon. *Aſiel* [d], nomen viri.

Aſiongaber [e], [i. conſilium viri, vel robuſtis,] menſio trigeſima ſecunda filiorum Iſraël, eaque vltima ſolitudinis Pharan, ciuitas eſt in littore maris rubri, & portus quo Reges Iuda ad indicas nauigationes vſi ſunt; inde Salomon miſit in Ophir, retulitque quadringenta quinquaginta talenta auri [f]. Ibi claſſis piiſſimi Ioſaphat regis Iuda contrita eſt, quod iniiſſet ſocietatem cum impio Ochoſia rege Iſraël [g].

Aſir [h], [i. vinctus ſiue incarceratus, aut ſyriacè prohibitus,] filius Core, filij Iſaac, filij Caath, filij Leui. *Aſir* [i], filius Abiaſaph filij Core, filij Leui. *Aſir* [k], filius Iechoniæ filij Iachim, filij Ioſiæ, vel potius epithetum Iechoniæ, fuit enim captiuus in Babylone.

Aſlia [l], pater Saphan ſcribæ Ioſiæ regis: dicitur & Eſelia [m].

Aſom [n], quartus filius Ieramеel primo geniti Eſron filij Phares, & filij Iuda. *Aſom* [o], [i. feſtinatio eorum, ſiue ieiunans,] ſextus filius Iſai, & frater Dauidis. *Aſom* [p], ciuitas in Tribu Simeon.

Aſor [q], ciuitas in Tribu Nephtali, olim inter omnia regna Chananæorum principatum tenens [r]; quam ſolam Ioſue incendit, occiſo Iabin illius rege; quam cum poſtea Chananæi reſtauraſſent, alius ipſorum rex & ipſe Iabin dictus, in ea regnauit anno circiter à cæde prioris centeſimo quadrageſimo, & iuſto Dei iudicio, Iſraëlitas in Idololatriam lapſos, ſuo ſubiugauit imperio, donec à Debbora Propheciſſa & Barac liberati ſunt [ſ]. Dicitur & *Haſor* [t]. *Aſor* [v], noua ciuitas in Tribu Iuda: dicitur & *Heſron* [x]. *Aſor* [y], ciuitas in Tribu Beniamin poſt ſolutam captiuitatem Babylonis.

Aſor-haddan [z], rex Aſſur, idem qui *Aſar-Haddon*, vide ſuprà.

Aſphar [a], [i. plaſmatio onagri, aut feſtinatio tauri,] lacus in Tribu Iuda, iuxta quem conſedit Ionathas, cum occiſo fratre ſuo Iuda Machabæo, hortante popolo, ſuſcepiſſet principatum, & fugeret à facie Bacchidis.

Aſrael [b], [i. beatitudo Dei, vel introitus fortis, aut greſſus Dei,] filius Ialeleel. Similes ſunt, idemque ſignificant *Aſriel* [c], filius Galaad filij Machir, filij Manaſſe. Vnde Aſrielitæ [d], familiæ nomen: & *Eſrael* [e], filius eiuſdem Manaſſe, & patruus eiuſdem Galaad.

Aſſedim [f], [i. venationes, inſidiæ, ſyriacè deſtructiones,] ciuitas munitiſſima in Tribu Nephtali. Similis eſt vox *Aſſidai* [g], [i. milui, vel pij, ſancti, miſericordes,] Synagoga inter Iudæos religioſa & fortis viribus, quibus præerat Iudas Machabæus [h]. Aſſidæorum hæc familia cum Eſſenis magnam habuit affinitatem.

Aſſon [i], ciuitas; Complores ſunt huius

a Actor.20. v.4 b 4. Reg 17. v.30. vide li. 2. tract.part. poſt art.10. ſect.1. c 1 Paral.4. v.35. d Eſdr.1.v.2. e Num.33. v 35. f 2.Paral 8. v.17.18. g Cap.20. v. 36 37. h 1. Paral. v.22. i Cap.6.v.23 37. k Cap. 3. v. 17. l 4. Reg 22. v.3. m 2.Paral. 34.v.8. n 1. Paral. v.25. o Cap.2.v.15 p Cap.4.v.29 q Ioſ. 19. v.36. r Cap 11. v 10. ſ Iudic.4.v 24. t 1. Reg. v 9. u Ioſ.v.25. x Cap 15. v.25. y 1. Eſdr. v. 33. z 1. Eſdr 4 v. 2. a 1.Machab. 9. v.33. b 1.Paral. v. 16. c Num.26 v.31. d Ibidem. e Ioſ.17. v 1. Paral.7. 14. f Ioſ 19. v.35.

nominis vrbes; vna Lyciæ in edito ſita promontorio: altera in Lydia: tertia in Epiro: quarta in Aeolide, ſeu Myſia, de qua ibi ſermo, & ad quem D. Paulus è Troade pedeſtri itinere veniens, iunxit ſe comitibus nauigantibus, & cum illis venit Mitylenem.

[k Gen. 10. v. 22. 1. Paral. v. 17. l Gen. 10. v. 11.]

Aſſur [k], [i. inſidians, beatus, aſpiciens, gradiens,] ſecundus filius Sem. *Aſſur* [l], qui egreſſus de terra Sennaar ædificauit Niniuem, eſt filius Nemrod, qui & Iupiter ab Ethnicis, quod & innuit ſcriptura, dum ait: [De terra illa, nempè Senaar, in qua regnabat Nemrod, egreſſus eſt Aſſur,] ab eo ſcilicet progenitos: Is Aſſyriorum regno nomen indidit. *Aſſur* [m], regnum Aſſyriorum ad orientem terræ ſanctæ: dicitur & terra *Aſſur* [n], vnde nomen patrium Aſſyrius, Aſſyrij, frequens in ſcriptura. Similis eſt, *Aſſurim* [o], eiuſdem ſignificationis in plurali, putà: [inſidiantes, beati, aſpicientes, vel gradientes,] filius Dadan, & pronepos Abrahæ ex Cetura. Nec abſimilis eſt *Aſſueras* [p] [i. princeps & caput,] pater Darij regis Medorum, & fortè nomen commune regum Medorum; ſicut Artaxerxes Perſarum, & Cæſar Romanorum.

[m 4. Reg. 15. v. 26. n Iſai. 7. v. 18. o Gen. 25. v. 3. p Dan. 9. v. 1. & 1. Eſdr. 4. v. 6.]

[q 1. Reg. 7. v. 3. r 4. Reg. 23. v. 13. ſ 3. Reg. 11. v. 5. t Ioſ. 9. v. 10.]

Aſtaroth [q], [i. greges, tinea legis,] Deus ſeu Idolum Sidoniorum, cui excelſum ædificauit Salomon [r]: dicitur & *Aſtarthe* in fœminino, Dea Sidoniorum [ſ]. *Aſtaroth* [t], vrbs regia regni Baſan, ad ripam Iordanis ſita, in confinijs terræ Hus, in qua & domum Prophetæ Iob fuiſſe Hebræi tradunt, data fuit dimidiæ Tribui Manaſſe vltra Iordanem, & ſeparata Leuitis [u]: dicitur & *Aſtaroth Carnaim* [x], quia in ea olim habitauerunt Carnaim Gigantes, ſiue Raphaim, quos rex Elamitarum Codorlahomor occidit, poſtea verò regia fuit Og regis Baſan, qui ex ea Gigantum ſtirpe ſuperſtes erat. Dicitur & Boſra [y].

[u 1. Paral. 6. v. 71. x Gen. 14. v. 5. y Ioſ. 21. v. 27.]

[z Num. 32. v. 3. 34. a Ioſ. 16. v. 7. b v. 2.]

Ataroth [z], [i. coronæ,] ciuitas in Tribu Gad, quam filij Gad reædificauerunt. *Ataroth* [a], ciuitas in Tribu Ephraim: dicitur *Atharoth* [b].

[c Cap. 16. v. 5. d Cap. 18. v. 13.]

Ataroth Addar [c], [i. coronæ pretioſæ,] ciuitas in Tribu Ephraim. Eſt & alia *Ataroth Addar* [d], ciuitas in Tribu Beniamin.

[e 2. Eſdr. 7. v. 21. f 1. Eſdr. 2. v. 16. g v. 42.]

Ater [e], [i. ſiniſter, vel clauſus,] ex Ezechia oriundus, vnuſque è familiarum Principibus, qui ſoluta à Cyro captiuitate, rediere Ieroſolymam: dicitur & *Ather* [f]. *Ater* [g], caput familiæ inter Ianitores Templi.

[h 1. Reg. 30. v. 30. i Eſth. 4. v. 5. 6. 9.]

Athach [h], per ע [i. hora tua, vel tempus tuum,] ciuitas in Tribu Iuda, eo in loco anteà commoratus Dauid in perſecutione Saül, miſit quoque ad eos portionem de præda Amalecitarum. *Athach* [i], per ת [i. fraudulent] Eunuchus quem Aſſuerus rex miniſtrum dederat reginæ Eſther.

[k 4. Reg. 8. v. 26. l 1. Eſdr. 10. v. 28.]

Athalia [k], [i. hora vel tempus Domino] filia Amri regis Iſraël, & mater Ochoziæ, vxorque Ioram regis Iuda; interfecit omne ſemen regium, vt ipſa regnare poſſet. Similis eſt *Athalai* [l], [i. hora vel tempus meum,] vnus eorum qui ſub Eſdra repudiarunt vxores alienigenas.

[m Ioſ. 19. v. 7.]

Athar [m], [i. oratio, aut deprecatio, aut multiplicatio,] ciuitas in Tribu Simeon. Hinc fortè *Artharathes* [n], nomen viri, aut patrium, aut proprium.

[n 1. Eſdr. 9. v. 50. o Act. 17. v. 16.]

Athena [o], [græcè ab Athena, i. Minerua] florentiſſima ciuitas Achaiæ, vbi Paulus Chriſtum prædicauit, & Dionyſium Areopagitam ad fidem conuertit. Vnde & Athenienſes [p]. Similis eſt *Athenobias* [q], [i. græcè Mineruæ victus, vel vita,] quem rex Antiochus Sedetes à Simone Machabæo aſſeuatus miſit, vt ageret cum eo.

[p v. 21. q 1. Machab. 15. v. 28. 32.]

[r 2. Eſdr. 10. v. 1. ſ Cap. 7. v. 65. & 8. v. 9.]

Atherſatha [r], [i. diſſoluens, vel remouens, vel contemplans fundamentum; aut ex Hebræo & Syro, contemplans annum vel tempus,] filius Hachelai, primuſque è Sacerdotibus qui ſubſcripſerunt fœderi percuſſo cum Deo: Idemque fortè cum ipſo Nehemia, hic enim dicebatur etiam *Atherſatha* [ſ].

[t Ioſ. 15. v. 54]

Athmatha [t], [i. lacerta, ſtellio, limax,] ciuitas in Iuda.

[u Ezech. 10. v. 5 & 40. v. 17. x Cap. 46. v. 21. & 22.]

Atrium [u] *exterius* Templi, in cuius quatuor angulis erant atriola, & paries per circuitum ambiens quatuor atriola [x]. Dicebatur & *Atrium* Gentium, quia illud alienigenæ Gentes ingredi poterant, etiam immundi Iudæi. Hinc Chriſtus vendentes & ementes flagello bis eiecit. Hîc ſæpe docuit. Hîc Iudæi eum lapidare voluerunt. *Atrium interius* [y], ſeu Atrium Iudæorum, & Porticus Salomonis, ad eum locum nulli Gentilium, etiam Romanorum, erat acceſſus. *Atrium* Sacerdotum [z], idem cum Sanctuario: vide infra. *Atrium* [a] Enon, dicitur terminus Damaſci.

[y Cap. 40. v. 19. 32. 33. 34 z 2. Paral. 4 v. 9. a Ezech. 47 v. 17.]

[b Act. 14. v. 25. c 1 Machab. 15. v. 22.]

Attalia [b], [i. delicatè nutriens, græcè,] ciuitas Pamphiliæ, quam Paulus & Barnabas pertranſierunt. Similis eſt *Attalus* [c], [i. delicatè nutritus,] vir Princeps alicuius terræ.

[d 4. Reg. 18. v. 34. e Ioſ. 18. v. 23. f Gen. 36. v. 35. & 1. Paral. 1. v. 46.]

Aua [d], [i. iniquitas, peruerſitas,] nomen regionis: dicitur & Auath. Similes ſunt, eiuſdemque ſignificationis, *Auim* [e], [i. iniqui peruerſi,] ciuitas in Beniamin. Et *Auith* [f], [i. iniqua, peruerſa, temporalis,] vrbs in qua regnauit Adad filius Badad, quartus rex Idumææ, qui percuſſit Madian in terra Moab.

[g Cap. 47. v. 16. 18.]

Auran [g], [i. foramen, libertas, albedo,] ciuitas de qua ſolus loquitur Ezechiel.

[h Deuter. 1. v. 1.]

Aurifodina [h], hebraicè Dizahab, de quibus Muyſes ait: [In ſolitudine campeſtri contra mare rubrum inter Pharan, Tophel & Laban & Haſeroth vbi auri eſt plurimum.]

[i Ier. 25. v. 20.]

Auſitis [i], [i. conſilium, aut lignum, aut Syriacè affixus, aut affixio,] terra aliqua, ſeu regnum, hebraicè dicitur *Hus*.

[k Ioſ. 15. v. 16. l 1. Paral. 2. v. 49.]

Axa [k], [i. compoſita, adornata, laſciuiens,] filia Caleb, data Othonieli in vxorem: dicitur etiam *Achſa* [l].

[m Ioſ. 19. v. 25. n Cap. 12. v. 1.]

Axaph [m], [i. veneficus,] ciuitas olim regia, data Tribui Aſer: dicitur & *Achſaph* [n].

[o 1. Paral. 7. v. 18. p 1. Eſdr. 2. v. 49.]

Aza, [i. fortitudo, aut capra,] ciuitas in Tribu Beniamin. *Aza* [p], Princeps vnius ex familijs Nathinæorum.

[q Ioſ. 19. v 34.]

Azanothabor [q], [i. aures electionis, ſiue puritatis,] ciuitas in Tribu Nephtali.

[r 1. Paral. 12. v. 6. ſ Cap. 25. v 18.]

Azareel [r], [i. adiutorium Dei, atrium Dei,] vnus virorum fortium qui tran fugerunt ad Dauid, cum adhuc fugeret Saül. *Azareel* [ſ], primus vndecimæ totius cantorum Templi ſub Dauide.

[t Cap 2 v. 8]

Azarias [t], [i. auxilium Domini, ſiue

arium

artium Domini,] filius Ethan filij Taræ, filij Iuda. *Azarias*[v], filius Iehu, & pater Helles. *Azarias*[x], filius Maraioth de ſtirpe Eleazari: hic omittitur libro primo Paralipomenon[y]. *Azarias*[z], filius Sadoc Sacerdotis, Princeps Salomonis Regis. *Azarias*[a] filius Nathan, præpoſitus eorum qui aſſiſtebant regi Salomoni. *Azarias*[b], Pontifex, numero XIV. filius Achimaas. *Azarias*[c] Propheta, filius Oded Prophetæ, cuius hortatu, Aſa rex abſtulit idola de omni Iuda & Beniamin. *Azariæ*[d] duo filij Ioſaphat regis Iuda. *Azarias* filius Ieroham, & *Azarias* filius Obed, duo ex centurionibus quos aſſumpſit Ioiada Pontifex ad conſtituendum Ioas regem[e]. *Azarias*[f]. Pontifex numero XIII. filius Iohanan; Is reſtitit Oziæ ſeu Azariæ regi Iuda volenti adolere incenſum[g]. Eſt & alius *Azarias*[h] filius Iohanan, vnus ſcilicet de Principibus Ephraim ſub Achaz rege Iuda. *Azarias*[i] filius Amaſiæ regis Iuda, & ipſe rex Iuda: dicitur & *Ozias*[k] lepra percoſſus quod incenſum adolere attentaſſet. *Azarias* pater Ioelis, & *Azarias* filius Ielaleel Leuitæ ſub Ezechia rege Iuda[l]; ſub quo ſunt & alij *Azariæ*[m], videlicet *Azarias* Pontifex & *Azarias* Leuita, ac præfectus horreorum. *Azarias*[n] filius Oſaiæ, & vnus aduerſariorum Ieremiæ Prophetæ. *Azarias*[o] filius Helciæ, & auus Eſdræ. *Azarias*[p] vltimus trium puerorum de Tribu Iuda, qui dictus eſt Abdenago[q]. *Azarias*[r] filius Maaſiæ, vnus ex coædificatoribus Ieruſalem, ſub Eliaſib Pontifice numero XXV. *Azarias*[ſ] qui venit cum Zorobabele: Idem fortè cum præcedenti. *Azarias*[t] dux populi tempore Iudæ Machabæi: dicitur Princeps virtutis[v]. *Azariam* quoque filium Ananiæ magni, ſe vocat Angelus Raphael[x], alludens ad ſignificationem nominis, putà auxilium Domini, quod ipſe poſteà præbuit vtrique Tobiæ.

Azeca, & *Azecha*[y], [i. fortitudo, ſiue murata, vel ſepta; aut Syriacè, anulus,] ciuitas munita in Tribu Iuda. Hucuſque perſequutus eſt Ioſue quinque Amorrhæorum reges, Domino ſuper illos de cœlo lapides pluente[a]: tunc ad eius imperium ſtetit ſol in medio cœli[a]. Eam ciuitatem reædificauit Roboam filius[b] Salomonis: eandemque poſteà Nabuchodonoſor expugnauit[c].

Azer[d], [i. adiutorium,] filius Ioſue, & Princeps Maſpha. Similis eſt *Azor*, [i. adiutor, accinctus,] filius Eliacim in Chriſti linea[e].

Azmaueth[f], [i. fortis mors, fortitudo mortis, Hircus aut capra mortis.] de Beromi, vnus è triginta ſeptem fortibus Dauidis: dicitur & *Azmoth* Bauramites[g]. *Azmaueth*[h] vrbs in Tribu Beniamin, in qua habitabant aliqui Leuitæ cantores.

Azmoth[i] filius Ioada de Tribu Beniamin: dicitur filius Iara[k]. *Azmoth*[l] Bauramites, vnus è triginta ſeptem fortibus Dauidis: diciturque *Azmaueth*[m]. *Azmoth*[n] pater Phaller vnius eorum qui venit ad Dauid dum fugeret Saül: idem fortè cum præcedenti. *Azmoth*[o], filius Adiel, præfectus ſuper theſauros regis Dauid.

Azotus[p], [i. depræ‍datio, ſiue ignis dilecti,] ciuitas in Tribu Dan, vna ex præcipuis quinque Philiſthæorum, in qua habitabant Enacbim Gigantes, quos Ioſue, capta vrbe, delere non potuit[q]. Sorte ceſſit Tribui Iuda[r]; poſteà tamen in ſecunda ſortitione, data eſt Tribui Dan: cum enim Ioſue comperiſſet partes aſſignatas Tribui Dan & Simeonis non ſufficere, datæ ſunt eis aliæ in medio poſſeſſionis filiorum Iuda. Vnde in hac Tribu Dan & Simeonis multa reperies, quæ prius Tribui Iuda fuerant aſſignata. Ab *Azoto* nomen patrium *Azotius*[ſ], *Azotij*[t], *Azotidæ*[u], mulieres.

Azuba[x], vxor Caleb filij Eſron, filij Iuda. *Azuba*[y], [i. derelicta, deſerta, fortitudo eius in ea,] mater Ioſaphat, & filia Salai, qui & *Selahi*[z].

Azur[b], [i. adiectus, ſiue adiutor,] pater Hananiæ Pſeudoprophetæ. *Azur*[a], pater item Iezoniæ Principis populi.

v v. 39. x 1. Eſdr. 7. v. 3. y Cap. 6. v. 7. z 3. Reg. 4. v. 2. a v. 5. b 1. Paral. 6. v. 9. c 2. Paral. 15. v. 1. 8. d Cap. 21. v. 2. e Cap. 23. v. 1. f 1. Paral. 6. v. 10. g 2. Paral. 26. v. 17. 18. h Cap. 28. v. 12. i 4. Reg. 14. v. 21. k 2. Paral. 26. v. 1. l Cap. 29. v. 12. m Cap. 31. v. 10. 13. n Ierem. 43. v. 2. o 1. Eſdr. 7. v. 7. p Dan. 1. v. 6. q v. 7. r 2. Eſdr. 3. v. 23. ſ Cap. 7. v. 7. t 1. Machab. 5. v. 18. u v. 56. x Tob. 5. v. 18. y 1. Reg. 17. v. 1. 2. Eſdr. 11. v. 30. & Ierem. 34. v. 7. z Ioſ. 10. v. 10. 11. a v. 13. b 2. Paral. 11. v. 9. c Ierem. 34. v. 7. d 2. Eſdr. 3. v. 19. e Matth. 1. v. 13. f 2. Reg. 23. v. 31. g 1. Paral. 11. v. 32. h 1. Eſdr. 2. v. 23. & 2. Eſdr. 12. v. 29. i 1. Paral. 8. v. 36. k Cap. 9. v. 42. l Cap. 11. v. 32. m 2. Reg. 23. v. 31. n 1. Paral. 12. v. 3. o Cap. 27. v. 24. p Ioſ. 15. v. 46. & alibi paſſim.

B.

BAal[c], [i. Idolum aut dominans, ſubijciens, poſſidens,] filius Reia de ſtirpe Ioel, & pater Bee principis in Tribu Ruben. *Baal*[d] quartus ex filijs Abigabaon, ſiue Iahiel[e]. *Baal*[f], nomen commune cuicunque idolo: appropriatur tamen Aſtaroth idolo Sidoniorum. Hinc *Baali*[g], [i. idolum meum,] & *Baalim*[h], [i. idola.] Hinc etiam plurima ſcripturæ loca ſuam ſumpſere nomenclaturam cum aliquo nonnunquam adiuncto, diſtinctionis gratia, putà Baal-Hermon[i], *Excelſa Baal*[k]. Vnde Balac volebat, vt Balaam malediceret Iſraël.

Baala[l], vrbs in Tribu Iuda, & *Cariathbaal*, & *Chariathiarim*[m].

Baalath[n], [i. ſubiecta, ſeu poſſeſſa,] vrbs in Tribu Simeonis firmiſſima, quæ & *Baaath*[o], quam muniuit, & reſtituit Salomon.

Baalberis, [i. idolum fœderis, vel pacti, aut poſſidens fœdus, vel pactum,] idolum Sichimorum in Tribu Ephraim; vocabatur & *Berith*[p], cum quo filij Iſraël poſt mortem Gedeonis percuſſerunt fœdus, ædificato ibidem fano[q]: dederuntque poſtea Iſraëlitæ Abimelech filio Ierobaal ſeptuaginta pondo argenti de fano *Baal beris*[r] idoli.

Baalgad[ſ], [i. idolum fortunæ, vel felicitatis, exercitus, poſſidens felicitatem, vel exercitum,] ciuitas in Tribu Aſer, nomen ſumens à monte ſuper quem ædificata eſt.

Baalhaſor[t], [i. idoli atrium, aut poſſeſſor atrij,] locus iuxta Ephraim, vbi tondebantur oues Abſalon, quando occidit A.... fratrem ſuum.

Baalhermon[v], [i. idolum, poſſeſſor deſtructionis, ſiue anathematis.] vnus ex montibus vbi habitabant Gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Iſraëlem: ſuper iſtum montem idolo Baal inſigne templum fuit extructum[x].

Baalmaon[y], [i. idolum habitaculi, vel idolum ſiue dominium ex peccato,] oppidum in Tribu Ruben: vocatur & *Baalmeon*[z], & *Beelmeon*[a].

Baal-Pharaſim[b].... .

Baalſaliſa[c], [i. idolum ducis vel principis.] ciuitas Tribu Beniamin, vnde venit vir

q Cap. 11. v. 22. r Cap. 15. v. 46. ſ 1. Reg. 5. v. 3. t Ioſ. 13. v. 3. u 2. Eſdr. 13. v. 23. x 1. Paral. 2. v. 18. y 3. Reg. 22. v. 42. z 2. Paral. 20. v. 31. a Ierem. 28. v. 1. b Ezech. 11. v. 1. c 1. Paral. 5. v. 5. d Cap. 8. v. 30. e Cap. 9. v. 36. f Ierem. 2. v. 8. & alibi paſſim. vide tract. de nominibus commentitijs. g Oſee. 2. v. 16. h v. 17. i 1. Paral. 5. v. 23. k Num. 22. v. 41. l Ioſ. 15. v. 9. m v. 9. 60. n Cap. 19. v. 8. 3. Reg. 9. v. 18. o 2. Paral. 8. v. 6. p Iudic. 9. v. 4. q Cap. 8. v. 33. r Cap. 9. v. 4. ſ Ioſ. 11. v. 16. t 2. Reg. 13. v. 23. u Iudic. 3. v. 3. x Adrichom. y Ioſ. 13. v. 17. z Num. 32. v. 38. a Ezech. 25. v. 9. b 2. Reg. 5. v. 20. & 1. Par. 14. v. 11. c 4. Reg. 4. v. 42.

eum muneribus ad Eliſeum Prophetam.

Baalshamar [d],[i. idolum palmæ,aut commutationis,] vicus in Tribu Beniamin. vbi Tribus ipſa ab alijs Tribubus in prælio penè exciſa eſt.

Baalia [e], [i. dominus, aut Deus Idoli,] vnus ex fortiſſimis pugnatoribus qui transfugerunt ad Dauid, dum fugeret Saül. Similis eſt *Baaliada* [f], [i. idolum manifeſtum, poſſeſſor ſcientiæ,] vnus ex filijs Dauid: & *Baalis* [g] rex Ammonitarum, qui miſit Iſmaëlem,vt occideret Godoliam præpoſitum ſuper reliquias Iudæorum.

Baanna [h] filius Remmon Berothitæ de Tribu Beniamin. & frater Recbab, qui ambo percuſſerunt Isbozeth filium Saül, & atulerunt caput ad Dauid. *Baana* [i] filius Moſa de Tribu Beniamin. *Baana* [k] pater Heled vnius ex triginta ſeptem fortibus Dauid. *Baana* [l] filius Huſi, vnuſque ex duodecim præfectis qui præbebant annonam Salomoni. *Baana* [m] vnus ex Principibus qui ſoluta captiuitate rediere Ieroſolymam ſub duce Zorobabel. *Baana* [n] pater Sadoc vnius ex reſtauratoribus Ieruſalem.

Baaſa [o],filius Ahiæ [p],rex Iſraël,impius,qui muniuit vrbem Rama, vt non poſſet quiſpiam egredi, vel ingredi de parte Aſa regis Iuda.

Babel [q], [i. confuſio, ſiue commiſtio,] ciuitas & turris quam ædificabant filij Adam. Eadem ac *Babylon* [r], principium regni Nemrod, cum *Arach*, & *Achad*, & *Chalanne*,quæ ſunt in terra Sennaar. *Babylon* [ſ] item Prouincia, quæ & Babylonia, vnde Babylonij [t]. Babylon ſumitur pro Roma à D. Petro,dum ait : [ſalutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone collecta [v].]

Bagatha [x], [i. in torcuları,] vnus ex ſeptem Eunuchis, qui in conſpectu regis Aſſueri miniſtrabant. Cui ſimilis *Bagathan* [y],eiuſdem ſignificationis, Eunuchus, qui cum Thares conſpirauit in Aſſuerum regem.

Bahurim [z], [i. electi, ſiue iuuenes, ſiue in libertatibus,] oppidum & caſtrum in Tribu Beniamin, quovſque Phaltiel plorans, ſecutus eſt Michol vxorem ſuam, filiam Saül, cum reduceretur ad Dauidem. Hìc etiam Semei lapidibus impetijt & maledixit eundem Dauidem fugientem à facie filij ſui Abſalom [a].

Bala [b], [i. deglutiens, ſiue deſtruens,] quæ & Segor in Tribu Iuda, vna Pentapoleon, intuitu Lot ab igne cœleſti liberata. Vide *Segor* infrà. *Bala* [c], [i. inueterata, ſiue turbata,] ancilla Rachel,data Iacob in vxorem. *Bala* [d] filius Axas de Tribu Ruben. *Bala* [e], vrbs In Tribu Simeon. Similis eſt *Balac* [f] filius Sephor, qui vocauit Balaam, vt malediceret Iſraëli.

Balaam [g], [i. vetuſtas populi, deuoratio eorum,] filius Beor, ariolus pretio conductus à rege Balac, vt malediceret Iſraëli. *Balaam* [h] ciuitas in dimidia Manaſſe, intra Iordanem Leuitis ſeparata. Similes ſunt *Balaan* [i], [i. inueteratus, turbatus,] filius Eſer filij Seir Horrei : & *Baalath* [k] vrbs in Tribu Dan : dicitur & *Baalath* [l], à Salomone munita.

d Iudic. 20. v. 33.
e 1 Paral. 12. v. 3.
f Cap. 14. v. 7.
g Ierem. 40. v. 14.
h 2. Reg. 4. v. 2 & 3.
i 1. Paral. 8. v. 37.
k 2. Reg. v. 29. 39.
l 3. Reg 4. v. 16.
m 1. Eſdr. 2. v 2.
n 2. Eſdr 3. v. 4.
o 3. Reg 15. v. 17. & 2. Paral. 16. v. 1.
p 4. Reg 9. v 9.
q Gen. 11. v. 9.
r Gen. 10. v. 10
ſ 1. Eſdr. 7. v. 16.
t Cap. 4. v. 9.
v 1. Petri 5. v 13.
x Eſth. 1. v 10.
y Cap. 2. v. 21.
z 2. Reg 3. v. 16.
a Cap. 16. v. 3.
b Gen. 14. v. 2.
c Cap. 29. v. 29.
d 1. Paral. 5. v. 8.
e Ioſ. 19. v. 3. & 1. Paral. 4. v. 29.
f Num. 22. v. 1.
g v. 5. Ioſ. 13. v. 22.
h 1. Paral. 7. v. 70.
i Gen. 36. v. 27.
k Ioſ. 19. v. 44.
l 3. Reg. 9. v. 18.

Baladan [m], [i. ſine baſi, abſque imperio, vel abſque iudicio,] pater Berodach ſeu Merodach Baladan regis Babyloniorum : vterque enim dictus eſt Baladan. Similes ſunt *Balanan* [n], [i. idoli gratia, Dominus gratiæ,] filius Achobor, ſeptimus rex Edoni : & *Balanam* Gederites [o] præpoſitus a Dauide ſuper olineta & ficeta.

Baldad [p], [i. vetuſta dilectio, vel abſque dilectione, mamilla] Suhites, vnus ex tribus amicis Iob,qui ipſum in ſterquilinio poſitum inuiſerunt : Eos reges vocat Tobias [q]:potentiores enim quaſque ciuitates olim ſuos habuiſſe reges, ſatis patet ex libro Ioſue.

Baldeth [r], ciuitas in Tribu Iuda.

Baltaſſar [ſ],[i. non portans anguſtiam, vel non theſauriſans ; aut ex Syro & Hebræo ſcrutator theſauri : abſcondite theſauriſans, ſiue in malleatore theſauriſans, vel occultè portans anguſtiam,] filius Nabuchodonoſor magni, & vltimus Chaldæorum Monarcha, qui ſacris vaſis Templi prophanatis, ea nocte à Dario & Cyro occiſus eſt. *Baltaſſar*, cognomen Danielis Prophetæ [t].

Ramoth [u], [i. excelſa,] Mons vnde incipit valiis in Regione Moab, data Tribui Ruben.

Bamothbaal [x], [i. excelſa idoli,] ciuitas in Ruben, & in valle quæ incipit à Ramoth : diciturque Bamothbaal, quia in ea erat fanum dicatum idolo Baal ſupra verticem collis, vrbi prominentem.

Bana [y], filius Ahilud, vnuſque ex præpoſitis qui præbebant annonam Salomoni. Similis eſt *Banaa* [z], filius Moſa de Tribu Beniamin. Et *Bane*, ciuitas in Tribu Dan [a].

Banaia [b], [i. vnus ex Principibus nominatis in Tribu Simeon. *Banaia* [c], Pharathonites, vnus ex triginta ſeptem fortibos Dauidis. *Banaia* [d], vnus ex eis qui ſub Eſdra repudiarunt vxores alienigenas.

Banaias [e], [i. filius Domini, intelligentia Domini, ædificatio Domini,] Sacerdos, filius Ioiadæ, conſtitutus à Dauide ſuper legiones Cerethi,& Pheleti [f]. *Banaias* [g], vnus eorum qui ſub Dauide, poſt arcam Domini in neblis arcana cantabant. *Banaias* [h], vnus ex Sacerdotibus qui clangebant tubis coram arca Dei. *Banaias* [i], vnus ex præpoſitis ab Ezechia rege Iuda ſuper horrea Templi. *Banaias* [k], vnus eorum qui ſub Eſdra repudiarunt vxores alienigenas.

Bani [l], [i. filius meus, intelligentia mea, ædificatio mea,] & alter *Bani* [m], duo capita familiarum. *Bani*, alterque *Bani* [n], duo ex ſignatoribus cum Nehemia, iidem fortè cum præcedentibus.

Bara [o], [i. incendium, expurgatio,paſtus, iumentum,] rex Sodomorum,victus in valle ſilueſtri. *Bara* [p], altera ex vxoribus Saharaim,de Tribu Beniamin.

Barac [q], [i. fulgur, ſiue in vanum,] filius Abinoem, & Iudex qui cum Debbora liberauit Iſraëlem de manu Iabin regis Chananæorum. Similes ſunt *Barach* [r], [eiuſdem ſignificationis] ciuitas in Tribu Dan. Et *Barad* [ſ], [i. grando,] locus in deſerto Idumææ iuxta puteum viuentis & videntis. Et *Baracha* [t], [i. benedictio, aut genuflexio,] vnus ex

m 4 Reg. 20. v. 12. Iſai. 39. v. 1.
n Gen. 36. v. 18. & 1. Par al. 1. v. 49.
o Cap. 27. v. 28
p Iob. 2. v. 11.
q Cap. 2. v. 15.
r Ioſ. 15. v. 25.
ſ Dan. 5 v. 1. 22. 30 & 7 v. 1. & 8. v. 1.
t Cap. 1. v. 7. & 5. v. 12. & 10. v. 1.
u Num. 21. v. 9.
x Ioſ. 13. v. 17.
y 3. Reg 4. v. 12.
z 1. Paral. 8. v. 37. & 9. v. 43.
a Ioſ. 19. v 45.
b 1. Par. 4. v. 36.
c 2. Reg 23. v. 30.
d 1. Eſdr. 10. v. 43.
e 3. Reg. 8. v 18.
f 1. Paral. 18. v. 17.
g Cap. 15. v. 18. 20.
h v. 24.
i 2. Paral. 31. v. 23.
k 1. Eſdr. 10. v. 30.
l v. 29.
m v 34.
n 2 Eſdr. 10. v. 13. 14.
o Gen. 14. v. 2. 10.
p 1 Paral 8. v. 8.
q Iudic. 4. v. 6.
r Ioſ. 19. v 45.
ſ Gen. 16. v. 14.
t 1. Paral. 12. v. 3.

ex fortiſſimis pugnatoribus qui transfugerunt ad Dauid in Siceleg, cum fugeret Saul. Et *Barachia* [u], filius Aſa Leuites. Et *Barachel* [x], [i. benedicens Deum, aut genu flectens Deo,] pater Eliu, qui indignatus eſt aduerſus Iob, & amicos eius.

Barachias [y], filius Zorobabel de Tribu Iuda. *Barachias* [z], filius Samaa, & pater Aſaph vnus ex principibus cantorum Dauid. *Barachias* [a], pater Zachariæ Prophetæ. *Barachias* [b], pater Moſollam vnus ex reſtauratoribus Ieruſalem.

Baraſa [c], [i. in egeſtate, aut filij plaſmatio,] ciuitas in Tribu Gad & terra Galaad, munita & magna, quam expugnauit Iudas Machabæus, & occiſo omni maſculo ſuccendit igni.

Baria [d], [i. in malo, ſiue in clamore.] filius Aſer filij Iacob: dicitur & *Beria* [e]. *Baria* [f], princeps de Tribu Beniamin, habitantium in Aialon. *Baria* [g], filius Semei filij Gerſon filij Leui. *Baria* [h], [i. fugitiuus,] filius Semeiæ.

Barieſu [i], [i. filius Ieſu, filius ſalutis vel ſaluatoris,] ſeu Elymas, nomen Iudæi Pſeudoprophetæ, qui voluit auertere Sergium Paulum proconſulem à fide, propterea cæcitate percuſſus eſt à D. Paulo.

Barnabas [k], [i. filius conſolationis, vel exhortationis,] ſic cognominatus ab Apoſtolis Ioſeph Leuites, Cyprius genere, poſteà D. Pauli coapoſtolus [l].

Barſabas [m], [i. filius conuerſionis, aut iuramenti, aut ſaturitatis,] cognomen alterius Ioſeph, & qui cognominatus eſt iuſtus, cum Matthia, quis eorum in locum Iudæ proditoris cederet, ſorti expoſitus fuit. *Barſabas* [n] cognomen Iudæ, qui cum Paulo & Barnaba miſſus eſt Antiochiam.

Bartimæus [o], cæcus à natiuitate, quem Ieſus ſanauit. D. Hieronymus dicit corrupte legi, & ſcribendum Barſemæus, quod ſyriacè interpretatur filius cæcus, vel filius cæcitatis.

Baruch [p], [i. benedictus, vel genuflexus,] filius Neri, ſeu Neriæ [q], ſcriba Ieremiæ Prophetæ [r], & ipſe Propheta. *Baruch* [ſ], filius Zachæi, vnuſque ex reſtauratoribus Ieruſalem.

Baſan [t], [i. confuſio, vel ignominia,] regio Og regis, trans Iordanem data dimidiæ Tribui Manaſſe; à terræ vbertate commendata, vt poté quæ vliginoſis fertiliſſimiſque paſcuis abundaret; adeoque arietes, agnos, vaccas pinguiſſimè aleret, porcos maximè, quia copioſarum & præſtantiſſimarum quercuum, glandiumque feraciſſima, vt vel ex eo pateat, quod ex illa regione duo millia porcorum, Chriſti permiſſu in mare ſeu ſtagnum Geneſareth [u] præcipitati ſunt. Eius regionis oppida munitiſſima poſſedit Iair iudex de Tribu Manaſſe, & ſtirpe Galaad, vocauitque Baſan, ex nomine ſuo Hauoth-Iair, i. villa-Iair [x]: dicta eſt omnis Baſan terra Gigantum [y].

Baſcama [z], [i. confuſio, vel erubeſcentia iræ vel caloris,] oppidum regionis Galaad in Tribu Gad, in quo perfidus Tiiphon occidit Ionatham Machabæum, & filios eius.

u Cap. 9. v.16. x Iob. 32. v.2. y 1. Paral.3. v.20. z Cap.6. v.30. a Zach. 1. v.1. b 2. Eſdr.3. v.4. c 1 Machab. 5.v.26.28. d 1. Paral.7. v.30. e Gen.46. v.17. f 1. Paral.8. v.13. g Cap. 23. v.10. h Cap. 3. v.22. i Actor. 13. v.6.8.11. k Cap 4. v.36. l Cap. 13. v.2. m Cap. 1. v.3. n Cap. 15. v.22. o Marc. 10. v.46. p Ierem.32. v.12. q Cap.43. v.3. r Cap. 36. v.4. & Baruch 1.v.1. ſ 2. Eſdr.3. v.20. t Num. 21. v.33. & c. 31 v.33. u Matth.8. v.30. Marc. 5.v.13. x Deut.3. v.14. Iudic. 10.v.4. y Deuter.3. v.13. z 1. Machab. 13. v.23.

Baſcath [a], [i. maſſa, ſiue inflatio,] ciuitas in Tribu Iuda; eadem ac *Beſecath* [b], ex qua oriunda Idida, mater Ioſiæ regis Iuda.

Baſemath [c], [i. aromata, vel confuſio mortis,] filia Elon Hethæi, vnaque ex vxoribus Eſau: dicitur & Ada [d]. *Baſemath* [e], filia Iſmaël filij Abrahæ, altera eiuſdem Eſau vxor: quæ dicitur & Maheleth [f]. *Baſemath* [g], filia Salomonis, & vxor Achimaas vnius ex præpoſitis annonæ eiuſdem Salomonis.

Bathuel [h], [i. filiatio Dei, aut menſura Dei,] filius Nachor fratris Abrahæ ex Melcha, & pater Laban & Rebeccæ. *Bathuel* [i], ciuitas in Tribu Simeon.

Bazothia [k], [i. contemptus, vel deſpectiones eius,] ciuitas in Tribu Iuda.

Bean [l], ciuitas, eadem ac Beon, infrà.

Becher [m], [id. primogenitus, aut primitiæ,] filius Ephraim, & caput familiæ Becharitarum. Similis eſt.

Becher [n], eiuſdem ſignificationis] filius Beniamin: dicitur & *Nobaa* [o]. Et *Bechorath* [p], [i. primogenitura, vel primitiæ,] filius Aphia, vnuſque ex proauis Saulis, de Tribu Beniamin.

Beelſephon [q], [i. idolum Aquilonis, vel idolum occultum,] vrbs in Ægypto, non longè a mari rubro, iuxta quam caſtrametati ſunt filij Iſrael.

Beezebul [r], [i. idolum muſcæ, vel poſſeſſor muſcæ,] idolum Accaron [ſ]: appellatur à Gentibus *Priapus* [t], In cuius ſacris princeps fuit Maacha, mater pijſſimi Aſæ regis Iuda.

Beeri [u], [i. puteus, vel in luce,] Hetæus, pater Iudith vxoris Eſau. *Beeri* [x], pater Oſee Prophetæ.

Beer-Ramath [y], [i. puteus, vel declaratio celſitudinis, ſiue in luce excelſa,] vrbs in Tribu Simeon, eadem cum *Baalath*, quæ & *Baalathbeer*.

Begeai [z], [ſyriacè, intrinſecus,] Idem ac *Beguai* [a], vnus ex viris principibus, qui redierunt in Ieruſalem cum Zorobabele.

Bela [b], [i. deglutiens, aut deſtruens,] filius Beniamin, & caput familiæ Belaitarum. *Bela* [c], filius Beor, rex Edo.

Belga [d], [i. refrigerium, vel confortatio,] Princeps decimæ quintæ vicis Sacerdotalis. Similis eſt *Belgai* [e], eiuſdem ſignificationis,] vnus ex ſignatoribus fœderis poſt Nehemiam.

Bel [f], [i. nihil defluens,] idolum Babyloniorum. Similis eſt *Beliath* [g], [abſque iugo, peruerſus,] pro diabolo ſumitur.

Belſan [h], [i. vetuſtas dentis, aut vetus ebur,] vnus eorum qui redierunt Ieruſalem cum Zorobabel: & dicitur *Belſam* [i].

Benadab [k], filius Hazael regis Syriæ, eiuſque in regno ſucceſſor. Similis eſt *Benabinadab* [l], i. filius patris ſpontanei,] vnus præfectorum annonæ Salomonis.

Benadad [m], [i. dilecti, ſiue mamillæ,] filius Tabremon rex Syriæ, hoſtiſque regum Iſraël, cum quo Aſa rex Iuda, haud impunè, fœdus iniit [n]: Damaſcum in qua habitabat [o], muniuit, & ſplendidis ædificijs

a Ioſ. 15. v 39. b 4. Reg.22 v 1. c Gen.26. v.34. d Cap. 36. v.4. e Verſ.3. f Cap.23. v.9. g 3. Reg 4. v.5. h Gen. 22. v 23. i 1. Paral.4. v 30. k Ioſ. 15. v.28. l 1.Machab 5.v.4. m Num. 26 v 35. n Gen. 46. v.21. o 1. Paral.8. v. 2. p 1. Reg.9. v . q Num.33. v.7. Exod. 14.v.2. r 4. Reg.1. v.2.3.6. ſ 3. Reg. 15 v.13. t Vide ſupra, lib.2. tract. 7. de Numo. mob. comment. par. poſt.art.8. u Gen. 26. v.34. x Oſee.1. v.1. y Ioſ. 19. v.8. z 2. Eſdr.7. v.7. a 1. Eſdr. 2. v. 2. b Gen. 46. v.21. c Cap. 36. v. 32. d 1. Paral. 24.v.11. & 2. Eſdr. 12. v 18. e Cap.10. v.7. f Iſai. 46.v. 1. Dan. 14. v. 3.5. g Iudic.19. v 22. 1.Reg. 01.v.27. Nahum. 1.v.15. & 2. Corinth.6.v.15. h 1. Eſdr.2. v. 2. i 2. Eſdr.7. v. 7. k 4. Reg.13. v.3.24. l 3. Reg. 4. v.11. m Cap. 15. v 18. n 2.Paral.16. v 3. o 3 Reg. 15. v.18.

ornauit; de quibus Ieremias prophetans, ait[p]: [ſuccendam ignem in muro Damaſci, & deuorabit mœnia Benadad.

Beneiaacan[q], [i. filij coarctionis, vel anguſtiæ,] manſio filiorum Iſraël vigeſima octaua.

Benhur[r], [i. filius libertatis.]

Bendecar[ſ], [i. filius compunctionis.]

Benheſed[t], [i. filius miſericordiæ, vel opprobrij.]

Bengaber[u], [i. filius potentis.] Quatoor ex præfectis annonæ Salomonis in diuerſis locis, aliquàm inter ſe habentes nomen claturæ affinitatem.

Beniamin[x], [i. filius dexteræ,] filius duodecimus ac vltimus Iacob ex Rachel, ab ipſa matre Ben-oni, i. filius doloris mei, nominatus. *Beniamin*[y], Tribus ipſa ab eodem filio Iacob ſic nuncupata. *Beniamin*[z], vir quidam Leuites, vbi tamen vulgata legit Beniamin, in textu Hebræo eſt Miniamin, [i. de dextera, ſeu ædificatio dexteræ.]

Bennui[a], vnus eorum qui ſub Eſdra repudiauerunt vxores alienigenas. *Bennui*[b], filius Henadad, vnuſque ex teſtauratoribus Ieruſalem.

Beon[c], [i. in afflictione, vel in cantico,] inimicas Amorrhæorum vltra Iordanem, aſſignata Tribui Ruben: dicitur & *Bean*[d], vide ſupra.

Beor[e], [i. expugnatio, aut inſipiens,] pater Bela regis Edom. *Beor*[f], pater Balaam arioli.

Bera[g], [i. puteus,] locus in Tribu Dan ad quem fugit Ioathan filius Gedeonis à facie Ahimelech fratris ſui ſpurij, ac Tyranni. *Bera*[h], filius Supha de Tribu Aſer, & frater *Beri*[i]. Similis eſt *Berea*[k], [i. puteus eius,] vrbs non longe ab Ieruſalem.

Beria[l], [i. in malo, ſiue in clamore,] filius Aſer filij Iacob: dicitur & *Baria*[m]. *Beria*[n], filius Ephraim filij Ioſeph filij Iacob.

Berith[o], [i. idolum pactum ſiue fœdus,] idolum Sichimorum: dicitur & *Baalberit*[p], vide ſupra.

Berodach[q], [i. creans contritionem, creatio pauperis,] Baladan, filius Baladan, Rex Babyloniorum: dicitur & *Merodach*[r]. Hic miſit ad Ezechiam munera & legatos, vt interrogarent eum de portento, quo ſcilicet ſol retrogreſſus fuerat.

Beræa[ſ], Græciæ regio, in quam è Theſſalonica miſſus eſt Paulus, vnde & nomen patrium Pyrri Beræenſis[t].

Beromi[u], ciuitas in Tribu Beniamin, vnde erat Azmaueth, vnus ex fortiſſimis Dauid: nuncupatur etiam *Baurami*. Ille enim Azmaueth vocatur & Azmoth Bauramites.

Beroth[y], [i. putei;] ciuitas in Tribu Beniamin; vnde & nomen patrium Berothites pater Rechab alterius ex principibus latronum qui occiderunt Isboſeth[z]: & Berotbitæ[a], in plurali. *Beroth*[b], locus trans Iordanem, iuxta montem Hor, in quo mortuus eſt Aaron. *Beroth*[c], ciuitas Adarezer regis Syriæ, quo debellato, Dauid tulit ex ea, & Berote æs multum nimis: vnuſque ex terminis terræ ſanctæ à parte Septentrionali; de ea prophetauit Ezechiel.[d]

p cap. 49. v. 27.
q Num. 33. v. 31.
r 3. Reg. 4. v. 8.
ſ v. 9.
t v. 10.
u v. 13.
x Gen. 35. v. 18.
y 3. Reg. 4. v. 15.
z 2. Paral. 31. v. 15.
a 1. Eſdr. 10. v. 30.
b 2. Eſd. 3. 24
c Num. 32 v. 3.
d 1. Machab. 5. v. 4.
e Gen. 36. v. 32.
f Num. 22. v. 4
g Iudic. 9. v. 21.
h 1. Paral. 7. v. 38
i v. 37.
k 1. Machab 9. v. 4.
l Gen. 46. v. 17.
m 1. Paral. 7. v. 31.
n Cap. 7. v. 24.
o Iudic. 9. v. 46.
p.
q 4. Reg. 20. v. 12.
r Iſai. 39. v. 1.
ſ Actor. 17. v. 10.
t C. 20. v. 4.
u 2. Reg 23. v. 31.
x 1. Paral. 11. v. 32.
y Ioſ. 9. v. 17.
z 2. Reg. 4. v. 2.
a v. 3.
b Deuter. 10. v. 6.
c 2. Reg. 8. v. 8.
d Cap. 47. v. 16.

Berſabée[c], vrbs in Tribu Iuda, ſignificat puteum iuramenti; Abraham enim & Iſaac ibi cum Rege Geraræ, Abimelech ſuper illo puteo fœdus iuramento firmarunt[d]: puteus autem ille eſt iuxta vrbem, In qua poſteà iniuſte iudicabant Iſraëlem duo filij Samuëlis Ioël & Abia[e]. Eſt & ſolitudo *Berſabée*[f]. Similis eſt *Bethſabée*[g], [i. filia iuramenti, vel ſaturitatis,] filia Eliam, qui & Ammiel; vxor Vriæ Hetæi[h], quo proditoriè occiſo, Dauid eam duxit, genuitque ex ipſa Salomonem.

Berzellai[i] [i. ferreus,] Galaaditès de Rogelim, ſenex valdè, qui regem Dauid traduxit Iordanem. *Berzellai*[k], qooqne dictus eſt pater cuiuſdam Aceos, cum vnam de filiabus Berzellai Galaaditis accepiſſet vxorem. *Berzellai*[l], pater Hadrielis generi Saul.

Beſechat[m], ciuitas in Iuda. Idida filia Hadaia orta erat de Beſechat.

Beſeleel[n], [i. in vmbra Dei,] filius Hur filij Caleb, primi ex Ephrata vxore de Tribu Iuda; ſocius Achiſamech, ambo repleti ſpiritu Dei ad ſtructuram Tabernaculi. *Beſeleel*[o], vnus Iſraëlitarum de filijs Phahath Moab qui repudiarunt mulieres alienigenas[p].

Beſlath[p], vnus ex Natbinæis Templi: dicitur &

Beſloth[q].

Beſor[r], [i. euangelizatio, ſiue incarnatio,] torrens in Tribu Simeon, vbi ſubſtiterunt laſſi, dum ipſe Dauid cum alijs, contra Amalecitas irrueret.

Beſſur[ſ], eadem ac Bethſur, & Bethſura vide infrà.

Bete[t], [i. fiducia, vel confidentia,] vna ex ciuitatibus Adarezer regis Syriæ, ex qua Dauid tulit æs multum nimis. Similis eſt *Bethen*[u], [i. therebinthus,] vrbs in Tribu Aſer.

Bethabara[x], [ideſt domus tranſitus, ſeu nauiculæ,] locus in Tribu trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans. Pro *Bethaba* autem legitur alibi *Bethania*, eiuſdem ſignificationis, quia olim multas aquas ibi in nauicula pertranſibant Iordanem.

Bethacaram[y], [ideſt domus vineæ,] vicus in Tribu Beniamin, cuius Princeps Melchias portam ſterquilinij ædificauit. Colligitur fuiſſe in Tribu Beniamin ex Ieremia[z], vbi vocator

Bethacarem.

Bethanath[a], [ideſt, domus cantici, vel afflictionis,] ciuitas munitiſſima in Tribu Nephtali.

Bethania[b], [ideſt. domus obedientiæ vel afflictionis, aut domus cantici, aut domus gratiæ Dei,] vicus in Tribu Beniamin, vnde erat Lazarus, eiuſque ſorores Magdalena & Martha, & vbi Chriſtus Lazarum ſuſcitauit[c], diſtabat ab Hieroſolymis ſtadijs quam quindecim. *Bethania*, locus in Tribu Beniamin, quæ & Bethabara, vide ſupra

Bethanoth[d]. ciuitas in Tribu Iuda.

Betharan[e], [ideſt. domus mentis eorum,] ciuitas in Tribu Gad, vnde & vallis Bethcan.

c 3 Reg. 19. v. 3.
d Gen. 21. v. 31. 32. 33. & cap. 26. v. 23. 33.
e 1. Reg. 8. v. 1. 2.
f Gen. 21. v. 14.
g 3. Reg. 1. v. 11. & Cap. 2. v. 13.
h 2. Reg. 11. v. 3. & cap. 12. v. 24.
i Cap. 17. v. 27. & cap. 19. v. 31.
k 1 Eſdr. 2. v. 61. & 2. cap. 7. v. 63.
l 2. Reg. 21. v. 9.
m 4. Reg. 22. v. 1.
n Exod. 31. v 2. & 2. Paral. 2. v. 20.
o 1. Eſdr 8. v 32.
p Cap. 2. v. 52.
q 2. Eſdr. 7. v 14.
r 1. Reg. 30. v. 9.
ſ Ioſ. 15. v. 59.
t 2. Reg. 8. v 8.
u Ioſ. 19. v. 25.
x Ioan. 1. v. 28.
y 2. Eſdr. 3. v. 14.
z Cap. 6. v. 1.
a Ioſ. 19. v. 38. Iudic. 1. v. 33.
b Math 21. v. 17. & cap. 26. v. 6.
c Ioan. 11. v. 1.
d.
e Num 32. v 36 & Ioſ. 13. v. 27.
f Ioſ 3. v.

Betharaba,

— g Cap. 15. v.61. — h Cap. 18 v.22.

Betharaba [g], [i. domus deſerti ,] vrbs in deſerto Tribus Iuda. *Betharaba* [h], ciuitas in Tribu Beniamin.

— i 1 Reg 13. v.5. & 14. v.23, Oſeæ 4.v.15. — k Ioſ 18. v.22.

Bethauen [i], [i. domus vanitatis , vel idoli, aut domus fortitudinis, vel iniquitatis,] vrbs in Tribu Beniamin , iuxta eam vrbem eſt ſolitudo *Bethauen* [k].

— l 2. Eſdr. 7. v. 28.

Beth-azmoth [l], [i. domus fortitudinis mortis,] ciuitas in Tribu Beniamin : eadem ac *Azmaneth*, vt ſupra.

— m Iudic. 7. v.24.

Bethbera [m], [i. domus electa , aut domus puritatis, ſiue frumenti eius,] locus in dimidia Manaſſe intra Iordanem.

— n 1. Paral 4. v.31.

Bethberai [n], [i. domus creatoris, vel pinguedinis,] ciuitas in Tribu Simeon.

— o 1.Machab 9.v.62.64.

Bethbeſſen [o] , [i. domus confuſionis , vel erubeſcentiæ ,] locus in Tribu Beniamin , ſitus in deſerto , quem reſtaurauit Ionathas Machabæus , & turribus muniuit.

— p 1. Reg. v. 11.

Bethchar [p] [i.domus agni,ſiue cognitionis,] vrbs in Tribu Dan, ad cuius vſque vicinum locum filij Iſraël perſecuti ſunt , & percuſſerunt Philiſtæos : & in eo loco Samuel erexit lapidem & titulum victoriæ ; vocans eum, lapidem adiutorij.

— q Ioſ. 19. v.27. — r Cap. 15. v.41.

Bethdagon [q], i. [domus frumenti eius ,] ciuitas in Tribu Aſer. *Bethdagon* [r], ciuitas in Tribu Iuda.

— ſ Gen. 12. v.8.

Bethel [ſ], [i. domus Dei ,] prius Luza dicta, vrbs in Tribu Beniamin , alto in monte ſita. Hic Iacob pergens in Meſopotamiam, ſuoque capiti lapide ſuppoſito , dormiens ſub dio, vidit in ſomnis ſcalam de terra ad cœlum expanſam , & Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes per eam ; quapropter expergefactus , vocauit locum illum *Bethel* [t].

— t Cap. 18. v.19.

Frequentabatur is locus,orationis cauſa. Et in eum aſcendenti Elizæo illudentes pueri ab vrſis lacerati ſunt.

— u 3. Reg.12 v.29.

Bethel [u] , ciuitas in Tribu Beniamin , nomen habens à monte Bethel, ſuper quem ædificata eſt; vbi Ieroboam poſuit vnum ex vitulis aureis adorandum.

— x Ioſ. 19. v. 27.

Bethemec [x], [i. domus vallis , vel profunditatis,] vrbs in Tribu Aſer.

Bether , [i. diuiſio, ſiue in turture, aut in exploratione, vel contemplatione,] montes fœcundi & nemoroſi , adeoque capreis hinnuliſque ceruorum paſcendis idonei, de quibus ſponſa [y].

— y Cantic. 2 v.17. — z 1. Paral.2 v.52.

Bethgader [z], [i. domus muri , vel maceriæ,] nomen loci, cuius Hariph, pater ac dominus erat.

— a Ierem. 48. v.23.

Bethgamul [a], [i. domus retributionis,] ciuitas in terra Moab.

— b 3. Reg.4. v.9.

Beth-hanan [b], [i. domus gratiæ, ſiue miſericordiæ,] ciuitas in Tribu Iuda.

Beth-horon, vide infra Bethoron.

— m Ioſ.13.v. 20. Ezech. 25. v. 9. — n Num.33. v 49.

Bethieſimoth [m] , [i. domus deſolationum,] vrbs in campeſtribus Moabitarum, data Tribui Ruben. Dicitur & *Bethſimoth* [n], vide infrà.

— o Ioſ.19. v.6.

Bethlebaoth [o], [i. domus leænarum,] ciuitas in Tribu Simeon.

— p Gen.35. v.19. — q Ibidem. — r 1. Paral. 2. v.24. — ſ Ruth.4.v. 11. Pſal.131. v.6.

Bethlehem [p] , [i. domus panis ,] Prophetice ſic dicta , propter eum panem , qui ibi de cœlo deſcendit. Vocatur & *Ephrata* [q], ab vxore Caleb , cui nomen Ephrata [r], à qua & circumiacens regio , Ephrata dicta [ſ] eſt. Nuncupatur etiam *Labem* [t] , ſita eſt in monte mediocriter alto , ſex milliarijs ab Ieroſolyma diſtans , vt teſtatur Seuerus Sulpicius , qui eam oram ipſe inuiſit ; ibidemque ſex menſibus egit cum D. Hieronymo. Regio illa rerum omnium copiam præſtat , vini potiſſimùm. Via qua ab Ieruſalem itur in Bethlehem vſque adeò ſui amœnitate , arboribus, hortis, & herbis odoriferis tranſeuntes delectat , vt Chriſti natiuitatem & incunabula oculis repræſentare videatur.

— t 1. Paral. 4. v.21.

Bethlehem Dauidis patria , totiuſque regiæ ac ſtirpis Iuda ſeminarium fuit, vnde & ciuitas Dauid [u], non rarò appellatur.

— u 1. Reg.16. v.6.

In orientali illius extremitate , rupes quædam , non multùm à muro diſſita , & in ea excelſum præſepe , in quo ſanctiſſima Deipara Chriſtum natum reclinauit [x].

— x Luc. 2. v 7.

In hoc ſpecu poſteà repoſitum fuit à Gentibus Adonidis ſimulachrum ; ſed tantum ſcandalum haud paſſa pijſſima Conſtantini mater Helena, illud antrum eximijs monimentis exornare ſtuduit, conſtructa ſuper ipſum Eccleſia , eâ magnificentiâ & elegantiâ , vt ſuperior eius concameratio ex marmore , quatuor itidem marmoreatum columnarum ordinibus ſuſtentaretur , quarum multitudo ac magnitudo miraculum , ordo enim quilibet quinquaginta columnas habet , eo artificio, ſumptuque , vt vel ipſa materia ſui pretio cuiuſuis æſtimationem vinceret : ſuper ipſas columnas nauis Eccleſiæ innititur , opere vermiculato quæ totius Veteris Teſtamenti exhibet hiſtorias , ab exordio mundi vſque ad Chriſti ortum miro artificio & colorum varietate diſtinctas. Parietes tabulis ex alabaſtro pretioſiſſimis ſunt incruſtati, tanta opulentia ac decore vt aliquando Sultanus , forma & pretio illectus , ſacratiſſimo Templo manus ſacrilegas admouerit , iubens Latomis vt è parietibus eas induſtriè ſubmouerent , & pro palatio ſuo in Babyloniam tranſportarent ; verùm vt illi acceſſerunt tabulas amoturi , mox ex ſolido pariete miræ magnitudinis ſerpens prodijt , quo viſo , prophanus Princeps iuſſum reuocauit , & de Templo exijt , ſimulque ſerpens diſparuit , cuius tamen etiamnum ſeruatur memoria : adeò vt Turcæ & Sarraceni reuerenter hoc Templum frequentent. Totum eius pauimentum ſtratum eſt ex marmore. In ſuperiore Templi parte , orientem verſus , altare erectum eſt eo loco vbi Magi cum muneribus Chriſtum adorauerunt. Inde per decem gradus deſcenditur ad locum natiuitatis , vbi menſa eſt marmorea & candida , in qua & ſacrum peragitur : tota denique capella marmore & auro exornata eſt. Præſepe Chriſti poſtea Romam tranſlatum eſt , vbi in Templo S. Mariæ Maioris aſſeruatur. Neque longè à Templo locus eſt circumciſionis. Cripta quoque inuiſitur ad Auſtrum , in qua multa Innocentium corpora fuerunt congeſta ; quibus etiam templum extruxit S. Helena [y].

— y Ita Euſe Niceph. Adrichom. & alij.

In exitu Templi ad Aquilonem habetur clauſtrum Fratrum Minorum Ordinis Seraphici P. Franciſci. Conſtruxit ibi poſteà S. Paula monaſteria quatuor , & diuerſas pro

pater Sebæ perduellis qui inſurrexit in Dauidem. Similis eſt *Bocru* [l], [i. primogenitus,] ſecundus è ſex filiis Aſel de Tribu Beniamin. Et vtcunque *Borith* [m], herba acidiſſimi ſaporis, dicta ſaponaria, & herba fullonum.

Boen, vide ſuprà *Aben-boen.*

Boniportus [n], locus in Creta iuxta ciuitatem Thalaſſam, ad quem adnauigauit Paulus.

Bonni [o], [i. ædificans, ſiue adoptans, aut intelligens me,] vnus ex triginta ſeptem fortibus Dauid. *Bonni* [p], vnus ex Leuitis qui ſurrexerunt ſuper gradum Leuitarum. *Bonni* [q], pater Omrai: Similis eſt *Boni* [r], filius Somer de filijs Merati.

Booz [s], [i. in fortitudine,] filius Salmon de Tribu Iuda, conſanguineus Elimelech Bethlemitæ, & qui Ruth Moabitidem duxit, vt ſuſcitaret ei ſemen. *Booz* [t], nomen ſecundæ columnæ lateris ſiniſtri in porticu Salomonis; ac ſi dixiſſet Salomon, in ea diuino fortitudo & perennitas, & nunquam corruet.

Boſes [u], [i. cœnum, aut ipſe flos,] ſcopulus præruptus in Tribu Beniamin, cui ex oppoſito imminet alius, qui dicitur Sene: Hos vt generosè pertranſiit Ionathas cum armigero, proſtrauit Philiſtæos.

Boſphorus [x], anguſtas maris fauces ſignificat, à meabili bouis tranſitu, impoſito nomine[y]. Sunt autem duo *Boſphori*, Thracius & Cimmerius, tanta vterque anguſtia, vt alitum cantus ab vlteriore littore inuicem audiatur, & humanæ vocis maneat commercium. Thracius Boſphorus iuxta Byzantium ſeu Conſtantinopolim eſt, quingentorum non amplius paſſuum freto, Aſiam dirimens ab Europa. Ait fabula: Io puellam, in vaccam commutatam, per haſce anguſtias in Aſiam tranſnauiſſe; indeque fretum illud Boſphori nomen traxiſſe. Cimmerius in introitu eſt Mæotidos paludis iuxta Tauricam Cherſoneſum, duorum millium paſſuum latitudine, per quem Palus Mæotica in Pontum diffluit: dicitur Cimmerius à Cimmerijs populis, qui partem illius incolunt.

Boſor [z], [i. munitio, vel vindemia, ſiue in tribulatione,] in Tribu Ruben ciuitas refugij & Leuitica, ſita in ſolitudine campeſtri, capta à Iuda Machabæo [a]. *Boſor* [b], filius Supha filia Elem.

Boſra [c], [i. grege eius, aut in diuitiis,] ciuitas in Manaſſe trans Iordanem, Leuitis tradita. *Boſra* [d], in Idumæa, de qua prophetauit Iſaias: vnde erat Zara pater Iobab ſeu ſancti Iob; & hæc non idem ſignificat cum Boſra præcedente, ſed cum Boſor.

Brie [e], [i. in malitia, vel in ſocietate,] filius Aſer filij Iacob, caput familiæ Brieritarum.

Bubaſtus, vel *Bubaſtum* [f], Heroum ciuitas eſt prope Peluſium ad oſtium orientale Nili, ab ea circumiacens regio, & adiacens fluuius Bubaſtus vocatur. Erat in ea celebre Dianæ Templum, ideoque ab Ethnicis ſancta vocatur [g].

Bugeus [h], nomen cuiuſdam loci, vnde erat ſuperbus hoſtis Iudæorum Aman.

Buz [i], [i. contemptus ſiue deprædatus,] filius Nachor ex Melcha. *Buz* [k], pater Iedo de Tribu Gad. *Buz* [l], in Idumæa, vnde erat Eliu filius Barachel, qui dicitur Buzites [m]. Iſta terra dicitur Bua à prædicto Buz Nachoris filio. Similis eſt *Buzi* [n], pater Ezechielis Prophetæ, & ſacerdotis.

[l] 1. Paral. 8. v. 38. & cap. 9. v. 44. [m] Ierem. 2. v. 22. [n] Actor. 27. v. 8. [o] 2. Reg. 23. v. 36. [p] 2. Eſdr. 9. v. 4. 5. [q] 1. Paral. 9. v. 4. [r] Cap. 6. v. 46. [s] Ruth. 2. v. 2. & cap. 4. v. 13. & 1. Paral. 2. [t] 2. Paral. 3. v. 17. & 3. Reg. 7. v. 21. [u] 1. Reg. 14. v. 4. [x] Abdiæ v. 20. [y] Plin. lib. 6. cap. 1. [z] Deuter. 4. v. 43. Ioſ. 21. v. 36. & 1. Paral. 6. v. 78. [a] 1. Machab. 5. v. 36. [b] 1. Paral. 7. v. 37. [c] Ioſ. 21. v. 27. [d] Cap. 34. v. 6. 36. [e] Num. 26. v. 44. [f] Ezech. 30. v. 17. [g] Ouid. metamorph. 9. [h] Eſth. 12. v. 6. [i] Gen. 22. v. 21. [k] 1. Paral. 5. v. 14. [l] Ierem. 25. v. 23. [m] Iob. 32. v. 2. [n] Ezech. 1. v. 3.

C

C*Aath* [o], [i. congregatio, obtuſio,] ſecundus filius Leui, & auus Aaron; a quo Caathitæ [p].

Cabſeel [q], [i. congregatio Dei,] ciuitas in Tribu Iuda, patria Bananiæ viri fortiſſimi.

Cabul [r], [i. compeditus, defluens,] terra in Tribu Aſer, complectens viginti ciuitates, non procul à Tyro diſſitas, quas Salomon dederat Hiram Tyriorum regi, quæ cum perluſtratæ ei diſplicuiſſent, appellauit eas terram Cabul. Terra *Cabul.* i. compedum, quia terra illa lutoſa aut arenoſa, quaſi compedibus pedes hominum retinebat. Illa quippe vox, Phœnicum lingua, quod diſplicet ſignificat, teſte Ioſepho [ſ], l. 8. ant. c. 2. n. 164. vocatur hæc terra *Chabalon.*

Cademoth [t], [i. incendium, vel incuruatio mortis,] ciuitas in Tribu Ruben. De ſolitudine huius Cademoth, miſit Moyſes nuntios ad Sebon regem Heſebon [v]: dicitur & *Codimoth* [x], & *Iaſer-Ieſhſon* [y].

Cades [z], [i. ſanctitas,] vrbs in deſerto Sin, & manſio trigeſima octaua: ibi mortua ac ſepulta eſt Maria ſoror Moyſis [a]: dicta eſt & fons Miſphat [b], id eſt fons iudicij aquæ contradictionis Cades [c], qui locus prioris, vt crediderim, eſt explicatio. *Cades* [d], vrbs olim regia [e] data Tribui Iuda [f]. *Cades* [g], vrbs in Tribu Nephtalim. Ioſue 19. v. 37. vbi *Cedes* vocatur Tyriorum agro & regioni Galilææ propinqua: ideoque dicitur *Cades* quæ eſt in Galilæa putà Gentium, dicitur & *Cedes*, ibi Ionathas Machabæus debellauit Demetrij Principes, validumque eius exercitum. *Cades* [i], ſeu *Cades-Barne*, [i. ſanctitas filij, aut ſanctitas frumenti,] locus in deſerto Pharan, vnde miſit Moyſes duodecim exploratores terræ ſanctæ.

Cadumim, torrens in Zabulon [k].

Cæſar [l], commune nomen Romanorum Imperatorum, à Iulio Cæſare ſic nuncupato à cæſa matris aluo, ea qua aliquis ex illa familia in lucem prodiit; vel à cæſarie, vel capillatura, cum qua ortus eſt; vel quod cæſios ac glaucos habuerit oculos. Et à diuerſo ſubinde Cæſare nonnullæ vrbes dictæ Cæſareæ, tres maximè ſcriptura memorat, nec tamen eas diſtinguit, niſi Cæſaream Philippi. Eſt ergo Cæſarea Palæſtinæ; Cæſarea Philippi; & Cæſarea Cappadociæ.

Cæſarea Paleſtina [m], in Tribu Manaſſe intra Iordanem ſita. Turris Stratonis priùs vocata; ea Ioſepho ciuitas Iudææ maxima, opulentiſſima & munitiſſima; cingitur ab Occidente mari magno ſeu Mediterraneo; ab Oriente, palude dulci & profunda, in qua eſt multitudo Crocodillorum. Hanc Herodes magnus metu defectionis Iudæorum, toti genti quaſi arcem impoſuit, & marmoreis ædificiis exornauit, portumque addidit, in tempeſtatibus tutiſſimum; Templum Cæ-

[o] Gen. 46. v. 11. [p] Num. 26. v. 57. & 1. Paral 6. v. 1. 54. [q] Ioſ. 15. v. 21. & 2. Reg. 23. v. 20. [r] Ioſ. 19. v. 27. 3. Reg. 9. v. 13. [ſ] Lib 8. antiq. c. 2. n. 164. [t] 1 Paral. 6. v. 79. Deut. 2. v. 26. [v] Ibid. [x] Ioſ. 13. v. 18. [y] Cap. 22. v. 36. [z] Num. 33. v. 36. [a] Cap. 20. v. 1. [b] Gen. 14. v. 7. [c] Ezech. 47. v. 19. [d] Gen. 16. v. 14. & cap. 20. v. 1. [e] Ioſ. 12. v. 21. [f] Cap. 15. v. 23. [g] 1. Machab. 11. v. 63. [i] Num. 13. v. 27. [k] Iudic. 5. v. 21. [l] Matth. 22. v. 17. [m] Actor. 8. v. 40. & cap. 10. v. 1. 24. & paſſim in Actib. Apoſt.

ſari Auguſto extruxit à longè conſpicuum, ipſiuſque ſtatuam in eo poſuit, vnde nomen vrbi Cæſarea; in cuius dedicatione, maxima fuit ſolemnitas, inſtituti ludi quinquennales, & Auguſto dedicati, quos cum poſteà Herodes Agrippa celebraret, neque adulatores (qui fulgore veſtis eius, & eloquio perſtricti, Deum acclamabant) compeſceret, ab Angelo percuſſus, & à vermibus depaſtus, interijt. Hic Cornelius Centurio à Petro Apoſtolo baptizatus, primus in ea Epiſcopus fuiſſe, traditur. Hic Agabus Propheta zona D. Pauli ligatus eſt, & ipſe Paulus biennio detentus in vinculis, à Feſto Cæſarem appellauit. Porrò Cæſarea hæc cum fidem Chriſti fuiſſet amplexa, Archiepiſcopali ſede eſt inſignita, habuitque ſub ſe Epiſcopatus viginti, Ieroſolymitanum inter alios.

Cæſarea Philippi [n] in Tribu Dan ad radices montis Libani ſita eſt iuxta Iordanis fontem, à Philippo Tetrarcha Ituræ & Thraconitidis, filio Herodis magni, & fratre Herodis Agrippæ qui Ioannem decollauit, amplliata, & in Tyberij Cæſaris honorem, Cæſarea appellata; cum primum Lais, deinde Dan [o], & poſtrà Panras à Paneade fonte eam alluente, dicta eſſet: eius fit mentio apud Matthæum [p], & Marcum [q] qui memorat caſtella Cæſareæ Philippi.

n Luc. 3. v.1.
o Iudic. 18. v.29.
p Cap. 16. v.13.
q Cap. 8. v. 27.

Cæſarea Cappadociæ metropolis, cuius in actibus Apoſtolorum [r] fit mentio, vbi dicitur de Paulo: [profectus ab Epheſo, & deſcendens Cæſaream, aſcendit & ſalutauit Eccleſiam, & deſcendit Antiochiam.] Neque tamen improbabile eſt, hanc eſſe Cæſaream Palæſtinæ.

r Cap. 18. v. 22.

Cainan [ſ], [i. poſſeſſor, aut lamentator, vel nidus,] filius pijſſimi Enos. *Cainan* [t], filius Arphaxad: hic vulgò dicitur iunior à Chronologis, nec eſt in codicibus Hebræis, ſed in 70. Interpretibus; & apud D. Lucam vterque eſt in Chriſti linea. Similis eſt *Cain* [v], [i. poſſeſſio, vel poſſeſſus,] primogenitus Adam, à facie Dei eiectus. Item *Caius* ſeu *Gaius* [x] Macedo, comes D. Pauli, eiuſque hoſpes [y].

ſ Gen. 5. v.9. Luc. v.37.
t Cap. 3. v.36.
v Gen. 4. v.1.
x Actor. 19. v.29.
y Rom. 16. v.23.

Calano [z], [i. conſummatio eius,] ciuitas Babyloniæ.

z Iſai. 10. v.9.

Caleb [a], [i. ſecundum cor, aut canis,] filius Heſron, & frater Ierameel, de Tribu Iuda, qui ex Azuba genuit Ierioth; eaque defuncta, ex Ephrata genuit Hur, auum Bezeleel: dicitur & *Calubi* [b], [i. caninus.] *Caleb* Cenezæus, filius Iephone, & de Tribu Iuda, vnuſque duodecim virorum qui ex vnaquaque Tribu miſſi ſunt à Moyſe ad explorandam terram Chanaan, quam ipſe ſolus vnà cum Ioſue poſteà intrauit: tique data eſt Hebron cum villulis ſuis, quod & territorium dicitur Caleb [c].

a 1. Paral. 2. v.9.18.44.
b Verſ. 9.
c Num. 13. v 8. Ioſ. 14. v.14. 1. Reg. 30. v.14.

Calubi [d], idem ac Caleb primus, vide ſupra.

d 1. Paral. 2. v.9.

Camera Paſtorum [e], vbi Iehu inuenit quadraginta duos cognatos Ochoziæ regis Iuda, & iugulauit eos. Pro camera paſtorum, hebraicè eſt *Beth heked harouim*, [i. domus ligationis paſtorum, vbi ſcilicet ligantur oues ad tonſionem.

e 4. Reg. 10. v.12.13.14.

Camon [f], [i. reſurrectio, ſiue confirmatio,] locus in dimidia Tribu Manaſſe trans Iordanem, in quo Iair iudex ſepultus eſt.

f Iudic. 10. v.5.

Campeſtria Deſerti [g], ſeu planities Iericho [h], & campus Iericho [i], per quem fugiens Sedechias rex Iuda, comprehenſus eſt à Chaldæis [k]. *Campeſtria* Philiſtiim [l], quod ſic intellige: i. Campeſtria Iuda, ſeu habitantes in campeſtribus Iuda obtinebunt Philiſtæos, & poſſidebunt regionem Ephraim, &c. Sunt & Campi Syluæ [m] in Tribu Iuda, non longè ab Ephrata.

g 2. Reg. 15. v.28. & 17. v.16.
h 4. Reg. 25. v.5.
i 1. Machab. 16. v.11.
k Adrichom.
l Abdiæ v.19.
m Pſal. 131. v. 6.

Campus Maſphe [n] in Tribu Aſer propè aquas Maſerephot: eouſque perſecutus eſt Ioſue Chananæos. *Campus* magnus [o], qui appellatur Ragau, circa Euphratem & Tygrin & Iodaſon: dicitur & Campus Erioch regis Elicorum, in quo Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum vicit Arphaxad regem Medorum. *Campus* magnus [p] qui eſt iuxta Dothain in Galilæa. Planities eſt Galilææ rebus omnibus ita affluens, vt in eam natura omnia ſua contuliſſe videatur. Dicitur & *Campus Mageddo* [k], ſeu *Mageddon* [l], vbi pius Ioſias rex Iuda à ſagittarijs Nechao regis Ægypti vulneratus obijt. *Campus* [m] Iericho, ſeu Campus ſolitudinis Ierichontinæ, idem ac Campeſtria deſerti, ſuprà. *Campus* [n] iuxta flumen Chobar, ad quem Egreſſus eſt Ezechiel ex præcepto Domini. Idem fortè eſt *Campus* [o] plenus oſſibus, ad quem in ſpiritu eductus fuit idem Propheta: ibi enim erant oſſa arida, i. Iudæi in captiuitate penè exſucci & emortui. *Campus* [p] dura, in quo Nabuchodonoſor ſtatuam ſuam auream ſtatuit, & adorari iuſſit, quod tres pueri, principeſque Iudæorum renuentes, in fornacem miſſi ſunt illæſi [q]. *Campus* magnus intra Iordanem, contra faciem Bethſan [r]. *Campus* propè Azotum [ſ], vbi Ionathas & Apollonius præliati ſunt. *Campus Taneos* [t], in quo mirabilia fecit Moyſes coram Pharaone, ſeu etiam in ipſa Ægypti vrbe antiquiſſima ac nobiliſſima, quæ dicitur Tanis, quæ condita fuit ſeptem annis poſt Hebron [u], in cuius Principes inuehitur Iſaias [x]. *Campus* Aſor [y] propè Geneſar. *Campus* [z] vbi erat torrens, iuxta quem Ioannes & Iudas Machabæi expugnauerunt Cendebæum.

n Ioſ. 11. v.8.
o Iudith. 1. v. 6.
p Iudith. 1. v.8. & 4. v.5. 1. Machab. 12. v. 49.
k 2. Paral. 35. v.22.
l Zachar. 12. v. 11.
m 1. Machab. 16. v. 11.
n Ezech. 3. v.22.
o Cap. 37. v.1.
p Dan. 3. v.1.
q Verſ. 17. &c.
r 1. Machab. 5. v.52.
ſ Cap. 10. v.78.
t Pſal. 77. v.12.
u Num. 13 v.23.
x Cap. 19. v 11.13.
y 1. Machab. 11. v.67.
z Cap. 16. v.5.

Camuel [a], [i. ſurrexit Deus, vel ſuſcitauit aut confirmauit eum Deus,] filius Nachor fratris Abraham ex Melcha pater Syrorum: in textu Hebræo eſt pater Aram, quod nomen Syros ſignificat. *Camuel* [b], filius Sephtan, & vir Princeps de Tribu Ephraim, vnuſque eorum quibus præcepit Deus, vt diuiderent terram Chanaan. *Camuel* [c], pater Haſabiæ, qui præerat Leuitis, tempore Dauidis.

a Gen. 22. v 21. & 1. Paral 27. v.17.
b Num. 34. v.24 29.
c 1. Paral. 27. v.17.

Cana [d], [i. zelus, æmulatio, poſſeſſio, vel acquiſitio, vel emptio, lamentatio, calamus,] ciuitas in Tribu Aſer: dicitur & Cana maior, ad diſtinctionem ſequentis. *Cana* [e] in Tribu Zabulon, quæ & Cana minor: dicitur & Cana Galilææ [f], quia eſt in Galilæa ſuperiori, ſeu gentium. Ibi Chriſtus aquam in vinum mutauit ad nuptias. Hinc patrium nomen Chananæus, ſic enim vocabatur Simon Apoſtolus, & interpretatur Zelotes, aut æmulator [g].

d Ioſ. 19. v 28.
e Hierony. in locis hebraicis, littera. C.
f Ioan. 2. v 1.
g Matth. v.4.

Canath [h], [i. emptio, ſiue poſſeſſio,] ſeu

h 1. Paral. v 23.

Canath, & *Nobe* [i], Nobe enim eam occupatam, vocauit nomi .e ſuo.

Caphara [k], ciuitas in Beniamio; eadem ac *Caphira* [l], & *Cephira* [m], vide infra.

Capharnaum [n], [i. villa conſolationis, aut propitiatio pœnitentiæ,] glorioſum & præclari nominis emporium erat, iuxta ſtagnum Genezareth, & ex primatiis regionis Decapoleos vrbibus, vna; reliquis pulchritudine & opibus præcellens, ſed Chriſti inhabitatione illuſtrior. Is enim relicta patria ſua ciuitate Nazareth, in qua conceptus & educatus fuerat, Capharnaum ſibi habitationem elegit: ibi primum cœpit palam prædicare, & cum electis ſuis Apoſtolis trieunium duxit; ideoque & ſua ciuitas dicitur [o]. Hîc in domo ſua confertam hominum turbam docens, paralyticum per tectum io lecto ante ſe dimiſſum, primum à peccatis, deinde & à paralyſi, dicto curauit [p]. Ibidem duobus cæcis viſum reddidit [q], & Dæmonia cum mutum curauit [r]. Hîc in platea ambulans paralyticum Centurionis ſeruum ſanauit. Hæmoroiſſam à ſanguinis profluuio liberauit, moxque Iairi Archiſynagogi ædes ingreſſus duodennem eius filiam mortuam voce ſua ſuſcitauit. Hîc in magnifica illa, quam Centurio ille, gentilis licet extruxerat, Synagoga, diuinitatis ſuæ præclara exhibuit argumenta. Spiritum enim immundum qui eum Sanctum Dei confitebatur, ſuo imperio ex homine expulit. Et coram frequente hominum turba, quam pridiè pane corporali refecerat, egregio ſermone de ſe pane vero & viuo diſſeruit [ſ]. Cæterùm cum huius vrbis incolæ diuitiis & (quæ ex eis plerumque emanant) faſtu ac ſuperbia nimis elati, neque eius concionibus, nec plurimis miraculis, ad agendam pœnitentiam conuerterentur, hanc tandem de ſe à Domino prununciatam audiere ſententiam: [Et tu Capharnaum vſque ad cœlum exaltata, vſque ad infernum demergeris [t].] Ea enim et annum ita deſolata eſt, vt vilis exiſtens viculus, vix ſeptem piſcatorum habeat caſas.

Capharſalama [u], [i. ager, vel villa pacis,] iuxta quam Iudas Machabæus fudit Nicanorem: dicitur & *Antipatris* [x].

Caphetetha [y], nomen muri, quem ædificauit Ionathas in Ieruſalem, ab ortu ſolis ſuper torrentem Gihon [z].

Caphira [a], [i. bitumen, expiatio, parua leæna,] ciuitas in Tribu Beniamin, vnaque ex quatuor ciuitatibus Gabaonitarum qui occurrerunt, & impoſuerunt Ioſue ne occiderentur: dicitur & *Cephira* [b], & *Caphara* [c].

Caphtorim [d], [i. poma in ædificiis, ſeu ſphærulæ,] populi qui & Cappadoces dicuntur [e].

Cappadocia [f], Regio ad Taurum montem in Aſia minori, Armeniæ confinis, quam ab Oriente claudit; à Septentrione longo littore in Euxinum expanditur, ſicut anguſto excurſu à meridie Ciliciam attingit, & ab occaſu Galatia, & Paphlagonia reliqua terminatur: nomen habet à Cappadoce flumine. Hinc patrium nomen Cappadoces [g], hebraicè Caphtorim, vt ſuprà. Hinc Inſula Cappadociæ, de qua Ieremias [h], quam ſcilicet Colonia Cappadocum inuaſerat, & expulerat Heuæos qui habitabant in Haſerim vſque Gazam, & habitauerat ibi pro illis [i]. *Cappadocia* [k], ad pontum Euxinum in eadem Aſia minori, de qua loquitur D. Petrus [k].

i Num.32.v.42. k Ioſ. 18. v.26. l Cap. 9. v.17. m 1. Eſdr.2.v.2. n Matth. 4.v.13. o Cap 9. v.1. p Marc 2 v.1. 11. q Matth.9.v.30. r v.33. ſ Ioan. 6 v.60. t Luc 10. v.15. u 1.Machab.7.v.31. x Actor. 23.v.37. y 1.Machab.12 v.17. z 2.Paral.37.v.14. a Ioſ.9.v.17. b 2. Eſdr. 7.v.29. c Ioſ. 18. v.26. d Gen.10. v.14. e Deuter. 2.v.23. f Ibidem. g Ibidem. h Cap.47. v.4.

Carcaa [l], [i. pauimentum,] locus in Tribu Iuda: in quibuſdam exemplaribus habetur *Cariathea*.

Carcer [m], cum turri excelſa, quæ eminebat de domo regis in Arce Sion: In eum miſſus fuit Ieremias, quod vrbem capiendam prophetaret, captaque vrbe, liberatus eſt à Nabuchodonoſor. *Carcer* [n], in quo incluſus fuit Petrus ab Herode Agrippa, ſitus in eiuſdem regis palatio, eaque parte Boreali vrbis Ieruſalem quæ dicebatur ſecunda ciuitas.

Caree [o], [i. caluus, ſiue glacies,] pater Iohanan, de quo ſæpius Ieremias. Similis vtroque eſt, eiuſdemque ſignificationis.

Carehim [p], familia Ieſbaam vnius eorum qui conuugerunt ad Dauid dum fugeret Saulem: vbi autem vulgata eſt Ieſbeam de Carehim, hebraicè habetur Haccorhim i. de familia Core, filij Iſaar, filij Caath, filij Leui.

Caria [q], nomen Prouinciæ quæ eſt in Aſia minori.

Cariath [r], [i. ciuitas, vocatio, occurſus,] ciuitas in Tribu Beniamin.

Cariathaim [ſ], [i. ciuitates duæ, vel vocationes,] ciuitas in Tribu Ruben, olimque Moabitarum, vbi enim Gigantes habitarunt [t]. *Cariathaim* [u], ciuitas in Tribu Nephtali conceſſa leuitis.

Cariatharbe [x], ſic dicta ab Arbea, vel Arbe, qui illam condidit, aut illi præfuit: dicta eſt & Hebroo, & data Caleb iuniori.

Cariathbaal [y], [i. ciuitas Idoli,] vrbs in Tribu Iuda: dicitur & *Cariathiarim* [z], [i. ciuitas ſyluarum & Baala [a].] Io ea manſit Arca Domini viginti annis [b]: in domo Aminadab, qui erat in Gabaa [c]. i. in colle.

Cariathſepher [d], [i. ciuitas literarum, in hac enim floruerunt literæ,] vrbs ſacerdotalis in Tribu Iuda: dicitur & *Cariathſenna* [e], [i. ciuitas rubi, & Dabir [f].

Carioth [g], [i. ciuitates, aut vocationes,] ciuitas in Tribu Iuda, diſtincta ab Heſron, quæ immediatè ſubiicitur; & ab Aſor, quæ initio & in fine eiuſdem verſus memoratur, & eadem eſt, iiſdem literis, tranſpoſitis licet, in textu hebræo ſcribitur, diſtinſtincta tamen ab Aſor quæ præceſſerat. *Carioth* [h], ciuitas in terra Moab & Tribu Ruben.

Carith [i], [i. conciſſio, ſiue confoſſio, aut exterminatio,] torrens in Tribu Ephraim, vbi tempore ſiccitatis ſedit Elias ex præcepto Domini, & corui afferebant ei quotidiè panem & carnes manè & veſperè, de menſa Acab Regis Iſraël eius aduerſarij, vt aiunt, & bibebat de torrente. Eò loci poſteà Helena Conſtantini mater Eccleſiam erexit.

Carmel [k], [i. circumciſus,] ciuitas io Tribu Iuda: dicitur & *Carmelus* [l]. Inde erat Nabal Carmeli, quo mortuo, vxorem eius Abigail accepit Dauid. Hinc nomina gentilitia Carmelites de Carmele oriundus vel oriunda. Erat & Carmelus mons, fertilis in paſcuis, fructibus & herbis, vinique ferax delicatiſſimi. In eo Saul victoria potitus de Amalecitis, fornicem erexit triumphalem [m]. Erant & in hoc monte vineæ Regis Oſiæ [n].

i Cap 10. v.4. Deuter. 2. v.23. k Epiſt. 1. c.1. v.1. l Ioſ.15. v.3. m 2. Eſdr. 3. v.25. Ierem. 32. & 9. 40. n Actor 12. v.4. Adrichô. in Theatr. o 4. Reg 25. v.23. p 1.Paral.12. v.6. q 1.Machab 15.v.23. r Ioſ. 18. v.28. ſ Cap. 13. v.19. t Gen. 14. v.5. u 1. Paral.6. v.76. x Ioſ 14. v.15. y Cap.15.v.60. & 18. v.14. z Iudic 18. v.12. Ioſ.18 v.14. a Cap 15. v.9. b 1. Reg.7. v.2. c 2.Reg 6.v.3. d Ioſ. 15. v.15. e v.49. f v.15. 49. g Cap. 15. v.26. h Ierem. 48 v.24. i 3. Reg 17 v.3. k Ioſ. 15. v.55. l 1. Reg 27 v.3. & 30. v.5. m 1.Reg.15 v.12. n.

Carnaim [o], ciuitas Gigantum, in dimidia Tribu Manaſſe trans Iordanem, quam occupauit Iudas Machabæus, & quotquot fuſu Timothei exercitu, ad eius fanum confugerant ſuccendit. Eadem ac *Aſtaroth Carnaim*: vide ſuprà.

Carnion [p], præſidium inexpugnabile, ad quod tamen Iudas Machabæus viginti quinque millia hominum interfecit.

Cartha [q], ciuitas Zabulun, data Leuitis. Similis eſt vtcunque vox *Carthagi* [r], ciuitas Leuitica in Tribu Nephtali, & *Carthaginenſes* [ſ], populi Carthaginis ciuitatis.

Caſaloth [t], [i. ſpes ſtultitia,] ciuitas in Tribu Iſſachar.

Caſbon [v], [i. memoratio, vel cogitatio,] ciuitas in Tribu Gad & terra Galaad, quam Iudas Machabæus expugnauit.

Caſphin [x], [i. argentatia, ſiue cupiditas,] ciuitas in Tribu Dan [y], firma pontibus, & muris circumſepta, quæ à turbis habitabatur gentium promiſcuarum, quâ captâ, Iudas Machabæus tot eius habitatores interfecit, vt adiacens ſtagnum duorum ſtadiorum latitudinis, ſanguine interfectorum deflueret.

Caſphor [z], [i. argenteur,] ciuitas in dimidia Tribu Manaſſe trans Iordanem.

Caſia [a], ſpecies aromatum. Cui ſimilis *Caſſia* [b], ſecunda filiarum Iob.

Caſtellum quod contra vos eſt [c], hebraicè *Bethphage*, [i. domus oris vallium,] vicus erat in monte oliueti, ad quem Chriſtus miſit Apoſtolos, vt aſinam adducerent.

Caſtellum Marthæ & Mariæ ſororis eius [d], in quo Chriſtus ſæpius hoſpitatus ſuſcitauit quatriduanum Lazarum. *Caſtellum* [e], ſeu vicus Samariæ vel Galilææ, vicus vbi decem viri leproſi occurrerunt Chriſto.

Caſtra, nomen loci trans Iordanem in Tribu Gad, non procul à monte Galaad: dicitur & *Mahanaim* [f]. *Caſtra* [g], ad mare rubrum ſcilicet vbi fuit manſio ſeptima filiorum Iſraël. *Caſtra* Sanctorum [h], quæ gentes circuibunt in fine mundi.

Cateth [i], [i. tædium, lis, contentio, abominatio,] ciuitas in Tribu Zabulon.

Cauda [k], inſula iuxta Cretam: in illam peruenit Paulus, cum vinctus Romam duceretur: dicitur paſſim Clauda.

Cedar [l], [i. nigredo, aut triſtitia, filius ſecundus Iſmaëlis filij Abraham ex Agar. Ab eo dicta eſt *Cedar* [m], inſignis ciuitas in Tribu Manaſſe trans Iordanem in montanis Seir ſeu Sanir, alto ac firmo luco ſita. Et regio *Cedar* [n]. Nec non Tabernacula *Cedar* [o].

Cedes [q], [i. ſanctitas,] ciuitas in Tribu Nephtali munitiſſima, & vrbs refugij, Leuitis aſſignata: dicitur *Cedes* Nephtali, & *Cedes* in Galilæa. Itemque *Cades* [r] quæ eſt in Galilæa. *Cedes* [ſ], ciuitas Leuitica in Tribu Iſſachar: dicitur & *Ceſion* [t].

Cedron [v], [i. denigratus, triſtis,] ciuitas quam ædificauit Cendebæus, & Ioannes Hircanus cœpit & ſuccendit. *Cedron*, torrens; vide infra torrens Cedron.

Ceelatha [x], (ideſt, cœtus, ſiue Eccleſia,] manſio XIX. filiorum Iſraël, vbi quidam ligna colligens Sabbato, Dei iuſſu extra Caſtra lapidatur eſt [y].

Ceila [z], ciuitas Iuda, quam Dauid ab obſidione Philiſtinorum liberauit: temporibus Eſdræ vicus erat [a]. *Cella* [b], filius Nahaham de Tribu Iuda.

Celaia [c], [i. vox Domini,] qui & *Calita*, vnus ex Leuitis qui ſub Eſdra repudiarunt vxores alienigenas. Similis eſt *Celita* [d], [i. refugium, aut vocis declinatio,] vnus eorum qui ſub Eſdra ſilentium faciebant ad audiendam legem.

Cenchræ [e], portus Corinthiorum, in cuius Eccleſiæ miniſterio erat Phœbe [f], quam D. Paulus commendat Romanis.

Cenereth [g], [i. cythara,] vrbs munitiſſima in Tribu Nephtali, à qua dictum mare *Cenereth* [h], imò & pars terræ Nephtali ab ea *Cenereth* [i], ſeu *Cennereth* [k], nuncupata eſt. Chriſti verò temporibus, Tyberias dicta eſt: vide Tyberias, infrà.

Cenez [l], [i. nidus iſte, ſeu poſſeſſio hæc,] filius Eliphaz primogeniti Eſau ex vxore Ada: dux fuit Cenez [l]. *Cenez*, regio in Idumæa, quam ſuo nomine vocauit. *Cenez*, ſtirps, ex qua oriundus erat Caleb, & Othoniel frater eius, qui vocatur filius Cenez [m]. *Cenezai*, populi Chanaan.

Ceni [n], [i. poſſeſſio, ſiue nidus, aut lamẽtatio,] regio Iudæ, in quam Dauid fertur ſe irruiſſe.

Cephas [o], quod ſyriacè interpretatur Petra Cauter, ſic dictus à Chriſto Simon filius Iona, & frater Andreæ, & Princeps Apoſtolorum dictus eſt, quia ſuper eam Petram firmiſſimam ędificauit Eccleſiam ſuam.

Cephira [p], vrbs, eadem quæ Caphara, ſeu Caphira, vide ſuprà.

Cerethai, & *Phelethai* [q], ſiue *Cerethi*, & *Pheleti* [r], legiones erant bellatorum pro cuſtodia corporis Dauidis, ac regum Iuda, quibus fortiſſimus Banaias primùm præfectus fuit [ſ]. *Cerethi* [t], vrbs vel regio, ad cuius auſtralem plagam irruerunt Amalecitæ, qui Siceleg. vrbem Dauidis ſuccenderant [v].

Ceſil [x], [id eſt, ſtultus, aut ſydus orionis.] ciuitas priùs Iudæ, ac poſtea tributa Simeoni.

Ceſion [y], [i. duritia, ſiue ſtipula,] ciuitas leuitica in Tribu Iſſachar: dicitur & *Cedes* [z], ſuprà.

Cetei [a], populi ſcilicet Macedones, quorum regem Perſea, Romani contriuerant.

Cethim [b], [ideſt, ex ſyro & Hebræo, cóacervatio maris,] ſeu terra *Cethim*, quæ & inſulæ *Cethim* [c], fortè Cyprus, quæ & Citium dicitur. Nec ſuſpiceris, dum ait Ezechiel: [mater tua Cethæa [d],] quod Cethæa hæc ab illa Cethim deriuetur; ibi namque Cethæa Hethæam ſignificat, eodemque verſu dicitur de terra Chanaan, ex qua non ſunt Cethim. Similis eſt *Cetthim* [e], [ideſt, contritio maris, contundentes, cædentes,] filius Iauan filij Iaphet. Ab eo Beroſus dicit Italos eſſe appellatos: Interpres noſter [f] tranſtulit Romanos.

Cethlis [g], [ideſt, paries,] ciuitas in Tribu Iuda.

Cetron [h], [i. ſuffimentum Thymiama,] ciuitas in Tribu Zabulon, quæ eius habitatores non deleuit. Similis vtcumque *Cetura* [i], [i. ſuffumigata, ſuffimentum, vel in modum odoris Deo oblata,] vltima vxor Abrahæ.

o 1. Machab. 5. v. 43.
p 2. Machab. 12. v. 21. 26.
q Ioſ. 21. v. 34.
r Ioſ. 21. v. 32.
ſ Ezech. 27. v. 12.
t Ioſ. 19. v. 18.
v 1. Machab. 5. v.
x 2. Machab. 12. v. 13. & ſeqq.
y Adrichom
z 1. Machab. 5. v. 26
a Pſalm. 44. 9.
b Iob. 42. v. 14.
c Matth. 21. v. 2.
d Luc. 10. v. 38. & Ioan. 11. v. 1.
e Luc. 17. v. 12.
f Gen. 32. v. 2.
g Num. 33. v. 10.
h Apocalip. 20. v. 8.
i Ioſ. 19. v. 5.
k Actor. 27. v. 16.
l Gen. 25. v. 13.
m Iudith. 2. v. 8. Iſai. 21. v. 16. Ierem. 49. v. 28. Pſal. 119. v. 5.
n Pſal. 119. v. 3. Iſai. 42. v. 11. Ierem. 2. v. 10 Ezec. 27. v. 21.
o Cantic. 1. v. 4.
q Ioſ. 21. v. 32.
r 1. Machab 11. v. 63.
ſ 1. Paral. 6. v. 72.
t Ioſ. 21. v. 28.
v 1. Machab. 16. v. 9.
x Num. 33. v. 22.
y Cap. 33. v 32. &c.

z Ioſ. 15. v. 44.
a 2. Eſdr. 3 v. 17
b 1. Paral. 4 v. 19.
c 1. Eſdr. 10 v. 23.
d 2. Eſdr. 8 v. 7.
e Actor. 18 v. 18.
f Rom. 16. v. 1.
g Ioſ. 19. v. 35.
h Cap. 12. v. 3.
i Cap. 11. v. 2.
k 3. Reg. 15. v. 20.
l Gen. 36. v. 11.
m Iud.
n 1. Reg 27. v. 10.
o Ioan. 1. v. 42.
p 1. Eſdr. 2. v. 25.
q 2. Reg. 20. v. 23
r 2. Reg 8 v. 18. & 1. Paral. 18. v. 17.
ſ 2. Reg 20. v. 23. *vide lib. 1 obſeruat.* LXXI.
t 1 Reg. 30 v. 14.
u *Ita Toſtat.*
x Ioſ. 15. v. 29.
y Cap. 21. v. 28.
z 1. Paral. 6. v. 72.
a 1. Machab. 8. v. 5.
b Iſai. 23. v. 8.
c Ierem. 2. v. 10.
d Cap. 16. v. 3.
e Gen. 10. v. 14.
f Dan. 11. v. 30.
g Ioſ. 15. v. 41.
h Iudic. 1. v. 30.
i Gen. 25. v. 1. 2.

quam

quam duxit centeſimo & quadrageſimo anno proximus, & ex qua ſex ſuſcepit maſculos.

Chalanne[k], [i. conſummatio noſtra,] ciuitas in terra Sennaar, in qua etiam regnauit Nemrod: dicitur & *Chalane*[l]; nunc verò Seleocia, à Seleuco rege.

Calcal[m], [i. ſuſtinens, ſuſtentans, alens, aut cibans,] filius Zare filij Iudæ. Similis eſt *Chacol*[n], eiuſdem ſignificationis, vnus ſcilicet ex ſapientiſſimis filiis Maol. *Chaldæa*[o], Prouincia, & regio ad Orientem Iudææ inter Babylonem & Arabiam, Tygrin & Euphratem[p], vnde Chaldæi[q], Hebraicè Caſdim, quaſi Dæmones, aut deprædatores.

Chale[r], [i. ſenium, ſeu tempus ſenectutis,] ciuitas magna, quam ædificauit Aſſur. Similis eſt *Chali*[s], [i. infirmitas, deprecatio,] ciuitas in Tribu Aſer.

Cham[t], [i. calor, aut niger,] filius Noë, ab hoc aliquando Ægyptus in ſacris literis terra Cham dicitur[u], teſte Hieronymo[x]; vnde & Tabernacula Cham[y], i. Ægypti.

Chamaam[z], [i. ſimiles eis,] filius Berzellai Galaaditis commenſalis Dauidis & Salomonis. *Chamaam*[a], vrbs iuxta Bethleem. Similis eſt *Chamaal*[b], filius Iephlat de Tribu Aſer.

Chamos[c], [i. quaſi palpans, aut quaſi auferens,] Idolum Moabitarum, à quo & ipſe populus Moab dicitur populus Chamos[d].

Chanaan[e], [i. humilians] filius Cham, ab eo nomen habet gens Chanaan[f], terra Chanaan[g], ſeu Chananitis[h]: cuius termini ſunt, ad orientem, Iordanis fluuius & Euphrates; ad occidentem, mare magnum ſeu mediterraneum, & fluuius Ægypti; ad Auſtrum, deſertum Arabiæ; ab Aquilone, mons Libani. Itemque populi *Chananæorum*[i], *Chananæus*[k], *Chananæa*[l]. Similes ſunt *Chanaana*, Pater Sedeciæ Pſeudoprophetæ; & *Chanana*[n], filius Balan; & *Chanani*[u], vnus eorum qui ſurrexerunt ſuper gradum Leuitarum.

Chanath[p], eadem ac Canath ſupra, & Nobe, infra.

Charan[q], [i. Syriacè libertas,] filius Diſon, vnius ex ſeptem Principibus Horræorum. *Charan*[r], vrbs Syriæ, ex qua Dei iuſſu exiuit Abraham[s]; ſic dicta à Charra fluuio: vocatur & Haran[t].

Characa[u], [i. vallum, foſſa, ager, caſtra Græcè,] locus in quo erant Iudæi, Tubianæi dicti.

Charcamis[x], [i. agnus quaſi ablatus,] vrbs Syriæ iuxta Euphratem: Similes vtcumque ſunt *Chareas*[y], vltimus è ſeptem Eunuchis regis Aſſueri; & *Charſena*[z], primus ex ſeptem Perſarum ac Medorum ducibus, quorum conſilio, Aſſuerus cuncta agebat.

Charmi[a], [i. vinea mea, ſiue cognitio aquarum,] filius Ruben, à quo familia Charmitarum. *Charmi*[b], filius Heſron filij Phares filij Iuda. *Charmi*[c], filius Zabdi filij Zaræ filij Iuda, & pater Achan qui turbauit Iſraelem in furto anathematis. *Charmi*[d], ex ſenioribus Bethuliæ.

Charta[e], vrbs Leuitica in Tribu Zabulon. Similis eſt *Carthan*[f], vrbs Leuitica in Tribu Nephtali: dicitur & *Cariathaim*.

k Gen. 10. v. 10. l Amos 6. v. 2. m 1 Paral. 2. v 6. n 3 Reg. 4. v. 31. o Ierem 50 v. 10. & alibi. p Plin. l. 6. c. 28. Strabo l 16. q Iſai. 13. v 19 2. Paral. 36. v. 6. r Gen. 10. v. 12. s Ioſ. 19. v. 23 t Gen 5. v. 31. u Pſal. 105. v. 22. x In quæſt. Hebr. y Pſal. 77. v. 51. z 2. Reg. 19. v. 37. & 3. Reg. 2. v. 7. a Ierem. 41. v. 17. b 1. Par. 7. v. 34. c 3. Reg. 11. v. 7. & 4. Reg. 23. v. 13. d Num. 21. v. 29. & Ierem. 48 v. 46 vide in lib tract de Num. commen tarus. e Gen. 9. v. 18 & 10 v 6. & 10. v 15. f Iudic. 10. v. 12. g Pſal. 104. v. 11. h Gen. 46. v. 10. i Cap 10. & 18. k Num 21. v. 1. l Matth. 15. v. 22. m 3. Reg 22. & 24. n 1. Paral. 7. v. 10. o 2. Eſdr. 9. v. 4. p Num. 32. & 42. q Gen. 36. v. 26 & 1. Par. 1. v. 41. r Tob. 11. v. 1 Iudith. 5. v. 8. s Gen. 12. v. 4. t Cap. 51. v. 31. u 2. Machab. 12. & 17. x 2. Par. 35. v. 20. Iſai. 10. v. 9. Ierem 46. v. 2.

Chaſphia[g], [i. argentaria, ſiue cupiditas,] locus ſeu regio à Caſpio mari ſic dicta, vt volunt. Lyranus locum eſſe putat in regione Babylonis, vbi plures Leuitarum poſt captiuitatem manſerunt, ad quos propterea miſit Eſdras, vt inde haberet miniſtros domus Domini.

Chebbon[h], [extinctio,] ciuitas Iudæ.

Chebron[i], [i. ſocietas, ſiue participatio,] ciuitas filiorum Eſau, quam expugnauit, & ſuccendit Iudas Machabæus.

Cheleab[k], [i. totus, vel omnis pater,] ſecundus filius Dauid ex Abigail vxore Nabal Carmeli: dicitur & Daniel[l].

Chelion[m], ſecundus filius Elimelech Bethlemitæ, & maritus Orphæ Moabitidis. Similis eſt *Chelian*[n], vnus eorum qui ſub Eſdra repudiarunt mulieres alienigenas.

Chilmon[o], nomen loci inter Belma & Bethuliam.

Chene[p], vrbs Chaldæorum, eademque fortè quæ *Chalanne*[q]. Vide ſuprà.

Ceſeleththabor[r], [i. temeritas,] ciuitas in Tribu Zabulon.

Cheſlon[s], villa in Tribu Iuda.

Chidon[t], vide ſupra Area Chidon, quæ & Area Nachon, vbi percuſſus eſt Oza, ſuper temeritate ſua.

Chios[u], inſula in mari Ægeo, quæ apud prophanos authores vulgò dicitur *Chio*; eſtque inter Cycladas & Bythiniam: Syriacè maſticen deſignat, quod ibi maſtix gignatur.

Chobar[x], [i. fortitudo, vel potentia,] flumen in terra Chaldæorum, iuxta quod factum eſt verbum Domini ad Ezechielem Prophetam. Id quidam Euphratem interpretantur.

Chonenias[y], [i. præparatio, vel rectitudo Domini,] Princeps Leuitarum, ac melodiæ præcentor, ſub Dauide. *Chonenias*[z], item Leuites, qui præerat Iſraëlitis ad opera forinſecùs ſuper Iſraël, ad docendum & iudicandum ſub Dauide: fortè idem cum præcedenti. *Chonenias*[a], item Leuita, primuſque eorum, quos præfecit Ezechias Rex Iuda ſuper horrea domus Domini.

Chorrai[b], [i. furores, candidi, vel nobiles, vel magnates,] populi gigantes expulſi à filiis Edom ex monte Seir: dicuntur & *Horrhæi*[c].

Chun[d], [i. præparatio, vel confirmatio,] vrbs Adarezer regis Soba, regionis Hemath in Syria, ex qua Dauid tulit æs plurimum, ſicut & de Thebath.

Chus[e], [i. Æthiops,] primogenitus Cham: dictus eſt Saturnus ab Ethnicis: ab eo Æthiopes progeniti. Similis eſt vtcumque *Chuſam-Raſathaim*, [i. Æthiops iniquitatum, ſeu iniquus Chuſan, non ſignificat Æthiopē propter colorem, ſed propter originem, quia Æthiopes orti ſunt à Chus filio Cham] Rex Meſopotamiæ[f], & Syriæ[g]; in cuius manus tradidit Deus Iſraëlem, ob ſcelus idololatriæ, & reſipiſcentem liberauit per Othonielem iudicem.

Chuſa[h], [i. videns, aut propheta,] Herodis Antipæ procurator, cuius vxor Ioanne Chriſto prædicanti miniſtrabat de facul-

y Eſther 1. 8. 10. z Cap. 1. v. 13. & 14. a Gen. 45. v. 9 & 1 Par. 5 v. 3. b 1. Paral. 4 v. 1. c Ioſ. 7. v. 1. d Iudith. 8. v. 9. e Ioſ. 21. v. 34. f 1. Par. 6. v. 76 g 1. Eſdr. 8. v. 17. h Ioſ. 15. v. 40. i 1. Machab. 5. v. 65. k 2. Reg 3. v. 3. l 1. Par. 3. v 1 m 1 Ruth. 1 v. 2. n 1. Eſdr. 10 v. 34. o Iudith. 7. v. 3. p Ezech. 27. v 23. q Gen. 10 v. 10. r Ioſ. 19 v. 12. s Cap. 15. v 10. t 1. Par. 13. v. 9. u Actor. 20. v. 15. x Ezech. 1. v. 3. y 1. Par. 15. v. 22. z Cap. 26. v. 29. a 2. Par. 31. v. 13. b Gen 14. v 6. c Deut 2. v. 12 d 1. Par. 18. v. 8. e Gen. 10. v. 6. 7. 8. f Iudic. 3. v. 8. g v. 10. h Luc. 8. v. 3.

tribus ſuis. Similis eſt *Chuſai* [i], [i. feſtinans, aut ſileos,] amicus Dauid, qui diſſipauit conſilium Architoj hel. Et *Chuſi* [k], qui nunciauit Dauidi interitum Abſalom. *Chuſi* [l], pater Selemiæ, & proauus Iudi miſſi a Principibus Iuda ad Baruch ſcribam Ieremiæ. *Chuſi* [m], pater Sophoniæ Prophetæ. Similis eſt *Chuſi* [n], filius Abdi, Leuites de ſtirpe Merari.

Cibſaim [o], [i. congregationes,] ciuitas Leuitica in Tribu Ephraim: dicitur & Iecmasm [p].

Cilicia [q], [i. voluens, vel reuoluta,] regio Aſiæ maritima, vbi erat Tharſis, ciuitas & Patria D. Pauli, & in Tharſi portus celebris ad Septentrionem Iudææ.

Cin [r], [i. poſſeſſio, ſiue nidus, aut lamentatio,] nomen viri, ex cuius ſtirpe clariſſima, Cinæi [s] propagati: inter Cinæos recenſentur filij Hobab cognati Moyſi. Similis eſt *Cina* [t], idemque ſignificans, vrbs in Tribu Iuda.

Cis [f], [i. durus, aut ſtipula,] filius Moholi filij Merari Leuitæ. *Cis* [t], filius Abigabaon. i. patris Gabaon Iehiel ſcilicet ex Moacha vxore. *Cis* [u], filius Abiel, & pater Saul regis de ſtirpe Beniamin, proauus Mardochæi. Similis eſt, idemque ſignificans, *Ciſon* [k], torrens in Tribu Zabulon: dicitur & *Ciſſon* [l]. Hic à pede montis Thabor ſcaturit in mare, moxque tumore quodam ſeparatus, in duos diuiditur riuos, quorum maior ad occaſum Solis fluens, oppidum Naim alluit, & mediam planitiem campi latiſſimi perlabens, ſe in mare magnum exonerat. Minor ad ortum tendens, multis aquis pluuialibus, quæ de montibus Thabor & Hermon defluunt, in ſe receptis, iuxta Caſtrum Ballifort in mare Galilææ mergitur: iuxta hunc minorem Baruc & Debbora Siſaram dimicarunt, [m] in qua pugna, multi Chananæorum in torrentem merſi ſunt [n]. [Torrens Ciſon traxit Cadauera] canit Debbora Prophetis.

Ciſterna [o], vetus in Tribu Zabulon, vbi poſitus fuit Ioſeph à fratribus. *Ciſterna* [p], magna quæ eſt in Socho. *Ciſterna* [q], Bethlehem, fons aquæ perennis in porta Bethlehem, ex qua tres fortes, irrumpentes caſtra Philiſtiim, attulerunt aquam Dauidi ſitienti, qui noluit bibere, ſed libauit eam Domino. *Ciſterna* [r], in cuius medio Banaias fortiſſimus percuſſit Leonem, temporibus niuis. *Ciſterna* [ſ], quæ erat iuxta cameram paſtorum, vbi Iehu iuſſit occidi fratres Ochoſiæ. Ciſterna illa erat quidam puteus, vel fouea magna. Camera verò paſtorum, domus ad quam paſtores declinabant ad cibos, aut quietem capiendam [t]. *Ciſterna* [v] Sira, nomen loci, à quo Ioab doloſè reduxit Abner.

Ciuitas palmarum [x] eſt Iericho, palmarum feraciſſima [y]: dicitur & vrbs palmarum [z]. *Ciuitas* [a] literarum eſt Cariath-ſephar, vide ſuprà. *Ciuitas* [b] Salis in Tribu Iuda eſt Segor. *Ciuitas* [c] Solis Hirſemes in Tribu Dan, vide infra. *Ciuitas* Dauid [d] erat tota illa pars ciuitatis Ieruſalem, vbi ædificatum erat palatium Dauidis. *Ciuitas* [e] Templi Baal, in qua Iehu confregit ſtatuam Baal, & æde deſtructa, in locum eius latrinas ædificauit: Ciuitas hæc fuit Samaria, ſeu Ciuitas Samaritanorum, in qua erat celebre Templum Baal. Sunt tamen qui aſſerant duo fuiſſe Templa Baal; vnum in vrbe, & aliud ante vrbem [f]. *Ciuitas* [g] munita, de qua ſcriptura ait: [Ædificauerunt filij Iſrael ſibi excelſa in cunctis vrbibus ſuis, à Turre cuſtodum vſque ad ciuitatem munitam.] i. in locis ſolitariis, æque ac in frequentibus, modus loquẽdi prouerbialis. *Ciuitas* [h] maritima, vbi habitauit Demetrius. *Ciuitas* [i] habens fundamentum, eſt ciuitas ſancta Ieruſalem [k], & ciuitas aurum mundum [l], cuius duodecim fundamenta, ſunt duodecim lapides pretioſi, in quibus ſunt nomina duodecim Apoſtolorum [m].

Claudius [n] Imperator Romanorum. Similis *Claudia* [o], cuius nomine Paulus ſalutat Timotheum.

Clemens [p], cooperator Pauli in Euangelio. Dicitur in hiſtoria Eccleſiaſtica: *Clemens Romanus*: fuit poſteà Summus Pontifex, ſecundus à Petro.

Cliuus [q] oliuarum, quem ſcandit Dauid nudis pedibus, cum in ipſum inſurrexiſſet Abſalom: Idem ac mons Oliueti [r].

Cnidus [ſ], eſt vrbs in extremo cornu peninſulæ, Cariæ adhærentis, in qua Venus colebatur, vnde Cnidia dicta eſt.

Coa [t], vnde adducebantur equi Salomonis, eſt Ægypti oppidum; & Vatablus vertit: ex Ægypto. Pro Coa, in Hebræo eſt Micue i. congregatio, putà mercatorum, & filum byſſinum tenuiſſimum, vnde fiebant telæ tranſlucidæ, quæ etiam Latini vocant: Lina Coa.

Cœleſyria [v], à κοῖλος, [i. cauus,] quaſi caua ac depreſſa Syria, ea eſt Syriæ pars campeſtris, quæ Libano & Antilibano quaquauerſum vallatur, & includitur. Sunt & aliæ partes Syriæ latè diffuſæ, putà Syria Damaſci, Meſopotamiæ, Babyloniæ, Iudæ, ac ſimiles.

Cœnaculum [x] anguli, hebr. Aſcenſus anguli, inter quod, in porta gregis ædificauerunt aurifices, & negotiatores. *Cœnaculum* [y] Achaz, propè Templum erat. *Cœnaculum* [z], Templi, erat in ipſo Templo. *Cœnaculum* [a] grande & ſtratum, in quo Chriſtus Dominus inſtituit Cœnã, erat in Ciuitate Dauid [b], circa medium montis Sion: idemque ac *Cœnaculum*, in quo Chriſtus poſt Reſurrectionem apparuit Diſcipulis, & Thomæ: [c] ibidem Sanctiſſima Deipara, Apoſtoli, & Diſcipuli, aliique perſeuerantes in oratione poſt Aſcenſionem Chriſti, ſubrogato Mathia in locum Iudæ proditoris, in die Pentecoſtes receperunt Spiritum Sanctum [d] Eum locum Turcæ, Palatio ſuo ibi extructo, ita venerantur, vt non niſi diſcalceati eum intrent.

Coheleth, ſic vocatur Salomon in libro Eccleſiaſtæ [f]: *Coheleth* enim Eccleſiaſtem vel concionatorem ſignificat.

Colaia [g], nomen viri de ſtirpe Beniamin.

Colia [h], pater Achab Pſeudoprophetæ.

Collis [i], Aquæ ductus, qui eſt ex aduerſo vallis itineris deſerti in Gabaan in Tribu Beniamin, quouſq; Ioab inſecutus eſt fugiẽtẽ Abner. *Collis* [k] Beniamin, in quo erat Gabaa Benia-

i 2. Reg. 15. v. 32. 37. & cap. 16. v. 16. 15. & cap. 17. v. 5. 6 &c.
k Cap. 18. v. 18.
l Ierem. 36. v. 14.
m Sophon. 1. v. 1.
n 1. Paral. 6. v. 44.
o Ioſ. 21. v. 22.
p 1. Paral. 6. v. 68.
q 1. Machab. 11. v. 14.
r Num. 24. v. 22.
ſ Cap. 24. v. 21. 1. Reg. 15. v. 6.
t Ioſ. 15. v. 22.
ſ 1. Paral. 23. v. 22.
t Cap. 8. v. 30. & 9. v. 37.
u 1. Reg. 9. v. 1. & 1. Paral. 8. v. 33. & 9. v. 39
k Iudic. 4. v. 7. & 5. v. 21.
l Pſal. 82. v. 10.
m Iudic. 4. v. 15. Pſal. 82 v. 10.
n Iudic. 5. v. 21.
o Gen. 37. v. 20.
p 1 Reg. 19. v. 22.
q 2. Reg. 23. v. 15. 16. 1. Paral. 11. v. 17.
r 2. Reg. 23. v. 20.
ſ 4. Reg. 10. 14.
t ex Toſtato.
u 2. Reg. v. 26.
x Deuter. 34. v. 3. Iudic. 1. v. 16.
y 2. Paral. 28. v. 15.
z Iudic. 3. v. 13.
a Ioſ. 15. v. 15.
b v. 62.
c Cap. 19. v. 41.
d 2. Reg. 5. v. 7. 9. & alibi.
e 4. Reg. 10. v. 25.
f Toſtat.
g 4. Reg. 17. v. 9.
h 1. Machab. 7. v. 1.
i Hebræor. 12. v. 10.
k Apocal. 21. v. 10.
l v. 18.
m v. 14. 19.
n Actor. 1[illegible] v. 28. & 1[illegible] v. 2.
o 2. Timoth. 4. v. 21.
p Philip. [illegible] v. 3.
q 2. Reg 1[illegible] v. 30.
r ex Toſtat[illegible]
ſ 1. Macha[illegible] 15. v. 24. Actor 27. 7.
t 3. Reg. 1[illegible] v. 28.
u Strabo. li[illegible] 16.
x 2. Eſdr. [illegible] v. 31.
y 4. Reg. 2[illegible] v. 12.
z Ezech. [illegible] v. 7.
a Luc. 22. 12.
b Adrichom. pag. 150.
c Luc. 24. Ioan. 20.
d Actor. v. 13. 14.
e Adrichom. pag. 151.
f Cap. 1. v.
g 2. Eſdr. 1[illegible] v. 7.
h Ierem. 2[illegible] v. 21.
i 2. Reg 2. 24.
k 2. Reg. [illegible] v. 15.

min. *Collis* [l], Cariathiarim [t] Sortis Iudæ, ſed data Tribui Dan, mons eſt, ſuper quem ædificata eſt ciuitas Cariathiarim. *Collis* [m], Hachila, Caſtrum in Tribu Iuda, natura ſimul & arte munitiſſimum, ad dexteram deſerti Ziph, in quo aliquoties Dauid latitauit, fugiens à facie Saul. In eius alto vertice Ionathas Machabæus caſtellum ædificauit, natura inacceſſum quod poſteà Herodes magnus muro firmiſſimo, & viginti ſeptem turribus præaltis cinxit, omnique armorum apparatu, qui centum millibus armandorum ſufficeret, in incertum belli euentum inſtruxit [n]. *Collis* [o], præputiorum, vbi ex Dei præcepto, circumciſi ſunt omnes filij Iſraël, nati in Deſerto per annos 40. *Collis* [p], Remmon, ad Auſtrum Ieruſalem.

Coloſſa [q], ſiue *Colloſis*, oppidum Phrygiæ in Aſia minori, non procul à Laodicea [r], quod ſub Nerone, cum Laodicea & Hierapoli, terræ motu concidit [s]. Ad Colloſſenſes, vnam ſcripſit epiſtulam Apoſtolus.

Conuallis illuſtris [t], in qua apparuit Deus Abrahæ, quando egreſſus eſt de Haran. *Conuallis* [u], Mambre, quæ eſt in Hebron: dicitur & Vallis Hebron [x], infià. *Conuallis* [y], Tabernaculorum. *Conuallis* [z] Cedron, eadem ac Vallis Cedron, infra. *Conuallis* filij Ennon, eadem ac Vallis Ennon, ſeu Gehennon, infià.

Corban [a], eſt munus; & *Corbona* [b], locus ſeu arca, in qua reponitur tale munus: dicitur & Gazophilacium [c], Ærarium erat in quo ad ſacrificiorum neſſaria, ad pauperum alimoniam, & ad Templi fabricam, oblata ſeruabatur pecunia. Hoc Ærarium cum Heliodorus à Syriæ Rege miſſus ſpoliare tentaſſet, cœlitus ab Angelis flagellatus eſt [d].

Core [e], [i. caluus, vel caluities; gelu, vel chryſtallus,] filius Eſau ex Oolibama. *Core* [f], Dux, filius Eliphaz primogeniti Eſau. *Core* [g] filius Iſaar ſeu Aminadab filij Caath filij Leui [h]: Is inſurrexit contra Moyſen, & viuus abſorbtus eſt. *Core* [k] filius Hebron, de Tribu Iuda. *Core* [l] filius Abiaſaph, i. de poſteris Abiaſaph. *Core* [l] filius Iemna Leuites, & Ianitor Orientalis portæ ſub Ezechia Rege Iuda, & præpoſitus iis quæ ſponte offerebantur Domino.

Corinthus [m], in qua D. Paulo prædicante, Criſpus Princeps Synagogæ Iudæorum qui habitabant Corinthi, cum omni domo ſua credidit in Chriſtum [n], & baptizatus eſt ab Apoſtolo [o]: [multi quoque Corinthiorum audientes credebant, & baptizabantur [p],] duas ad Corinthios idem Apoſtolus ſcripſit epiſtolas.

Corozaim [q], [i. chaldaicè, ibi ſecretum,] inclyta Galilææ ciuitas in Tribu Manaſſe trans Iordanem, inter celebriores vrbes Decapoleos locum tenet.

Corus [r], ventus lateralis inter Septentrionalem & occidentalem plagam, ad hanc magis declinando. Similis eſt *Cous* [s], [i……..,] inſula eſt maris Ægei, Rhodo proxima, & Cariæ oppoſita tota fertilis, & optimo vino abundans.

Coſan [t], [i. diuinans,] filius Elmadad in Chriſti linea. Similis vtcunque *Cozbi* [u] Madianitis, filiæ Sur principis, vna cum Zambri duce Tribus Simeonis, pugione transfoſſa à Phinees.

Creta [x], Græcè carnalis, inſula, dicta eſt ἑκατόμπολις, i. centum vrbibus inſtructa, hodie Candia nuncupatur [y]: hinc Cretes [z], & Cretenſes populi, de quibus Apoſtolus: [Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri [a],]

Cuſtodia [b] publica, erat carcer publicus in ciuitate inferiori Ieroſolymæ, & iuxta Palatium Pilati: in illa incluſi ſunt Apoſtoli à primoribus Iudæorũ, & noctu ab Angelo educti.

Cutha [c], [i. combuſtio, ſiue contuſio,] regio Perſidis, à flumine Cutha, vt ait Ioſephus [d], inde *Cuthæi* [e].

Cyprus [f], [i. pulchra, vel pulchritudo,] vna ex inſulis maioribus maris mediterranei, inter Ciliciam & Syriam, tantæ fertilitatis, vt ſponſa dicat: [botrus Cypri, dilectus meus [g],] vnde & luxui dedicta fuit, ac veneri ſacra. Ex ea Nicanor dicitur Cypriarches [h], i. princeps Cypri; & Ioſeph qui cognominatus eſt Barſabas ab Apoſtolis [i], dicitur Cyprius genere, i. ex Cypro oriundus. *Cyprus* [k] à Latinis liguſtum, flore candido tamque odorato, vt in Canticis cum nardo compararetur: dicitur autem Cyprus, quod in Cypro inſula odoris ſuauitate præſtet.

Cyrene [l], vrbs, aut regio in Aſſyria, in quem Teglathphalaſar rex Aſſyriorum tranſtulit habitatores Damaſci, à ſe vaſtatæ, vt anteà prædixerat Amos Propheta. *Cyrene* [n], inſigne Lybiæ oppidum, à quo & ingens Lybiæ tractus. Cyrenæa vel Cyrenais regio appellatur: Hinc oriundus Simon Cyrenæus, angariatus, vt Chriſti crucem tolleret [o]; & Iaſon Cyrenæus, ex cuius quinque libris abbreuiatus eſt ſecundus Machabeorum [p]. Hinc & Lucius Cyrenenſis [q], vnus ex Prophetis ac doctoribus Eccleſiæ Antiochenæ, nec non Cyrenenſes [r] Synagogæ Iudæorum, priuatæ Sectæ homines: vel dicuntur Cyrenenſes ab alia Cyrene quæ eſt in Cypro inſula, de qua videtur loqui liber primus Machabæorum [s]. Similis eſt Cyrinus [t] præſes Syriæ, à quo deſcriptio facta eſt in Iudæa. & *Cyrus* [u] primus Perſarum Monarcha, qui ſoluta captiuitate Babylonica; Iudæos, quotquot redire voluerunt, remiſit in Ieruſalem Cyrus autem eſt nomen Perſicum, quod Solem ſignificat [x].

D

D*Abereth* [y], [i. verbum, ſiue res] ciuitas in Tribu Zabulon. *Daberoth* [a], ciuitas Leuitica in Tribu Iſſachar.

Dabir [a], [i. oratorium, ſiue verbum,] vrbs ſacerdotalis in Tribu Iuda [b]: dicta & Cariathſepher [c], & Cariathſenna [d]. *Dabir* [e] ciuitas olim regia, data Tribui Gad, iuxta Iordanem ſita. *Dabir* [f] Rex Eglon. Similis eſt *Dabri* [g], [i. oratorium, ſiue verbum meum,] vir de Tribu Dan, & pater Salumith matris illius blaſphemi, qui iubente Deo lapidatus eſt extra caſtra.

Dadan [h], [i. mamilla, vel dilectio,] filius reginæ nepotis Cham. *Dadan* [l], filius Iecſan filij Abrahæ ex Cetura vxore.

Dagon [m], nomen Idoli Philiſtinorum.

Dalaian [n], Princeps vigeſimæ tertiæ vicis ſacerdotalis. Similis eſt *Dalaia* [o], penultimus

l 1. Paral. 13. v. 6
m 1. Reg. 23. v. 19. & 26. v. 1.
n Adrichom.
o Ioſ. 5. v. 3.
p Zachar. 14. v. 10.
q Coloſ. 1. v. 2.
r Strabo, lib. 12.
ſ Ita Oroſius.
t Gen. 12. v. 6. 7.
u Cap. 13. v. 18.
x Cap. 37. v. 14.
y Pſal. 59. v. 8.
z 4. Reg. 23. v. 6.
a Marc. 7. v. 11.
b Matth. 27. v. 6.
c Ioan. 8. v. 20.
d 2. Machab. 3.
e Gen. 36. v. 5. 14.
f v. 16.
g 1. Paral. 6. v. 22.
h Exod. 6. v. 21. 1. Paral 6. v. 37.
k Cap. 2. v. 43.
l 2. Paral. 31. v. 14
m Actor. 18. v. 1.
n v. 8.
o 1. Corinth. 1. v 14.
p Actor. 18. v. 8.
q Matth. 11. v. 21.
r Cap. 27. v. 12.
ſ 1. Machab. 15. v 23. Actor. 21. v 1.
t Luc. 3. v. 28
u Num. 25. v. 8. 9. &c.

x Actor. 27. v. 7. 1. Machab. 10. v. 67.
y Strab. l. 10 Ptol. l. 3. c. 19.
z Actor. 2 v. 11.
a ad Tit. 1. v. 12.
b Actor. 5. v. 18.
c 4. Reg. 17. v. 24.
d lib. 9. antiq. cap. 5.
e 4. Reg. 17 v. 30.
f Actor. 11. v. 3. & 27. v. 4.
g Cantic. 1 v. 14.
h 2 Machab. 12. v. 2.
i Actor. 4. v. 36. & 31. v. 20.
k Cantic. 4. v. 13.
l 4. Reg. 16 v 9. Amos 1 v. 5.
m cap. 1. v 5.
n Actor. 2. v. 10.
o Matth. 27. v. 32.
p 2. Machab. 2. v. 24.
q Actor. 13. v. 1.
r cap. 6. v. 9.
ſ c. 15. v. 27
t Luc. 2. v. 2.
u 1. Eſdr. 1. v. 1. Iſai. 44 v. 28
x ita Plutarchus, in vita Artaxerxis.
y Ioſ. 19. v. 12
z c. 21. v. 28. & 1. Paral 6 v. 72.
a Ioſ. 15. v. 15.
b Ibidem & Ioſ. 12. v. 13.
c Ioſ. 15. v. 15.
d Ioſ. 15. v. 49.
e Ioſ. 21. v. 15.
f Ca. 10. v. 3.
g Leuit. 24. v. 11. 12.
h Geneſ. 10. v. 7.
l Cap. 25. v. 3.
m Iudic. 16. ver. 23. & 1. Machab. 10. v. 84.
Vide in lib. 2. de Numm commen. p. 2
n 1. Paral. 24. v. 18.
o Cap. v. 24.

è ſeptem filijs Elioenai de ſtirpe Dauid.

Dalaias[r], [i. pauper Domini,] filius Semeiæ. *Dalaias*[q], pater Semeiæ. Similis eſt *Dalila*[r], [i. paupertas, ſiue exhauriens] meretria in valle Sorec, quam adamauit Samſon, quæque eum tonſum tradidit Philiſtæis.

Dalmanutha[s], lucus in Tribu Manaſſe trans Iordanem: dicitur & Magedam, infrà.

Dalmatia[t], Pannoniæ regio ad Adriaticum mare, in quam Titus ad prædicandum Euangelium miſſus eſt [v]. Similis eſt vteunque *Damaris*[x] mulier, quæ Paulo prædicante Athenis, in Chriſtum credidit: quam & aliqui volunt fuiſſe vxorem Dionyſij Areopagitæ.

Damaſcus[y], nomen proprium[z] Eliezer primatij procuratoris domus Abrahæ: quod Chaldæus & Theodotion vertunt: filius œconomiæ, vel domus: ac ſi diceret vir procurationis, cui ſcilicet concredita eſt procuratio domus. Ab hoc Damaſco conditam & nuncupatam fuiſſe vrbem Damaſcum tradit D. Hieronymus, Toſtatus, & alij. Damaſcus ergo vrbs eſt vetuſtate originis, & magnitudine ac pulchritudine nobiliſſima, ac totius Syriæ Metropolis[a]: quam ſacræ literæ paſſim, diuerſi hiſtorici, illuſtris denique fama, longè lateque per vniuerſum terrarum orbem commendant: ab Ieroſolymis ſex dierum itinere diſtat; ſublimibus mænibus circumdatur; firmiſſimiſque portis, & ſolidis turribus munita mænia, alta foſſa ambit quæ penſilibus ſiue verſatilibus pontibus trajcitur. Præter fontium multitudinem, duo fluuij amœniſſimi & nauigabiles, Abana & Pharphar, quorum Naaman Syrus mentionem facit[b], limpidiſſimis ſuis aquis vrbem irrigant, & omnigenis mercibus ditant. Et ille quidem à meridie & occidente allambit vrbis mænia; hic verò vrbem ipſam medius perfluit. Et quia Damaſcus vniuerſus Syriæ ſemper caput fuit: Ideo & tota quæ illi adiacet regio, ac magna Syriæ pars, Damaſcena, ſeu Syria Damaſci vocatur. Inuictiſſimus Iudæorum rex Dauid, vir ſecundum cor Dei, cum anno regni ſui nono, ditionis ſuæ proferret limites, inito prælio cum Adad Damaſci & Syriæ rege, viginti duo virorum millia de exercitu eius cecidit ac proſtrauit, reliquos in fugam egit, & regiam vrbem Damaſcum, & totam Syriam ſuo ſubiecit imperio[c]. A qua victoria priuſquam triumphator rediret Ieroſolymam; Damaſcum, aliaque opportuna loca, firmo Iudæorum præſidio muniuit, & Damaſcenos omneſque Syros ſibi ſub Tributo ſeruire coëgit. At verò cum Salomon ſeptuageſimo poſt anno, Deo Opt. Max. relicto, Gentium Idola diuino honore coleret, iuſto Dei iudicio, in reciprocam huius contra Deum inobedientiæ pœnam, Damaſceni hoc ſeruitutis iugum a ſe excuſſerunt, ſibique in regem præfecerunt Razon filium Eliada, ac deinceps ab Iſraële ſeparati, proprio regi paruere, quin & Deus ipſe cum Eliæ Prophetæ in ſpelunca montis Sinai ſeu Oreb apparuiſſet, iuſſit ei, vt in Damaſcum iret, & Azaelem in Syriæ regem vngeret. Poſteà tamen factum eſt, vt & glorioſa illa ciuitas nimio luxu diffluens, in grauiſſima quælibet ſcelera dilaberetur, ob quæ Sacri Prophetæ Amos, Iſaias, Ieremias, & Zacharias diuino ſpiritu afflati prædixerunt eam capiendam, ſuccendendam, ac in ruinas & aceruum lapidum conuertendam: iuxta quorum oraculum, Aſſyriorum rex Teglathphalaſar ab Achaz rege Iuda prece & pretio, (theſauris ſcilicet Templi ac palatij) conductus, valido exercitu Damaſcum expugnauit & exuſſit; regemque eius Raſin occidit[d]; ciues vero Cyrenem in Africam tranſtulit, & in illorum locum ex Aſſyrijs Damaſcum colonias miſit: ac poſteà à Nabuchodonoſor Babyloniorum rege deuaſtata iacuit, donec ſub Macedonibus, & Ptolomæis rurſum inſtauraretur, & in priſtinum ſtatum reſtitueretur, tandem verò Pompeio magno Romanum exercitum in Syria gubernante, Damaſcus à Metello & Lollio capta, in Romanorum poteſtatem deuenit. Valdè admodum hæc ciuitas nobilitata fuit illuſtri conuerſione, ac conuerſatione D. Pauli. Habuit & inter alia ornamenta Archiepiſcopum, cui multis ſæculis, vndecim Epiſcopatus ſubiecti fuerunt. Denique circa annum Chriſti milleſimum & quadringenteſimum, Parthorum Imperator Tamerlanes, qui terror Gentium appellatus eſt, vrbe potitus, ab ea hoſtiles manus rogatus abſtinuit, idque propter maieſtatem Templi, quod in ea auguſtiſſimum ornatiſſimumque extabat, tanta amplitudine, vt in circuitu, quadraginta magnis porticibus ambiretur; intus verò nouem millibus ampullis aureis aut argenteis, (lampades ſeu lichnos penſiles fuiſſe cenſet Adrichomius,) Regum ſumptibus egregiè decorabatur. Cæterum, dum hinc in Ægyptum idem Tamerlanes exercitum duceret, ab Ægyptijs aſtu quodam Damaſcus occupata eſt, quod ille indignè ferens, Ægytum depopulatus eſt, ac poſtea Damaſcum funditus diruit, ac ita complanauit, vt cùm ciues qui fuga elapſi fuerã, theſauros ſuffoſſos ablaturi rediren, locũ in quo cuiuſque ædes olim ſitæ fuerant, agnoſcere nequiuerint: captæ verò vrbis poſt ſe trophæum reliquit, tres ex caluariis cæſorum turres ſumma arte erectas, poſtea tamen ab Ægypti Soldano, vrbs hæc in integrum reſtituta fuit, multoque tempore ipſi paruit. Anno autem Chriſtianæ redemptionis ſupra ſeſquimilleſimum decimum ſeptimum, Selinus Turcarum Imperator Damaſcum cum vniuerſa Syria, per deditionem in ſuam poteſtatem redegit, cui etiamnum ſubiecta eſt magnaque Mahometiſtarum nec non Chriſtianorum frequentia inhabitatur.

Damna[e], ciuitas Leuitis tributa, in Tribu Zabulon.

Dan[f], [i. iudicans,] filius Iacob, quintus natiuitate, ex Bala ancilla Rachel. *Dan*[g], eximia Phœniciæ ciuitas in Tribu Nephtalim, ad radices montis Libani, in agro fœcundiſſimo ſita, vbi duo fontes Ior & Dan commiſcentur: eſtque terminus terræ promiſſionis à ſeptentrione, ſicut Barſabeæ ab Auſtro. Vnde quoties ſcriptura vtrumque longitudinis illius limitem deſignare vult, ait: [à Dan vſque Berſabeæ[h].] Quod ſpectat ad eiuſdem ciuitatis nomenclaturam, cùm primùm diceretur: Leſem[i], ſiue Laiſa[k]: Sex

Margin notes (left): q Ierem. 36. 11. — r 1. Eſdr. 6. 10. — r Iudic. 16. 4. — s Marc. 8. 10. — t Plin. l. 3. — Act. c. 21. 25. — v 2. Timoth. 4. 10. — x Actor. 17. 34. — y Gen. 15. 2. — z Ita Toſtat. ... eltio, & alij. — a Iſai. 7. 8. — b 4. Reg. 5. 12. — c 2. Reg. 8. 5. 6.

Margin notes (right): d 4. Reg. 16 v. 7. & 10. — e Ioſ. 21. v. 35. — f Gen. 30. v. 6. — g Gen. 14. v. 14. — h 1. Reg. 3. v. 20. & 2 Reg. 24. v. 2. — i Ioſ. 19. v. 47. — k Eſai. 10. v. 30.

centi bellicoſiſſimi viri de Tribu Dan, eam occuparunt, & nomine Patriarchæ ſui Dan appellarunt; ibique conſidentes, argenteum Idolum, quod vnà cum Ephod & ſacerdote è domo Michæ abripuerant, ſibi erexere, colueruntque vſque ad diem captiuitatis ſuæ; poſteà verò à Paneade fonte eam ciuitatem alluente, Paneas dicta eſt: quam Philippus Herodis magni filius, Ituræ & Trachonitidis Tetrarcha, in ſuæ ſedem Tetrarchiæ eligens, ampliauit, & in honorem Tiberij Cæſaris, æternamque proprij ſui nominis memoriam, Cæſaream Philippi nuncupauit.

Daniel [l], [iudicium Dei,] filius ſecundus Dauid ex Abigail Carmelitide: dicitur & Cheleab [m]. *Daniel* [n], de regia ſtirpe Iuda, Propheta, quem præpoſitus Eunnchorum Nabuchodonoſur vocauit Baltaſſar. *Daniel* [o] Leuita, de filijs Ithamar ſub Eſdra.

Danna [p], [i. iudicium,] ciuitas in Tribu Iuda.

Daphca [q], [i. impulſio, impetus] manſio nona filiorum Iſraël.

Daphne [r], [i. laurus græcè,] vicus non longè ab Antiochia diſtabat, eius ſuburbium à Dione [ſ] vocatur, vnde Antiochia Epidaphne, vel Epidaphnes [t]. Is verò locus ſacer & auguſtus, & planè inuiolabilis habebatur, quod ibi eſſet Dianæ Apollinisque lucus & fanum. Eo in azylo ſe continebat Onias ſanctus Pontifex, ſed inde proditoriè abſtractus, à perfido Andronico, ſuaſu ſacrilegi ac impiiſſimi Menelai Pſeudopontificis, occiſus eſt. Similis eſt *Daphnin*, vide infra fons Daphnin.

Dathan [u], [i. ritus, aut lex,] filius Eliab de Tribu Ruben, ſeditioſus; qui cum fratre Abiron & Core deſcenderunt viuentes in infernum. *Dathan* [x], ciuitas in qua habitauit Eliſæus Propheta; & quam rex Syriæ iuſſit obſidere, vt illum caperet.

Datheman [y], [i. legis præparatio,] munitio in Tribu Gad, vbi Iudas Machabæus obſeſſos Iudæos liberauit, & ſparsâ latè victoriâ, octo millia Ammonitarum proſtrauit.

Debbaſeth [z], [i. melliflua,] ciuitas in Tribu Zabulon.

Debera [a] [i. oratorium, ſiue verbum, aut res,] locus in Tribu Iuda.

Deblatha [b], terminus Tribus Ruben: dicitur & *Deblathaim* [c], & *Helmon-Deblathaim* [d].

Debora [e], [i. opes, vel verbum,] nutrix Rebeccæ vxoris Iſaac. Similis eſt *Debbora* [f] Propheta vxor Lapidoth; quæ iudicabat Iſraël in monte Ephraim, ſedens ſub palma, quæ dicta eſt palma Debboræ.

Decapolis [g], i. decem ciuitatum regio, in Euangelica hiſtoria celebris: illæ verò decem ciuitates, quibus præter multas alias fulgebat, ſunt hæ: Cæſarea Philippi, Azor, Cades, Nephtalim, Sepher, Corozaim, Capharnaum, Bethſaida Iotopata, Tiberias, & Bethſan, quæ & Scytopolis.

Dedan [h], [i. mamilla, vel dilectio earum] vrbs ſeu regio in Idumæa; vnde Dedanim [i], i. filij Dedan.

Delean [k], [i. pauper afflictus, vel canticum pauperis, vel tenuitas cantici,] ciuitas in Tribu Iuda.

Delus [l], [i. manifeſtata græcè,] vrbs circa Ciliciam; ſi agatur ibi de Inſula Delos, vna eſt ex Cycladibus.

Demas [m], [i. popularis, aut pinguis,] comes D. Pauli, quem poſteà reliquit, diligens hoc ſæculum. Similis vtcunque, *Demophon* [n], [i. populi vox,] vnus eorum qui ſub Iuda Machabæo non ſinebant Iudæos quietè agere.

Demetrius I. [o], Seleuci filius, ſub quo cecidit Iudas Machabæus [p]. *Demetrius II.* [q], præcedentis Demetrij filius, hic exaltauit Ionathan [r], ſed poſteà ingratus [ſ], alienauit ſe ab eo. *Demetrius* [t] argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ apud Epheſum, qui mouit ſeditionem in D. Paulum. *Demetrius* [u] vir pius, cui teſtimonium redditur à Ioanne Apoſtolo & ab omnibus, & ab ipſa veritate.

Denaba [x], [i. Iudicium præbens,] vrbs in Idumæa, vbi regnauit Bela, filius Beor, primuſque rex Edom.

Derbe [y], [i. circumſepta, vel vallata,] in Licaonia, fortè inde oriundus Caius, S. Pauli comes, qui Derbeus [z] cognominatus eſt.

Dercon [a], de ſtirpe ſeruorum Salomonis.

Deſerta [b] Sina montis, in quibus nunquam homo habitare potuit, vel filius hominis requieuit. *Deſertum* [c], de quo dicitur: [à deſerto & Libano vſque ad fluuium magnum Euphratem &c. Et hi ſunt termini terræ promiſſionis, non quidem totius, ſed ſolùm eius quæ adhuc vltra Iordanem capienda erat. *Deſertum* [d] Cades, vide Cades, ſuprà. *Deſertum* [e], in quo erat domus Ioab, vbi & ſepultus eſt; ibi namque ſuam habebat hæreditatem. [f]. *Deſertum* [g] Idumææ, per quod impius Ioram rex Iſraël, & pius Ioſaphat rex Iudæ, & rex Edom aſcenderunt contra regem Moab, qui in anguſtijs poſitus, obtulit filium ſuum primogenitum, holocauſtum ſuper murum. *Deſertum* [h] ſuperioris Ægypti, in quod Angelus Raphaël relegauit Aſmodæum Dæmonem, qui occiderat ſeptem viros Saræ caſtiſſimæ. *Deſertum* [i], quod eſt iuxta Iericho, vbi captus fuit Sedecias à Chaldæis, vide campus ſolitudinis Ierichontinæ, ſuprà. *Deſertum* [k], in quo ductus eſt Chriſtus à Spiritu Sancto, vt tentaretur à diabolo: eſt in terra Iudæ, inter Ieruſalem & Iericho, nec longè à Iordane; vulgò dicitur, Quarantana, i. locus, in quo Chriſtus ieiunauit quadraginta diebus & noctibus: in eo deſerto commoratus eſt Ioannes Baptiſta. *Deſertum* [l], in quod ſeceſſit Chriſtus vt oraret, poſtquam exiuit de Capharnaum. Eſt, vt credo, idem ac deſertus locus [m], & tranſmarinus Bethſaidæ, in quo Chriſtus de quinque panibus & duobus piſcibus ſatiauit quinque millia hominum, & ſuperfuerunt duodecim cophini fragmentorum [n].

Deſſau [o], [i. germen, herba,] Caſtellum ſeu vicus.

Dibon [p], [i. abundans filijs, aut abundantia intelligentiæ,] vrbs in Tribu Gad, magna ac munita, fontes habet iugiter fluentes. Prophetauit Iſaias in vaſtatione Moab iuxta Dibon tot eſſe occidendos, vt ipſa quoque flu-

l 1. Paral. 3. v. 1.
m 2. Reg. 3. v. 3.
n Dan. 1. v. 6.
o 1. Eſdr. 8. v. 2.
p Ioſ. 15. v. 50.
q Num. 33. v. 12.
r 2. Machab. v. 33.
ſ Lib. 51.
t apud Plin. & Strabon.
u Num. 16. v. 1.
x 4. Reg. 6. v. 13.
y 1. Machab. 5. v. 9.
z Ioſ. 19. v. 11.
a Cap. 15. v. 7.
b Ezech. 6. v. 14.
c Ierem. 48. v. 22.
d Num. 33. v. 46.
e Gen. 35. v. 8.
f Iudic. 4. v. 5.
g Matth. 4. v. 25. Marc. 5. v. 20. & 7. v. 31.
h Ierem. 25. v. 13.
i Iſai. 21. v. 13.
k Ioſ. 15. v. 38.

l 1. Machab 15. v. 23.
m Coloſſ. 4. v. 14. & 2. Timoth. 4. v. 9.
n 2. Machab. 12 v. 2.
o 1. Machab. 7. v. 1. & 10.
v 2. 15. 25.
p Cap. 9. v. 18.
q Cap. 10. v. 67.
r Cap. 11. v. 26.
ſ Verſ. 53.
t Actor. 19. v. 24. 25.
u 3. Ioan. 12.
x Gen. 36. v. 32.
y Actor. 14. v. 6.
z Cap. 20. v. 4.
a 1. Eſdr. 2 v. 56.
b Iudith. 5. v. 14.
c Ioſ. 1. v. 4.
d Pſal. 28. v. 8.
e 3. Reg. 2. v. 34.
f Ita Toſtat
g 4. Reg. 3. v. 8. 27.
h Tob. 8. v. 3. 6. 14.
i Ierem. 52 v. 8.
k Matth. 4 v. 1.
l Marc. 1. v. 35.
m Matth. 14 v. 25.
n Ioan. 6. v. 9. 13.
o 2. Machab. 14. v. 16.
p Num. 32 v. 34.

mina Sanguine inundarent [q]. Contra eam quoque, quam filiam Dibon vocat, prophetauit & Ieremias [e]. Similis vtcunque *Dibon-Gad* [f], manſio trigeſima noua filiorum Iſraël.

Dimona [t], [i. ſterquilinium, ſiue coacernatio,] ciuitas in Tribu Iuda.

Dina [u], [i. iudicium, vel iudicans,] filia Iacob vnica ex Lia vxore. Similis eſt *Diana* [x], Dea ſcilicet quam colebant Epheſij. Et *Dina* [y], [i. iudicia, ſiue iudices,] nomen populi.

Dioſcorus [z], apud Macedones nomen menſis duodecimi, qui ab Hebræis dicitur Adar [a].

Diſan [b], [i. trituratio, dens, vel ebur,] filius Seir Horræi. Similis eſt *Diſon* [c], alter ex filiis eiuſdem Seir. *Diſon* [d], filius Anæ filij Sebeon.

Dithalaſſus [e] Græcè, Latinè locus bimaris, qui vtrinque mari alluitur, quod in nauigatione vix ſine periculo euenire ſolet: in talem locum incidit & naufragium fecit D. Paulus propè Melitam inſulam.

Doch [f], [i. commotus, ſiue impulſus, aut comminutus,] ars in Tribu Ephraim, in eſi o mon e, ex quo quaque verſus amœniſſimus patet proſpectus: ibi cum dolo, conuiuio exceptus cum duobus filiis ſuis Mathathia & Iuda occiſus eſt Simon Machabæus a Ptolomæo genero ſuo, filio Abobi.

Dodanim [g], [i. dilecti, vel patruelis ſomnus, aut mamilla dormientis,] filius Iauan filij Iaphet, à quo Rhodij dicuntur. Similis eſt vtcunque *Dodau* [h], [i. dilectio, aut mamilla eius] de Mareſa pater Eliezer Prophetæ. vide Eliexer, infrà.

Dommim [i], [i. ſanguinei, aut ſilentes,] regio in Tribu Iuda, in cuius finibus caſtrametati ſunt Philiſtiim, quando Dauid proſtrauit Goliath: vocatur & *Pheſdomim* [k].

Domus [l] *Solis*, vrbs Ægypti, In qua Sol adorabatur; græcè Heliopolis [m], infra; Hebraice diceretur Bethſemes. *Domus* [n], quã tredecim annorum ſpatio ædificauit ſibi Salomõ, in ea parte Ieruſalem, quæ dicebatur ciuitas Dauid. *Domus* [o] Saltus Libani ſecunda quam in eadem vrbe Ieruſalem Salomon conſtruxit: nuncupata eſt domus ſaltus Libani, quod circumquaque con ſita eſſet arboribus & viridariis mirabilis recreationis, iuxtà diuerſitatem ſaltus Libani; vel quia tota erat de lignis Libani, tã in parietibus quàm in columnis, tecto & pauimento [p]: eò ſe Rex & Nobiles, ſeriis Reip. negotiis peractis, conferebãt, & animũ oblectabant. *Domus* [q] filiæ Pharaonis, tertia domus quam extruxit Salomon vxori ſuæ; licet enim ipſe habitaret in domo quam fecerat, noluit tamen vxorem ſuam ibi habitare, quod illa domus fuiſſet ſanctificata per ingreſſum Arcæ [r]. *Domus* [s] concilij Seniorum, ad meridiem Templi ſita. *Domus* [t] Nathinæorum & [illegible] vendentium. Nathinæi ligna & aquas in Templo miniſtrabant. *Domus* [u] fortium, in qua fortes & Heroes Dauids habitabant, & vbi ceu in Palæſtra, athletæ, exercitij gratiâ, digladiationibus certabant [x]. *Domus* [y] hyemalis regis, in qua ſedebat Ioachim Rex Iuda quando volumen Ieremiæ ſcalpello ſcidit, & proiecit in ignem. *Domus* [z] vulgi, erat domus publica, in qua

q Iſai. 15. v. 9.
e cap. 48. v. 18.
f Num. 33. v. 45.
t Ioſ. 15. v. 21.
u Gen. 30. v. 21.
x Actor. 19. v. 24. 35.
y 1. Eſdr. 4. v. 9.
z 2. Machab. 11. v. 21.
a 1. Eſd. 6. v. 15.
b Gen. 36. v. 21.
c v. 21.
d v. 25.
e Actor. 27. v. 41.
f 1. Machab. 16. v. 15.
g Gen. 10. v. 4.
h 2. Paral. 20. v. 37.
i 1. Reg. 17. v. 1.
k 1. Par. 11. v. 13.
l Ierem. 43. v. 13.
m Gen. 41. v. 15.
n 3. Reg. 7. v. 1.
o Cap. 7. v. 2. Iſai. 22. v. 8.
p Ita Toſtat
q 3. Reg. 7. v. 8.
r 2. Paral. 8. v. 11.
s 1. Paral. 26. v. 15. 17.
t 2. Eſdr. 3. v. 30.
u Cap. 3. v. 16.
x Adrichõ. pag. 151.
y Ierem. 36. v. 22. 23.
z Ierem. 39. v. 8.

celebrabantur publici ludi, nuptiæ, conuiuia, ioculationes [a], & his ſimilia. *Domus* Pharaonis, quæ erat in Taphnis. Iuſſit Deus Ieremiæ Prophetæ, vt ſumeret lapides grandes in manu ſua, & abſconderet eos, cernentibus Iudæis, in crypta, quæ eſt ſub muro lateritio in porta domus Pharaonis in Taphnis [b]. *Domus* [c], ſeu locus domus extra Sanctuarium, i. extra Atrium Sacerdotum, quod dicitur Sanctuarium, quia ſanctificatum & conſecratum erat ſanguine vituli cœſi [d]. *Domus* [e] culinarum Templi cuius ſcilicet facies reſpiciebat ad orientem, erat in atrio Laicorum. *Domus* [f] Meſſa, ſita iuxta portam occidentalem Templi [g]. *Domus* [h] Zachariæ Sacerdotis, iuxta montana Iudæ, non longè à Bethſura & Emaus, vbi natus eſt Ioannes Baptiſta, circumciſus, & in ſpelunca abſconditus, ne cum pueris Bethlehemitis ab Herode occideretur. Tempore Salianici, vt ipſe aſſerit, adhuc habitabatur; eamque peregrini reuerenter ſalutare conſueuerant. *Domus* [l] Principis Phariſæorum in qua Chriſtus Hydropicum ſanauit. *Domus* [m] Simonis Leproſi, in qua Chriſtus Magdalenæ pœnitenti peccata remiſit. *Domus* [n] Mariæ matris Ioannis, qui cognominatus eſt Marcus, vbi multi ex Diſcipulis erant congregati quando venit ad eos Petrus eductus è carcere ab Angelo.

Dor [o], [i. generatio, vel habitatio,] ciuitas & Prouincia iuxta mare, & olim regia, ceſſit Tribus Manaſſe, cis Iordanem [p]: vocatur & *Dora* [q]. Similis vtcunque *Dorda* [r], [i. habitaculum ſcientiæ, ſeu generatio;] vnus ex filiis Maol, virque ſapientiſſimus.

Dorcas [ſ] Græcè, Latinè caprea, ſeu Damula, Tabitha ſyriacè, puella dedita miſericordiis pauperum, quam in Ioppe ſuſcitauit D. Petrus.

Doſitheus [t], qui ſe Sacerdotem & Leuitam ferebat, regnante Ptolemæo & Cleopatra. *Doſitheus* [u], Dux Iudæ Machabæi. *Doſitheus* [x], de Bacinoris eques, vir fortis, cui Gorgiam apprehendenti Thrax quidam humerum amputauit.

Dothain [y], [i. ritus, aut lex,] locus in Tribu Zabulon, vbi Ioſeph inuenit fratres ſuos paſcentes gregem: nec longè à Dothain erat ciſterna vetus, in quam miſſus eſt ab ipſis.

Dura [z], [i. habitatio, aut pyræ ignis, aut peregrinatio,] campus Prouinciæ Babylonis, in quo Nabuchodonoſor ſtatuam auream adorandam ſtatuit.

E

Ebal [a], [i. acervus vetuſtatis, octauus filius Iectan filij Heber in Chriſti linea. *Ebal* [b], tertius filius Sobal filij Seir Horræi. Similes ſunt, *Eſbaal* [c], [i. ignis Idoli, ſiue ignis dominantis,] quartus & vltimus ex filiis Saul. Et *Eſbbaal* [d], [i. ſignum Idoli aut dominantis, vel cum Baal, ſeu Domino,] Rex Sidoniorum, & pater impiiſſimæ Iezabeel, quam duxit impius Achab rex Iſraël.

Ecbatana [e], eadem quæ *Ecbatanus* [f], maioris ſcilicet Mediæ metropolis ac caſtrum: illam ædificauit Arphaxad rex Medorum ex

a Ita Adrichom.
b Ierem. 43. v. 9.
c Ezech. 43. v. 21.
d Ita Vatabl.
e Ezech. 46. v. 14.
f 4. Reg. 11. v. 6.
g Adrichom.
h Luc. 1. v. 30.
l Cap. 14. v. 1.
m Cap. 7.
n Actor. 12. v. 12.
o Ioſ. 11. v. 2. & 12. v. 23.
p Cap. 17. v. 11.
q 1. Machab. 15. v. 23.
r 3. Reg. 4. v. 31.
ſ Actor. 9. v. 39.
t Eſdr. 11. v. 1.
u 2. Machab. 12. v. 19.
x v. 35.
y Gen. 37. v. 17.
z Dan. 3. v. 1.
a Gen. 10. v. 27. 28.
b Cap. 36. v. 23.
c 1. Paral. 8. v. 33. & 9. v. 39.
d 3. Reg. 16. v. 31.
e 2. Machab. 9. v. 3
f Iudith. 1. v. 2.

lapidibus quadratis & ſectis, & magnificentiſſimè decorauit: eaque nunc Parthi vt regiâ vtuntur. Eſt & mons *Ecbatanis* [g], in quo poſita erat Rages ciuitas, in qua morabatur Gabelus Tobiæ conſanguineus.

Eccleſiaſtes [h], græcè; Idem quod Coheleth, hebraicè; & concionator, latinè. Sic inſcribitur vnus ex libris Salomonis.

Echi [i], filius Beniamin: dictus eſt & Ahiram [k].

Edema [l], [i. terra rufa, ſiue ſanguinea,] ciuitas in Tribu Nephtali.

Eden [m], [i. voluptas, ſiue deliciæ,] ſeu plaga orientalis. *Eden*, regio Syriæ amæniſſima. *Eden* [n], vir cuius filij incoluerunt regionem Syriæ, quæ dicitur Thalaſſar. *Eden* [o] Leuita, filius Ioath de filijs Gerſon ſub Ezechia.

Eder [p], [i. grex,] Leuita, filius Muſi filij Merari *Eder* [q], vrbs in Tribu Iuda.

Ediſſa [r], [i. myrthus, aut Syriacè lætitia] Iudæa de Tribu Beniamin, quæ & Eſther [ſ], pulchra nimis & decora facie, filia Abihail fratris Mardochæi, quam vtr que parente orbatam iſte enutriuit & adoptauit in filiam; & Aſſuerus duxit vxorem, & regnare fecit loco Vaſthi iam repudiatæ [t]; quæ & liberauit Iudæos internecioni addictos [u].

Ednas, [i. voluptas, deliciæ,] & alter *Ednas* [x], duo ex octo Principibus millium In Manaſſe, qui transfugerunt ad Dauid in Siceleg, & præbuerunt auxilium contra Amalecitas. *Ednas* [y], vnus ex ducibus Ioſaphat regis Iuda, habens ſub ſe trecenta millia robuſtiſſimorum virorum. Similis eſt *Edna* [z], idemque ſignificat. vnus ex filijs Iſraël qui ſub Eſdra repudiarunt vxores alienigenas.

Edom [a], [i. rufus,] ſic cognominatus fuit Eſaü ex pulmento rufo, pro quo vendidit primogenita fratri ſuo Iacob. *Edom* [b], populi, ab Edom ſeu Eſaü ita nuncupati, qui noluerunt filijs Iſraël innocuum permittere tranſitum per terram ſuam: quos & Saül expugnauit [c]; ac poſteà Dauid ipſos ſibi ſeruire fecit [d]. *Edom* [e], regio, quæ & Idumæa [f] dicitur, & Seir [g], vide infrà.

Edrai [h], [i. magnitudinis aceruus, magnificentiæ deſolatio,] ciuitas inſignis in terra Moab trans Iordanem, in Tribu Manaſſe, vbi manebat Og rex Baſan. *Edrai* [i], ciuitas in Tribu Nephtali.

Eglon [k], [i. vitulus, aut currus,] ciuitas olim regia in Tribu Iuda. *Eglon* rex Moab, quem Deus confortauit aduerſos Iſraëlem in peccata relapſum, cui & ſeruiuit decem & octo annis. Similis eſt *Egla* [l], vxor Dauidis regis.

Ela [m], [i. quercus, ſiue fortitudo, aut Syriacè, Deus,] ducatus in Idumæa. *Ela* [n], filius Caleb filij Iephone. *Ela* [o], filius Baſa regis Iſraël. *Ela* [p], pater Semæi præfecti annonæ Salomonis in Beniamin. *Ela*, pater Ozi, de Tribu Beniamin poſt captiuitatem Babylonicam [q]. Similes ſunt *Elad*, & *Elada* [r], duo ex filijs Ephraim, quos occiderunt Gethæi. Et *Elai* [ſ], [i. fortis, vel Deus meus,] vir de Tribu Simeon. ex cuius ſtirpe Iudith oriunda.

Elaſa [t], [i. Dei factura,] filius Helles de Tribu Iuda. *Elaſa* [u], filius Rapha, ſeu Raphaia [x], de Tribu Beniamin. *Elaſa* [y], filius Saphan, miſſus à Sedecia rege ad Nabuchodonoſor in Babyloniam. *Elaſa* [z], de filijs Rheſphur, vnuſque ex Sacerdotibus qui ſub Eſdra repudiarunt vxores alienigenas.

Elath [a], [i. ceruâ ſiue fortitudo,] ciuitas ad mare rubrum, quà tranſierunt filij Iſraël.

Elcana [b], [i. Deus zelotes, aut Dei poſſeſſio,] filius Core ſeditioſi de Tribu Leui *Elcana* [c] II. *Elcana* [d] III. nepos ſecundi. *Elcana* [e] IV. ex eadem ſtirpe, maritus Annæ, & pater Samuëlis Prophetæ. *Elcana* [f], vnus de fortiſſimis pugnatoribus qui venerunt ad Dauid Siceleg. *Elcana* [g], Ianitor Arcæ tempore Salomonis. *Elcana* [h], vir ſecundus ab Achaz rege Iuda, & occiſus à Zechri viro potente ex Ephraim.

Elceſæus [i], patrium nomen Nahum Prophetæ, ex viculo Elceſæ, ſeu Elceſæo oriundi.

Elchanan [k] de Bethlehem, vnus ex fortiſſimis Dauid: dicitur & *Elehanan* [l].

Eldaa [m], [i. Dei ſcientia, aut Dei cognitio,] vltimus filius Madian filij Abrahæ ex Cetura. Similis eſt *Eldad* [n], [i. Dei dilectio,] vnus ex LXX. Senioribus à Moyſe in ſuum ſubſidium electis, qui humilitatis ergo ad Tabernaculum non acceſſit, ſed remanſit cum Medad, ſuper vtrumque tamen requieuit Spiritus Domini.

Eleale [o], [i. Dei aſcenſio, ſiue holocauſtum,] ciuitas Amorrhæorum in Galaatide regione, quam ædificarunt filij Ruben.

Eleazar [p], [i. Dei adiutorium,] qui & *Eleazarus*, idem ſignificans, filius Aaron ſummi Sacerdotis, & pater Phinees [q]. *Eleazar* [r], filius Moholi Leuitæ. *Eleazar* [ſ] Ahohites, vnus è fortibus Dauidis. *Eleazar* [t] filius Phinees, tempore Eſdræ. *Eleazar* [u] filius Eliud, & pater Mathan in Chriſti linea.

Eleazarus [x], cognomine Abaron, filius Mathathiæ, & Iudæ Machabæi frater. *Eleazarus*, filius Saura, is generosè obuijs hoſtibus hinc inde occiſis, adijt elephantem loricis regis loricatum, cumque occidit, à quo & oppreſſus eſt [y]. Hic ex Ioſepho idem eſt cum præcedente, putà quia Mathathias alio nomine vocabatur Saura. *Eleazarus* nonagenarius, vnuſque de Principibus ſcribarum qui mori maluit, quàm edere carnes porcinas à lege vetitas, aut etiam id ſimulare [z].

Elehanan [a], [i. Dei gratia] vnus ex fortiſſimis Dauid: dicitur & *Elchanan* [b].

Eleph [c], vrbs in Tribu Beniamin.

Eleutherus [d], [i. liber, vel ingenuus, græcè,] fluuius in Tribu Aſer teſtudinibus abundans. Ad hunc vſque fluuium Ionathas Machabæus Ptolemæum Philometora, Ægypti regem comitatus eſt.

Elia [e], [i. Deus Dominus, aut fortis Dominus,] filius Ieroham de Tribu Beniamin. *Elia* [f], vnus ex Sacerdotibus de filijs Harim qui repudiarunt vxores alienigenas. *Elia* [g]. alter ex Iſraël de filijs Ælam, qui idipſum egerunt. Similis eſt *Eli* [h], [i. Deus meus,] qua voce Chriſtus in cruce pendens vſus eſt morti proximus.

Eliab [i], [i. Deus meus pater, ſiue Deus patris,] filius Phallu filij Ruben, & pater Dathan & Abiron rebellium, qui deſcenderunt viui in infernum. *Eliab* [k], filius Helon, Princeps Tribus ſuæ Zabulon. *Eliab* [l], Leuita,

g Tob. 3. v. 8.
h Eccleſ. 1. v. 1.
i Gen. 46. v. 21.
k Num. 26. v. 38.
l Ioſ. 19. v. 36.
m Gen. 4. v. 16.
n Iſai. 37. v. 12. & 4. Reg. 19. v. 12.
o 2. Paral. 29. v. 12.
p 1. Paral. 23. v. 23.
q Ioſ. 15. v. 21.
r Eſth. 2. v. 7.
ſ Ibidem.
t Verſ. 17.
u Cap. 7.
x 1. Paral. 12. v. 20.
y 2. Paral. 17. v. 14
z 1. Eſdr. 10. v. 30.
a Gen. 25. v. 30. & cap. 36. v. 1
b Num 20 v. 18.
c 1. Reg. 14. v. 47.
d 2. Reg. 8. v. 14. 1 Paral. 19. v. 19.
e Gen. 32. v. 3. & Ioſ. 15. v. 21.
f Num. 24. v. 18.
g Cap. 21. v. 33.
h Deuter. 1. v. 4. Ioſ. 13. v 31.
i Cap. 19. v. 37. cap. 12. v. 12. & 13. v. 19.
k Iudic. 3. v. 12.
l 2. Reg. 3. v. 5. 1. Paral. 3. v. 3.
m Gen. 36. v. 41.
n 1 Paral. 4. v. 15.
o 3. Reg. 16. v. 6. & 8.
p Cap. 4. v. 18.
q 1. Paral. 9. v. 8.
r Cap. 7. v. 21.
ſ Iudith 8. v. 1.
t 1. Paral. 2. v. 39.
u Cap. 8 v. 37.
x Cap. 9. v. 43.
y Ierem. 29. v. 2.

filius Nahath de ſtirpe Core ſeditioſi. *Eliab* [m], primogenitus filiorum Iſai Patris Dauid: dicitur & Eliu [n]. *Eliab* [o], vnus eorum qui in Nablis arcana cantabant ſub Dauide. *Eliab* [p], vnus ex robuſtiſſimis qui de Gaddi transfugerunt ad Dauid. Similis eſt *Eliaba* [q], [id eſt, Deus, aut fortis abſcondet,] de Salaboni, ſeu Salabonites, vnus e fortibus Dauidis.

Eliacim [r], [i. Dei reſurrectio, ſiue Deus reſurrectionis vel firmitatis, aut Deus iudicans,] filius Helciæ, præpoſitus domus regis Ezechiæ, quem ipſe miſit, vt audiret verba Rabſacis. *Eliacim* [ſ], filius Ioſiæ regis Iuda, à Pharaone Nechao rege Ægypti, rex Iuda conſtitutus, & Ioakim appellatus. *Eliacim* [t], filius Abiud in Chriſti linea.

Eliada [u], [i. Dei ſcientia, vel Dei cognitio,] filius Dauid ex vxore innominata. *Eliada* [x], Pater Raſon ſerui Adarezer regis Soba. Raſon ille à Deo ſuſcitatus fuit ex tribus aduerſariis Salomoni idololatræ. *Eliada* [y], vnus ex Principibus Ioſaphat regis Iuda, robuſtus ad prælia, habens ſub ſe ducenta millia virorum. Similis eſt *Eliaba*, de quo, ſuprà.

Eliam [z], [i. Dei populus, Deus populi,] Pater Bethſabee vxoris Vriæ: dicitur & *Ammiel* [a]. *Eliam* [b], filius Achitophel Gilonitis ſeu Gelonitis conſiliarij Dauid, vnuſque ex triginta ſeptem fortibus Dauidis. Similis eſt *Elias* [c], [i. Deus Dominus, aut fortis Dominus,] Thesbites, inſignis Propheta, igneo curru raptus in cœlum [d]. Et *Eliaſaph* [e], [i. Deus augens, vel Deus augmentationis,] filius Duel, Princeps Tribus Gad.

Eliaſib [f], [i. Deus conuerſionis, aut Dei habitatio,] Princeps vndecimæ vicis Sacerdotalis de ſtirpe Eleazar. *Eliaſib* [g], Sacerdos magnus tempore Eſdræ; is cum fratribus ſuis Sacerdotibus ædificauit portam gregis. *Eliaſib* [h], vnus è Cantoribus qui ſub Eſdra repudiauit vxorem alienigenam. *Eliaſib* [i], vnus de filiis Iſraël qui repudiarunt vxores alienigenas. Similis *Eliaſub* [k], vnus è ſeptem filiis Eliocnai de ſtirpe Iuda.

Elica [l], [i. Dei pelicanus,] de Harodi, vnus ex triginta ſeptem fortibus Dauidis. Similis *Elici* [m], Græcè Elymæi, populi ſcilicet, quorum rex fuit Erioch.

Eliel [o], [i. Deus meus, Deus, vel Dei fortitudo, ſeu potentia,] Princeps cognationis in dimidia Tribu Manaſſe trans Iordanem. *Eliel* [o], filius Tohu Leuita de ſtirpe Core ſeditioſi. *Eliel* [p], filius Seſac de Tribu Beniamin. Et alter *Eliel* [q]. *Eliel* Mahumites, Et alter *Eliel*, duo ex fortiſſimis qui de Gaddi transfugerunt ad Dauidem [r].

Eliezer [ſ], [i. Dei adiutorium,] Damaſcus, procurator Domus Abraham. Vide ſuprà Damaſcus. *Eliezer* [t], filius Bechor filij Beniamin filij Iacob. *Eliezer* [u], alter ex filiis Moyſis. *Eliezer* [x], vnus è Sacerdotibus qui clangebant tubis ante Arcam Dei ſub Dauide. *Eliezer* [y], filius Zechri, duxque Rubenitarum ſub eodem Dauide. *Eliezer* [z], de Mareſa, Propheta, filius Dodau, qui prophetauit ad Ioſaphat regem Iuda Deum contriuiſſe claſſem eius, quod habuiſſet fœdus cum impio Ochozia rege Iſraël. *Eliezer* [a], vnus ex iis qui miſſi ſunt ad Eddo in locum Caſphiæ. *Eliezer* [b], vnus de Sacerdotibus qui repudiarunt vxores alienigenas ſub Eſdra. *Eliezer* [c], alter de filiis Leuitarum qui idipſum egit Et *Eliezer* [d], filius Iorim in Chriſti linea.

Elim [e], [i. arietes, aut fortes,] manſio ſexta filiorum Iſraël, vbi erant palmæ ſeptuaginta, & duodecim fontes. Eſt & puteus *Elim* in terra Moab, de quo Iſaias [f]. Similis vtcumque *Elimelech* [g], [i. Deus meus rex, aut Dei conſilium,] de Bethlehem Iuda, qui cum vxore ſua Noëmi & duobus filiis Mahalon & Chelion vrgente fame abiit in terram Moab, ibique obiit. Et huic ſimilis eſt *Elmelech* [h], [id eſt, Dei regnum, vel conſilium,] ciuitas in Tribu Aſer.

Elioenai [i], [i. ad ipſum oculi mei, vel ad ipſum afflictio, ſeu paupertas,] filius Naariæ de regia ſtirpe Iuda. *Elioenai* [k], vir Princeps de Tribu Simeon. *Elioenai* [l], filius Bechor filij Beniamin. *Elioenai* [m], filius Semei de eadem Tribu. *Elioenai* [n], filius Meſelemiæ de ſtirpe Core, vnus ex Ianitoribus tempore Dauidis. *Elioenai* [o], filius Zarehe, & Princeps familiæ ſub Eſdra. *Elioenai* [p], vnus e Sacerdotibus filiis Pheshur, qui ſub Eſdra repudiarunt vxores alienigenas.

Eliphalet [q], [i. Deus liberationis, ſeu Deus parieus,] vnus ex nouem filiis Dauid ex vxoribus innominatis. *Eliphalet* [r], tertius filius Eſec de Tribu Beniamin. Similes ſunt *Eliphalu* [ſ], [i. Deus mirabilia, vel Deus ſeparans,] vnus es Cantoribus poſt Arcam ſub Dauide: Et *Eliphal* [t], [i. Dei miraculum, vel Dei iudicium, filius Vr, vnuſque ex fortiſſimis viris in exercitu Dauid.

Eliphaz [u], [i. Dei conatus,] filius Eſau ex Ada vxore. *Eliphaz* [x], Themanites, amicus ſancti Iob.

Eliphelet [y], [i. Deus liberationis,] filius Aasbai, vnuſque ex triginta ſeptem fortibus Dauid. *Eliphelet* [z], vltimus ex nouem filiis Dauid ex vxoribus innominatis: ſcribitur & *Eliphalet* [a]. *Eliphelet* [b], Princeps familiæ, qui aſcendit de Babylone cum Eſdra. *Eliphelet* [c], vnus de filiis Iſraël, qui ſub Eſdra repudiarunt vxores alienigenas.

Eliſa [d], [i. Deus eſt, aut Dei agnus,] filius Iauan filij Iaphet: ab hoc Æoles, nunc Inſulæ Ionij maris dicuntur Eliſa [e].

Eliſabeth [f], [i. Deus iuramenti,] filia Aminadab Principis Iuda, & vxor Aaron Summi Pontificis. *Eliſabeth* [g], vxor Zachariæ Sacerdotis, & mater Ioannis Baptiſtæ.

Eliſaphan [h], [i. Deus abſconditus, aut Deus ſpeculator,] filius Oziel filij Caath filij Leui. Is cum fratre ſuo Miſaele iuſſu Moyſis aſportauit cadauera Nabab & Abiu extra Caſtra. *Eliſaphan* [i], filius Pharnac, Princeps ſuæ Tribus Zabulon in deſerto. Similis eſt *Eliſaphat* [k], [i. Deus iudicans,] filius Zechri, vnuſque è Centurionibus cum quibus Ioiada Summus Pontifex fœdus iniit, ad conſtituendum Ioas regem Iuda.

Eliſama [l], [i. Deus exauditionis, ſiue Dei exauditio,] filius Ammiud, Princeps ſuæ Tribus Ephraim in deſerto. *Eliſama* [m], filius Ioamiæ de Tribu Iuda. *Eliſama* [n], duo de filiis Dauid ex vxoribus innominatis. *Eliſama* [o], vnus de Sacerdotibus qui ſub Ioſaphat rege Iuda docebat populum Iuda legem Domini. *Eliſama* [p], vnuſque eorum qui

audierunt

m 1.Reg.16. v.6.& 1.Par. 2.v.13. n 1.Par 27. v.18. o Cap.15. v.20. p Cap.12.v.9. q 2.Reg.23. v.32.& 1.Par.11.v.12. r Iſai.22.v.20.& 4.Reg.18. v.15. & 19. v.2. ſ 4.Reg.23. v.34. t Matth. 1. v.13. u 2.Reg.5. v.16. & 1.Paral.3.v.8. x 3.Reg.11. v.23. y 2.Paral 17. v.17. z 2.Reg.11. v.3. a 1.Paral.3. v.5 b 2.Reg 23. v.34 c 3.Reg.17. v.1. d 4.Reg.2. v.11. e Num.1. v.14. f 1.Paral.24. v.11. 4.Eſdr. 10.v.6. g 2.Eſdr.3.v.1.20.21.& cap.12 v.23. & 13.v.4.28. h v.24. i v.27. k 1 Paral.3. v.24. l 2.Reg.23. v.25. m Iudith 1. v.6. n 1.Paral.5. v.24. o Cap.6. v.34. p Cap.8. v.20. q v.22. r Cap.12. v.11. ſ Gen.15.v.2. t 1 Paral.7. v.8. u Exod.18. v.4. 1.Paral. 23.v.15. x Cap.15.v.24. y Cap.27. v.16. z 2.Paral.20. v.37. a 1 Eſdr. 8 v.17. b Cap.10. v.18. c v.23. d Luc.3.v.29.

e Num.33. v.9. f Cap 15. v 8. g Ruth 1.v.2.3. h Ioſ.19.v.26. i 1.Paral.3. v.23. k Cap.4.v.36. l Cap.7. v.8. m Cap.8. v.20. n Cap 16. v.3. o 1 Eſdr.8. v.4 p Cap.10.v.22. q 2.Reg.5.v.16. 1.Paral.3. v.6. r Cap.8. v.39. ſ Cap 13.v.18. t Cap.11.v.35. u Gen.36. v.4. x Iob.2.v.11. y 2.Reg.23. v.34. z 1. Paral.3. v.8. a Cap.14. v.7. b 1. Eſdr.8. v.13. c Cap.10.v.33. d Gen.10 v.4. e Ezech.27. v.7. f Exod.6 v.23 g Luc.1. v.5. h Leuit. 10. v.4. i Num 34. v.25. k 2.Paral.23. v.1. l Num 1. v.10 & 1.Paral.7.v 26. m Cap.2.v.41. n 2.Reg.5.v.16.& 1. Par. 3.v.6.& cap. 14.v.6.

audierunt ex ore Baruch lecturam voluminis Ieremiæ. *Eliſama* [q], auus Iſmaelis de ſemine regio, qui occidit Godoliam.

Eliſeus [r], [i. Dei ſalus, vel Deus ſaluans,] filius Saphat, Propheta & Eliæ diſcipulus, cuius & duplicem ſpiritum accepit. Similes ſunt *Eliſua* [s], idem ſignificans, vnus de filiis Dauid ex vxoribus innominatis. Et *Eliſur* [t], [id eſt, Dei fortitudo, ſiue Dei petra,] filius Sedeur, Princepſque Tribus ſuæ Ruben in deſerto.

Eliu [v], [i. Deus meus ipſe,] filius Barachel Buzites de cognatione Ram qui indignatus eſt aduerſus Iob quod ſe iuſtum diceret coram Deo. *Eliu* [x], auus Elcanæ patris Samuëlis Prophetæ. *Eliu* [y], vnus ex Principibus militiæ in Manaſſe, qui transfugerunt ad Dauid in Siceleg. *Eliu* [z], Leuita de filiis Obededom, fortiſſimus ad miniſtrandum ſub Dauide. *Eliu* [a], frater Dauid, qui præerat Tribui Iuda: dicitur paſſim *Eliab* [b]. Similis eſt *Eliud* [c], [i. Deus laudis, ſiue Deus confeſſionis, aut Dei laus, vel confeſſio,] filius Akim filij Sadoc.

Elleaddebarim [d], [i. hæc ſunt verba,] ſic incipit, diciturque ab Hebræis quintus liber legis, qui à LXX. Interpretibus Græcè Δευτερονόμιον, vocatur, i. lex ſecundaria, ſeu denuò repetita [e] per miniſterium Moyſis coram iis qui eam in monte Sinai non audierant: omnes enim qui egreſſi fuerant ex Ægypto, extincti fuerant in deſerto, exceptis Ioſue & Caleb.

Elnathan [f], [i. Deus dedit, ſiue donum,] de Ieruſalem, filius Achobor, & pater Nohe ſta matris Ioachim filij Ioacim. *Elnathan* [g], tres viri huius nominis, duo Principes, & vnus ſapiens, miſſi ad Eddo.

Elon [h], filius Zabulon, à quo familia Elonitarum [i]. *Elon* [k], ciuitas in Tribu Nephtali. *Elon* [l], pater Baſemath vxoris Eſau, quæ etiam dicitur Ada [m].

Eltecon [n], [i. Dei correctio, ſiue Dei præparatio,] ciuitas in Tribu Iuda.

Eltheco [o], ciuitas Leuitica in Tribu Dan.

Eltholad [p], [i. Dei generatio,] ciuitas in Tribu Iuda. *Eltholad* [q], ciuitas in Tribu Simeon.

Elymais [r], ciuitas in Perſide nobiliſſima, quam Antiochus Epiphanes capere & deprædari tentauit. Similis eſt *Elymas* [ſ], qui & *Bariesu*; hic reſiſtebat Paulo, quærens auertere Sergium Proconſulem à fide.

Elzabad [t], [i. Dei donatio,] Leuit. de fil. Obededom, fortiſſim. ad miniſtrand. Similis eſt *Elzabad* [u], nonus ex vndecim viris Principibus, qui de Gaddi transfugerũt ad Dauidem.

Eman [v], [i. multus aut tumultuans; vel ſyriacè, fidelia,] filius Zaræ filij Iudæ Propheta fuit in Ægypto cum fratre ſuo Ethan; vnde inſcriptio pſalmi 87. Intellectus Eman.

Emath [y], [i. ira, vel indignatio, vel venenum,] inſignis ciuitas in Tribu Nephtali: ſcribitur & *Hemath* [z], ſumiturque pro termino terræ ſanctæ ab Aquilone, eiuſdemque longitudo [a] cenſetur ab introitu Emath vſque ad riuum ſeu torrentem Ægypti. De ipſa prophetauit Ezechiel [b] maximè & Ieremias [c]. Eam porrò ciuitatem munitiſſimam Tribui Nephtalim aſſignatam, Chananæi multis ſæculis retinuere. Vnde cum Dauid Philiſtæos, Moabitas, Syriam Damaſci, Adarezer regem Soba regionis Emath armis ſibi ſubegiſſet, Thou [d] rex ciuitatis Emath ſibi timens, Adoram, vel Ioram filium ſuum in dolo, vt ait Hieronymus, cum muneribus miſit ad Dauidem, eique de parta victoria congratulatus, pacem & ſocietatem ab eo impetrauit. At poſtea Salomon eam vrbem vi expugnatam, eiectis Chananæis, aliaſque ciuitates in regione Emath fortiſſimè muniuit [e]. Demum Antiochus Epiphanes cum in Syria regnaret, Emath nomine commutato, à ſe Epiphaniam vocari voluit, quo nomine plerumq; à Macedonibus celebratur *Emath* etiam [f], regio eſt ampla, ab illa ciuitate Emath nomen habens, quæ ſcribitur & Hemath [g]. *Emath* [h] quoque turris eſt in Ieruſalem. vide infrà Turris Emath.

Emim [i], [i. terrores, vel terribilis,] Gigantes quos percuſſit Codorlahomor; ſic nuncupati à Moabitis [k], ab affectus timoris quem incutiebant: ſicut ab Ammonitis: *Zomzommim* [l].

Emmanuel [m], hoc eſt nobiſcum Deus, ſic dictus Chriſtus Dominus.

Emmaum [n], vrbs vel locus quo applicuit immenſus Gorgiæ exercitus aduerſus Iudam Machabæum, qui implorato Dei auxilio, cum tribus millibus virorum, qui tegumenta & gladios non habebant, contriuit quadraginta ſeptem millia: dicitur & *Ammaum* [o].

Vox Emmaus [p], [i. populus abiectus, vel pauor conſilij, vel calor conſilij,] caſtellum in Tribu Iuda, ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Ieruſalem, nobile olim oppidũ, ſed ob cæſos ibi Romanos milites, paulò ante à Varo Syriæ Preſide crematum [q], & caſtellũ redactũ; fuit patria Cleophæ, nobilitata miraculo Chriſti, quem in caſtello hoc duo diſcipuli, videlicet ipſe Cleophas aliuſq; cognouerũt poſt reſurrectionẽ in fractione panis. Romani capta Ieroſolyma, & parta cõtra Iudæos victoria, *Emmaum* Nicopolim appellarũt: habuit tẽporibus Chriſtianorũ cùm occupaſſent terrã ſanctã, Epiſcopũ, qui erat ſub Metropolitano Cæſarienſi. Meminit Sozomenus fontem Emmaus è Chriſti pedibus in eo quondam ablutis, virtutem medicam conſecutum: quamquam Ioſephus id naturali aquarum virtuti, potius quàm miraculo tribuere videatur.

Emmer [r], [i. exaltatio, aut ſyriacè, agnus,] Princeps decimæ ſextæ vicis Sacerdotalis. *Emmer*, pater Phaſſur Sacerdotis [s]. Similis eſt *Emer*, idem ſignificans, vnus eorum qui poſt captiuitatem non potuerunt indicare ſemen ſuum, vtrum ex Iſraël eſſent [t].

Enac [v], [i. torques aut monile,] filij Enac, ſeu filij Enacim [x], Gigantes erant proceræ ſtaturæ. Similis eſt *Enaim* [y], [i. fons, vel oculus eorum,] ciuitas in Tribu Iuda.

Enan [z], [i. nubes, vel augurium,] pater Ahira Principis Tribus Nephtali in deſerto. *Enan* [a], villa: dicitur & Atrium *Enan* [b]. Hebraicè in vtroque loco eſt *Hatſar-Enan*, [i. villa Enan, vel atrium Enan,] *Enan* [c], vnus ex proauis Iudith de Tribu Simeon.

Endor [d], [i. fons, ſiue oculus generationis,] ciuitas in Iſſachar, in monte Hermonioſita, vbi erat mulier habens Pythonem, quam cõſuluit Saul, vt ſuſcitaret illi Samuëlẽ. *Endor* [e], ciuitas in media Tribu Manaſſe cis Iordanẽ.

Engaddi [f], [i. fõs, ſiue oculus fœlicitatis, fõs

q 4. Reg. 25. v. 25.
r 3. Reg. 19. v. 16. & 4. Reg. 3. v. 11.
ſ 2. Reg. 5. v. 15. & 1. Paral. 14. v. 5.
t Num. 1. v. 5.
u Iob. 32. v. 2.
x 1. Reg. 1. v. 1.
y 1 Paral. 12. v. 20.
z Cap. 26. v. 7.
a Cap. 27. v. 18.
b 1. Reg. 16. v. 6. & 17. v. 13.
c Matth. 1. v. 14.
d
e Deut. 17 v. 18.
f 4. Reg. 24. v 8.
g 1. Eſdr. 8. v. 16.
h Gen. 46. v. 14.
i 1. Num. 26. v. 26.
k Ioſ. 19. v. 33. & 3. Reg. v. 9.
l Gen. 26. v. 34. 35.
m Cap. 36. v. 2.
n Ioſ. 15 v. 59.
o Cap. 21. v. 23.
p Cap. 15. v. 59.
q Cap. 19. v. 4.
r 1 Machab. 6. v. 1.
ſ Actor. 13. v. 8.
t 1. Paral. 26. v. 7.
u Cap. 12. v. 12.
x Cap. 2. v. 6.
y Ioſ. 19. v. 35.
z 1. Paral. 18. v. 3. 9.
a 3. Reg. 8. v. 65.
b 47. v. 16.
c Cap. 39. v. 49. 52.

d 2. Reg 8. v. 9. 10.
e
f Ioſ 13. v. 5.
g 1. Paral. 18. v 3. 9.
h 2. Eſdr. 12 v 38.
i Gen. 14. v 5.
k Deuter. 2. v 11.
l v 20.
m Iſai. 7. v. 14. Matth. 1 v. 23.
n 1. Machab 3. v 40. & c. 4 v 3. &c.
o Cap. 9. v. 50.
p Luc. 24. v. 13.
q Ioſeph. 17. antiq. 12. v. 26. *ſcribitur Amatha* & lib. 2. belli c. 3. v. 9. *ſcribitur Ammaus*
r 1. Paral. 24. v. 3. & cap. 9 v. 12. & 1. Eſdr. 2. v. 37.
ſ Ierem. 20. v. 1.
t 1. Eſdr. 2. v. 59.
u Num. 13. v. 23.
x Deuter. 2. v. 11.
y Ioſ. 15. v. 34.
z Num. 1. v. 15.
a Cap. 34. v. 10.
b Ezech. 48. v. 1.
c Iudith. 8. v. 1.
d 1. Reg. 28. v. 7.
e Ioſ. 17. v. 11.
f Cap. 15. v 62.

hædi,] ciuitas in Tribu Iuda iuxta mare mortuum : dicitur & *Aſaſonthamar* g, [i. ciuitas palmarum,] quod palmis abundaret, ac etiam Balſamis. Sunt autem Balſama arbuſculæ, Iudææ ſoli quondam conceſſæ, vineas Engaddi h Salomon vocat, quas Cleopatra Ægypti regina inuidens Herodi magno, Antonij amaſij ſui fauore, transtulit in Ægyptum, vbi irrigantur à fonte paruo, vberrimè tamen fluente, in quo fama eſt ſæpè lotum à B. Virgine puerum Ieſum, eò profugum; & inde potum ſibi & ſponſæ ſuæ Sanctum Ioſephum paraſſe: ideoque ab incolis in veneratione & cultu haberi maximo. Eſt autem hortus ille Balſami, ſitus inter Heliopolim & Babylonem Ægypti, habens in longitudine duos iactus arcus, in latitudine vnum, terræ ferè albæ. [Nos cum ibi eſſemus, ait Saligniac, in mente Septembri, Balſami lignum humile erat, palmi ſcilicet & dimidij in altitudine, habens folia parua vt ruta, albiora tamen. Meſſis Balſami talis eſt: decerpitur folium ex ſtipite contra ſolem, moxque gutta lucida & mirè fragrans ſcaturit ex ruptura, & hic Balſami pretioſiſſimus liquor vitreis vaſis colligitur, minimè fluxurus niſi ad ortum ſolis fiat ruptura. Fonticulus autem Ieſu, paruulus eſt, non ſufficiens irrigationi totius horti, quare Saraceni alium foderunt iuxta illum puteum, ex quo quatuor boues aquam protrahunt per totam, ſperantes ex vicinitate fontis Ieſu, aquam fore ſalubrem: & longè res aliter euenit, donec miſſis canalibus aquam putei ducerent in fontem Ieſu, quo facto largiter & ſalubriter ex aquis rigatur balſami hortus: mirum dictu! veruntamen à meridie Sabbati vſque ad auroram diei lunæ, boues nullo verbere impelli poſſunt, vt in protrahenda aqua laborent, quod eſt fidei noſtræ teſtimonium celebre. Sed & Saraceni hìc ſe & pueros ſuos lauant, non vt baptizentur, ſed vt corporum ſuorum fætorem naturalem euadant. Hæc ille, prout refert Adrichomius. Eſt & deſertum *Engaddi* i, in quo Dauid aliquando latuit, ibique præcidit oram clamydis Saül.

Engallim k ciuitas in Tribu Beniamin: de ea ait Ezechiel l [: Et ſtatuit ſuper illas piſcatores ab Engaddi vſque ad Engallim, ſiquidem ibi tendebant retia piſcatores.]

Engannim m, [i. fons hortorum,] ciuitas leuitica in Tribu Iſſachar: dicitur & Anem n.

Enhadda o, [i. oculus acutus, aut fons lætitiæ,] ciuitas in Tribu Iſſachar.

Enhaſor p, [i. fons atrij, ciuitas in Tribu Nephtalim.

Enſemes q, [i. fons ſolis,] in Tribu Beniamin.

Epaphras r, [i. ſpumans, græcè,] ſeruus Chriſti, & ſollicitus pro Coloſſenſibus in orationibus. Similis eſt *Epaphroditus* ſ, [i. venuſtus, ſiue iucundus,] frater, cooperator, & commilito Pauli.

Epha t, [i. laſſus, aut volans,] filius Madian filij Abrahæ ex Cetura, ab eo Arabia dicta eſt *Epha* u. *Epha* x, concubina Caleb. *Epha* y, filius Iahaddai de Tribu Iuda.

Epher z, [i. puluis, ſiue innulus] filius Madian filij Abrahæ ex Cetura : dicitur & *Opher* a. *Epher* b, filius Ezra de Tribu Iuda. *Epher* c, princeps cognationis in Tribu Manaſſe trans Iordanem : à quo familia Epheritarum. *Epher* d, [i. exploratio, vel erubeſcentia, vel talpa,] ſeu terra Epher.

Epheſus e, minoris Aſiæ metropolis & emporium. In hac Templum Dianæ celeberrimum, à tota Aſia annis ducentis ædificatum. Hinc Epheſij populi f, ad quos & ſcripſit epiſtolam D. Paulus.

Ephod g, ſeu ſuperhumerale, duplex erat, aliud ſolius Summi Pontificis, de cuius ſtructura in Exodo h: aliud erat ornamentum lineum & commune cunctis Sacerdotibus, quo & Dauid vſus eſt i. *Ephod* k, pater Hanniel principis in Tribu Manaſſe, qui fuit vnus ex diuiſoribus terræ ſanctæ.

Ephra l, [i. puluerulentus aut damula.] ciuitas in Tribu Manaſſe cis Iordanem, vbi erat quercus, ſub qua apparuit Angelus Gedeoni.

Ephraim m, [i. frugifer, aut creſcens,] ſecundus filius Ioſeph, adoptatus cum fratre Manaſſe a Iacob n. Ab eo nuncupata Tribus *Ephraim*, maxima & montoſa valdè, quæ & regio *Ephraim* o: quin & regnum Iſraël, ſeu decem Tribus quæ Ieroboam Ephratæum in primum regem degerunt, non rarò dicuntur *Ephraim* p. Hinc mons q, montana r, & montes ſ, ac ſaltus Ephraim t, & nomen gentile *Ephrataus* u, i. de Tribu Ephraim.

Ephrata x, [i. vbertas, ſiue frugifera, vel creſcens,] vxor fuit Caleb filij Eſron, poſt defunctam priorem vxorem Azubam. *Ephrata*, vrbs in Tribu Iuda; ab ipſa Ephrata vxore Caleb ſic nuncupata, eadem tamen eſt ac Bethlehem y. In via quæ ducit Ephrata, Rachel peperit Beniamin, ibidemque defuncta eſt z. Hinc gentile nomen *Ephrataus* a, qui eſt de Ephrata i. Bethlehem : ſignificat etiam eum qui eſt de Tribu Ephraim, vt dictum eſt.

Ephree, [i. cooperimentum iniqui,] rex Ægypti, cuius ruinam prophetat Ieremias b. Similis eſt *Ephrem* c, [i. frugiferans, creſcens] ciuitas in Tribu Ephraim.

Ephron d, [i. hinnulus,] filius Seor: ab illo emit Abraham ſpeluncam duplicem, in Saræ, & ſui, ſuorumque ſepulturam. Ab illo *Ephron* e mons in Tribu Iuda. *Ephron*, ciuitas munitiſſima in Tribu Manaſſe trans Iordanem: Eam & filias eius, i. oppida & vicos, victor Abia ab Ieroboam rege Iſraël f abſtulit; quam & poſteà expugnauit Iudas Machabæus, cum ei innoxium tranſitum denegaſſent, venienti de terra Galaad g.

Eremus h horribilis & maxima, quam viderunt filij Iſraël per viam montis Amorrhæi

Eſaan i, [i. ſubſtentatus, ſiue ignis afflictionis,] ciuitas in Tribu Iuda.

Eſau k, [i. tinea eius,] primogenitus Iſaac: dicitur & *Edom* l, [i. rufus.]

Eſbon m, [i. feſtinans intelligere,] filius Bela filij Beniamin Similes *Eſebon* n, [i. feſtinatio filij aut intelligentis,] filius Gad filij Iacub, Et *Eſeban* o, [i. ignis intelligentis ſeu filij,] filius Diſon Horræi.

Eſdras p, [i. adiutor, aut atriũ,] Proph. filius Saraiæ, Sacerdos & Scriba velox in lege Domini. Similis eſt *Eſdrin* q, [i. adiutoriũ.] dux in exercitu Gorgiæ, precibus maximè Iudę fu o.

Eſdrelõ r, [i. adiutoriũ fortitudinis eorum,] ciuitas in Tribu Iſſachar, & in cãpo Eſdrelon

Eſelias ſ, [i. liberans Dominus, aut propè, Dominum,] pater Saphã Scribæ primique ex tribus, quibus pius Ioſias rex Iudæs manda i,

g Gen. 14. v.7. & 2. Paral. 20. v. 2.
h Cantic. 1. v.13.
k Ezech. 47. v.10.
l Cap. 47. v. 10.
m Ioſ. 19. v.21.
n 1. Paral. 6. v.37.
o Ioſ. 19. v.21.
p Verſ. 37.
q Cap. 18. v. 17.
r Coloſſ. 4. v. 12.
ſ Philipp. 2. v. 25.
t Gen. 25. v. 4.
u Iſai. 60. v.6.
x 1. Paral. 2. v 46.
y Verſ. 47.
z Cap. 1. v. 33.
a Gen. 25. v.4.
b 1. Paral. 4. v. 17.
c Cap. 5. v. 24.

d 3 Reg. 4. v.10
e Actor. 15. v. 19.
f Cap. 19. v. 15.
g Iudic 5 v. 27. & 17. v 5. & 1. Reg. 2 v. 18 & 1. Paral 51. v. 37.
h Cap 28. v. 6.
i 2. Reg. 6. v.14.
k Num 34. v 23.
l Iudic. 6. v. 11.
m Gen. 41. v. 52
n Cap 48. v. 5.
o Abdiæ 1. v. 19.
p Pſal. 77. v.9.
q Ioſue 17. v. 15.
r Ibid. v. 26.
ſ Iudic 3. v.27.
t 2. Reg 18. v.6.
u Iudic. 12. v. 5 & 3. Reg 11. v.26.
x 1. Paral. 4. v.4.
y Gen 35. v.19 & cap. 48. v.7.
z Verſ. 17. 19.
a 1. Reg. 17. v.12.
b Cap 44. v. 30.
c Ioan. 11. v. 54.
d Gen. 23. v. 8.
e Ioſ. 15. v.9.
f 2. Paral. 13 v 19.
g 1. Machab 5. v. 46. & 2. cap. 12. v. 27
h Deuter. 1. v. 19.
i Ioſ. 15. v 52.
k Gen. 25. v. 25.
l Cap. 36. v. 19.
m 1. Paral. 7 v. 7.
n Gen. 46. v. 16.
o Cap. 36. v 26.
p 1. Eſdr. 7. v. 1 6.
q 2. Machab 12 v. 36.
r Iudith. 1. v. 8.
ſ 2. Paral. 3 v.5.

vt inſtaurarent domum Dei: dicitur & *Aſia* [t].

Eſem [v], [i. fortitudo vel conſilium eorum,] ciuitas fortis Iudæ; poſteà data Simeoni: dicitur & *Aſem*, & *Aſom*. vide ſuprà.

Eſna [y], [i. mutatio, vel dominatio,] ciuitas in Tribu Iuda.

Eſron [y], [i. ſagitta exultationis,] filius Ruben: ſcribitur & *Heſron* [z]. *Eſron* [a], filios Phares filij Iuda: ſcribitur & *Heſron* [b]. *Eſron* [c], ciuitas in Tribu Iudæ.

Eſtemo [d], [i. exauditio,] ciuitas Sacerdotalis in Tribu Iuda: ſcribitur & *Eſthemo* [e], & *Eſthamo* [f].

Eſthaol [g], [i. mulier fortis, aut mulier ſtulta,] ciuitas in Tribu Dan: ſcribitur & *Eſtaol*; iuxta eam natus eſt & ſepultus Samſon. Hinc *Eſthaolita*, populi ſcilicet *Eſthaol* [h].

Eſther [i], [i. occulta, ſiue abſcondita,] quæ & *Ediſſa*, filia Abihail de Tribu Beniamin, a patruo ſuo Mardochæo adoptata in filiam, & ab Aſſuero rege in vxorem ducta.

Etam [k], [i. auis, aut calamus eorum,] caput familiæ in Tribu Iuda. *Etam* [l], ciuitas in Tribu Iuda, quam Roboam ædificiis muniuit [m]. *Petra-Etam* [n], Iudææ locus ſupra montem in quo ſpelunca, in qua latuit Samſon. Similis eſt *Etham* [n], deſertum vbi fuit manſio tertia filiorum Iſraël: vbi primò viſus eſt Dominus, & cœpit adeſſe Iſraëlitis, in columna nubis per diem, & ignis per noctem, quæ deinceps interdum ſuper eos extenſa obumbrabat, & protegebat eos ab æſtu ſolis, & tota nocte lucens, illuminabat eos: cum autem aliò migrandum erat, ignotæ viæ iter oſtendebat. Eſt & fluuius *Ethā*, quē ſicco alueo tranſierunt Iſraëlitæ; iuxta Pſal. 73. Tu ſiccaſti flun. Etham. Quamquam dici poſſit, non tam proprium hoc eſſe nomen fluuiorum, ſed terræ vel deſerti per quod fluebant.

Ethai [o], [i. robuſtus,] Gethæus, qui ſecutus eſt Dauidem dum fugeret à facie Abſalom. *Ethai* [p], ſecundus filius Roboam ex Maacha, filia Abſalom.

Ethan [q], [i. fortitudo,] Ezrahita, primus ex quatuor ſapientiſſimis filij Mahol, qui ſunt, *Ethan*, *Heman*, *Chalcol*, & *Dorda*. Nec obſtat quod alibi [r] dicantur filij Zaræ: Mahol enim interpretatur chorus, vel cythara: ritè ergo Hebræa phraſi dicuntur filij chori vel cytharæ, quatuor illi viri ſapientiſſimi ac diuinarum laudum præcones, quorum primo inſcribitur Pſalmus 88. & ſecundo Pſal. 87. vide Eman ſuprà. *Ethan* [ſ]. filius Caſaiæ de ſtirpe Merari, Princeps cantorum in cymbalis æneis concrepantium tempore Dauidis. *Ethan* [t], filius Zammæ de filiis Gerſon primogeniti Leui, vnuſque ex proauis Aſaph Principis cantorum, tempore Dauidis. *Ethan* [v], filius Chuſi de filiis Merari filij Leui. *Ethan*, idem ac Iordanis, de quo dicitur: [tu ſiccaſti fluuios Ethan [x].] etenim Ethan interpretatur fortis, & fluuius Iordanis inter omnes fluuios terræ promiſſionis, fortior eſt & profundior: vocatur fluuius, aut phraſi Hebræa, fluuij Ethan: ſicut cum dicitur: iſti ſunt Dij tui Iſraël, cùm tamen vnicus eſſet vitulus [z]. Similis eſt *Ethanim*: idemque ſignificat, nomē menſis ſeptimi, qui noſtro Septembri, maiori ex parte reſpondet.

Ether [b] [i. ciuitas in Tribu Iuda.

Etroth [c], [i. coronæ,] vrbs munita ex iis quas extruxere filij Gad.

Euil-Merodach [d], [i. ſtultus amare conteritus,] rex Babylonis, filius Nabuchodonoſor magni: dicitur & Merodach [e], & Baltaaſſar [f].

Euphrates [g], [i. fructificans, vel creſcens,] Meſopotamiæ fluuios, de quo ſæpè loquitur ſcriptura: vocatur & fluuius magnus [h], & flumen magnum [i], & abſolutè flumen [k], maximè in libris Eſdræ.

Exedra [l], domus erant Laterales Templi, inſtar turrium, in quibus Sacerdotes Sanctuarium ingreſſuri, profana ſua veſtimenta laneа exuebant, & lineas veſtes induebant: eaſdemque ſacris peractis ibi reponebant: In iis etiam Hoſtiarum Pacificarum partes comedebantur: Dicebantur etiam *Gazophylacia* [m], & *Paſtophoria* [n].

Ezechias [o], [i. fortitudo Domini,] filius Sellum, vnuſque de Principibus Ephraim, tempore Achaz, quibus Obed Propheta conſuluit, vt reſtituerent captiuos Iuda. *Ezechias* [p], filius Achaz & rex Iuda, qui denunciata ſibi ægrotanti morte ab Iſaia Propheta, vitam ad alios quindecim annos precibus impetrat, accepto ſigno per vmbræ ſolis regreſſum ad decem lineas in horologio patris ſui Achaz. *Ezechias* [q], filius Naariæ de ſtirpe regia Dauidis. Similes ſunt idemque ſignificant *Ezecias* [r], proauus Sophoniæ Prophetæ. Et *Hezecias* [ſ], caput vnius familiæ, ex iis quæ ſoluta captiuitate reuerſi ſunt in Iudæam.

Ezechiel [t], [i. fortitudo Dei, ſiue apprehenſio Dei,] filius Buzi Sacerdos & Propheta in captiuitate Babylonis. *Ezechiel* [u], vnus de filiis Secheniæ, iſque Princeps familiæ. Similis eſt, idemque ſignificans, *Hezechiel* [x], Princeps vigeſimæ vicis Sacerdotalis.

Ezel [y], [i. ambulatio, lapis Beniamin, vbi latebat Dauid, quando Ionathas per ſagittas emiſſas, docuit eum de intentione patris ſui Saulis. Similis eſt *Eziel* [z], [i, fortitudo Dei,] filius Araia, aurifex, vnuſque ex reſtauratoribus Ieruſalem.

Ezer [a], [i. adiutorium ſiue atrium,] filius Hur primogeniti Ephrathæ. *Ezer* [b], filius Suhalæ, vnuſque de filiis Ephraim, quos occiderunt Gethæi. *Ezer* [c], primus ex vndecim Principibus de filiis Gad qui transfugerunt ad Dauid.

Ezri [d], [i. adiutorium,] nomen familiæ, cuius caput fuit Ioas, pater Gedeonis iudicis Iſraël. *Ezri* [e], filius Chelub, præfectus operi ruſtico, ſub Dauide.

Ezricam [f], [i. auxilium reſurgentis, vel vindicantis,] filios Naariæ de regia ſtirpe Dauid. *Ezricam* [g], prior ſex filiorum Aſel de Tribu Beniamin. *Ezricam* [h], Leuita filius Haſebia de ſtirpe Merari. *Ezricam* [i], dux domus Achaz regis Iuda, occiſus à Zechri viro potente ex Ephraim.

Ezriel [k], [i. auxilium Dei,] vnus ex potentibus ex nominatis ducibus dimidiæ Manaſſe trans Iordanem. *Ezriel* [l], Pater Saraiæ vnius ex iis quibus præcepit Ioakim, vt comprehenderent Baruch & Ieremiam Prophetam. Similes ſunt, idemque ſignificant *Ezrihel* [m]. filius Ieroham, Princeps Tribus Dan. Et *Ezrel* [n]. vnus de filiis Iſrael, qui ſub Eſdræ repudiarunt vxores alienigenas.

t 4. Reg. 22. v. 3.
u Ioſ. 15. v. 29.
x v. 43.
y 1. Paral. 5. v. 3.
z Gen. 46. v. 9.
a Mat. 1. v. 3.
b Gen. 46. v. 12. & Num. 26. v. 21.
c Ioſ. 15. v. 3. 15.
d Cap. 21. v. 14.
e 1. Paral. 6. v. 58.
f 1. Reg. 30. v. 28.
g Ioſ 19. v. 41.
h 1 Paral. 2. v. 53.
i Eſth. 2. v. 7.
k 1. Paral 4. v. 3.
l v. 32.
m 2 Paral. 11. v. 6.
n Num. 33. v. 5.
o 2. Reg. 15 v 8.
p 2 Paral. 11. v. 20.
q 3. Reg. 4. v. 31.
r 1. Paral. 2. v. 6.
ſ Cap. 15. v. 17.
t Cap. 6. v. 42.
u v. 44.
x Pſal. 73. v. 15.
y Exod 37.
z Auctor incogn. in Pſal.
a 3. Reg. 16. v. 31.
b Ioſ. 15. v. 42.

Num. 32. 35.
4. Reg. 15. v. 27.
e Ierem. 50. v. 2.
f Dan. 5. v. 1.
g Gen. 15. v. 18.
h ibidem.
i 1. Machab. 7. v. 8.
k 1. Eſdr. 2. v. 9. &c.
l 1. Par 9. v. 26. 33. & 23. v. 28. & 28. v. 12. Ierem. 35. v. 2.
m 2. Eſdr. 13. v. 9
n 1. Machab. 4. v. 38. 57.
o 2 Par. 28. v. 12
p 4 Reg. 18. v. 1 & c. 20 & 2. Paral. 3 v. 23.
q Cap. 3. v. 23.
r Sophon. 1. v. 1.
ſ 2. Eſdr. 7. v. 21.
t 1. Paral. 24 v. 15. & Ezech. 1. v. 3.
u 1. Eſdr. 8. v. 5.
x 1. Paral. 24. v. 16.
y 1. Reg. 20 v. 19.
z 2 Eſdr. 3. v. 8.
a 1. Paral. v. 4.
b Cap 7. v. 21.
c Cap. 12. v 9.
d Iudic. 6. 11.
e 1. Paral. 2 v 26
f Cap. 3. v. 23.
g Cap. 8. v 38.
h Cap 9. v. 14.
i 1 Paral. v. 7.
k 1. Paral v. 4.
l Ierem. v. 26.
m 1. Paral. 27. v. 22.
n 1. Eſdr. v. 40.

F

FAnum [o] Baalim, ab impijſſima Athalia extructum, & de ſpolijs Templi Domini exornatum.

Flumen [p] abſolutè, eſt Euphtates, de qno ſuprà: qui dicitur & *Flumen* [q] terræ filiorum Ammon, ſuper quod Baalam ariolus habitabat. *Flumen* [r] Ægypti, eſt Nilus: dicitur & Fluuius Turbidus qui irrigat Ægyptum [s]: turbidus enim eſt eum exnndat, irrigatque campos. *Flumen* [t] terræ Philiſtijm eſt Rinocolura, diuidens terram Philiſtiim à terra Arabum, & aliarum gentium verſus Ægyptum. Sunt & *Flumina* [u] Æthiopiæ.

Fluuius [x] egrediens de loco voluptatis. ad irrigandum Paradiſum, eſt qui inde diuiditur in quatuor capita, quæ ſunt *Phiſon*, *Gehon*, *Tigris*, & *Euphrates*: dicitur & fons aſcendens de terra, & irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ [y].

Fluuius [z] turbidus, qui irrigat Ægyptum, idem ac Flumen Ægypti ſuprà. *Fluuius* [a] torrens, vbi cæſus eſt exercitus Cendebæi à Machabæis: Ex eo torrente tulit Dauid lapides, vt pugnaret contra Goliath. *Fluuius* [b] Diotyx, non eſt nomen proprium, ſed appellatiuum; ſignificans riuum, ſeu foſſam è fluuio deriuatam.

Fons [c] aſcendens de terra, irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ: idem qui fluuius egrediens de loco voluptatis, ſuprà. *Fons* [d] Iacob, iuxta prædium quod dedit Iacob filio ſuo Ioſeph: dicitur & puteus altus, in quo ſcilicet erant aquæ viuæ. Ad hunc puteum Chriſtus fatigatus ſedens, egit cum muliere Samaritana de aqua ſaliente in vitam æternam, Deoque in Spiritu & veritate adorando. *Fons* [e] inuocantis de maxilla, qui dictus eſt & Fons Sampſonis: eſt in Tribu Dan. *Fons* [f] Rogel, propè Ieruſalem, in horto regis, ad partem eius meridianam. Eouſque peruenit ſors Iudæ. *Fons* [h] aquarum in Tribu Beniamin, fluens è pede montis quarentanæ, cuius aquas inſalubres & amaras, Elizæus ſaluberrimas fecit; vnde & Fons Elizæi dictus eſt: propè eum fontem arbores creſcunt inſtar prunorum, ſpinoſæ tamen, in quibus flores enaſcuntur, (quos roſas Hierieho vulgus appellat;) mirandi effectus, nocte enim natalitij Chriſti paulatim hiant, atque inde ſe recludunt, licet ſiccæ ſint & aridæ, in teſtimonium videlicet virginei partus. Petrus tamen Belo [i], dicit in agro Ierieho ſe non inueniſſe has roſas, ſed in Arabia prope mare rubrum. *Fons* Daphnim vnus ex terminis terræ promiſſionis [k]. *Fons* [l] de domo Domini egrediens, ſcaturiebat in dextro Templi latere, & egrediebatur ſubter limen domus Dei ab oriente [m]. Eius aquam Salomon in mare Æneum, & in Concham æream deriuauit: quæ deinde per ſubterraneos eductæ canales, quarto ab vrbe ſtadio, ad Orientem erumpens, in torrentem Cedron affluebat. *Fons* [n] hortorum, ſeu puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano monte. Eſt in Tribu Nephtali. & breui ſpatio auctus, in vehementem, curſuque velocem, fluuium creſcit; ſuiſque aquis, quæ limpidiſſimæ, frigidæ, & dulces ſunt, omnes hortos (vnde & fons hortorum dicitur) totamque regionem, quæ inter Liban & Tripolim eſt, irrigat & fœcundat: Et præter minores aliquot, in tres maximos riuos diuiditur. Fluuium hunc Sabbaticum etiam appellari ſcribit, ob quoddam peculiare miraculum, cuius videndi gratia, Titus, flumen adiuit; quodque Iudæus ille Hiſtoriographus ita deſcribit: Cum ſit .... fluit plurimus neque meatu ſegnis, tamen interpoſitis ſex diebus à fontibus deficiens, ſiccum exhibet locum, deinde quaſi nulla mutatione facta, ſeptimo die ſimilis exoritur; atque hunc ordinem ſemper eum obſeruare certum eſt. Vnde etiam Sabbaticus vocatus eſt, à ſacro Iudæorum ſeptimo die. Cùm hic locus à Chriſtianis habitaretur, plurimis ad fluuij huius riuos, religioſorum extructis Monaſterijs & Eccleſijs frequens erat. *Fons* [o] Gihon ſuperior, quem obturauit Ezechias. Eſt & alter *Fons* Gihon inferior, iuxta viam in Bethlehem & Hebron. *Fons* [p] Bethuliæ, cuius Aquæductum præcidit Holofernes: erant & alij fontes non longè à muris eiuſdem ciuitatis [q].

Fretum [r], ſeu fretum maris [f], eſt fretum maris Galilææ, ſeu Genezareth [t].

o 2. Paral. 24. v. 7. — p 2. Eſdr 2. v. 9. & alibi. — q Num 22. v. 5. — r 1. Machab. 3. v. 32. — ſ Ioſ. 13. v. 3. — t 3. Reg. 4. v. 21. — u Sophon. 3. v. 10. — x Gen. 2. v. v. 20. — y Verſ. 6. — z Ioſ. 13. v. 3. — a 1. Machab. 26. v. 5. — b Eccli. 24. v. 41. ſcribitur Dyorix. — c Gen. 2. v. 6. — d Cap. 48. v. 22. — e Iudic. 15. v. 19. — f Ioſ. 15. v. 7. & 18. v. 16. 2. Reg. 17. v. 17. & 3. Reg 1. v. 9. — g Ita Abid. non Adrig. — h 4. Reg 2. v. 21. — i Lib. 1. cap. 86. — k Num. 34. v. 11. — l Ioel. 3. v. 18. — m Ezech. 47. v. 2. — n Cantic. 4. v. 15. — o 2. Paral. 32. v. 30. — p Iudith. 7. v. 6. — q Verſ. 7. — r Matth. 14. v. 22. — ſ Marc. 5. v. 1. & 6. v. 45. — t Toll.

G

GAal [u], [i. abiectio, ſiue abominatio,] filius Obed, victus ab Abimelech tyranno, a Zebul vrbe pulſus eſt. Similis eſt *Gaas* [x], [i. tempeſtas, vel commotio,] mons in Tribu Ephraim, ſuper quem ædificata eſt ciuitas Thamathſare, vbi habitauit Ioſue, & ibi mortuus eſt. Oritur è monte iſto Torrens Gaas; hinc oriundus Heddai vnus ex fortiſſimis Dauid [y].

Gabaa [z], [i. collis, ſeu calix,] Saulis, ciuitas Sacerdotum in Tribu Beniamin, in ea enim natus eſt Saül: dicta eſt Gabaath Saulis [a]. Ibi vxor Leuitæ oppreſſa interijt [b]. *Gabaa* [c], in qua Abinadab ſuſcepit Arcam Domini in domo ſua; collis eſt in vrbe Cariathiarim: dicitur & *Gaba* [d], *Gabee* [e], & *Gabae* [f].

Gabaath [g], eadem quæ Gabaath Saulis [h], vt ſupra, vnde patrium nomen *Gabaathites* [i].

Gabaon [k], [i. dorſum, vel eleuatio iniquiquitatis,] ciuitas Sacerdotalis in Tribu Beniamin; olimque Heuæorum aliquorum Metropolis, ab Ieruſalem quinquaginta circiter ſtadijs diſtans, ſita in monte: cuius incolæ Gabaonitæ triſtis veſtibus induti, callidè venerunt ad Ioſue in Galgala, & fœdus cum eo inierunt [l]; quos cum Saül poſteà zelo indiſcreto delere voluiſſet, tota terra tribus annis afflicta eſt [m]. Ibi erat Tabernaculum Moyſis, cùm Salomon immolatis ſuper altare æneum mille hoſtijs, ſapientiam à Deo petijt, & impetrauit [n]. Ex *Gabaon*, nomen patrium *Gabaonita*.

Gabathon [o], [i. eleuatio eius, ſiue excelſum donum,] ciuitas in Tribu Dan, Leuitis aſſignata: dicitur & *Gebbethon* [p].

Gabatha [q], [i. eminens vel excelſum,] locus in Ieruſalem, vbi erat ſedes Iudicum: vocatur & *Lithoſtrotos* [r] græcè, i. lapidibus ſtratus.

u Iudic. 9. v. 26. 35. — x Ioſ. 24. v. 30. — y 2. Reg. 23. v. 30. — z 1. Reg. 11. v. 14. — a Iſai. 10. v. 29. — b Iudic. 19. v. 14. — c 1. Reg. 7. v. 1. — d Iſai. 10. v. 29. — e Ioſ. 18. v. 24. — f Cap. 21. v. 17. — g Ioſ. 18. v. 28. — h Iſai. 10. v. 29. — i 1. Paral. 12. v. 3. — k Ioſ. 25. v. 17. — l Cap. 9. v. 3. — m 2. Reg. 21. — n 2. Paral. 1. v. 3. — o Ioſ. 21. v. 23. — p Cap. 19. v. 44. — q Ioan. 19. v. 13. — r Ibidem.

Gaber [s], [i. vir,] filius Vri, Vnuſque ex præfectis annunæ Salomonis.

Gabelus [t], [i. corpus Dei, eminens Deus,] de Tribu Nephtali; cui Tobias eius conſanguineus ſub chirographo decem talenta argenti commodauit.

Gabim [u], [i. eminentes,] ciuitas de qua Iſaias: [Habitatores Gabim confortamini.]

Gad [x], [i. felix, vel turma, vel coriandrum,] filius Iacob ſeptimus ex Zelpha ancilla Liæ: ab eo dicti *Gaditæ* [y], & Tribus Gad, quæ pro poſſeſſione ſua obtinuit à Moyſe mediam vberemque terram Amorrhæorum vltra Iordanem [z]: ſeu vt ait Abulenſis medietatem terræ Galaad; vnde dicitur terra Gad, & Galaad [a]: tandem cùm relicto vero Deo idola coluiſſent, Teglatphalaſar rex Aſſyriorum tranſtulit Tribus Gad, & Ruben, & dimidiam Manaſſe [b]. Gad [c] Propheta, ſub Dauide.

Gaddi [d], [i. felix aut accinctus,] filius Suſi, vnus de duodecim exploratoribus terræ Chanaan, de Tribu Manaſſe. *Gaddi* [e], ciuitas in Tribu Gad. Similes ſunt, idemque ſignificant *Gaddis* [f], cognomen Ioannis filij Mathathiæ. Et *Gadi* [g], pater Manahem qui percuſſit Sellum Regem Iſraël, & regnauit pro eo. *Gadi* [h], nomen Tribus Gad, vnde erat Bonni, vnus ex triginta fortiſſimis Dauid.

Gader [i], [i. maceria, ſepes,] ciuitas olim regia: dicitur & *Gedera* [k], data Tribui Iuda. Similes ſunt, idemque ſignificant *Gaderoth* [l], vrbs in Tribu Iuda, quam ceperunt & inhabitarunt Philiſtiim, in pœnam impietatis Achaz Regis Iuda: hinc nomen patrium Gaderothites [m]. Et *Gador* [n], quæ habebat adiacentem ſibi regionem, quam occuparunt filij Simeon, in diebus Ezechiæ Regis Iuda.

Gadgad [o], vigeſima quarta manſio filiorum Iſraël.

Galaad [p], [i. aceruus teſtimonij,] filius Machir filij Manaſſe filij Ioſeph. *Galaad* [q], filius Michaël de Tribu Gad. *Galaad* [r], mons omnium qui trans Iordanem ſunt altiſſimus, à rupibus Amon vſque ad ciuitatem Cedar, qua parte altior eſt ac fœcundior, vocatur Galaad: inde vſque ad Borran, ſeu Phialam fontem, dicitur Seir: Hinc Thraconitidem regionem circumiens, Hermon nuncupatur. Mons *Galaad* [s], paſcuis, pinis & optima reſina obundat [t]. In hoc monte Laban comprehendit Iacob à ſe recedentem, ac cum eo fœdus iniit; Deoque victimas immolarunt ſuper aceruum lapidum; montique Galaad ſua quiſque lingua nomen indiderunt. Ei autem monti adiacens regio, nomen Galaad [u], ſortita eſt, quæ dicitur & Galaaditis [x]. Hinc nomen patrium, aut patronomicum Galaadites, qui eſt ex regione Galaad filij Machir, de quo ſuprà [y].

Galatia [z], [i. lactans, vel lactea,] ſeu Galatica regio [a], Bythiniæ contermina: à Gallis vocabulum trahit, qui in auxilium à Rege Bythiniæ vocati, regnum cum eo partà victorià diuiſerunt, ſicque Græcis admixti, Gallogræci ac deinde Galatæ appellati ſunt [b]. *Galatia* [c], regio diuerſa à præcedenti, eademque cum ea quæ nunc Gallia nuncupatur: de ea enim loquitur liber primus Machabæorum, velut de regione Hiſpaniæ contermina.

Galgal [d], [i. rota, ſiue reuolutio,] vrb olim regia in Tribu Manaſſe intra Iordanem.

Galgal [e], domus Cantorum iuxta Ieruſalem.

Galgala [f], idem ſignificans ac Galgal, ciuitas inclyta in Tribu Beniamin, diſtans ab Iericho ſtadiis decem. Hîc caſtrametati ſunt filij Iſrael poſtquam ſicco veſtigio tranſierunt Iordanem, ibique manna defecit, cum comederunt primùm de fructibus terræ promiſſionis [g], & circumciſi ſunt omnes maſculi nati in deſerto; & Tabernaculum Moyſi fixum diù ſtetit; ibidemque Sauli regnum confirmatum eſt [h]: dicitur etiam Galgalæ [i] in plurali.

Galilæa [k], [i. volubilis,] vberrima & pulcherrima Syriæ regio, inter montem Libanum & Samariam ſita. Duplex eſt, ſuperior ſcilicet & inferior. Superior qua parte intra Iordanem eſt Cæſareæ Philippi, Capharnao & Tyro vicina, & Ptolemaidi; Tribus Nephtalim & Aſer complectitur, diciturque Galilæa Gentium; vel quod ibi vſque ad Salomonis tempora Gentes habitauerint, vel quod Salomon viginti eius ciuitates Hiram Gentili, Tyriorum regi donauerit, vel quod vicina vndique Gentibus eſſet. Eam frequenter Chriſtus peragrauit; indeque ſelegit Apoſtolos, & Diſcipulos ferè omnes. Inferior verò Galilæa circa Tiberiadem & ſtagnum Genezareth in Tribubus Zabulon, (in qua eſt Nazareth) & Iſſachar poſita eſt. Hîc conceptus & educatus eſt Chriſtus, & hîc vt plurimùm habitauit, vnde & Galilæus paſſim vocatus eſt [l]; eiuſque Apoſtoli quod plerique eorum hîc nati eſſent, Galilæi appellati ſunt [m]. Imperatori Iuliano Apoſtatæ [n] ſolemne erat, vt Chriſtum Galilæum, & tum ab ipſo tum ab Apoſtolis, Chriſtianos omnes Galilæos nominaret: à Galilæa enim *Galilæus* deriuatur.

Gallim [o], [i. coacervantes, ſiue tranſmigrantes,] ciuitas in Tribu Ruben, vnde erat Phaltes filius Lais, qui Michol duxerat vxorem poſt fugam Dauidis. Eademque fortè cum filia Gallim [p]. Hebræi enim vrbes ſpecioſas vocant filias: poſſet tamen diſtingui filia Gallim à Gallim, vt eius ſuffraganea. Similis eſt *Gallio* [q], [i. lactans, vel lacteus,] Proconſul Achaiæ, ad Cuius Tribunal ductus eſt Paulus à Iudæis.

Gamaliel [r], [i. retributio Dei, vel ablactatus Dei,] filius Phadaſſur, Princeps Tribus ſuæ Manaſſe. Gamaliel [s], vir inter Phariſæos, honorabilis & legis doctor, præceptorque D. Pauli [t]. Similis eſt *Gamul* [u], [i. retributio, ſiue ablactatio,] Princeps vigeſimæ ſecundæ ſortis Sacerdotalis.

Gamarias [x], [i. conſummatio Domini,] filius Helciæ, quem miſit Sedecias ad Nabuchodonoſor. *Gamarias* filius Saphan ſcribæ [y].

Gamzo [z], vna ex vrbibus Iuda, quas ceperunt, & inhabitarunt Philiſtiim, in pœnam impietatis Achaz Regis Iuda.

Gareb [a], [i. ſcabies,] Iethrites, ſeu Iethræus, vnus ex triginta ſeptem fortiſſimis

[s] 3. Reg. 4. v. 19.
[t] Tob. 1. v. 17.
[u] 3. Reg. 10. v. 31.
[x] Gen. 30. v. 11. & 1. Paral. 5. v. 18.
[y] Ioſ. 1. v. 12.
[z] Cap 13. v. 25.
[a] 1. Reg. 13. v. 7.
[b] 4. Reg. 1. v. 29.
[c] 1. Reg. 22. v. 5.
[d] Num. 13. v. 12.
[e] 1. Paral. 12. v. 8.
[f] 1. Machab. 2. v. 2.
[g] 4. Reg. 15. v. 14
[h] 2. Reg. 23. v. 36.
[i] Ioſ. 12. v. 14.
[k] Cap. 15. v. 36.
[l] 2. Paral. 28. v. 18.
[m] 1. Paral. 12. v. 4.
[n] 1. Paral. 4. v. 39.
[o] Num. 33. v. 32. Deut. 10. v. 6.
[p] Num. 26. v. 29.
[q] 1. Paral. 5. v. 14.
[r] Cantic. 4. v. 1.
[s] Ibidem
[t] Gen 37. v. 25. & Ierem. 8. v. 22.
[u] Num. 32. v. 1. 29.
[x] 1. Machab. 5. v. 17. 26. 27.
[y] Num 26. v. 29. Iudic. 12. v. 7. 4. Reg. 15. v. 25.
[z] 1. Petr 1. v. 1. ad Gal. 1. v. 2.
[a] Actor. 18. v. 23.
[b] ad Gal. Plin. l. 5. c. 32.
[c] 1. Machab. 8. v. 2.
[d] Ioſ. 12. v. 23.
[e] 2. Eſdr. 12. v. 29.
[f] Ioſ. 4. v. 19.
[g] Cap 5.
[h] 1. Reg 1[…] v. 15.
[i] Ioſ. 4. v. 1[…] & 5. v. 10. 10. v. 7. 9. &[…]
[k] Iſai 9. v. […] Matth. 4. […] 14.
[l] Matth. 2[…] v. 60. & Lu[…] 23. v. 6.
[m] Actor[…] v. 11. & ca[…] 2. v. 7.
[n] Ex Eu[…]bio.
[o] 1. Reg […] v. 44. Iſai. 1[…] v. 2.
[p] Cap. 10. 30.
[q] Actor. 1[…] v. 12.
[r] Num. 1[…] 10.
[s] Actor. 5. 34.
[t] Cap. 22. 3.
[u] 1. Paral. 2[…] v. 17.
[x] Ierem. […] v. 3.
[y] Cap. 36. 11.
[z] 2. Paral. v. 18.
[a] 2. Reg. […] v. 38. & 1 […]ral 11. & […]

Dauidis. *Gareb* [b], collis qui iuxta Ieruſalem ad Boream ſitus eſt [c].

Garizim [d], [i. ſecures, vel ſciſſores,] mons in Tribu Ephtaim, totius Samariæ altiſſunus, duplicem habens verticem, quorum alter Garixim, alter Hebal dicitur: hic ex præſcripto Moyſi [e], Ioſue terra promiſſionis occupata, ædificaro altari lapideo, holocauſta Deo obtulit; Decalogum lapidibus inſcripſit, & coram Arca Domini per Sacerdores promulgauit. In Garizim quidem benedictiones legis obſeruatoribus conferendas: in Hebal verò maledictiones tranſgreſſoribus infligendas, vniuerſo populo Amen reſpondente. Tempore Alexandri magni, Manaſſe Iaddi Pontificis Iudæorum frater ab altati pulſus, ædificauit in monte Garixim Templum ſchiſmaticum, Ieroſolymitanu ſimile, eiuſque primum egit pſeudoponuficem: idque Samaritani, ſacrificij & orationis cauſa frequentabant: quod tandem poſt annos ducenios, Ioannes qui & Hircanus, Simonis Machabæi filius ipſamque gentem Cutbæorum deleuit.

Gauer [f], iuxta Ieblaam, in Tribu Manaſſe, cis Iordanem, locus in cuius aſcenſu percuſſus Ochoziss Rex Iuda à viris Iehu, fugit in Maggedo, vbi mortuus eſt.

Gaulen [g], [i. tranſmigratio eorum,] ciuitas refugij in regno Baſan, data Leuitis, ſita eſt in media Tribu Manaſſe trans Iordanem: dicitur & *Gelan* [h].

Gaza [i], [i. furtis, aut capra,] ciuitas in Tribu Simeon, cuius ambas portæ fores cum poſtibus, media nocte abſtulit Samſon, & humeris impoſitas detulit in montem vicinum [k]: ibidemque poſteà tonſus à Dalila, captuſque in valle Soret in carcere molare coactus eſt [l]. Hinc *Gazai* [m], & *Gazenſes* [n]. Eſt & *Gaza*, de qua dicitur: [hæc eſt deſerta [o],] ſed eadem cum præcedenti. Cum enim Prophetæ extremum iam exitium Gazæ minati eſſent, Alexander magnus bellum inferens Gaxenſes (qui Perſicum Præfectum cum præſidio in vrbem admiſerant) obſedit ſtatim ac Tyrum expugnauit, & poſt bimeſtre occuparam vrbem, in ſempiternum vertit tumulum, ideoque deſerta appellatur: NouaqueGaza non longè à....ædificata, tempote Machabæorum [p]. Poſteà Alexander Ianne [q], Iudæorum rex illam per annum obſeſſam, captamque, iugulatis omnibus, diruit; ac iterum reſtituta eſt, vt poſteriores auctores ſcribunt, duplo nunc maior Ieroſolyma, à Syris Azam dicitur [r]. Similis eſt *Gazara* [ſ], præſidium in finibus Azoti in Tribu Dan.

Gazam [t], [i. vellus eorum,] vnus de genere Nathinæorum: dicitur & *Gezem* [u].

Gazer [x], [i. præciſio, vel ſententia,] vrbs Leuitica in Tribu Ephraim, cuius regem occidit Ioſue: hanc poſteà Pharao Rex Ægypti expugnauit, & filiæ ſuæ Salomoni nuptæ, in dotem dedit; & ipſe Salomon, quod eſſet natura munita, & ad bella opportuna, ex ædificauit [y]: Dicitur & *Gazeta* [z], & *Gezer* [a], & *Gob* [b], vt patet ex 2. Reg. 21. v. 18. & 1. Paral. 20. v. 4. ſimul collatis.

Gazophylacia ante ædificium ſeparatum [c], ea erunt in quibus Gaza, i. theſauri Templi

b Ierem 31. v. 39.
c Adrich. ex D. Hierony.
d Deuter. 11. v. 29.
e Ibidem.
f 4. Reg. 9. v. 27.
g Ioſ. 20. v. 8. & 21. v. 27.
h Deuter. 4 v. 43.
i Ioſ. 11. v. 22. 1. Machab. 11. v. 61.
k Iudic. 16. v. 3.
l v. 21.
m Ioſ. 13. v. 3.
n 1. Machab. 11. v. 62.
o Actor. 8. v. 26.
p 1. Machab. 11. v. 61. & 13. v. 43.
q
r ita Adrichom. p. 133. 134.
ſ 1. Machab. 14. v. 7.
t 1. Eſdr. 2. v. 48.
u 2. Eſdr. 7. v. 51.
x Ioſ. 10. v. 33.
y 3. Reg. 9. v. 15. 16. 17.
z 1. Paral. 14. v. 16.
a 2. Reg. 5. v. 25.
b Cap. 21. v. 18.
c Ezech 42. v. 20.

ſeruabantur: vox ex Perſico & Græco compoſita eſt. *Gazophylacia* Aquilonis, & *Gazephylacia* Auſtri [d]. *Gazophylacia* [e] viginti data Leuitis ex præcepto Domini. *Gazophylacia* [f], Sanctuarij. Hęc reſpiciebant ad Aquilonem, & erat ibi locus vergens ad occidentem, vbi Sacerdotes coquebant Sacrificium pro peccato [g].

Gazophylacium [h], quod erat contra ſeparatum ædificium, & contra ædem vergentem ad Aquilonem. *Gazophylacium* [i], in quod tempote Chriſti vidua miſit minuta duo; & in quo loquens Chriſtus abſoluit adulteram [k]. *Gazophylacium* [l], Cantorum, in Atrio interiori, erant ſuggeſta, vbi diuinæ laudes voce, varijſque inſtrumentis canebantur.

Geba [m], [i. collis ſiue calix,] ciuitas de Tribu Benjamin. Eadem quæ *Gaba*, & *Gabaa*, Eſt & *Geba* [n], regio.

Gebal [o], [i. terminus] ciuitas Syriæ quæ nunc Gibel dicitur: appellatur & Biblus; & habitatores iſtius ciuitatis vocantur Giblij [p].

Gebbethon [q], ciuitas in Tribu Dan: dicitur & vrbs Philiſtinorum [r], & *Gabathon* [ſ].

Geddel [t], [i. magnus,] nomen viri de ſeruis Salomonis: Similes vtcunque ſunt *Geddelthi* [u], [i. magnificaui,] vnus ex filijs Heman, Princeps vigeſimæ ſecundæ vicis Cantorum ſub Dauide. Et *Geddiel* [x], [i. turma mea Deus,] filius Sodi, & Princeps è Tribu Zabulon, vnuſque exploratorum terræ Chanaam, & *Gedelias* [y], [i. magnitudo Dei,] filius Phaſſur, vnuſque eorum qui funibus ſubmiſerunt Ieremian in lacum.

Gedeon [z], [i. turma iniquitatis,] filius Ioas qui & Ierobaal dictus eſt [a]. *Gedeon* [b], pater Abidam Principis Tribus Benjamin.

Gedera [c], [i. maceria, vel ſepes,] vrbs in Tribu Iuda. Hinc *Gederites* [d]. Similis vtcunque idem ſignificans *Gederethaim* [e], vrbs in Tribu Iuda.

Gedor [f], [i. maceria, vel ſepes,] filius Phanuel de Tribu Iuda. *Gedor*, filius Abigabaon [g]. *Gedor* [h], ciuitas Tribus Iuda, in forte Dan ſita terra vberrima. Hanc Cendebæus dux Anthiochi Sederis regis Syriæ muniuit aduerſus Iudæos [i]: dicitur & *Cedron* [k].

Geenneem [l], vide infra vallis filiorum Ennom. Similis eſt *Gehenna* [m], quæ pro inferno ponitur. Toſtatus dicit eam eſſe ignis voraginem, in qua eſt ignis perpetuus.

Gehen [n], [i. venter, vel pectus, vel egrediens,] ſecundus ex quatuor fluuijs egredientibus è Paradiſo voluptatis. Ioſephus *Nilum* vocat.

Gelboe [o], [i. exultatio inflationis, vel exultatio requiſita,] montes in Iſſachar, famoſi ex morte Saul & Ionathæ, quare imprecatus eſt eis Dauid, vt nec ros, nec pluuia deſcenderet ſuper ipſos.

Genezar [p], [i. hortus, vel protectio Principis,] eſt aqua Genezar, ad quam Ionathæ caſtra applicuerunt. Eſt & terra *Genezar*, [q]. quæ & Genexareth, [r]. Eſt & ſtagnum *Genezareth*, [ſ]. Idemque quod mare Galilææ ſeu Tiberiadis, vide infra. Aqua eius dulcis eſt ac potabilis, arenoſo littore circundata, auris ſpirantibus frequentius agitata, quam medius Iordanis ſecans præterfluit. Varia habet piſcium genera, ab alterius aquæ piſci-

d v. 13.
e Cap. 45. v 5.
f Cap. 46. v. 19.
g v. 19. 20.
h Cap. 42. v. 1.
i Luc. 21. v. 1.
k Ioan. 8. v. 20.
l Ezech. 40. v. 44.
m 2. Eſdr. 11. v. 31.
n Cap. 12. v. 29.
o Pſal. 82. v. 8.
p Ezech. 27. v. 9.
q Ioſ. 19. v. 44.
r 3. Reg. 15. v. 27.
ſ Ioſ. 21. v. 23.
t 2. Eſdr. 2. v. 56.
u 1. Paral. 25. v. 4.
x Num 13. v. 11.
y Ierem. 38. v. 1. 6.
z Iudic. 6. v. 3.
a v. 32.
b Num. 1. v. 11.
c Ioſ. 15. v. 36.
d 1. Paral. 27. v. 28.
e Ioſ. 15. v 36.
f 1. Paral. 4 v. 4.
g Cap. 8. v 30.
h Ioſ. 15. v
i 8. 5. Paral. 5. v. 7. Machab. 15 v. 39.
k Cap 15. v. 9.
l Ioſ. 15. v. 8.
m Matth. 18 v. 9.
n Gen. 2. v 13.
o 1. Reg. 28 v. 4.
p 1. Machab. 11. v. 67.
q Matth. 14 v. 34.
r Marc. 6. v 53.
ſ Luc 5. v. 1

bus,

bus, tam ſpecie quam ſapore diſcreta. Chriſti maximè nauigatione & miraculis commendata.

Gera, [1]. [i. peregrinatio, aut conflictus,] filius Benjamin. *Gera* [v], filius Bale filij Beniamin. *Gera*, pater Aod Iudicis [x]. *Gera* [y], pater Semei maladici de cognatione domus Saul.

Gerara [a], vrbs in Tribu Simeon circa Torrentem Geraræ, qui & *Beſor* [a]. Eſt & terra *Gerara*, quæ in plurali dicitur Geraræ. In Geraris enim peregrinatus eſt Abraham [b], ibidemque natos eſt Iſaac.

Geraſeni [c] populi regionis Geraſenorum, transfretum maris Galilææ. Similes *Gerſæi* [d] populi, à Gerſæo [e] filio Chanaan. Et *Gerreni* [f], [incolæ, ſiue peregrini,] populi: dicitur enim: Antiochus Eupator rex Syriæ, conſtituiſſe Iudam Machabæum, ducem à Ptolemaide vſque ad Gerreos.

Gerſam [g]. [i. aduena ibi ſiue peregrinus,] filius Moyſis: dicitur & *Gerſom* [h].

Gerſom [i], filius Leui, qui & Gerſon paſſim dicitur; à quo Gerſonitæ, ſeu familiæ Gerſonitarum [k], quæ & Gerſonni [l]. *Gerſom* [m], filius Moyſis, idem ad Gerſam, ſuprà. Similis vtcunque *Gerzi* [n], [i. ſecuris,] pagus, de quo prædas agebat Dauid.

Geſſen [o], [i. appropinquatio] terra Ægypti data à Pharaone inhabitanda filiis Iſrael. nonnulli, vt ait Hieronymus [p], Thebaidem vocant.

Geſſur [q], [i. vallis aſpectus,] Syriæ vrbs & regio trans Iordanem, cuius Rex fuit Tholomai, pater Maacha vxoris Dauid, ex qua genuit [r] fratricidam Abſalom; qui propterea occiſo fratre ſuo Amnon, fugit in Geſſur ad auum ſuum maternum, ibique triennio permanſit, donec Dauidis conſenſu Ieroſolymam a Ioab reductus eſt.

Geſſuri [s], locus vltra Iordanem, idem fortè ac *Geſſuri* [t], pagus eſt cis Iordanem in terra Philiſtiim, in via qua itur è Sur in Ægyptum. Inde prædas agebat Dauid habitans cum Achis rege Geth.

Geth [u], [i. torcular, quæ & Geth Philiſtinorum [x], vrbs in Tribu Dan, vnaq; ex quinq; præcipuis Philiſtinorum, ſita in colle, immanium Gigantum alumna, maximè verò Goliath, quem vicit Dauid [y]. In eam confugit Dauid ad Achis regem Geth [z]. Eamq; poſteà tulit de manu Philiſtiim [a]. *Geth*, ſeu Geth-Epher ciuitas in Tribu Zabuló. Toſtatus diuidit Geth-Epher, & dicit eſſe duas vrbes in Zabulon. *Geth* quidē paruam vrbem, in qua ſepultus fuit Propheta Ionas. A Geth, *Gethæus* [c], & *Gethai* populi [d]. Similis eſt, idemque ſignificans, *Gethaim*, ciuitas ad quam fugerunt Berothitæ [e], in Tribu Beniamin.

Geth-Epher, ciuitas in Zabulon [f], vide ſuprà Geth.

Geth remmon [g], [i. torcular malogranati,] ciuitas Leuitica in Tribu Dan. *Geth-remmon* [h], ciuitas leuitica in Tribo Manaſſe cis Iordanem: dicitur & Balaam [i].

Gethſemani [k], [i. vallis pinguedinum, ſiue vallis olei,] villa, ſeu prædium [l], ſeu hortus [m], i. erat villa in qua erat prædium, & in prædio hortus, in quo Chriſtus orauit ad patrem, morti proximus.

[t] Gen. 46. v. 21. [u] 1. Paral. 8. v. 2. [x] Iudic. 3. v. 15. [y] 2. Reg. 16. v. 5. [z] Gen. 10. v. 19. [a] 1. Reg. 30. v. 9. 10. 21. [b] Gen. 20. v. 1. [c] Matth. 8. v. 28. Marc. 5. v. 1. Luc. 8. v. 26. [d] Gen. 15. v. 21. [e] Cap. 10. v. 16. [f] 2. Machab. 13. v. 24. [g] Exod. 2. v. 22. Iudic. 8. 30. [h] 1. Paral. 23. v. 15. [i] Cap. 6. v. 47. [k] Num. 26. v. 57. [l] 1. Paral. 26. v. 21. [m] Cap. 23. v. 15. [n] 1. Reg. 27. v. 8. [o] Gen. 45. v. 10. [p] in qq. hebr. [q] 2. Reg. 15. v. 8. [r] Cap. 3. v. 3. [s] Deuter. 3. v. 14. Ioſ. 12. v. 4. [t] 1. Reg. 27. v. 8. [u] Ioſ. 11. v. 22. [x] Amos 6. v. 2. [y] 1. Reg. 17. v. 4. [z] Cap. 12. v. 10. & 27. v. 2. 3. [a] 1. Paral. 18. v. 1. [b] Ioſ. 19. v. 13. [c] 2. Reg. 6. v. 10. 11. & 1. Paral. 20. v. 5. [d] Ioſ. 15. v. 3. 1. Reg. 5. v. 8. 9. [e] 2. Reg. 4. v. 3. & 2. Eſdr. 11. v. 33. [f] Ioſ. 19. v. 13. [g] v. 45. & c. 21. v. 24. & 1. Paral. 6. v. 69. [h] Ioſ. 21. v. 25. [i] 1. Paral. 6. v. 70. [k] Matth. 26. v. 36. [l] Marc. 14. v. 32. [m] Ioan. 18. v. 1.

Gezer [n], [i. præciſio,] ciuitas eadem quæ Gazer ſuprà, idemque ſignificans.

Gezeron [o], [i. præciſio doloris, ſiue fortitudinis,] ciuitas, quouſque Iudas Machabæus contritas gentes perſecutus eſt.

Gezez [p], [i. vallis, ſiue tranſitus, filius Caleb ex Epha concubina de Tribu Iuda. Similis idemque ſignificans *Gezoniſes* [q], cognomen Aſſem; è cuius filiis ſeu nepotibus fuit Ionathan, filius Sage. Similis quoque *Giezi* [r], [i. vallis viſionis,] Eliſei Prophetæ famolus, cui eiuſque ſemini adhæſit lepra Naaman in ſempiternum.

Giblij, populi ciuitatis Gebal, nunc Gibel, in Syria, de qua regius Propheta mentionem facit [ſ]. Ij populi præparauerunt ligna & lapides ad ædificandũ Templum Salomonis [t].

Gideroth [u], [i. muri, maceries, aut ſepes,] ciuitas in Tribu Iuda.

Gihon [x], [i. vallis gratiæ, vel manſionis,] mons iuxta Ieruſalem ad occidentem, in quo erat fons eiuſdem nominis, iuxta quem Dauid iuſſit filium ſuum Salomonem vngi in regem, quia optabat regnum filij ſui perpetuum & perenne eſſe ſicut aquæ Gihon perennes erant. Hæc Hebræi. Fontem illum obturauit Exechias Rex Iuda [y].

Gilo [z], [i. exulcratio, ſiue reuolutio,] ciuitas in Tribu Iuda, ex ea oriundus erat Achitophel Gilonites, conſiliarius Dauid, à quo cùm defeciſſet, laqueo ſe ſuſpendit.

Gnidus [a], vrbs inſignis in Aſia minori, in extremo cornu peninſulæ Cariæ adhærenti ſita; Veneris fano olim nobilis; iuxta eam adnauigauit Paulus [b].

Goatha, locus iuxta Ieruſalem, vt ex Ieremia [c] poteſt coniici.

Gob [d], [i. ciſterna, vel locuſta,] ciuitas in Ephrem, eadem quæ Gazer, vide ſuprà.

Godolias [e], [i. magnitudo Domini,] de filiis Idithun, Princeps ſecundæ vicis Cantorum. *Godolias* [f], filius Ahicam: illum Nabuchodonoſor populo relicto in terra Iuda; & Iſmaël de ſemine regio occidit. *Godolias* [g], filius Amariæ, & auus Sophoniæ Prophetæ.

Gog [h], [i. tectum, vel ſolarium,] filius Samaiæ filij Ioel de Tribu Ruben. *Gog* [i], Princeps capitis Moſog & Thubal. Vallis multitudinis *Gog* [k], in... ſepeliendus ille Gog cum omni multitudine ſua. *Gog* [l], regio, ſicut & Magog.

Golan [m], ciuitas refugij in Baſan ſortis dimidiæ Tribus Manaſſe trans Iordanum: dicitur & *Gaulon* [n].

Golgotha [o], ſic dictus Syriacè, ſeu Chaldaicè, qui Latinè mons Caluariæ nuncupatur, in quo Chriſtus crucifixus eſt.

Gomer, primogenitus Iapheth [p], à quo Gens Gomer, de qua Ezechiel Propheta [q], *Gomer* [r], filia Deblaim, fornicaria, quam iuſſu Dei Oſee Propheta in vxorem accepit. Similis eſt *Gomor*, genus menſuræ colligendo manna filiis Iſraël aſſignatum. Erat decima pars Ephi [ſ]. Et vtcunque *Gomorrha* [t], [i. populus rebellis,] ciuitas quæ Pentapoleos vna ex quatuor quæ cœleſti igne aſſumptæ ſunt: vnde Gomorrhæi populi [v].

Gorgias [x], vnus de ducibus potentiſſimi exercitus Lyſiæ, ſeu Anthiochi Epiphanis, cœſus & fugatus à Iuda Machabæo.

[n] 2. Reg. 5. v. 25. [o] 1. Machab. 4. v. 15. [p] 1. Paral. 2. v. 46. [q] Cap. 11. v. 34. [r] 4. Reg. 5. v. 27. [ſ] Pſal. 82. v. 8. [t] 3. Reg. 5. v. 18. [u] Ioſ. 15. v. 41. [x] 3. Regn. v. 35. [y] 2. Paral. 32. 30. [z] Ioſ. 15. v. [ſ] 2. Reg. 15. v. 12. [a] 1. Machab. 15. v. 23. [b] Actor. 27. v. 7. [c] Cap. 31. v. 39. [d] 2. Reg. 21. v. 18. [e] 1. Paral. 25. v. 3. 9. [f] 4. Reg 25. v. 22. 25. [g] Sophon. 1. v. 1. [h] 1. Paral. 5. v. 4. [i] Ezech. 39. v. 1. [k] v. 11. [l] Apocal. 20. v. 7. [m] Deuter. 4. v. 43. [n] Ioſ. 20 v. 8. [o] Matth. 27. v. 33. Ioan. 19. v. 17. [p] Gen. 10. v. 2. [q] Cap. 38. v. 6. [r] Oſee cap. 1. v. 3. [ſ] Exod. 16. v. v. 16. [t] Gen. 19. v. 10. [u] Cap. 18. v. 20. [x] 1. Machab 3. v. 38.

Gortyna [y],[i.pharetra,] oppidum Cretæ inſulæ ad Lethæum fluuium, cuius meminit Plinius [z].

Goſen [a], ciuitas in Tribu Iuda. Eſt & terra *Goſen* [b]. Similis eſt *Goſem* [c], Arabs, vnuſque eorum qui impedite nitebantur reſtaurationem Ieruſalem.

Gothonsel [d], [id eſt, hora ſiue tempus meum Deus ,] caput familiæ , è cuius ſtirpe erat Holdai , qui cum turma ſua duodecimo menſe adſtabat Dauidi regi. *Gothonsel* [e], qui & Charmi , alter Principum Bethuliæ, tempore Iudith.

Gozan [f],[i. tonſio , aut vellus , fluuius in partibus Mediæ. *Gozan* [g], terra , ſeu regio adiacens eidem fluuio , vaſtata ab Aſſyriis.

Gradus [h] Sion , quibus aſcendebatur in ciuitatem Dauid , ſeu montem Sion. *Gradus* Arcis Antoniæ , ſuper quos ſtans Paulus pro ſe cauſam dixit.

Græcia [i], Prouincia celebris, in quam venit Paulus [k] Apoſtolus. Ab Hebræis dicitur Iauen, qui fuit quartus Iapheth filius , à quo dicta Ionia & Græcia. A Græcia , Græcus [l], & Græci [m].

Guni [n], [i.hortus,] ſecundus filius Nephtali, à quo familia Gunitarum [o].

Gurbaal [p],[i.catulus idoli,] terra quam inhabitabant Arabes.

Gymnaſium [q], ædificatum Ieroſolymis ab Apoſtatis Iſraëlitarum , permiſſu Antiochi Epiphanis. In eo , Iudæi leges & ritus Gentium docebantur , & iuuentus in Græcorum Philoſophorum ſtudiis ac diſputationibus inſtituebatur : ibi quoque nudi , atque oleo vncti , in gymnicis luctationibus , ludiſque ſcenicis ſe exercebant : quin & Sacerdotum nonnulli , relicto Templi Deique cultu , palæſtricis vacabant. Eodem inſuper loco, prædicti Apoſtatæ nefandam Ephebiam conſtituerunt [r].

y Cap.15. v. 3.
z Lib.4. v. 2.
a Ioſ.15. v. 5.
b Cap.11. v. 6.& 10. v. 3.
c 2.Eſdr.2.v. 19. & c.6.v. 1.
d 1.Paral.27. v. 15.
e Iudith.6. v.11.
f 4.Reg.17. v.6.& 18.v. 11.1.Paral. 5. v.26.
g 4. Reg.19. v.12. Iſai.37. v.12.
h Actor. 21. v.35. & 40.
i Iſai.66.v. 19.
k Actor.20. v. 2.
l ad Galat.3. v. 28.
m Ioël.3. v. 6.
n Gen.46. v. 24. & 1.Paral.7.v.14.
o Num.26.v. 45.
p 2.Paral.26. v. 7.
q 1.Machab. 1. v.15.
r 2.Machab. 4. v.9.

H.

H*Abacuc* [ſ], [id eſt, amplectens ,] Propheta , qui cœpit Prophetare ante Monarchiam Chaldæorum. *Habacuc* [t], Propheta alius in Iudæa , quem Angelus Domini Babylonem portauit capillo capitis ſui ſuper lacum leonum , vt ferret prandium Danieli.

Haber [u], [i. particeps,vel ſocius,vel confœderatus,] Cinæus, cuius vxor Iahel in Tabernaculo ſuo Tribus Nephtalim occidit Siſaram ducem exercitus Iabin regis Aaor, transfixo per tempora eius clauo. Similis eſt, idemque ſignificans *Habor* [x], ciuitas iuxtà fluuium Gozan in Media : dicitur & fluuius Goaan [y].

Habia [z], [i. abſconſio,] caput familiæ inter Sacerdotes : dicitur & Hobia [a].

Habitaculum Scutariorum: vide infra à Scutariorum Habitaculum.

Haceldama [b], Syriacè ager ſanguinis, emptus in ſepulturam peregrinorum ex pretio quod pro Chriſto vendito proditor Iudas acceperat.

Hachamoni [c], [I. ſapiens,] Pater Ieſbaam vnius ex fortibus Dauid. *Hachamoni* [d], Pater filius Iabiel qui erat cum filiis Dauid.

ſ Habac.1.v. 1.4.Eſdr. 8. v. 40.
t Dan.14.v. 32.33.34.35.
u Iudic.4. v. 11.12.
x 4. Reg.17. v.6.1. Paral. 5. v.26.
y 4.Reg.15 v.11.
z 2.Eſdr.7. v. 63.
a 1.Eſdr.2. v.61.
b Matt.27.v. 8.
c 1.Paral.11. v.11.
d 1.Paral.27. v.32.

Hachila [e], collis in Tribu Iuda, vide ſuprà Collis Hachila.

Hadad [f], [i. acutum ,] octauus filius Iſmaëlis filij Abrahæ ex Agar : dicitur & *Hadar* [g], [i.cubiculum,] ſimilis vtcumque *Hadaſſa* [h], [id eſt , noua ,] ciuitas in Tribu Iuda.

Hadid [i], [i. acutus,ſiue gaudens,] ciuitas in Tribu Beniamin.

Hadrach [k], terra Inſignis vltra montes Galaad,de qua prophetauit Zacharias. Quidam Syriam fuiſſe putant. D. Hieronymus [l] terram Damaſci credidit.

Hadriel [m], [i. Grex Dei ,] Gener Saülis, maritus Merob : dicitur & maritus Michol, (i. ſororis Michol , hæc etiam & Michol ſorores erant,) quæ ei genuerit quinque filios, quos etiam tradidit Dauid Gabaonitis vt eos crucifigerent [n].

Haggi [o], [i.ſolemnitas mea,]idem qui Aggi,ſuprà.

Haggith [p],eadem quæ Aggith, ſuprà.

Hai [q], [i.aceruus,ſeu coaceruatio,]in Tribu Beniamin , ſecunda ciuitas terræ ſanctæ capta à filiis Iſraël : dicitur *Aiath* [r].

Hala [ſ], [i.dolor, ſiue infirmitas,] Medorum vrbs , iuxta fluuium Goaan : quapropter dicitur & ipſa , fluuius Goaan [t]. Similis idemque ſignificans *Halaa* [u], altera vxor Aſſur patris Thecue de Tribu Iuda.

Halcath [x], [i. portio, vel diuiſio ,] ciuitas in Tribu Aſer , aſſignata Leuitis : dicitur & *Helcath* [y], & *Hucac* [z].

Halhul [a], [i. dolor, ſiue principium doloris,] ciuitas in Tribu Iuda.

Hamdan [b],[i. cupiditas, vel calor iudicij,] filius Diſon filij Seir Horræi : dicitur & *Hamram* [c].

Hammothdor [d], [id eſt, indignatio ,] vrbs Leuitica in Tribu Nephtali : dicitur & *Hamon* [e], [id eſt calor , Sol , ſiue ita eius.]

Hamran [f], idem qui Hamdan , vide ſuprà.

Hamuel [g], [i. calor , ſiue ita Dei .] filius Maſma de Tribu Simeonis. Similis *Hamul* [h], [i. pius ſiue miſericors,] filius Phares filij Iudæ : à quo familia Hamulitarum [i].

Hanameel [k], [id eſt,gratia ex Deo , miſericordia vel donum Dei ,] filius Sellum , ac patruelis Ieremiæ Prophetæ. Similis *Hananeel* [l], [I. gratia ſiue miſericordia Dei,] turris Ieroſolymæ.

Hanan [m], [i.gratioſus,vel pius, vel miſericors ,] filius Maacha , vnuſque ex fortiſſimis exercitus Dauid. *Hanan* [n], ſeu potius Benhanan , nomen viri ex Tribu Iuda. *Hanan* [o], filius Seſac de Tribu Beniamin. *Hanan* [p], ſextus ac vltimus filius Aſel de Tribu Beniamin. *Hanan* [q], filius Iegedeliæ hominis Dei. *Hanan* [r], vnus ex Nathinæis.

Hanani [ſ], [id eſt, gratioſus , pius, miſericors,] filius Heman , Princeps octauæ decimæ vicis Cantorum ſub Dauide. *Hanani* [t], pater Iehu Prophetæ. *Hanani* [u], de filiis Emmer de Sacerdotibus qui repudiarunt vxores alienigenas ſub Eſdra. Idemque

e 1.Reg.23. v.19.
f 1 Paral.1. v.30.
g Gen 25.v. 13.
h Ioſ.15. v. 37.
i 2.Eſdr.11. v 34.
k Cap.9.v.1.
l In loc. Hebraic.
m 1. Reg.18. v.19.
n 2.Reg.21. v.8. 9.
o Gen.46. v. 16.
p 2 Reg.3.v. 4.
q Gen. 12. v.8.
r Iſai.10.v. 28.
ſ 4 Reg.17. v.6.
t Cap.18. v. v.11.
u 1. Paral.4. v.5.
x Ioſ.19.v 25.
y Cap.21.v. 31.
z 1.Paral.6. v.75.
a Ioſ.15.v. 58.
b Gen.36. v. 26.
c 1.Paral.1. 41.
d Ioſ.21. & 32.
e Cap. 19. v. 28.1 Paral. 6.v.76.
f Cap.1.v.41.
g Cap. 4.v. 26.
h Gen.46. v. 12. & 1. Paral.2. v.5.
i Num 26. v.21.
k Ierem.32. v.7.
l 2. Eſdr 3. v.1.Ierem. 31.v.38.
m 1.Paral. 11. v.43.
n Cap.4. v. 20.
o Cap.8.v.22.
p v.38.
q Ierem.35. v 4.
r 2. Eſdr.7. v.49.& 10. v.21.
ſ 1.Paral.15. v. 4.25.
t 3. Reg.16. v.7. 2.Paral. 16. v.7.
u 1.Eſdr.10. v 20.

vt

vt crediderim, ac Hanani Sacerdos ex Can- t ,ri: us ſub eodem Eſdra[q] : Eſdras enim & ipſe Sacerdos vocat eom fratrem ſuum[r].

Hanania[ſ], [i. gratia, miſericordia, aut donum Dei,] pater Selemiæ, & au::s Ieriæ cuſtodis portæ Beniamin , qui comprebendit Ieremiam vt profugnm, & adduxit ad Principes. *Hanania*[t], pater Sedeciæ vnius ex principibus , quibus Baruch Ieremiæ ſcriba ex legis volumen. *Hanania*[v], filius Zorobabel de Tribu Iuda. *Hanania*[x], filius Selac de Tribu Beniamin. *Hanania*[y], de filijs Bebai , vnus ex filijs Iſrael qui repudiarunt vxores alienigenas.

Hananias[z], filius Heman , & Princeps ſextæ decimæ vicis Cantorum ſub Dauide. *Hananias*[a], vnus ex ducibus Oziæ regis Iuda. *Hananias*[b], filius Azur, Pſeudopropheta de Gabaon, qui prophetauit in domo Domini coram Ieremia, ſacerdotibus , & omni populo, & reſpondit Ieremias, Amen.

Hanathon[c], [i. gratiæ aut miſericordiæ donum,] vrbs in Tribu Zabulon.

Hanes[d], [i. gratiæ vexillum ,] ciuitas Ægypti. Similis eſt *Hanon*[e], [i. gratioſus, ſiue miſericors,] filius Naas regis Ammonitarum, qui viros à rege Dauide ad eum conſolandum miſſos decaluauit, raſitque dimidiam partem barbæ eorum , & præſcidit veſtes medias vſque ad nares.

Haniel[f], [i. gratia, miſericordia, requies, aut Donum Dei,] filius Olla de Tribu Aſer. Similis eſt *Haniel*[g], filius Ephod, Princeps Tribus Manaſſe, vnuſque ex diuiſoribus terræ promiſſionis. Et *Hanni*[h], vnus ex leuitis qui aſcenderunt Ieruſalem cum Zorobabele.

Hanun,[i] [i. gratioſus, miſericors,] vnus ex inſtauratoribus Ieruſalem. *Hanun*[k], filius Seleph, alius ex reſtauratoribus.

Hapharaim[l], [i. explorantes, confundentes,] ciuitas in Tribu Iſſachar.

Harad[m], [i. ſtupor, aut tremor,] fons in Tribu Iſſachar, ad quem venit Gedeon, cum iuſſu Dei probauit ad aquas trecentos, qui ſecum pugnarent contra Madian.

Haram[n], [i. libertas, ſyriacè,] ciuitas Meſopotamiæ , vaſtata ab Aſſyrijs : eadem ac Charra, vel Charræ ; à Charra fluuio ſic dicta, in qua habitauit Thare pater Abrahæ[o].

Haran[p], eadem quæ Charan, ſuprà. *Haran*[q], filius Caleb ex Epha concubina.

Harbona[r], [i. deſtructio . ſiue gladius eius nunc,] tertius è ſeptem Eunuchis regis Aſſueri, cui indicauit lignum paratum Mardochæo, in quo ſuſpenderetur Aman. Similis vtcunque *Harnapher*[ſ] [i. ira tauri , ſiue ira creſcens,] filius Supha , vnuſque è principibus cognationum , & fortiſſimis ducibus ducum Tribus Aſer.

Harem[t], princeps tertiæ vicis Sacerdotalis: dicitur & *Harim*[u].

Hareph[x], [i. hyems , opprobrium , adoleſcentia.] Princeps familiæ ex ijs quæ redierunt Ieruſalem. Similis eſt, idemque ſignificans *Hariph*[y], filius Caleb de Tribu Iuda, & pater i. Princeps Bethgader.

Hares[z], [i. ſol, aut teſta,] mons quod interpretatur Teſtaceus. Similis eſt *Haret*[a], i. ſculptura, aut liberta ,] ſaltus in Tribu Iuda,

q 2. Eſdr.12. v 35. r Cap 1 v.2. & 7.v.2. ſ Ierem 37. v 11.13. t Cap. 36.v. 12.13 14. u 1. Paral.3. v 19. x Cap.8. v. 23. y 1 Eſdr.10. v.28. z 1. Paral. 25.v 4.23. a 2.Paral.26. v. 11. b Ierem. 28. v.1.2. & ſeqq. c Ioſ.19. v.14. d Iſai. 30. v.4. e 2. Reg 10. v.1. & 1. Paral.19.v.2. f Cap.7. v.39. g Num.34. v.23. h 2.Eſdr.12. v.9. i Cap 3. v 13. k Verſ.30. l Ioſ.19. v 19. m Iudic. 7. v.1.5. n 4 Reg.19. v 12. Iſai. 37.v.12. o Gen.11. v 32. p Verſ.31. q 1. Paral.2. v 46. r Eſth.1 v.10. ſ 1. Paral.7. v.37. t 2.Eſdr.7. v 35. u 1.Paral.24. v.8. 1. Eſdr. 2.v.18. x 2. Eſdr. 7. v.24. & 10. v.18. y 1.Paral. 2. v.51. z Iudic. 1. v.35. a 1. Reg.22. v.5.

in quo manſit Dauid fugiens a facie Saul. Ir eo eſt ciuitas *Hared*[b] olim regia.

Harim[c], idem ac Harem, ſupra, princeps tertiæ vicis Sacerdotalis.

Harma[d], [i. deſtructio, ſiue anathema.] ciuitas fortis , quæ ceſſit Iudæ, poſteà data Simeoni[e] : olim Sephar[f], poſtea Horma[g], & Arama[h].

Harodi[i], [i. ſtupefactus, iræ abundantia] ciuitas ex qua oriundus Elicà , vnus ex triginta ſeptem fortibus Dauid.

Haroſeth[k], [i. ſilentium , ſurditas,] Gentium ciuitas Tribus Nephtalim, in qua habitabat Siſara dux exercitus Iabin regis Chanaan.

Haſabias[l], filius Amaſiæ , leuita. *Haſabias*[m], vnus ex Principibus Leuitarum tempore Ioſue. *Haſabias*[n], quintus ex ſex filijs Idithun , princepsque duodecimæ vicis cantorum ſub Dauide. *Haſabias*[o], qui cum fratribus ſuis viris fortiſſimis , ſub Dauide præerat Iraëli trans Iordanem. *Haſabias*[p], filius Camuel , princeps qui ſub Dauide præerat Leuitis. *Haſabias*[q], vnus ex principibus Sacerdotum ſub Eſdra. Similis eſt *Haſadias*[r], [i. miſericordia Domini,] filius Zorobabel filij Phadaiæ de regia ſtirpe.

Haſarſaſim[ſ], [i. atrium equorum,] vna ex ciuitatibus , quas inhabitarunt filij Simeon vſque ad regem Dauid: dicitur & *Haſerſuſa*[t].

Haſebia[v], [i. æſtimatio Domini , aut cogitatio Domini, ſilentium in Domino,] Leuita, de filijs Merari. Similes ſunt *Haſebna*[x], vnus Iſraëlitarum qui ſignarunt fœdus cum Eſdra. Et *Haſebnia*[y], vnus ex Leuitis qui benedixerunt Dominum.

Haſerim[z], [i. atria ,] ciuitas in dorſo montis Seir, inter Ægyptum & Chananæam poſita ; ex qua Heuæi Gigantes à Cappadocibus expulſi ſunt. Similis eſt , idemque ſignificans *Haſeroth*[a], manſio filiorum Iſraël decima quarta.

Haſerſual[b], [i. atrium vulpis , ciuitas fortis Iudæ, data Simeoni; dictaque *Haſerſubal*[c].

Haſerſuſa[d], [i. fœnũ æqui,] ciuitas in Tribu Simeon; eadem quæ & *Haſarſuſim*[e], ſupra.

Haſra[f], [i. defectus , vel deficiens,] auus Sellum mariti Oldæ Prophetidis : dicitur & *Araas*[g].

Haſſemon[h], ciuitas in Tribu Iuda.

Haſſub Leuita, filius Ezricam[i]. Similis eſt Haſub[k], filius Phahath Moab vnus ex inſtauratoribus Ieruſalem.

Haſum[l], [i. ſilentium,] Princeps vnius familiæ ex ijs quæ redierunt Ieruſalem cum Zorobabele. *Haſum*[m], vnus aſtantium à ſiniſtris Eſdra legentis librum legis coram omni populo.

Hattus[n], [i. peccatum derelinquens] filius Semeiæ de regia ſtirpe Dauidis. *Hattus*[o], filius Haſeboniæ, vnuſque ex inſtauratoribus Ieruſalem. *Hattus*[p], vnus ex principibus Sacerdorum. Idem forſan ac præcedens.

Hauoth-Iair[q], i. villæ Iair. Hoc nomine Iair, filius ſeu nepos Manaſſe vocauit ſexaginta ciuitates magnas atque muratas , habentes ſeras æreas ; quas occupauit in terra Galaad; quæ quidem dicuntur eſſe Galaad, ob viciniratem Galaad & Baſan, ſed propriè ſunt in regione Baſá[r]. Sunt & alia triginta oppida

b Ioſ. 12. v 15. c 1.Paral.24 v.8. 1 Eſdr. 2.v.32. & 10. v 21. d Ioſ.15. v.30. e Cap. 19. v. 3. f Iudic.1.v. 17. ſcribitur Sephaath. g Iudic. 2. v. 17. h 1. Reg.30. v.30. i 2. Reg. 23. v.26. k Iudic. 4. v. 2. l 1.Paral. 6. v. 44. m 2. Paral. 35.v.9. n 1.Paral. 25.v. 3. 19. o Cap.26. v.30. p Cap. 27. v. 17. q 1. Eſdr 8. v.24. r 1. Paral. 3. v.20. ſ Cap 4. v.31. t Ioſ. 19. v.5. u 1. Paral.9. v 14. x 2. Eſdr.10. v. 25. y Cap.9.v.3. z Deuter. 2 v.23. a Num 33. v.17. & 21. v. 34. b Ioſ.15. v.28. c 1. Paral. 4. v.28. d Ioſ.19.v.5. e 1.Paral.4. v.31. f 2.Paral.34 v.22. g 4.Reg.22. v 14. h Ioſ.15. v.27. i 1.Paral.9. v.14. k 2. Eſdr.3. v.11. l 2. Eſdr.7. v.19. m 2.Eſdr. 8. v.4. n 1. Paral. 3. v.22. 1.Eſdr. 8.v 2. o 2 Eſdr. 3. v.10. p Cap. 10. v.4. & 12. v.2. q Num.32 v 41. Deut. 3.v.4.14. & 3.Reg.4. v.13. r Ioſ.13. v.30.

eiuſdem numinis in regione Galaad, quæ nomen acceperunt à Iair Galaadite Iudice Iſraël [s].

Hazael [t], [i. videns Deum,] iuſſu Dei vnctus in regem Syriæ ab Elia Propheta. Similis vtcumque, idemque ſignificans *Hazia* [u], de ſtirpe Phares filij Iuda. Et *Hazer* [x], vnus ex capitibus populi, qui cum Nehemia ſignarunt fœdus.

Hebal [y], [i. cumulus vetuſtatis,] filius Iectan filij Heber qui eſt in Chriſti linea. *Hebal* mons Ephraim, de quo ſuprà in Garizim.

Heber [z], [i. tranſiens, vel tranſitus,] filius Sale in Chriſti linea, à quo Hebræi [a], dicti ſunt, & in cuius familia in diuiſione linguarum, Hebræa perſeuerauit. *Heber* [b], [i. ſocius,] filius Iudaiæ, & pater, i. Princeps Socho de Tribu Iuda. *Heber* [c], [i. tranſiens, vel tranſitus,] vnus è ſeptem filiis Abihail de Tribu Gad. *Heber* [d], [i. ſocius,] filius Beria, qui & Baria [e], de Tribu Aſer, à quo familia Heberitarum [f] *Heber* [g], [i. tranſitus,] filius Elphaal. *Heber* [h], [i. ſocius,] filius Semei. *Heber* [i] [i. tranſitus,] filius Seſac de Tribu Beniamin.

Hebron [k], [i. ſocietas, ſiue participatio,] vbi habitauit Abraham; vrbs olim regia [l]: eſt vrbs refugij, & aſſignata Sacerdotibus in Tribu Iuda. In ea primùm regnauit Dauid ſeptem annis: Et Abſalom votum ſe vouiſſe mentiens in Hebron, vbi requieſcebant ſacra Lipſana Abraham, Iſaac, & Iacob, coniuratione facta regnum patris inuaſit [m]. Demum tempore Chriſtianorum Epiſcopali Sede fuit illuſtrata [n]: dicta eſt primùm, Mambre, erat enim ædificata in conualle Mambre [o], & Cariatharbe [p], & Arbee [q]. Sunt & montana Hebron [r], & piſcina Hebron [s]. *Hebron* [t] tertius filius Caath filij Leui [u], à quo familia Hebroni. *Hebron* [x], filius Mareſa de Tribu Iuda.

Hebrona [y], [i. tranſiens,] manſio XXXI. filiorum Iſraël in deſerto.

Heddai [z], de torrente Gaas, vnus ex triginta ſeptem fortibus Dauid. Qui dicitur & *Hurai* [a].

Heder [b], filius Baria de Tribu Manaſſe.

Hegla [c], tertia ex quinque filiabus Salphaad de Tribu Manaſſe.

Helam [d], vrbs in Tribu Beniamin.

Helba [e], vrbs in Tribu Aſer.

Helcath [f], [i. portio,] vrbs in Aſer.

Helcias [g], [i. portio, ſiue pars Domini,] Pater Eliacim præpoſiti domus & Summi Sacerdotis ſub Ezechia rege Iuda. *Helcias* [h], atauus Prophetæ Baruch Scribæ Ieremiæ. *Helcias* [i], filius Sellum, & pater Azariæ, Sacerdos magnus ſub Ioſia rege Iuda. *Helcias* [k], Leuita, filius Amaſai de ſtirpe Merari. *Helcias* [l], pater caſtiſſimæ Suſannæ de Tribu Iuda. *Helcias* [m], pater Ieremiæ Prophetæ de ſemine Aaron. *Helcias* [n], vnus ex principibus Sacerdotum tempore Zorobabel. *Helcias* [o], pater Gamariæ à Sedecia rege Iuda miſſi cum Elaſa ad Nabuchodonoſor. *Helcias* [p], filius Salom, & pater Ioacim Sacerdotis, ad quem & alios Sacerdotes & populum Ieruſalem miſſa eſt pecunia à Iudæis qui in Babyloniam tranſmigrarant. Similis eſt *Helchias* [q], [i. expectans Dominum,] pater Nehemiæ.

Heleb [r], [i. lac, vel pinguendo,] filius Baana Netophathites, vnus ex triginta ſeptem fortibus Dauidis. Similes ſunt *Heleg* [s], [i. portio,] ſecundus filius è ſex filiis Galaad nepotis Manaſſe, à quo familia Helecitarum. *Heleph* [t], [i. mutatio, ſiue tranſitus,] vrbs in Nephtali.

Heles [u], [i. armatus, aut nudatus,] de Phalti, vnus è triginta ſeptem fortibus Dauid, dicitur & *Helles* Phallonites [x].

Heli [y], [i. eleuatio ſiue oblatio, aut eleuans vel offerens; vel piſtillum quo aliquid contunditur in mortario,] Sacerdos & Iudex in Iſraël, pater Ophni, & Phinees. *Heli* [z], pater Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, qui vulgò dicebatur Ioachim.

Heliodorus [a], [i. ſolis donum,] vir qui erat ſuper negotia Seleuci Aſiæ regis, ab Angelis Dei flagellatus dum Sacrum ærarium expilaret. Similis vtcumque *Heliopolis* [b], [i. ciuitas ſolis,] vrbs in Ægypto, vnde Ioſeph ſumpſit vxorem, filiam Putiphares Sacerdotis ipſius Heliopoleos. Ibi Onias, S. Oniæ filius, & Iudæorum Sacerdos ſub Ptolomæo Philometore ædificauit Templum Ieroſolymitano ſimile, quod ſtetit vſque ad imperium Veſpaſiani: Et ab eodem Onia, Templum Onion, & vrbs Onis, & terra circumiacens, regio Oniæ dicta eſt. Hic puer Ieſus, Iudæa exul, cum parentibus commoratus eſt, vbi adhuc oſtenditur fons Ieſu, aut B. Mariæ; paruus quidem, vbertimè tamen fluens, & irrigans hortum Balſami. Vide ſuprà Engaddi.

Helleda [c], ſeu Hellas. i. Græcia regio notiſſima.

Helles [d], [i. armatus, nudatus,] filius Azariæ de ſtirpe Iuda ſecundum lineam fœmininam, nam ſecundum maſculinam ortus ex Ieraa Ægyptio. *Helles* [e] Phallonites, de filiis Ephraim, vnuſque ex fortiſſimis viris in exercitu Dauid, & dux turmæ quæ miniſtrabat regi, ſeptimo menſe [f]: dicitur & *Heles* [g], de Phalti, ſuprà.

Helmon-Deblathaim [h], manſio quadrageſima in Tribu Ruben. Vide Deblathaim, ſuprà.

Helon [i], [i. prophanatio, ſiue dolor,] pater Eliab Principis Tribus ſuæ Zabulon. Helon [k], vrbs Sacerdotalis in Tribu Iuda: dicitur & *Holon* [l]. *Helon* [m], [i. fortitudo,] vrbs Leuitica, eadem forte quæ Aialon Leuitica [n], *Helon* [o], [i. prophanatio,] vrbs in terra Moab, ac Tribu Ruben.

Hem, [i. gratia, miſericordia,] filius Sophoniæ, cui coronas ab eo oblatas dicit Zacharias Propheta [p], futuras in memoriale in Templo.

Heman [q], [i. turbatio, aut tumultus eorum,] filius Lotan filij Horbæi: dicitur & *Homan* [r]. *Heman* [s], filius Ioel filij Samuëlis Prophetæ de filiis Core ſeditioſi.

Hemath [t], inſignis ciuitas, eadem ac Emath, ſuprà.

Hemor [u], [i. aſinus, aut acetum; vel corus, menſuræ genus,] filius Sichem, & à cuius filiis emit Abraham ſepulchrum pretio argenti. *Hemor* [x], Heuæus, pater Sichem raptoris Dinæ filiæ Iacob.

Hino h

Notes in the left margin: f Iudic.10. v.4. t 3.Reg.19 v.15. 1.Paral. 21.v.5. u 2. Eſdr.1. v.5. x Cap.10. v.20. y Gen.10. v.28. z. a Gen.41. v.12. 1. Reg. 4.v.6. Ierem. 34. v.9. vide lib.1. obſeru. b 1. Paral.4. v.18. c Cap.5.v.13. d Gen.46. v.17. e 1.Paral.7. v.31. f Num.26. v.45. g 1. Paral.8. v.12. h v.17. i v.22. k Gen.13. v.18. l Ioſ.12 v.10. m 2 Reg 15. v.7. & ſeqq n Adrichom. o Gen.13. v.18. p Ioſ.14. v.15. q Gen.23. v.2. r Ioſ.15. v.21. s 2.Reg.4.v.12. t Num.26. v.58. u v.57. x Num.33. v.34. y ibid. z 2.Reg.23. v.30. a 1.Paral.11. v.32. b Cap 8.v.25. c Num.26. v.33. d 2 Reg.10. v.17. e Iudic.1. v.31. f Ioſ.21.v.31. g 4. Reg.18. v.18. Iſai.22. v.20. h Baruch 1. v.1. i 4.Reg.22. v.4. 2. Paral. 34.v.13. k v.45. l Dan.13. v.25. m Ierem.1. v.1. n Cap.12. v.6. o Cap.29.v.3.

Notes in the right margin: p Baruch 1. r Eſdr 1.v.1. s 2 Reg.23. v.8 t Num.26 v.30. Ioſ.17. v.2. u Cap.19. v.35. x 1. Reg.23. v.26. x 1.Paral 11 v.27. y 1.Reg.1. v.3.25. z Luc.3. v.23. a 2 Machab 3. v.7.26.27. b Gen. 45. v.45. c 1.Machab 8.v.9. d 1.Paral.2 v.39. e Cap.11. v.27. f Cap.27.v.10. g 2.Reg.23. v.26. h Num 33. v.46. i Cap.1.v.9. & 2. v.7 & 10.v.16. k 1.Paral.6. v.58. l Ioſ.15. v.15. m 1.Paral.6. v.69. n Ioſ.21. v.24. o Ierem. 48. v.21. p Zach.6.v.14. q Gen.36. v.21. r 1.Paral 6. v.39. s Cap 6 v.33 & 15.v.17 & 16.v.41 t Cap.18 v.39. u Actor.7. v.16. x Gen.33.v.19.& 34.v.2. Actor.2 v.16.

Henoch [y], [i. dedicatus vel diſciplinatus,] filius Cain. *Henoch* [z], vrbs in Tribu Aſer, primaque totius terræ, ædificata à Cain, muriſque communita, & nomine primogeniti ſui Henoch ſic dicta. *Henoch* [a], filius Iared, tulit eum Dominus ſcilicet in paradiſum terreſtrem. *Henoch* [b], filius Madian filij Abrahæ ex Cetura. *Henoch* [c], primogenitus Ruben.

Hepher [d], [i. explorans, ſiue opprobrium, aut confuſio,] de Tribu Iuda, filius Aſſur ex Naara vxore. *Hepher* [e], filius Galaad de Tribu Manaſſe, & pater Salphaad qui filios non habuit; ab illo orta familia Hepheritarum. *Hepher* [f] Necherathites, vnus ex fortiſſimis in exercitu Dauid.

Her [g], [i. vigil. magiſter, inſolens, vrbs,] primogenitus Iudæ ex filia Sue Chananæ. *Her* [h], filius Gad, à quo familia Heritarum; dicitur & *Hers* [i]. Similis eſt *Heran* [k], [i. vigilia, aut magiſter earum, aut excitator earum,] filius Suthala filij Ephraim, & à quo familia Heranitarum.

Hered [l], [i. imperans, ſiue deſcendens,] filius Bela filij Beniamin, à quo familia Hereditarum. *Hered* [m], ciuitas in Tribu Iuda ſita in ſaltu Hared.

Hori [n], [i. vigil, ſiue ciuitas mea, aut Syriacè inimicus,] filius Gad filij Iacob: dicitur & *Hor* [o].

Herma [p], vrbs olim regia: vide Harma, ſuprà: & Horma infrà. Similis eſt *Hermas*, & *Hermes* [q], [i. mercurius, aut lucrum,] duo ex fidelibus quos ſalutat D. Paulus.

Hermon [r], [idest, deſtructio ſiue anathema, vel conſecratum, Deo ſcilicet,] mons in Tribu Aſer & Iſſachar, proceris & laudatiſſimis abietibus abundans, quæ trabibus & nauigiis aptiſſimæ ſunt: obſeruat Ezechiel [s]: tabulata nauis Tyriæ de abietibus montis Sanir fuiſſe compacta. Et ex libro Canticorum [t], quidam inferunt, hunc montem Leonibus, Pardis, & Leopardis abundaſſe. Mons autem Hermon in maiorem & minorem. Hermon maior, quem Sydonij Sarion vocant; & Amorrhæi Sanir [u] dictus eſt maior etiam ob abundantiam roris, & pinguedinem, & ipſam ſoli fœcunditatem [x]. Nec longè à monte Thabor; vnde illud Pſalmiſtæ: [Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt [y].] *Hermon* minor alluit Ciſſon torrens à parte Septentrionali. *Hermonium*, ſeu *Hermonim* [z], collis eſt, ſeu mons modicus, à monte Hermon contra montem Thabor procedens.

Herodes [Ideſt, pellis gloria, aut pellibus glorians, aut mons gloriæ vel arrogantiæ; aut Syriacè, draco ignitus,] Tres diuerſi huius nominis, genere Idumæi, adeoque ex Eſau progeniti, nec non proſelyti. Neque illos diſtinguit ſcriptura, quamuis illorum Herodem, imò & ſæpè regem [a] appellans. Primus ergo eſt Herodes Aſcalonita, quia apud Aſcalonem natus; & Herodes magnus, ſub quo Chriſtus natus eſt, & occidit innocentes: de eo loquitur Matthæus [b], & Lucas [c]. Secundus eſt *Herodes Antipas*, qui decollauit Ioannem Baptiſtam, & Chriſtum remiſit ad Pilatum: de hoc loquitur Marcus [d]; & Lucas [e]; & Actor. 4. Tertius eſt *Herodes Agrippa*, qui miſit Petrum in carcerem, & Iacobum capite truncauit: de hoc agitur Actor. 12. Vide lib. 1. Obſeruat. de triplici Herode, eorumque genealogia. Cæterùm à primo Herode dicti ſunt Herodiani [f]; quia putabant Herodem eſſe Meſſiam, & conſtituebant ſectam vnam. Similis eſt *Herodias* [g], concubina Herodis Antipæ, quam is abſtulerat à fratre ſuo Philippo vxorem; hæc petiit caput Ioannis Baptiſtæ.

y Gen. 4. v. 17.
z Ibidem.
a Cap. 5. v. 18. Luc 3. v. 12]
b Gen 25. v. 4.
c Cap. 46 v. 9. & 1. Paral. 5. v. 3.
d 1. Paral. 4. v. 6.
e Num. 26. v. 32. 33. Ioſ. 7. v. 3.
f 1. Paral 11. v. 36.
g Gen. 38. v. 3. 1. Paral. 4. v. 21.
h Num. 26. v. 16.
i Gen. 46. v. 16.
k Num. 26. v. 36.
l v. 40.
m Ioſ. 12. v. 14.
n Gen. 46. v. 16.
o Num. 26. v. 16.
p Ioſ. 12. v. 13.
q 1 Rom. 16. v. 14.
r Ioſ. 11. v. 3. & 13. v. 13.
ſ Cap. 27. v. 3.
t Cap. 4. v. 8.
u Deuter. 3. v. 9.
x Pſal. 88. v. 13. & 132. v. 3.
y Pſal. 88. v. 13.
z Pſal. 41. v. 7.
a Matt. 2. v. 1. 3. Marc. 6. v. 14. Actor. 12. v. 1.
b Cap. 2. v. 1.
c Cap. 1. v. 5.
d Cap. 6. v. 14.
e Cap. 3. 9. 13. 13. Act. 4. v. 17.

Herodion, [i. dominatricis cantilena,] cognatus Pauli, quem ipſe ſalutat [h]. *Herodion* ſeu *Herodius*, nomen appellatiuum auis, cuius eſus diuina lege Iudęis erat interdictus.

Heſebon [i], [ideſt, numerus, ſiue cognitio,] vrbs in terra Moab & ſorte Ruben, quam inhabitauit Sehon rex Amorrhæorum. In ea erant piſcinæ Heſebon, de quibus in Canticis [k]. *Heſebon* [l], vrbs Leuitica in Tribu Gad.

Heſer [m], [i. atrium, aut fœnum,] ciuitas à Salomone ædificata.

Heſmona [n], [ideſt, feſtinatio præparationis,] manſio XXVI. filiorum Iſrael in deſerto.

Heſro [o], [i. atrium, ſiue fœnum,] Carmelites, vnus è fortibus Dauidis [p]: dicitur & *Heſrai* de Carmelo.

Heſron [q], [i. ſagitta exultationis,] filius Phares filij Iuda, à quo familia Heſronitarum [r]: ſcribitur & *Eſron* [ſ]. *Heſron* [t], filius Ruben; ſcribitur & *Eſron* [v].

Heth [x], [i. confractio, formido, aut ſtupor,] ſiue Hethæus [y], [i. confractus, & ſtupens,] ſecundus filius Chanaan [z], à quo orti Hethæi [a]. *Heth*, locus in regione Hebronis, quem Hethæi illi populi incoluere; ex hoc loco Vrias vir Berhſabee oriundus, Hethæus vocitatus eſt [b].

Hethim, terra Hethim [c], in Tribu Ephraim, in qua ædificata eſt Luza iuxta palarium Debboræ.

Heua [d], [i. viua, vel viuens,] prima mulierum, formata à Deo de coſta Adæ dormientis. Similis eſt Heuæus [e], [i. vita mea,] ſextus filius Chanaan, à quo Heuęi illi populi.

Heuila [f], [i. dolens, parturiens,] ſecundus filius Chus primogeniti Cham. *Heuila* [g], duodecimus filius Iectan. *Heuila* [h], regio iuxta deſertum in quo habitauit Iſmaël filius Abrahæ. Similis eſt *Heuilath*, ſeu terra Heuilath, vbi naſcitur aurum optimum & lapis Onychinus [i]: Eius habitatores Getuli à Ioſepho dicuntur.

Hierapolis [k], [i. ſacra ciuitas, græcè;] ciuitas Phrygiæ, non longè à Laodicia.

Hir [l], [i. vigil, aut magiſter,] filius Caleb filij Iephone de Tribu Iuda. Similis eſt idemque ſignificans *Hira*, filius Acces de Thecoa, vnus ex triginta ſeptem fortibus Dauid [m], & Princeps turmæ quæ menſe ſexto miniſtrabat regi. Et *Hiras* [n], [i. libertas, aut ira] vir Odollamites, ad quem diuertit Iudas filius Iacob.

Hiram [o], vltimus ex vndecim ducibus Edom, filiis Eſau, poſtquam duces in Edom pro regibus eſſe cœperunt: forte Hiram ibi eſt nomen ciuitatis vel terræ, cuius ille dux eſſet. *Hiram* [p], [ideſt, vitæ

f Matth. 22. v. 16. vide Toſtat.
g Matth. 14. v. 3. Marc. 6.
h Rom. 16. v. 11.
i Num. 21. 26. & 32. v. 37. & Iſai. 15. 4.
k Cap. 7. v. 4.
l Iſai. 21. 37. & 1. Paral. 6. v. 81.
m 3. Reg. 9.
n Num. 33. v. 29.
o 1. Paral. 11. v. 37.
p 2. Reg. 23. v. 35.
q Gen. 46. 12. 1. Paral. 2. v. 5.
r Num. 26. 21.
ſ Matth. 1. v. 3.
t Gen 46 v. 9.
u 1. Paral. 5. v. 3.
x Gen. 23. 3. 5. 7. 10.
y Gen. 10. 15.
z Exod. 3. 8. &c.
a Cap. 13. 20. & 4. Reg. 7. v. 6.
b ita D. Hieron.
c Iudic. 1. 26.
d Gen. 2. 11. 12. & 3. v. 20.
e Cap. 10. 17.
f v. 7.
g v. 29.
h Cap. 25. 18.
i Cap. 2. v. 11. 12.
k Coloſſ. 4. 13.
l 1. Paral. 2. v. 13.
m 2. Reg. 23. v. 26.
n Gen. 38. v. 1.
o Cap. 36. 43.
p 2. Reg. 5. 11.

celſitudo,] rex Tyri, qui miſit ad Dauidem ligna cedrina,& artifices lignorum, vt ædificaret ſibi domum: Et ad Salomonem eius filium vt ædificaret domum Domini q:& Hiram operarium ſcientiſſimum. *Hiram* r, Hebræis *Huram* prædictus operarius ſcientiſſimus, filius mulieris de Tribu Dan, miſſus à rege Hiram ad Salomonem.

Hircanus ſ,[i. ciuitatis poſſeſſor,] Tobias, vir valdè eminens, ad quem ſacri ærarij pertinebant.

Hirſemes t,[i. ciuitas ſolis;aut ex Hebræo & Syro, ciuitas ſeruitij,] vnus ex terminis poſſeſſionis filiorum Dan.

Hiſpania v, latiſſima Europæ regio.

Hoba x.[i. dilectio,abſconſio;aut ſyriacè, obligatio, vel peccatum,] regio Syriæ ad læuam Damaſci;eovſque Abraham perſecutus eſt quatuor reges. Similis eſt *Hobab* y,[i. dilectus,]filius Raguel ſeu Iethro ſoceri Moyſi.

Hobia z, idem qui Habia,ſuprà.

Hod a,[i. laus,ſiue confeſſio,]filius Supha, vnus ex principibus cognationum Tribus Aſer. Similes vtcunque *Hodes* b, [i. menſis, aut nouitas,]vxor Saharaim de Tribu Beniamin. Et *Hodſi*,idemque ſignificans: dicitur que terra inferior *Hodſi* c, per quam tranſijt Ioab dum numeraret populum, iuſſu Dauidis.

Holdai d,[i.tempus,mundus ſeu orbis,muſtela;vel ſyriacè,rubigo,] Neophathites, de ſtirpe Gothoniel, princeps turmæ quæ miniſtrabat Dauidi menſe duodecimo.*Holdai* e, vir de tranſmigratione. Similis eſt, idemque ſignificans *Holda* f propheriſſa,vxor Sellum, quam conſulit pius Ioſias de verbis legis Domini.

Holon g.[i. feneſtra, prophanatio,] vrbs Sacerdotalis in Tribu Iuda: dicitur & *Helon* h, & *Olon* i.

Homam k, [i. tumultus, ſiue turbatio eorum,] filius Lotan filij Seir ſeu Horrhæi:dicitur & *Hemam* l.

Hon m,[i. iniquitas, mendacium,] filius Pheleth de Tribu Ruben,vnuſque in ſeditioſis qui ſurrexerunt contra Moyſen. Similis eſt *Hor* n, [i. mons concipiens, aut demonſtrans,] manſio XXXIV. filiorum Iſraël: Mons ſcilicet excelſus in deſerto, ac finibus terræ Edom propè petram ciuitatem: In illius vertice obijt Aaron o,frater Moyſi. Nec obſtat, quod etiam dicatur obijſſe in Moſera p, quia Hor ei vicinus eſt.

Horam q,[i. mons eorum, ſiue concipiens & manifeſtans eos,] rex Gazet, dum auxiliaretur Lachis à Ioſue percuſſus.Et *Horem* r,[i. occiſio, vel anathema, vel rete,] vrbs in Tribu Nephtali.

Horeb ſ, [i. deſertum, ſiue deſtructio, aut ſiccitas, vel gladius,] minus cacumen ſeu vertex montis Sinai, cum eo radicibus cohærens; vnde dicitur lex data, nunc in Horeb, nunc in Sinai. Dicitur & Petra mons Dei Horeb,in quo apparuit Dominus Moyſi in rubo ardenti t: Et ad quem peruenit Elias, cùm ambulaſſet in fortitudine panis ſubcinericij, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus v. Et in eius ſpelunca Deus apparuit Eliæ in ſibilo auræ tenuis x. Eſt & Petra in Horeb y, quæ à Moyſe percuſſa, ſi-

q 2. Paral.2. 3. 11. & Cap.8.v.2.
r Verſ.11. & Cap.4.v.12.
ſ 2.Machab. 3.v.11.
t Ioſ.19. 41.
v Rom. 15. 24.
x Gen. 14. 15.
y Num. 10. 29.
z 1. Eſdr.2. 61.
a 1. Paral.7. 37.
b Cap.8.v.9.
c 2.Reg 24. 6.
d 1. Paral. 27.v.15.
e Zach.6. 10.
f 4. Reg. 22. 14.
g Ioſ. 21. 15.
h 1.Paral. 6. v.58.
i Ioſ.15.v. 51.
k 1. Paral.1. v.39.
l Gen. 36. v. 22.
m Num. 16. v.1.
n Cap. 20.v. 22.& 33. v. 37.
o Verſ.38.
p Deut.10. v. 6.
q Ioſ.10. v.33.
r Cap. 19. v.38.
ſ Exod.19. v.20.
t Cap. 3.v.1. &c.
v 3. Reg.19. v 8.&c.
x Verſ.12. &c.
y Exod.17. v.6. Pſal. 104 v.41. Pſal.106.v. 35.& 113. v.8.

tienti populo flumen,& ſtagna aquarum ſuppeditauit. In vertice quoque montis Horeb, eodem Moyſe manibus eleuatis orante,Ioſue debellauit Amalecitas.

Horrhai z, [i. albi,nobiles ſeu magnates,] Gigantes expulſi à filijs Eſau è monte Seir a: dicuntur & *Corrhai* b.

Hori c,[i. albus,vel nobilis,] filius Lotan filij Seir.

Horma d, [i. anathema,] locus ad quem vſque Amalecites percuſſit & concidit ex Iſraëlitis illos, qui Moyſe renitente, contra ipſos aſcenderant; & poſt annos circiter triginta nouem,Iſraël eundem Chananæum interfecit, ſubuerſis eius vrbibus e:ſicut & poſt mortem Ioſue, Tribu Iudæ & Simeonis f. Dicitur & *Herma* g, & *Harma* h, & *Sephaath* i. *Horma* k, ciuitas in Tribu Aſer,non longè à fluuio Eleuthero.

Horologium Achaz l,in quo Iſaias,inuocato Deo,dedit Ezechiæ quod petierat ſignum, vmbrâ per decem gradus retrorſum reductâ.

Horræi m, [i. principes, vel ingenui, aut iraſcentes,] populi quos filij Eſau à monte Seir expulerunt n; & exinde Seir dicta eſt Idumæa. Dicuntur & *Chorrai* o.

Hortus p Oza.de quo dicitur: ſepultus eſt Manaſſe in horto domus ſuæ, in horto *Oza*: in eo quoque ſepultus eſt Amon filius eius q Dicitur & Hortus regis r; erat enim in Arce Sion,iuxtà Palatium regum Iuda.*Hortus* ſ, in quo ſepultus eſt Chriſtus. Vide infrà Sepulchrum Chriſti.

Hoſa t,[i. confidens aut protegens,] ciuitas in Tribu Aſer. *Hoſa* v, Ianitor Templi ſub Dauide, de filijs Merari. *Hoſa*, filius Eſer de Tribu Iuda & ſtirpe Hur x.

Hoſanna y, [i. ſaluo, obſecro, vel ſaluo nunc,] acclamatio turbarum Chriſto Ieroſolymam ingredienti.

Hoſiel z,[i. videns Deum,filius Semei filij Gerſon primogeniti Leui.

Hotham a,[i. ſigillum vel clauſura,] filius Heber filij Bariæ filij Aſer filij Iacob.

Hozai b,[i. videns,] nomen Prophetæ, in cuius ſermonibus ſcripta ſunt acta Manaſſis regis Iuda antequam ageret pœnitentiam; oratio quoque eius & exauditio.

Hucac c,[i. ſculptura,legiſlatio] vrbs Leuitica in Tribu Aſer: dicitur & *Helchath* d.

Hucaca e, [i.ſculptura,aut legiſlatio,] vrbs in Tribu Nephtali.

Hul f,[i. dolor, vel infirmitas,ſiue arena,] filius Aram filij Sem.

Hupham g, [i. thalamus eorum, aut operimentum eorum,] filius Beniamin, à quo familia Huphamitarum.

Hur h,[i. libertas, ſiue albedo, aut foramen,] filius Caleb de Tribu Iuda, ex Ephrata vxore. *Hur* i vnus ex quinque principibus gentis Madian.

Hurai k [idem,] de torrente Gaas, vnus ex fortiſſimis viris exercitus Dauid dicitur & Heddai l.

Huri m.[i. libertas, albedo; aut foramen, vel iraſcens,] pater Saphat principis de Tribu Simeon vniuſque ex duodecim exploratoribus terræ ſanctæ. *Huri* n, pater Abihail de Tribu Gad.

Hus o,[i. conſilium, aut lignum,] primogenitus

z Gen. 36. v.20.
a Deuter. 2. v.12.
b Gen. 14. v. 6.
c Cap. 36. v.22.
d Num.14. v.45.
e Cap.21. v.3.
f Iudic. 1. v.17.
g Ioſ.12. v.14.
h Cap. 15.v. 30. & 19. v.4.
i Iudic. 1. v.17.
k Ioſ. 19. v. 29.
l 4. Reg.20. v.11. & Iſai. 38.v.8.
m Gen. 36. v.20.
n Deuter.2. v.12.22.
o Gen. 14. v.6.
p 4. Reg. 21. v. 18.
q Verſ.26
r 2 Eſdr. 3. v. 15.
ſ Ioan. 19. v.41.
t Ioſ 19. v. 29.
v 1.Paral.16. v 38. & 26. v.10.
x Cap 4.v.4.
y Matth. 21. v.9.
z 1. Paral. 23.v 9.
a Cap.7.v. 32. & 31. v.44.
b 2. Paral. 33.v.19.
c 1. Paral. 6. v. 75.
d Ioſ.21. v. 31.
e Cap. 19. v.34.
f Gen. 10. v.23.
g Num. 26. v.39.
h 1. Paral.2. v.19. & 4 v.1.
i Num.31. v. 8.
k 1.Paral.11. v.32.
l 2.Reg 23. v.50.
m Num. 13. v.6.
n 1. Paral.5. v. 14.
o Gen.22. v.21.

genitus Nachor fratris Abrahæ. *Hus* [p], filius Diſan filij Seir. *Hus* [q], terra vnde erat ſanctus Iob. Similes vtcunque *Huſam* [r], [i. feſtinatio eorum, aut ſenſus eorum,] rex tertius qui regnauit in Edom. Et *Huſati* [s], [i. feſtinans, ſenſualitas,] ciuitas ex quo oriundus erat Mobonnai, vnus è triginta ſeptem fortibus Dauid. Et *Sobochai* [t] Huſathites

Huſim [u], [idem] vxor Sacharaim de Tribu Beniamin. *Huſim* [x], filius Dan filij Iacob. Similis *Huſi* [y], [idem,] pater Baana præfecti annonæ Salomonis in Aſer.

I

Iabel [a], [i. geminans, iubileus, aut buccina,] filius Lamech ex Ada vxore de ſtirpe Cain, pater habitantium in tentorijs.

Iabes [b], [i. ſiccitas, vel confuſio,] pater Sellum. *Iabes* [c], [i. dolor,] vir inclytus de Tribu Iuda. *Iabes* [d], [i. dolor,] nomen loci, in quo Cinæi morabantur.

Iabes-Galaad, Galaatidis regionis vrbs primaria, in dimidia Manaſſe trans Iordanem ſita, & quod ſola contra Beniamin cæteris Tribubus ſuppetias ferre recuſaſſet, in ore gladij exciſa, ſeruatis tantùm virginibus numero quadragintis, quæ totidem Beniamiticæ tribus viris matrimonio copulatæ ſunt [e]. Eandem ciuitatem poſt trecentos, aut plures annos, Naas rex Ammonitarum obſedit, oblatamque deditionem admittere ſpreuit, niſi dextrum ſibi oculum erui quiſque pateretur, vt eſſent in opprobrium vniuerſo Iſraëli, & bello prorſus inutiles: ſcutum enim ſiniſtro proſpectum negat.

Iabin [f], [i. intelligens,] rex Chanaan in Aſor, quem Ioſue cum alijs regibus & Chananæis ita percuſſit, vt nullas dimitteret ex eis reliquias. *Iabin* [g] alter, rex Chanaan, in eadem Aſor iam reſtaurat à Debbora Prophetide, & Barac debellatus.

Iabnia [h], [i. ædificans, aut intelligens,] ciuitas muni a in terra Philiſtijm, cuius murum deſtruxit Ozias rex Iuda.

Iaboc [i], [i. euacuatio, diſſipatio, aut luctus,] torrens in terra Gad trans Iordanem, in quem profluit; quo transmiſſo, Iacob luctatus eſt cum Angelo: vocatur & *Ieboc*. [k] Eſt & vadum *Iaboc* [l], quod tranſiuit Iacob cum tota familia, rediens è Meſopotamia; moxque luctatus eſt cum Angelo.

Iacan [m], [i. tribulatio,] tertius filius Eſer filij Seir: dicitur & *Acan* [n]. Similis eſt *Iachan* [o], filius Abihail de Tribu Gad.

Iachanan [p], vrbs propè Carmelum, olim regia, in Tribu Zabulon: dicitur & *Ieconam* [q] & *Iecnam* [r].

Iachin [f], [i. confirmet, aut ſtabile reddat,] quartus filius Simeonis filij Iacob, à quo familia Iachinitarum [t]. *Iachin* [u], nomen columnæ lateris dextri in porticu Salomonis; quaſi dicat ſtabile reddat ipſum Templum. *Iachin* [x], vnus de ſacerdotibus.

Iacim [y], [i. ſurgens, aut confirmans,] filius Semei de Tribu Beniamin. *Iacim* [z], princeps duodecimæ vicis ſacerdotalis.

Iacob [a], [i. ſupplantator,] Iſaac filius, qui poſt ſtrenuam luctam cum Angelo dictus eſt Iſraël, [i. prævalens Deo [b],] omniſque eius

p Cap. 36. v. 28. & 1. Paral. 1. v. 42.
q Iob 1. v. 1. Thren. 4. v. 1.
r Gen. 36. v. 34.
ſ 2. Reg. 23. v. 27.
t 1. Paral. 27. v. 11.
u Cap. 8. v. 8.
x Gen. 46. v. 23.
y 3. Reg. 4. v. 16.
a Gen. 4. v. 20.
b 4. Reg. 15. v. 10.
c 1. Paral. 4. v. 9.
d Cap. 2. v. 55.
e Iudic. 21.
f Ioſ. 11. v. 1.
g Iudic. 4. Pſal. 82. v. 10.
h 2. Paral. 26. v. 6.
i Ioſ. 12. v. 2.
k Num. 21. v. 24.
l Gen. 32. v. 22.
m 1. Paral. 1 v. 42. Deut. 10. v 6.
n Gen. 36. v. 18.
o 1. Paral. 5. v. 13.
p Ioſ. 12. v. 22.
q Cap. 19. v. 11.
r Cap. 21. v. 34.
ſ Gen. 46. v. 10.
t Num. 26. v. 12.
u 3. Reg. 7. v. 21. & 2. Paral. 3. v. 17.
x 1. Paral. 9. v. 10.
y Cap. 8. v. 19.
z Cap. 24. v. 12.
a Gen. 25. v. 25. & 27. v. 36.
b Cap. 32. v. 28.

poſteritas filij Iſraël [c]: & Deus ipſe qui eam in populum peculiarem ſibi elegerat, Deus Iſraël dictus eſt. [d]. Eſt & fons *Iacob*, ſuprà. Similis eſt, idemque ſignificans *Iacoba* [e], vnus principum nominatorum in Tribu Simeonis.

Iacobus [f] *Zebedæi*, i. filius Zebedæi, & frater natu maior Ioannis Euangeliſtæ vterque Apoſtolus; Is ab Herode Agrippa capite truncatus eſt [g] *Iacobus Alphæi* [h]. i. filius Alphæi, (qui & Cleophas) ex Maria; quæ ideò dicitur Maria Iacobi, & iſte Iacobus minor reſpectu præcedentis, non quidem ætate, quia illius erat auunculus, ſed vocatione, quia poſteriùs ad Apoſtolatum acceſſit.

Iada, [i ſciens, aut cognoſcens,] filius Onam filij Ierameel ex Atara vxore de Tribu Iuda. Similes ſunt vtcunque *Iadaia* [k], [i. ſcientia, vel cognitio Domini,] caput familiæ in domo Ioſue. Et *Iadias* [l], [i. ſimul Dominus,] Meronathites, præfectus à Dauide ſuper aſinas. Et *Iaddo* [m], [i. poteſtas eius,] filius Zachariæ, & dux qui ſub Dauide præerat dimidiæ Tribui Manaſſe trans Iordanem.

Iadaſon [n], [i. cognitio ouis,] fluuius aut locus propè campum magnum Ragau, in quo Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum vicit Arphaxad regem Medorum.

Iadihel [o], [i. ſcientia Dei, vel cognitio Dei,] filius Beniamin: dicitur & *Aſbel* [p].

Iagur [q], [i. colonus, vel aduena,] ciuitas in Tribu Iuda.

Iahath [r], [i. confractus, aut formidans,] Leuita, filius Obni filij Gerſon. *Iahath* [ſ], filius Raia de Tribu Iuda. *Iahath* [t], filius Saleraoth, Leuita de filijs Iſaac. *Iahath* [u] Leuita de filijs Merari, alter ex præpoſitis ſuper inſtaurantes Templum, tempore Ioſiæ regis Iuda. Similis vtcunque *Iahala* [x], [i. aſcendens, aut damula,] nomen viri, qui fuit caput vnius familiæ ſeruorum Salomonis.

Iahaziel [y], [i. videns Deum, aut viſio Dei,] tertius ex quatuor filijs Hebron filij Caath. *Iahaziel* [z], filius Zachariæ Leuites de filijs Aſaph; ſuper illum factus eſt ſpiritus Domini, & locutus eſt ad Ioſaphat regem Iuda.

Iahel [a], i. aſcendens, aut damula, vel caprea,] vxor Haber Cinæi, quæ Siſaram lacte potatum clauo per tempora transfixit. Similis vtcunque *Iahelel* [b], [i. inchoatio Dei, aut ſpes Dei,] filius Zabulon: dicitur & *Ialel* [c] infrà.

Iahiel [d] [i. viuit Deus,] filius Hachamoni, vir prudens, qui erat cum filijs regis. *Iahiel* [e], [i. viuat Deus,] vnus ex Cantoribus ſecundi ordinis ſub Dauide. *Iahiel* [f] Gerſonites, per cuius manum Iſraëlitæ dederunt lapides pretioſos in theſaurum Domus Domini ſub Dauide. *Iahiel* [g] vnus ex filijs Ioſaphat regis Iuda. *Iahiel* [h], [i. ſcopa Dei.] de filijs Eliſaphan ſub Ezechia. *Iahiel* [i], [i. viuat Deus,] Leuites de filijs Heman, præfectus ſuper horrea domus Domini, iuſſu Ezechiæ regis, & Azariæ Pontificis [k]. *Iahiel* [l], [i. viuat Deus,] vnus ex principibus domus Domini ſub Ioſia rege Iuda. *Iahiel* [m], [i. viuat Deus,] pater Obediæ vnius ex ijs qui aſcenderunt cum Eſdra de Babylone.

Iair [n], [i. illuminans,] filius Segub filij

c Verſ. 32.
d Cap. 33. v. 20.
e 1. Paral. v. 36.
f Matth. 4. v. 21.
g Actor. 12. v. 2.
h Marc. 15. v. 40.
i 1. Paral. v. 28.
k 1. Eſdr. v. 36.
l 1. Paral. 27. v. 30.
m Verſ. 2.
n Iudith. v. 6.
o 1. Paral. v. 6.
p Gen. 46. v. 21.
q Ioſ. 13. v. 25.
r 1. Paral. v. 20.
ſ Cap. 4. v. 2.
t Cap. 24. v. 22.
u 2. Paral. 34. v. 12.
x 2. Eſdr. v. 58.
y 1. Paral. 23. v. 19. 24. v. 22.
z 2. Paral. v. 14.
a Iudic. v. 17.
b Gen. 4. v. 14.
c Num. v. 26.
d 1. Paral. v. 32.
e Cap. 15. v. 18.
f Cap. 29. v. 8.
g 2. Paral. 21. v. 2.
h Cap. 2. v. 13.
i Verſ. 1.
k Cap. 3. v. 13.
l Cap. 35. v. 8.
m 1. Eſd. v. 9.
n Num. v. 41.

Eſron è filia Machir primogeniti Manaſſe, vnde filius. i. nepos Manaſſe dicitur, & ſi ſecundum lineam maſculinam foret de Tribu Iuda. Occupauit in terra Baſan ſexaginta ciuitates magnas atque muratas [o]. *Iair* [p], Galaadites, iudex Iſraël, qui habuit triginta filios, Principes triginta ciuitatum, quæ appellatę ſunt Hauoth-Iair i. oppida Iair. *Iair* [q], de Tribu Benjamin, pater Mardochæi. Similes ſunt *Iairites* [r], nomen patrium, fortè deriuatum à prædictis oppidis Iair, ita cognominabatur Ira Sacerdos Dauid. Et *Iairus* [ſ], Archiſynagogus, cuius filiam vnicam Chriſtus ſuſcitauit.

Ialaleel [t], [i. laudans Deum,] pater Azariæ de filijs Merari. Similis eſt idemque ſignificans *Ialeleel* [u], pater Ziph & Ziphа de Tribu Iuda.

Ialel [x], filius Zabulon; à quo familia Ialelitarum [y]: dicitur & *Iahelel* [z].

Iamin [a], [i. dextera, dexter,] filius Simeonis filij Iacob, à quo familia Iaminitarum [b]. *Iamin* [c], ſecundus filius Ram primogeniti Ierameel.

Iamnia [d], [i. ædificans, intelligens,] ciuitas maritima in Tribu Dan, in campeſtribus ſita: hinc nomen gentilitium Iamnitę [e].

Iamuel [f], [i. dies eius Deus,] primogenitus Simeonis filij Iacob: dicitur & Namuel [g].

Ianne [h], [i. reſpondens, afflictus, vel humiliatus,] filius Ioſeph, & vltimus ducum Iuda. vide lib. 1. Obſeruationem de præcellenti genio vltimorum Ducum Iuda, Ioſeph, & Ianne. Similis eſt, idemque ſignificans *Iannes* [i], vnus è Magis qui reſtiterunt Moyſi coram Pharaone.

Ianoe [k], [i. requieſcens,] ciuitas in Tribu Ephraim.

Ianum [l], [i. dormiens,] ciuitas in Tribu Iuda.

Iaphia [m], [i. illuminans,] vnus è nouem filiorum Dauid ex vxoribus innominatis. *Iaphia* [n], rex Lachis, qui præſidium tulit Adoniſedec regi Ieruſalem contra Ioſue. Similis eſt, idemque ſignificans *Iaphie* [o], oppidum in Tribu Zabulon. Et *Iaphet* [p], [i. dilatatus, pulcher, aut perſuadens,] filius Noë. Is Europam tenuiſſe fertur: à quo gentiles.

Iara [q], [i. odorans, aſpirans,] filius Galaad de Tribu Gad. *Iara* [r], [i. ſylua, fauus,] filius Ahaz de ſtirpe Saul, ac Tribu Benjamin: dicitur & *Iaada* [ſ].

Iaramoth [t], [i. altitudines, ſiue timens mortem,] vrbs leuitica in Tribu Iſſachar: dicitur & *Ramoth* [u].

Iared [x], [i. imperans, deſcendens,] filius Malaleel in Chriſti linea. *Iared* [y], filius Ezra ex vxore Iudia & pater Sedor.

Iarephel [z], [i. ſanitas Dei, medicina Dei,] ciuitas in Tribu Benjamin.

Iarib [a], [i. pugnans, obiurgans, ſiue multiplicans] filius Simeonis filij Iacob: dicitur & *Ahod* [b]. *Iarib* [c], vnus ex Sacerdotibus qui ſub Eſdra repudiarunt vxores alienigenas. Similis eſt *Iarim* [d], [i. ſaltus vel ſyluæ,] mons in Tribu Dan, ſuper quem ædificata eſt ciuitas Chariathiarim [e].

Iaſa [f], [i. rixa, contentio,] locus vbi Seon rex Amorrhæorum pugnauit contra filios

o 3. Reg. 4. v. 13. p Iudic. 10. v. 3. q Eſth. 11. v. 2. & 2. v. 5. r 2. Reg. 20. v. 26. ſ Matth. 18. Marc. 5. Luc. 8. t 2. Paral. 29. v. 12. u 1. Paral. 4. v. 16. x Gen. 46. v. 14. y Num. 26. v. 26. z Gen. 46. v. 4. a 1. Paral. 2. v. 27. b Num. 26. v. 12. c 1. Paral. 2. v. 27. d 1. Machab. 4. v. 15. & 2. Machab. 12. v. 8. e v. 9. f Gen. 46. v. 10. g 1. Paral. 4. v. 24. h Luc. 3. v. 24. i 2. Timoth. 3. v. 8. k Ioſ. 16. v. 6. l Cap. 15. v. 53. m 2. Reg. 5. v. 16. & 1. Paral. 3. v. 7. & 14. v. 6. n Ioſ. 10. v. 3. o Cap. 19. v. 12. p Gen. 5. v. 31. q 1. Paral. 5. v. 14. r Cap. 9. v. 42. ſ Cap. 8. v. 36. t Ioſ. 21. v. 29. u Paral. 6. v. 73. x Luc. 3. v. 37. y 1. Paral. 4. v. 18. z Ioſ. 18. v. 27. a 1. Paral. 4. v. 24. b Gen. 46. v. 10. c 1. Eſdr. 10. v. 18. d Ioſ. 15. v. 10. e v. 9. f Num. 21. v. 23. & Deuter. 2. v. 32.

Iſraël, innocuum tranſitum eis denegans, & cæſus eſt.

Iaſer [g] [i. rectus, cantans,] filius Caleb ex Azuba, prima vxore. *Iaſer* [h], ciuitas Leuitica in Tribu Gad: vocatur & Iezer [i] *Iaſer*, ciuitas Leuitica in Tribu Ruben, vt crediderim vna & eadem quæ Iathſon, quę proxime recenſetur, itavt *Iaſer-Iethſon* ſit vna ciuitas, & verum ſit, quod ex Tribu Ruben Leuitis quatuor tantum aſſignatæ ſunt ciuitates, vt ait textus ſacer, aliàs eſſent quinque.

Iaſiel [k], [i. dimidians Deus,] primogenitus Nephtali filij Iacob. *Iaſiel* [l] de Maſobia, vnus ex fortiſſimis in exercitu Dauid. *Iaſiel* [m], filius Abner, qui ſub Dauide præerant Tribui Beniamin.

Iaſon [n], [i. ſanans, medicans,] filius Eleazari, quem vnà cum Eupolemo Iudas Machabæus Romam miſit conſtituere cum illis amicitiam & ſocietatem. *Iaſon* [o], frater impius Sancti Oniæ Pontificis, cuius Pontificatum ſibi emit ab Anthiocho Epiphane. *Iaſon* Cyrenæus, ex cuius libris quinque, abbreuiatus eſt liber ſecundus Machabęorum [p]. *Iaſon*, hoſpes Pauli & Silæ Theſſalonicæ [q].

Iaſſa [r], vrbs Leuitica, & confugij [ſ], in Tribu Ruben: dicitur & Miſot [t], infrà.

Iaſſen [u], [i. antiq. dormiens,] pater Ionathan & Semma ex triginta ſeptem fortibus Dauidis.

Iaſub [x], [i. habitatio, aut ſeſſio, aut redians,] filius Iſſachar, à quo familia Iaſſubitarum: dicitur & *Iob* [y], *Iaſub* [z], filius Iſaiæ Prophetæ, cum quo iuſſus eſt à Deo egredi in occurſum Achaz Regis Iuda.

Iathaneel [a], [i. donum Dei,] quartus filius Meſelemiæ, Ianitor de ſtirpe Core.

Iauan [b], [i. cænoſus,] filius Iapheth: à quo *Iones*, ſiue Græci [c].

Iaus [d], [i. tinea corroſus, aut congregatus,] filius Semei, & nepos Gerſon primogeniti Leui.

Iazer [e], [i. auxiliator, vel adiutor,] ciuitas confugij in terra Galaad, & Tribu Gad, conſtructa [f] à filiis Gad: dicitur & *Iezer*. infrà. De illa prophetarunt Iſaias [g], & Ieremias [h]; hic loquens de planctu Iazer, memoratur mare Iazer, purà mare mortuum, vicinum terræ Moab.

Iaſiel [i], [i. aſperſio Dei, diſtillatio Dei,] filius Azmoth, vnuſq; ex fortiſſimis pugnatoribus qui venerunt ad Dauid in Siceleg. Similis eſt vtcunque *Iaziz* [k] Agareus præfectus ſuper oues Dauidis regis.

Iconium [l], eſt celeberrima vrbs Lycaoniæ, de qua Plinius [m], & Strabo [n]. In ea Paulus & Barnabas prædicarunt.

Idaia [o], [i. manus Dei,] filius Semri, & pater Allon, vnius ex nominatis principibus in Tribu Simeon, tempore Ezechiæ Regis Iuda. *Idaia* [p], [i. ſcientia Dei; vt & ſequentes,] Princeps familiæ Sacerdotalis. *Idaia* [q], filius Ioarib Sacerdos. *Idaia* [r], cui coronas obuenturas vaticinatus Zacharias in memoriale in Templo Dei. Similis eſt *Idida* [ſ], [i. dilecta, amabilis,] mater Ioſiæ Regis Iuda. Et *Idithun* [t], [i. laudem, ſeu confeſſionem dans,] Leuites ex ſtirpe Merari pater Obededom, Princeps Cantorum tempore Dauidis [u].

g 1. Paral. 2. v. 18. h Ioſ. 13. v. 25. & 21. v. 37. i 1. Paral. 6. v. 81. k Gen. 46. v. 24. l 1. Paral. 11. 46. m Cap. 27. v. 21. n 1. Machab. 8. v. 17. & 12. v. 16. o Cap. 4. v. 7. 8. p 2. Machab. 2. v. 24. q Actor. 17. v. 7. & Rom. 16. v. 21. r Ioſ. 13. v. 18. ſ 1. Paral. 6. v. 78. t Ioſ. 21. v. 36. u 2. Reg. 23. v. 32. x 1. Paral. 7. v. 1. y Gen. 46. v. 13. z Iſai. 7. v. 3. a 1. Paral. 26 v. 2. b Gen. 10. v. 2. c Ezech. 27. v. 19. d 1. Paral. 23. v. 10. e Num. 21. v. 37 & 1. Paral. 26. v. 31. f Num. 32. v. 35. g Cap. 16. v. 8. 9. h Cap. 48. v. 32. i Paral. 12. v. 3. k Cap. 27. v. 31. l 2. Timoth. 3. v. 11. m lib. 5. cap. 27. n lib. 12. o 1. Paral. 4. v. 37. p 2. Eſdr. 7. v. 39. q Cap. 11. v. 11. r Cap. 6. v. 14. ſ 4. Reg. 22. v. 1. t 1. Paral. 9. v. 16. & cap. 16. v. 38. 41. 42. u Pſal. 38. v. 1.

Idumæa,

Idumæa [x], [i. rufa, terrena, ſanguinea,] regio ad montes Seir à parte auſtrali terræ Sanctæ: vnde nomen gentile Idumæus [y], & Idumæi [z] populi.

Ieabarim [a]. manſio trigeſima octaua filiorum Iſrael: dicitur & *Iieabarim* [b], infrà.

Iebahar [c], [i. electio, vel electus,] prior nouem filiorum Dauidis ex vxoribus innominatis: Scribitur & *Iebaar* [d].

Ieblaan [e], [i. inueteratio populi, vel defluens populus,] vrbs dimidiæ Tribus Manaſſe cis Iordanem, in qua delere non valuit [f] habitatores.

Iebnael [g], [i. ædificatio Dei, intellectus Dei,] vrbs in Tribu Nephtali. Similis eſt, idemque ſignificans *Iebneel* [h], fortis Iudæ, ac poſteà data Tribui Dan.

Ieboc [i], [i. aromatizans,] torrens idem ac *Iaboc*, ſuprà.

Iebus [k], [i. conculcatio,] eadem ac Ieruſalem, infrà; in Tribu Beniamin, ſic nuncupata à Iabuſæis, qui eam occuparunt [l]; cùm anteà diceretur Salem [m]. *Iebuſæi* [n] vero, [i. conculcati] populi ſunt, à Iebuſæo filio Chanaan prognati.

Iechonias [o], [i. præparatio Domini,] Rex Iuda, filius Ioachim filij Ioſiæ, cum regnaſſet tres menſes tranſlatus in Babylonem: dicitur & *Ioachin* [p].

Iecmaam [q], [i. reſurrectio populi,] quartus filius Hebron filij Caath filij Leui. *Iecmaam* [r], vrbs Leuitica in Tribu Ephraim: dicitur & *Cibſaim* [ſ].

Iecnam [t], vrbs Leuitica; eadem ad Iachanan [u], & Ieconam.

Iecſan [y], [i. durities, illaqueans eas, ſcandalum; ſyriacè colliſio,] ſecundus filius Abrahæ ex Cetura. Similis *Iectan* [z], [i. paruulus, tædium, contenſio,] vnus ex filiis Heber.

Iectehel [a], [i. congregatio Dei,] nomen petræ in Tribu Iuda; ex cuius prærupto præcipitata ſunt decem millia Idumæorum a rege Amaſia, qui vniuerſi crepuerunt. Similis eſt *Ietbel* [b], vrbs in Tribu Iuda.

Iedala [c], vrbs in Tribu Zabulon.

Iedaia [d], [i. ſcientia Dei,] Sacerdos. *Iedaia* [e], [i. manus Dei,] filius Haromaph, vnus ex inſtauratoribus Ieruſalem.

Ieddo [f], [i. lætitia eius,] filius Buz de Tribu Gad. Similis eſt Ieddoa [g], [i. ſcitus, cognitus,] Summus Pontifex, filius Ionathan: Dicitur *Iaddus*, à Ioſepho; is occurrit Alexandro magno, placauitque. Similis quoq; eſt, idemque ſignificans *Ieddua* [h], vnus ex principibus populi, qui ſignarunt fœdus cum Deo. Et *Ieddu* [i], [i. manus eius, confeſſio eius] vnus ex Iſraëlitis qui ſub Eſdron repudiarunt vxores alienigenas.

Iedei [k], Princeps ſecundæ vicis Sacerdotalis: idemque fortè acis qui dicitur *Iedaia* [l].

Iediel [m], [i. vnitas Dei, lætitia Dei,] vnus ex nominatis principibus cognationum dimidiæ Manaſſis trans Iordanem. Similis eſt *Iedbiel* [h], [i. ſcientia, cognitio Dei,] filius Samri, & frater Ioba, vnus ex fortiſſimis exercitus Dauid, & princeps duorum millium in Manaſſe [o].

Iegbaa [p], [i. exaltatio, altitudo,] ciuitas munita, & reſtaurata a Tribu Gad, iuxta quam Gedeon proſtrauit reliquias exercitus Sebee, & Salmana [q].

(Left margin: x Num. 24. v. 18. & Pſal. 5 v. 10. — y 2. Reg. 22. v. 7. — z 4. Reg. 8. v. 21. — a Num. 21. v. 11. — b Cap. 33. v. 44. — c 2. Reg. 5. v. 15. — d 1. Paral. 3. v. 6. — e Ioſ. 17. v. 11. 4. Reg. 9. v. 27. — f Iudic. 1. v. 27. — g Ioſ. 19. v. 33. — h Cap. 15. v. v. 11. — i Num. 21. v. 14. — k Ioſ. 18. v. 28. 1. Paral. 11. v. 4. — l 2. Reg. 8. v. 6. — m Gen. 14. v. 18. — n Cap. 15. v. 2. 2. Reg. 8. v. 6 — o 1. Paral. 3. v. 16. Eſth. 2. v. 6. Ierem. 22. v. 25. & 37. v. 1. Matt. 1. v. 11. — p 4. Reg. 24. v. 6. — q 1. Paral. 23. v. 19. — r Gen. 6. v. 68. — ſ Ioſ. 21. v. v. 22. — t v. 34. — u Cap. 12. v. 22. — x Cap. 19. v. 12. — y Gen. 25. v. 2. — z Cap. 10. v. 25. — a 4. Reg. 14. v. 7 & 2. Paral. 25. v. 12. — b Ioſ. 15. v. 39. — c Cap. 19. v. 15. — d 1. Paral. 9. v. 10. — e 2. Eſdr. 3. v. 14. — f 1. Paral. 5. v. 14. — g 2. Eſdr. 12. v. 11. & 12. — h 2. Eſdr. 10. v. 21. — i 1. Eſdr. 10. v. 43. — k 1. Paral. 24. v. 7. — l Cap. 9. v. 10. — m Cap. 5. v. 24. — n Cap. 11. v. 45. — o Cap. 12. v. 20. — p Num. 32. v. 35.)

Iegedelia [r], [i. magnitudo Domini,] homo Dei, & pater Hanan. Huius filiorum erat Gazophilacium in domo Domini, ad quod Ieremias Propheta introduxit Rechab.

Iehedeia [ſ], [i. vnus Dominus, lætitia Domini, ſimul cum Deo,] filius Subaël Leuita.

Iehiel [t], [i. abſtulit Deus, aut coaceruans Deus, ſopa Dei,] pater. i. Princeps Gabaon, de Tribu Beniamin, & proauus Saulis Regis Iſrael. *Iehiel* [v], vnus ex principibus in Tribu Ruben. *Iehiel* [x], filius Hotham Arorites, vnus ex fortiſſimis in exercitu Dauidis. *Iehiel* [y], vnus ex Cantoribus ſub Dauide, qui cytharis pro octaua cantabant Epinicion. [z], *Iehiel*, vnus ex Cantoribus ſuper organa pſalterij, & lyras coram Arca Domini, tempore Dauidis. *Iehiel* [a], Scriba, ſub cuius manu erat exercitus Oziæ Regis Iuda. *Iehiel* [b], vnus ex principibus Leuitarum ſub Ioſia Rege Iuda. *Iehiel* [c], vnus ex filiis Adonicam, qui ſub Artaxerxe aſcenderunt de Babylone cum Eſdra. *Iehiel* [d], vnus ex filiis Nebo, qui repudiarunt vxores alienigenas. *Iehiel* [e], [i. viuit Deus,] de filiis Ælam, & pater Secheniæ illius qui primus propoſuit repudiare vxores alienigenas. Similis eſt, idemque ſignificans *Iehieli* [f] Leuites de ſtirpe Gerſon. Similes etiam vtcunque & *Iehias* [g], [i. viuit Dominus] vnus ex Ianitoribus Arcæ ſub Dauide. Et *Ieheziel* [h], [i. videns Deum, viſio Dei,] vnus ex fortiſſimis de ſtirpe Saul, qui transfugerunt ad Dauid in Siceleg.

Iehu [i], [i. ipſe ſiue exiſtens,] Anathorites, vnus ex fortiſſimis pugnatoribus de ſtirpe Saul, qui transfugerunt ad Dauid in Siceleg. *Iehu* [k], filius Honani, & Propheta, qui impio Baſa Regi Iſraël, ſuæ domus prædixit exterminium; & pium Ioſaphat increpauit, quod impio Achab Regi Iſraël ſibi amicitia coniuncto præbuiſſet auxilium [l]. *Iehu* [m], filius Ioſaphat filij Namſi, & Princeps Iſraël, iuſſu Dei vnctus in Regem Iſraël, vt exterminaret domum Achab. *Iehu* [n], filius Obed. *Iehu* [o], filius Iozabiæ, vnus ex nominatis principibus Tribus Simeon, ſub Ezechia Rege Iuda. Similis eſt *Iehuel* [p], [i. abſtulit Deus, vèl coaceruans Deus,] vnus de ſtirpe Zara filij Iuda.

Iehus [q], [i. tinea corroſus,] filius Eſau ex Oolibama. *Iehus* [r], filius Balan de Tribu Beniamin. *Iehus* [ſ], filius ſecundus Eſec de Tribu Beniamin. *Iehus* [t], filius Saharaim de Tribu Beniamin, ex Hodes vxore, & princeps cognationis ſuæ, genitus in terra Moab. *Iehus* [v], filius Roboam Regis Iuda ex vxore Abihail, filia Eliab fratris Dauid.

Iemini [x], [i. Beniamin, caput vnius Tribus Iſraël,] Ideoque filij *Iemini* paſſim dicuntur, qui ſunt de ſtirpe Iemini. i. de Tribu Beniamin. Et Seba filius Bochri, ſeditioſus qui inſurrexit in Dauidem, dicitur Iemineus [y]. *Iemini* [z] terra. i. Beniamin, [i. dextera, vel dexter.]

Iemla [a], [i. repletio, circumciſio,] pater Michææ Prophetæ. Similis vtcunque

(Right margin: q Iudic. 8. 11. — r Ierem. 35 v. 4. — ſ 1 Paral. 24. v. 20. — t Cap. 9 v. 35. — u Cap. 5. v. 7. — x Cap. 11. v. 44. — y Cap. 15. v. 21. — z Cap. 16. v. 5. — a 2. Paral. 26 v. 11. — b Cap. 35. v. 9. — c 1. Eſdr. 8 v. 13. — d Cap. 10. v. 43. — e v. 2. — f 1. Paral. 2[…] v. 21. — g Cap. 15. v. […] 4 — h Cap. 12. v. 4. — i v. 3. — k 3. Reg. 1[…] v. 1. — l 2. Paral. […] v. 2. — m 4. Reg. […] v. 2. — n 1. Paral. […] v. 38 — o Cap. 4. v. 35. — p Cap. 9. v. […] — q Gen. 36. v. 5. — r 1. Paral v. 10. — ſ Cap. 8. v. 39. — u 2. Paral. […] v. 19. — x Iud. 3. v. 15. — y 2. Reg. […] v. 1. — z 1. Reg. […] v. 4. — a 2. Reg. […] v. 9.)

Iemlech,

Iemlech [b], [i. regnans; aut Syriacè conſulens,] vnus ex nominatis principibus in Tribu Simeon, tempore Ezechiæ regis Iuda.

b 1. Paral. 4. v. 34.

Iemna [c], [i. dexter, numerans, ſiue præparatus,] filius Aſer filij Iacob: à quo familia Iemnaitarum. *Iemna* [d]. [i. prohibens,] filius Helem de eadem Tribu Aſer. *Iemna* [e], [i. dexter, numerans, ſiue præparatus,] pater Core Leuitæ & Ianitoris Orientalis ſub Ezechia.

c Gen. 48 v. 17.
d 1. Paral. 7. v. 35.
e 2. Paral. 31. v. 14

Iephlat [f], [i. liberans,] filius Heber filij Bariæ filij Aſer filij Iacob. Similis idemque ſignificans *Iephleti* [g], terminus in ſorte filiorum Ioſeph, & in Ephraim.

f 1. Paral. 7. v. 33.
g Ioſ. 16. v. 3.

Iephone [h], [i. aſpiciens,] pater Caleb Principis Tribus Iuda, vniuſque ex duodecim exploratoribus terræ Chanaan. *Iephone* [i], filius Iether, vnuſque ex principibus cognatinuum, & electis ducibus in Tribu Aſer.

h Num 13. v. 7.
i 1. Paral. 7. v. 38.

Iephta [k], [i. aperiens,] ciuitas in Tribu Iuda. Similis idemque ſignificans *Iephte* [l], iudea Iſraël de Tribu Manaſſe, filius Gad ea meretrice. Et *Iephtaël* [m], [i. aperiens Deus,] vallis in Tribu Aſer & Zabulon; terminuſque Tribus Zabulonis.

k Ioſ. 15. v. 43.
l Iudic. 11. v. 1.
m Ioſ. 19. v. 27.

Ierameel [n], [i. miſericordia Dei,] filius Eſron filij Phares filij Iuda. *Ierameel* [o], regio, contra cuius meridiem ſe irruiſſe, aiebat Dauid Achis regi Geth: ad eos tamen qui in vrbibus Ierameel habitabant miſit munera [p]. *Ierameel* [q], filius Cis de Tribu Leui.

n 1. Paral. 2. v. 9.
o 1 Reg. 27. v. 10.
p Cap. 30. v. 28.
q 1. Paral. 24. v. 29.

Ieremias [r], [i. ſublimitas Domini, aut excelſus Dominus,] vnus ex fortiſſimis pugnatoribus Tribus Beniamin, qui venerunt ad Dauid in Siceleg. *Ieremias* [s], quintus: & alter Ieremias decimus [t], ex vndecim principibus de Gaddi ſeu Tribu Gad, qui transfugerunt ad Dauid, cùm lateret in deſerto; viri robuſtiſſimi, & facies eorum, quaſi facies leonum; & veloces quaſi capræ in montibus. *Ieremias* [u], pater Amital matris Sedeciæ vltimi regum Iuda. *Ieremias* [x], filius Helciæ, Propheta nominatiſſimus. *Ieremias* [y], vnus ex præcipuis Sacerdotibus qui aſcenderunt Zorobabel. Similis idemque ſignificans eſt *Ieremia* [z], vnus ex fortiſſimis & nominatis ducibus dimidiæ Manaſſe trans Iordanem. Similis etiam *Ieremiel* [a], [i. miſericordia Dei, aut ex Syro & Hebræo, dilectio Dei,] filius Amelech, id eſt, regis, cui præcepit Sedechias rex, vt comprehenderet Ieremiam, & Baruch eius Scribam, ſed abſcondit eos Dominus.

r Cap. 12. v. 4.
s v. 10.
t v. 13.
u 4. Reg. 24. v. 18.
x Ierem. 1. v. 1.
y 2. Eſdr. 12. v. 1.
z 1. Paral. 5. v. 24.
a Ierem. 36. v. 26.

Ieria [b], [i. timor Domini, viſio Domini,] Princeps Hebronitarum ſub Dauide. Similes ſunt, idemque ſignificant *Ierias* [c], filius Selemiæ, cuſtos portæ, in qua apprehendit Ieremiam Prophetam, quaſi profugeret ad Chaldæos. Et *Ierieu* [d], Leuites, primogenitus Hebron filij Caath. Et *Ieriel* [e], filius Thola filij Iſſachar filij Iacob. Et *Ierioth* [f], [i. cortinæ, vel confractiones,] vxor Caleb filij Heſron ex Azuba vxore.

b 1. Paral. 26. v. 31.
c Ierem. 37. v. 12.
d 1. Par. 23. v. 19.
e Cap. 7. v. 2.
f Cap. 2. v. 18.

Iericho [g], [i. Luna, menſis, odor eius,] ciuitas in Tribu Beniamin, populoſa, & vna ex vndecim Toparchiis Iudææ; ferax balſami, & palmetis nobiliſſima, vnde & ciuitas palmarum dicitur [h]. Hanc Ioſuë, muris firmiſſimis ad tubarum Sacerdotalium clangorem corruentibus, ingreſſus ferro flammaque ſubuertit; eiuſque reædificatori maledixit, qui fuit Hiel [i]. Hic Chriſtus Zachæum è Sycomoro vocauit, quæ arbor adhuc monſtrabatur tempore Hieronymi. Ex Iericho, regio Ierichontina [k]; & deſertum quod eſt contra Iericho [l]; & planities Iericho [m], vbi Sedecias captus eſt à Chaldæis.

g Ioſ. 18. v. 21.
h Deut. 34. v. 3. 2. Paral. 28 v. 15
i 3. Reg 16. v. 34.
k Ierem. 39. v. 5.
l Cap. 41 v. 8.
m 4 Reg 25. v 5.

Ierimoth [n], [i. altitudinea, aut videns mortem,] filius Bela filij Beniamin, & Princeps familiæ. *Ierimoth* [o], filius Bariæ de Tribu Beniamin. *Ierimoth* [p], filius Haman, & Princeps quintædecimæ vicis Cantorum. *Ierimoth* [q] Iudæ, ciuitas eſt regia ſortis Iudæ.

n 1. Par. 7 v. 7.
o Cap. 8. v. 14.
p Cap. 25. v. 4. 22
q Ioſ 10 v. 3. & 15 v. 35.

Ierimuth [r], vnus ex fortiſſimis pugnatoribus de Tribu Beniamin, qui venerunt ad Dauid in Siceleg. *Ierimuth* [s], vnus ex Iſraëliticis qui ſub Eſdra repudiarunt vxores alienigenas. *Ierimuth* [t], nomen loci.

r 1 Paral. 12. v 5.
s 1. Eſdr. 10. v 27.
t 2. Eſdr. 11. v. 29.

Ierobaal [u], [id eſt, vlciſcatur ſe Baal, vel cauſam ſuam agat,] filius Ioas, Iudex Iſraël, qui anteà Gedeon dicebatur [x]: rationem illius nominis attingit Ioas pater eius, cùm ait: vlciſcatur ſe Baal de eo.

u Iudic. 6. v 32.
x v 11. 13. 19. 24 &c.

Ieroboam [y], [i. impugnans, vel obiurgans populum,] filius Nabat, Ephratæus, de Sareda, ſeruus, & aduerſarius Salomonis; quo defuncto, factoque Schiſmate decem Tribuum Iſraël à domo Dauid, primus ipſe regnauit ſuper eas. *Ieroboam* [z] II. filius Ioſias, rex Iſraël.

y 3. Reg. 11. v. 26. & cap. 12. & 2. Par. 13. v. 6.
z 4 Reg. 14. v. 23.

Ieroham [a], [id eſt, miſericors; Syriacè, dilectus,] Leuites, filius Eliu, & pater Elcanæ patris Samüelis Iudicis ac Prophetæ. *Ieroham* [b], de Gedor, pater Ioëla, & Zabadia duorum ex fortiſſimis de Tribu Beniamin, qui venerunt ad Dauid in Siceleg. *Ieroham* [c] pater Ezribel præfecti Tribui Dan à Dauide. *Ieroham* [d], filius Phaſſur, Sacerdos. *Ieroham* [e], pater Azariæ primi ex Centurionibus, cum quibus Ioiada Pontifex fœdus iniit, ad conſtituendum Ioas regem Iuda.

a 1. Reg 1. v. 1. & 1 Par. 6. v. 27. 34.
b Cap. 12. v. 7.
c Cap. 27. v. 22.
d Cap 9. v. 12.
e 2. Paral. 23 v. 1.

Ieron [f], [i. timor, viſio, aut proiiciens dolorem,] ciuitas Nephtali.

f Ioſ. 19. v. 38.

Ieroſolyma [g], [i. lectulus, ſtratum Domini.] ex qua Ieroſolymitæ: eadem ac *Ieruſalem*, infrà.

g 1. Machab 1. v. 22.

Ieruel [h], [i. timor, viſio Dei,] ſeu ſolitudo Ieruel in Tribu Iuda, inter Engaddi & Thecuam; iuxta quem locum, Pio Ioſaphat rege Iuda cum exercitu ſuo laudes Domini canente, hoſtes eius Ammon, Moab, & Seir in ſemetipſos verſi, mutuis concidere vulneribus, ita vt nullus euaſerit: & quia ibi benedixerunt Domino, vocauerunt locum illum: vallis benedictionis.

h 2. Par. 20. v. 16.

Ieruſalem, vrbs perfecti decoris, gaudium vniuerſæ terræ [i]; in medio gentium poſita [k], fundata in montibus Sanctis [l], & in domum Sacrificij à Deo electa [m], cœli, ſolique fœlicitate cunctas mundi ſuperans ciuitates: tempore Abrahæ, à Melchiſedech rege & Sacerdote Altiſſimi condita fuit, & Salem [n], vocata. Eam poſteà Iebuſæi à Iebuſæo filio Chanaan prognati inuaſerunt, &

i Thren. 2. v.
k Ezech. 5. v
l 2 Paral. 7. 6.
m Pſal. 75. v.
n Gen. 14. v. 18.

Iebus [o], appellarunt. Et licet Ioſue, eius regem, vt & alios triginta, aperta acie vicerit, occideritque, vrbe tamen nequaquam potitus eſt; cuius firmitati adeò fidebant habitatores, vt fortiſſimo regi Dauidi eam oppugnaturo, per contemptum, cæcos ac claudos ac mutilos in propugnaculis oppoſuerint [p], eos ad hoſtem quemuis arcendum ſufficere dictitantes. Illam tamen heros magnanimus, ope diuina adiutus, occupauit; & arce muniens, ac per circuitum inſtaurans, regni ſui ſedem, totiuſque Iudææ fecit Metropolim [q], atque deinceps Ieruſalem, quaſi Iebuſalem, vtroque priorum nominum iuncto, & elemento. b. euphoniæ gratiâ, in. r. commutato, nuncupata eſt: & Græcè, inflexo vocabulo, Hieroſolyma, a Templo videlicet magnifico quod Salomon in ea conſtruxit [r]; quaſi ſacra Salomonis. Ipſe vero Salomon, aliique reges Iudæ ſubinde ampliarunt, foſsâ per circuitum in lapide excisâ, vt totius orbis inter vrbes eſſet miraculum.

Hoc ſplendore annis pluſquam quadringentis, velut terrenus paradiſus floruit Ieruſalem. Verùm cum aliquot Regum Iuda impietas Templum Domini polluiſſet; crudelitaſque ciuitatem Sanctam innoxio ſanguine vſque ad os impleuiſſet; diuinâ vltione, ab vtroque Nabuchodonoſor ſeniore & iuniore ſubinde oppugnata, ita demùm cum Templo funditus euerſa, ac triginta annis [x] deſolata manſit, vt Sion inclyta, velut ager araretur [y]; & Ieruſalem quaſi aceruus lapidum eſſet, eo horrore, vt intereà, teſte Hieronymo [z], nec auis ſuper eam volauerit, nec beſtia eò pertranſierit. Solutâ per Cyrum captiuitate Babylonicâ; Ieruſalem Templo dumtaxat ægrè conſtructo, mœnibus portiſque carens, à Iudæis annos ſexaginta tres inhabitata eſt [a]. Tum à Nehemia intra dies quinquaginta duos, ambitu triginta trium ſtadiorum, valido muro cincta, portis turribuſque [b] munita; poſteà à Machabæis & Herode magno publicis, priuatiſque ædificiis exornata, priſtino nomine ac ſtatu glorioſa ac populoſa claruit. Quo tempore ibi ceu totius orbis theatro, & medio terræ, Chriſtus Dominus humanam ſalutem operatus eſt; indeque velut è centro Apoſtoli eius in vniuerſum terrarum orbem diffuſi ſunt, qui Euangelium prædicarunt omni creaturæ.

Anno poſt Chriſti necem trigeſimo octauo, Titus Cæſar in tanti vltionem parricidij, Ieruſalem triginta nouem ſtadiorum muro, intra triduum circumdedit; Iudæoſque ex omni Tribu Feſtum Paſchæ ibi celebrantes, vrbe concluſit, velut in carcere, adeò vt inteſtinis cædibus, fame, peſte, & gladio, vndecies centena millia perierint in ea, quæ tandem vi capta eſt, ac funditus eruta. Tres tamen turres Herodianas, nempè Hippicum, Mariamne, & Phaſelum, magnitudine ac pulchritudine præ aliis eminentes, eamque muri partem, quæ illas ab occidente cingebat, Titus reliquit; tum vt eſſet caſtrum Romanis militibus illic cuſtodiæ cauſa relinquendis; tum vt poſteris notum fieret, qualem vrbem Romanorum virtus obtinuiſſet.

Poſt annos ſexaginta quinque, Iudæis rurſum rebellantibus, Ælius Adrianus Romanorum Imperator multa ex ipſis millia trucidauit, turreſque prædictas cum relicto muro ita deſtruxit, vt iuxta Chriſti oraculum non ſit relictus in vrbe lapis ſuper lapidem. Eam tamen denuò extruens, vniuerſum montem Sion, Palatium Salomonis, & Reginæ & domum ſaltus Libani, item portam anguli, caſtrum Aſſyriorum, totumque borealem angulum: à porta ſterquilinij vſque ad portam Ephraim vrbis ambitu excluſit: montem verò Caluariæ, & Chriſti ſepulchrum, quæ priùs extra mœnia fuerant, incluſit. Et ciuitatem à ſuo prænomine, Æliam, Capitoliam deinceps nuncupari voluit. Quæ poſt hæc à Chriſtianis inhabitata, & Patriarchali Sede inſignita; ac ſucceſſu temporis, recepto nomine Ieruſalem, annis quingentis in Chriſtiana religione floruit.

Deinde anno Chriſti ſexcenteſimo trigeſimo ſexto, à Saracenis in Ægypto regnantibus, capta & annis quadringentis ſexaginta tribus poſſeſſa fuit. Tùm anno gratiæ milleſimo nonageſimo nono, Idibus Iulij. Feria ſexta, & hora nona, (eadem ſcilicet die, & hora, qua Chriſtus in cruce expirauit,) à Chriſtianis expugnata eſt, Duce Godefrido de Bullion, qui & primus vrbis murum tranſcendit: tantaque per plateas & vicos, ipſoque in Templo, facta eſt ſtrages obſeſſorum, vt nemini niſi per inundantem ſanguinem pateret tranſitus. Victores vrbe potiti, armis depoſitis; loca ſacra, Chriſti præſentiâ & miraculis ſanctificata, à fidelibus eò habitantibus ſibi oſtenſa, nudis pedibus ſeptiduò circumeuntes, mira pietate venerati ſunt. Et octaua die, Godefridum in regem Ieruſalem creatunt: at vir Deo plenus, coronâ aureâ, regum more, Spineæ Chriſti memor, inſigniri noluit. Sicque Ieruſalem à Chriſtianis recuperata, ab eiſdem per octoginta & octo annos fuit retenta: ſed anno Chriſti 1187. diſſidentibus pròh dolor inter ſe Chriſtianorum Principibus, à Salahadino Ægypti Saldano per deditionem recepta eſt, eo pacto vt liceret Chriſtianis inde aſportare quantum ſuis quiſque humeris efferre poſſet. Demùm anno Chriſti 1517. à Selimo Turcarum Imperatore inuaſa, etiamnum à Turcis poſſidetur, qui eam Codsbarich, hoc eſt vrbem ſacram nominant.

Ieſaar [c], [i. claritas, oleum,] ſecundus filius Caath filij Leui; à quo familia Ieſaaritarum [d]: dicitur & Iſaar [e].

Ieſaias [f], [i. ſalus Domini,] filius Idithun, Princeps octauæ vicis Cantorum Templi: ſcribitur & *Ieſeias* [g].

Ieſana [h], [i. dormiens, ſiue mutatio,] ciuitas quam Abia rex Iuda cœpit, fuſo Ieroboam rege Iſraël.

Iesba [i], [i. laus, tranquillitas,] filius Ezra, & pater Eſthamo de Tribu Iuda. Similes ſunt *Iesbaa* [k] de Carehim, id eſt, de filiis Core, vnus ex fortiſſimis pugnatoribus qui venerunt ad Dauid in Siceleg. & *Iesbaam* [l], [id eſt, ſedens populus, vel conuerſio populi,] filius Hachamoni, Princeps inter triginta fortes. Et *Iesboam* [m], [i. conuerſio, ſeſſio populi,] filius Zabdiel, & princeps turmæ, quæ primo menſe miniſtrabat

o Ioſ. 12. v. 10. 2. Par. 11. v. 4.
p 2. Reg. 5. v. 6.
q Cap. 5. v. 5.
r Euſeb. *Euang. præpar.* lib. 9. 3. Reg. 5. 6. Ioſeph. 8. *antiq.* 2. & 5. & *contra Apion*, lib. 2. 4 Reg. 16. v. 21. 24. 25.
x Eſdr.
y Mich. 3. v. 12. Ierem. 25. v. 26. 29.
z *In tradit.* tom. 3. & in 2. Paral. 15.
a 1. Eſdr. 1. v. 2. 3. 4. 5.
b 2. Eſdr. 1. v. 2. 3. 4. &c.
c Num. 3. v. 59.
d v. 27.
e 1. Par. 6. v. 2.
f Cap. 25. v. 15.
g v. 3.
h 2. Paral. 13. v. 19.
i 1. Par. 4. v. 17.
k Cap. 12. v. 6.
l Cap 11. v. 11.
m Cap. 27. v. 2.

Dauidi. Similes etiam vtcumque *Iesboc* [n], [id eſt, vacuus, euacuatus,] filius Abrahæ ex Cetura. Et *Iesbibenob* [o], [id eſt, ſedens in prophetia,] gigas de genere Arapha, ſeu Raphaim, qui niſus eſt percutere Dauid, ſed ei præſidio fuit Abiſai, filius Serulæ.

Ieſoba [p], [id eſt, protegens, obumbrans; Syriacè ſpeculans,] filia Aran fratris Abrahæ ac huius vxor: dicitur paſſim *Sarai*; & poſtea vocata eſt *Sara* [q] ab ipſo Deo, infrà.

Ieſias [r], [id eſt, ſalus Domini,] filius Idithun, idem ac Ieſaias, ſuprà. *Ieſaias* [s], filius Phaltiæ de regia ſtirpe Iuda.

Ieſer [t], [id eſt, figmentum, plaſmatio, tribulatio,] filius Nephtali; à quo familia Ieſeritarum. *Ieſer*, ciuitas Leuitica in Tribu Gad, eadem ac *Iaſer*, ſuprà *Iaſer-Iethſon* [x], ciuitas Leuitica in Tribu Ruben: dicitur & Cademoth, & Cedimoth, ſuprà.

Ieſi [y], [id eſt, ſalus, vel reſpiciens,] filius Apphaim de Tribu Iuda, & pater Seſan. *Ieſi* [z], pater Zoheth, & Benzobeth. *Ieſi* [a], pater Phaltiæ, aliorumque trium principum in Tribu Simeon, ſub Ezechia rege Iuda. *Ieſi* [b], vnus ex fortiſſimis & nominatis ducibus cognationum dimidiæ Tribus Manaſſes trans Iordanem. Similis eſt *Ieſeſi* [b] filius Ieddo de Tribu Gad.

Ieſia [c], [id eſt, Dominus,] filius Iſrahia filij Ozi de Tribu Iſſachar & ſtirpe Thola. *Ieſia* [d], vnus ex fortiſſimis pugnatoribus de Tribu Leui, qui venerunt ad Dauid in Siceleg. *Ieſia* [e], Leuites, filius Oziel.

Ieſiel [f], [id eſt, diuidens, dimidians Deus,] filius Nephtali, à quo familia Ieſielitarum.

Ieſimon [g], [i. deſolatio, ſolitudo,] ſolitudo eſt in Tribu Iuda.

Ieſmachias [h], [id eſt, adhærens, innitens Domino,] vnus ex præpoſitis ab Ezechia rege, & Azaria Pontifice, ſuper horrea domus Domini. Similis eſt *Ieſmaias* [i], [id eſt, audiens Dominum, obediens Domino,] filius Abdiæ, præfectus Tribui Zabulon ſub Dauide.

Iſraeli [k], [i. Iſraëlita] de Iſraëli dicitur Ietra, qui & Iether Iſmaëlites [l], pater Amaſa ex Abigail ſorore Dauid.

Ieſſe [m], [i. exiſtens, munus vel oblatio,] pater Dauid: vulgò *Iſai*, & Dauid filius Iſai, infrà. Eſt & terra *Ieſſe* [n].

Ieſſui [o], [i. planus, æqualis,] filius Aſer filij Iacob: à quo familia Ieſſuitarum [p]. *Ieſſui* [q], filius Saül.

Ieſua [r], [i. planus, æqualis,] filius Aſer. *Ieſua* [s], [id eſt, ſaluator,] Princeps nonæ vicis Sacerdotalis. *Ieſua* [t], [id eſt, ſaluator,] vnus ex Leuitis qui aſcenderunt cum Zorobabel.

Ieſue [u], [i. ſaluator,] Leuites, vnuſque ex eis qui ſub Core filio Iemna, fratribus ſuis partes fideliter diſtribuerunt, tempore Ezechiæ. *Ieſue* [x], ciuitas quam inhabitarunt filij Iuda poſt ſolutam captiuitatem.

Ieſus [y], [Id eſt, ſaluator,] adorandum Chriſti nomen, in quo flectitur omne genu [z].

Gen.25.v. 3.
2.Reg.21.v. 16.
p Gen.11.v. 29.
q Cap.17.v. 15.
r 1.Paral.25.v.3.
ſ Cap.5.v.22.
t Gen.46.v. 24.& 1.Par. 7.v.13.
x Ioſ.21.v. 36.
y 1.Par.2. v.31.
z Cap.4.v. 20.
a v.42.
b Cap.5.v. 24.
c Cap.7.v.3.
d Cap.12.v 6.
e Cap.25.v. 2n & 24.v. 26.
f Num.26.v. 48.
g 1.Reg.23. v.24.
h 2.Par.31. v.13.
i 1.Par.27.v. 19.
k 2.Reg.17. v.25.
l 1.Par.2.v. 17.
m Iſai.51.v. 10.
n Iudith.1.v. 9.
o Gen 46. v. 17.& 1.Par. 7.v.30.
p Num.26.v. 44.
q 1.Reg.14. v.49.
r Gen.46. v. 17.& 1.Par. 7.v.30.
ſ Cap 24 v.9.
t 2.Eſdr 12. v.7.
u 2.Par.31.v. 15.
x 1.Eſdr.11. v.26.
y Matt.1.v. 16.Luc 2.v. 21.
z Philipp.2. v.10.

Ieſus [a], [id eſt, Domini ſaluator, Domini ſalus,] idem ac Ioſuë, filius Nun, infrà. *Ieſus* [b], filius Eliezer in Chriſti linea, & ſtirpe Nathan. *Ieſus* [c], idem ac Ioſue, filius Ioſedec, & Summus Sacerdos. *Ieſus* [d], qui dicitur iuſtus, Iudæus, adiutor Pauli in regno Dei.

Ieta [e], [i. declinatio,] ciuitas Sacerdotalis in Tribu Iuda, vel Simeonis. Similis *Ietebu* [f], [i. bonitas ſua,] ciuitas Iudæ. Et *Ietebatha* [g], [i. bonitas tua,] manſio XXX. filiorum Iſraël in deſerto.

Iethe a [h], [i. pendens, ſuſpenſio,] vrbs in Tribu Dan.

Iether [i], [i. excellens, explorans,] ciuitas Sacerdotalis in Tribu Iuda. *Iether* [k], primogenitus Gedeonis. *Iether* [l], filius Eſra. *Iether* [m], Iſmaelites, pater Amaſæ & Abigail vxore Dauid: dicitur & Iethra de Ieſraeli [n]. *Iether* [o], filius Iada filij Ooam filij Ierameel de Tribu Iuda.

Ietheth [p], [i. donans] ciuitas Idumæorum, & inter vndecim ducatus filiorum Eſau, numero tertius.

Iethma [q], [i. orphanus, conſummatio,] Moabites, vnus ex fortiſſimis in exercitu Dauidis. Similis eſt *Iethnam* [r], [i. merces, donum,] vrbs in Tribu Iuda.

Iethra [s], [id eſt, excellens, explorans, vel funiculus,] pater Amaſæ ex Abigail ſorore Dauid: dicitur & *Iether* [t], Iſmaëlites, ſuprà.

Iethraam [u], [i. excellentia, exploratio, vel funiculus populi,] filius Dauid ex Egla: ſcribitur & *Iethraham* [x].

Iethran [y], [id eſt, excellentia earum,] filius Diſon filij Seir Horræi. *Iethran* [z], filius Supha, vnuſque ex fortiſſimis ducibus in Tribu Aſer.

Iethrai [a], populi oriundi ex Sobal filij Hur primogeniti Caleb. Ex iis erant Ira Iethræus, & Gareb Iethræus [b]; Et vterque dicitur Iethrites [c].

Iethro [d], [i. excellens,] Socer Moyſis: dicitur & *Raguel* [e], & *Cinæus* [f].

Iethſon [g], ciuitas Leuitica in Tribu Ruben, quæ dicitur *Iaſer-Iethſon*, ſuprà.

Iethur [i], [id eſt, cuſtodiens, aut ordo, vel ſeries,] decimus ex vndecim filiis Iſmahelis filij Abrahæ ex Agar: ſcribitur & *Ietur* [k].

Iezabad [l], [id eſt, dotatus,] vir Gaderothites, vnus è fortiſſimis pugnatoribus qui venerunt ad Dauidem in Siceleg. Similis vtcumque eſt *Iezabel* [m], [id eſt, væ habitaculo: aut ex Hebræo & Syro, væ ſterquilinio,] filia Ethbaal regis Sidoniorum, & vxor Achab regis Iſraël, impiiſſima. *Iezabel* [n], quæ ſe dicebat Propheten, & docebat ſeruos Dei fornicari & manducare de Idolothytis.

Iezer [o], [i. inſula adiutoris, aut væ adiutorio,] filius Galaad filij Machir filij Manaſſe; à quo familia Iezeritarum: dicitur & *Abiezer* [p]. *Iezer* [q], [id eſt, adiutor,] ciuitas Leuitica in Tribu Gad: eadem quæ *Iazer* [r], & *Iezer*, ſuprà. Eſt & nomen patrium *Iezerites* [s]: ſic cognominatur Samaoth, princeps turmæ quæ menſe quinto miniſtrabat Dauidi.

a 1.Machab. 2.v.55.& 2. Machab. 12. v.15.& Acto. 7.v.45.
b Luc.3.v. 29.
c Aggæi 1.v. 1. Zach.3.v. 1.& 6.v.11.
d Coloſſ. 4. v.11.
e Ioſ.21 v.16.
f 4.Reg.21. v.19.
g Num.33.v. 33.
h Ioſ.19.v. 42.
i Cap.15.v. 48.& 1.Par. 6.v.58.& 1. Reg 30.v. 27.
k Iudic 8. v. 20.
l 1.Par.4.v. 17.
m Cap.2.v. 17.
n 2.Reg.17. v.25.
o 1.Par.2.v. 32.
p Gen.36.v. 40.& 1.Par. 1.v.51.
q Cap.11.v. 46.
r Ioſ.15.v.24
ſ 2.Reg.17. v.25.
t 1.Par.2.v. 17.
u 2.Reg.3. v.5.
x 1.Par.3.v. 3.
y Gen.36.v. 26.
z 1.Par.7.v. 37.
a Cap.2.v. 53.& 11.v.4
b v.41.
c 2.Reg.23. v.38.
d Exod.3.v. 1.
e Cap.2.v.17.
f Iudic.1.v. 16.
g Ioſ.21.v. 36.
h ibid.
i Gen.25.v. 13.
k 1.Par.1.v. 31.
l Cap.12.v.4.
m 3.Reg.16. v.31.& 21.v. 5.
n Apoc.2.v. 20.
o Num.26. v.30.
p Ioſ.17.v.2.
q 1.Par.6.v. 81.
r Ioſ.21.v. 37.
ſ 1.Par.27.v. 8.

Iezonias [t], [i. auſcultatio, vel ſtatera,] filius Maachati, vnus ex ducibus militum, qui venerunt ad Godoliam, conſtitutum à Nabuchodonoſor ſuper reliquias Iuda. *Iezonias* [u], filius Saphan, qui ſtabat in medio LXX. ſeniorum domus Iſraël adolentium thus picturis. *Iezonias* [x], filius Azur, Princeps populi, cogitans iniquitatem.

Iezrael [y], [i. ſemen Dei,] ciuitas in Tribu Iuda, *Iezrael* [z], ciuitas in dimidia Manaſſe & cis Iordanem, regia Achab regis Iſraël: dicitur vallis *Iezrabel* [a], quia in valle poſita totam illam poſſideba. Eſt & fons in *Iezrabel* [b], ſuper quem caſtrametatus eſt Iſraël contra Philiſtijm, Et Ager *Iezrabel* [c], in quo canes comederunt impiam Iezabel. Hinc & nomen patrium *Iezrabelita* [d]. *Iezrael* [e], vir de ſtirpe etiam & Tribu Iuda. *Iezrahel*, filius Oſee ex Gomer vxore fornicationum. Similes ſunt *Iezrata* [g], [id eſt, oriens Dominus,] præpoſitus Cantorum, tempore Eſdræ. Et *Iezra* [h], [i. ſus, porcos,] filius Moſollam, Sacerdos de vice Emmer.

Igaal [i], [i. redemptus, ſiue coinquinatus,] filius Nathan de Soba; vnuſque è triginta ſeptem fortibus Dauidis. Similis idemque ſignificat *Igal* [k], filius Ioſeph, & Princeps Tribus Iſſachar, vnuſque è duodecim exploratoribus terræ Chanaan.

Iiebarim [l], [id eſt, tumuli tranſituum.] in Tribu Ruben, & finibus Moabitarum, manſio XXXVIII. filiorum Iſraël in deſerto: dicitur & *Ieabarim* [m].

Iim [n], [id eſt, Tumuli,] ciuitas fortis Iudæ.

Ilai [o], [i. aſcendens, vel ſuperior,] Ahohites, vnus ex fortiſſimis in exercitu Dauidis, idemque fortè ac Selmon Ahohites [p].

Illyricum [q], regio Italiæ contermina, nunc dicta Sclauonia.

Incenſio [r], locus ſic vocatus à Moyſe, eò quòd ibi ignis dimiſſus a Domino propter murmur populi, deuoraſſet extremam caſtrorum partem. Similis vtcunque *Incendens* [s], nomen proprium viri: Hebraïcè, Saraph.

India [t], regio latiſſima, ad Orientem ſita, cuius imperium tenuit Aſſuerus.

Inſulæ [v] *Gentium*, quas filij Noë diuiſeruut in regionibus ſuis: ſunt Inſulæ maris Mediterranæi: dicuntur & *Inſulæ maris* [x], & *Inſula Italia* [y]. Quin & *Inſulæ Gentium* eo loco ſignificant omnes regiones Gentium.

Ioab [z], [i. paternitas, habens patrem, voluntarius,] filius Saruiæ ſororis Dauidis, & frater Abiſai & Aſaëlis, Princepſque militiæ Dauidis. *Ioab* [a], filius Saraiæ, & pater, id eſt, Dominus vallis artificum, in Tribu Iuda.

Ioachaz [b], [id eſt, Domini poſſeſſio, aut Dominus videns,] filius Ioram impij regis Iuda, natu minimus, qui ſolus euaſit gladium Arabum: dicitur vulgò Ochozias [c]. *Ioachaz* [d], pater Ioha à commentariis miſſi à Ioſia rege Iuda ad inſtaurandam domum Domini.

Ioachin [e], [i Domini præparatio, ſiue Domini firmitas,] filius Ioakim [f], deditione factâ, tranſlatus in Babyloniam cum a e, ſeruis & Principibus: dicitur & Iechonias [g].

Ioakim [h], filius Ioſiæ, & pater Iechoniæ ſeu Ioachin. *Ioakim* [i], filius Helciæ, Sacerdos in Ieruſalem tempore captiuitatis. *Ioakim* [k], vir caſtiſſimæ Suſannæ, quam Daniel liberauit. Similis eſt *Ioacim*, [i. reſurgens, ſiue confirmans,] filius Ioſue, Summus Sacerdos poſt captiuitatem.

Ioada [m], [i. Domini cætus, vel teſtimonium,] filius Achaz de Tribu Beniamin: dicitur & *Iara* [n], Similis *Ioadan* [o], [id eſt, Domini deliciæ,] mater Amaſiæ regis Iuda.

Ioah [p], [i. fraternitas, vel habens fratrem,] Leuites, frater Zamma (qui & Zemma,) de filiis Gerſon, & pater Eden. Similes ſunt, idemque ſignificant *Ioaha* [q], tertius filius Obededon. Et *Ioahe* [r], filius Aſaph, vir à Commentariis ſub Exechia rege Iuda.

Ioannes [s], de genere Sacerdotali, pater Mathathiæ. *Ioannes* [t], cognomento Gaddi, filius eiuſdem Mathathiæ. *Ioannes* [u], pater Eupolemi. *Ioannes* [x], filius Simonis, fortis prælij vir, virtutumque vniuerſarum; Dux à patre conſtitutus. *Ioannes* [y], de genere Sacerdotali, vnuſque de concilio, in medio cuius Petrus & Ioannes ſtatuti, interrogati ſunt in qua virtute claudum ſanaſſent. *Ioannes* [z], cognomine Marcus, ſocius Pauli & Barnabæ. *Ioannes* [a], Baptiſta cognomine; filius Zachariæ Sacerdotis ex Elizabeth ſterili, Chriſti præcurſor. *Ioannes* [b], Apoſtolus & Euangeliſta, filius Zebedæi, & frater Iacobi maioris. Similis *Ioanna* [c], [id eſt, gratioſa, cui gratia data, miſericors,] vxor Chuſæ procuratoris Herodis Antipæ; vnaque ex piis mulieribus quæ prædicanti Chriſto miniſtrabat de facultatibus ſuis.

Ioas [d], [id eſt, congregans, vel tinea corroſus,] filius Bechor filij Beniamin filij Iacob. *Ioas* [e], [id eſt, ignitus, aut vrens] pater Gedeonis Iudicis Iſraël, de Tribu Manaſſe. *Ioas* [f], rex Iuda, filius Ochoſiæ, à Ioſaba ſorore ſua ereptus ab Athalia gladio; & ſeptennis à Ioiada Pontifice rex conſtitutus occiſa eadem Athalia. *Ioas* [g], filius Ioachaz filij Iehu, rex Iſraël, & pater Ieroboam II. *Ioas* [h], idem cum primo Ioas ſignificans, ſuper Apothecas olei à Dauide conſtitutus.

Ioatham [i], [id eſt, conſummatus, ſiue perfectus,] filius Ierobaal ſiue Gedeonis, natu minimus, qui è monte Garizin aſſumpta lignorum parabola, exprobrauit viris Sichem quod Abimelech vnxiſſent in regem. *Ioatham* [k], filius Oziæ ſiue Azariæ regis Iuda: ſcribitur & *Ioathan* [l]. Eſt & alter *Ioathan* [m], vnus ſcilicet ex filiis Iahaddai.

Iob [n], [id eſt, dolens, gemens, aut exoſus, vel patiens inimicitiam,] exemplum patientiæ: idem ac *Iobab* [o], filius Zaræ, & ſecundus rex Edom de ſtirpe Eſau, infrà. *Iob* [p], [id eſt, exclamatio, vel vlulatus,] filius Iſſachar: dicitur & *Iaſub* [q].

Iobab [r], [i. exclamatio, vel vlulatus,] vlti-

t 4. Reg. 25. v. 23. Ierem. 4. v. 8.
u Ezech. 8. v. 11.
x Cap. 11. v. 1. 2.
y Ioſ. 15. v. 56.
z 4. Reg. 8. v. 29. & 9. v. 10. 15. 16. 17. 30.
a Oſee 1. v. 5.
b 1. Reg. 29. v. 1.
c 3. Reg. 21. v. 23. & 4. Reg. 9 v. 36.
d 3. Reg. 21. v. 1.
e 1. Par. 4. v. 3.
f Oſee 1. v. 4.
g 2. Eſdr. 12. v. 41.
h 1. Paral. 9. v. 12.
i 2. Reg. 23. v. 36.
k Num. 13. v. 8.
l Cap. 33. v. 44.
m Cap. 21. v. 11.
n Ioſ. 15. v. 29.
o 1. Paral. 11 v. 29
p 2. Reg. 23. v. 28.
q Rom. 15. v. 19.
r Num. 11. v. 3.
s 1. Paral. 4. 22.
t Iob. 28. v. 16.
u Gen. 10. v. 5. 1. Machab. 11. v. 38. & 15. v. 1.
x Iſai. 11. v. 11.
y Ezech. 27. v. 6.
z 2. Reg. 2. v. 18. 1. Par. 2. v. 16.
a Cap. 4. v. 14.
b 2. Par. 21. v. 17. & 25. v. 23.
c Cap. 22. v. 1. 2. & c. 4. Reg 11. v. 2.
d 2. Par. 34. v. 7.
e 4 Reg. 24. v. 6.
f v. 11. 12.
g Ierem. 29. v. 2. & 37. v. 1.
h 1. Par. 3. v. 15. 16.
i Baruch 1. v. 7.
k Dan. 13. v. 1. &c.
l 2. Eſdr. 12. v. 10. 26.
m 1. Paral. 8. v. 36.
n Cap. 9 v. 41.
o 4. Reg 14. v. 2.
p 1. Paral 6. v. 21. & 2. Paral. 29. v. 12
q 1. Paral. 26. v. 4.
r 4. Reg. 18. v. 18.
s 1 Machab. 2. v. 1.
t v. 2.
u Cap. 8. v. 17.
x Cap. 13. v. 54.
y Actor. 4. v. 6. 7.
z Cap. 12. v. 25.
a Luc. 1. v. 5. 7. 60. 63.
b Matt. 4. v. 21. Marc. 10. v. 35.
c Luc. 24. v. 10 & 8. v. 3.
d 1. Par 7. v. 8 & 27. v. 28
e Iudic. 6. v. 11.
f 4. Reg. 12. v. 2.
g Cap. 13. v. 9. & 14. v. 1 27.
h 1. Par. 27 v. 28.
i Iudic. 9. v. 5. & ſeqq.
k 4 Reg. 15. v. 7. 39. & 2 Par. 26. v. 21
l 1. Paral. 3 v. 12.
m Cap. 2. v. 46.
n Iob. 1. v. 1
o Gen. 36. v 33.
p Cap 46. v. 13.
q 1. Paral. 7 v. 1.
r Gen. 10. v 29.

mus filius Iectan fratris Phaleg. *Iobab* [c], filius Saharaim de Tribu Beniamin, ex Hodes vxore. *Iobab* [t], filius Zaræ, & ſecundus rex Edom, idem ac Sanctus Iob, ſuprà. *Iobab* [u], rex Madon, cæſus à Ioſue cum alijs regibus.

Ioël [x], [i. volens, incipiens, iurans,] primogenitus Samuëlis Prophetæ. *Ioel* [y], de filijs Gerſon, princeps Leuitarum tempore Dauidis. *Ioël* [z], filius Iehiali, & de eadem ſtirpe Gerſon, præpoſitus cum fratre ſuo Zathan ſuper theſauros domus Domini. *Ioël* [a], de filijs Gad. *Ioel* [b], filius Izrahia, vnuſque ex quinque principibus Tribus Iſſachar. *Ioël* [c], frater Nathan, vnuſque ex fortiſſimis in exercitu Dauidis. *Ioël* [d], filius Phadaiæ, præfectus à Dauide dimidiæ Tribui Manaſſe cis Iordanem. *Ioël* [e], Propheta, filius Phatuel. *Ioël* [f], pater Semma, & de Tribu Ruben; ipſe habitauit in Aroer. *Ioel* [g], filius Azariæ de filijs Caath, tempore Ezechiæ regis Iuda. *Ioel* [h], nomen principis, de filijs Simeon, tempore Ezechiæ regis Iuda. *Ioel*, vnus ex filijs Iſraël qui repudiarunt vxores alienigenas ſub Eſdra [i]. Similis eſt *Ioëla* [k], [i. proficiens, auferens maledictionem,] filius Ieroham, vnuſque ex fortiſſimis pugnatoribus Tribus Iuda, qui venerunt ad Dauid in Siceleg. Et vtcunque *Ioezer* [l], [i. adiuuans,] vnus ex eiſdem fortiſſimis pugnatoribus, de Tribu Leui.

Ioha [m], [i. viuificans,] filius Bariæ de Tribu Beniamin. *Ioha* [n], filius Ioachaz à Commentarijs Ioſiæ, quem ipſe rex miſit ad inſtaurandam domum Domini. *Ioha* [o], Thoaites, filius Zambri, vnus ex fortiſſimis in exercitu Dauid.

Iohanan [p], [i. gratioſus, ſiue donans; pius, aut miſericors,] vnus ex fortiſſimis pugnatoribus Tribus Beniamin, qui venerunt ad Dauid in Siceleg. *Iohanan* [q], octauus ex vndecim principibus militum de Tribu Gad qui venerunt ad eundem Dauid. *Iohanan* [r], ſextus filius Meſelemiæ, vnuſque ex Ianitoribus Templi. *Iohanan* [ſ], vnus ex principibus exercitus Ioſaphat regis Iuda; habens ſub ſe ducenta octoginta millia virorum. *Iohanan* [t], pater Iſmael vnus ex Centurionibus cum quibus Ioiada Pontifex fœdus init, ad conſtituendum Ioas regem Iuda. *Iohanan* [u], ſummus ſacerdos, filius Azariæ: quod intellige, medijs ſex, quos Ioſephus [x] ſucceſſiſſe eidem Azariæ, filios ſingulos ſingulis parentibus, quorum vltimus Idus nomine, Pater eſt Iohanan. *Iohanan* [y], pater Azariæ principis in Tribu Ephraim, ſub Achaz rege Iuda. *Iohanan* [z], primogenitus Ioſiæ regis Iuda: dicitur & *Ioachaz* [a]. *Iohanan* [b], filius Hlioenai de regia ſtirpe Dauidis. *Iohanan* [c], filius Caree, vnuſque ex ducibus qui venerunt ad Godoliam. *Iohanan* [d], vnus filiorum Iſrael qui repudiarunt vxores alienigenas ſub Eſdra.

Ioiada [e] [i. Domini ſcientia, aut Domini cognitio,] Pontifex, qui Ioas ſeptennem conſtituit regem Iuda, occiſâ Athaliâ; & anno vitæ ſuæ 130. defunctus, ſepultus eſt in ciuitate Iuda cum regibus. *Ioiada* [f], Pontifex alius, filius Eliaſib. *Ioiada* [g], filius Phaſea, vnus ex inſtauratoribus Ieruſalem.

Ioiarib [h], [i. pugnans, obiurgans, multiplicans,] princeps primæ vicis Sacerdotalis. *Ioiarib* [i], vir de ſtirpe Phares, & Tribu Iuda. *Ioiarib* [k], vnus è Sacerdotibus poſt captiuitatem Babylonicam ſub Ioacim Pontifice.

Iona [l], [i. columba, ſiue depopulans,] filius Eliakim in Chriſti linea. *Iona* [m], pater Sancti Petri Apoſtoli. Similis eſt, idemque ſignificat *Ionas* [n], filius Amathi, Propheta, miſſus in Niniuen, qui triduò fuit in ventre ceti.

Ionadab [o], [i. ſpontaneus, vouens, principalis,] filius Semmaa fratris Dauid, vir prudens, & amicus Amnon. *Ionadab* [p], filius Rechab, & pater Rechabitarum, quem Iehu aſſumpſit vt videret zelum eius pro Domino [q].

Ionathan [r], [i. Domini donum,] filius Gerſon filij Moyſis, & pijſſimi viri nepos impius; idoli Michæ Sacerdos fuit. *Ionathan* [ſ], filius Iuda de Tribu Iuda. *Ionathan* [t], patruus Dauid, conſiliarius vir prudens & litteratus, qui erat cum filijs regis Dauidis, ſcilicet docens eos, regenſque. *Ionathan* [v], filius Semaa fratris Dauid, qui & percuſſit gigantem de ſtirpe Rapha, ſenos habentem digitos. *Ionathan* [x], filius Oziæ, à Dauide præfectus theſauris qui erant in vrbibus, vicis, & turribus. *Ionathan* [y], vnus ex Leuitis, quos miſit Ioſaphat rex Iuda, vt docerent populum legem Dei. *Ionathan* [z], filius Sage, Ararites, vnus ex fortiſſimis in exercitu Dauid. *Ionathan* [a], pater Abed, vnus ex principibus familiarum reducum è Babylone. *Ionathan* [b] filius Aſahel, vnuſque eorum qui ſub Eſdra ſuaſere repudiationem vxorum alienigenarum. *Ionathan* [c], & alter *Ionathan* [d], vterque de numero Sacerdotum; tempore Eſdræ, & Ioacim Pontificis. *Ionathan* [e], Summus Pontifex, filius Ioiadæ. *Ionathan* [f], filius Caree, vnuſque ex eis qui venerunt ad Godoliam.

Ionathas [g], [i. Domini donum,] filius Saül, & amiciſſimus Dauid: dicitur & Ionathan [h]. *Ionathas* [i], filius Abiathar ſummi Sacerdotis, tempore Dauidis. *Ionathas* [k], cognomine Aphus, filius Mathathiæ.

Ioppe [l], [i. pulchritudo & decor,] vrbs in Tribu Dan antiquiſſima, à Iaphet filio Noë ante diluuium condita [m]: ſita ad mare in edito promontorio, adeò vt ex Ieroſolyma conſpici poſſit; totius Iudææ portus, ad quem ligna & lapides pro Tépli ſtructura de Libano transferebantur; & per quem Simon Machabæus fecit introitum in inſulis maris [n]. Hìc Ionas nauem intrauit cum fugeret in Tharſis à facie Domini [o]. In hac Petrus Thabitam ſuſcitauit [p]. A barbaris nunc occupata, Iaffa appellatur. A Ioppe, dicti ſunt Ioppitæ [q].

Ioram [r], [i. excelſus, ſublimis, aut proiectus,] filius Thou regis, miſſus à patre ad Dauidem, vt ei gratias ageret, quod expugnaſſet Adarezer. *Ioram* [ſ], filius Ioſaphat, & rex Iuda. *Ioram* [t], filius Achab regis Iſraël, & frater Ochoziæ, cui ſucceſſit; & occiſus eſt à Iehu. *Ioram* [u] Leuita de ſtirpe Eliezer filij Moyſi. Similis eſt *Iorim* [x], [i. Dominus exal-

tans,

.Paral. 8.
1.
Gen. 36.
33.
Ioſ. 11.
1.
1.Reg.8.
2.
1.Paral.15.
7. & cap.
3.v.8.
Cap. 26.
22.
Cap.5.
12.
Cap. 7.
3.
Cap. 11.
38.
Cap. 27.
20.
Ioël. 1.v.1.
1. Paral. 5.
8.
2.Paral.29.
12.
1. Paral. 4.
35.
1. Eſdr.10.
43.
1. Paral.
12.v.7.
Verſ.6.
Cap.8.
16.
2. Paral.
34.v.8.
1.Paral.11.
v.45.
Cap. 12.
4.
Cap. 12.
v 12. & Ne-
hem.12.
v.13.
1.Paral.26.
v.3.
2.Paral. 17.
v. 15.
Cap. 23.
v.1.
1. Paral. 6.
v. 9.
10.Antiq.
11.
2.Paral.28.
v.12.
1. Paral. 3.
v.16.
4. Reg.23.
v.30.33.14.
2.Paral.3.
v.24.
4.Reg.25.
v.23.
1. Eſdr.10.
v 18. & 2.
Eſdr. 6.v.8.
& cap.2.v 4.
4.Reg.11.
v.54.& ſeqq.
2. Eſdr. 12.
v.10.& 13.
v.28.
Cap.3.v.
6 & 13.
v.28.

h 1.Paral.9.
v.10.& 24.
v.7.
i 2. Eſdr.11.
v.5.
k Cap. 10.
v 19.
l Luc. 3.
v.30.
m Ioan. 1.
v.41.
n 4. Reg.14.
v.25. &
Ioan.1.v.2.
o 2. Reg.13.
v.3.3.
p Ierem.35.
v. 8.
q 4. Reg.10.
v.15.
r Iudic. 18.
v. 30.
ſ 1. Paral.2.
v.32.
t Cap. 27.
v.32.
v Cap. 20.
v.7.
x Cap.27.
v. 25.
y 2. Paral.17.
v.8.
z 1.Paral.11.
v. 34.
a 1. Eſdr. 8.
v. 6.
b Cap.10.
v.15.
c 2. Eſdr. 12.
v.14.
d Verſ. 18.
e Verſ.11.
& 23.
f Ierem.40.
v. 8.
g 1. Reg. 13.
v.2. & 14
v.1.& 2.Reg.
1.v.4.
h 1. Paral.8.
v. 33.
i 2. Reg. 15.
v.27.& 17.
v.17. & 3.
Reg.1.v.42.
k 1.Machab.
2 v.5.
l Ioſ. 19.
v.46.
m Adri-
chom.
n 1.Machab.
14 v.5.
o Ion. 1. v.3.
p Actor. 9.
v. 36.
q 2.Machab.
12.v.1.
r 2. Reg.8.
v.10.
ſ 3.Reg.22.
v.5. & 1.Paral.
3.v.11.
t 4. Reg.1.v.
17. & 3. v.1.
& 9. v.14. &
Matth.1.v.8.
u 1.Paral.26.
v.25.
x Luc. 3.
v.29.

tans, vel Domini eſultatio,] filius Mathat in Chriſti linea per Nathan.

Iordanis [y], [i. fluuius iudicij, aut demonſtratio iudicij,] fluuius in vtroque Teſtamento nominatiſſimus; ſic dictus à duplici fonte Ior & Dan, è quibus ſcaturit in Tribu Nephtali, quinque ante portam Ceſareæ Philippi in vnum confluunt, & vt aquis ita & vocabulis coniunguntur, & Iordanis di cuntur, minor tamen : Hinc enim decurrens, & regiones amænas alluens, ob occidente vberrimis torrentis Ciſon, & ab oriente fluuij Iaboc aquis excreſcit, ac deinceps Iordanis maior appellatur. Tum mare Galilææ ſeu lacum Geneaareth medium præterlabitur; ac demum ipſum mare mortuum pertranſiens, abſorbetur in loco qui dicitur lingua maris, & inde ſubterraneis meatibus in aliquod marium euoluitur. Eſt & regio *Iordanis* [z], quam Lot recedens ab Abraham ſibi elegit, & in qua fuſa ſunt vaſa Templi ea ære mundiſſimo inter Sochor & Saredatha [a]. Eſt & vadum *Iordanis* [b], propè Iericho.

Ioſa [c], [i. ens, obliuiſcens, delens] vnus ex nominatis Principibus Tribus Simeonis, tempore Ezechiæ regis Iuda. Similis *Ioſaba* [d], [i. Domini iuramentum,] filia regis Ioram, ſoror Ochoziæ regis Iuda: dicitur & Ioſabeth [e], idem ſignificans. Cui & ſimilis *Ioſabheſeth* [f], [i. habitaculum, vel ſedes miſericordiæ,] filius Zorobabel de regia ſtirpe Dauidis.

Ioſabia [g], [i. habitaculum ſeu ſedes Domini, conuerſio aut inſufflatio Domini,] filius Saraiæ, & pater Iehu vnius ex nominatis principibus Tribus Simeon, tempore Ezechiæ. Similis vtcunque *Ioſaia* [h], [i. æquitas Domini,] filius Elnaem, vnuſque ex fortiſſimis in exercitu Dauidis.

Ioſaphat [i], [i. Dominus iudex, aut Domini iudicium,] filius Ahilud, vir à Commentarijs ſub Dauide. *Ioſaphat* [k] Mathanites, vnus ex fortiſſimis in exercitu Dauidis. *Ioſaphat* [l], filius Pharue, præfectus annonæ Salomonis in Iſſachar: at Ioël [m] videtur eſſe nomen vallis. *Ioſaphat* [n], filius Aſa, & rex Iuda.

Ioſeph [o], [i. augmentum, vel profectus,] vndecimus ac penultimus filiorum Iacob, primus autem ea Rachel vxore dilecta. *Ioſeph* [p], pater Igal principis Iſſachar, vnuſque ex duodecim exploratoribus terræ Chanaan. *Ioſeph* [q], de filijs Aſaph, leuita & princeps primæ vicis Cantorum. *Ioſeph* [r], filius Oziæ, & proauus Iudith. *Ioſeph* [s], vnus è filijs Iſraël, qui ſub Eſdra repudiarunt vxores alienigenas. *Ioſeph* [t] de Tribu Dauid, ſponſus Beatæ Mariæ. *Ioſeph* [u] frater Iacobi minoris. *Ioſeph* [x] ab Arimathia, vir diues, & nobilis decurio, & diſcipulus Ieſu, qui audacter petijt à Pilato corpus Ieſu, & ſepeliuit eum in monumento ſuo nouo. *Ioſeph* [y], qui vocabatur Barſabas, & cognominatus eſt iuſtus. *Ioſeph* [z], vir Cyprius genere, qui cognominabatur Barnabas, Pauli Co'Apoſtolus [a].

Ioſephus [b], [i. filius Zachariæ, relictus à Iuda Machabæo in Iudæa, ad cuſtodiam. *Ioſephus* [c], frater Iudæ Machabæi, adeò vt ſit frater Iudæ ea eadem matre, non ea eodem patre; neque enim Ioſephus iſte recenſetur inter quinque filios Mathathiæ patris Machabæorum libro primo [d], licet ſecundo dicatur frater Iudæ, æque ac Simon & Ionathas.

Ioſias [e], [i. ignis Domini, aut vrens Dominus,] pijſſimus rex Iuda, filius impij Amon filij impijſſimi Manaſſe.

Ioſue [f], [i. Dominus ſaluator,] filius Nun, & princeps Tribus Ephraim, & dux totius Iſraël defuncto Moyſe: dicitur etiam Ieſus [g], & Ieſus Naue [h]: dicebatur priùs Oſee [i]. *Ioſue* [k], filius Ioſedec, primuſque Pontifex in Iudæa poſt ſolutam captiuitatem Babylonicam: dicitur & Ieſus [l]. *Ioſue* [m], vnus de Iſraël, qui repudiarunt vxores alienigenas ſub Eſdra. *Ioſue* [n], filius Cadmihel, princepsque leuitarum, tempore Ioacim filij Ioſue.

Iota [o], [i. declinans, vel diuertens,] ciuitas in Tribu Iuda.

Iozabad [p], [i. Domini dos,] duo eiuſdem nominis ex principibus militiæ, qui de Tribu Manaſſe transfugerunt ad Dauid in Siceleg. *Iozabad* [q], vltimus ex principibus exercitus Ioſaphat regis Iuda, habens ſub ſe centum octoginta millia expeditorum militum. *Iozabad* [r], filius Samarith Moabitidis, vnus ſeruorum à quibus Ioas rex Iuda occiſus eſt, in vltionem ſanguinis Zachariæ filij Ioiadæ. *Iozabad* [ſ], vnus leuitarum, quos poſuit Ezechias ſuper horrea domus Domini ſub manu Choneniæ. *Ioſabad* [t], vnus ex principibus leuitarum ſub Ioſia rege Iuda. Similes ſunt *Ioſadab* [u], ſecundus filius Obededom leuitæ, tempore Dauidis. Et *Iozabed* [x], princeps Leuitarum, tempore Eſdræ. Et vtcunque *Ioſedec* [y], [i. Dominus iuſtus, aut Domini iuſtitia,] filius Saraiæ ſummus ſacerdos, tempore captiuitatis [z], & pater Ioſue ſeu Ieſu.

Ioſachar [a], [i. memorans, ſiue maſculinus,] filius Semaath Ammonitidis, alter ſeruorum à quibus Ioas occiſus eſt: dicitur & *Zabad* [b].

Ira [c], [i. ciuitas vigil,] Iarites, Sacerdos Dauid. *Ira* [d] Iethrites, vnus ea triginta ſeptem fortiſſimis Dauidis: dictus & *Ieſbraus* [e]. *Ira* [f], filius Acces Thecuites, vnus ea fortiſſimis in exercitu Dauidis. Similis eſt *Irad* [g], [i. onager; ſyriacè, draco,] filius Heuoch, & nepos Cain fratricidæ.

Iſaar [h], [i. oleum, claritas, aut meridianus,] ſecundus filius Caath filij Leui; à quo familia Iſaaritarum [i]: dicitur & *Ioſaar* [k], & *Iſaari* [l]. Cui ſimilis *Iſari* [m], [i. figmentum, plaſmatio,] Leuites, princepsque quartæ vicis Cantorum Templi.

Iſai [n], [i. munus,] filius Obed, & pater Dauid in Chriſti linea: eum Græci Ieſſe vocant [o]. Similis eſt *Iſaias* [p], [i. ſalus Domini,] Propheta, filius Amos, de regia ſtirpe Dauidis; ſerra lignea ſectus à Manaſſe rege Iuda, ac conſanguineo.

Iſbaal [q], [i. habitatio, aut conuerſio, ſiue captiuitas patris,] princeps decimæ quartæ vicis Sacerdotalis. Similis vtcunque *Iſboſeth* [r], [i. vir confuſionis, vel ignominiæ,] quartus filius Saul Regis Iſraël, qui tribus prioribus cum patre occiſis in monte Gelboe, regnauit in Iſraël.

y Ioſ. 1.v.11. 14.15.
z Gen. 13. v.10.
a 2. Paral. 4. v.17.
b Ioſ. 2. v.7.
c 1. Paral. 4. v.34.
d 4. Reg. 11. v.2.
e 2 Paral. 22. v. 11.
f 1. Paral. 3. v.20.
g Cap. 4. v.35.
h Cap. 11. v.46.
i 2. Reg. 8. v. 16.
k 1. Paral. 11. v.43.
l 3. Reg. 4. v.17.
m 3. v.2.
n 3. Reg. 22. v.42.
o Gen. 30. v. 24. Pſal. 80. v. 6.
p Num. 13. v. 8.
q 1. Paral. 25. v.29.
r Iudith 8. v. 1.
ſ Eſdr. 10. v 40.
t Matth. 1. v. 18. 19. 20.
u Cap. 13. v. 55. & 27. v. 56. Marc. 6. v 3. & 15. v.40.
x Matth. 27. v.57. Marc. 15. v.43.
y Actor. 1. v. 23.
z Cap. 4. v. 36.
a Cap. 13. v.2.
b 1. Machab. 5. v.18.
c 2. Machab. 8 v.22.

d Cap. 2. v.2.
e 4. Reg. 22. v. 3.
f Deuter. 34. v.9. Ioſ. 1. v. 1. &c.
g 2. Machab. 2. v. 55.
h Eccl. 46. v.1.
i Num. 13. v.17.
k 1. Eſdr. 3. v.2.
l Eccl. 49. v. 14. Aggæi 1. v 12. 14.
m 1. Eſdr. 10. v. 31.
n 2. Eſdr. 12. v.24.
o Ioſ. 15. v. 55.
p 1. Paral. 12. v. 20.
q 2. Paral. 17. v.18.
r Cap. 24. v.26.
ſ Cap. 31. v.13.
t Cap. 35. v.9.
u Cap 26. v.4
x 1. Eſdr. 8. v.7. & 11. v 16.
y 1. Paral. 6. v 14.
z Aggæi 1. v.1. 1. Eſdr. 3. v.2. & 5. v.2. & 10. v.18.
a 4. Reg. 12. v.21.
b 2. Paral. 24 v. 26.
c 2. Reg. 20. v.26.
d Cap. 23. v.38.
e 1. Paral. 11 v.40.
f Verſ. 28.
g Gen. 4. v.18.
h Exod. 6. v 18. & 1. Paral. 6. v. 2. 38 & 23. v.12.
i Cap. 26. v.23
k Num. 3. v.19.
l 1. Paral. 24 v.22.
m Cap. 25. v.11.
n Ruth. 4. v. 17. & 1. Reg 16. v.3.
o Matth. 1. v.5.
p Iſai. 1. v. 1
q 1. Paral. 24 v.13.
r 2. Reg. 2 v 8. 9. 10.

Iſcariotes [t], ſic cognaminabatur Iudas Chriſti proditot. Sunt qui dicunt eſſe nomen patrium, à vico Iſcariot in Tribu Ephraim, ex quo otiundus tale monſtrum.

Iſmael [u], [i. exauditio Dei,] filius Abraham ex Agar ancilla. Ab eo nomen ſortiti ſunt Iſmaelitæ populi, [v], (quos Madian paſſim vocat Moyſes; & Euſebius Agarenus ſeu Saracenos,) & Iſmaelites [x], in numero ſingulati. *Iſmael* [y], filius Aſel de Tribu Beniamio: Scribitur & Iſmael [z]. *Iſmael* [a], filius Iohanan, ex Centurionibus cum quibus Ioiada Pontifex fœdus iniit ad conſtituendum Ioas regem Iuda. Similis eſt, idemque ſignificat *Iſmael*, filius [b] Nathaniæ de ſemine regio, qui cum aliis decem occidit Godoliam. Similis etiam vtcunque *Iſmiel* [c], vnus ex nominatis principibus Tribus Simeon, tempore Ezech Regis Iuda.

Iſraël [d], [i. prævalens, ſiue dominans cum Deo,] nomen quod inditum eſt Iacob ab Angelo poſt luctam; cuius & tota poſteritas paſſim in ſcriptura vocatur Iſraël, ſeu filij Iſrael, ſeu Iſraelitæ [e]; & Iſraelites in ſingulari ſi ſit vir; ſi fœmina, Iſraëlitis. Regnum item decem Tribuum poſt Schiſma à domo Dauid, vocatum eſt Iſraël. Similis vtcunque *Iſreela* [f], [i. prævalens Deo aut dominans Deo,] leuites, & princeps ſeptimæ vicis Cantorum.

Iſſachar [g], [i. merces, vel premium,] nonus filius Iacob ex Lia vxore. Eſt & nomen Tribus illius. *Iſſachar* [h], ſeptimus filius Obededom, cui benedixit Dominus.

Iſthemo [i], [i. ignis conſummationis,] ciuitas in Tribu Iuda.

Is-tob [k], [i. vir bonus,] regio, ex qua filij Ammon conduxerunt duodecim millia virorum contra Dauidem regem.

Italia [l], Europæ regio, & Romanorum patria, ſatis nota; prius Heſperia ab Heſpero Atlantis filio; vel Heſpero ſtella, quod occaſui ſit ſubiecta; poſteà Italia ab Italo Siculorum rege, qui agriculturam Italos docuit, & leges condidit. Sunt & Inſulæ Italiæ [m], i. maris magni ſeu mediterranei, quod eam ambit vndique, eâ parte exceptâ, quæ Alpium montibus vallatur. Eſt & Italica cohors [n], in qua Cornelius à Petro baptizatus erat Centurio.

Ithai [o], [i. ligo,] filius Ribai de Gabaath filiorum Beniamin, vnuſque ex triginta ſeptem fortiſſimis Dauid: dicitur & *Ethai* [p]. Similis vtcunque *Ithamar* [q], [inſula palmæ vel dactylorum,] quartus filius Aaron.

Ituraea [r], [i. cuſtodita,] Thraconitidis regio; à Ietur filio Iſmaëlis ſic dicta; vnde & Ituræi [ſ] populi.

Iubal [t], [i. inueteraſcens, germinans, iubilæus, vel buccina,] filius Lamech primi bigami, ex Ada vxore. Similis idemque ſignificans *Iubilaus* [v], ſolemnitas quinquageſimo quolibet anno celebrata apud Hebrços. vide lib. 1. Obſeruat. de anno Sabbatico & Iubilæo.

Iucadam [x], [i. incendium populi,] ciuitas in Tribu Iuda. Similis *Iuchal* [y], [i. Domini conſummatio,] filius Selemiæ, miſſus à Sedechia Rege Iuda ad Ieremiam Prophetam, vt Deum pro ipſis oraret.

Math. 10. 4. & 26. v. Gen. 16. 11. Cap. 37. 25. 1. Paral. 2. 17. Cap. 8. v. Cap. 9. v. 2. Paral. 23. 1. Ier. 41. v. 1. 1. Paral. 4. 36. Gen. 35. v. 2. Reg. 5. v. 8. 1. Paral. 25. 14. Gen. 30. v. 18. 1. Paral. 26. 5. Ioſ. 15. v. 2. Reg. 10. v. 6. 8. Num. 24. v. 4. Iſai. 6. v. 19. Ezech. 27. v. 6. Actor. 10. v. 1. 2. Reg. 23. v. 9. 1. Paral. 11. v. 31. Exod. 6. v. 23. & 1. Paral. 6. v. 3. Luc. 3. v. 1. 1. Paral. 5. v. 19. Gen. 4. v. 21. Leuit. 25. v. 11. Num. 36. v. 4. Ioſ. 15. v. 55. Ierem. 37. v. 3.

Iud [z], [i. laudans, confitens,] vrbs in Tribu Dan.

Iuda [a], vnus ex Leuitis qui repudiarunt vxores alienigenas ſub Eſdra. *Iuda* [b], filius Ioanna in Chriſti linea.

Iudas [c], [i. laudatio, confeſſio,] quartus filius Iacob, cui tamen datus eſt principatus, Patriarcha ſuæ Tribus Iuda [d] ad Auſtrum terræ Sanctæ. Eſt & deſertum Iuda ad meridiem vrbis Arad [e]: Idem vt credo, ac deſertum Iudææ, vbi Ioannes Præcurſor Domini prædicabat baptiſmum pœnitentiæ [f]; cuius & alibi fit mentio [g]. Eſt & ciuitas *Iuda* [h], ad quam per montana profecta eſt Virgo Maria, vt ſalutaret Elizabeth conſanguineam ſuam. Eſt & *Iudaa* regio in Aſia minori, quæ vt pluſimum ſumitur pro terra duarum Tribuum tantum, videlicet Iuda & Beniamin; quæ poſt Schiſma relictæ ſunt domui Dauid. Aliquando vſurpatur pro tota terra duodecim Tribuum, quæ & terra Chanaan [i], & terra repromiſſionis [k], & terra ſancta [l], & terra fluens lacte & melle, præcipua terrarum omnium [m] nuncupata eſt. Eius terminos ac ſingulatum Tribuum aſſignat Ioſue [n]. Eſt & deſertum Iudææ [o], de quo ſupra. Sunt & Iudææ fines vltra Iordanem [p], ad quos venit Chriſtus. Sunt & Iudæi populi [q], & Iudaiſmus. i. religio Iudæorum [r]. *Iudas* Machabæus fortis viribus, filius Mathathiæ. *Iudas* [ſ], filius Calphi, princeps militiæ exercitus ſub Ionatha. *Iudas* [u], Simonis Machabæi filius Senior. *Iudas* [x], filius Alphæi, vnus ex duodecim Chriſti Apoſtolis, frater Iacobi minoris; idemque dicitur Iudas Iacobi [y]: dicitur & Thaddæus [z]. *Iudas* [a], Iſcariotes, Apoſtolus & traditor Chriſti. *Iudas* [b] qui cognominabatur Barſabas, miſſus ab Eccleſia Antiochiam cum Paulo, & Barnaba, & Sila viris primatiis.

Iudith [c], [i. laudans, confitens,] filia Beeri, altera vxor Eſau. *Iudith* [d], filia Merari, & vidua Manaſſe de Tribu Simeon, quæ amputauit caput Holoferni, & Bethuliam liberauit. Similis eſt *Iudi* [e], filius Nathaniæ, miſſus à principibus ad Baruch, vt deferret, legeretque librum, quem ei dictauerat Ieremias.

Iulius [f], Centurio cohortis auguſtæ, cui Paulus, appellato Cæſare, traditus eſt à Feſto, vt Romam duceretur. Similes ſunt *Iulia* [g], quam ſalutat Paulus ad Romanos ſcribens. Et *Iunia* [h], cognatus & concaptiuus Pauli cum Andronico.

Iuniperus [i], ſub quo ſedens Elias Propheta, Angelo miniſtrante, ſemel iterumque comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & noctibus.

Iupiter [k], filius Saturni iuxta Ethnicos, Deorumque maximus; idem qui Nemrod [l] apud Hebræos, filius Chus primogeniti Cham filij Noë.

L

L*Aad* [m], [i. laudans, ad laudandum,] filius Iahath, de Tribu Iuda. Similes ſunt *Laada* [n], [i. tranſiens, prædans,] filius Sela filij Iuda, & *Laadan* [o], [i. pro voluptate, pro ornatu eatum, vel pro teſtimonio earum,]

z Ioſ. 19. v. 44. a 1. Eſdr. 10. v. 23. b Luc. 3. v. 26. c Gen. 29. v. 35. d Ioſ. 15. v. 1. e Iudic. 1. v. 16. f Math. 3. v. 1. g Pſal. 62. v. 3. & 1. Reg. 25. v. 14. h Luc. 1. v. 39. i Gen. 11. v. 12. Num. 13. v. 3. k Hebr. 11. v. 9. l Sapi. 12. v. 1. & 2. Machab. 1. v. 17. m Iſai. 20. v. 150. o Cap. 18 v. 19. o Marc. 5. v. 1. p Cap. 10. v. 9. q Reg. 25. v. 25. r Galat. 1. v. 14. ſ 1. Machab. 2. v. 4. t Cap. 11. v. 70. u Cap. 16. v. 2. x Math. 10. v. 4. y Actor 1. v. 13. z Math. 10. v. 3. & Marc. 3. v. 18. a Math. 10. v. 4. & 20. v. 14. b Actor. 15. v. 22. c Gen. 26. v. 34. d Iudith. 8. v. 1. e Ierem. 36. v. 14. 15. f Actor. 26. v. 32. & 27. v. 1. g Rom. 16. v. 15. h Rom. 16. v. 7. i 3. Reg. 19. v. 4. k Actor. 14. v. 13. & 19. v. 35. l Gen. 10. v. 6. 7. 8. m 1. Paral. 4. v. 2. n v. 21. o Cap. 7. v. 26.

filius

filius Thaan de Tribu Ephraim.

Laban [p], [i. albus, candidus,] filius Bethuelis, & frater Rebeccæ vxoris Iſaac. *Laban*, locus in deſerto, iuxtà quem Moyſes Deuteronomium perlegit filiis Iſraël.

Labana [q], [i. Luna, albedo, aut thus,] ciuitas in Tribu Iuda: Eadem quæ & *Lebna* [r] & *Lobna* [ſ], infrà. Similis eſt, idemque ſignificat *Labanath* [t], vrbs in Tribu Aſer.

Lachis [u], [i. ambulans, vel vadens extitit,] vrbs fortiſſima, tradita Tribui Dan [x], cùm priùs eſſet Tribus Iudæ [y]. Hanc Roboam muniuit [z]; cepit Sennacherib rex Aſſyriorum ſub Ezechia [a].

Lacus [b], inter duos muros ad aquam piſcinæ veteris, in vrbe Ieruſalem. *Lacus* [c] Melchiæ filij Amelech, i. regis, qui erat in veſtibulo regij carceris, in quem fuit proiectus Ieremias. Eſt etiam in vrbe Ieruſalem *Lacus* [d] Maſphat, in cuius medio perfidus Iſmael filius Nathaniæ occidit ſeptuaginta viros ex illis octoginta qui venerant de Sichem, de Silo, & de Samaria, raſi barba & ſqualentes; & munera & thus portantes, vt offerrent in domo Domini.

Lael [e], [i. ipſi Deo, aut ipſi potenti,] pater Eliaſaph principis duplicis familiæ Gerſon, nempè Lebniticæ & Semeiticæ, quæ metebantur in deſerto poſt Tabernaculum ad occidentem. Similis vtcunque *Labela* [f], [i. tabula viridis, aut recens,] ciuitas Medorum: eadem ac Hala ſuprà.

Lahem [g], [i. pania, pugna, vel bellum,] eadem ac Bethlehem Iuda, ſuprà.

Lais [h], [i. leo,] vrbs ſita in valle regionis Rohob, quam ſexcenti viri de Tribu Dan percuſſerunt in ore gladij, & vocauerunt Dan, ſuprà. *Lais* [i], pater Phaltiel mariti Michol filiæ Regis Saul. Similis *Laiſa* [k], [i. leæna,] vrbs in Tribu Iuda, aut Beniamin.

Lamech [l], [i. pauper humiliatus, percuſſus,] filius Matuſael de ſtirpe Cain, primus bigamus, & ſecundus homicida; occidit enim Cain. *Lamech* [m], filius Mathuſala, & pater Noë in Chriſti linea. Similis vtcunque *Lamuel* [n], [i. cum illis Deus, aut cum quo eſt Deus,] nomen myſticum regis, quem erudit mater ſua.

Lampſacus [o] Myſiæ, ciuitas ad Helleſpontum.

Laodicia [p], [i. populus iuſtus, Græcè,] in Aſia minori, vna ex Eccleſiis, quas regebat Ioannes Apoſtolus, haud procul ab Hierapoli & Coloſſis; vnde Laodicenſes [q], quaſi populi iuſti.

Lapis Boen [r] filij Ruben: dicitur & Abenboen, ſuprà. *Lapis* [ſ] *pragrandis*, quem poſuit Ioſue ſubter quercum quæ erat in Sanctuario Domini iuxtà Sichem. *Lapis* [t] *adiutorij*, locus in Tribu Dan, vbi caſtrametati ſunt filij Iſraël contra Philiſtæos. Sic dicitur per anticipationem, Samuel enim poſteà loco illi id nomen indidit. vide ſuprà *Becchar*. *Lapis* [v] *Ezel* in Tribu Beniamin. Hìc latuit Dauid expectans reſponſum Ionathæ, qui in eum locum ſagittas dirigens, Saulis patris ſui animum ei indicauit; eumque oſculatus, poſt fœdus initum, flens flentem dimiſit. *Lapis* [x] *Angularis*, ſolidum eſt montis Sion fundamentum, ſpiritualiter Chriſtum, qui

p Gen. 24. v. 29.
q Ioſ. 15. v. 42.
r Cap. 21. v. 13.
ſ Ibidem.
t Cap. 19. v. 26.
u Cap. 10. v. 5.
x Adrichom.
y Ioſ. 15. v. 39.
z 2. Paral. 11
a 4. Reg. 18. v. 13. 14.
b Iſai. 22. v. 11.
c Ierem. 38 v 6
d Cap. 41. v. 4. 1. 5. 6. 7.
e Num. 3. v. 24.
f 1. Paral. 5. v. 26.
g Cap. 4. v. 22.
h Iudic. 18 v. 7. 27.
i 1. Reg. 25. v. 44. & 2. Reg. 3. v. 15.
k Iſai. 10. v. 30.
l Gen. 4. v. 18. 19. 23.
m Cap. 5. v. 25. Luc. 3. v. 36.
n Prouerb.
o 2. Machab 15. v. 23.
p Coloſſ. 4 v. 13.
q v. 16.
r Ioſ. 18. v. 18.
ſ Cap 24. v. 1. 26.
t 1. Reg. 4. v. 1.
u 1. Reg. 20. v. 19.
x Iſai. 28. v. 16. Pſal 117. v. 1. Eſdr. 3. Actor. 4. Rom. 9. 1. Petr. 2.

firmum & ſtabile Eccleſiæ fundamentum eſt, præfigurans. *Lapis* [y] *Zoëleth*, in horto regio ſuburbiorum Ieruſalem, iuxtà quem lapidem Adonias filius Dauid ex Haggith, cùm regnare inſtituiſſet, immolauit victimas, & vnà cum ſuis Aſſeclis conuiuium fecit. Similis vtcunque eſt *Lapidoth* [z], [i. fulgura, lampades,] maritus Debboræ Prophetidis & Iudicis Iſraël.

Lazarus [a], [i. cui auxilio eſt Deus,] nomen mendici, quem diues epulo vidit in ſinu Abrahæ. *Lazarus* [b] à Bethania, frater Mariæ Magdalenæ, & Marthæ, quem iam fœtidum ac quatriduanum Chriſtus ſuſcitauit à mortuis.

Lebaoth [c], [i. leænæ, ſiue cordis ſignum,] vrbs aſſignata Tribui Simeon, fuerat tamen ſortis Iudæ.

Lebna [d], [i. luna, albedo, aut thus,] manſio XVII. filiorum Iſraël in deſerto. *Lebna*, ciuitas in Tribu Iuda; eadem quæ Labana [e], ſupra. Similis idemque ſignificat *Lebona* [f], oppidum propè Sichimam.

Lebni [g], filius Gerſon filij Leui: dicitur & Lobni, infrà.

Lechi [h], [i. maxilla,] locus in Tribu Iuda, in quo Samſon, maxillâ aſini, occidit mille Philiſtæos, vnde vocatus eſt idem locus *Ramath-lechi* [i], eleuatio maxillæ, & fons [k] inuocantis de maxilla, quia è molari dente huius maxillæ, egreſſæ ſunt aquæ, quibus Samſon refocillatus eſt. Similes ſunt *Leci* [l], [i. lex mea, vel doctrina mea,] filius Semidæ filij Galaad de Tribu Manaſſe. Et *Lecum* [m], [i. reſurgens, confirmans,] ciuitas in Tribu Nephtali.

Leedan [n], [i. pro voluptate, vel deuorans iudicium,] qui & *Ledan* [o], vir de cognatione Gerſon filij Leui.

Lehemam [p], [i. panis, aut pugna earum,] ciuitas in Tribu Iuda. Similis vtcunque *Leheth* [q] hebraicè *Iahath*, [i. conterens, vel frangens, vel terrens,] filius Semei, Leuites de ſtirpe Gerſon.

Leſa [r], [i ad damnandum vel ſaluandum,] ciuitas in Tribu Ruben: dicitur *Callirhoë* à D. Hieronymo [ſ], i. Græcè, egregiè fluens] ibi enim in rupe, duo velut vbera paululum inter ſe diſtantia eminent, ex quorum vno, fons calidiſſimus & dulcis profluit: ex altero frigidiſſimus & amarus: vtriuſque tamen aquæ commixtæ, lauacrum gratiſſimum, multiſque morbis, neruorum potiſſimum contractioni ſalutare præbent. Similis eſt *Leſem* [t], [i. lygurius lapis,] eadem quæ Dan, & Cæſarea Philippi, ſuprà.

Leui [v], [i. copulatus,] tertius filius Iacob ex Lia, cuius poſteritas ſeu Tribus, in ſortem Dei eſt electa; & in miniſterium Tabernaculi, ac Templi aſſumpta. Hinc Leuites ſeu Leuita, & in plurali Leuitæ, qui ſunt de hac Tribui Leui. *Leui* [x], pater Mathat in Chriſti linea. *Leui* [y] alius, pater alterius Mathat in eadem Chriſti genealogia. *Leui* [z] quoque vocabatur Matthæus Apoſtolus ante vocationem ad Apoſtolatum. Similis vtcunque eſt *Leuiathan* [a], magnus piſcis marinus, mole ingens; metaphoricè pro cacodæmone vſurpatus.

Lia [b], [i. laborioſa, fatigata,] filia Laban,

y 3. Reg. 1. v. 9.
z Iudic. 4. v. 4.
a Luc. 16. v. 20.
b Ioan. 11. v. 1.
c Ioſ. 15. v. 32.
d Num 33. v. 20.
e Ioſ. 10. v. 30.
f Iud. 21. v. 19.
g Num. 3. v. 18.
h Iudic. 15 v. 9.
i v. 17.
k v. 19.
l 1. Paral. 7. v. 19.
m Ioſ. 19. v. 33.
n 1. Paral. 23. v. 7.
o Cap. 26. v. 21.
p Ioſ. 13. v. 40.
q 1. Paral. 23. v 10.
r Gen. 10. v. 19.
ſ In Geneſ.
t Ioſ. 19. v. 47.
u Gen. 29. v. 34.
x Luc. 3. v. 24.
y v. 29.
z Matth. 9 v. 9. Luc. 5 v. 27.
a Iob. 40. v. 20.
b Gen. 29. v. 16.

ban, natu maior; & prima vxor Iacob; lippis quidem oculis, ſed fœcunda. Similis vtcunque *Linus* [c], [i. rete, ratiaculum, vel linea piſcatoria, vel chordæ citharæ,] Pauli coadiutor, & Petri ſucceſſor in Pontificatu

Libanus [d], [i. albus candidus, aut thus, vel cordis filiatio] inſignis Phæniciæ mons, perpetuis niuibus albeſcens, thuris ferax fragrantiſſimi, medicinæ hortus, terræ ſanctæ terminus Septentrionalis. De libano, & de Cedris Libani, frequens mentio in ſcriptura. Eſt & *Turris Libani* [e], de qua infrà. *Planities Libani* [f], & *regio Libani* [g]. Ex aduerſo autem Libani eſt *Antilibanus*; de quo Plinius [h]; mons excelſus à quo omnis regio quæ ceſſit in ſortem Tribus Manaſſe, Antilibanus appellatur.

Libya [i], regio; Hebraicè Phut: & interpretatur Africa; au Syriacè, craſſa vel pinguis. Duplicem ſtatuit Libyam D. Hieronymus, vnam Æthiopum, de qua ſæpiùs Prophetæ: aliam Cyrenaicam, de qua in Actibus Apoſtolorum [k]. Hinc *Libyes* [l], ſcilicet populi Libyæ.

Lingua [m] maris ſalſiſſimi ſeu mortui, in Tribu Iuda, in quo Iordanis abſorbetur, inde ſubterraneis meatibus in mare quoddam euoluitur.

Lithoſtrotos [n] Græcè [i. lapidibus ſtratus; Hebraicè Gabbatha,] locus vbi erat Tribunal Pilati, in quo & ipſe ſedit Chriſtum morti adiudicatutus, eum tamen abſoluere cupiens lauit manus ſuas coram omni populo dicens: [Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius [o], vos videritis.]

Lobna [p], [i. luna, albedo, thus,] ciuitas Sacerdotalis in Tribu Iuda, olim regia: in quibuſdam exemplaribus dicitur *Lebna*. Similis eſt, idemque ſignificat *Lobni* [q], filius Gerſon filij Leui: dicitur & *Lebni*, ſupià.

Locus [s] flentium ſiue lachrymarum in Tribu Beniamin: dicitur à D. Hieronymo Græcè Clauthmon, à planctu enim filiorum Iſraël, ad Angeli increpationem ſubſecuto numen accepit. *Locus* [t] Idolorum, per quem Aod, occiſo Eglon Rege Moab, effugit. *Locus* [v] ſpeluncæ, quem inuenit Ieremias in quo Moyſes aſcendit, & vidit hæreditatem Dei; Et illuc intulit Tabernaculum & Arcam, & Altare incenſi, & oſtium obſtruxit. *Locus* [x] campeſtris, in quo ſtetit Chriſtus cum deſcendiſſet de monte, in quo pernoctauerat in oratione.

Lod [y], [i. natiuitas, generatio,] ciuitas quam Samad de Tribu Beniamin ædificauit. Similis vtcunque *Lodabar* [z], [i. ipſimet peſtis vel mors,] ciuitas in qua morabatur Miphiboſeth claudus, filius Saol, in domo Machir filij Ammiel.

Lot [a], [i. inuolutus, cooperatus,] filius Aran fratris Abrahæ. Eſt & ſpelunca *Lot* [b], in qua manſit Lot & duæ filiæ eius virgines, quæ eum inebriauerunt: & ambæ ex eo conceperunt. Similis eſt, idemque ſignificat *Lotan* [c], primogenitus Seir Horræi, primuſque è ſeptem ducibus Horræorum.

Lucas [d]; [i. ipſi reſurrectio, Latinè, à luce,] medicus, Pauli Chariſſimus, qui ſcripſit Euangelium, & Acta Apoſtolorum. Similis *Lucius* [e] Cyrenenſis, Propheta & doctor, & cognatus Pauli [f].

Lucus [g] conſecratus ſacris Priapi, in quibus Princeps erat Maacha mater Aſa Regis Iuda. *Lucus* [h], qui permanſit in Samaria, etiam poſtquam liberatus eſt Rex Ioachaz & Iſraël de manu regis Syriæ. *Lucus* [i] Baal, qui erat in domo Domini, quam pius Ioſias Rex Iuda inde abſtulit, & combuſſit in conualle Cedron.

Lud [k], [i. natiuitas, generatio,] quartus & penultimus ex filiis Sem, à quo Lidij dicti. Similis eſt, idemque ſignificat *Ludim* [l] filius Meſraim filij Cham, & vtcunque *Luith* [m], [i. tabularum, tabulæ,] vrbs in regione Moab, ac Tribu Ruben.

Luza [n], [i. corylus, i. auellana,] vrbs in Tribu Ephraim iuxtà Sichem: dicta eſt Bethela à Patriarcha Iacob, cum ei dormienti apparuiſſet ibi Deus, innixus ſcalæ. *Luza* [o], in terra Hethim, ab eo, qui veterem Luzam domui Ioſeph prodidit, condita.

Lycaonia [p], [i. lupina, Græcè,] Aſiæ minoris regio propè Phrygiam, à qua montibus ſeparatur; in qua Paulus & Barnabas prædicarunt, Cappadociæ conterminа [q]. Similis eſt, idem ſaltem ſignificat *Lycia*, Prouincia Aſiæ minoris; Regio inter Pamphyliam & Cariam [r].

Lyda [s], quæ & *Lydda* [t], ciuitas in Tribu Ephraim, in littore maris magni ſita: in ea Petrus Æneam Paralyticum ſanauit [u]. Tempore D. Hieronymi Dioſpolis appellabatur. i. Iouis ciuitas. Similis eſt *Lydia* [x], mulier purpuraria, colens Deum, ad fidem conuerſa. Eſt apud auctores prophanos, Aſiæ minoris Prouincia, inter Cariam & Phrygiam [y]; à qua dicti Lydij [z] populi,

Lyſias [a], [i. diſſoluens,] Princeps quidam ab Antiocho Epiphane ſuper negotia regia, & medium exercitum præpoſitus. *Lyſias* [b] Claudius prænomine, Tribunus, qui eripuit in Ieruſalem Paulum de manibus Iudæorum, miſitque eum ad Cæſaream Paleſtinæ ad Fœlicem præſidem. Similis vtcunque *Lyſanias* [c], procurator à Romanis conſtitutus ſuper Abilinam regionem: à Nicephoro, & Beda habetur Herodis magni filius, non autem à Ioſepho.

Lyſtra [d], ciuitas Lycaoniæ in Aſia minori, vbi Paulus ſolo verbo ſanauit claudum ex vtero matris ſuæ. *Lyſtra* [e], quæ eſt Lyciæ, vbi Iulius Centurio cohortis italicæ, Paulum ad Cæſarem ducens, tranſpoſuit eum in nauem Alexandrinam.

M

MAacha [f], [i. compreſſa,] filius Nachor fratris Abrahæ ex Roma concubina. *Maacha* [g], filia Tholmai, ſeu Tholomai regis Geſſur, & vxor Dauidis, ex qua genuit Abſalon, & Thamar. *Maacha* [h], vxor Machir filij Manaſſe. *Maacha* [i], concubina Caleb. *Maacha* [k], vxor Abigabaon de Tribu Beniamin; qui & Iehiel [l], ſuprà. *Maacha* [m], regio, cuius regem conduxit ſibi Hanon rex Ammon contra Dauidem. *Maacha* [n], filia Abeſſalom infœlicis illius patricidæ vxor,

Roboam,

c 2. Timoth. 4 v. 21. — d Cant. 4. v. 8. 14. 15. — e Cap. 7. v. 4. — f Ioſ. 11. v. 17. — g Cap. 13. v. 5. — h lib. 5. cap. 20. — i Ezech. 27. v. 10 & 30. v. 5. & 38. v. 5. Ierem. 46. v. 9. Dan. 11. v. 43. — k Cap. 2. v. 10. — l 2. Paral. 12 & 16. v. 8. Nahum. 3. v. 9. — m Ioſ. 15. v. 2. — n Ioan. 19. v. 13. — o Matth. 27. v. 24. — p Ioſ. 21. v. 13. — q — r — s Iudic. 2. v. 1. — t Iudic. 3. v. 26. — v 2. Machab. 2. v. 5. — x Luc. 6. v. 17. — y 1. Paral. 8. v. 12. 1 Eſdr. 2. v. 33. & 2. Eſdr. 7. v. 37. — z 2. Reg. 9. v. 4. 5. — a Gen. 11. v. 27. — b Cap. 19. v. 30. 31. — c Cap. 36. v. 20. — d Coloſſ. 4. v. 14.

e Actor. 13. v. 1. — f Rom. 16. v. 21. — g 3. Reg. 15. v. 13. — h 4. Reg. 13. v. 6. — i Cap. 23. v. 4. — k Gen. 10. v. 22. — l Cap. 10. v. 13. — m Iſai. 15. v. 5. — n Gen. 28. v. 19. — o Iudic. 1. v. 26. — p Actor. 14. v. 6. — q Volaterr. lib. 10. — r 1. Machab. 15 v. 23. & Act. 27. v. 5. — s 1. Machab 11. v. 34. — t Actor. 9 v. 19. — u v. 33. 34. — x Cap. 16. v. 14 — y Strabo lib. 13. — z Ierem. 46. v. 9. Ezech. 27. v. 10. — a 1. Machab. 3. v. 32. — b Actor. 23. v. 26. & 24. v. 7. 23. — c Luc. 3. v. 1. — d Actor. 14. v. 6. 7. — e Cap. 27. v. 6. &c. — f Cap. 22. v. 24. — g 2. Reg. 3. v. 3. & 1. Paral. 3. v. 2. — h Cap. 7. v. 16. — i Cap. 2. v. 48. — k Cap. 8. v. 29. — l Cap. 9. v. 35. — m 2. Reg. 10. v. 6. 8. & 1. Par. 19. v. 6. 7. — n 3. Reg. 15. v. 2.

Roboam, & mater Abia regis Iuda: dicitur & mater. i. auia Aſa filij Abiam: dicitur [o] & *Michaia* [p], filia Vriel de Gabaa. Michaia namq; & Maacha eadem mulier eſt, ex Vriele filio Abſalom vt immediato parente nata: qui quidem Vriel ob notam paterni criminis, occurſum aui ſui Dauidis fugiens, domicilium ſuum in Gabaa fixiſſe videtur. Similis eſt *Maachati* [q], [i. compreſſus, vel attritus,] pater Iezoniæ vnius ex eis qui venerunt ad Godoliam.

Maala [r], [i. chorus, tibia, dolor,] filia Salphaad de Tribu Manaſſe. Similis eſt *Maara* [s], [i. euacuatio, diſcooperiens, euigilans,] Sidoniorum, in Tribu Aſer. i. ſpelunca Sidoniorum; poſteà cauea Tyri dicta eſt ſpelunca inexpugnabilis, & Chriſtianorum municipium, quod anno Chriſti 1167. præſidiarij milites pecuniâ corrupti Sarracenis tradiderunt.

Maaſia [t], [i. opus Domini,] doctor, vnuſque ex tribus ducibus exercitus Oziæ regis Iuda. *Maaſia* [u], pater Sophoniæ vniuſque ex duobus qui à Sedechia rege Iuda miſſi ſunt ad Ieremiam Prophetam. *Maaſia* [x], princeps ciuitatis Ieruſalem, vnuſque ex iis quos miſit pius Ioſias, vt inſtaurarent domum Domini. *Maaſia* [y], [i. ſpes Dei, vel protectio Dei,] pater Neriæ patris Baruch Prophetæ & Scribæ Ieremiæ, patriſque Saraiæ Principis prophetiæ, cui in Babylonem cum Sedecbia rege Iuda proficiſcenti dedit Ieremias librum ſcriptum contra eandem Babylonem, mox vt perlectus foret, alligato ei lapide in Euphratem proiiciendum [z]. *Maaſia* [a], [ideſt, opus Domini,] tres diuerſi de filiis Sacerdotum, qui ſub Eſdra repudiarunt mulieres alienigenas. Similes ſunt *Maazia* [b], [ideſt, fortitudo Domini,] vnus ex Sacerdotibus qui ſignarunt fœdus cum Eſdra. Et *Mazian* [c], princeps vigeſimæ quartæ ſeu vltimæ vicis Sacerdotalis. Et *Maaſai* [d], [i. opera mea,] filius Adiel de genere Sacerdotali.

Maaſias [e], [ideſt, opus Domini,] vnus ex Centurionibus quos aſſumpſit Ioiada Pontifex, vt Ioas ſeptennem, Regem Iuda conſtitueret. *Maaſias* [f], filius Achaz regis Iuda, quem occidit Zechri vir potens in Ephraim.

Mabſam [g], [ideſt, aromatizans,] quartus è duodecim filiis Iſmaëlis. Similis eſt *Mabſar* [h], [ideſt, muniens, prohibens, vindemia,] vicus grandis, cui præerat nonus ex vndecim ducibus Eſau, pertinens ad vrbem petram.

Maceſ [i], [ideſt, finis, vel finiens,] locus cui præerat Bendecar, ſecundus ex duodecim præfectis annonæ Salomonis. Similes ſunt *Maceda* [k], [ideſt, incendium,] ciuitas Iudæ, in cuius ſpelunca abſconderunt ſe quinque reges cæſi à Ioſue. Et *Macedonia*, [ideſt, incendium,] latiſſima Europæ regio Græcorum imperio olim clariſſima; & tenuibus initiis, regum prudentiâ, Gentiſque fortitudine, eo magnitudinis excreuit, vt centum & quinquaginta populorum fieret domina: ab ortu, Ægæo mari; ab occaſu, Adriatico abluitur: Septentrionalem plagam Dalmatia, Mœciaque: Macedoniam Epirus excipit. Hinc nomen Gentile *Macedo* [l], i. ex Macedonia oriundus; & Macedones [m].

Macelloth [n], [ideſt, virga, baculus,] vnus ex filiis Abigabaun ſeu Iehielis. Similis eſt *Maceloth* [o], [ideſt, Eccleſia, cœtus,] manſio XXII. filiorum Iſraël in deſerto. Et vtcunque *Macenias* [p], [ideſt, poſſeſſio Domini, ædificatio Domini,] vnus ex Cantoribus qui in cytharis pro octaua canebant epinicion, tempore Dauidis.

Machati [q], [i. compreſſa,] regio ex qua oriundus erat Eſtbamo. *Machati* [r], [ideſt, compreſſus,] auus Eliphelet vnius ex fortibus Dauidis.

Machbanai [ſ], [i. miſer ſiue pauper filius, paupertas aut humiliatio filij,] vndecimus ex principibus fortiſſimis Tribus Gad, qui tranſfugerunt ad Dauidem dum lateret in deſerto. Similis eſt *Machbena* [t], [ideſt, paupertas, aut percuſſio filij eius, locus, cuius pater. i. princeps fuit Sue filius Saaph de Tribu Iuda.

Machir [v], [i. venditor,] filius Manaſſe, & pater Galaad; ab illo orta familia Machiritarum [y]. *Machir* [z], filius Ammiel, in cuius domo morabatur Miphiboſeth filius Ionathæ, cum Dauid fecit eum ſibi commenſalem. Similis eſt *Machi* [a], [ideſt, percuſſor, aut pauper,] pater Guel principis Tribus Gad, vniuſque exploratorum terræ Chanaan.

Machmas [b], [i. percuſſor, pauper ablatus,] ciuitas Ephraim. In hac Ionathas Machabæus habitauit [c]: atque hic B. Deipara puerum Ieſum non eſſe in comitatu perecepiſſe fertur [d]: dicitur & *Mechmas* [e].

Machmethath [f], [i. percuſſoris vel pauperis donum,] terminus Tribus Ephraim ad Aquilonem. *Machmethath* [g], terminus dimidiæ Manaſſe trans Iordanem à Tribu Aſer.

Madaba [h], ciuitas in qua habitabant filij Iambri, qui comprehenderunt Ioannem fratrem Ionathæ & Simeonis, qui in vltionem ſanguinis fratris ſui conuerterunt nuptias eorum in luctum.

Madai [i], [i. menſura, indumentum,] filius Iaphet; hic Medorum genti nomen dedit. Similis eſt *Madan* [k], [i. litigium, iudicans, menſura, indumentum,] tertius filiorum Abrahæ ex Cetura.

Madian [l], [i. iudicium, vel iudicans, vel obiurgans,] quartus filiorum Abrahæ ex Cetura; à quo terra Madian [m] & terra Semelec Camelorum ferax, & vrbs regia Madian, quò fugit Moyſes [n] occiſo Ægyptio; & vbi habitabat Iethro Socer Moyſis; & Sacerdos Madian [o], trans Arabiam ad meridiem Iudææ, in deſerto Saracenorum. Inde nomen Gentile Madianita [p], & Madianitis [q]. *Madian* [r], ciuitas in regione Moab, & ſortis Tribus Ruben.

Madmena [ſ], [i. menſura numeri,] ciuitas in Iuda, cuius pater. i. princeps, fuit Saaph: volunt aliqui eandem eſſe ac Berſabee: alij tamen aiunt, in eius vicinia tantum eſſe poſitum.

o v.10.
p Cap. 13. v.2.
q 4. Reg.25. v.23.
r Num.26.v.33.& Ioſ. 17. v.3.
ſ Cap.15.v.4.
t 2.Paral 26. v.11.
u Ierem. 21. v.1.
x 2.Paral. 34. v.8.
y Ierem 32. v.12.Baruch. 1.
z Ierem. 51. v.59. 60.
a 1. Eſdr.10. v.18.21.22.
b 2.Eſdr. 10. v.8.
c 1.Paral.24. v.18.
d Cap 9.v. 12.
e 2.Paral.23. v. 1.
f Cap.28. v.7.
g Gen.25. v 13.& 1. Par 1.v.25.
h Gen.36. v. 42.
i 3.Reg.4. v.9.
k Ioſ.10. v. 16.& 25.v. 41.

l 1. Mach.1. v.1. Actor. 16.v.9.
m Cap.19. v. 29.
n 1. Paral 8. v 32.& 9. v. 35.37.
o Num. 33.v. 23.
p 1.Paral.25. v.15.
q Cap. 4. v. 19.
r 2.Reg.23. v.34.
ſ 1. Paral.12. v.13.
t Cap.2. v. 49.
u Gen.50. v 23.
x
y Num.26.v 29.
z 2.Reg.9.v 4.5.
a Num.13.v 16.
b 1. Reg.13 v. 23. & Iu dic.5. v.14.
c 1. Machab 9. v.73.
d Ita Adr chom.
e 2. Eſdr.1 v. 31.
f Ioſ.16. v.
g Cap. 17. v 7.
h 1.Machab 9.v. 36-57.
i Gen.10.v
k Cap. 25. v.2.
l Ibidem.
m Habac. v.7.
n Exod.2. 15.
o Cap.3. v 31.
p Gen.37.v 28.
q Num.2 v.6.
r Gen. 35. 36.& Ioſ v.21.
ſ 1. Paral v.49.

Madon [t], [i. iurgium, aut indumentum, vel menſura eius.] ciuitas, cuius Rex erat Ioab, tempore Ioſue.

Magala [u], [i. ſemita, plauſtrum, vitula,] nomen loci ad quem venit Dauid, adhuc paſtor ouium, inuiſens fratres ſuos in exercitu Saul. Similes *Magdalel* [x], [i. turris ſiue magnitudo Dei,] ciuitas in Tribu Nephtali. Et *Magdiel* [y], [i. annuntians Deum, ſeu pomum Dei,] ciuitas vnius ex Ducibus Eſau. Et *Magdalgad* [z], id eſt, turris felix, ſiue magnitudo felicitatis,] ciuitas in Tribu Iuda.

Magdalum [a], vrbs Ægypti, iuxtà Taphnim & oſtia Nili [b]: vbi morabatur Ieremias Propheta, cum occiſo Godolia à profugis Iudæis abductus eſt ab Ieruſalem in Ægyptum. *Magdalum* [c] locus inter quem & mare rubrum fuit manſio IV. filiorum Iſraël. Similis eſt vtcunque *Magdalena* [d], [i. magnifica, magnificata, vel exaltata,] cognomen Mariæ ſororis Lazari & Marthæ: cui dimiſſa ſunt peccata multa, quia dilexit multum.

Magedan [e], [id eſt, annunciatio, euangelizatio, aut pomum Dei, vel fructus electus Dei] ciuitas in dimidia Manaſſe trans Iordanem, & in littore ſtagni Genezareth, vocatur & Dalmanutha [f], vbi Phariſæi & Sadducæi ſignum de cœlo petierunt à Chriſto. In Græco eſt Magdala.

Mageddo [g], [i. deliciæ eius,] ciuitas in dimidia Manaſſe cis Iordanem, quam inſtaurauit Salomon [h]. Inde campus Mageddo nomen ſumpſit, de quo Prophetauit Zacharias [i]. Similis vtcunque *Mageth* [k], [i. torcular, liquefactio,] ciuitas magna & munita in Tribu Gad.

Magog [l], [i. tabefactus, liquefactus,] filius Iaphet, à quo Scythæ genus ducunt. Eſt & terra *Magog* [m].

Magron [n], [i. timor, ſiue horreum,] vrbs in Benjamin, vbi erat malogranatus, ſub qua morabatur Saul, cum Ionathas filius eius cum ſolo armigero inuaſit ſtationem Philiſtinorum. Per illam tranſiuit Sennacherib, cum iret oppugnatum Ieruſalem [o].

Mahalath [p], [i. chorus, infirmitas,] filia Ierimuth filij Dauid, & vxor Roboam filij Salomonis. Eſt & titulus pſalmi 52. Similis eſt, idemque ſignificat *Mahalon* [q], filius Elimelech Bethlehemitæ, & maritus Ruth Moabitidis.

Mahanaim [r], [i. caſtra, vel turmæ,] locus in quo Angeli obuiam fuere Iacob redeunti de Meſopotamia, qui propterea id nomen loco indidit, dicens: [Caſtra Dei ſunt hæc.] Ibi poſteà conſtructa eſt vrbs, eius regionis munitiſſima, aſſignata Tribui Gad, & ſeparata Leuitis, quæ dicta eſt *Manaim* [s]; vbi manſit Dauid, cum fugeret à facie Abſalon filij ſui. Similis vtcunque *Maharai* [t], [i. doratiu, aut montanus,] Netophatites, vnus ex triginta ſeptem fortibus Dauid.

Mahath [v], [i. confringens, aut formidans,] Leuita, filius Amaſai, vnuſque ex proauis Samuëlis. *Mahath* [x], filius Mathathiæ in Chriſti linea.

Maheleth [y], [id eſt, Chorus, cythara, aut infirmitas.] filia Iſmaëlis filij Abrahæ, & vxor Eſau: dicitur & *Baſemath* [z].

Mahir [a], [i. pretium,] filius Caleb de Tribu Iuda. Similis eſt *Mahol* [b], [i. chorus, aut infirmitas,] pater quatuor virorum ſapientiſſimorum Ethan, Eman, Chalcol, & Dorda.

Malachias [c], [i. Angelus, ſiue nuntius,] vltimus duodecim Prophetarum, qui minores dicuntur. Similis vtcunque *Malchus* [d], [i. rex, vel regnum,] cui Petrus abſcidit auriculam.

Malaleel [e], [i. laudans Deum, vel illuminatio Dei,] filius Cainan in Chriſti linea. *Malaleel* [f], vnus de filiis Iuda. Similis *Malalai* [g], [id eſt, circumciſio, vel locutio mea,] vnus ex filiis Sacerdotum, in tubis & vaſis cantici Dauid ſub Eſdra perſonantium. Et *Malaſar* [h], [i. circumciſio, vel diſpenſator,] quem Aſphenez præpoſitus Eunuchorum conſtituerat ſuper Danielem, Ananiam, Miſaelem, & Azariam.

Maloch [i], [i. regnans, aut conſulens,] Leuita, de ſtirpe Merari. *Maloch* [k], vnus ex filiis Iſraël qui ſub Eſdra repudiarunt vxores alienigenas.

Mambre [l], [i. rebellis, aut amarus, vel commutans,] Amorrhæus, frater Eſcol & Aner; a quo nomen ſortitus eſt Mambre [m] ciuitas in Tribu Iuda, quæ & Hebron, & Arbee: vide Hebron. Eſt & conuallis *Mambre*, ſuprà: & Torrens *Mambre* [o]. Similis eſt idemque ſignificat *Mambres* [p], alter magorum qui reſtiterunt Moyſi.

Man [q], [i. donum, aut munus, aut quid,] ſic dictus panis, quem dedit Moyſes filiis Iſraël in deſerto, donec intrarunt terram promiſſionis, dicitur & *Manna* [r].

Manahath [ſ], [i. requies, aut munus,] filius Sobal filij Seir Horræi: ſcribitur & Manahat [t]. *Manahath* [u], ciuitas ſeu regio in Tribu Beniamin, in quam filij Abhod tranſlati ſunt de Gabaa.

Manahem [x], [i. conſolator, aut ductor eorum,] filius Gadi, is qui percuſſo Sellum rege Iſraël, regnauit pro eo. Similis eſt idemque ſignificat *Manahen* [y], Propheta in Antiochia, & Herodis Tetrarchæ collactaneus.

Manaim [z], ciuitas Leuitica in Tribu Gad, & terminus eiuſdem Tribus in Galaatide regione: ex Hebræo vtique ſcribendum *Mahanaim* [a]. Vide Mahanaim, ſuprà.

Manaſſe [b], [i. oblitus, aut obliuio,] primogenitus Ioſeph filij Iacob: tota eius poſteritas dicitur Manaſſe [c]. i. Tribus Manaſſe. *Manaſſe* [d], pater Auothiair, qui præerat in regione Argob, vnus è duodecim qui præbebant annonam Salomoni. *Manaſſe* [e], vnus ex filiis Iſraël qui repudiarunt vxores alienigenas ſub Eſdra. Similis eſt, idemque ſignificat *Manaſſes* [d], filius Ezechiæ regis Iuda, olim impiiſſimus, poſteà pœnitens. *Manaſſes* [e], vir Iudith Heroinæ.

Maon [f], [i. habitaculum, vel dictum,] filius Sammai filij Recem de Tribu Iuda. *Maon* [g], ciuitas in Tribu Iuda. Eſt & deſer-

Marginal references (left): t Ioſ. 11. v. 1. — u 1. Reg. 17. v. 20. — x Ioſ. 19. v. 37. — y Gen. 36. v. 43. — z Ioſ. 15. v. 37. — a Ierem. 44. v. 1. — b Adrichom. — c Exod. 14. v. 2. & Num. 33. v. 7. — d Matth. 27. v. 56. Luc. 8. v. 2. — e Matth. 15. v. 39. — f Marc. 8. v. 10. — g Ioſ. 17. v. 11. — h 3. Reg. 9. v. 15. & 1. Par. 7. v. 29. — i Cap. 12. v. 11. — k 1. Machab. 5. v. 26. — l Gen. 10. v. 2. — m Apocal. 20. v. 7. Ezech. 38. v. 2. — n 1. Reg. 14. v. 2. — o Iſai. 10. v. 28. — p 2. Paral. 11. v. 18. — q Ruth. 1. v. 2. 4. v. 10. — r — ſ Ioſ. 13. v. 26. 30. & 3. Reg. 4. v. 14. & 1. Paral. 6. v. 80. — t 2. Reg. 23. v. 28. & 1. Paral. 29. v. 12. — v 1. Paral. 6. v. 35. & 2. Paral. 29. v. 12. — x Luc. 3. v. 26. — y Gen. 28. v. 9.

Marginal references (right): z Cap. 36. v. 3. — a 1. Paral. 4. v. 11. — b 3. Reg. 4. v. 31. — c Malach. 1. v. 1. — d Ioan. 18. v. 10. — e Gen. 5. v. 12. Luc. 3. v. 37. — f 2. Eſdr. 11. v. 5. — g Cap. 12. v. 35. — h Dan. 1. v. 11. — i 1. Paral. 6. v. 44. — k 1. Eſdr. 10. v. 32. — l Gen. 16. v. — m Cap. 13. v. 18. — n Cap. 14. v. 13. — o Iudith. 2. v. 14. — p 2. Timoth. 3. v. 8. — q Exod. 16. v. 15. — r Ioan 6. v. 49. — ſ 1. Paral. 1. v. 40. — t Gen. 36. v. 23. — u 1. Paral. 8. v. 6. — x 4. Reg. 15. v. 14. — y Actor. 13. v. 1. — z Ioſ. 13. v. 26. & 21. v. 37. 1. Paral. 6. v. 80. 3. Reg. 4. v. 14. — a 1. Paral. 6. v. 80. — b Gen. 41. v. 51. — c Iud. 12. v. 19. — d 3. Reg. 4. v. 13. — c 1. Eſdr. 10. v. 34. — d 4. Reg. 21. v. 1. 2. Paral. 33. — Iudith. 8. v. 2. — f 1. Paral. 2. v. 45. — g Ioſ. 15. v. 55.

tum Maon [h] & ſolitudo *Maon* [i]. Similis *Maozin*, [i. fortitudines, aut refugia,] Idoli nomen de quo alibi [k].

Mara [l], [i. amara, vel amaritodo,] manſio V. filiotum Iſraël in deſetio: ibi Moyſes iniecto ligno amaras aquas in dulces veitit [m].

Marai [n] [i. accelerans, aot montanus,] Netbophathites, priocepſ turmæ quæ decimo menſe miniſtrabat Daoidi tegi. Item *Maraia*, [i. amaritodo, vel myrrha Domioi,] Et *Maraioth*, [i. amaritudines, vel tebelliones,] Sacerdotes tempore Eſdræ [o].

Marcus [p], [i. limatus, vel expolitus,] conſobtious Batnabæ [q]. *Marcus* [r], cognomeo cuiuſdam Ioannis, de quo in actis Apoſtolorum idem cum præcedenti.

Mardochai [s], [i. amara contritio, vel myrrha contrita; aut ex Hebræo & Syro, myrrha puriſſima,] vnus ex viris præcipuis, qui ſolutâ captiuitate Babylonica, tediere Ieruſalem: dicitur & *Mardochaus* [t]. *Mardochaus* [u], filius Iair, & patruus ac outritius Eſther reginæ. Mardochæi dies [x] erat ſolemnis decima quatta duodecimi menſis Adar: dicebatur vulgò dies Phurim. i. ſortium.

Mare magnum, ſcripturæ phraſi, dicitur mare mediterraneum, ita dictum quia per medias terras diffunditur: dicitur in ſacris literis, magnom [z], quod cæteris terræ ſanctæ maribus longè amplius ſit: dicitus & nouiſſimum [a], reſpectu maris mortui: quod ad orientem Iudææ ſitum, vocatur primum: dicitur & occidentale, ſeu ad occidentem [b], quia ab occidente totam alluit Palæſtinam: ſecundum autem diuerſas regiones quas alluit, etiam diuerſa ſortitur nomina: vt iuxta Palæſtinam, mare Palæſtinorum [c] vocatur: iuxta Ioppe, mare Ioppe [d]: iuxta Ægyptum, mare Ægypti [e]. *Mare rubrum* [f], ad Auſtrum Iudææ poſitum; qood ictu virgæ Moyſis diuiſum, filij Iſraël ſicco pede pertranſierunt. A Græcis dicitur Erythræum, ab aliis ſinus Arabicus. Et quidem prædicta duo maria, vere maria ſunt; duo verò ſubſequentia, ſcilicet mare mortuum & mare Galilææ, ſtagna potius aut lacua ſunt. *Mare mortuum* [g], ſeu orientale [h], qoia ad orientem Paleſtinæ ſitom: ſeu *Mare laser* [i], olim fuit vallis ſylueſtris [k], deliciis & fertilitate laudatiſſima, ſe Iordanæ medio irrigua; ideoque paradiſo Domini comparabatur [l], quo tempore quinque Sodomorum teges ab Aſſyriis ſoperati ſunt; capto etiam Loth fratris Abrahæ filio, qui eam ſibi terram veluti fertiliſſimam non multò ante delegerat: priſtioam illam felicitatem vicina Iericho & Engaddi patrio balſamo adhuc oſteotant: at cum nefandi Sodomitæ tentaſſent in Angelis, quod in brutis commiſerant; neque fidelis Abrahæ deprecatio horrendis eorum ſceleribus condonandis valuiſſet [m], cum in quinque maximis ac regiis vrbibus vel decem iuſti nequaquam inuenti fuiſſent, demiſſo cœlitus igne & ſulphure in teſtimonium iuſtitiæ, totiuſque poſteritatis exemplum, quatuor ex illis ciuitatibus, quarum oomina ſunt Sodoma, Gomorrha, Adama, & Seboim conflagratont; (Segor enim quæ quinta fuit, cæterarumque minima, rogante Lot, non eſt ſubuerſa.) Totus autem ille quatuor regiarum vrbium ambitus, factus eſt lacus peſtileos ac horribilis; latitudine, vt ait Ioſephus, centum & quinquaginta ſtadiorum; longitudioe verò quingentorum & octoginta: variaque ſubinde nomina ſortitus eſt. Dicitur mare mortuum, quia nihil in eo quod viuit, reperiri poteſt; quia ſi Iordanis illuc influens piſces rapuerit, ſtatim moriuotur, & pinguibus aquis ſupernatant. Dicitot *Mare* [o] *ſalis*, & Mare ſalſiſſimum [p], quia eius aquæ amariſſimæ ſunt, & ſuper alias marinas ſalſiſſimæ. Dicitur & mare ſolitudinis, & deſerti [r], quia deſerto Iudææ proximum, & in modum camini infernalis perpetuis exæſtuat vaporibus, quorum halitu litora, & montes vtrimque ad quinque milliaria, ſterilia ſqualent: Et quæ ſub Engaddi iuxta illud mare viſuntur arborea in ſpeciem pulcherrimæ, ferentes poma & vuas, cum decerpuntur, intus cinere & fauilla plena, in fumum diſſoluuntur, fœtoremque exhalant teterrimum: quò vtique reſpexit in cantico ſuo Moyſes, dum ait: [de vinea Sodomorum, vioea eorum; & de ſuburbanis Gomorrhæ, vua eorum, fellis & botri amariſſimi [s].] Dicitur à Prophanis ſcriptoribus *Lacus Aſphaltidis* ſeu bituminis, quia eius aquæ ſunt ſpiſſæ, ſordidæ fœtidæ, & multis in locis nigras bituminis glebas ex imo euomunt. Vtile eſt bitumen illud non ſolum ad compaginem nauiom, ſed ad corporum etiam curationem multis remediis admiſcetur. Etiam quæ grauiſſima ſunt in eo fluitant: demergi autem io profundum nec de induſtria quis facilè poteſt. Et Veſpaſianus Romanorum dux ac poſteà Imperator, qui eius videndi cauſa illuc venerat, iuſſit quoſdam natandi inſcios vinctis manibus in altum proiici, qui omnes, quaſi vi quadam ſurſum repulſi, mox deſuper fluitarunt. *Mare* [t] *Galilæa*, quod & *Mare Tiberiadis* [u], & *Mare* [x] *Cenereth*, & *ſtagnum Genezareth* [y], illud eſt ſuper quod multa miracula Chriſtus edidit, & docuit turbas [z].

Mareſa [a], [i. capot, principium, hæreditas,] ciuitas inclyta Tribus Iudæ, & patria Michææ Prophetæ [b], vt volunt. *Mareſa* [c], pater Hebron. *Mareſa* [d], filius Laada filij Sela filij Iuda. Similis eſt *Mares* [e], [ideſt, irroratio, vel diſtillatio,] vnus è ſeptem ducibus Perſarum & Medorum, & Conſiliariis Aſſueti.

Maria [f], [ideſt, exaltata, vel amaritudinis mare, aut myrrha maris, ſiue doctrix vel magiſtra maris; aut ex Syro & Hebræo, iam domina maris,] filia Amram, & ſoror Aaron & Moyſis; cuius ſepulchrum eſt iuxta Cades [g]. *Maria* [h], filia Ezra de Tribu Iuda. *MARIA* [i], nomen glorioſæ Virgiois, quæ Chriſtum tulit in vtero. *Maria* [k] cognomine Magdalena, ſoror Marthæ & Lazari. *Maria* [l], mater Iacobi minoris & Ioſeph: dicitur & Maria Cleophæ [m], quia videlicet eius vxor. *Maria* [n], mater Ioannis, qui dicitur Marcus, ad euius domum noctu venit B. Petrus è carcere ab Angelo eductus. *Maria*, pia quædam mulier, quam ſalutat D. Paulo

h 3. Reg. 23. v. 24.
i Cap. 23. v. 2.
k vide ſuprà lib. 1. Tract. 7. poſt, De Nominibus commentitiis art.
l Num. 33. v. 8.
m Exod. 15. v. 23.
n 1. Paral. 27. v. 13.
o 2. Eſdr. 12. v. 12 & 15.
p Actor. 12. v. 12.
q Coloſſ. 4. v. 10.
r Cap. 13. v. 37.
ſ 1. Eſdr. 2. v. 2.
t 2. Eſdr. 7. v. 7.
u Eſth. 2. v. 5. & 8. v. 1.
x 2. Machab 15. v. 37.
y Eſth. 9. v. 8.
z Num. 34. v. 5. 6. 7. Ioſ. 1. v. 4.
a Deuter. 34. v. 2. Ioël. 2. v. 20. Zachar. 14. v. 8.
b Num. 35. v. 5. & Deut. 11. v. 24.
c Exod.
d 1. Eſdr. 3. v. 7.
e Iſai. 13. v. 5.
f Num. 33. v. 10.
g Gen. 14. v. 3.
h Ioſ. 12. v. 3.
i Iſai. 16. v. 8. Ierem. 48. v. 2.
k Gen. 14. v. 3. 6. 10.
l Cap. 13. v. 10.
m Cap. 18. v. 20. 21.

ſcribens ad Romanos [v], in quibus multum laborauerat.

Marimuth [p], [i. amaritudo, vel myrrha mortis aut fraudulentiæ,] vnus de filiis Iſraël, qui ſuaſu Eſdræ repudiarunt vxores alienigenas: idemque fortè cum Marimuth vno ex reſtauratoribus vrbis Ieruſalem. Similis eſt *Merimuth* [r], [i. fraudolentia, vel myrrha mortis,] vnus ex Sacerdotibus qui aſcenderunt cum Zorobabel; fuit & vnus ex ſignatoribus fœderis [ſ] cum Nehemia.

Maſal [v], ciuitas Leuitica in Tribu Aſer: dicitur & *Meſſal* [x]. Similis *Maſaloth* [y], ciuitas in Tribu Nephtalim.

Maſpha [z], [i. ſpeculatio, ſiue ſpecula, aut cooperimentum, vel expectatio,] ciuitas Iuda: dicitur & Maſpha, infra.

Maſma [a], [i. exauditio, audiens, vel obediens,] vnus ex filiis Iſmaëlis. *Maſma* [b], vnus de filiis Simeon. Similis *Maſmana* [c] [i. pinguedo, aut oleum eius,] quartus ex vndecim fortiſſimis principibus de Tribu Gad, qui transfugerunt ad Dauid. Nec abſimilis eſt *Marſana* [d], [i. amaritudo, vel myrrhæ rubi,] vnus è ſeptem ſapientibus qui erant à conſilijs regi Aſſuero.

Maſpha [e], [i. ſpeculatio, ſiue ſpecula,] vrbs in Tribu Gad, in qua habitauit Iephte, ibidemque ſex annis Iſraelem iudicauit. Ad hanc profugus Dauid venit cum quadraginta viris ad regem Moab, apud quem reliquit patrem & matrem [f]. Expugnata fuit à Iuda Machabæo. Vocatur etiam *Maſpha* Galaad ad diſtinctionem Maſphæ in Beniamin [g]. Dicitur quoque Maſphe [h]. Hinc dicta terra *Maſphe* [i]; & campus Maſphe [k]. *Maſpha* [l] ciuitas in monte conſpicua: quæ quia alibi in Tribu Iuda: alibi in Tribu Beniamin cernitur; videtur in confinio vtriuſque ponenda [m]. Erat ibi olim Arca Teſtamenti, eóque ad orationem conueniebat populus Iſrael; nam & Samuelis erat ibi iudicij locus: hanc ædificauit Aſa Rex Iuda [n]. Vocatur & *Maſepha* [o]. Et *Meſphe* [p]. Et *Maſphat* [q]. *Maſpha* [r], pagus, cuius princeps fuit Sellum.

Maſreca [ſ], [i. attractio vanitatis,] ciuitas Idumææ, & regia Semlæ quinti regis Edom.

Maſſa [t], [i. attractio vanitatis,] filius Iſmaëlis. *Maſſa* [u], nomen loci, qui in Latina editione dicitur tentatio.

Mathan [x], [i. donum eorum; aut Syriacè expectatio, vel ſpes,] Pater Iacob patris Ioſeph ſponſi Deiparæ: cui aſſimilatur *Martha* [y], [i. domina vel doctrix, Syriacè,] ſoror Mariæ Magdalenæ & Lazari.

Mathania [z], [i. donum Dei; aut ex Syro, ſpes Domini,] filius Micha Leuitæ de filiis Aſaph principis Cantorum ſub Dauide. *Mathania* [a], princeps nonæ vicis Cantorum ſub eodem Dauide. *Mathania* [b], filius Ioſiæ Regis Iuda, & patruus Ioachin; à Nabuchodonoſor Sedecias, i. iuramentum Domini, nominatus.

Mathanias [c], [i. donum Dei,] Leuita, vnuſque ex filiis Aſaph, qui ſub Ezechia expiarunt Templum. Sunt & alij tres *Mathania* de filiis Iſraël, qui ſuaſu Eſdræ abiecere vxores alienigenas [d]. Ei aſſimilatur, idemque ſignificat *Mathanias* [e] filius Heman principis Cantorum ſub Dauide. Similis etiam eſt *Mathanites* [f], nomen patrium, ſeu cognomen Ioſaphat vnius ex fortiſſimis in exercitu Dauid.

Mathat [g], [i. donum, vel donans,] filius Leui in Chriſti Genealogia, ac linea Nathan. *Mathat* [h], pater Heli patris legalis Ioſeph viri *MARIÆ* in eadem linea.

Mathatha [i], [i. donum, vel donans,] filius Nathan filij Dauid. *Mathatha* [k], vnus de filiis Iſraël qui vxores alienigenas abiecere.

Mathathia [l], filius Semei. Alterque *Mathathia* [m], filius Amos: vterque in Genealogia Chriſti, & linea Nathan. *Mathathia* [n] Leuites, primogenitus Sellum Coritæ: idemque cum eo qui alibi recenſetur inter Ianitores [o].

Mathathias [p], [i. donatus à Domino, vel donum Domini,] ſextus ex filiis Idithum, & princeps quartæ decimæ vicis Cantorum. *Mathathias* [q], vnus ex filiis Iſrael qui abiecere vxores alienigenas. *Mathathias* [r], pater Iudæ Machabæi: Is ſi Ioſepho credimus, vocabatur & Sauta: tenet enim is auctor Eleazarum filium qui regium elephantem occidit [ſ], eundem eſſe cum Eleazare filio Mathathiæ, & fratre Iudæ.

Mathias [t], [i. donum Domini,] electus in Apoſtolum, loco Iudæ proditoris. Et *Mathias*, vnus ex tribus viris Nicanoris, miſſis vt darent dextras & acciperent.

Mathuſael [u] [i. mortem ſuam petiit,] filius Mauiael de ſtirpe Cain: cui aſſimilatur *Mathuſala* [x], [i. mortem ſuam miſit,] filius Henoch in Chriſti Genealogia: nullus hominum plus eo vixiſſe ſcribitur, vixit enim annis 969 [y].

Mathan [z], [i. donum eorum, Syriacè, expectatio, vel ſpes,] Sacerdos Baal, quem Ioiadas Sacerdos Domini interfecit ante aras Baal. *Mathan* [a], pater Saphatiæ vnius ex delatoribus Ieremiæ. Similis eſt, idemque ſignificat Mathan, ſuprà.

Matthæus [b], [i. donatus,] nomen Apoſtoli ex telonio aſſumpti: dicitur & Leui [c].

Medaba [d], [i. aquæ doloris,] vrbs Arabiæ in Tribu Ruben. Similes vtcunque *Medad* [e], [i. menſurans, ſeu aquæ benedictionis,] vnus ex duobus ſuper quos requieuit ſpiritus Domini in caſtris ſub Moyſe [f]. Et *Meddin* [g], [i. iudicium, ſeu litigans,] ciuitas in Tribu Iuda.

Medemena [h], [i. menſura muneris,] ciuitas in Tribu Iuda: per hanc ciuitatem tranſit Sennacherib cum iret expugnatum Ieruſalem [i].

Medena [k], [i. menſura,] prouincia: Hebraicè Madai, ſic dicta à Madai filio Iapheth, vt vult Ioſephus [l]: eademque ac Media, vnde Medi populi, [m] & Medus in ſingulari [n].

Melcha [o], [i. Regina, vel conſiliatrix,] vxor Nachor filij Thare, filia Aran fratris mariti ſui Nachor. *Melcha* [p], filia Salphaad filij Hepher filij Galaad.

Melchi [q], [i. rex meus, ſiue conſilium meum,] filius Ianne vltimi Ducum Iuda in Chriſti Genealogia, & linea Nathan. Et alter *Melchi* [r] filius Addi in eadem linea.

Marginal notes (left column): [v] Cap. 16. v. 6. — [p] 1. Eſdr. 10. v. 38. — [q] 2. Eſdr. 3. v. 3. — [r] Cap. 12. v. 3. — [ſ] Cap. 10. v. 3. — [v] Ioſ. 21. v. 30. & 1. Par. 6. v. 74. — [x] Ioſ. 19. v. 36. — [y] 1. Machab. 9. v. 2. — [z] Ioſ. 15. v. 39. — [a] 1. Paral. 1. v. 30. — [b] Cap. 4. v. 25. — [c] Cap. 12. v. 10. — [d] Eſth. 1. v. 14. — [e] Iudic. 10. v. 17. & 11. v. 11. 29. 34. — [f] 1. Reg. 22. v. 3. — [g] Iudic. 11. v. 29. — [h] Ioſ. 13. v. 18. — [i] Cap. 11. v. 3. — [k] v. 8. — [l] 3. Reg. 15. v. 22. — [m] Adrichō. — [n] 3. Reg. 15. v. 22. — [o] Ioſ. 15. v. 38. — [p] Cap. 18. v. 26. — [q] 1. Reg. 7. v. 7. 12. Ierem. 40. v. 6. & 41. v. 14. 16. — [r] 2. Eſdr. 3. v. 15. — [ſ] Gen. 36. v. 36. & 1. Par. 1. v. 47. — [t] Gen. 25. v. 14. — [u] Exod. 17. v. 7. — [x] Matth. 1. v. 15. — [y] Luc. 10. v. 38. — [z] 1. Paral. 9. v. 15. — [a] Cap. 25. v. 16. — [b] 4. Reg. 24. v. 17. — [c] 2. Paral. 29. v. 13. — [d] 1. Eſdr. 10. v. 27. 30. — [e] 1. Paral. 25. v. 4.

Marginal notes (right column): [f] Cap. 11. v. 43. — [g] Luc. 3. v. 29. — [h] v. 24. — [i] v. 31. — [k] 1. Eſdr. 10. v. 33. — [l] Luc. 3. v. 26. — [m] Amos v. 25. — [n] 1. Paral. 9. v. 31. — [o] cap. 15. v. 18. — [p] Cap. 25. v. 3. 21. — [q] 1. Eſdr. 10. v. 14. — [r] 1. Machab. 2. v. 2. — [ſ] Cap. 6. v. 43. 44. — [t] Actor. 1. v. 23. — [u] Gen. 4. v. 18. — [x] Cap. 5. v. 27. Luc. 3. v. 37. — [y] Gen. 5. v. 27. — [z] 2. Paral. 23. v. 17. — [a] Ierem. 38. v. 1. — [b] Matth. 9. v. 9. — [c] Marc. 2. v. 14. — [d] Ioſ. 13. v. 16. — [e] Cap. 19. v. 11. — [f] Num. 11. v. 26. — [g] Ioſ. 15. v. 61. — [h] v. 31. — [i] Eſa. 10. v. 31. — [k] 1. Eſdr. 6. v. 2. — [l] 1. Antiq. cap. 14. — [m] Eſa. 13. v. 17. Act. 2. v. 9. — [n] Iſa. 21. v. 2. — [o] Gen. 11. v. 29. — [p] Num. 26. v. 33. — [q] Luc. 3. v. 24. — [r] v. 28.

Melchia [ſ], vnus ex proauis Iudith viduæ: Sunt & alij duo huius nominis de filijs Iſraël, qui abiecere vxores alienigenas [t].

Melchias [u], [i. rex Dominus, aut conſiliator Dominus,] Leuita de filija Gerſon, vnuſque ex progenitoribus Aſaph principis cantorum. *Melchias* [x], pater Phaſſur miſſi à rege Sedecia ad Ieremiam. *Melchias* [y], filius Amelech: in illius lacum proiectus eſt Ieremias. *Melchias* [z], filius Herem. *Melchias* [a], filius Rechab. *Melchias* [b], filius aurificis: hi tres ſunt de numero reſtauratorum Ieruſalem. Similis *Melchiel* [c], [i. rex meus Deus, aut conſiliator meus Deus,] filius Beriæ filij Aſer. Ab illo orta familia Melchielitarum.

Melchiſedec [d], [i. rex iuſtitiæ,] Sacerdos, & rex Salem ſiue Ieruſalem fuit, cui ſimilis vtcunque *Melchi* [e], [i. rex ſaluator, ſeu magnificus,] vnus ex filijs Saulis regis.

Melchom [f], [i. rex eorum,] idolum Ammonitarum: dicitur & *Moloch* [g] cui aſſimilatus eſt *Melech* [h], [i. rex, aut conſiliarius,] filius Micha nepos Ionathan filij Saül.

Melea [i], filius Mannæ in Chriſti Genealogia, & linea Nathan. Aſſimilatur vtcunque *Menelaus* [k], [i. potentia, aut robus populi, græcè,] ſacrilegus frater Simonis ſacrilegi, ſacrarum pecuniarum & patriæ delatoris, & Pſeudopontificis.

Mello [l], [i. plenitudo, vel repletio,] oppidum in Tribu Ephraim: eius ciues vnà cum Sichimitis, Abimelech regem ſibi conſtituerunt. *Mello* [m], vorago circa arcem Ieruſalem ſeu ciuitatem Dauid, ac montem Sion [n]; quam voraginem Salomon coæquauit; ibique ædificauit domum Mello [o]. In ea domo Mello, in deſcenſu Sella, Ioas impius rex Iuda occiſus eſt à ſeruis ſuis qui in eum coniurauerant [p].

Melhoti [q], [i. plenitudo, vel circumciſio,] filius Heman, & princeps nonæ & decimæ vicis cantorum. Cui aſſimilatur *Melhoti* [r], ciuitas, quam effregit Holofernes: & *Melitea* [ſ], inſula inter Epirum & Italiam, memorabilis ex naufragio D. Pauli.

Memphis [t], [i. fauus, aut diſtillatio; hebraicè dicitur Noph,] ampliſſima Ægypti vrbs & populoſiſſima, ſita iuxta Heliopolim, eo loco quo Nilus diuiditur, & figura Δ formare incipit: condita fuit a Minæo Ægypti rege: Monarcharum Ægypti olim regia: ibi viſebantur faſtus Ægyptiaci, Pyramides, regum ſepulturæ: & erant ibi magicarum artium & Philoſophiæ peritiſſimi magiſtri, quæ cauſa fuit, vt Pytagoras & Plato ad audiendos Memphitios vates, in Ægyptum ſe contulerint, malentes aliena verecundè diſcere, quàm ſua impudenter ingerere. Superſtitioni adeò dedita fuit, vt totius ſuperſtitionis Metropolis habita ſit. Colebatur ibi adhuc tempore D. Hieronymi æneum bouis ſimulacium pro Deo: fuerat enim ibi quondam Apis aut Serapidis Templum, vbi conſultus dæmon reſponſa reddebat. Propherarunt contra eam Iſaias [v], Ieremias [x], Ezechiel [y], & Oſee [z]. Poſteà dicta eſt Ægypti Babylonia; nunc Arabum linguâ, Cayrus, vulgo Alcair; ſedes Sultani Principis locorum illorum: quinquies Lutetia Pariſi. tum maior eſſe perhiberur incredibili populorum frequentia, mira narrant noſtri temporis hiſtoriæ.

Menni [a], [i. munus, aut numerus,] nomen regionis. Similis eſt, idemque ſignificat, *Mennith* [b], vrbs in Tribu Gad.

Mephaath [c], [i. aquarum clamor,] vrbs Leuitica in Tribu Ruben.

Meraioth [d], [i. amaritudines, rebelliones,] Sacerdos, filius Zaraiæ filij Ozi. *Maraioth* [e], Sacerdos alius, & filius Achitob.

Merari [f], [i. amatus, ſiue Irritatus,] filius Leui filij Iacob; ex quo familia Meraritarum [g]. *Merari* [h], filius Idox, & pater Iudith viduæ.

Mercurius [i], à mercibus dictus eſt, quia mercaturæ Deus putabatur à Gentibus. Eſt & aceruus Mercurij, de quo in Prouerbijs [k].

Mered [l], [i. rebellis, aut imperans,] vir Bethiæ filiæ Pharaonis. Similis vtcunque ſunt *Meremoth* [m], [i. amaritudo, ſeu myrrha mortis, aut deceptiones,] Vriæ Sacerdotis filius, qui appendit vaſa in domo Dei, aſportata à Babylone. Et *Meribbaal* [n], [i. rebellio, vel impugnatio idoli,] filius Ionathæ filij Saul.

Merob [o], [i. pugnans, ſiue obiurgans; ſyriacè, magiſterium,] primogenita regis Saül promiſſa Dauidi, ſed data Hadrieli Molathitæ. Similis eſt *Merem* [p], [i. altitudines,] aquæ ſcilicet Merom, vide ſupra; ad quā conuenerunt reges Chanaam aduerſus Iſraëlitas. S. Hieronymus Merom vicum fuiſſe dicit, iuxta Dothaim. Huic aſſimilatur *Merome* [q], regio Tribus Zabulon. Nec abſimilis *Meroz* [r], [i. ſecretum,] eſt terra Meroz cui maledixit Debbora in ſuo cantico.

Merodach [ſ], [i. amara contritio; aut ex Hebræo & Syro, myrrha puriſſima,] filius Baladan, & rex Babyloniorum, qui miſit munera ad Ezechiam regem Iuda: dicitur & *Berodach* [t].

Merrha [u], regio ſeu locus in Arabia, in quo plures erant negotiatores.

Mes [x], [i. auferens, vel tangens,] filius Aram filij Sem: dicitur & *Moſoch* [y].

Meſa [z], [i. ſalus, vel aqua ſalutis,] filius Caleb fratris Ieramcel de Tribu Iuda. *Meſa* [a] rex Moab, qui præuaricatus eſt fœdus quod habebat cum rege Iſraël.

Meſopotamia [b], regio Syriæ; vnde & dicitur Meſopotamia Syriæ [c]. Non Syriæ Damaſci, quæ eſt ad meridiem terræ Chanaan; ſed Syriæ ſuperioris, quæ eſt ad Septentrionem, & aliqualiter ad Orientem, ſita inter flumina Tygrim & Euphratem [d]; vnde & nomen trahit, μέσον medium & ποταμὸς flumen ſonat, quaſi media inter duo flumina.

Meſphar [e], [i. numerus, aut librarius, vel ſcriba,] vnus eorum qui ſoluta captiuitate Babylonica venerunt cum Zorobabele: dicitur & *Meſpharath* [f].

Meſphe [g], eadem que Maſpha ſuprà, in confinio Tribus Iuda & Beniamin.

Meſraim [h], [i. anguſtiæ ſeu tribulationes,] filius Cham impudentis filij Noë. Ab eo Ægyptus hebræâ linguâ Meſraim nuncupatur; quæ & ſæpè in ſacris literis dicitur terra Cham [i], teſte D. Hieronymo in quæſt [k].

ſ Iudith. 8. v. 1.
t 1. Eſdr. 10. v. 25.
u 1. Paral. 6. v. 40.
x Ierem. 21. v. 1.
y Cap. 38. v. 6.
z 2. Eſdr. 3. v. 11.
a Verſ. 14.
b Verſ. 30.
c Gen. 46. v. 17. & 1. Paral. 7. v. 31.
d.
e.
f 4. Reg. 23. v. 13. 1. Paral. 20. v. 2. & Ierem. 49. v. 1.
g 4. Reg. 23. v. 10.
h 1. Paral. 8. v. 35.
i.
k 2. Machab 4. v. 23.
l Iudic. 9. v. 6. 20.
m.
n.
o 3. Reg. 9. v. 15. & 11. v. 27.
p 4. Reg. 12. v. 20.
q 1. Paral. 25. v. 4.
r Iudith. 2. v. 13.
ſ Actor. 28. v. 1. & ſeqq.
t.
v Cap. 19. v. 13.
x Cap. 44. v. 1.
y Cap. 30. v. 16.
z Cap. 9. v. 6.

a Ierem. 51. v. 27.
b Iudic. 11. v. 33.
c Ioſ. 21. v. 36. & Ierem. 48. v. 21.
d 1. Paral. 6. v. 6. 52.
e Cap. 9. v. 11.
f Gen. 46. v. 11. & 1. Paral. 6. v. 1. 16.
g Num. 26. v. 57.
h Iudith. 8. v. 1.
i Actor. 14. v. 11.
k Cap 26. v. 8.
l 1. Paral. 4. v 17.
m 1. Eſd. 8. v. 33.
n 1. Par 8. v. 34.
o 1. Reg. 18 v. 17. 19.
p Ioſ. 11. v. 5. 7.
q Iudic. 5. v 5.
r Verſ. 23.
ſ Iſai. 39. v 1 Ierem. 50. v. 2.
t 4. Reg 20. v. 12.
u Baruch. 3. v. 23.
x Gen. 10. v. 23.
y 1. Paral. 1. v. 17.
z Cap. 2. v. 42.
a 4. Reg. 3. v. 4.
b Gen. 24. v. 10. Deuter. 23. v 4.
c Gen. 25. v. 4.
d *Solin in Polyhiſt cap de Euphrat.*
e 1. Eſdr. 2. v. 2.
f 2. Eſdr. 7. v. 7
g Ioſ. 18. v 26.
h Gen. 10. v. 6 13.
i Pſal 105 v 21.
k In qq.

Meſſa [l], [i. onus, vel aſſumptio,] regio in qua habitarunt filij Iectan de ſtirpe Sem. *Meſſa* [m], [i. eradicatio, ſiue deſtructio,] domus, ſeu vir, cuius domus erat iuxta Templum Domini.

Meſſal [n], [i. ſepulcbrum infernus, fouea,] ciuitas in Tribu Aſer: vocatur & Maſal [o].

Methca [p], [i. dulcedo, aut ſuauitas,] manſio XXV. filiorum Iſraël in deſerto.

Meza [q], [i. diſtillatio, vel aſperſio,] filius Rahuel filij Eſaü. Similis eſt Mezaab, [i. aquæ auri,] pater Matred patris Meetabel vxoris Adat regis in Edom octaui.

Miamin [r], [i. dexter, aut aquas præparans,] vnus de filijs Iſraël qui abiecere mulieres alienigenas. *Miamin* [s], ſacerdos, vnuſque ex ſignatoribus fœderis cum Eſdra.

Micha [t], vnus ex filijs Ioël de Tribu Ruben. *Micha* [v], filius Oziel de Tribu Leui. *Micha* [x], filius Miphiboſeth filij Ionathæ primogeniti Saül: dicitur & filius *Meribbaal* [y], quia Meribbaal idem eſt ac Miphiboſeth. *Micha* [z], [i. pauper vel humilis, vel percuſſus,] pater Achobor vnus ex ijs quos miſit rex Ioſias ad conſulendum Dominum, qui dicitur & Abdon. *Micha* [a], vnus de ſignatoribus fœderis cum Eſdra.

Michael [b], [i quis vt Deus? aut humilitas ſiue paupertas Dei, aut percuſſio Dei, ſiue percutiens Deus,] Archangelus olim tutelaris Synagogæ; eaque extincta, nunc Eccleſiæ catholicæ, maximè verò regni Chriſtianiſſimi. Michaël [c], pater Stbur principis Tribus Aſer in deſerto ſub Moyſe. Michaël [d], filius Izrahia, & princeps in Tribu Iſſachar. Michaël [e], pater Galaad de Tribu Gad. *Michaël* [f], in eadem Tribu & cognatione, primogenitus è ſeptem filijs Abihail, tempore Ionathan regis Iuda. Michael [g], filius Baſaiæ, & proauus Aſaph leuitæ & principis cantorum ſub Dauide. Michael [h], penultimus è filijs Ioſaphat regis Iuda. Michaël [i], filius Zebediæ.

Michaia [k], [i. quis ſicut Dominus? ſiue percutiens Dominus,] mater Abiam regis Iuda: dicitur & Maacha [l], vide ſuprà.

Michas [m], [idem ſonat ac Michaia,] vir de monte Ephraim, qui ex ducentis argenteis fecit ſibi idolum conflatile, quod poſteà filij Dan pergentes in Lais ſecum tulerunt [n].

Micheas [o], [i. pauper, vel humilis, percutiens, vel percuſſus,] filius Iemla, & Propheta Domini, tempore Ioſaphat regis Iuda; percuſſus in faciem à Sedecia Pſeudopropheta; miſſuſque in carcerem quod verum prophetaſſet impio Achab regis Iſraël. *Michaas* [p], vnus ex duodecim prophetis minoribus, qui prophetauit ſub Ioatham, Achaz & Exechia regibus Iuda. Michaas [q], filius Gamariæ filij Saphan ſcribæ. Is ſermones Domini, quos legerat Baruch in domo Domini, nuntiauit Principibus.

Michol [r], [i. quæ perfecta, vel conſummata? quaſi diceret: nulla niſi tu,] filia minor regis Saül, & vxor Dauidis regis [s]. Similis eſt vtcumque Milicho [t], [i. regnum eius, vel conſilium eius,] Princeps vnius ex familiis Sacerdotalibus.

Miletum [u], ciuitas maritima in Aſia, decem ſtadiis ab oſtio Mæandri amnis diſtans: Ex Mileto Paulus venit Epheſum.

Miphiboſeth [x], [i. oris ignominia, vel confuſio,] filius Ionathæ primogeniti Saül: dicitur & filius eiuſdem Saül, omiſſo patre immediato Ionatha [y]. Vocatur etiam *Meribbaal* [z].

Miſach [a], [id eſt, prolongans, ſiue attrahens,] vnus ex tribus ſocijs Danielis, ita vocatus à principe Eunuchorum Nabuchodonoſor, cùm anteà Miſael vocaretur.

Miſaël [b] [id eſt, quis poſtulans, aut commodans? ſiue abſtulit Deus,] idem ac *Miſach* præcedens. *Miſael* [c], filius Oziel filij Caath filij Leui. *Miſaël* [d], vnus eorum qui aſtabant à ſiniſtris Eſdræ legentis librum.

Miſor [e], [id eſt, planities, ſiue murus, aut bos,] vrbs Leuitica in Tribu Ruben: dicitur & Iaſſa [f].

Miſphat [g], [i. iudicium,] fons: dicitur & Cades, ſuprà.

Mithridates [h], [i. explorans, vel contemplans legem, aut ſoluens legem,] filius Gazabar, qui iuſſu Cyri, poſt ſolutam captiuitatem Babylonicam, reſtituit Iudæis vaſa Templi Domini. Eſt & alius Beſelam *Mithridates* [i], vnus eorum qui ſcripſerunt ad Artaxerxem regem Perſarum aduerſus Iudæos.

Mitylene [k], [i. munditia,] Inſula eſt in Leſbo, ſic dicta à Mitylene vrbe, quæ nunc Metelinum dicitur. Ad eam Inſulam D. Paulus adnauigauit. In ea dum Auſter flat, homines ægrotant; dum Corus, tuſſiunt; cum Septentrio, conualeſcunt.

Moab [l], [i. de patre; quia de patre cum filia conceptus eſt,] filius Lot ex filia ſua maiore progenitus. A quo *Moab* [m], vrbs Arabiæ in Tribu Gad, potens & antiqua, ad ripam Torrentis Arnon ſita, & Moabitarum Metropolis nomen habuit. Itemque regio *Moab* [n]. Et regio *Moabitis* [o], quæ & terra *Moab* [p]. Item campeſtria *Moab* [q], in Tribu Ruben; vbi fuit XLII. ac vltima manſio filiorum Iſraël [r]. Et deſertum *Moab* [s]. Item Gentilitia nomina *Moabites* [t] in ſingulari; & *Moabitæ* [u] in plurali. Et de fœminis Moabitis [x], & Moabitides [y]. Et Moabitarum oppidum, quod ſitum eſt in extremis finibus Arnon, vbi rex Balac obuiam fuit Balaam ariolo, cum pergeret ad maledicendum Iſraël.

Modin [a], [i. iudicium, vel iudicatio,] ciuitas ſita in monte Iuda, Tribui Dan aſſignata; ex qua orti Machabæi Principes fortiſſimi: ibi eorum ſepulchrum ex marmore polito & candido etiamnum oſtenditur; & ſupra illud ſeptem pyramides marmoreæ tantæ altitudinis, vt nauigantibus è mari ſint conſpicuæ. Eſt etiam mons *Modin* [b], Et deſertum *Modin* [c]; in quo mille Iudæorum die Sabbati paſſi ſunt ſe occidi, [d] religionis ſuæ Zelo.

Moholi [e], filius Merari filij Leui, à quo populi Moholitæ [f] in familia Moholi.

Molada [g], [id eſt, natiuitas, vel generatio,] vrbs primò ſortis Iudæ, poſteà Tribus Simeonis.

Molathi [h], [i. chorus, tibia, prophanatio,]

ciuitas

Margin notes (left): l Gen. 10. v. 30. — m 4. Reg. 11. v. 6. — n Ioſ. 19. v. 26. — o Cap. 21. v. 30 & 1. Par. 6. v. 74. — p Num. 33. v. 28. — q Gen. 36. v. 39. & 1. Par. — r 1. Eſdr. 10. v. 25. — s 2. Eſdr. 10. v. 7. & 21. v. 40. — t 1. Par. 5. v. 5 6. — u Cap. 24. v. 24. — x 2. Reg. 9. v. 12. — y 1. Par. 8. v. 35. — z 2. Par. 34. v. 2. — a 2. Eſdr. 10. v. 11. — b Dan. 10. v. 13. — c Num. 13. v. 14. — d 1. Par 7. v. 3. — e Cap. 5. v. 14. — f v. 13. 14. 17. — g Cap. 6. v. 40. — h 2. Par. 21. v. 2. — i 1. Eſdr. 8. v. 8. — k 2. Par. 13. v. 2. — l 3. Reg. 15. v. 2. — m Iudic. 17. v. 1. — n Cap. 18. v. 18. — o 3. Reg. 22. v. 8. — p Ierem. 26. v. 18. & Mich. 1. v. 1. — q Ierem. 36. v. 11. 12. — r 1. Reg. 14. v. 49. — s Cap. 18. v. 27. — t 2. Eſdr. 12. v. 14. — u Actor. 20. v. 15.

Margin notes (right): x 2. Reg. 4. v. 4. & 21. v. 7. — y Cap. 19. v. 24. & 21. v. 7. — z 1. Par. 8. v. 3 — a Dan. 1. v. 8 — b ibid. — c Exod. 6. v. 22. — d 2. Eſdr. 8. v. 4. — e Ioſ. 21. v. 36. — f 1. Par 6. v. 78. — g Gen. 14. v. 7. — h 1. Eſdr. 1. v. 8. — i Cap. 4. v. 7. — k Act. 20. v. 14. — l Gen. 19. v. 37. — m — n Gen. 36. v. 35. — o Ruth. 1. v. 1. 2. 6. — p Deut. 1. v. 5. & 29. v. 1. — q Num. 22. v. 1. & 26. v. 3. 63. — r Cap. 33. v. 48. 49. — s Deut. 2. v. 8. — t Cap. 23. v. 3. — u Gen. 17. v. 37. Deut. 2. v. 9. 11. — x Ruth 1. v. 4. 6. — y 3. Reg. 11. v. 1. — z Num. 22. v. 36. — a 1. Machab. 2. v. 15. 23. — b Cap. 2. v. 1. — c v. 30. — d v. 36. 37. 38. — e Exod. 6. v. 19. — f Num. 3. v. 33. — g Ioſ. 15. v. 26. — h Cap. 9. v. 2. 4.

ciuitas in Tribu Simeonis. Inde oriundus Hadiel Molathita, cui data eſt Merob, filia Saül, promiſſa Dauidi [k].

Moloch [l], [i. regnans, ant conſiliarius,] idolum Ammonitarum : dicitur & *Melchom* [m].

Mons [n] Abrahæ monſtratus à Domino, vt ibi immolaret filium ſuum Iſaac: Eſt mons *Moria*, ſeu collis in vrbe Ieruſalem, quem Dauid ab Orna Iebuſæo ſexcentis auri ſiclis emit, & extructo in area eius altari, holocauſtum Deo obtulit, quod ignis è cœlo conſumpſit [nn]. Eodem in monte poſteà Salomon Templum Domini ædificauit [nnn]: dictus eſt mons ille & terra viſionis [o], & mons, Dominus videt, aut Dominus videbit [p]. Eſt autem mons pars montis Sion, quoniam ex pluribus Scripturæ locis patet, Templum Domini fuiſſe constructum in Sion [q].

Mons [o] *Dei*, quo perrexit Aaron, vt iret obuiam fratri ſuo Moyſi venienti de Madian in Ægyptum ex mandato Domini. *Mons* [p] Iſraël, & campeſtria eius iuxta Seir, à Ioſue occupata. *Mons* [q] Ephraim, in quo habitabat Debbora Propheteſſa; & in quo erat idolum : dicitur paſſim, & Montana, & Montes Ephraim, quia ille Mons pluribus conſtabat montibus. *Mons* [r], qui reſpicit Hebron, ad quem Samſon ambas fores portæ ciuitatis Gazæ tranſportauit. *Mons* [ſ] diuiſionum, in quo diuiſit Dominus Philiſtijm coram Dauide, qui percuſſit eos, & in quo ſtabit Dominus [t]. *Mons* [u] iuxta Gabaa, vbi ſeptem filij Saül, permiſſu Dauidis, crucifixi ſunt, ad Deum placandum. *Mons* [x] offenſionis, erat illa montis Oliueti pars, in qua ædificauit Salomon excelſum Chamos idolo Moab; ideoque Mons offenſionis dictus eſt. *Mons* [y] caliginoſus, eſt ſuper quem, leuandum eſſe ſignum, ait Iſaias. *Mons* [z] de monte, is eſt quovſque venturus erat Aſſur. *Mons* [a] Azoti, is eſt, quovſque Iudas Machabæus inſecutus eſt cornu dextrum exercitus Bacchidis. *Mons* [b], in quo adorabant Samaritani, & mons Garizim, in quo Manaſſes Pſeudopontifex conſtruxerat Templũ Schiſmaticum Ieroſolymitano ſimile. *Mons* [c], in quem aſcendit Chriſtus, vt doceret beatitudines. Idem eſt, vt crediderim, ac mons in quem aſcendit vt oraret, poſt miraculum quinque panum & duorum piſcium [d]; & in quo erat pernoctans in oratione Dei [e]; & in quem aſcendit dum veniſſet ſecus mare Galilææ [f]; idemque ac mons in Galilæa, ad quem conuenerunt vndecim Diſcipuli ex præcepto eiuſdem Chriſti, poſt eius reſurrectionem [g]; & in quo dedit Apoſtolis poteſtatem prædicandi Euangelium [h]. *Mons* [i] excelſus valdè, in quem Diabolus Chriſtum aſſumpſit, & oſtendit ei, promiſitque omnia regna mundi, ſi procidens eum adoraret; eſt à latere Bethel & Hai.

Mons [k] *Oliueti*, ſeu oliuarum, ab vbertate exereſcentium in eo oliuarum ſic dictus, aliàs mons inclytus & ſanctus [l]: ſitus eſt è regione Ieruſalem ad Orientem, interiacente valle Cedron ſeu Ioſaphat, ab vrbe diſcretus; iter Sabbati [m], (vt loquitur ſcriptura) quinque ſtadiis, ex Ioſepho [n]: Tantæ altitudinis, vt ex eo omnes plateæ Ieruſalem

k 1. Reg.18. v.19.
l 3. Reg.13. v.33. & 4. Reg.23.v.10.
m Ierem.49. v. 1.
n Gen.22.v. 12.
nn 1.Par.21. v.23. 28.
nnn 1. Par. 3. v.1.
o Gen.22. v. 12.
p v. 14.
q Ioël. Pſal. 2.v.6.
o Exod.4. v. 27.& 18.v.5.
p Ioſ.11. v. 16.
q Iudic. 2. v. 9.& 4. v.5.
r Cap.16. v. 1.
ſ 2. Reg 5.v 20.
t Iſa.28.v.21.
u 2. Reg.21. v.9.
x 4.Reg.
y Iſai 13.v.1.
z Mich.7. v. 12.
a 1.Machab 9 v.15.
b Ioan.4. v. 20.
c Matth.5.v 1.
d Cap. 14. v.23.
e Luc.6.v.12
f Matth. 15. v.29.
g Cap.28. v. 16.
h Marc.3. v. 13.
i Mat.4.v.8
k Zach.14.v. 4.Mat.21. v.1.
l Dan.11.v. 45.
m Actor.1.v. 12.
n Lib.20.antiq. cap.12.

facilè perſpicerentur. In huius montis vertice, rex Dauid flens, & nudis pedibus fugiens à facie filij ſui Abſalom, Deum adorauit. Ibidem filius eius Salomon, per mulieres alienigenas infatuatus, omniſque pietatis oblitus, Aſtaroth Idolo Sidoniorum fanum erexit, ex aduerſo Templi Domini, ex quo omnis quæ ibi peragebatur idololatria conſpici poterat. Hunc montem Chriſtus Dominus, orationis gratiâ, noctu frequens adiit [o]; ac demum ex eius ſummitate coram Diſcipulis, datâ eis benedictione, in cœlum aſcendit, facie ad occidentem verſa, Romanam & Catholicam ex Gentibus ſpectans Eccleſiam; vt vel ex vltimis pedum eius veſtigiis, ad tantam rei memoriam petroſo monti, velut ceræ impreſſis, etiamnum euidenter colligitur Sunt qui aſſerant, Antichriſtum huius aſcenſionis Chriſti æmulum, vt mendaciis ſuis hoc ſigno autoritatem faciat, in cœlum, hoc loco, Dæmonum ope, eleuandum, ſex mox à Chriſto Spiritu oris ſui occiſum iri. Nec obſcurè patet ex ſacra pagina, Chriſtum Dominum ſupra hunc Montem, eodem modo ac formâ quâ aſcendit, venturum: Cum enim Apoſtoli defixis in cœlum oculis, aſcendentem Chriſtum intuerentur, duo viri, ſeu Spiritus Angelici aſtiterunt illis, qui & dixerunt; [Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in cœlum? Hic IESVS qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum [p].] His accedit illa de eodem monte in extremo iudicio Prophetia : [Congregabo omnes gentes, & deducam eas in valle Ioſaphat, & diſceptabo cum eis ibi ſuper populo meo [q].] Vallis enim Ioſaphat eſt ad pedem montis Oliueti.

Mons Sion [r], Mons Dei, Mons Sanctus, cæteris montibus intra vrbem Ieruſalem excelſior, in modum theatri, forma ſemicirculi, vrbem Ieruſalem toto auſtrali tractu ambiebat, ac velut in eminenti ſpecula, ſolida ac prærupta vndique rupe fundatus, planiciem habebat inſtar oppidi, & cœli delitias repræſentabat; cuius verticem primò Iebuſæi valida Arce, ambitum verò eius firmis altiſque muris, portis, & turribus munierunt, quos cum Dauid expuliſſet, cuncta reddidit munitiora; montiſque planiciem in plateas & vicos diſtinxit; ſibique ac ſuis Heroibus fortibus domos ædificauit, vocata eſt ciuitas Dauid [ſ]; à Ioſepho [u] ciuitas ſuperior, & pars ſacra appellatur. Eundem montem à Gentibus, Machabæi per circuitum reædificantes, ſolidis muris ac turribus ita munierunt, vt vi nunquam, ſed ſola fame capi poſſet. De monte hoc iuxta Prophetarum Oracula, lex, luxque Euangelicæ veritatis exiuit, & velut ab ipſo capite, in omnium Gentium ſalutem, per totum mundi corpus effuſa eſt. Nunc autem Mons Sion extra vrbem ruinis plenus, maiori ex parte incultus iacet [x].

Montes Armeniæ [y], ſuper quos ſtetit Arca Noë poſt diluuium. *Montana* [z] prope Iericho, vbi triduo latuerunt ex conſilio Rachab meretricis exploratores qui miſſi fuerant à Ioſue, ad conſiderandam terram promiſſionis [z]. *Montes* Eſau [a], iidem ſunt ac Montes Edom [b], & Montes Seir [c]. Eſau enim dictus eſt Edom [d], quia rufus, & pro coctione

o Ioan.18.v. 2.
p Actor.1. v. 11.
q Ioël 3.v.2.
r Pſal. 2. v. 13. Ioël 2.v. 3.
ſ 2.Reg.5.v 7.
t 1.Par.11.v 5.
u De bell. Iudaic.c.6.
x Adrichom pag. 149.15…
y Gen.8.v…
z Ioſ.2.v.2
a Machab… v.5. Abdi. 19.
b Gen.36. 8
c Cap.14.v…
d Cap.25. 25.30. 32.

mea

mea vendidit primogenita; Et Seit, quia piloſus, totuſque, in morem pellis, hiſpidus. *Montana*[e] abſolutè, ſcilicet Iudææ, in quibus ſita erat domus Zachariæ; & in quæ abiit SS. Virgo, vt ſalutaret Elizabeth cognatam ſuam.

Moraſthi[g], [i hæres, vel paupertas,] vicus in Tribu Iuda, vnde erat Michæas Propheta, ideò dictus eſt Moraſthites[g].

Moſa[h], [i. azymum,] filius Caleb de Tribu Iuda, ex Epha concubina.

Moſa[i], [id eſt, onus, vel prophetia,] filius Saharaim de Tribu Beniamin, ex Hodes vxore.

Moſa[k], [i. azymum,] filius Zamri, de ſtirpe Saül ac Tribu Beniamin.

Moſera[l], [i. eruditio, ſiue diſciplina] locus eſt, vbi mortuus, ac ſepultus eſt Aaron: alio nomine vocatur mons Hor; quapropter Moſera & Hor ſunt eadem manſio, ex Abulenſi[m]. Huic aſſimilatur *Moſeroth*[n], manſio XXVII. quam aliqui volunt eandem eſſe cum Moſera.

Moſoch[o], [i. attrahens, aut vallans,] filius Iapheth filij Noë: ab hoc Cappadoces originem traxerunt, qui ideo dicuntur in ſcriptura, *Moſoch*[p]. *Moſoch*[q], filius Aram filij Sem: dicitur & *Mes*[r].

Moſollam[ſ], [i. pacificus, ſiue perfectus, aut retribuens,] filius Abihail, & princeps in Tribu Gad, in diebus Ioathan regis Iuda. *Moſollam*[t], filius Elphaal de Tribu Beniamin. *Moſollam*[v], pater Salo de eadem Tribu. *Moſollam*[x], filius Sadoc, Sacerdos. Aliuſque *Moſollam*[y], filius Moſollamith, etiam Sacerdos. *Moſollam*[z], Leuita, de filiis Gaath, vnuſque eorum qui ſub Ioſia rege Iuda vrgebant inſtaurationem Templi. *Moſollam*[a], filius Zorobabel, & Iechoniæ regis pronepos. *Moſollam*[b], filius Barachiæ, vnuſque ex reſtauratoribus Ieruſalem. *Moſollam*[c], filius Beſodia, vnuſque ex iiſdem inſtauratoribus. Aſſimilantur *Moſollamith*[d], [i. pacifica ſiue perfecta, aut dominium mortis,] filius Emmer, & pater Moſollam de genere Sacerdotali. Et *Moſollamoth*[e], [i. pacificatio, aut perfectio, aut dominium mortis,] pater Barachiæ principis de Tribu Ephraim.

Murus[f] plateæ latioris. *Murus* latiſſimus[g]: ac ſimiles videri poſſunt apud Adrichomium in typo ciuitatis Ieruſalem.

Muſi[h], [id eſt, auferens, vel tangens.] filius Merari filij Leui. Hinc Muſitarum familia.

Myſia[i], Prouincia in Aſia minori, nunc Æolis dicta; quam D. Paulus adnauigauit. Eſt & alia eiuſdem nominis iuxta Danubium fluuium.

e Luc. 1. v. 39.
f Ierem. 26. v. 18.
g Mich. 1. v. 1.
h 1. Paral. 2. v. 46.
i Cap. 8. v. 9.
k v. 36.
l Deut. 10. v. 6.
m In Cap. 10. Deut. q. 5.
n Num. 33. v. 30.
o Gen. 10. v. 2.
p Ezech. 27. v. 13. & 32. v. 26.
q 1. Paral. 1. v. 17.
r Gen. 10. v. 23.
ſ 1. Paral. 5. v. 13.
t Cap. 8. v. 17.
u Cap. 9. v. 7.
x v. 11.
y v. 12.
z 2. Par. 34. v. 12.
a 1. Paral. 3. 19.
b 2. Eſdr. 3. v. 4. & 30. v. 6.
c v. 6.
d 1. Paral. 9. v. 12.
e 2. Paral. 28. v. 12.
f 2. Eſdr. 3. v. 8.
g Cap. 12. v. 37.
h Exod. 6. v. 19. & 1. Par. 6. v. 19.
i Actor. 16. v. 7.

N

N*Aama*[k], [id eſt, pulchra, ſiue decora,] ciuitas in Tribu Iuda. *Naama*[l], mater Roboam.

Naaman[m], [i. pulcher, ſiue decorus,] filius Beniamin: dicitur & *Noban*[n]. *Naaman*[o], filius Bela filij eiuſdem Beniamin. *Naaman*[p], princeps militiæ regis Syriæ, curatus à lepra ſub Eliſæo.

Naas[q], [i. coluber, vel ſerpens,] ciuitas, cuius pater ſeu princeps fuit Tehinna: vbi ſit hæc ciuitas non dicitur. *Naas*[r], rex Ammonitarum, qui in hoc tantum ferire volebat fœdus cum viris Iabes Galaad, vt erueret eorum omnium oculos dextros. *Naas*[ſ], pater Abigail ſororis Saruiæ, ipſiuſque Dauidis regis.

Naaſſon[t], filius Aminadab in Chriſti Genealogia, & princeps Tribus Iuda in deſerto[u]. Scribitur & *Nabaſſon*[x]. *Naaſſon*[y], locus ad ſuperiorem Galilæam, non longè à Nephtali ciuitate Tobiæ.

Nabaioth[z], [id eſt, prophetiæ aut fructus,] Iſmaëlis filius; à quo omnis regio ab Euphrate vſque ad mare rubrum, dicta eſt *Nabaioth*[a]: dicitur vſque hodie Nabathæa, & Nabathena, (quæ pars Arabiæ, frugum inops eſt, & plena pecorum,) eiuſque incolæ Nabathæi ſiue Nabuthæi appellantur.

Nabat, vel *Nabath*[b], [i. aſpiciens,] pater Ieroboam ſerui Salomonis. *Nabath*[c], vnus ex conſobrinis Tobiæ.

Nabo[d], [i. prophetia.] mons in Tribu Ruben, vnuſque ex montibus Abarim, inter quos Nabo ſublimior eſt, eiuſque vertex dicitur Phaſga; ita Adrichomius: dicitur & *Nabo*[e]. *Nabo*[f], ciuitas in terra Moab in Tribu Ruben, quam ædificauerunt filij Ruben ad montem Nabo[g]. *Nabo*[h], idoli nomen, fortè quia poſitum in monte, vel ciuitate Nabo.

Nabuchodonoſor[i], [i. gemitus, ſiue planctus iudicij, anguſtiæ, vel preſſuræ,] rex Aſſyriorum in Niniue, qui deuicto Arphaxad rege Medorum, miſit Holofernem, vt omnem terram ſuo ſubiugaret imperio; ſed huic Bethuliam obſidenti Iudith caput abſcidit[k]. *Nabuchodonoſor*[l], ab Ethnicis Nabalaſſar, rex Babylonis: hic dicitur ſenior ad differentiam filij ſui, qui eſt *Nabuchodonoſor*[m], magnus rex item Babylonis, qui ſeptennio dementatus, moratus eſt cum beſtiis: de hoc Daniel agit in libro ſuo; Ieremias, & Ezechiel ſubinde de vtroque.

Nachor[n], [i. iratus, vel incenſus; aut Syriacè ſuffocatus,] filius Sarug in Sacra Chriſti Genealogia. *Nachor*[o], filius Thare, & frater Abrahæ. *Nachor*[p], vrbs in Meſopotamia, ad quam perrexit Eliezer, vt inde ſumeret vxorem Iſaac: vbi dicitur, Perrexit in Meſopotamiam ad vrbem Nachor, quamquam intelligi poteſt: ad vrbem vbi habitabat Nachor; atque ita Nachor eſſet nomen viri, non loci.

Nadab[q], [i. ſpontaneus, vel princeps,] filius Aaron. *Nadab*[r], filius Semei de Tribu Iuda. *Nadab*[ſ], filius Iehiel, & patruus Saül. *Nadab*[t], filius & ſucceſſor Ieroboam regis Iſrael.

Naham[v], [i. pulcher, ſiue iucundus, aut mouens eos,] filius Caleb filij Iephone de Tribu Iuda. *Naham*[u], [i. pœnitentia, aut requies eorum,] pater Ceila, & frater vxoris Odoiæ de eadem Tribu Iuda.

Nahum[y], filius Heſli in Sacra Chriſti Genealogia, & linea Nathan. *Nahum*[z], vnus ex duodecim Prophetis minoribus.

Naim[z], [i. pulchritudo, ſiue iucunditas,] ciuitas decora in Tribu Iſſachar, ſita in latere Aquilonari montis Hermon minoris, in

k Ioſ. 15. v. 41.
l 3. Reg. 14. v. 21.
m Gen. 46. v. 21.
n 1. Par. 8. v. 1.
o v. 4.
p 4. Reg. 5. v. 1. & Luc. 4. v. 27.
q 1. Par. 4. v. 12.
r 1. Reg. & 1. Par. 19. v. 2.
ſ 2. Reg. 17. v. 25.
t Matt. 1. v. 4. Luc. 3. v. 32. 33.
u Num. 1. v. 6.
x Exod. 6. v. 23 & 1. Par. 2. v. 10. 11.
y Tob. 1. v. 1.
z Gen. 25. v. 13.
a Iſai. 60. v. 7.
b 3. Reg. 11. v. 27.
c Tob. 11. v. 20.
d Num. 33. v. 47.
e Num. 32. v. 2. Deut. 32. v. 49. & 1. Par. 5. v. 8.
f Iſai. 15. v. 2. Ierem. 48. v. 1.
g Num. 32. v. 38.
h Iſai. 46. v. 1.
i Iudith. 1. v. 5. 10.
k Cap. 13.
l 4. Reg. 24. v. 24.
m Dan. 4. v. 29.
n Gen. 11. v. 22. & Luc. 3.
o v. 34. v. 27.
p Gen. 24. v. 10.
q Exod. 6. v. 23.
r 1. Par. 2. v. 28.
ſ Cap. 9. v. 36.
t 3. Reg. 14. v. 20.
u 1. Par. 4. v. 15.
x v. 19.
y Luc. 3. v. 26.
z Luc. 7. v. 11.

ſecundo milliatio montis Thabor ; ante eius pottam, Chriſtus filium viduæ ſuſcitauit.

Naioth [a], [i. pulchritudo, ſiue decor,] locus in Ramatha, ſiue Rama Tribus Ephraim, vbi Dauid ſugiens Saulem, & Samuël manſetunt ; quo & lictores à Saule miſſi, Prophetarunt ; & ipſe Saul veniens, cum aliis quoque prophetauit.

Namuel [b], [i. ſomnus Dei,] filius Simeonis filij Iacob : à quo familia Namuelitarum : dicitur & *Iamuel* [d].

Napheg [e], [i. imbellis, aut remiſſus, vel laxatus,] vnus ex filiis Dauid ex vxore innominata : ſcribitur & *Nepheg* [f].

Nathan [g], [i. dans vel donatus,] Propheta, qui Dauidem increpauit de adulterio & homicidio commiſſo. *Nathan* [h], filius Dauid ex Bethſabee. *Nathan* [i], frater Ioel vnius ex fortiſſimis in exercitu Dauidis. *Nathan* [k], de Tribu Iuda, filius Ethei filij filiæ Seſan ex Ieta ſeruo Ægyptio. *Nathan* [l], vnus ex principibus quem miſit Eſdras. *Nathan* [m], vnus ex filiis Iſrael qui abiecere mulieres alienigenas. *Nathan melech* [n], Eunuchus iuxta cuius exedram erant equi, quos dederant ſoli, reges Iuda idololatræ, quoſque abſtulit pius Ioſias.

Nathanaël [o], [i. donum Dei filius Suar, princeps Tribus ſuæ Iſſachar ſub Moyſe in deſerto. *Nathanaël* [p], frater Dauid, ac quartus filius Iſai. *Nathanaël* [q], vnus ex ſacerdotibus qui tubis clangebât ſub Dauide. *Nathanael* [r], quintus filius Obededon, Leuita & Ianitor ſub eodem Dauide. *Nathanael* [ſ], vnus ex principibus miſſis à rege Ioſaphat, vt erudirent populum in Iuda. *Nathanael* [t], frater Semeiæ, & Choneniæ, leuita ſub Ioſia rege Iuda. *Nathanael* [u], vnus è Sacerdotibus qui ſub Eſdra abiecerunt mulieres alienigenas. *Nathanael* [x], à Cana Galilææ, & verè Iſraëlita, in quo dolus non eſt, vnus ex Diſcipulis Chriſti, addictus ei à Philippo Apoſtolo.

Nathanias [y], [i. donum Domini,] leuita de filiis Aſaph : idemque ac is qui dicitur princeps quintæ vicis Cantorum [z]. *Nathanias* [a], vnus ex leuitis quos miſit rex Ioſaphat, vt erudirent populum in Iuda. *Nathanias*, pater Iſmaelis interfectoris Godoliæ.

Nazareth, [c] ex ſui Etymologia nominis, [flos, florens] Galilææ ciuitas, in Tribu Zabulon, non procul à monte Tabor, ædificata ſuper montem, quem nobiliſſimæ inſtar coronæ ambit, trium circiter dierum itinere ab Ieruſalem, ac Bethleem diſtans [e]. Hoc in loco Beatiſſima Virgo MARIA nata eſt, & CHRISTVS conceptus [f], & educatus [g], diu habitauit. Vnde & ciuitas hæc, ciuitas & patria Chriſti [h], dicta eſt : Ipſe verò Nazaræus [i], ſeu Nazarenus, & Galilæus appellatus eſt. Sed & fideles qui in ipſis naſcentis Eccleſiæ incunabulis, à Chriſto Chriſtiani nuncupati ſunt ; poſteà ſub Iuliano Apoſtata ab infidelibus, opprobrij loco, à Nazaræo Nazaræi ; & à Galilæo Galilæi vocitabantur. Hîc Chriſtus Dominus ingreſſus Synagogam, (quam adhuc ſtare peregrini noſtri referunt [k],) legit illud Iſaiæ : [Spiritus Domini ſuper me [m],] Et Apoſtoli, poſt Chriſti in cœlos aſcenſionem, auguſtum illud Deiparæ Virginis domicilium, in quo ab Angelo ſalutata Chriſtum concepit, ſactis vſibus dedicarunt. Eodemque poſteà loco Chriſtiani peramænum Dei Genitrici Templum ædificarunt, quod Archiepiſcopali Cathedra inſignitum eſt ; triaque in eo ex rupe exciſa ſunt altaria. Cæterum cùm ſacrum illud Angelicæ ſalutationis domicilium, eò diù in loco frequentatum, & in honore habitum fuiſſet ; Palæſtinâ Chriſtianam religionem repudiante, ab Angelis ad Illyrij oppidum, flumen nomine, delatum eſt : ad cum incolæ nullam eius rationem duxiſſent, iis velut indignis poſſeſſoribus ereptum eſt, eorumdemque opera Angelorum, trans mare per aëra deuectum eſt in Italiam, & in ſylua nobilis cuiuſdam fœminæ Lauretæ, (à qua Lauretanum deinceps dictum eſt) in agro piceno, quam Itali Recanatenſem vocitant, collocatum eſt : vbi .... incredibili fidelium concurſu honoratur, ſubinde factum eſt, vt ad eos exſpoliandos illa in ſylua ſeſe prædones abderent, plurimoſquè illuc commeantium enecarent ; quod ſcelus miſericordiæ Mater execrata, domicilium ſuum aliò ab Angelis transferri voluit, nempè in duorum fratrum montem, vbi pretioſis muneribus auctum eſt : At fratribus hac ratione magnum quidem queſtum facientibus, ſed acerbè propter idem luctum diſſidentibus, inde iam tertiò in viam publicam Recanati, Angelico miniſterio tranſlatum fuit, ibique ſedem deinceps ſtabilem & quietem habuit. Hanc venerandam ædiculam quatuor tantùm muris ſine fundamento mirabiliter conſiſtentem, fideles celebetrimo cinxerunt Templo, in quo præter innumerabilem donariorum & tabellarum copiam, cernitur adhuc integra SS. Virginis MARIÆ à D. Luca depicta imago : de his Adrichomius [n]. Nazareth aſſimilantur *Nazaræi* [o], viri religioſi legis veteris, qui vt Deo meliùs vacarent, ex voto abſtinebant vino, & geſtabant cæſariem intonſam [p].

Neapolis [q] ciuitas in Thracia, quam adnauigauit D. Paulus : alia quidem à Neapoli in Italia.

Nebo [r], [ideſt, propheris,] ciuitas in Tribu Ruben, iuxta montem Nebo : dicitur & Nabo, ſuprà. *Nebo* [ſ], princeps vnius ex familiis quæ ſolutâ captiuitate redierunt Ieruſalem.

Nebeleſcol [t], [ideſt, Torrens & vallis Botri,] locus in Tribu Dan, ſic dictus, quia inde ſumptus botrus tantæ magnitudinis, vt duo viri neceſſarij eſſent ad illum portandum.

Nepheg [u], [i. imbecillis, aut remiſſus,] filius Iſaar Leuitæ, & pater Core rebellis. *Nepheg* [x] vnus ex filijs Dauid ex vxore innominata.

Nephthali [y], [i. tortuoſitas, vel æquipatatio,] ſextus filius Iacob ex Bala ancilla Rachel vxoris ipſius Iacob. *Nephthali* [z], vna ex

Marginal notes:
a 1. Reg. 19. v. 19.
b 1. Reg. 19. v. 15. 19. 20.
c 1. Par. 4. v. 24.
d Gen. 46. v. 10.
e 1. Par. 14. v. 6
f c 3. v. 7. & 2. Reg. 5. v. 15.
g 2. Reg. 7. v. 2.
h Cap. 5. v. 14. 1. Par. 3. v. 5.
i Cap. 11. v. 35.
k c. 2 v. 26.
l 1. Eſdr 8. v. 16.
m c. 10. v. 39.
n 4. Reg 23. v. 11.
o Num. 1. v. 10.
p 1. Par. 2. v. 14.
q Cap. 15. v. 24.
r Cap. 25. v. 5.
ſ 2. Par. 17. v. 7.
t Cap. 35. v. 9.
u 1. Eſdr. 12. v. 22.
x Ioan. 1. v. 45. & c. 21. v. 2.
y 1. Par. 25. v. 2.
z v. 12.
a 2. Par. 17. v. 8.
b 4. Reg 25. v. 23.
c Hier in 17. Matth.
d Luc. 2. v. 26.
e Adrichom. pag 141.
f Luc. 1. v. 26. & 2. v. 4.
g v. 39. 51. & cap. 4. v. 16.
h Matth. 13. v. 54. Marc. 6 v. 1. Luc. 4. v. 23.
i Matth. 2. v. 23.
k teſte Adrichom. pag. 141.
l Luc. 4. v. 16. 17.
m Iſai. 60 v. 1.
n pag. 141.
o Ieiem. 4. v. 7. Amos 2. v. 11. 12.
p vide lib. 1. obſernat.
q Actor. 61. v. 11.
r Num. 33. v. 3. Deuter. 32. v. 49. & 34.
ſ 1. Par. 5. v. 8.
ſ 1. Eſdr. 2. v. 29. & 10 v 43.
t Num. 13. v. 25.
u Exod. 6. v. 21.
x 2. Reg. 5. v. 15. & 1. Par. 3. v. 7.
y Gen. 30. v. 8.
z.

ban, natu maior ; & prima vxor Iacob; lippis quidem oculis, ſed fœcunda. Similis vtcunque *Linus* [c], [i. rete, ratiaculum, vel tinea piſcatoria, vel chordæ citharæ,] Pauli coadiutor, & Petri ſucceſſor in Pontificatu.

Libanus [d], [i. albus candidus, aut thus, vel cordis filiatio.] inſignis Phœniciæ mons, perpetuis niuibus albeſcens, thuris ferax fragrantiſſimi, medicinæ hortos, terræ ſanctæ terminos Septentrionalis. De libano, & de Cedris Libani, frequens mentio in ſcriptura. Eſt & *Turris Libani* [e], de qua infrà. *Planities Libani* [f], & *regio Libani* [g]. Ex aduerſo autem Libani eſt *Antilibanus*; de quo Plinius [h]; mons excelſus à quo omnis regio quæ ceſſit in ſortem Tribus Manaſſe, Antilibanus appellatur.

Libya [i], regio; Hebraicè Phut: & interpretatur Africa; aut Syriacè, craſſa vel pinguis. Duplicem ſtatuit Libyam D. Hieronymus, vnam Æthiopum, de qua ſæpiùs Prophetæ: aliam Cyrenaicam, de qua in Actibus Apoſtolorum [k]. Hinc *Libyes* [l], ſcilicet populi Libyæ.

Lingua [m] maris ſalſiſſimi ſeu mortui, in Tribu Iuda, in quo Iordanis abſorbetur, inde ſubterraneis meatibus in mare quoddam euoluitur.

Lithoſtrotos [n] Græcè [i. lapidibus ſtratum; Hebraicè Gabbatha,] locus vbi erat Tribunal Pilati, in quo & ipſe ſedit Chriſtum morti adiudicaturus, cum tamen abſoluere cupiens lauit manus ſuas coram omni populo dicens: [Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius [o], vos videritis.]

Lobna [p], [i. luna, albedo, thus,] ciuitas Sacerdotalis in Tribu Iuda, olim regia: in quibuſdam exemplaribus dicitur *Lebna*. Similis eſt, idemque ſignificat *Lobni* [q], filius Gerſon filij Leui: dicitur & *Lebni*, ſuprà.

Locus [r] flentium ſiue lachrymatum in Tribu Beniamin: dicitur à D. Hieronymo Græcè Clauthmon, à planctu enim filiorum Iſraël, ad Angeli increpationem ſubſecuto nomen accepit. *Locus* [s] Idolorum, per quem Aod, occiſo Eglon Rege Moab, effugit. *Locus* [t] ſpeluncæ, quem inuenit Ieremias in quo Moyſes aſcendit, & vidit hæreditatem Dei; Et illuc intulit Tabernaculum & Arcam, & Altare incenſi, & oſtium obſtruxit. *Locus* [u] campeſtris, in quo ſtetit Chriſtus cum deſcendiſſet de monte, in quo pernoctauerat in oratione.

Lod [y], [i. natiuitas, generatio,] ciuitas quam Samad de Tribu Beniamin ædificauit. Similis vtcunque *Lodabar* [z], [i. ipſimet peſtis vel mors,] ciuitas in qua morabatur Miphiboſeth claudus, filius Saul, in domo Machir filij Ammiel.

Lot [a], [i. inuolutus, cooperatus,] filius Aran fratris Abrahæ. Eſt & ſpelunca *Lot* [b], in qua manſit Lot & duæ filiæ eius virgines, quæ eum inebriauerunt: & ambæ ex eo conceperunt. Similis eſt, idemque ſignificat *Lotan* [c], primogenitus Seir Horræi, primuſque è ſeptem ducibus Horræorum.

Lucas [d]; [i. ipſi reſurrectio, Latinè, à luce,] medicus, Pauli chariſſimus, qui ſcripſit Euangelium, & Acta Apoſtolorum. Similis *Lucius* [e] Cyrenenſis, Propheta & doctor, & cognatus Pauli [f].

c 2 Timoth. 4 v.21.
d Cant. 4. v. 8. 14. 15.
e Cap. 7. v. 4.
f Ioſ. 11. v. 17.
g Cap. 13. v. 5.
h lib. 5. cap. 20.
i Ezech. 27. v. 10 & 30. v. 5. & 38. v. 5. Ierem. 46. v. 9. Dan. 11. v. 43.
k Cap. 2. v. 10.
l 2 Paral. 12 & 16. v. 8. Nahum. 3. v. 9.
m Ioſ. 15. v. 2.
n Ioan. 19. v. 13.
o Matth. 27. v. 24.
p Ioſ. 21. v. 13.
q
r
ſ Iudic. 2. v. 1.
t Iudic. 3. v. 26.
u 2. Machab. 2. v. 5.
x Luc. 6. v. 17.
y 1. Paral. 8. v. 12. 2 Eſdr. 2. v. 33. & 2. Eſdr. 7. v. 37.
z 2. Reg. 9. v. 4. 5.
a Gen. 11. v. 27.
b Cap. 19. v. 30. 31.
c Cap. 36. v. 20.
d Coloſſ. 4. v. 14.

Lucus [g] conſecratus ſacris Priapi, in quibus Princeps erat Maacha mater Aſa Regis Iuda. *Lucus* [h], qui permanſit in Samaria, etiam poſtquam liberatus eſt Rex Ioachaz & Iſraël de manu regis Syriæ. *Lucus* [i] Baal, qui erat in domo Domini, quam pius Ioſias Rex Iuda inde abſtulit, & combuſſit in conualle Cedron.

Lud [k], [i. natiuitas, generatio,] quartus & penultimus ex filiis Sem, à quo Lidij dicti. Similis eſt, idemque ſignificat *Ludim* [l] filius Meſraim filij Cham, & vtcunque *Luith* [m], [i. tabularum, tabulæ,] vrbs in regione Moab, ac Tribu Ruben.

Luza [n], [i. corylus. i. auellana,] vrbs in Tribu Ephraim iuxta Sichem: dicta eſt Bethela à Patriarcha Iacob, cum ei dormienti apparuiſſet ibi Deus, innixus ſcalæ. *Luza* [o], in terra Hethim, ab eo, qui veterem Luzam domui Ioſeph prodidit, condita.

Lycaonia [p], [i. lupina, Græcè,] Aſiæ minoris regio propè Phrygiam, à qua montibus ſeparatur; in qua Paulus & Barnabas prædicarunt, Cappadociæ conterminа [q]. Similis eſt, idem ſaltem ſignificat *Lycia*, Prouincia Aſiæ minoris; Regio inter Pamphyliam & Cariam [r].

Lyda [ſ], quæ & *Lydda* [t], ciuitas in Tribu Ephraim, in littore maris magni ſita: in ea Petrus Æneam Paralyticum ſanauit [u]. Tempore D. Hieronymi Dioſpolis appellabatur. i. Iouis ciuitas. Similis eſt *Lydia* [x], mulier purpuraria, colens Deum, ad fidem conuerſa. Eſt apud auctores prophanos, Aſiæ minoris Prouincia, inter Cariam & Phrygiam [y]; à qua dicti Lydij [z] populi.

Lyſias [a], [i. diſſoluens,] Princeps quidam ab Antiocho Epiphane ſuper negotia regia, & medium exercitum præpoſitus. *Lyſias* [b] Claudius prænomine, Tribunus, qui eripuit in Ieruſalem Paulum de manibus Iudæorum, miſitque eum ad Cæſaream Paleſtinæ ad Fœlicem præſidem. Similis vtcunque *Lyſanias* [c], procurator à Romanis conſtitutus ſuper Abilinam regionem: a Nicephoro, & Beda habetur Herodis magni filius, non autem à Ioſepho.

Lyſtra [d], ciuitas Lycaoniæ in Aſia minori, vbi Paulus ſolo verbo ſanauit claudum ex vtero matris ſuæ. *Lyſtra* [e], quæ eſt Lyciæ, vbi Iulius Centurio cohortis Italicæ, Paulum ad Cæſarem ducens, tranſpoſuit eum in nauem Alexandrinam.

M

Maacha [f], [i. compreſſa,] filius Nachor fratris Abrahæ ex Roma concubina. *Maacha* [g], filia Tholmai, ſeu Tholomai regis Geſſur, & vxor Dauidis, ex qua genuit Abſalon, & Thamar. *Maacha* [h], vxor Machir filij Manaſſe. *Maacha* [i], concubina Caleb. *Maacha* [k], vxor Abigabaon de Tribu Beniamin, qui & Iehiel [l], ſuprà. *Maacha* [m], regio, cuius regem conduxit ſibi Hanon rex Ammon contra Dauidem. *Maacha* [n], filia Abeſſalom infœlicis illius parricidæ vxor,

e Actor. 13. v. 1.
f Rom. 16. v. 21.
g 3. Reg. 15. v. 13.
h 4. Reg. 13. v. 6.
i Cap. 23. v. 4.
k Gen. 10. v. 22.
l Cap. 10. v. 13.
m Iſai. 15. v. 5.
n Gen. 28. v. 19.
o Iudic. 1. v. 26.
p Actor. 14. v. 6.
q Volaterr. lib. 10.
r 1. Machab. 15. v. 23. & Act. 27. v. 5.
ſ 1. Machab. 11. v. 34.
t Actor. 9. v. 19.
u v. 33. 34.
x Cap. 16. v. 14.
y Strabo lib. 13.
z Ierem. 46. v. 9. Ezech. 27. v. 10.
a 1. Machab. 3. v. 32.
b Actor. 23. v. 26. & 24. v. 7. 23.
c Luc. 3. v. 1.
d Actor. 14. v. 6. 7.
e Cap. 27. v. 6. &c.
f Cap. 22. v. 24.
g 2. Reg. 3. v. 3. & 1. Paral. 3. v. 2.
h Cap. 7. v. 16.
i Cap. 2. v. 48.
k Cap. 8. v. 29.
l Cap. 9. v. 35.
m 2. Reg. 10. v. 6. 8 & 1. Par. 19. v. 6. 7.
n 3. Reg. 15. v. 2.

Roboam,

Roboam, & mater Abia regis Iuda: dicitur & mater. i. auia Aſa filij Abiam: dicitur [o] & *Michaia* [p], filia Vriel de Gabaa. Michaia namq; & Maacha eadem mulier eſt, ex Vrele filio Abſalom vt immediato parente nata: qui quidem Vriel ob notam paterni criminis, occurſum aui ſui Dauidis fugiens, domicilium ſuum in Gabaa fixiſſe videtur. Similis eſt *Maachati* [q], [i. compreſſus, vel attritus,] pater Iezoniæ vnius ex eis qui venerunt ad Godoliam.

Maala [r], [i. chorus, tibia, dolor,] filia Salphaad de Tribu Manaſſe. Similis eſt *Maara* [s], [i. euacuatio, diſcooperiens, euigilans,] Sidoniorum, in Tribu Aſer. i. ſpelunca Sidoniorum; poſteà cauea Tyri dicta eſt ſpelunca inexpugnabilis, & Chriſtianorum municipium, quod anno Chriſti 1167. præſidiarij milites pecuniâ corrupti Sarracenis tradiderunt.

Maaſia [t], [i. opus Domini,] doctor, vnuſque ex tribus ducibus exercitus Oziæ regis Iuda. *Maaſia* [u], pater Sophoniæ vniuſque ex duobus qui à Sedechia rege Iuda miſſi ſunt ad Ieremiam Prophetam. *Maaſia* [x], princeps ciuitatis Ieruſalem, vnuſque ex iis quos miſit pius Ioſias, vt inſtaurarent domum Domini. *Maaſia* [y], [i. ſpes Dei, vel protectio Dei,] pater Neriæ patris Baruch Prophetæ & Scribæ Ieremiæ, patriſque Saraiæ Principis prophetiæ, cui in Babylonem cum Sedechia rege Iuda proficiſcenti dedit Ieremias librum ſcriptum contra eandem Babylonem, mox vt perlectus foret, alligato ei lapide in Euphratem proiiciendum [z]. *Maaſia* [a], [ideſt, opus Domini,] tres diuerſi de filiis Sacerdotum, qui ſub Eſdra repudiarunt mulieres alienigenas. Similes ſunt *Maazia* [b], [ideſt, fortitudo Domini,] vnus ex Sacerdotibus qui ſignarunt fœdus cum Eſdra. Et *Maziau* [c], princeps vigeſimæ quartæ ſeu vltimæ vicis Sacerdotalis. Et *Maaſai* [d], [i. opera mea,] filius Adiel de genere Sacerdotali.

Maaſias [e], [ideſt, opus Domini,] vnus ex Centurionibus quos aſſumpſit Ioiada Pontifex, vt Ioas ſeptennem, Regem Iuda conſtitueret. *Maaſias* [f], filius Achaz regis Iuda, quem occidit Zechri vir potens in Ephraim.

Mabſam [g], [ideſt, aromatizans,] quartus è duodecim filiis Iſmaëlis. Similis eſt *Mabſar* [h], [ideſt, munitus, prohibens, vindemia,] vicus grandis, cui præerat nonus ex vndecim ducibus Eſau, pertinens ad vrbem petram.

Maces [i], [ideſt, finis, vel finiens,] locus cui præerat Bendecar, ſecundus ex duodecim præfectis annonæ Salomonis. Similes ſunt *Maceda* [k], [ideſt, incendium,] ciuitas Iudæ, in cuius ſpelunca abſconderunt ſe quinque reges cæſi à Ioſue. Et *Macedonia*, [ideſt, incendium,] latiſſima Europæ regio Græcorum imperio olim clariſſima; & tenuibus initiis, regum prudentiâ, Gentiſque fortitudine, eo magnitudinis excreuit, vt centum & quinquaginta populorum fieret domina: ab ortu, Ægæo mari; ab occaſu, Adriatico abluitur: Septentrionalem plagam Dalmatia, Mæciaque: Macedoniam Epirus excipit. Hinc nomen Gentile *Macedo* [l], i. ex Macedonia oriundus; & Macedones [m].

o v.10. — p Cap. 13. v.2. — q 4. Reg. 25. v.23. — r Num. 26. v. 33. & Ioſ. 17. v.3. — ſ Cap. 13. v.4. — t 2. Paral. 26. v.11. — u Ierem. 21. v.1. — x 2. Paral. 34. v.8. — y Ierem. 32. v.12. Baruch. 1. — z Ierem. 51. v.59. 60. — a 1. Eſdr. 10. v.18.21.22. — b 2. Eſdr. 10. v.8. — c 1. Paral. 24. v.18. — d Cap. 9. v. 12. — e 2. Paral. 23. v. 1. — f Cap. 28. v.7. — g Gen. 25. v. 13. & 1. Par 1. v.29. — h Gen. 36. v. 42. — i 3. Reg. 4. v.9. — k Ioſ. 10. v. 16. & 15. v. 41.

Macelloth [n], [ideſt, virga, baculus,] vnus ex filiis Abigabaon ſeu Iebiel. Similis eſt *Maceloth* [o], [ideſt, Eccleſia, cœtus,] manſio XXII. filiorum Iſrael in deſerto. Et vtcunque *Macenias* [p], [ideſt, poſſeſſio Domini, nidificatio Domini,] vnus ex Cantoribus qui in cytharis pro octaua canebant epinicion, tempore Dauidis.

Machati [q], [i. compreſſa,] regio ex qua oriundus erat Eſthamo. *Machati* [r], [ideſt, compreſſus,] auus Eliphelet vnius ex fortibus Dauidis.

Machbanai [ſ], [i. miſer ſiue pauper filius, paupertas aut humiliatio filij,] vndecimus ex principibus fortiſſimis Tribus Gad, qui tranſfugerunt ad Dauidem dum lateret in deſerto. Similis eſt *Machbena* [t], [ideſt, paupertas, aut percuſſio filij eius, locus, cuius pater. i. princeps fuit Sue filius Saaph de Tribu Iuda.

Machir [u], [i. venditor,] filius Manaſſe, & pater Galaad; ab illo orta familia Machiritarum [y]. *Machir* [z], filius Ammiel, in cuius domo morabatur Miphiboſeth filius Ionathæ, cum Dauid fecit eum ſibi commenſalem. Similis eſt *Machi* [a], [ideſt, percuſſor, aut pauper,] pater Guel principis Tribus Gad, vniuſque exploratorum terræ Chanaan.

Machmas [b], [i. percuſſor, pauper ablatus,] ciuitas Ephraim. In hac Ionathas Machabæus habitauit [c]: atque hic B. Deipara puerum Ieſum non eſſe in comitatu percepiſſe fertur [d]: dicitur & *Mechmas* [e].

Machmethath [f], [i. percuſſoris vel pauperis donum,] terminus Tribus Ephraim ad Aquilonem. *Machmethath* [g], terminus dimidiæ Manaſſe trans Iordanem à Tribu Aſer.

Madaba [h], ciuitas in qua habitabant filij Iambri, qui comprehenderunt Ioannem fratrem Ionathæ & Simeonis, qui in vltionem ſanguinis fratris ſui conuerterunt nuptias eorum in luctum.

Madai [i], [i. menſura, indumentum,] filius Iapher; hic Medorum genti nomen dedit. Similis eſt *Madan* [k], [i. litigium, iudicans, menſura, indumentum,] tertius filiorum Abrahæ ex Cetura.

Madian [l], [i. iudicium, vel iudicans, vel obiurgans,] quartus filiorum Abrahæ ex Cetura; à quo terra Madian [m] & terra Semelec Camelorum ferax, & vrbs regia Madian, quò fugit Moyſes [n] occiſo Ægyptio; & vbi habitabat Iethro Socer Moyſis; & Sacerdos Madian [o], trans Arabiam ad meridiem Iudææ, in deſerto Saracenorum. Inde nomen Gentile Madianita [p], & Madianitis [q]. *Madian* [r], ciuitas in regione Moab, & ſortis Tribus Ruben.

Madmena [ſ], [i. menſura numeri,] ciuitas in Iuda, cuius pater. i. princeps, fuit Saaph: volunt aliqui eandem eſſe ac Berſabee: alij tamen aiunt, in eius vicinia tantum eſſe poſitum.

l 1. Mach. 1. v.1. Actor. 16. v.9. — m Cap. 19. v. 29. — n 1. Paral. 8. v.31. & 9. v. 35.37. — o Num. 33. v. 23. — p 1. Paral. 15. v. 18. — q Cap. 4. v. 19. — r 2. Reg. 23. v.34. — ſ 1. Paral. 12. v.13. — t Cap. 2. v. 49. — u Gen. 50. v. 23. — x — y Num. 26. v. 29. — z 2. Reg. 9. v. 4.5. — a Num. 13. v. 16. — b 1. Reg. 13. v. 15. & Iudic. 3. v.14. — c 1. Machab. 9. v.73. — d Ita Adrichom. — e 2. Eſdr. 11. v. 31. — f Ioſ. 16. v.6. — g Cap. 17. v. 7. — h 1. Machab. 9. v. 36.37. — i Gen. 10. v.2. — k Cap. 25. v.2. — l Ibidem. — m Habac. 3. v.7. — n Exod. 2. v. 15. — o Cap. 3. v. 32. — p Gen. 37. v. 28. — q Num. 25. v.8. — r Gen. 35. v. 36. & Ioſ. 13. v.21. — ſ 1. Paral. 2. v.49.

tum Maon [h] & ſolitudo *Maon* [i]. Similis *Maozim*, [i. fortitudines, aut refugia,] Idoli nomen de quo alibi [k].

Mara [l], [i. amara, vel amaritudo,] manſio V. filiorum Iſraël in deſerto: ibi Moyſes iniecto ligno amaras aquas in dulces vertit [m].

Marai [n] [i. accelerans, aut montanus,] Nethophathites, princeps turmæ quæ decimo menſe miniſtrabat Dauidi regi. Item *Maraia*, [i. amaritudo, vel myrrha Domini,] Et *Maraioth*, [i. amaritudines, vel rebelliones,] Sacerdotes tempore Eſdræ [o].

Marcus [p], [i. limatus, vel expolitus,] conſobrinus Barnabæ [q]. *Marcus* [r], cognomen cuiuſdam Ioannis, de quo in actis Apoſtolorum idem cum præcedenti.

Mardochai [s], [i. amara contritio, vel myrrha contrita; aut ex Hebræo & Syro, myrrha puriſſima,] vnus ex viris præcipuis, qui ſolutâ captiuitate Babylonica, rediere Ieruſalem: dicitur & *Mardochæus* [t]. *Mardochæus* [u], filius Iair, & patruus ac nutritius Eſther reginæ. Mardochæi dies [x] erat ſolemnis decima quarta duodecimi menſis Adar: dicebatur vulgò dies Phurim, i. ſortium.

Mare magnum, ſcripturæ phraſi, dicitur mare mediterraneum, ita dictum quia per medias terras diffunditur: dicitur in ſacris literis, magnum [z], quod cæteris terræ ſanctæ maribus longè amplius ſit: dicitur & nouiſſimum [a], reſpectu maris mortui: quod ad orientem Iudææ ſitum, vocatur primum: dicitur & occidentale, ſeu ad occidentem [b], quia ab occidente totam alluit Palæſtinam: ſecundum autem diuerſas regiones quas alluit, etiam diuerſa ſortitur nomina: vt iuxta Palæſtinam, mare Palæſtinorum [c] vocatur: iuxta Ioppe, mare Ioppe [d]: iuxta Ægyptum, mare Ægypti [e]. *Mare rubrum* [f], ad Auſtrum Iudææ poſitum; quod ictu virgæ Moyſis diuiſum, filij Iſraël ſicco pede pertranſierunt. A Græcis dicitur Erythræum, ab aliis ſinus Arabicus. Et quidem prædicta duo maria, vere maria ſunt; duo verò ſubſequentia, ſcilicet mare mortuum & mare Galilææ, ſtagna potius aut lacus ſunt. *Mare mortuum* [g], ſeu orientale [h], quia ad orientem Paleſtinæ ſitum: ſeu *Mare Iaſer* [i]. olim fuit vallis ſylueſtris [k], deliciis & fertilitate laudatiſſima, se Iordanæ medio irrigua; ideoque paradiſo Domini comparabatur [l], quo tempore quinque Sodomorum reges ab Aſſyriis ſuperati ſunt; capto etiam Loth fratris Abrahæ filio, qui eam ſibi terram veluti fertiliſſimam non multò ante delegerat: priſtinam illam fœlicitatem vicina Ierieho & Engaddi patrio balſamo adhuc oſtentant: at cum nefandi Sodomitæ tentaſſent in Angelis, quod in brutis commiſerant; neque fidelis Abrahæ deprecatio horrendis eorum ſceleribus condonandis valuiſſet [m], cum in quinque maximis ac regiis vrbibus vel decem iuſti nequaquam inuenti fuiſſent, demiſſo cœlitus igne & ſulphure in teſtimonium Iuſtitiæ, totiuſque poſteritatis exemplum, quatuor ex illis ciuitatibus, quarum nomina ſunt Sodoma, Gomorrha, Adama, & Seboim conflagrarunt; (Segor enim quæ quinta fuit, cæterarumque minima, rogante Lot, non eſt ſubuerſa.) Totus autem ille quatuor regiarum vrbium ambitus, factus eſt lacus peſtilens ac horribilis; latitudine, vt ait Ioſephus [n], centum & quinquaginta ſtadiorum; longitudine verò quingentorum & octoginta: variaque ſubinde nomina ſortitus eſt. Dicitur mare mortuum, quia nihil in eo quod viuit, reperiri poteſt; quia ſi Iordanis illuc influens piſces rapuerit, ſtatim moriuntur, & pinguibus aquis ſupernatant. Dicitur *Mare* [o] *ſalis*, & Mare ſalſiſſimum [p], quia eius aquæ amariſſimæ ſunt, & ſuper alias marinas ſalſiſſimæ. Dicitur & mare ſolitudinis, & deſerti [q], quia deſerto Iudææ proximum, & in modum camini Infernalis perpetuis exæſtuat vaporibus, quorum halitu litora, & montes vtrimque ad quinque milliaria, ſterilia ſqualent: Et quæ ſub Engaddi iuxta illud mare viſuntur arbores in ſpeciem pulcherrimæ, ferentes poma & vuas, cum decerpuntur, intus cinere & fauilla plena, in fumum diſſoluuntur, fœtoremque exhalant teterrimum; quò vtique reſpexit in cantico ſuo Moyſes, dum ait: [de vinea Sodomorum, vinea eorum; & de ſuburbanis Gomorrhæ, vua eorum, fellis & botri amariſſimi [s].] Dicitur à Prophanis ſcriptoribus *Lacus Aſphaltidis* ſeu bituminis, quia eius aquæ ſunt ſpiſſæ, ſordidæ fœtidæ, & multis in locis nigras bituminis glebas ex imo euomunt. Vtile eſt bitumen illud non ſolum ad compaginem nauium, ſed ad corporum etiam curationem multis remediis admiſcetur. Etiam quæ grauiſſima ſunt in eo fluitant: demergi autem in profundum nec de induſtria quis facilè poteſt. Et Veſpaſianus Romanorum dux ac poſteà Imperator, cui eius videndi cauſa illuc venerat, iuſſit quoſdam natandi inſcios vinctis manibus in altum proiici, qui omnes, quaſi vi quadam ſurſum repulſi, mox deſuper fluitarunt. *Mare* [t] *Galilææ*, quod & *Mare Tiberiadis* [u], & *Mare* [x] *Cenereth*, & *ſtagnum Genezareth* [y], illud eſt ſuper quod multa miracula Chriſtus edidit, & docuit turbas [z].

Mareſa [a], [i. caput, principium, hæreditas,] ciuitas inclyta Tribus Iudæ, & patria Michææ Prophetæ [b], vt volunt. *Mareſa* [c], pater Hebron. *Mareſa* [d], filius Laada filij Sela filij Iuda. Similis eſt *Mares* [e], [ideſt, itrorsatio, vel diſtillatio,] vnus è ſeptem ducibus Perſarum & Medorum, & Conſiliariis Aſſueri.

Maria [f], [ideſt, exaltata, vel amaritudinis mare, aut myrrha maris, ſiue doctrix vel magiſtra maris; aut ex Syro & Hebræo, iam domina maris,] filia Amram, & ſoror Aaron & Moyſis; cuius ſepulcrum eſt iuxta Cades [g]. *Maria* [h], filia Ezra de Tribu Iuda. *MARIA* [i], nomen glorioſæ Virginis, quæ Chriſtum tulit in vtero. *Maria* [k] cognomine Magdalena, ſoror Marthæ & Lazari. *Maria* [l], mater Iacobi minoris & Ioſeph: dicitur & Maria Cleophæ [m], quia videlicet eius vxor. *Maria* [n], mater Ioannis, qui dicitur Marcus, ad cuius domum noctu venit B. Petrus, è carcere ab Angelo eductus. *Maria*, pia quædam mulier, quam ſalutat D. Paulus

h 1. Reg. 23. v. 24.
i Cap. 25. v. 2.
k vide ſuprà lib. 1. Tract. 7. poſt, De Nominibus com. menticiis art.
l Num. 33. v. 8.
m Exod. 15. v. 23.
n 1. Paral. 27. v. 13.
o 2 Eſdr. 12. v. 12 & 15.
p Actor. 12. v. 12.
q Coloſſ. 4. v. 10.
r Cap. 15. v. 37.
s 1. Eſdr. 2. v. 2.
t 2. Eſdr. 7. v. 7.
u Eſth. 2. v. 5. & 8. v. 1.
x 2. Machab. 15. v. 37.
y Eſth. 9. v. 8
z Num. 34. v. 5. 6. 7. Ioſ. 1. v. 4.
a Deuter. 34. v. 2. Ioël. 2. v. 20. Zachar. 14. v. 8.
b Num. 35. v. 5. & Deut. 11. v. 24.
c Exod.
d 1. Eſdr. 3. v. 7.
e Iſai. 11. v. 5.
f Num. 33. v. 10.
g Gen. 14. v. 3.
h Ioſ. 12. v. 3.
i Iſai. 16. v. 8. Ierem. 48. v. 2.
k Gen. 14. v. 3. 6. 10.
l Cap. 13. v. 10.
m Cap. 18. v. 20. 21.
n lib. 5. de bell. Iud. c. 5.
o Ioſ. 3. v. 16.
p Num. 34. v. 3. 12.
q Ioſ. 3. v. 16
r Deuter. 3. v. 17.
s Deuter. 32. v. 32.
t Matth. 15 v. 29. Marc. 7. v. 31.
u Ioan. 21. v. 1.
x Num. 34. v. 11.
y Luc. 5. v. 1
z Marc. 4. v. 1.
a Ioſ. 15. v. 44.
b Mich. 1. v. 15.
c 1. Paral. 2. v. 42.
d Cap. 4. v. 21.
e Eſth. 1. v. 14.
f Exod. 6. v. 20 & 15. v. 20. Num. 12. v. 1.
g Cap. 20. v. 1.
h 1. Paral. 4. v. 17.
i Matth. 1. v. 16.
k Luc 10. v. 39. Ioan. 11 v. 19.
l Matth. 27. v. 56. Marc. 15. v. 14.
m Ioan. 19. v. 25.
n Actor. 12. v. 12.

ſcribens ad Romanos [o], in quibus multum laborauerat.

Marimuth [p], [i. amaritudo, vel myrrha mortis aut fraudulentiæ,] vnus de filiis Iſrael, qui ſuaſu Eſdræ repudiarunt vxores alienigenas: idemque fortè cum Marimuth vno ex reſtauratoribus vrbis Ieruſalem. Similis eſt *Merimuth* [r], [i. fraudulentia, vel myrrha mortis,] vnus ex Sacerdotibus qui aſcenderunt cum Zorobabel; fuit & vnus ex ſignatoribus fœderis [ſ] cum Nehemia.

Maſal [v], ciuitas Leuitica in Tribu Aſer: dicitur & *Meſſal* [x]. Similis *Maſaloth* [y], ciuitas in Tribu Nephtalim.

Maſipha [z], [i. ſpeculatio, ſiue ſpecula. aut cooperimentum, vel expectatio,] ciuitas Iuda: dicitur & Maſpha, infra.

Maſma [a], [i. exauditio, audiens, vel obediens,] vnus ex filiis Iſmaelis. *Maſma* [b], vnus de filiis Simeon. Similis *Maſmana* [c] [i. pinguedo, aut oleum eius,] quartus ex vndecim fortiſſimis principibus de Tribu Gad, qui transfugerunt ad Dauid. Nec abſimilis eſt *Marſana* [d], [i. amaritudo, vel myrrhæ rubi] vnus è ſeptem ſapientibus qui erant à conſilijs regi Aſſuero.

Maſpha [e], [i. ſpeculatio, ſiue ſpecula,] vrbs in Tribu Gad, in qua habitauit Iephte, ibidemque ſex annis Iſraelem iudicauit. Ad hanc profugus Dauid venit cum quadraginta viris ad regem Moab, apud quem reliquit patrem & matrem [f]. Expugnata fuit à Iuda Machabæo. Vocatur etiam *Maſpha* Galaad ad diſtinctionem Maſphæ in Beniamin [g]. Dicitur quoque Maſphe [h]. Hinc dicta terra *Maſphe* [i]; & campus Maſphe [k]. *Maſpha* [l], ciuitas in monte conſpicua: quæ quia alibi in Tribu Iuda: alibi in Tribu Beniamin cernitur; videtur in confinio vtriuſque ponenda [m]. Erat ibi olim Arca Teſtamenti, eóque ad orationem conueniebat populus Iſrael; nam & Samuelis erat ibi iudicij locus: hanc ædificauit Aſa Rex Iuda [n]. Vocatur & *Maſepha* [o]. Et *Meſphe* [p]. Et *Maſphat* [q]. *Maſpha* [r], pagus, cuius princeps fuit Sellum.

Maſreca [ſ], [i. attractio vanitatis,] ciuitas Idumææ, & regia Semlæ quinti regis Edom.

Maſſa [t], [i. attractio vanitatis,] filius Iſmaëlis. *Maſſa* [u], nomen loci, qui in Latina editione dicitur tentatio.

Mathan [x], [i. donum eorum; aut Syriacè expectatio, vel ſpes,] Pater Iacob patris Ioſeph ſponſi Deiparæ: cui aſſimilatur *Martha* [y], [i. domina vel doctrix, Syriacè,] ſoror Mariæ Magdalenæ & Lazari.

Mathania [z], [i. donum Dei; aut ex Syro, ſpes Domini,] filius Micha Leuitæ de filiis Aſaph principis Cantorum ſub Dauide. *Mathania* [a], princeps nonæ vicis Cantorum ſub eodem Dauide. *Mathania* [b], filius Ioſiæ Regis Iuda, & patruus Ioachin; à Nabuchodonoſor Sedecias, i. iuramentum Domini, nominatus.

Mathanias [c], [i. donum Dei,] Leuita, vnuſque ex filiis Aſaph, qui ſub Ezechia expiarunt Templum. Sunt & alij tres *Mathania* de filiis Iſraël, qui ſuaſu Eſdræ abiecere vxores alienigenas [d]. Ei aſſimilatur, idemque ſignificat *Mathanian* [e] filius Heman principis Cantorum ſub Dauide. Similis etiam eſt *Mathanites* [f], nomen patrium, ſeu cognomen Ioſaphat vnius ex fortiſſimis in exercitu Dauid.

Mathat [g], [i. donum, vel donans,] filius Leui in Chriſti Genealogia, ac linea Nathan. *Mathat* [h], pater Heli patris legalis Ioſeph viri MARIÆ in eadem linea.

Mathatha [i], [i. donum, vel donans,] filius Nathan filij Dauid. *Mathatha* [k], vnus de filiis Iſraël qui vxores alienigenas abiecere.

Mathathia [l], filius Semei. Alterque *Mathathia* [m], filius Amos: vterque in Genealogia Chriſti, & linea Nathan. *Mathathia* [n] Leuites, primogenitus Sellum Coritæ: idemque cum eo qui alibi recenſetur inter Ianitores [o].

Mathathias [p], [i. donatus à Domino, vel donum Domini,] ſextus ex filiis Idithun, & princeps quartæ decimæ vicis Cantorum. *Mathathias* [q], vnus ex filiis Iſraël qui abiecere vxores alienigenas. *Mathathias* [r], pater Iudæ Machabæi: Is ſi Ioſepho credimus, vocabatur & Saura: tenet enim is auctor Eleazarum filium qui regium elephantem occidit [ſ], eundem eſſe cum Eleazare filio Mathathiæ, & fratre Iudæ.

Mathias [t], [i. donum Domini,] electus in Apoſtolum, loco Iudæ proditoris. Et *Mathias*, vnus ex tribus viris Nicanoris, miſſis vt darent dextras & acciperent.

Mathuſael [u] [i. mortem ſuam petiit,] filius Maniel de ſtirpe Cain: cui aſſimilatur *Mathuſala* [x], [i. mortem ſuam miſit,] filius Henoch in Chriſti Genealogia: nullus hominum plus eo vixiſſe ſcribitur, vixit enim annis 969 [y].

Mathan [z], [i. donum eorum, Syriacè, expectatio, vel ſpes,] Sacerdos Baal, quem Ioiadas Sacerdos Domini interfecit ante aras Baal. *Mathan* [a], pater Saphatiæ vnius ex delatoribus Ieremiæ. Similis eſt, idemque ſignificat Mathan, ſuprà.

Matthæus [b], [i. donatus,] nomen Apoſtoli ex telonio aſſumpti: dicitur & Leui [c].

Medaba [d], [i. aquæ doloris,] vrbs Arabiæ in Tribu Ruben. Similes vtcunque *Medad* [e], [i. menſurans, ſeu aquæ benedictionis,] vnus ex duobus ſuper quos requieuit ſpiritus Domini in caſtris ſub Moyſe [f]. Et *Meddin* [g], [i. iudicium, ſeu litigans,] ciuitas in Tribu Iuda.

Medemena [h], [i. menſura muneris,] ciuitas in Tribu Iuda: per hanc ciuitatem tranſit Sennacherib cum iret expugnatum Ieruſalem [i].

Medena [k], [i. menſura,] prouincia: Hebraicè Madai, ſic dicta à Madai filio Iapheth, vt vult Ioſephus [l]: eademque ac Media, vnde Medi populi, [m] & Medus in ſingulari [n].

Melcha [o], [i. Regina, vel conſiliatrix,] vxor Nachor filij Thare, filia Aran fratris mariti ſui Nachor. *Melcha* [p], filia Salphaad filij Hepher filij Galaad.

Melchi [q], [i. rex meus, ſiue conſilium meum,] filius Ianne vltimi Ducum Iuda in Chriſti Genealogia, & linea Nathan. Et alter *Melchi* [r] filius Addi in eadem linea.

[o] Cap. 16. v. 6. [p] 1. Eſdr. 10. v. 36. [q] 2. Eſdr. 3. v. 3. [r] Cap. 12. v. 3. [ſ] Cap 10 v. 5. [v] Ioſ. 21. v. 30. & 1. Par. 6 v. 74. [x] Ioſ. 19. v. 26. [y] 1. Machab. 9. v. 2. [z] Ioſ. 15. v 39. [a] 1. Paral. 1. v. 30. [b] Cap. 4 v. 25. [c] Cap 12. v. 10. [d] Eſth. 1. v. 14. [e] Iudic. 10. v. 17. & 11. v. 11. 29. 34. [f] 1. Reg. 22. v. 3. [g] Iudic. 11 v. 29. [h] Ioſ. 13. v. 26. [i] Cap. 11. v. 3. [k] v. 8. [l] 3 Reg. 15. v. 22. [m] Adrichô [n] 3. Reg 15. v. 22. [o] Ioſ. 15. v. 38. [p] Cap. 18. v. 26. [q] 1. Reg. 7. v. 7. 11. Ierem. 40. v. 6. & 41. v. 14. 16. [r] 2. Eſdr. 3. v. 15. [ſ] Gen. 36. v. 36 & 1. Par. 1. v. 47. [t] Gen. 25. v. 14. [u] Exod. 17. v. 7. [x] Matth. 1. v. 15. [y] Luc. 10. v. 38. [z] 1. Paral. 9. v. 15. [a] Cap. 25. v. 16. [b] 4. Reg. 24. v. 17. [c] 2. Paral. 29. v. 13. [d] 1. Eſdr. 10. v. 27. 30. [e] 1. Paral. 25. v. 4.

[f] Cap. 11. v. 43. [g] Luc 3. v. 29. [h] v. 24. [i] v. 31. [k] 1. Eſdr. 10. v. 33. [l] Luc. 3 v. 26. [m] Amos v. 25. [n] 1. Paral 9. v. 31. [o] cap. 15. v. 18. [p] Cap. 25. v. 3. 21. [q] 1. Eſdr. 10. v. 14. [r] 1. Machab. 2 v. 2. [ſ] Cap. 6. v. 43. 44. [t] Actor. 1. v 23. [u] Gen. 4. v. 18. [x] Cap. 5. v. 27. Luc. 3. v. 37. [y] Gen. 5. v. 27. [z] 2. Paral. 23. v 17. [a] Ierem. 38. v. 1. [b] Matth. 9. v. 9. [c] Marc. 2. v. 14. [d] Ioſ. 13. v. 16 [e] Cap. 19. v. 11. [f] Num. 11. v. 26. [g] Ioſ. 15. v. 61. [h] v. 31. [i] Eſa. 10. v 31. [k] 1. Eſdr. 6. v. 2. [l] 1. Antiq. cap. 14. [m] Iſa. 13. v. 17. Act. 2. v. 9. [n] Iſa. 21. v. 2. [o] Gen. 11. v. 29. [p] Num. 26. v. 33. [q] Luc. 3. v. 24. [r] v. 28.

Malchia [s], vnus ex proauis Iudith viduæ: Sunt& alij duo huius nominis de filijs Iſraël, qui abiecere vxores alienigenas [t].

Melchias [u], [i. rex Dominus, aut conſiliator Dominus,] Leuita de filijs Gerſon, vnuſque ex progenitoribus Aſaph principis cantorum. *Melchias* [x], pater Phaſſur miſſi à rege Sedecia ad Ieremiam. *Melchias* [y], filius Amelech: in illius lacum proiectus eſt Ieremias. *Malchias* [z], filius Herem. *Melchias* [a], filius Rechab. *Melchias* [b], filius aurificis: hi tres ſunt de numero reſtauratorum Ieruſalem. Similis *Melchiel* [c], [i. rex meus Deus, aut conſiliator meus Deus,] filius Beriæ filij Aſer. Ab illo orta familia Melchielitarum.

Melchiſedec [d], [i. rex iuſtitiæ,] Sacerdos, & rex Salem ſiue Ieruſalem fuit, cui ſimilis vtcunque *Melchi* [e], [i. rex ſaluator, ſeu magnificus,] vnus ex filijs Saulis regis.

Melchom [f], [i. rex eorum,] idolum Ammonitarum: dicitur & *Moloch* [g] cui aſſimilatus eſt *Melech* [h], [i. rex, aut conſiliarius,] filius Micha nepotis Ionathan filij Saül.

Melea [i], filius Mennæ in Chriſti Genealogia, & linea Nathan. Aſſimilatur vtcunque *Menelaus* [k], [i. potentia, aut robur populi, græcè,] ſacrilegus frater Simonis ſacrilegi, ſacrarum pecuniarum & patriæ delatoris, & Pſeudopontificis.

Mello [l], [i. plenitudo, vel repletio,] oppidum in Tribu Ephraim: cuius ciues vna cum Sichimitis, Abimelech regem ſibi conſtituerunt. *Mello* [m], vorago circa arcem Ieruſalem ſeu ciuitatem Dauid, ac montem Sion [n]; quam voraginem Salomon coæquauit; ibique ædificauit domum Mello [o]. In ea domo Mello, in deſcenſu Sella, Ioas impius rex Iuda occiſus eſt à ſeruis ſuis qui in eum coniurauerant [p].

Melhoti [q], [i. plenitudo, vel circumciſio,] filius Heman, & princeps nonæ & decimæ vicis cantorum. Cui aſſimilatur *Melhoti* [r], ciuitas, quam effregit Holofernes: & *Melita* [s], inſula inter Epirum & Italiam, memorabilis ex naufragio D. Pauli.

Memphis [t], [i. fauus, aut diſtillatio; hebraicè dicitur Noph,] ampliſſima Ægypti vrbs & populoſiſſima, ſita iuxta Heliopolim, eo loco quo Nilus diuiditur, & figura a formate incipit: condita fuit a Minæo Ægypti rege: Monarcharum Ægypti olim regia: ibi viſebantur faſtus Ægyptiaci, Pyramides, regum ſepulturæ: & erant ibi magicarum artium & Philoſophiæ peritiſſimi magiſtri, quæ cauſa fuit, vt Pytagoras & Plato ad audiendos Memphitios vates, in Ægyptum ſe contulerint, malentes aliena verecundè diſcere, quàm ſua imprudenter ingerere. Superſtitioni adeò dedita fuit, vt totius ſuperſtitionis Metropolis habita ſit. Colebatur ibi adhuc tempore D. Hieronymi æneum bouis ſimulacrum pro Deo: fuerat enim ibi quondam Apis aut Serapidis Templum, vbi conſultus dæmon reſponſa reddebat. Prophetarunt contra eam Iſaias [v], Ieremias [x], Ezechiel [y], & Oſee [z]. Poſteà dicta eſt Ægypti Babylonia; nunc Arabum linguâ, Cayrus, vulgo Alcair; ſedes Sultani Principis locorum illorum: quinquies Lutetia Pariſiorum maior eſſe perhibetur incredibili populorum frequentia, mira narrant noſtri temporis hiſtoriæ.

Menni [a], [i. munus, aut numerus,] nomen regionis. Similis eſt, idemque ſignificat, *Mennith* [b], vrbs in Tribu Gad.

Mephaath [c], [i. aquarum clamor,] vrbs Leuitica in Tribu Ruben.

Meraioth [d], [i. amaritudines, rebelliones,] Sacerdos, filius Zaraiæ filij Ozi. *Maraioth* [e], Sacerdos alius, & filius Achitob.

Merari [f], [i. amarus, ſiue irritatus,] filius Leui filij Iacob; ex quo familia Meraritarum [g]. *Merari* [h], filius Idox, & pater Iudith viduæ,

Mercurius [i], à mercibus dictus eſt, quia mercaturæ Deus putabatur à Gentibus. Eſt & aceruus Mercurij, de quo in Prouerbijs [k].

Mered [l], [i. rebellis, aut imperans,] vir Bethiæ filiæ Pharaonis. Similis vtcunque ſunt *Meremoth* [m], [i. amaritudo, ſeu myrrha mortis, aut deceptiones,] Vriæ Sacerdotis filius, qui appendit vaſa in domo Dei, aſportata à Babylone. Et *Meribbaal* [n], [i. rebellio, vel impugnatio iduli,] filius Ionathæ filij Saul.

Merab [o], [i pugnans, ſiue obiurgans; ſyriacè, magiſterium,] primogenita regis Saül promiſſa Dauidi, ſed data Hadrieli Molathitæ. Similis eſt *Merom* [p], [i. altitudines,] aquæ ſcilicet Merom, vide ſupra; ad quas conuenerunt reges Chanaam aduerſus Iſraëlitas. S. Hieronymus Merom vicum fuiſſe dicit, iuxta Dothaim. Huic aſſimilatur *Meroma* [q], regio Tribus Zabulon. Nec abſimilis *Meroz* [r], [i. ſecretum,] eſt terra Meroz cui maledixit Debbora in ſuo cantico.

Merodach [s], [i. amara contritio; aut ex Hebræo & Syro, myrrha puriſſima,] filius Balodan, & rex Babyloniorum, qui miſit munera ad Ezechiam regem Iuda: dicitur & *Beradach* [t].

Merrha [u], regio ſeu locus in Arabia, in quo plures erant negotiatores.

Mes [x], [i. auferens, vel tangens,] filius Aram filij Sem: dicitur & *Moſoch* [y].

Meſa [z], [i. ſalus, vel aqua ſalutis,] filius Caleb fratris Ieramecl de Tribu Iuda. *Meſa* [a] rex Moab, qui præuaricatus eſt fœdus quod habebat cum rege Iſraël.

Meſopotamia [b], regio Syriæ; vnde & dicitur Meſopotamia Syriæ [c]. Non Syriæ Damaſci, quæ eſt ad meridiem terræ Chanaan; ſed Syriæ ſuperioris, quæ eſt ad Septentrionem, & aliqualiter ad Orientem, ſita inter flumina Tygrim & Euphratem [d]; vnde & nomen trahit, μέσον medium & ποταμὸς flumen ſonat, quaſi media inter duo flumina.

Meſphar [e], [i. numerus, aut librarius, vel ſcriba,] vnus eorum qui ſoluta captiuitate Babylonica venerunt cum Zorobabele: dicitur & *Meſpharath* [f].

Meſphe [g], eadem que Maſpha ſuprà, in confinio Tribus Iuda & Beniamin.

Meſraim [h], [i. anguſtiæ ſeu tribulationes,] filius Cham impudentis filij Noë. Ab eo Ægyptus hebræâ linguâ Meſraim nuncupatur; quæ & ſæpè in ſacris literis dicitur terra Cham [i], teſte D. Hieronymo in quæſt [k].

s Iudith. 8. v. 1.
t 1. Eſdr. 10. v. 25.
u 1. Paral. 6. v. 40.
x Ierem. 21. v. 1.
y Cap. 38. v. 6
z 2. Eſdr. 3. v. 11.
a Verſ. 14.
b Verſ. 30.
c Gen. 46. v. 17. & 1. Paral. 7. v. 31.
d.
e.
f 4. Reg. 23. v. 13. 1. Paral. 20. v. 2. & Ierem. 49. v. 1.
g 4. Reg. 23. v. 10.
h 1. Paral. 8. v. 35.
i.
k 2. Machab. 4. v. 23.
l Iudic. 9. v. 6. 20.
m.
n.
o 3. Reg. 9. v. 15. & 11. v. 27.
p 4. Reg. 12. v. 20.
q 1. Paral. 25. v. 4.
r Iudith. 2. v. 13.
s Actor. 28. v. 1. & ſeqq.
t.
v Cap. 19. v. 13.
x Cap. 44. v. 1.
y Cap. 30. v. 16.
z Cap. 9. v. 6.

a Ierem. 51. v. 27.
b Iudic. 11. v. 33.
c Ioſ. 21. v. 36. & Ierem. 48. v. 21.
d 1. Paral. 6. v. 6. 52.
e Cap. 9. v. 11.
f Gen. 46. v. 11. & 1. Paral. 6. v. 1. 16.
g Num. 26. v. 57.
h Iudith. 8. v. 1.
i Actor. 14. v. 11.
k Cap. 26. v. 8.
l 1. Paral. 4. v. 17.
m 1. Eſd. 8. v. 33.
n 1. Par. 8. v. 34.
o 1. Reg. 18. v. 17. 19.
p Ioſ. 11. v. 5. 7.
q Iudic. 5. v. 8.
r Verſ. 23.
s Iſai. 39. v. 1. Ierem. 50. v. 2.
t 4. Reg. 20. v. 12.
u Baruch. 3. v. 23.
x Gen. 10. v. 23.
y 1. Paral. 1. v. 17.
z Cap. 2. v. 42.
a 4. Reg. 3. v. 4.
b Gen. 24. v. 10. Deuter. 23. v. 4.
c Gen. 25. v. 4.
d *Solin. in Polyhiſt. cap. de Euphrate.*
e 1. Eſdr. 2. v. 2.
f 2. Eſdr. 7. v. 7.
g Ioſ. 18. v. 26.
h Gen. 10. v. 6. 13.
i Pſal. 105. v. 21.
k In qq.

Meſſa[l], [i. onus, vel aſſumptio,] regio in qua habitarunt filij Iectan de ſtirpe Sem. *Meſſa*[m], [i. eradicatio, ſiue deſtructio,] domus, ſeu vir, cuius domus erat iuxta Templum Domini.

Meſſal[n], [i. ſepulchrum, infernus, fouea,] ciuitas in Tribu Aſer: vocatur & Maſal[o].

Methca[p], [i. dulcedo, aut ſuauitas,] manſio XXV. filiorum Iſraël in deſerto.

Meza[q], [i. diſtillatio, vel aſperſio,] filius Rahuel filij Eſaü. Similis eſt Mezaab, [i. aquæ auri,] pater Matred patris Meetabel vxoris Adar regis in Edom octaui.

Miamin[r], [i. dexter, aut aquas præparans,] vnus de filijs Iſraël qui abiecere mulieres alienigenas. *Miamin*[s], ſacerdos, vnuſque ex ſignatoribus fœderis cum Eſdra.

Micha[t], vnus ex filijs Ioël de Tribu Ruben. *Micha*[v], filius Oziel de Tribu Leui. *Micha*[x], filios Miphiboſeth filij Ionathæ primogeniti Saül: dicitur & filius *Meribbaal*[y], quia Meribbaal idem eſt ac Miphiboſeth. *Micha*[z], [i. pauper vel humilis, vel percuſſus,] pater Acbobor vnus ex ijs quos miſit rex Ioſias ad conſulendum Dominum, qui dicitur & Abdon. *Micha*[a], vnus de ſignatoribus fœderis cum Eſdra.

Michael[b], [i quis vt Deus? aut humilitas ſiue paupertas Dei, aut percuſſio Dei, ſiue percutiens Deus,] Archangelus olim tutelaris Synagogæ; eaque extincta, nunc Eccleſiæ catholicæ, maximè verò regni Chriſtianiſſimi. *Michaël*[c], pater Sthur principis Tribus Aſer in deſerto ſub Moyſe. *Michaël*[d], filius Izrahia, & princeps in Tribu Iſſachar. *Michaël*[e], pater Galaad de Tribu Gad. *Michael*[f], in eadem Tribu & cognatione, primogenitus è ſeptem filijs Abihail, tempore Ioathan regis Iuda. *Michaël*[g], filius Baſaiæ, & proauus Aſaph leuitæ & principis cantorum ſub Dauide. *Michaël*[h], penultimus è filijs Ioſaphat regis Iuda. *Michaël*[i], filius Zebediæ.

Michaia[k], [i. quis ſicut Dominus? ſiue percutiens Dominus,] mater Abiam regis Iuda: dicitur & *Maacha*[l], vide ſuprà.

Michas[m], [idem ſonat ac Michaia,] vir de monte Ephraim, qui ex ducentis argenteis fecit ſibi idolum conflatile, quod poſtea filij Dan pergentes in Lais ſecum tulerunt[n].

Michaas[o], [i. pauper, vel humilis, percutiens, vel percuſſus,] filius Iemla, & Propheta Domini, tempore Ioſaphat regis Iuda; percuſſus in faciem à Sedecia Pſeudopropheta; miſſuſque in carcerem quod verum prophetaſſet impio Achab regis Iſraël. *Michaas*[p], vnus ex duodecim prophetis minoribus, qui prophetauit ſub Ioatham, Achaz & Ezechia regibus Iuda. *Michaas*[q], filius Gamariæ filij Saphan ſcribæ. Is ſermones Domini, quos legerat Baruch in domo Domini, nuntiauit Principibus.

Michol[r], [i. quæ perfecta, vel conſummata? quaſi diceret: nulla niſi tu,] filia minor regis Saül, & vxor Dauidis regis[s]. Similis eſt vtcumque *Milicho*[t], [i. regnum eius, vel conſilium eius,] Princeps vnius ex familiis Sacerdotalibus.

Miletum[u], ciuitas maritima in Aſia, decem ſtadijs ab oſtio Mæandri amnis diſtans: Ex Mileto Paulus venit Epheſum.

[l] Gen. 10. v. 30.
[m] 4. Reg. 11. v. 6.
[n] Ioſ. 19. v. 26.
[o] Cap. 21. v. 30. & 1. Par. 6. v. 74.
[p] Num. 33. v. 28.
[q] Gen. 36. v. 39. & 1. Par.
[r] 1. Eſdr. 10. v. 25.
[s] 2. Eſdr. 10. v. 7. & 21. v. 40.
[t] 1. Par. 5. v. 3. 6.
[v] Cap. 24. v. 24.
[x] 2. Reg. 9. v. 12.
[y] 1. Par. 8. v. 35.
[z] 2. Par. 34. v. 2.
[a] 2. Eſdr. 10. v. 11.
[b] Dan. 10. v. 13.
[c] Num. 13. v. 14.
[d] 1. Par. 7. v. 3.
[e] Cap. 5. v. 14.
[f] v. 13. 14. 17.
[g] Cap. 6. v. 40.
[h] 2. Par. 21. v. 2.
[i] 1. Eſdr. 8. v. 8.
[k] 2. Par. 13. v. 2.
[l] 3. Reg. 15. v. 2.
[m] Iudic. 17. v. 1.
[n] Cap. 18. v. 18.
[o] 3. Reg. 22. v. 8.
[p] Ierem. 26. v. 18. & Mich. 1. v. 1.
[q] Ierem. 36. v. 11. 12.
[r] 1. Reg. 14. v. 49.
[s] Cap. 18. v. 27.
[t] 2. Eſdr. 12. v. 14.
[u] Actor. 20. v. 15.

Miphiboſeth[x], [i. oris ignominia, vel confuſio,] filius Ionathæ primogeniti Saül: dicitur & filius eiuſdem Saül, omiſſo patre immediato Ionatha[y]. Vocatur etiam *Meribbaal*[z].

Miſach[a], [id eſt, prolongans, ſiue attrahens,] vnus ex tribus ſocijs Danielis, ita vocatus à principe Eunuchorum Nabuchodonoſor, cùm anteà Miſael vocaretur.

Miſaël[b] [id eſt, quis poſtulans, aut commodans? ſiue abſtulit Deus,] idem ac Miſach præcedens. *Miſael*[c], filius Oziel filij Caath filij Leui. *Miſaël*[d], vnus eorum qui aſtabant à ſiniſtris Eſdræ legentis librum.

Miſor[e], [id eſt, planities, ſiue mutus, aut bos,] vrbs Leuitica in Tribu Ruben: dicitur & Iaſſa[f].

Miſphat[g], [i. iudicium,] fons: dicitur & Cades, ſuprà.

Mithridates[h], [i. explorans, vel contemplans legem, aut ſoluens legem,] filius Gazabar, qui iuſſu Cyri, poſt ſolutam captiuitatem Babylonicam, reſtituit Iudæis vaſa Templi Domini. Eſt & alius Beſelam *Mithridates*[i], vnus eorum qui ſcripſerunt ad Artaxerxem regem Perſarum aduerſus Iudæos.

Mitylene[k], [i. munditia,] Inſula eſt in Leſbo, ſic dicta à Mitylene vrbe, quæ nunc Metelinum dicitur. Ad eam Inſulam D. Paulus adnauigauit. In ea dum Auſter flat, homines ægrotant; dum Corus, tuſſiunt; cum Septentrio, conualeſcunt.

Moab[l], [i. de patre; quia de patre cum filia conceptus eſt,] filius Lot ex filia ſua maiore progenitus. A quo *Moab*[m], vrbs Arabiæ in Tribu Gad, potens & antiqua, ad ripam Torrentis Arnon ſita, & Moabitarum Metropolis nomen habuit. Itemque regio *Moab*[n]. Et regio *Moabitis*[o], quæ & terra *Moab*[p]. Item campeſtria *Moab*[q], in Tribu Ruben; vbi fuit XLII. ac vltima manſio filiorum Iſraël[r]. Et deſertum *Moab*[s]. Item Gentilitia nomina *Moabites*[t] in ſingulari: & *Moabitæ*[u] in plurali. Et de fœminis Moabitis[x], & Moabitides[y]. Et Moabitarum oppidum, quod ſitum eſt in extremis finibus Arnon, vbi rex Balac obuiam fuit Balaam ariolo, cum pergeret ad maledicendum Iſraël.

Modin[a], [i. iudicium vel iudicatiu,] ciuitas ſita in monte Iuda, Tribui Dan aſſignata; ex qua orti Machabæi Principes fortiſſimi: ibi eorum ſepulchrum ex marmore polito & candido etiamnum oſtenditur; & ſupra illud ſeptem pyramides marmoreæ tantæ altitudinis, vt nauigantibus è mari ſint conſpicuæ. Eſt etiam mons *Modin*[b], Et deſertum *Modin*[c]; in quo mille Iudæorum die Sabbati paſſi ſunt ſe occidi, [d] religionis ſuæ Zelo.

Moholi[e], filius Merari filij Leui, à quo populi Moholitæ[f] in familia Moholi.

Molada[g], [id eſt, natiuitas, vel generatio,] vrbs primò ſortis Iudæ, poſteà Tribus Simeonis.

Molechi[h], [i. chorus, tibia, prophanatio,]

[x] 2. Reg. 4. v. 4. & 21. v. 7.
[y] Cap. 19. v. 24. & 21. v. 7.
[z] 1. Par. 8. v. 3.
[a] Dan. 1. v. 8.
[b] ibid.
[c] Exod. 6. v. 22.
[d] 2. Eſdr. 8. v. 4.
[e] Ioſ. 21. v. 36.
[f] 1. Par. 6. v. 78.
[g] Gen. 14. v. 7.
[h] 1. Eſdr. 1. v. 8.
[i] Cap. 4. v. 7.
[k] Act. 20. v. 14.
[l] Gen. 19. v. 37.
[m]
[n] Gen. 36. v. 35.
[o] Ruth. 1. v. 1. 2. 6.
[p] Deut. 1. v. 5. & 29. v. 1.
[q] Num. 22. v. 1. & 26. v. 3. 67.
[r] Cap. 33. v. 28. 29.
[s] Deut. 2. v. 8.
[t] Cap. 23. v. 3.
[u] Gen. 17. v. 37. Deut. 2. v. 9. 11.
[x] Ruth 1. v. 1. 6.
[y] 3. Reg. 11. v. 1.
[z] Num. 22. v. 36.
[a] 1. Machab. 2. v. 15. 23.
[b] Cap. 2. v. 1.
[c] v. 30.
[d] v. 36. 37. 38.
[e] Exod. 6. v. 19.
[f] Num. 3. v. 33.
[g] Ioſ. 15. v. 26.
[h] Cap. 9. v. 2. 6.

ciuitas

ciuitas in Tribu Simeonis. Inde ortiundus Haduel Molathita, cui data eſt Merob, filia Saül, promiſſa Dauidi [k].

Moloch [l], [i. regnans, aut conſiliarius,] idolum Ammonitarum : dicitur & *Melchom* [m].

Mons [n] Abrahæ monſtratus à Domino, vt ibi immolaret filium ſuum Iſaac: Eſt mons *Moria*, ſeu collis in vrbe Ieruſalem, quem Dauid ab Orna Iebuſæo ſexcentis auri ſiclis emit, & extructo in area eius altari, holocauſtum Deo obtulit, quod ignis è cœlo conſumpſit [nn]. Eodem in monte poſteà Salomon Templum Domini ædificauit [nnn]: dictus eſt mons ille & terra viſionis [o], & mons, Dominus videt, aut Dominus videbit [p]. Eſt autem mons pars montis Sion, quoniam ex pluribus Scripturæ locis patet, Templum Domini fuiſſe conſtructum in Sion [q].

Mons [n] *Dei*, quo perrexit Aaron, vt iret obuiam fratri ſuo Moyſi venienti de Madian in Ægyptum ex mandato Domini. *Mons* [p] Iſrael, & campeſtria eius iuxta Seir, à Ioſue occupata. *Mons* [q] Ephraim, in quo habitabat Debbora Prophetis; & in quo erat idolum : dicitur paſſim, & Montana, & Montes Ephraim, quia ille Mons pluribus conſtabat montibus. *Mons* [r], qui reſpicit Hebron, ad quem Samſon ambas fores portæ ciuitatis Gazæ tranſportauit. *Mons* [ſ] diuiſionum, in quo diuiſit Dominus Philiſtijm coram Dauide, qui percuſſit eos, & in quo ſtabit Dominus [t]. *Mons* [u] iuxta Gabaa, vbi ſeptem filij Saül, permiſſu Dauidis, crucifixi ſunt, ad Deum placandum. *Mons* [x] offenſionis, erat illa montis Oliueti pars, in qua ædificauit Salomon excelſum Chamos idolo Moab; ideoque Mons offenſionis dictus eſt. *Mons* [y] caliginoſos, eſt ſuper quem, leuandum eſſe ſignum, ait Iſaias. *Mons* [z] de monte, is eſt quovſque venturus erat Aſſur. *Mons* [a] Azoti, is eſt, quovſque Iudas Machabæus inſecutus eſt cornu dextrum exercitus Bacchidis. *Mons* [b], in quo adorabant Samaritani, & mons Garizim, in quo Manaſſes Pſeudopontifex conſtruxerat Templũ Schiſmaticum Ieroſolymitano ſimile. *Mons* [c], in quem aſcendit Chriſtus, vt doceret beatitudines. Idem eſt, vt crediderim, ac mons in quem aſcendit vt oraret, poſt miraculum quinque panum & duorum piſcium [d]; & in quo erat pernoctans in oratione Dei [e]; & in quem aſcendit dum veniſſet ſecus mare Galilææ [f]; idemque ac mons in Galilæa, ad quem conuenerunt vndecim Diſcipuli ex præcepto eiuſdem Chriſti, poſt eius reſurrectionem [g]; & in quo dedit Apoſtolis poteſtatem prædicandi Euangelium [h]. *Mons* [i] excelſus valdè, in quem Diabolus Chriſtum aſſumpſit, & oſtendit ei, promiſitque omnia regna mundi, ſi procidens eum adoraret; eſt à latere Bethel & Hai.

Mons [k] *Oliueti*, ſeu oliuarum, ab vbertate excreſcentium in eo oliuarum ſic dictus, aliàs mons inclytus & ſanctus [l]: ſitus eſt è regione Ieruſalem ad Orientem, interiacente valle Cedron ſeu Ioſaphat, ab vrbe diſcretus; iter Sabbati [m], (vt loquitur ſcriptura) quinque ſtadijs, ex Ioſepho [n]: Tantæ altitudinis, vt ex eo omnes plateæ Ieruſalem facilè perſpicerentur. In huius montis vertice, rex Dauid flens, & nudis pedibus fugiens à facie filij ſui Abſalom, Deum adorauit. Ibidem filius eius Salomon, per mulieres alienigenas infatuatus, omniſque pietatis oblitus, Aſtaroth Idolo Sidoniorum fanum erexit, ex aduerſo Templi Domini, ex quo omnis quæ ibi peragebatur idololatria conſpici poterat. Hunc montem Chriſtus Dominus, orationis gratiâ, noctu frequens adiit [o]; ac demum ex eius ſummitate coram Diſcipulis, datâ eis benedictione, in cœlum aſcendit, facie ad occidentem verſa, Romanam & Catholicam ex Gentibus ſpectans Eccleſiam; vt vel ex vltimis pedum eius veſtigiis, ad tantam rei memoriam petroſo monti, velut ceræ impreſſis, etiamnum euidenter colligitur Sunt qui aſſerant, Antichriſtum huius aſcenſionis Chriſti æmulum, vt mendaciis ſuis hoc ſigno autoritatem faciat, in cœlum, hoc loco, Dæmonum ope, eleuandum, ſed mox à Chriſto Spiritu oris ſui occiſum iri. Nec obſcurè patet ex ſacra pagina, Chriſtum Dominum ſupra hunc Montem, eodem modo ac formâ quâ aſcendit, venturum : Cum enim Apoſtoli defixis in cœlum oculis, aſcendentem Chriſtum intuerentur, duo viri, ſeu Spiritus Angelici aſtiterunt illis, qui & dixerunt : [Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in cœlum ? Hic IESVS qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum .] His accedit illa de eodem monte in extremo iudicio Prophetia : [Congregabo omnes gentes, & deducam eas in valle Ioſaphat, & diſceptabo cum eis ibi ſuper populo meo [q].] Vallis enim Ioſaphat eſt ad pedem montis Oliueti.

Mons Sion [r], Mons Dn̄i, Mons Sanctus, cæteris montibus intra vrbem Ieruſalem excelſior, in modum theatri, forma ſemicirculi, vrbem Ieruſalem toto auſtrali tractu ambiebat, ac velut in eminenti ſpecula, ſolida ac prærupta vndique rupe fundatus, planiciem habebat inſtar oppidi, & cœli delitias repræſentabat; cuius verticem primò Iebuſæi valida Arce, ambitum verò eius firmis altiſque muris, portis, & turribus munierunt, quos cum Dauid expuliſſet, cuncta reddidit munitiora; montiſque planiciem in plateas & vicos diſtinxit; ſibique ac ſuis Heroibus fortibus domos ædificauit, vocata eſt ciuitas Dauid; à Ioſepho [v] ciuitas ſuperior, & pars ſacra appellatur. Eundem montem à Gentibus, Machabæi per circuitum reædificantes, ſolidis muris ac turribus ita munierunt, vt vi nunquam, ſed ſola fame capi poſſet. De monte hoc iuxta Prophetarum Oracula, lex, luxque Euangelicæ veritatis exiuit, & velut ab ipſo capite, in omnium Gentium ſalutem, per totum mundi corpus effuſa eſt. Nunc autem Mons Sion extra vrbem ruinis plenus, maiori ex parte incultus iacet [x].

Montes Armeniæ [y], ſuper quos ſtetit Arca Noë poſt diluuium. *Montana* [z] prope Iericho, vbi triduo latuerunt ex conſilio Rahab meretricis exploratores qui miſſi fuerant à Ioſue, ad conſiderandam terram promiſſionis [z]. *Montes* Eſau [a], iidem ſunt ac Montes Edom [b], & Montes Seir [c]. Eſau enim dictus eſt Edom [d], quia rufus, & pro coctione

k 1. Reg. 18. v. 19.
l 3. Reg. 13. v. 13. & 4. Reg. 23. v. 10.
m Ierem. 49. v. 1.
n Gen. 22. v. 12.
nn 1. Par. 21. v. 23. 25.
nnn 1. Par. 3. v. 1.
o Gen. 22. v. 12.
p v. 14.
q Ioël. Pſal. 2. v. 6.
o Exod. 4. v. 27. & 18. v. 5.
p Ioſ. 11. v. 16.
q Iudic. 2. v. 9. & 4. v. 5.
r Cap. 15. v. 3.
ſ 2. Reg 5. v 20.
t Iſa. 28. v. 21.
u 2. Reg. 21. v. 9.
x 4. Reg.
y Iſai 13. v. 1.
z Mich. 7. v. 12.
a 1. Machab 9 v. 15.
b Ioan. 4. v. 20.
c Matth. 5. v 1.
d Cap. 14. v. 23.
e Luc. 6. v. 12.
f Matth. 15. v. 29.
g Cap. 28. v. 16.
h Marc. 3. v. 13.
i Mat. 4. v. 8.
k Zach. 14. v. 4. Mat. 21. v. 1.
l Dan. 11. v. 45.
m Actor. 1. v. 12.
n Lib. 20. antiq. cap. 12.
o Ioan. 18. v. 2.
p Actor. 1. v. 11.
q Ioël 3. v. 2.
r Pſal. 2. v. 23. Ioël 2. v. 3.
ſ 2. Reg. 5. 7.
t 2. Par. 11. 5.
v De bel. Iudaic. c. 6
x Adrichom. Pag. 149.
y Gen. 8. v.
z Ioſ. 2. v.
a Machab. v. 5. Abdi. 19.
b Gen. 36 8
c Cap. 14. v.
d Cap. 25. 25. 30. 31

mea vendidit primogenita; Et Seir, quia piloſus, totuſque, in morem pellis, hiſpidus. *Montana*[e] abſolutè, ſcilicet Iudææ, in quibus ſita erat domus Zachariæ; & in quæ abiit SS. Virgo, vt ſalutaret Elizabeth cognatam ſuam.

Moraſthi[f], [i. hæres, vel paupertas,] vicus in Tribu Iuda, vnde erat Michæas Propheta, ideò dictus eſt Moraſthites[g].

Moſa[h], [i. azymum,] filius Caleb de Tribu Iuda, ex Epha concubina.

Moſa[i], [id eſt, onus, vel prophetia,] filius Saharaim de Tribu Beniamin, ex Hodes vxore.

Moſa[k], [i. azymum,] filius Zamri, de ſtirpe Saül ac Tribu Beniamin.

Moſera[l], [i. eruditio, ſiue diſciplina,] locus eſt, vbi mortuus, ac ſepultus eſt Aaron: alio nomine vocatur mons Hor; quapropter Moſera & Hor ſunt eadem manſio, ex Abulenſi[m]. Huic aſſimilatur *Moſeroth*[n], manſio XXVII. quam aliqui volunt eandem eſſe cum Moſera.

Moſoch[o], [i. attrahens, aut vallans,] filius Iapheth filij Noë: ab hoc Cappadoces originem traxerunt, qui ideo dicuntur in ſcriptura, *Moſoch*[p]. *Moſoch*[q], filius Aram filij Sem: dicitur & *Mes*[r].

Moſollam[ſ], [i. pacificus, ſiue perfectus, aut retribuens,] filius Abihail, & princeps in Tribu Gad, in diebus Ioathan regis Iuda. *Moſollam*[t], filius Elphaal de Tribu Beniamin. *Moſollam*[v], pater Salo de eadem Tribu. *Moſollam*[x], filius Sadoc, Sacerdos. Aliuſque *Moſollam*[y], filius Moſollamith, etiam Sacerdos. *Moſollam*[z], Leuita, de filiis Caath, vnuſque eorum qui ſub Ioſia rege Iuda vrgebant inſtaurationem Templi. *Moſollam*[a], filius Zorobabel, & Iechoniæ regis pronepos. *Moſollam*[b], filius Barachiæ, vnuſque ex reſtauratoribus Ieruſalem. *Moſollam*[c], filius Beſodia, vnuſque ex iiſdem inſtauratoribus. Aſſimilantur *Moſollamith*[d], [i. pacifica ſiue perfecta, aut dominium mortis,] filius Emmer, & pater Moſollam de genere Sacerdotali. Et *Moſollamoth*[e], [i. pacificatio, aut perfectio, aut dominium mortis,] pater Barachiæ principis de Tribu Ephraim.

Murus[f] plateæ latioris. *Murus* latiſſimus[g]: ac ſimiles videri poſſunt apud Adrichomium in typo ciuitatis Ieruſalem.

Muſi[h], [id eſt, auferens, vel tangens.] filius Merari filij Leui. Hinc Muſitarum familia.

Myſia[i], Prouincia in Aſia minori, nunc Æolis dicta; quam D. Paulus adnauigauit. Eſt & alia eiuſdem nominis iuxta Danubium fluuium.

N

Naama[k], [id eſt, pulchra, ſiue decora,] ciuitas in Tribu Iuda. *Naama*[l], mater Roboam.

Naaman[m], [i. pulcher, ſiue decorus,] filius Beniamin: dicitur & *Noham*[n]. *Naaman*[o], filius Bela filij eiuſdem Beniamin. *Naaman*[p], princeps militiæ regis Syriæ, curatus à lepra ſub Eliſæo.

Naas[q], [i. coluber, vel ſerpens,] ciuitas, cuius pater ſeu princeps fuit Tehinna: vbi ſit hæc ciuitas non dicitur. *Naas*[r], rex Ammonitarum, qui in hoc tantum ferire volebat fœdus cum viris Iabes Galaad, vt erueret eorum omnium oculos dextros. *Naas*[ſ], pater Abigail ſororis Saruiæ, ipſiuſque Dauidis regis.

Naaſſon[t], filius Aminadab in Chriſti Genealogia, & princeps Tribus Iuda in deſerto[u]. Scribitur & *Nahaſſon*[x]. *Naaſſon*[y], locus ad ſuperiorem Galilæam, non longè à Nephtali ciuitate Tobiæ.

Nabaioth[z], [id eſt, prophetiæ aut fructus,] Iſmaëlis filius; à quo omnis regio ab Euphrate vſque ad mare rubrum, dicta eſt *Nabaioth*[a]: dicitur vſque hodie Nabathæa, & Nabathena, (quæ pars Arabiæ, frugum inops eſt, & plena pecorum,) eiuſque incolæ Nabathæi ſiue Nabuthæi appellantur.

Nabat, vel *Nabath*[b], [i. aſpiciens,] pater Ieroboam ſerui Salomonis. *Nabath*[c], vnus ex conſobrinis Tobiæ.

Nabo[d], [i. prophetia.] mons in Tribu Ruben, vnuſque ex montibus Abarim, inter quos Nabo ſublimior eſt, eiuſque vertex dicitur Phaſga; ita Adrichomius: dicitur & *Nebo*[e]. *Nabo*[f], ciuitas in terra Moab in Tribu Ruben, quam ædificauerunt filij Ruben ad montem Nabo[g]. *Nabo*[h], idoli nomen, fortè quia poſitum in monte, vel ciuitate Nabo.

Nabuchodonoſor[i], [i. gemitus, ſiue planctus iudicij, anguſtiæ, vel preſſuræ,] rex Aſſyriorum in Niniue, qui deuicto Arphaxad rege Medorum, miſit Holofernem, vt omnem terram ſuo ſubiugaret imperio; ſed huic Bethuliam obſidenti Iudith caput abſcidit[k]. *Nabuchodonoſor*[l], ab Ethnicis Nabalaſſar, rex Babylonis: hic dicitur ſenior ad differentiam filij ſui, qui eſt *Nabuchodonoſor*[m], magnus rex item Babylonis, qui ſeptennio dementatus, moratus eſt cum beſtiis: de hoc Daniel agit in libro ſuo; Ieremias, & Ezechiel ſubinde de vtroque.

Nachor[n], [i. iratus, vel incenſus; aut Syriacè ſuffocatus,] filius Sarug in Sacra Chriſti Genealogia. *Nachor*[o], filius Thare, & frater Abrahæ. *Nachor*[p], vrbs in Meſopotamia, ad quam perrexit Eliezer, vt inde ſumeret vxorem Iſaac: vbi dicitur, Perrexit in Meſopotamiam ad vrbem Nachor, quamquam intelligi poteſt: ad vrbem vbi habitabat Nachor; atque ita Nachor eſſet nomen viri, non loci.

Nadab[q], [i. ſpontaneus, vel princeps,] filius Aaron. *Nadab*[r], filius Semei de Tribu Iuda. *Nadab*[ſ], filius Iehiel, & patruus Saül. *Nadab*[t], filius & ſucceſſor Ieroboam regis Iſrael.

Naham[v], [i. pulcher, ſiue iucundus, aut mouens eos,] filius Caleb filij Iephone de Tribu Iuda. *Naham*[x], [i. pœnitentia, aut requies eorum,] pater Ceila, & frater vxoris Odeiæ de eadem Tribu Iuda.

Nahum[y], filius Heſli in Sacra Chriſti Genealogia, & linea Nathan. *Nahum*[z], vnus ex duodecim Prophetis minoribus.

Naim[z], [i. pulchritudo, ſiue iucunditas,] ciuitas decora in Tribu Iſſachar, ſita in latere Aquilonari montis Hermon minoris, in

e Luc. 1. v. 39. f Ierem. 26. v. 18. g Mich. 1. v. 1. h 1. Paral. 2. 46. i Cap. 8. v. 9. k v. 36. l Deut. 10. v. 6. m In Cap. 10. Deut. q. 2. n Num. 33. v. 30. o Gen. 10. v. 2. p Ezech. 27. v. 13. & 32. v. 26. q 1. Paral. 1. v. 17. r Gen. 10. v. 23. ſ 1. Paral. 5. v. 13. t Cap. 8. v. 17. v Cap. 9. v. 7. x v. 11. y v. 12. z 2. Par. 34. v. 12. a 1. Paral. 3. 19. b 2. Eſdr. 3. v. 4. & 30. v. 6. c v. 6. d 1. Paral. 9. v. 12. e 2. Paral. 28 v. 12. f 2. Eſdr. 3. v. 8. g Cap. 12. v. 37. h Exod. 6. v. 19. & 1. Par. 6. v. 19. i Actor. 16. v. 7. k Ioſ. 15. v. 41. l 3. Reg. 14. v. 21. m Gen. 46. v. 21. n 1. Par. 8. v. 2. o v. 4. p 4. Reg. 5. v. 1. & Luc. 4. v. 27. q 1. Par. 4. v. 12.

r 1. Reg. & 1. Par. 19. v. 2. ſ 2. Reg. 17. v 25. t Matt. 1. v. 4. Luc. 3. v 32. 33. u Num. 1. v. 6. x Exod. 6. v 23 & 1. Par. 2. v. 10 11. y Tob 1. v. 1 z Gen. 25. v. 13. a Iſai. 60. v. 7. b 3. Reg. 11 v. 27. c Tob. 11. v 10. d Num. 33. v. 47. e Num 32. v. 2. Deut. 32. v. 49. & 1. Par. 5. v. 8. f Iſai. 15. v. 2. Ierem. 48. v. 21. g Num. 32. v. 38. h Iſai. 46. v. 1. i Iudith. 1. v. 5. 10. k Cap. 13. l 4. Reg. 24. v. 24. m Dan. 4. v. 29. n Gen. 11. v 22. & Luc. 3. o v. 34. v. 27 p Gen. 24. v. 10. q Exod. 6. v. 23. r 1. Par. 2. v. 28. ſ Cap. 9. v. 36. t 3. Reg. 14. v. 20 u 1. Par. 4. v. 15. x v. 19. y Luc 3. v. 25. z Luc. 7. v. 11.

ſecundo milliario montis Thabor ; ante eius portam, Chriſtus filium viduæ ſuſcitauit.

Naioth [a], [i. pulchritudo, ſiue decor,] locus in Ramatha, ſiue Rama Tribus Ephraim, vbi Dauid fugiens Saulem, & Samuël manſerunt ; quo & lictores à Saule miſſi, Prophetarunt ; & ipſe Saul veniens, cum aliis quoque prophetauit.

Namuel [b], [i. ſomnus Dei,] filius Simeonis filij Iacob : à quo familia Namuelitarum : dicitur & *Iamuel* [d].

Napheg [e], [i. imbellis, aut remiſſus, vel laxatus,] vnus ex filiis Dauid ex vxore innominata : ſcribitur & *Nepheg* [f].

Nathan [g], [i. dans vel donans,] Propheta, qui Dauidem increpauit de adulterio & homicidio commiſſo. *Nathan* [h], filius Dauid ex Bethſabee. *Nathan* [i], frater Ioël vnius ex fortiſſimis in exercitu Dauidis. *Nathan* [k], de Tribu Iuda, filius Ethei filij filiæ Seſan ex Iera ſeruo Ægyptio. *Nathan* [l], vnus ex principibus quem miſit Eſdras. *Nathan* [m], vnus ex filiis Iſrael qui abiecere mulieres alienigenas. *Nathan melech* [n], Eunuchus iuxta cuius exedram erant equi, quos dederant ſoli, reges Iuda idololatræ, quoſque abſtulit pius Ioſias.

Nathanaël [o], [i. donum Dei filius Suar, princeps Tribus ſuæ Iſſachar ſub Moyſe in deſerto. *Nathanaël* [p], frater Dauid, ac quartus filius Iſai. *Nathanaël* [q], vnus ex ſacerdotibus qui tubis clangebãt ſub Dauide. *Nathanael* [r], quintus filius Obededon, Leuita & Ianitor ſub eodem Dauide. *Nathanaël* [ſ], vnus ex principibus miſſis à rege Ioſaphat, vt erudirent populum in Iuda. *Nathanael* [t], frater Semeiæ, & Choneniæ, leuita ſub Ioſia rege Iuda. *Nathanael* [u], vnus è Sacerdotibus qui ſub Eſdra abiecerunt mulieres alienigenas. *Nathanael* [x], à Cana Galilææ, & verè Iſraëlita, in quo dolus non eſt, vnus ex Diſcipulis Chriſti, adductus ei à Philippo Apoſtolo.

Nathanias [y], [i. donum Domini,] leuita de filiis Aſaph : idemque ac is qui dicitur princeps quintæ vicis Cantorum [z]. *Nathanias* [a], vnus ex leuitis quos miſit rex Ioſaphat, vt erudirent populum in Iuda. *Nathanias*, pater Iſmaelis interfectoris Godoliæ.

Nazareth, [c] ex ſui Etymologia nominis, [flos, florens] Galilææ ciuitas, in Tribu Zabulon, non procul à monte Tabor, ædificata ſuper montem, quem nobiliſſimæ inſtar coronæ ambit, trium circiter dierum itinere ab Ieruſalem, ac Bethleem diſtans [e]. Hoc in loco Beatiſſima Virgo MARIA nata eſt, & CHRISTVS conceptus [f], & educatus [g], diu habitauit. Vnde & ciuitas hæc, ciuitas & patria Chriſti [h], dicta eſt : Ipſe verò Nazaræus [i], ſeu Nazarenus, & Galilæus appellatus eſt. Sed & fideles qui in ipſis naſcentis Eccleſiæ incunabulis, à Chriſto Chriſtiani nuncupati ſunt ; poſteà ſub Iuliano Apoſtata ab infidelibus, opprobrij loco, à Nazaræo Nazaræi ; & à Galilæo Galilæi vocitabantur. Hic Chriſtus Dominus ingreſſus Synagogam, (quam adhuc ſtare peregrini noſtri referunt [k],) legit illud Iſaiæ : [Spiritus Domini ſuper me [m],] Et Apoſtoli, poſt Chriſti in cœlos aſcenſionem, auguſtum illud Deiparæ Virginis domicilium, in quo ab Angelo ſalutata Chriſtum concepit, factis vſibus dedicarunt. Eodemque poſteà loco Chriſtiani peramœnum Dei Genitricis Templum ædificarunt, quod Archiepiſcopali Cathedra inſignitum eſt ; triaque in eo ex rupe exciſa ſunt altaria. Cæterum cùm ſacrum illud Angelicæ ſalutationis domicilium, eò diù in loco frequentatum, & in honore habitum fuiſſet ; Palæſtinâ Chriſtianam religionem repudiante, ab Angelis ad Illyrij oppidum, flumen nomine, delatum eſt : ad cum incolæ nullam eius rationem duxiſſent, ijs velut indignis poſſeſſoribus ereptum eſt, eorumdemque opera Angelorum, trans mare per aëra deuectum eſt in Italiam, & in ſylua nobilis cuiuſdam fœminæ Lauretæ, (à qua Lauretanum deinceps dictum eſt) in agro piceno, quam Itali Recanatenſem vocitant, collocatum eſt : vbi .... incredibili fidelium concurſu honorarent, ſubinde factum eſt, vt ad eos exſpoliandos illa in ſylua ſeſe prædones abderent, plurimoſque illuc commeantium enecarent ; quod ſcelus miſericordiæ Mater execrata, domicilium ſuum aliò ab Angelis transferri voluit, nempè in duorum fratrum montem, vbi pretioſis muneribus auctum eſt : At fratribus hac ratione magnum quidem queſtum facientibus, ſed acerbè propter idem lucrum diſſidentibus, inde iam tertiò in viam publicam Recanati, Angelico miniſterio tranſlatum fuit, ibique ſedem deinceps ſtabilem & quietem habuit. Hanc venerandam ædiculam quatuor tantùm muris ſine fundamento mirabiliter conſiſtentem, fideles celeberrimo cinxerunt Templo, in quo præter innumerabilem donationum & tabellarum copiam, cernitur adhuc integra SS. Virginis MARIÆ à D. Luca depicta imago : de his Adrichomius [n]. Nazareth aſſimilantur *Nazaræi* [o], viri religioſi legis veteris, qui vt Deo meliùs vacarent, ex voto abſtinebant vino, & geſtabant cæſariem intonſam [p].

Neapolis [q] ciuitas in Thracia, quam adnauigauit D. Paulus : alia quidem à Neapoli in Italia.

Nebo [r], [ideſt, prophetia,] ciuitas in Tribu Ruben, iuxta montem Nebo : dicitur & Nabo, ſuprà. *Nebo* [ſ], princeps vnicus ex familiis quæ ſolutâ captiuitate redierunt Ieruſalem.

Nebeleſcol [t], [ideſt, Torrens & vallis Botri,] locus in Tribu Dan, ſic dictus, quia inde ſumptus botrus tantæ magnitudinis, vt duo viri neceſſarij eſſent ad illum portandum.

Nepheg [u], [i. imbecillis, aut remiſſus,] filius Iſaar Leuitæ, & pater Core rebellis. *Nepheg* [x] vnus ex filijs Dauid ex vxore innominata.

Nephthali [y], [i. tortuoſitas, vel æquiparatio,] ſextus filius Iacob ex Bala ancilla Rachel vxoris ipſius Iacob. *Nephthali* [z], vna ex

a 1. Reg. 19. v. 19.
b 1. Reg. 19. v. 18. 19. 20.
c 1. Par. 4. v. 24.
d Gen. 46. v. 10.
e 1. Par. 14. v. 6.
f c. 3. v. 7. & 2. Reg. 5. v. 55.
g 2. Reg. 7. v. 2.
h Cap. 5. v. 14. 1. Par. 3. v. 5.
i Cap. 11. v. 38.
k c. 2. v. 16.
l 1. Eſdr. 8. v. 16.
m c. 10. v. 39.
n 4. Reg. 23. v. 11.
o Num. 1. v. 10.
p 1. Par. 2. v. 14.
q Cap. 15. v. 24.
r Cap. 25. v. 3.
ſ 2. Par. 17. v. 7.
t Cap. 35. v. 9.
u 1. Eſdr. 10. v. 22.
x Ioan. 1. v. 45. & c. 21. v. 2.
y 1. Par. 25. v. 2.
z v. 12.
a 2. Par. 17. v. 8.
b 4. Reg. 25. v. 23.
c Hier in 17. Matth.
d Luc. 2. v. 26.
e Adrichom. pag. 141.
f Luc. 1. v. 26. & 2. v. 4.
g v. 39. 33. & cap. 4. v. 16.
h Matth. 13. v. 54. Marc 6. v. 1. Luc. 4. v. 23.
i Matth. 2. v. 23.
k teſte Adrichom. pag. 141.
l Luc. 4. v. 16. 17.
m Iſai. 60 v. 1.
n pag. 141.
o Ierem. 4. v. 7. Amos 2. v. 11. 12.
p vide lib. 1. obſeruat.
q Actor. 61. v. 11.
r Num. 23. v. 3. Deuter. 32. v. 49. & 34. 1. Par. 5. v. 8.
ſ 1. Eſdr. 2. v. 29. & 10. v. 43.
t Num. 13. v. 25.
u Exod. 6. v. 21.
x 2. Reg. 5. v. 13. & 1. Par. 3. v. 7.
y Gen. 30. v. 8.
z.

Tribubus Iſraël, à prædicto Nephtali nuncupata. *Nephthali* [a], ciuitas inſignis in eadem Tribu Nephthali, & in ſuperiori Galilæa ſupra Naaſſon; ſed inſignior natiuitate pijſſimi Tobiæ, qui circa annum ſextum Ezechiæ regis Iuda, hinc in Niniuem Aſſyriæ à Salmanazar captiuus abductus eſt.

Ner [b], [i. lucerna, ſiue nouale,] pater Abner, & patruus Saül. *Ner* [c], filius Iehiel, & pater Cis Patris Saül [d]: dicitur & *Abiel* [e].

Neregel [f], [ideſt, explorans, aut pedeſter,] vnus ex principibus regis Babylonis. Huic Simile *Nergel* [g], idolum Cuthæorum.

Neri [h], [i. lucerna mea, nouale meum,] filius Melchi, & pater Salathielis in Chriſti Genealogia, & linea Nathan. *Neri* [i], pater Baruch Prophetæ ſeu ſcribæ Ieremiæ, & filius Maaſiæ: dicitur & *Nerias* [k].

Netophati [l], [i. gutta, aut gummi,] locus in Tribu Iuda. Ophi & filij eius dicuntur de Netophati: & Mabarai, vnus ex triginta ſeptem fortiſſimis Dauidis, dicitur Netophatites; ſicut & Saraia [m], filius Tanehumeth [n], vnus ex fortiſſimis qui venerunt ad Godoliam.

Netupha [o], nomen loci, cuius villæ dicuntur villæ Netuphati [p], crediderim idem eſſe ac *Netophati*, ſuprà.

Nicanor [q], [i. vnus ex ducibus Demetrij, blaſphemus, qui cum cecidiſſet primus in prælio, nec relictus fuiſſet ex eius exercitu vel vnus, lingua eius præciſa particulatim auibus data eſt, & manus contra Templum ſuſpenſa eſt, & caput in ſumma arce [r]. *Nicanor* [s], vnus ex ſeptem Diaconis qui primum ordinati fuerunt ab Apoſtolis.

Nicolaus [u], alius ex eiſdem ſeptem primis Diaconis; poſteà impurus hæreſiarcha, caputque eorum qui *Nicolaitæ* dicuntur [x].

Nilus [y], qui & *Gehon* [z], fluuius nobiliſſimus, è Paradiſo terreſtri trahens originem: hodie tamen ob generali cataclyſmi, aliaſve ſubinde aquarum inundationes, quæ priſtinum terræ mariſque ſitum immutarunt, aliunde emergere dicitur: Inde verò vniuerſam Æthiopiam & Ægyptum præterfluit. De ea Nili origine, ſumma eſt ſcriptorum diſcrepantia. Adrichomius refert ex Brindebachio, à multis ſæpè Soldanis miſſos fuiſſe cum nauigijs viros, comitatu qui triennio ſufficeret, inſtructos, ſed cum illi tanto tempore abfuiſſent, etiam vltra Indiam longè proceſſiſſent, redeuntes dicebant: ſe ſe finem vel terminum Nili vllum inuenire non potuiſſe; neque aliud certi retulere, quam quod ab Oriente emanet.

Niniue [a], [i. ſpecioſa, aut habitaculum,] Aſſyriæ Metropolis, de qua ſæpè ſermo in ſcriptura. Eam Aſſur ædificauit, dicitur *Niſibis* ab Euſebio: & eius incolæ, *Niniuita* [b].

Noa [c], [i. mouens, vel commota,] ciuitas ac terminus Tribus Zabulon. *Noa* [d], filia Salphaad nepotis Galaad.

[a] Tob.1.v.1. &c.
[b] 1. Reg 14. v.51.
[c] 1. Paral. 9. v.36.
[d] Verſ 39.
[e] 1. Reg. 9. v.1.
[f] Ierem. 39. v.3.
[g] 4. Reg.17. v.30.
[h] Luc.3. v. 27.
[i] Ierem.32. v.12.
[k] Cap.36.v. 4. & 51.v. 59.
[l] Cap. 40. v.8.
[m] 2. Reg.23 v 28.& 1 Paral.11.v. 30.
[n] 4.Reg.25. v.23.
[o] 1.Eſdr.2. v.22.
[p] 2.Eſdr. 12. v.28.
[q] 2. Mach.3. v.38.
[r] Ec 7.v. 33.34 &c.
[ſ] 2.Machab. 15.v.33.34.
[t] Actos. 6. v 5.
[u] Ibidem.
[x] Apoc.2.v. 6.15.
[y] Iſai.23. v.3.
[z] Gen.2.v. 13.
[a] Gen. 10. v.11.
[b] Luc. 11.v. 30.32.
[c] Ioſ.19. v.13.
[d] Num.26. v.33.

Noadia [e] [i. teſtificatio, vel cætus, ſiue ornatus Domini, aut tranſiens Dominus,] filius Bennoi leuitæ. *Noadia* [f], Propheta tempore Eſdræ.

Nobe [g], quæ olim Chanath, vrbs in dimidia Manaſſe trans Iordanem, ſic dicta à Nobe quodam de filijs Manaſſe, qui eam occupauit. *Nobe* [h], ciuitas in Tribu Beniamin, non procul ab Ieruſalem: ibi Dauid cum ſuis fugiens Saulem, comedit panes propoſitionis: accepitque ab Abimelech Sacerdote gladium Goliath appenſum coram Domino; quo indignatus Saül, occidit octoginta quinque Sacerdotes, & omnes Nobe incolas, mulieres, pueros, ipſa quoque bruta trucidauit, & vrbem ſubuertit [i].

Noe [k], [i. ceſſatio, vel requies,] vir iuſtus, filius Lamech filij Mathuſalam in ſacra Chriſti Genealogia. Similes ſunt *Noema* [l], [i. pulchra, ſiue decora; aut mouens valdè,] filia Lamech ex Sella. Et Noëmi [m], vxor Elimelech Bethlehemitæ de Tribu Iuda. Et *Noeman* [n], [i. pulcher, ſiue decorus,] filius Bale filij Beniamin, ex quo familia Noëmanitarum.

Noge [o], [i. claritas, ſiue ſplendor,] vnus ex filijs Dauid ex vxoribus innominatis: ſcribitur & *Noga* [p].

O

OBdia [q], de Tribu Iuda, ac ſtirpe Zorobabel. *Obdia* [r], vnus è ſex filijs Aſel de Tribu Beniamin.

Obdias [s], vnus ex principibus qui miſſi ſunt à rege Ioſaphat, vt erudirent populum in Iuda. *Obdias* [t], Sacerdos, ex ijs qui cum Nehemia ſubſcripſerunt fœderi.

Obed [u], [i. ſeruus, vel operarius,] pater Gaal, qui inſurrexit in Abimelech tyrannum. *Obed* [x], filius Booz, & auus Dauid in ſacra Chriſti Genealogia. *Obed* [y], filius Ophlal, & pater Iehu de Tribu Iuda. *Obed* [z], vnus ex fortiſſimis Dauidis. *Obed* [a], vnus ex nepotibus Obededon Leuitæ Gethæi, in cuius domo Arca Domini habitauit tribus menſibus, cui & ideò benedixit Dominus. *Obed* [b], pater Azariæ vnius ex Centurionibus quos aſſumpſit Ioiada Pontifex ad coronandum Ioas in regem Iuda.

Ochozias [c], [i. poſſeſſio, aut viſio Domini,] filius Achab regis Iſraël, eiuſque ſucceſſor. *Ochozias* [d], filius Ioram regis Iuda, eiuſque ſucceſſor.

Odaia [e], [i. laus, ſiue confeſſio Domini,] ſoror Naham. *Odaia* [f], vnus ex leuitis. *Odaia* [g], leuita quidam; duoque alij huius nominis leuitæ, qui ſignauerunt fœdus cum Nehemia, quorum vnus idem eſt cum præcedenti Odaia, & alius eſt ex capitibus populi.

Oded [h], [i. exaltans, aut erigens,] pater illius Azariæ Prophetæ qui occurrit Aſa regi Iuda, & exercitui eius, poſt contritos, cædente Domino, Æthiopes, in Ieruſalem reuertenti. *Oded* [i], Propheta, qui increpauit Iſraëlem de crudelitate in Iudam exercita.

[e] 1. Eſdr.8. v 33.
[f] 2. Eſdr.6. v.14.
[g] Num.32. v.42.
[h] 1. Reg.21 v.1. & 22.v. 9.19.2. Eſdr. 11.v 32. & Iſai.10.v.32.
[i] 1.Reg.21.
[k] Gen. 6.v. 29. & Luc.3. v.36.
[l] Gen.4.v. 22.
[m] Ruth. 1. v.2.
[n] Num.26. v.40.
[o] 2. Paral 3. v.7.
[p] Cap. 14. v.6.
[q] Cap 3.v. 21.
[r] Cap.8 v. 38. & 9.v. 44.
[ſ] 2.Paral. 17. v.7.
[t] 2. Eſdr 10 v.4.
[u] Iudic. 9. v 26.
[x] Ruth. 4.v 17. & 1. Paral 2. v.12.
[y] Verſ.37.
[z] Cap. 11. v 46.
[a] 2.Reg.6.v 10.11.12.
[b] 2.Paral.23. v. 1.
[c] 3.Reg.22. v.50.
[d] 4. Reg 8. v. 24.
[e] 1.Paral.4. v.19.
[f] 2.Eſdr.9. v.5.
[g] Cap.16.v. 10.12.16.
[h] 2.Paral.15. v.1.8.
[i] Cap 28. v.9.

Odollam

Odollam [k], [i. teſtimonium, ſiue ornamentum illis,] ciuitas quam ædificauit Roboam; eademque ac *Odullam* Iudæ, vrbs antiqua & regia, cuius regem Ioſue interfecit. In hac Sabbatum egit Iudas Machabæus [l]. Inde Odollamites [m], ſcilicet oriundus ex Odollam: dicitur & *Ædullam* [n]. Eſt & ſpelunca Odollam, locus in petra, natura tutiſſimus, in quam Dauid cùm fugiſſet à facie Saül, multos ære alieno grauatos ad ſe confugientes ſuſcepit, factuſque eſt princeps duxque quadringentorum virorum.

Oduia [o], filius Eliœnai de Tribu Iuda. *Oduia* [p], filius Aſana de Tribu Beniamin.

Oliueti, ſeu Oliuarum mons, ſuprà Mons Oliueti.

Ornam [q], [i. dolor, aut iniquitas eorum,] filius Ierameel de Tribu Iuda, ex Aſara vxore. *Ornam* [r], filius Sobal filij Seir Horræi. Similis eſt *Ornan* [ſ], [id eſt, dolor eorum,] filius Iudæ, ex filia Sue vxore ſua, percuſſus à Domino quod rem deteſtabilem faceret.

Onias [t], [id eſt, fortitudo Domini,] vir ſanctus, & ſummus Sacerdos apud Iudæos. Fuere & alij duo Pontifices eiuſdem nominis, videlicet *Onias* priſcus, & *Onias* auarus [v].

Ono [x], ciuitas in Tribu Beniamin. Eſt & campus *Ono* [y], quia ſcilicet Ono ciuitas erat in campo, & valle artificum [z] ſita.

Oolibama [a], [i. Tabernaculum, vel tentorium meum excelſum,] vxor Eſau, filia Anæ. *Oolibama* [b], ciuitas vnius ex Idumæis ducibus.

Oolla [c], [id eſt, Tabernaculum, vel tentorium, ſiue ſplendor eius,] Et *Ooliba*, [id eſt, Tabernaculum, aut ſplendor meus in ea,] nomina meretricum ſororum: & illa quidem ſeu maior, typus Ieruſalem; hæc verò Samariæ.

Ophel [d], [i. turris, aut obſcuritas, vel nebula,] turris Ieroſolymæ Templo proxima, tantæ altitudinis, vt quaſi nubibus caput infereret, eratque inſtar arcis firmo muro cinctæ: ibi habitabant Nathinæi [e].

Opher [f], filius Madian filij Abrahæ ex Cetura: dicitur & *Epher* [g]. *Opher* [h], vrbs regia in Tribu Beniamin: vel Prouincia in qua erat Geth patria Ionæ Prophetæ filij Amathi [i]. Similis eſt *Ophera* [k], vrbs alia in Tribu Beniamin.

Ophir [l], [i. cinis, aut fructificatio,] filius Iectan, à quo *Ophir* ſiue *Ophira* regio [m], ex qua petitur aurum Ophirizum, quod obrizum vocant [n].

Ophni [o], [i. vola vel palma manus,] filius Heli Sacerdotis, & frater Phinees, ambo filij Belial. *Ophni* [p], vrbs in Tribu Beniamin. Etymologia huius eſt diuerſa ab Ophni præcedente.

Ornan [q], [id eſt, exultans, aut lux filij,] vir Iebuſæus, à quo Dauid emit aream, in qua ex præcepto Domini ædificauit altare, poſtquam peſtis graſſari deſiit [r]: dicitur & *Areuna* [ſ].

Oſee [t], [Id eſt, ſaluator, aut ſalua,] filius Nun, idemque ac *Ioſue* [u]. *Oſee* [x], filius Oaaziu, & qui præerat filiis Ephraim ſub Dauide. *Oſee* [y], filius Ela, is coniurauit contra Phacee regem Iſraël, eoque interfecto regnauit. *Oſee* [z], filius Beeri, primus ex duodecim Prophetis minoribus.

Oza [a], [id eſt, fortitudo, aut capra,] filius Semei, Leuita de ſtirpe Merari. *Oza* [b], filius Gera & frater Ahiud. *Oza* [c], filius Abinadab, percuſſus à Deo ſuper temeritate ſua, quâ extenderat manum ad Arcam Dei. *Oza* [d], hortus in quo ſepultus eſt Amon rex Iuda, & pater Ioſiæ.

Ozi [e], [id eſt, fortis, vel fortitudo mea,] filius Thola filij Iſſachar, princeps ſuæ cognationis. *Ozi* [f], filius Bocci, ſummus Sacerdos, de ſtirpe Eleazar, à quo primùm pontificatus translatus eſt ad Heli de ſtirpe Ithamar [g]. *Ozi* [h], pater Phalel vnius ex reſtauratoribus Ieruſalem. *Ozi* [i], pater Ela, & filius Mochori de Tribu Beniamin.

Ozias [k], [id eſt, fortitudo Domini,] de ſtirpe Caath filij Leui. *Ozias* [l], vnus ex progenitoribus Iudith. *Ozias* [m], filius Amaſiæ, & rex Iuda. percuſſus lepra, quod incenſum adolere præſumpſiſſet ſuper altare Thymiamatis [n]: dicitur & *Azarias* [o]. *Ozias* [p], filius Micha de Tribu Simeon, & princeps in Bethulia tempore Iudith. *Ozias* [q], Sacerdos, de filiis Harim, vnuſque ex eis qui abiecerunt vxores alienigenas. Similis eſt, idemque ſignificat *Ozia* [r]. Aſtarothites, vnus ex fortiſſimis Dauidis.

Oziel [ſ], [idem ac Ozias,] filius Ieſi, vnuſque ex Principibus in Tribu Simeon. *Oziel* [t], filius Bela filij Beniamin. *Oziel* [u], Leuita filius Caath filij Leui, à quo familia Ozielitarum [x]. *Oziel* [y], item Leuita ſub Dauide, vnuſque ex eis qui in Nablia arcana cantabant. *Oziel* [z], item Leuita. & filius Heman, ſub eodem Dauide. *Oziel* [a], item Leuita, de filiis Idithun, ſub Ezechia rege Iuda. Similis vtcumque *Ozni* [b], [id eſt, auris, vel auſcultatio mea,] filius Gad filij Iacob à quo familia Oznitarum.

P

PAlmira [c], quaſi palmis abundans, ciuitas in dimidia Manaſſe trans Iordanem ſita in terra ſolitudinis ſeu deſerto; quam ædificauit, id eſt, inſtaurauit Salomon, & tanquam in extremo regni ſui limite poſitam, validiſſimis mœnibus cinxit, & Hebræo idiomate Thamar vocauit, quæ palmam ſonat. Poſtea ab Hadriano Imperatore reſtaurata, *Hadrianopolis* nuncupata fuit.

Pamphylia [d], quaſi tota frondoſa & nemoroſa, Aſiæ minoris Prouincia; ab ortu Ciliciam habet; ab occaſu Lyciam; à Septentrione Galatiam, & Cappadociam; à meridie mare mediterraneum, quod ibi Pamphylium mare vocatur: in hac ſita eſt Perge [e].

Paulus [f], anteà Saülus [g], ſumma & vltima gloria Tribus Beniamin [h], vas electionis [i], & Chriſti Apoſtolus. *Paulus* [k], cognomen Sergij Proconſulis, qui à D. Paulo ad fidem conuerſus eſt.

Perſa [l], [id eſt, frangentes, vel diuidentes,] populi Perſiæ, ſeu Perſidis regionis, in

k Cap. 21. v. 6.
l 2. Machab. 12. v. 38.
m Gen. 38. v. 1. 12. 20.
n Ioſ. 15. v. 35.
o 1. Par. 3. v. 24.
p Cap. 9. v. 7.
q Cap. 2. v. 26
r Gen. 36. v. 23.
ſ Cap 38. v. 4. 9. 10.
t 1. Machab 12. v. 7.
u Ioſeph. lib. 12. antiq.
x 1 Par. 8. v. 12. 1. Eſd. 2. v. 35.
y 2. Eſdr. 6. v. 2.
z Adrichom.
a Gen. 36. v. 2.
b v. 41. & 1. Par. 1. v. 52.
c Ezech. 23. v. 4.
d 2. Par. 27. v. 3. & 33. v. 14. 2. Eſdr 3. v. 26.
e Adrichom.
f Gen. 25. v. 4.
g 1. Par. 1. v. 33.
h Ioſ. 18. v. 17.
i 4. Reg. 14. v. 25.
k Ioſ. 18. v. 21.
l Gen. 10. v. 29.
m 3. Reg. 9. 28.
n Ioſeph. lib. 8.
o 1. Reg. 1. v. 3.
p Ioſ. 18. v. 24.
q 1. Par. 21. v. 15. 2. Reg. 24. v. 20.
r v. 10.
ſ Cap. 24. v. 20.
t Num. 13. v. 4.
u v. 17.
x 1. Par. 27. v. 20.
y 4. Reg. 15. v. 30.
z Oſee 1. v. 1.
a 1. Par. 6. v. 29.
b Cap 8. v. 7.
c 2. Reg. 6. v. 3. 7
d 4. Reg 21. v. 26.
e 1. Par. 7. v. 2.
f Cap. 6. v. 5.
g Ioſeph. lib. 5 antiq. cap. vltimo, v. 6.
h 2. Eſdr 3 v 25.
i 1. Par 9. v. 8.
k Cap 6 v. 24.
l Iudit. 8. v. 1.
m 2. Par. 26. v. 2.
n v. 19.
o 4. Reg. 15 v. 1.
p Iudith. 6 v 11.
q 1. Eſdr. 10 v. 21.
r 1. Par. 11. v. 44.
ſ Cap. 4. v. 42.
t Cap. 7. v 7.
u Exod. 6. v 18.
x Num. 3. v. 27.
y 1. Par. 15. v. 20.
z Cap 25. v. 4
a 2. Par. 29. v 14.
b Num. 26. v 16.
c 3. Reg. 9 v 18. 2. Par. 8 v. 4.
d 1. Machab 15. v. 23. Act. 2. v. 10.
e Cap. 13. v. 13.
f.
g.
h.
i.
k.
l 2. Par 36. v 20. & Ezech 27 v. 19.

Aſia minori imperio olim famoſæ. Ab Hebræis dicuntur Magog [m], & Elamitæ [n], au. Elymæ.: iam vulgò dicuntur *Farſi* [o].

Perſepolis [p], ciuitas in Perſide, cuius Templum expoliare fruſtrà tentauit Antiochus Epiphanes.

Perſis [q], prædicta regio Perſarum. *Perſis* [r], mulier Apoſtolo Paulo chariſſima.

Petra [s] *deſerti*, inſignis ciuitas & ara ſupra montem poſita, regni Moab Metropolis, & patria Ruth Moabitidis: ab ipſa nomen habuit Arabia petræa: de qua ſuprà: nunc dicitur *Crac*; & in illa iam Soldanu totius Ægypti & Arabiæ repoſuit theſaurum. *Petra* [t] *diuidens*, rupes eſt maxima in Tribu Iuda & deſerto Maon, in qua Dauid cum ſuis à Saule & exercitu eius, in modum coronæ cinctus, ob ſubitam & inexpectatam Philiſtinorum irruptionem, liberatu eſt. *Petra* [v] *Horeb*, quam iuſſu Dei, virga ſua percuſſit Moyſes, exiuitque aqua, vt biberet populus; qui locus vocatus fuit tentatio propter iurgium filiorum Iſraël, quia Deum tentauerunt. *Petra* [x] *Remmon*, in Tribu Beniamin, in qua continuerunt ſe ſexcenti vir de exterminio reſidui, ex quibus tota Tribus Beniamin reparata eſt [y].

Petrus [z], [i. petra, ſaxum, cautes] Cephas ſyriacè, Princeps duodecim Apoſtolorum; à Chriſto ſic cognominatus, qui priùs *Simon* dicebatur [a].

Phacee [b], [i. aperiens,] filius Romeliæ, & dux Phaceiæ regis Iſraël, quo occiſo, regnum inuaſit. Similis eſt *Phaceia* [c], [i. aperiens Dominus,] filius Manahem regis Iſraël, & ipſe rex Iſraël occiſus eſt à prædicto Phacee.

Phadaia [d], [i. redemptio Domini,] pater Ioël præfecti à Dauide dimidiæ Tribui Manaſſe cis Iordanem. *Phadaia* [e], de Ruma, pater Zebida matris Ioakim regis Iuda. *Phadaias* [f], de regia ſtirpe Dauid, filius Iechoniæ filij eiuſdem Ioakim. *Phadaia* [g], filius Pharos, vnuſque ex reſtauratoribus Ieruſalem.

Phaleg [h], [i. diuiſio,] filius Heber filij Sale in Chriſti linea. Similis eſt *Phalel* [i], [i. orans, vel indicans,] filius Ozi, vnuſque ex reſtauratoribus Ieruſalem. Et *Phalet* [k], [i. liberatio,] filius Iahaddai de Tribu Iuda. Et *Phaleth* [l], [i. indicatio,] filius Ionathan filij Iada de Tribu Iuda. Et *Phallet* [m], filius Aamoth, vnuſque ex fortiſſimis pugnatoribus de Tribu Beniamin, qui venerunt ad Dauid in Siceleg. Et *Phallu* [n], [i. mirabilis, vel occultus,] filius Ruben filij Iacob [o]: à quo familia Phalluitarum. Et *Phallonites* [p], ſic cognominabatur Hilles, vnus ex fortiſſimis Dauidis, & princeps turmæ quæ ſeptimo menſe miniſtrabat regi: ſcribitur & *Phalonites* [q].

Phalti [r], [i. liberatio, vel expulſio,] filius Raphu, vir princeps de Tribu Beniamin, vnuſque ex duodecim exploratoribus terræ Chanaan. *Phalti* [s], filius Lais de Gallim, cui Saul dedit filiam ſuam Michol, vxorem Dauidis: dicitur & *Phaltiel* [t]. *Phalti* [u], pater Heles vnius ex triginta ſeptem fortibus Dauidis.

Phaltias [x], [i. liberatio Domini,] vnus ex ... filijs Ieſi, ac principibus filiorum

m Apocalyp. 20. v. 7.
n Actor. 2. v. 9.
o Ioſeph.
p 2. Machab. 9. v. 2.
q Dan. 11. v. 2.
r Rom. 16. v. 12.
s Iſai. 16. v. 1. Hieron. in loc. hebr.
t 1. Reg. 23. v. 28.
u Exod. 17. v. 6. 7.
x Iudic. 20. v. 27.
y Cap. 21. v. 20.
z Ioan. 1. v. 16.
a Matth. 4. v. 18. Marc. 3. v. 16.
b 4. Reg. 15. v. 25. & 16. v. 1.
c Cap. 15. v. 22.
d 1. Par. 27. v. 20.
e 4. Reg. 23. v. 26.
f 1. Paral. 3. v. 18.
g 2. Eſdr. 3. v. 25.
h Gen. 10. v. 25. Luc. 3. v. 35.
i 2. Eſdr. 3. v. 25.
k 1. Paral. 2. v. 47.
l Verſ. 33.
m Cap. 12. v. 3.
n Num. 26. v. 5.
o Gen. 46. v. & 1. Paral. 5. v. 3.
p Cap. 27. v. 10.
q Cap. 11. v. 27.
r Num. 13. v. 10.
s 1. Reg. 25. v. 44.
t 2. Reg. 3. v. 15.
u Cap. 23. v. 26.
x 1. Paral. 4. v. 42.

Simeon, tempore Ezechiæ regis Iuda. *Phalteas* [y], filius Aoaniæ filij Zorobabel filij Phalaiæ.

Phaltiel [z], [i. liberatio Dei,] filius Ozan, princeps Tribus Iſſachar, vnuſque eorum qui Dei præſcripto diuiſerunt terram Chanaan. *Phaltiel* [a], filius Sair; idem qui Phalti, ſupra.

Phanuel [b], [videns Deum, ſeu facies Dei,] locus in terra Gad propè torrentem Iaboc, vbi tota nocte cum Angelo luctatus Iacob, vidit Deum facie ad faciem, ac deinceps dictus eſt Iſraël, [i. præualens Deo] & nomen Phanuel loco indidit, vbi poſteà eiuſdem nominis vrbs eſt ædificata, cuius habitatores cum Gedeonis exercitui præ laſſitudine deficienti panes denegaſſent, Gedeon eos occidit, turrimque ſubuertit [m]. Eam poſt modum vrbem Ieroboam ædificauit [n]. *Phanuel* [o], pater Gedor de Tribu Iuda. *Phanuel* [p], filius Seſac de Tribu Beniamin. *Phanuel* [q], pater Annæ Propheteſſæ de Tribu Aſer.

Phara [r], [i. frugifer, vel fructificans,] famulus Gedeonis, cum quo ipſe Dei iuſſu, deſcendit noctu in caſtra Madian. *Phara* [s], vrbs, vna earum quas muniuit Bacchides tempore Ionathæ Machabæi. Similis eſt *Pharai* [t], [i. hiatus,] de Arbi, vnus ex triginta ſeptem fortibus Dauidis. Et vtcunque *Pharphar*, alter fluuiorum Damaſci: vide Abana, ſupra.

Pharan [u], [i. pulchritudo, ſiue laus, & gloriatio,] deſertum eſt, per quod Iſraël pergens ex Ægypto in terram Chanaan, circumductus eſt; de quo ſæpe ſermo in ſcriptura, in qua memorantur & campeſtria *Pharan* [x], & ſolitudo *Pharan* [y], & mons *Pharan* [z], & Sanctus de monte *Pharan*. Porro Deſertum illud Pharao ampliſſimum, vaſtiſſimum, inuium, & inaquoſum; continens à monte Sinai vſque Cadesbarne iter vndecim dierum, cuius terra nec arari poteſt, nec ſeri, tota arida & ſterilis, & ſqualida inhabitabilis hominibus, qui nuſquam videntur ibi, nec beſtiæ, nec aues, imo nec arbores, nec germen aliquod, ſed rupes tantùm, & montes ſaxoſi, altiſſimi, aſperrimi, præcipites, mixti coloris, rubei nigrique, ſolis ardoribus exuſti, quo ſplendente, videntur ſaxa refulgentia, quaſi eſſent oleo inuncta, quæ ipſo viſu, horrorem & mortis imaginem præ ſe ferunt: aquarum ibi penuria eſt, & arenarum copia, quas vbi calor ſolis accendit exurunt plantas, & veſtigio cedentes, ægrè admodum prætereuntur. *Pharan* [a], [i. onager eorùm, vel ferocitas eorum,] rex Ierimoth, vnus ex eis qui auxilium præbuerunt Adoniſedec regi Ieruſalem, contra Ioſue.

Pharao [b], [i. ceſſans diſcooperiens; aut ſyriacè, vindicans.] rex Ægypti flagellatus à Deo, quod tuliſſet Sarai vxorem Abraham, in domum ſuam. *Pharao* [c], nouus rex Ægypti qui affligit populum Dei. *Pharao* [d] ſocer Salomonis. *Pharao* [e], cognomine Nechao, à quo pius Ioſias vulneratus, obijt: omne que alij reges Ægypti vſque ad Ptolomæos dicti ſunt Pharaones. *Pharao* [f], pater Bethiæ vxoris Mered de Tribu Iuda.

Pharaton [g], [i. denudatio, aut ceſſatio,] vrbs in Tribu Ephraim: ibi ſepultus eſt

y Cap. 3. v. 21.
z Num. 34. v. 26.
a 2. Reg. 3. v. 15.
b Gen. 32. v. 30.
m Iudic. 8. v. 8. 17.
n 3. Reg. 12. v. 25. & Adrichom.
o 1. Paral. 4. v. 4.
p Cap. 8. v. 25.
q Luc. 2. v. 36.
r Iudic. 7. v. 10.
s 1. Machab. 9. v. 50.
t 2. Reg. 23. v. 35.
u Gen. 21. v. 21.
x Cap. 14. v. 6.
y Num. 10. v. 12.
z Deut. 33. v. 2. & Habac. 3. v. 3.
a Ioſ. 10. v. 3.
b Gen. 12. v. 15.
c Exod. 1. v. 11.
d 3. Reg. 3. v. 1.
e 4. Reg. 23. v. 33.
f 1. Paral. 4. v. 18.
g Iudic. 12. v. 15.

Ad

Adon dux Iſraël: vnde gentile nomen Pharathænites; talis dicitur Abdon iudex in Iſraël [h], & Banaia [i], vnus ex fortibus Dauidis.

Phares [k], [i. diuiſio,] filius Iudæ ex Thamar nuru ſua; à quo familia Pharesitarum [l]. *Phares* [m], filius Machit ex Maacha de Tribu Manaſſe.

Phaſe [n], [i. tranſitus Domini,] idem ac Paſcha, [o], ac victima tranſitus Domini [p].

Phaſga [q], [i. collis, ſiue altitudo, aut munitio,] mons, ſeu potiùs vertex montium Abarim, ſuper quem aſcendit Moyſes, & inde vidit totam terram promiſſionis, & poſtea mortuus eſt. *Phaſga* [r], vrbs eidem monti proxima.

Phaſſur [s], filius Emmer, i. Sacerdos de vice Emmer, & pſeudopropheta ille qui Ieremiam Prophetam miſit in neruum, eduxitque in craſtinum. *Phaſſur* [t], filius Melchiæ i. Sacerdos de vice Melchiæ, vnuſque eorum qui permiſſu Sedeciæ regis Iuda miſerunt Ieremiam in lacum lutoſum. *Phaſſur* [v], pater Godoliæ vnius eorumdem qui miſerunt Ieremiam in lacum. Similis eſt *Phaſſur* [x], [i. extendens vel multiplicans libertatem ſeu principatum,] caput vnius ex familijs Sacerdotalibus.

Phatures [y], [i. bucella guttæ, aut miſtionis,] ſeu terra Phatures in Ægypto eſt, eademque vt crediderim ac *Phethros* [z]. *Pharurim* [a], quod ſuburbana interpretatur, ibi erat Nathanmelech Eunuchus.

Phau [b], [i. clamans,] vrbs in qua regnauit Adar, vnus ex Ducibus Eſaü.

Pheleth [c], [i. ruina,] pater Hon ſeditioſi de Tribu Ruben. Sunt & Phelethæi populi [d], & Phelethi; & hoc nomen eſt etiam ſatellitij, ſeu legionis Dauidis, ac regum Iuda [e].

Phihahiroth [f], [i. os, vel labium libertatis,] manſio IV. filiorum Iſraël.

Philadelphia [g], vrbs Lydiæ in Aſia minori, ad cuius Eccleſiam D. Ioannes ſcribit ſuam Apocalypſim, plures autem ſunt vrbes huius nominis varijs in locis: quin & Ammonitarum regio, & Gens nunc Philadelphia dicitur.

Philippi [h], Macedoniæ ciuitas, ad quam appulit D. Paulus; eius populi *Philippenſes* dicuntur, ad quos extat epiſtola eiuſdem Apoſtoli [i].

Philippus [k], pater Alexandri magni. *Philippus* [l], vnus ex potentatibus, quos vicere Romani. *Philippus* [m], amicus Antiochi Epiphanis, ac regno præpoſitus. *Philippus* [n]. Phryx crudeliſſimus, Ieroſolymis relictus ab Antiocho Epiphane ad affligendum populum. *Philippus* [o], filius Herodis Aſcalonitæ, & frater Antipæ, procurator Ituræ & Traconitidis conſtitutus à Romanis. *Philippus* [p], vnus ex duodecim Chriſti Apoſtolis. *Philippus* [q], vnus ex ſeptem primis diaconis, qui conuertit, & baptizauit Simonem magum, & Eunuchum Æthiopem Candacis reginæ [r].

Philiſtaa [s], [i. conſperſa, ſcilicet cinere, vel puluere, ſeu potus ruinæ, vel cecidit bibens,] eſt regio eorum qui Philiſthæi dicuntur, & Philiſthijm [t], & Philiſtini [v].

h Verſ. 15. i 2. Reg. 23. v. 30. k Gen. 38. v. 29. & 1. Paral. 4. v. 1. l Num. 26. v. 20. m 1. Paral. 7. v. 16. n Exod. 12. v. 21. Ioſ. 5. v. 10. o. p Exod. 12. v. 27. q Num. 21. v. 20. r Ioſ. 13. v. 20. s Ierem. 20. v. 1. 3. 6. t 1. Paral. 9. v. 12. & Ierem. 21. v. 1. & cap. 38. v. 16. u Verſ. 1. 6. x 2. Eſdr. 7. v. 41. y Ierem. 44. v. 1. z Iſai. 11. v. 11. a 4 Reg. 23. v. 11. b Gen. 36. v. 39. & 1. Paral. 1. v. 50. c Num. 16. v. 1. d 2. Reg. 20. v. 23. e Cap. 8. v. 18 & 20. v. 23. & 3 Reg. 1. v. 44. & 4 Reg. 11. v. 19. f Apoc. 1. v. 11 g Apocalyp. 1. v. 11. & 3. v. 7. h Actor. 16 v. 12. Philipp. 4. v. 15. i Actor. 16. v. 12. k 1. Machab. 1. v. 2. l Cap. 8. v. 5. m Cap. 6. v. 14. 15. n 2. Machab. 5. v. 22. o Luc. 3. v. 1. p Matth. 10. v. 2. Ioan. 1. v. 43. q Actor. 6. v. 5. r Verſ. 27. 28. & ſeqq. s Iſai. 14. v. 31. t Gen. 10. v. 14. 1. Reg 6. & 2. Paral. u Iudic. 3. v. 3.

Phinees [x], filius Eleazari filij Aaron, qui zelo percitus tranſfodit Zambri, & Cosbi fornicantes; cuique ideò datum eſt à Deo pactum Sacerdotij ſempiterni [y]. *Phinees* [z], filius Heli Sacerdotis, & frater Ophni, ambo filij Belial, neſcientes Dominum, neque officium Sacerdotis ad populum.

Phithon [a], [i. bucella eorum, aut perſuaſio, vel oris donum,] filius Micha filij Meribbaal. Similis eſt *Phithom* [b], [i. buccella eorum,] vrbs inter oſtia Nili; alteraque ex ciuitatibus Ægypti, labore filiorum Iſraël exædificatis. Similes etiam vtcunque *Phinon* [c], [i. gemma, ſiue aſpiciens,] ciuitas Idumææ. Et *Phinon* [d], idem ſignificans; manſio XXXVI. filiorum Iſraël.

Phœnicee [e] in Tribu Aſer, inclyta Syriæ regio, in qua nobiliſſimæ ſunt ciuitates, putà Tyrus, Ptolemais, Sidon, & aliæ plures: imò ex hiſtoricis, teſte Hieronymo, Galilæa, & Samaria ad eam pertinent: dicta eſt autem Phœnicee à Phœnice rege, qui cum Cadmo fratre, de Thebis Ægypti, in hanc profectus regionem, ei primùm imperauit; Tyrumque inſtaurans, eiuſdem Metropolim conſtituit, ibique purpuram inſtituit, vnde & illo color Phœniceus, & vnâ aut alterâ mutatâ literâ, puniceus, i. purpureus, qui ex inciſarum conchiliorum cruore colligitur, eoque panni lanei tinguntur. Idemque Phœnix græcas literas Phœnicibus tradidit, quas Cadmus fraterni æmulus ingenij, à Phœnice in Græciam detulit: nauigandi quoque artem Phœnices inueniſſe creduntur.

Phegor [f], [i. hiatus, vel apertio] mons in Tribu Ruben, ſuper quem Baalam aſcendit, vt videret inde populum, & malediceret Iſraëli. In valle huius montis ſepultus eſt Moyſes: dicitur etiam *Phegor*, maximè in vocabulo Beel-phegor [g]. *Phegor* [h], idolum aſt Moabitarum.

Phrygia [i], [i. ſicca, vel ardens,] alia eſt maior in Aſia maiori; Phrygia minor in minori. Phrygiam peragrauit D. Paulus: hinc Gentile nomen Phryx [k], ſcilicet è Phrygia oriundus.

Phua [l], [i. os oris,] filius Iſſachar filij Iacob, à quo familia Phuaitarum [m]. *Phua* [n], [i. vlulans,] altera obſtetricum apud Hebræos, quæ timuerunt Deum. *Phua* [o], [i. Angelus, aut coma,] pater Thola iudicis in Iſraël.

Phur [p], [i. ſors,] & in plurali, *Phurim* [q], [ſortes,] ſic vocati dies feſti XIV. & XV. menſis Adar apud Hebræos.

Putiphar [r], [i. ex Syro & Hebræo, ſaginatus taurus,] Pharaonis Eunuchus cui diuenditus eſt Ioſeph filius Iacob. *Putiphar* [s], [i. pinguedinem diſſipans,] Sacerdos vrbis Heliopoleos, & ſocer eiuſdem Ioſeph.

Pila, quæ & vallis Cedron, lata & profunda circa Templum, & in monticuli ſeu pilæ ſimilitudinem diſpoſita, tantæ profunditatis vt de tecto Templi ad imum eius, deſpicientium oculi caligarent. In hac mercatores, & omnis generis negotiatores habitabant, ad quos Sophonias Propheta ait: Vlulate habitatores Pilæ [t]. In hanc vallem è pinna Templi præcipitatus fuit Iacobus minor, frater Domini, & primus Epiſcopus Ieruſalem.

x Exod. 6. v. 25. y Num. 25. v. 8. & ſeqq. z 1. Reg 1. v. 3. a 1. Par. 8. v. 35. & 9. v. 41. b Exod. 1. v. 11. c Gen. 36. v. 41. d Num. 33. v. 42. e Gen. 14. v. 13. f Num. 23. v. 28. g Cap. 25. v. 3. h Verſ. 18. Deut. 3. v. 29. & 4. v. 3. Vide lib. 1. Tract. 7. art. de Idolo Phegor. i Actor. 2. v. 10. & 16. v. 6. k 2. Machab. 5. v. 22. l Gen. 46. v. 13. m Num. 26. v. 23. n Exod. 1. v. 15. & ſeqq. o Iudic. 10. v. 1. p Eſther. 3. v. 7. q Cap. 9. v. 26. r Gen. 37. v. 36. s Cap. 41. v. 45 & 46. v. 20. t Soph. 1. v. 11.

Piſcina [u] *Gabaon*, ſeu aquæ multæ quæ ſunt in Gabaon [x]; iuxta quas conuenere exercitus Abner, & Ioab; & duodecim ex vtraque parte conſurgentes, mutuis ictibus ſimul ceciderunt, vnde locus iſte dictus eſt, Ager robuſtorum. *Piſcina* [z] *Hebron* in Tribu Iuda, ſuper quam Dauid ſuſpendi iuſſit cadauera Rechab, & Baana, qui attulerant ad eum caput Isboſeth filij Saul. *Piſcina* [a] *in Heſebon*. vide *Heſebon*, ſuprà. *Piſcina*, & aquæ ductus, quem, obturato ſuperiore fonte montis Gihon, fecit Ezechias, & per ſubterraneos canales, introduxit aquas in Ieruſalem, eaſque ſcaturire fecit in illa Piſcina inferiori, ad quam ædificauit puteum [b], vt totam irrigarent ciuitatem, ne populus in obſidione poſitus, aquarum penuriâ laboraret. *Piſcina* [c] *Samaria*, in qua lauatus fuit cruor è curru Achab regis Iſraël. *Piſcina* [d] *Sion*, grandi opere constructa, eademque ac fons Sion. *Piſcina* [e] *ſuperior*, iuxta Ieruſalem: in via agri fullonis [f]. Et *Piſcina* [g] *inferior*. *Piſcina* [h] *vetus* in Ieruſalem vnà cum amne qui per totam ciuitatem decurrens, deffluit in Torrentem Cedron. *Piſcina* [i] *probatica*. i. ouina, vel pecualis, quia oues litandæ, in ea lauabantur: Hebraicè dicebatur Betheſda, & corrup. è Bethſaida. i. domus effuſionis, quod aquæ pluuiales ad eam confluerent: ampla erat, & totius orbis præcipua, habens quinque porticus; quam Salomon fecit iuxtà Templum, pro miniſterio eius: In ea enim Nathinæi lauabant hoſtias, eaſque tradebant Sacerdotibus in Templo ſacrificandas [k]: Huius piſcinæ aqua certis temporibus ab Angelo Domini mouebatur, & qui poſt eius motum, primus in eam deſcendebat, ſanus fiebat à quacunque detineretur infirmitate: ibi ſanauit Chriſtus paralyticum, qui triginta & octo annis languerat. *Piſcina* [l] *Siloe*, ſeu natatoria Siloë [m], ad quam Chriſtus cæcum natum, linis ſputo lutove eius oculis, lauatum miſit.

Planities [n] *Libani* in Tribu Aſer, ſubter montem Hermon. *Planities* [o] *Iericho*, in qua comprehenſus eſt Sedecias, vltimus regum Iuda, & ductus ad Nabuchodonoſor. Dicitur & Campeſtria Iericho [p], & Campeſtria deſerti [q]. Vide *Iericho*, ſuprà.

Platea [r], quæ eſt ante portam aquarum. *Platea* [s] portæ Ephraim. *Platea* [t], *Platea* [v] Templi, quæ erat in rotundum, aſcendens ſurſùm per cochleam. De his, aliiſue Plateis, vide apud Adrichomium in typo vrbis Ieruſalem ac Templi.

Pontus [x], Prouincia ſeu regio in Aſia minori, nomen habens à Ponto Euxino, ſeu mari Cimmerio. Hinc gentile nomen Ponticus [y], qualis erat Aquila Iudæus, apud quem manſit Paulus Corinthi.

Porta [z] atrij interioris contra portam Aquilonis, & Orientalem. *Porta* [a] atrij interioris, in via auſtrali. *Porta* [b] atrij interioris, quæ ad Orientem. *Porta* [c] anguli, ſeu angulorum, ſic dicta, quod in Aquilonari, Orientalique vrbis Ieruſalem angulo ſita eſſet, iuxtà Torrentem Cedron: Dicebatur etiam Porta Beniamin, ex Adrichomio, quod per eam, via eſſet in Tribum

u 2. Reg. 2. v. 13.
x Ierem. 41. v. 12.
y 2. Reg. 2. v. 14 & ſeqq.
z Cap. 4. v. 12.
a Cant. 7. v. 4.
b 4. Reg. 20. v. 20. & 2. Paral. 32. v. 30. Eccle. 48. v. 19.
c 3 Reg. 22. v. 38.
d 2. Eſdr. 3. v. 16.
e 4. Reg. 18. v. 17.
f Iſai. 7. v. 3.
g Cap. 22. v. 9.
h v. 11.
i Ioan. 5. v. 2.
k Adrichom. pag. 156.
l 2. Eſdr. 3. v. 15.
m Ioan. 9. v. 7
n Ioſ. 11. v. 17.
o 4. Reg. 25. v. 5.
p Ioſ. 4. v. 13. & 5. v. 10.
q 2. Reg. 15. v. 28. & 17. v. 16. ita Adrichom.
r 2. Eſdr. 8. v. 1.
s v. 16.
t Ierem. 44. v. 17.
v Ezech. 42. v. 7. Actor. 2. v. 9.
x Cap. 18. v. 2.
z Ezech. 40. v. 23.
a v. 27.
b Cap. 46. v. 1.
c 4. Reg. 14. v. 13. & 2. Paral. 26. v. 9.

Beniamin: per hanc portam, ex deſerto in vrbem ligna inuehebantur. *Porta* [d] Beniamin ſuperior in domo Domini: ibi erat neruus, in quo poſitus fuit Ieremias Propheta à Phaſſur Sacerdote. *Porta* [e] cuſtodiæ, ſic dicta, quod aliqui regis ſtipatores, rege Templum ingreſſo, cuſtodiam ibi agerent. *Porta* [f] domus Domini ſublimiſſima, quam ædificauit Ioathan, rex Iuda. *Porta* [g] domus, ſubter cuius limen ad Orientem in viſione Ezechielis egrediebantur aquæ, quæ deſcendebant in latus Templi dextrum ad meridiem altaris. *Porta* [h] domus Eliaſib Sacerdotis magni. *Porta* [i] Ephraim, ſic dicta, quod ex ea in Tribum Ephraim via pateret; ab hac poſt. à vſque ad Portam anguli, Ioas rex Iſrael murum diruit, & per id interſtitium curru inuectus, vrbis factus eſt Dominus: quem murum vna cum Turribus poſteà reſtituit Ozias rex Iuda: nec alio nomine, Equorum Porta orientalis eſt vocata; quod equi pro adaquatione in torrentem Cedron, per illam educerentur. *Porta* [k] Equorum domus regis, ad quam interfecta eſt Athalia, è Templo educta: ad eum vſque locum equitare licitum erat, ſed inde pedibus in Templum procedebatur, inde incipiebant habitacula Sacerdotum [l]. *Porta* [m] fontis aquarum, inter montem Sion, & montem Moria, in voragine Mello poſita, & ſic dicta, quod ad montem, & aquas Siloë tranſitum aperiret. *Porta* [n] ferrea in palatio Herodis regis, quæ vltrò aperta eſt Petro Apoſtolo, è carcere iam educto. *Porta* [o] horti regis, quæ erat inter duos muros arcis Sion, per quam noctu fugit Sedecias rex Iuda, & omnes bellatores. *Porta* [p] media ſecundi muri, in qua fractis muris exterioribus, regis Babyloniæ Principes ſederunt: Eſt in ſecundo muro, qui & medius vocatur, contra portam Ephraim. *Porta* [q] noua in atrio Templi, verius meridiem poſita, in cuius introitu ſederunt Principes Iuda contra Ieremiam, quod prophetaſſet vrbem, Templumque deſtructum iri. Ibidemque Baruch prophetias eiuſdem Ieremiæ legit coram populo [r]. *Porta* [s] vetus, ſeu porta antiqua [t]; à Iebuſæis, Porta Iebus; & à Iudiciis, Iudicialis [u], quia ad iudicium ibidem ſeniores ſedebant, vt tunc moris erat [x]. Extra hanc quoque fiebat iudiciorum executio: vnde & Chriſtus per eam eductus, extra eandem in Caluariæ loco cruci affixus eſt. *Porta* [y] vallis, ſic dicta, quod in vallem Ioſaphat viam faceret; inter portam ſterquilinij & auream media fuit: Porta gregis à foro appellata eſt [z], quod per eam immolandi in Templo greges in forum pecuarium venales adducerentur; poſteà à S. Stephano Protomartyre, qui per eam extra ciuitatem eductus eſt, & iuxtà lapidatus, S. Stephani porta vocari meruit. *Porta* orientalis vrbis, inter portam vallis & fontis conſtituta, quæ & aurea dicta eſt, quod deaurata eſſet, & quia per compendium, è Templo ad montem Oliueti ducebat, Templi potiùs quàm ciuitatis cenſebatur; ideóque Nehemias eius mentionem non facit: per eam Chriſtus, vltrò ei apertam, cum eſſet clauſa, in die Palmarum

d Ierem. 20. v. 2.
e 2. Eſdr. 12. v. 35.
f 4. Reg. 15. v. 35. & 2. Paral. 27. v. 3.
g Ezech. 47. v. 1.
h 2. Eſdr. 3. v. 20.
i 4. Reg. 14. v. 13 & 2. Paral. 25. v. 23.
k Cap. 23. v. 15. & 2. Eſdr. 3. v. 28.
l Adrichom.
m 2. Eſdr. 2. v. 14. & 3. v. 15.
n Actor. 12. v. 10.
o Ierem. 39. v. 4.
p v. 3.
q Cap. 26. v. 10. 11.
r Cap. 36. v. 10.
s 2. Eſdr. 3. v. 6.
t Cap. 12. v. 38.
u Cap. 3. v. 30.
x Deut. 17. 20. 21. 22.
y 2. Paral. 26. v. 9. & 2. Eſdr. 3 v. 13.
z v. 31.

aſino inſidens, Ieroſolymam intrauit. *Porta*[a] orientalis Templi, quæ & porta regis ad orientem[b], & porta Sur[c], & porta domus Domini ſublimiſſima[d], & porta ſpecioſa[e], quod cæterarum omnium eſſet maxima, altiſſima, & pulcherrima; per quam & principalis ad Templum erat introitus: iuxta hanc D. Petrus quadragenarium ab vtero matris ſuæ claudum mendicumque in nomine Ieſu ſanauit. *Porta*[f] occidentalis Templi, quæ & Porta fundamenti[g]. *Porta*[h] Aquilonis Templi. *Porta*[i] auſtralis Templi, ad quam ſeptem gradibus aſſendebatur. *Porta*[k] piſcium, iuxta Turrim Dauid, inter montem Sion, & ciuitatem inferiorem in valle Mello, contra occidentem ſita, per adiunctam ei teſtudinem, commodum cuiuis exitum exhibebat, ac introitum: piſcium autem porta ex eo dicebatur, quod per eam à Ioppe, aliiſque locis maritimis, quotidiè piſces inferrentur: vocatur etiam *Porta* Dauid, quod turri Dauidis eſſet proxima; ac porta negotiatorum, quod per eam variæ merces ex Bethlem, Hebron, Gaza, Ægypto, & Æthiopia inueherentur. Per hanc portam peregrini occidentales vrbem ingredi ſolent, vt obſeruat Adrichomius. *Porta*[l] prior, per quam erat aditus à Bezetha, ſeu ſecunda ciuitate Ieruſalem ad filiam Sion, ſiue ciuitatem inferiorem, in qua erat Templum Domini. *Porta*[m], quæ eſt poſt habitaculum ſcutatorium; ad quam adhibuit Ioiada pro excubiis, milites & Centuriones. *Porta* ſuperior in monte Sion, per quam Ioas in Templo rex coronatus, in Palatium regum Iuda ductus eſt. *Porta*[o] ſterquilinij, ſeu porta ſtercoris[p], ſic dicta, quod omnes ciuitatis ſordes, quas pluuia aggregare, & inuehere poterat, in Torrentem Cedron euomeret. *Porta*[q] Vlai, ſeu fontis, ex quo flumen Vlal oritur. *Porta*[r] Sion, quas Dominus dicitur diligere ſuper omnia Tabernacula Iacob, erant quinque numero, quibus à ciuitate inferiori ad ſuperiorem, ſeu ciuitatem Dauid, ac montem Sion patebat aditus, quas videre eſt apud Adrichomium. *Porta* ciuitatis ex nominibus Tribuum Iſraël, duodecim erant. Portæ tres à Septentrione; Porta Ruben vna, Porta Iuda vna, & Porta Leui vna. Et ad plagam orientalem portæ tres; Porta Ioſeph vna, Porta Beniamin vna, Porta Dan vna. Et ad plagam meridianam portæ tres; Porta Simeonis vna, Porta Iſſachar vna, Porta Zabulon vna. Et ad plagam occidentalem portæ tres; Porta Gad vna, Porta Aſer vna, & Porta Nephthalim vna[s].

Porticus[t] *columnarum* erat ante Palatium Salomonis ſita, quinquaginta cubitorum longitudinis, & triginta latitudinis, validiſſimis columnis ſuffulta, in qua Salomon communia iudicia exercebat. *Porticus*[v] *ſolij*, in qua erat Tribunal Salomonis pro iudiciis maioribus. *Porticus*[x] *Salomonis*, in qua Chriſtus ambulabat, erat in Templo.

Prædium[y] quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo ſuprà fratres ſuos[z]. In quo ſepulta ſunt oſſa Ioſeph ex Ægypto allata: eius mauſoleum ibi ætate D. Hieronymi cernebatur.

Prætorium[a] *Pilati*, erat Palatium & Præſidium Romanorum, cunctis ædibus Ieroſolymæ pulchrius, & eminentius; ad quod viginti circiter & octo gradibus marmoreis aſcendebatur: hic cùm Chriſtus falsò accuſaretur; & crucifigendus poſtularetur, in eius atrio, coram tota cohorte nudatus, ac flagellatus eſt, & ſpinis dirè coronatus, & variis ac cruentis modis illuſus: quo loco ſpecioſum poſteà à Chriſtianis conſtructum eſt Templum; nunc autem habitat ibi Præſes, qui Turcæ nomine, Ieroſolymis dominatur. Prædicti verò gradus marmorei Romam deinde tranſlati ſunt, etiamnum pro foribus Templi S. Ioannis Lateranenſis, quod in Cœlio monte Conſtantinus magnus ædificauit, à Romanis ſcala ſancta appellantur; locuſque in eis olim Chriſti ſanguine conſperſus, cancellis eſt opertus: & quia Chriſtus tempore paſſionis, per eas ſemel & iterum aſcendit, magna animi pietate flexis genibus viri ac mulieres eaſdem aſſiduè aſcendunt[b]. *Prætorium*[c] *Herodis*, erat Cæſareæ in Paleſtina, vbi cuſtodiebatur D. Paulus.

Ptolemaida[d], ſeu *Ptolemais*[e], vrbs à Ptolomeo quodam Ægypti rege ſic dicta, ab Ieroſolymis triginta ſex millaribus diſtans, in diſtributione terræ ſanctæ, Tribui Aſer ſorte aſſignata, numquam tamen ab eis, aut filiis Iſraël occupari potuit; erat enim muniriſſima, muris & antemuralibus cincta; eius in libris Machabæorum frequens mentio. Cùm poſteà à Chriſtianis occupata eſt, ſede Epiſcopali claruit, quæ Tyri Archiepiſcopo ſuberat; iam Turcis poſſeſſa Acon, ſeu Accon vocitatur.

Ptolemæus[f], [Id eſt, ſuſpendens aquas, aut adunatio aquarum,] filius Dorymini, vnus ex tribus Ducibus, quos miſit Lyſias, vt diſperderet terram Iuda. *Ptolemæus*, filius Abobi in campo Iericho, gener Simonis Machabæi, quem in caſtro Doch cum dolo ſuſceptum interfecit, ac duos eius filios Mathathiam & Iudam[g]. *Ptolemæus*[h] Philometor, rex Ægypti: quin & *Ptolemæi* vocabantur omnes reges Ægypti ab obitu Alexandri magni, vſque ad Auletem, patrem Cleopatræ, quæ vltimum Græcorum monarchiæ fuit excrementum. *Ptolemæus* macer iuſti tenax erga Iudæos, ſed ob hæc accuſatus apud Anthiochum Eupatorem, cum & aliàs proditor audiret, veneno interiit[i].

Puteus[k] *Bituminis* in valle Sylueſtri, in quo ceciderunt rex Sodomorum & Gomorrhæ, terga vertentes. *Putei*[l] *Iſaac*, ſeu quos fodit Iſaac in Gerara, quorum primus vocatus eſt calumnia; & ſecundus inimicitiæ, ob iurgium & rixas paſtorum Geraræ aduerſus Paſtores Iſaac; tertius dictus eſt latitudo; quartus abundantia, pro quibus nulla fuit contentio.

Puteus[m] *viuentis & videntis* in Tribu Simeon, inter Cades & Barad, erat fons aquæ in via Sur in deſerto, vbi Angelus Domini apparuit Agar ancillæ fugienti à facie Sarai Dominæ ſuæ. *Puteus*, quem Angelus monſtrauit Agar, vt ex eo potaret Iſmaëlem[n], erat in Tribu Simeon. *Puteus*[o] *iuramenti*, pro quo Abraham & Abimelech rex Geraræ percuſſerunt fœdus; & ad quem Iacob per-

gens

a v.29. & 2. Par.31. v.14.
b 1.Paral.9. v.18
c 4 Reg 11. v 6.
d Cap.15. v. 35.
e Act.3.v.2.
f 1. Paral.15. v.18.
g 2. Paral.23. v.5.
h Ezech. 40. v.20.
i v. 24.
k 2. Paral.& 2. Eſdr.3. v. 3.
l Ezech. 40. v.21.Zachar 14. v.10.
m 4.Reg.11. v.6.
n 2.Paral.23 v.20.
o 2.Eſdr.3.v 13.
p Cap.2.v.13.
q Dan.8.v.2.
r Pſa..86. v. 2.
s Ezech. 48 v.31. & ſeq
t 3. Reg.7.v. 6.
v 3.Reg.7. v.7.
x Ioan. 10. v 23.
y Gen.48. v. 22.
z Ioan.4.v.5.
a Marc.15.v. 16.& Ioan. 18.v.18.
b Adrichom. pag 155.
c Actor. 23. v.35.
d 1.Machab 5.v.35. Act.2. v.7.
e v.22. 25.
f 1. Machab. 3. v.38.
g Cap.16. v 11.& ſeq.
h 2.Machab 9.v.28.
i Cap. 20. v 12.13.
k Gen.14 v 10.
l Cap. 26. v 20.21.22. 23 &c.
m Cap.16.v 14.
n Cap.21. v 19.
o v.27.& ſeq

gens in Ægyptum immolauit victimas [p]. *Puteus* [q], cuius lapidem ad os poſitum amouit Iacob, vt adaquaret gregem Rachelis conſobrinæ ſuæ, eſt in Meſopotamia iuxta Haran, vbi habitabat Laban. *Puteus* [r] *Iacob*, de quo Samaritana. *Puteus Madian*, iuxta quem ſedit Moyſes fugiens Pharaonem [ſ]; & defenſis ſeptem puellis, Raguelis ſeu Iethro Sacerdotis Madian adaquauit greges earum. *Puteus*, ſuper quo loquutus eſt Dominus ad Moyſen [t], & quem foderunt baculis ſuis Principes Iſraël [u]. *Puteus* [x] *aquarum viuentium*, in Tribu Aſer, è Libano impetu fluens, breui millia[r]io à Tyro diſtans; idemque ac fons hortorum, ſuprà. *Puteus* [y] *Elim*, de quo Iſaias, loquens de ruina Moab, ait: [vſque ad puteum Elim clamor eius.]

p Cap.46.v.1. q Cap. 29. v. 2. & ſeq. r Ioan 4. v. 12. ſ Exod. 2. v. 15. & ſeq. t Num. 21. v. 16. u v. 18. x Cant. 4. v. 15. y Iſai. 15. v. 8.

Q

QVercus [z] *fletus*, eſt ad radices montis Bethel in Tribu Beniamin ſita; ſub ea ſepulta eſt Debbora nutrix Rebeccæ. *Quercus* [a], quæ erat in ſanctuario Domini in Sichem, ac Tribu Ephraim; ſub qua lapidem prægrandem erexit Ioſue in teſtimonium fœderis Iſraël cum Deo [b]; ſub ea Abimelech Tyrannus, conſtitutus eſt rex ſuper Iſraël [c]: dicitur & Therebinthus [d]; ſubter quam Iacob infodit Deos alienos. *Quercus* [e], quæ erat in Ephra in dimidia Manaſſes cis Iordanem, ſub qua Angelus ſalutauit Gedeonem, & tactas ſummitate virgæ carnes & azymos panes inflammauit. *Quercus* [f] *Thabor* in Tribu Zabulon, ad quam tres viros offendit Saul, ſicut prædixerat ei Samuel. *Quercus* [g] *Iabes Galaad*, ſub qua ſepultus eſt Saul, & Ionathas, & filij eius. *Quercus* [h], cui capillis ſuis ſuſpenſus hæſit Abſalom. *Quercus* [i] *Baſan*, in dimidia Manaſſe trans Iordanem, vbi proceræ & ingentes erant quercus, ſicut Cedri in Libano.

z Gen. 35. v. 8. a Ioſ. 24. v. 26. b v. 25. 26. c Iudic. 9. v. 6. d Gen. 35. v. 4. e Iudic. 6. v. 11. 12. f 1. Reg. 10. v. 3. g 1. Paral. 10. v. 12. h 2. Reg. 18. v. 9. i Iſai. 2. v. 13.

R

RAbba [a] [ideſt, multa ſiue grandis, & iurgium ſiue impugnatio] quæ & Rabbath [b], & Rabath filiorum Ammon [c], & ciuitas filiorum Ammon [d]. Et *Rabbath* vrbs aquarum [e], quia Iaboc torrens eam circumfluit; Metropolis eſt terræ Ammonitarum, Tribui Gad aſſignata: in eius oppugnatione fidiſſimus Vrias occubuit [f]; eaque expugnatâ, idem Dauid populum vniuerſarum ciuitatum Ammon ſerrauit, & circumegit ſuper eos ferrata carpenta, diuiſitque cultris, & traduxit in typo laterum [h], eo quod Hanon Rex Ammon legatos Dauidis turpiter confudiſſet [i]. Poſtmodum eâ regione à Ptolomæo Philadelpho Ægypti Rege ſubiugatâ, vrbs Rabba Philadelphia dicta eſt, & tempore Chriſtianorum habuit Archiepiſcopum, & ſub eo duodecim Epiſcopos. *Rabbath* aſſimilatur *Rabboth* [i. fœnus, vel vſura, iurgium ſiue impugnatio] vrbs in Tribu Iſſachar [k].

Rabbi [l] [Magiſter] Syriacè Rabboni [m].

Rabſaces [n] [i. Magiſter bibentium, ſiue multa bibens] Princeps in exercitu Nabuchodonoſor [o].

a Ioſ. 13. v. 25. 2. Reg. 11. v. 1. Paral. 20. v. 1. b Ierem. 49. v. 2. Deut. 3. v. 11. 2. Reg. 12. v. 26. c v. 26. d Cap. 12. v. 26. e 2. Reg. 12. v. 9. f 2. Reg. 12. v. 15. 16. 17. h Cap. 10. v. 4. i Adrichom. k Ioſ. 19. v. 20. l Matth. 23. v. 7. Marc. 9. v. 5. & Ioan. 1. v. 38. m Marc. 10. v. 51. Ioan. 20. v. 16. n 4. Reg. 18. v. 17. o Ierem. 39. v. 3.

Rachal [p] [i. ſuſurro, aut negotiator] vna ex ciuitatibus quas Dauid ſuorum ſpoliorum fecit participes.

Rachel [q] [i. Ouis] filia Laban minor, decora facie, & venuſto aſpectu, vxor Iacob.

Ragau [r] [i. ſocius, aut paſtor eius] filius Phaleg; dicitur & Reu [ſ]. *Ragau*. Campus circa Euphratem, & Tygrim, & Iadaſon [t]. Huic affinis eſt *Rages* [u], [i. tempeſtas vel commotio,] Ciuitas apud Medos, quam Ptolomeus Arſaciam vocat.

Raguel [x], [i. Paſtor Dei,] Sacerdos in vrbe Madian, Socer Moyſi; dicitur & Iethro [y], & Cinæus [z].

Rahab, [i. lata, ſiue ditata] meretrix, quæ hoſpitio ſuſcepit Exploratores miſſos à Ioſue in Iericho; cui nupſit Salmon Princeps Tribus Iuda [a] *Rahab* [b] Ægyptum eſſe apud Pſalmiſtam: [Memor ero Rahab & Babylonis] vult D. Hieronymus.

Rahuel, [i. Paſtor Dei, vel amicus Dei,] filius Eſau ex Baſemath vxore [c]. *Rahuel* filius Iebaniæ de Tribu Beniamin [d].

Ram, [i. Excelſus, proiiciens,] filius Eſron in Chriſti linea [e]: dicitur & *Aram* [f] *Ram* filius Ierameel primogeniti Eſron [g].

Rama, [i. Excelſa, aut proiecta,] Ciuitas in Tribu Iudæ [h], de qua dicitur, [Vox in Rama audita eſt.] *Rama*, Ciuitas in Tribu Beniamin [i], in monte ſita, non procul à Gabaon, quam reædificauit Baaſa Rex Iſraël [k], vt inde infeſtaret Iudæos: dicitur & *Ramath* [l]. Similes ſunt, idemque ſignificant. *Rameth*, Ciuitas in Tribu Iſſachar [m]. Et *Ramatha*, Ciuitas in Ephraim Leuitis aſſignata [n], ſita in monte Sophim. Ideoque dicitur *Ramathaim ſophim* [o]. Ex hac oriundus erat Samuël, in ea habitauit [oo], ibique Saülem vnxit, & Sepultus eſt [ooo]. Similis etiam eſt vtcunque *Ramath-lechi* [p], [i. eleuatio maxillæ,] locus vbi Samſon mille Philiſtæos maxillâ aſini interfecit.

Ramoth, Ciuitas in Tribu Iſſachar Leuitis aſſignata [q]: dicitur & *Iaramoth*. *Ramoth Galaad*, Ciuitas refugij, & Leuitica in Tribu Gad [r]. Hanc Reges Syriæ iure belli ceperunt, quam impius Achab Rex Iſraël recipere volens, ictu ſagittæ periit, vt Michæas prædixerat [ſ]: ibique in eius obſidione Iehu Princeps vnctus eſt in Regem Iſraël, vt exterminaret omnem domum Achab. *Ramoth*, vnus ex filiis Iſraël, qui abiecere vxores alienigenas [u].

Rapha [x], [i. medicina, vel medicus,] filius Beniamin quintus, dicitur & Echi [y]. *Rapha* [z], filius Baana de Tribu eiuſdem Beniamin. *Rapha* [a] filius Ephraim. *Rapha* nomen gigantis; ex quo dicti populi Raphaim, quos percuſſit Rex Codorlahomor [b].

Raphael [c], [i. medicina Dei,] nomen Angeli, qui duxit, & reduxit Tobiam iuniorem *Raphaël* [d], Leuita, vnuſque ex filiis Semeiæ filij Obededom ſub Dauide, viris ad miniſtrandum fortiſſimis.

Raphaia [e], [i. medicina Domini,] filius Thola filij Iſſachar. Raphaia [f], filius Baana de Tribu Beniamin. *Raphaia* [g], filius Ieſeiæ de Tribu Iuda, ac ſtirpe Zorobabel. *Raphaias* [h], vnus ex quatuor filiis Ieſi, Tribus Simeon, & Principibus eorũ qui abierunt in montẽ Seir.

p 1. Reg. 30. v. 29. q Gen. 29. v. 9. r 1. Par. 1. v. 25. ſ Gen. 11. v. 19. Luc. 3 v. 35. t Iudith. 1. v 6. u Iob. 1. v. 16 x Exod. 2. v. 20. y Cap. 3. v. 1. z Iudic. 1. v. 16. a Ioſ. 2. v. 1 Matth. 1. v. 5 b Pſal. 86. v. 4. c Gen. 36. v. 4. d 1. Paral. 9. v. 8. e Cap. 9. v. 9 f Matth. 1. v 4. Luc. 3. v. 33. g 1 Par. 2. v. 25. h Matth. 2. v. 18. i Ioſ 18. v. 25 k 3. Reg. 15. v. Ierem. 40 v 1. l Ioſ. 19. v. 8 m v. 21. n 1 Reg. 1. v 19. o Cap. 1. v. 1 oo Cap. 7. v. 17. & 8. v. 4. ooo Cap. 25. v. 1. p Iudic. 15. v. 17. q 1. Paral. 6. v. 73. r Ioſ. 21. v. 19. ſ Cap. 20. v. 8. 21. 37. & 1. Par. 6. v. 80. t 3. Reg. 22. v. 14. & 34. u 1. Eſdr. 10. v. 29. x 1. Paral. 8. v 2. y Gen. 46. v. 21. z 1. Paral. 8. v. 37. & 10. v. 6. a Cap. 7. v. 25. b Gen. 14. v 5. & 2. Reg. 21. v. 16. c Tob. 12. v. 3. 15. d 1. Paral. 26. v. 7. e 1. Par. 7 v. 2. f Cap 9. v. 41. g Cap. 3. v. 21. h Cap. 4. v. 42.

Raphaim, [i.medici,] populi de genere giganteo; quos Moabitæ, Emim; Ammonitæ Zonaomtaim vocant [i]. *Raphaim*, vallis iuxtà Ieruſalem [k], vbi percuſſit Dauid & debellauit Philiſtæos [l]. *Raphaim*: filius Achitob, vnuſque ex progenitoribus Iudith viduæ [m]: cum his affinitatem babet *Raphidim*, [i. remiſſæ manus,] manſio XI [n]. filiorum Iſraël in deſerto.

Raſin [o], [i.voluntarius, aut Curſor, ſiue veredarius] Rex Syriæ, quem miſit Dominus in Iudam. *Raſin* [p], Caput vnius ex familiis Nathinæorum.

Rebla [q], Ciuitas in terra Emath, vbi Nabuchodonoſor reſedit, belli Iudaici finem expectans: Dicitur & *Reblatha* [r]: eoque ductus eſt Sedechias, & excæcatus, ac catenis vinctus, Babylonem tranſportatus.

Recem [s], [i. vacuus, vel vanus, aut pictura varia,] vnus ex Principibus & Ducibus Madian, quos percuſſit Moyſes. *Recem* [t], filius Hebron de Tribu Iuda. *Recem*, Ciuitas in Tribu Beniamin [u].

Rechab, [i.quadriga, vel equitatus,] filius Remmon Berothitæ [x], & Princeps Latronũ ſeu militum; is cum Baana fratre ſuo occidit Isboſeth iacentem in ſtrato ſuo. *Rechab*, Pater Ionadab [y], a quo Rechabitæ viri Religioſi, de quibus Ieremias [z]. *Reccath*, [i. vacuitas, ſeu ſpatiũ,] Ciuitas in Tribu Nephthali.

Reema [a], [i. Tonitruum, vel confractio quædam,] Regio ſic dicta à Regma filio Chus, vt aiunt aliqui [b]: Alij [c] volunt eſſe vrbem Arabiæ felicis. *Rethma*, manſio XV [cc].

Remmon, [i.malum granatũ, ſiue altitudo.] Vrbs primò ſortis Iudę [d], poſteà ſortis Simeonis [e]. *Remmon*, vrbs Leuitica in Tribu Zabulon [f]: vocatur & *Remmono* [g]. *Remmon*. Pater Baana & Rechab, qui occiderunt Isboſeth [h]. *Remmon*, Templum, in quo erat idolum eiuſdem nominis, quod Reges Syriæ colebant [i]. *Remmon*, Collis [k]. *Remmon*, Petra [l], eadem ac Petra Rémon, ſuprà. *Remmon-Phares*, [i.mali granati diuiſio.] manſio XVI. filiorũ Iſraël [m].

Remmono.' Ciuitas Leuitica in Tribu Zabulon [n], dicitur & Remmon [o], ſuprà.

Repeſeph [p]. Ciuitas ſeu Regio vaſtata ab Aſſyriis: dicitur & *Reſeph* [q].

Reſa [r], [i.caput, vel voluntas] filius Zorobabel in Sacra Chriſti Genealogia, ac linea Nathan. *Reſſa*, [i.irroratio, ſtillicidium.] manſio XVIII. filiorum Iſraël [ſ]. Et *Reſen* [t], [i. frenum,] Ciuitas ab Aſſur ædificata inter Chale & Niniuen.

Reſeph, [i.Diabolos, vel ſagitta ignita] filius Beria filij Ephraim [u]. *Reſeph* [i.pruna, vel calculus ignitus] vrbs Syriæ, vaſtata ab Aſſyriis; quæ & *Repeſeph*, ſuprà. Aliqui dicunt eſſe Petram, Arabiæ petreæ ciuitatem.

Reu, [i.ſocius, vel amicus, aut paſtor] filius Phaleg in Chriſti Genealogia [x]: dicitur & *Ragau* [y].

Rhode [z], nomen puellę: Similis eſt *Rhodus* [a], inſula in mari mediterraneo, quæ & *Ophiuſa* dicta eſt.

Rogel [aa], [i.pedeſtris, aut explorans] vide ſupra fons Rogel. Similis eſt, idemq; ſignificat *Rogelim* [b], Oppidum in Tribu Gad, vnde erat Berzellai Galaadites, qui cibaria attulit Dauidi fugienti à facie filij ſui Abſalom.

i Deut.2. v. 20. k Ioſ.15. v.8. l Iſa.17. v.5. m Iudith. 8. v.8. n Exod. 17. v.1. Num.33. v.14. o 4. Reg. 15. v.37. cap.16. v.5. p 1. Eſd.2. v. 48. q Reg.23. v. 33. Num.34. v.11. r Ierem. 38. v.5.6.7. 4. Reg.25. v.6. ſ Num. 31. v.8 Ioſ.13. v. 21. t 1. Paral.2. v. 43. u Ioſ.18. v. 27. x 2. Reg 4. v.2.7. 1. Par. 1 v.51. y 4. Reg. 10. v.15. z Ioſue. 19. v.33. a Ezech. 27. v. 22. b Arias Montan. c Cornel. à lapid. cc Num. 33. v.18. d Ioſ.15. v. 3.32. e Cap. 18 v.7. f Verſ.13. g 1. Paral.6. v 77. h 2. Reg.4. v. 5. 6. i 4. Reg.5. v. 18. k Zachar.14. 10. l Iudic.20. v. 27. m Num. 33. v. 18. n 1. Paral.6. v.77. o Ioſ.19. v. 13. p 4. Reg. 18. v.12. q Iſa.37. v 12. r Luc.3. v. 27. ſ Num.33. v. 21. t Gen.10. v. 12. u 1.Paral.7. v.25. x Gen.11. v. 18. y 1. Paral.1. v. 25. z Act.12. v. 13. a Act 21. v.1. 1. Machab. 15. v.23. aa Ioſ.15. v. 8.& 3.Reg.1. v.9. b 2. Reg. 17. v. 28.

Rohob [c], [i. beatitudo ſiue dilatatio] vrbs Leuitica in Tribu Aſer [d]: ad hanc vſque regionem duodecim exploratores miſſi à Moyſe, progreſſi ſunt [e]. Aliqui *Rohob*, regem Soba dicunt ex hoc loco [f]: [Et percuſſit Dauid Adarezer filium Rohob regem Soba.] Verùm ſi quis attendat, intelliget illam vocè *Rohob*, non eſſe nomen hominis, ſed regionis, ex qua filius, i. oriundus, dicatur Adarezer rex Soba.

Rohoboth [g], [i.latitudines aut plateæ,] Ciuitas Idumæorum iuxtà fluuium ſeu amnem (purà Euphratem, qui per antonomaſiam ſic dicitur) ſita, patria Saül ſexti regis Edom; vnde Chaldæus vertit: Saül de *Rohoboth*, quæ eſt iuxta Euphratem: dicitur quoque eſſe de fluuio *Rohoboth* [h], i. de fluuij ripa, in qua ſita eſt *Rohoboth*.

Roma [i], [i. valens, potens, robuſta] totius Italiæ, ne dicam Orbis vniuerſi clariſſima ciuitas: à Roma dicti Romani [k].

Romemthiezer [l], [i Exaltans, adiutorẽ,] vnus ex quatuordecim filiis Heman Leuitæ Cantoris: idemq; ac is *Romemthiezer*, qui dicitur Princeps vigeſimæ quartæ, ſeu vltimæ vicis Cantorum [m].

Ruben [n], [i.videns filium, ſiue viſio filij, aut viſionis filius,] primogenitus Iacob ex Lia. Hinc gentile nomẽ Rubenites, & Rubenitę [o].

Ruma, [i.Sublimis, aut proiecta,] ciuitas in Tribu Ephraim. *Ruma*, Ciuitas in Tribu Iuda: dicitur etiam Arimathæa à Ioſepho; & inde erat Ioſeph nobilis ille decurio, qui audacter introiuit ad Pilatum, & petiit corpus Ieſu [r]: Iſta eſt *Rama* non *Ruma*, vbi Lebiam hodie oſtenditur domus Ioſeph ſuprà dicti.

S

Saananim [s], [i.diſſipationes,] vrbs in Nephthali: *Saarim* [t], [i.portæ.] vrbs in Tribu Simeonis.

Saba [x], [i.circuitus,] filius Chus: inde Sabæi populi qui felicem Arabiam incolunt [z], dicuntur & *Sabaim* [y]: *Sabaim* quoque ſeruus Salomonis [a] eſt. *Saba*, [i conuerſio ſua, captiuitas,] filius Regmæ [a] filij Chus, à quo Saba ciuitas Regalis Æthiopiæ nomen accepit [b]. *Saba* filius Iectan fratris Phaleg. *Saba* filius Iecſan [d] filij Abrahæ ex Cetura. *Sabee*, [i. iuramentum,] Ciuitas in Tribu Simeonis [e] & *Saban* [f], [i.captiuitas eorum, aut captiuans eos,] Ciuitas in Tribu Ruben, eademque ac *Sabama* [g], [i.conuerſio, ſeu captiuitas nimia,] Hinc vinea Sabama, in quam prophetarunt Iſaias [h], & Ieremias [i].

Sabarim [k], [i.cogitationes] Ciuitas in Tribu Nephthali inter terminum Damaſci, & confinium Emath; vbi cæſi ſunt Iſraëlitæ ob furtum Achan. *Salebim* [l].

Sabat [m], [i. Sceptrum, vel virga,] Menſis Hebræorum, februario noſtro magna ex parte reſpondens. Similes ſunt *Sabbatum*, [i. requies vel ceſſatio [n],] Sabbatiſſimus. *Sabatha*, [i. circuitus, vel circuiens,] tertius ex filiis Chus: A quo Sabæi beni dicti *Sabathai*, vnus ex Leuitis. *Sabbathca* [r], [i. circuiens percuſſionem,] quintus ex filiis eiuſdem Chus. *Sachacha* [ſ], [i. tabernaculum, protectio,] ciuitas in Tribu Iudá.

Sachar [t], quartus ex octo filiis Obededom Leuitæ. Sachar [v], pater Ahiam vnius ex for-

c Ioſ.19 v. 30. d Cap.21. 31. 1.Paral. 6. v.75. e Num.13. 22 f 2. Reg 8. v.3 g 1. Paral. v.48. h Gen.36. 37. i 2. Timoth. 1. v.17. Act. 28. v.2. cap. 19. v.21. k Dan.11. 30. 1. Machab.8. l 1.Paral. v.4. m Cap.25. v.31. n Gen.29. 32. o 1. Paral. v.42. p Iudic 8. v.41. q Ioſ.15. v. 52. r Matth. v.57. Luc. v.51. ſ Ioſ.18. v. t 1. Paral. v. 31. u Gen.10. 7. 1.Paral. v. 9. x Iob.1. v. Ioel.3. v.8. y Iſa.45. v. 14. z 3. Eſd.7. 58. a Gen.10. 7. b 3. Reg. v.2. Iſa.60. 6. c Gen.10. v. 28. d Cap.25. v.3. e Ioſ.19. v. f Num.32 3. g v.38. h Cap.16. v.8. i Cap. 48. 32. k Ezech. v.16. l 3. Reg 4. v.8. m Zachar. v.7. n 4. Reg. 23. o Hebr. v.9. p Gen 10. 7.1. Paral v. 8 q 2. Eſd. v.16. r Gen. 10. 7.& 1. Par. 1. v.8. ſ Ioſ.15. v. 62. t 1. Paral. v.4. u C.11. v.

ciſſimis in exercitu Iſrael: dicitur & *Sacar* [x], [merces.]

Sadoc [y], [i. iuſtus, aut iuſtificatus,] filius Achitob; eum Salomõ, exautorato Abiathar, conſtituit Pontificẽ [z]; tuncq; Pontificatus rediit ad familiã Eleazari. *Sadoc* [a] itẽ Pontifex, filiuſque alterius Meraioth [a], ſub Achaz rege Iuda. *Sadoc* filius Baana; & *Sadoc* filius Emmer, duo [b] ex reſtauratoribus Ieruſalem. *Sadoc* [c] filius Azor, & pater Achim in ſacra Chriſti Genealogia, & linea Salomonis.

Salaboni [d], [i. vulpis inſellectus, vulpis ædificium,] nomen loci, ex quo oriundus Eliaba de Salaboni, qui & Salabonites [e].

Salamina [f] in Cypro inſula ex Ptolomęo, quam Stephanus Conſtantiam vocat, ita ditque D. Hieronymus eã Traiani Imperatoris temporibus, à Iudæis deletam, interfectis omnibus eius accolis. poſteà tamen reſtituta eſt, hodie Famagoſta dicitur.

Salathiel [g], [i. poſtulans Dei, ſiue commodatus Dei,] filius Neri, & pater Zorobabel Ducis Iuda, in Chriſti Genealogia & Linea Nathan. *Salathiel* [h] filius Iechoniæ filij Ioakim regum Iuda in eadem Chriſti Genealogia, & Linea Salomonis.

Sale [i] dicitur in textu Hebræo filius Arphaxad, ſed à 70. Interpretibus, & à D. Luca [k] dicitur filius Cainam filij Arphaxad. *Salecha* vrbs inſignis, quæ & *Selcha*, infra.

Salem [l] [i. conſummata, & perfecta,] vbi erat & Rex & Sacerdos Melchiſedech; & D. Hieronymus in locis Hebraicis confundit Salem cum Sichem: Ioſephus verò Salem eſſe affirmat eam, quæ poſteà dicta eſt Solyma, ac demum Ieroſolyma. Similis eſt *Sallem* [m], [i. Pax, ſiue perfectio,] filius Nephthali, dicitur & *Sallum* [n].

Salim [o] ſeu terra *Salim* [p], ex D. Hieronymo [q] oppidum circa Scytopolim, vnaque ex vrbibus Sichimorum.

Salinæ [r], ſunt Areæ Salinarum, ſeu foſſæ, ad quas aquæ maris deductæ, calore ſolis decoquebantur, & in ſal coaleſcebant. Eſt & Vallis Salinarũ, ſeu ſalis, vide infra. Et ſalis ſtatua, ſeu ſtatua Salis [s], in quam vxor Lot, contra iuſſionem Domini, reſpiciens poſt ſe fuit conuerſa. Teſtatur Ioſephus, ſe, ſuo tempore, ſtatuam illam vidiſſe: quin etiamnum ſtat, ſi Brocardo, Breindebachio, & Saligniaco credimus, aientibus eam inter Engaddi & mare mortuum eſſe poſitam. Eſt & *Salis* [t] Ciuitas, vel Ciuitas Salis in Tribu Iuda. Et *Saliſa*, ſeu terra Saliza [u], per quam Saül pertranſiit quærens aſinas patris ſui Cis.

Salma [x], [i. veſtis] filius Nahaſſon in Chriſti Genealogia: dicitur & *Salmon* [z]. *Salma* [y] filius Hur primogeniti Caleb de Tribu Iuda, ex Ephrata concubina.

Salmana [yy], [i. vmbra agitationis] Rex Madian, quem Gedeon apprehendit, occiditq;. *Salmanaſar* [z], [i. pax, ſiue perfectio, aut retributio ligata,] Rex Aſſyriorum, qui tranſtulit Iſraël in Aſſyrios de quo Oſee propheta [a].

Salmon [b], [i. veſtis,] filius Nahaſſon: dicitur & *Salma*, ſupra. Is capta Hiericho duxit Rahab. *Salmon* [c], [i. fluctuatio, commotio, conquaſſatio, Græcè] ciuitas maritima in inſula Cretæ, iuxta quam nauigauit Paulus. *Salmona* [d], [i. vmbræ munus, vel imago noſtra,] manſio XXXV. filiorum Iſraël.

Salomon [e], [i. Pacificus,] filius Dauid ex Bethſabee vxore Vriæ. Similes ſunt *Salome* [f], [i. Pacifica, vel perfecta,] vna ex mulieribus Chriſto cruci affixo, ſepultoque piè affectis. Et *Salomi* [g], [i. Pacificus, ſiue perfectus,] pater Ahiud Principis filiorum Aſer.

Salomith [h], [i. pacificus, perfectus,] filia Zorobabel filij Phadaiæ, de Tribu Iuda. *Salomith* [i] filius Semei filij Gerſon Leuitę. *Salomith* [k] filius Roboam regis Iuda ex Maacha filia Abſalom. Similis eſt *Salumith* [l], [i. pacificus] filia Dabri de Tribu Dan, & mater Blaſphemi illius, qui iuſſu Dei lapidatus eſt extra caſtra.

Saltus [m] pater Adeodati polymitarij. *Saltus Ephraim* [n], campus erat, à tergo habens Syluam, in quo patricida Abſalom commiſit prælium cum exercitu patris ſui Dauid, & fugiens, crinibus ſuſpenſus è quercu, tribus lanceis in corde à Ioab transfixus eſt. Cum autem eſſent in eo ſaltu beſtiæ ferociſſimæ, vt tradunt Hebræi, & refert Hieronymus, plures, ipſæ conſumpſerunt, quàm voraueat gladius, quod diuinæ vltionis fuit argumentum. *Saltus Haret* [o], vide Haret. *Saltus Libani* [p], ſeu potius domus Saltus Libani. *Saltus Carmeli* [q], quem ſuccidit Dominus, idemque vt crediderim ac Saltus [r] in medio Carmeli. *Saltus Ægypti* [s], ſuccidendus à Nabuchdonoſor rege Babylonis. *Saltus* [t] agri meridiani, in quo prophetauit Ezechiel ex præcepto Domini.

Sama [v], [i. audiens, vel obediens,] ciuitas in Iuda. *Sama* [x] filius Iechoniæ filij Ioachim regum Iuda. *Sama* [y] Princeps ſuæ cognationis in Tribu Beniamin. Similis eſt *Samaias* [z] Gabaonites fortiſſimus inter triginta, & ſuper triginta.

Samaa [a], filius Macelloth filij Abigabaon de Tribu Beniamin: dicitur & *Samaam* [b], [i. perditio, vel deſolatio,] *Samaa* [c] filius Michaël, vnuſque ex progenitoribus Aſaph Principis Cantorum. *Samaa* [d] pater Ahiezer, & Ioas Principum Beniamin, ex iis qui venerant ad Dauid in Siceleg.

Samaa [e] frater Dauid: dicitur & *Simmaa* [f]. Et *Samma* [g]. Et *Semman* 2. Reg. 13. 3.

Samaraim [h]. [i. lana duplex,] ciuitas in Tribu Beniamin. Similis eſt *Samaræus* [i] filius Chanaan, hic Edeſſam incoluiſſe fertur.

Samaria [k], [i. cuſtodia domini, aut adamas Domini, vel ſpina Domini,] vnus ex fortiſſimis pugnatoribus qui venerunt ad Dauid in Siceleg. *Samaria* [l] ciuitas in Tribu Ephraim, & Regia Iſraël munitiſſima & famoſa, ab Ieruſalem itinere diei diſtans, ab Amri rege Iſraël in vertice montis Semeron ædificata. In ea ſepultus eſt Eliſeus, & Abdias Prophetæ, Ioannes Baptiſta pluſquam Propheta, qui inſtante adultera, decollatus eſt [n]: poſteà in honorẽ Auguſti Cęſaris dicta eſt Sebaſte, i. Auguſta. Ab ea verò Metropoli, tota Samariæ regio & Prouincia inter Iudæam & Galilæam media, nomen accepit. Eſt & Samariæ mons [o], Et Samariæ montes [p], Et Samariæ piſcina [q], vbi linxerunt canes ſanguinem Achab regis Iſraël, cum eius cruor lauaretur è curru: fit & mentio fontis Samariæ [r], qui alternis coloribus qua

x 2. Reg. 23. v. 33.
y Cap. 8. v. 17. & 1. Paral. 6. v. 8.
z 3. Reg. 2. v. 35.
a 1. Paral. 9. v. 11.
b 2. Eſdr. 3. v. 4. & 29.
c Matth. 1. v. 14.
d 2. Reg. 23. v. 32.
e 1. Paral. 11. v. 33.
f Act. 13. v. 5.
g Aggæi 1. v. 1. Eſdr. 3. v. 2. 8. Luc. 3. v. 27.
h 1. Paral. 3. v. 17. Matth. 1. v. 12.
i Gen. 10. v. 24.
k Cap. 3. v. 35.
l Cap. 14. v. 18.
m Cap. 46. v. 24.
n 1. Paral. 7. v. 13.
o Ioan. 3. v. 23.
p 1. Reg. 9. v. 4.
q De locis Hebr. & epiſt. ad Euag.
r Ezech. 47. v. 11.
s Gen. 19. v. 26.
t Ioſ. 15. v. 62.
u 1. Reg. 9. v. 4.
x 1. Paral. 2. v. 11.
z Ruth. 4. v. 20. 21. Matth. 1. v. 4. Luc. 3. v. 32.
y 1. Paral. 2. v. 51.
yy Iudic. 8. v. 6.
z Cap. 10. v. 14.
a 4. Reg. 17. v. 3. 6.
b Ruth. 4. v. 21.
c Act. 27. v. 7.
d Num. 33. v. 41.

e 2. Reg. 5. v. 12. 15.
f Marc. 15. v. 40. & 16. v. 1.
g Num. 34. v. 27.
h 1. Paral. 3. v. 19.
i Cap. 23. v. 9.
k 2. Paral. 11. v. 20.
l Leuit. 24. v. 11.
m 2. Reg. 21. v. 19. & 1. Paral. 20. v. 5.
n 2. Reg. 18. v. 6. 7.
o 1. Reg. 22. v. 5.
p 3. Reg. 7. v. 2.
q 4. Reg. 19. v. 23.
r Mich. 7. v. 14.
s Ierem. 46. v. 23.
t Ezech. 20. v. 46.
v Ioſ. 15. v. 26.
x 1. Paral. 3. v. 18.
y Cap. 8. v. 13.
z Cap. 12. v. 4.
a Cap. 8. v. 32.
b Cap. 9. v. 38.
c Cap. 6. v. 39. 40.
d Cap. 12. v. 3.
e Cap. 21. v. 21.
f 1. Paral. 2. v. 13.
g 1. Reg. 16. v. 9. & 17. v. 13.
h Ioſ. 18. v. 22.
i Gen. 10. v. 18.
k 1. Paral. 12. v. 5.
l 4. Reg. 6. v. 20.
m 4. Reg. 13. v. 20.
n Matth. 14. v. 11. 12.
o 3. Reg. 16. v. 24.
p Ierem. 31. v. 5.
q 3. Reg. 22. v. 38.
r Apud Adrichom. & Vitriac. c. 84.

ter in anno variatur, viridi ſcilicet, ſanguineo, turbido, & limpido; mira & grata viciſſitudine inſpicientium oculos delectans. Sed iſt fons non videtur alius quàm is vnde emanat prædicta piſcina Samariæ. A Samaria quoque dicti *Samaritæ* [ſ], & *Samaritani* populi [t].

Samir [u], [ideſt, cuſtodia, vel ſpina, aut adamas] filius Micha, leuites. *Samir* [x], ciuitas in Tribu Iuda. *Samir* [y], vrbs montis Ephraim, vbi habitabat Thola filius Phua & Iudex Iſraël.

Samma [z], [i. perditio, deſolatio,] filius Rahuel filij Eſaü ex Baſemath vxore. *Samma* [a], [i. audiens, vel obediens,] filius Hebron de Tribu Iuda. *Samma* [b], filius Iſai, & frater Dauid, dicitur & *Semmaa* [c], & *Samaa* [d], & *Simmaa* [e], *Samma* [f], filius Hotham, vnuſque ex fortiſſimis Dauidis. Similes ſunt *Sammaa* [g], filius Oza, leuita, de filiis Merari. Et *Sammua* [h], [i. audiens vel obediens] filius Zechur, & Princeps de Tribu Ruben, vnuſque ex duodecim exploratoribus terræ Chanaan.

Sammai [i], [i. deſolatio, vel perditio mea,] filius Recem filij Hebron de Tribu Iuda. *Sammai* [k], filius Ezra de eadem Tribu Iuda.

Samus [l], [i. arenoſa Græcè] Inſula in mari Ægeo, ad quam applicuit Paulus: dicitur & Samos & Cypariſſa [m], & Parthemia ab Ethnicis.

Samothracia [n], Inſula alia, ad quam à Troade nauigauit idem Paulus, dicitur nunc à Turcis *Samandrachi*.

Samſon [o], [i. ſol eius, vel paruus ſol, ſyriacè ſeruitium,] filius Manue de Tribu Dan, [Nazaræus Dei ex vtero matris ſuæ.] Eſt & fons Samſonis, qui dicitur fons inuocantis de maxilla [p]. Et mons Samſonis ad quem fores vrbis Gazæ ipſe portauit [q].

Samua [r], [i. audiens vel obediens,] vnus ex filiis Dauid; dicitur & *Simmaa* [ſ].

Samuël [t], [i. Poſitus à Deo, aut nomen eius a Deo,] filius Ammiud de Tribu Simeon, vnus eorum qui diuiſerunt terram Chanaan. *Samuël* [u] filius Thola filij Iſſachar. *Samuel* [x], Propheta & Iudex filius Elcanæ ex Anna: ſepultus in Ramatha, cuius oſſa de Iudæa in Thraciam Arcadius Auguſtus tranſtulit.

Sanctuarium [y], ſeu Atrium Sacerdotum [z], altera Tabernaculi Moyſis ac Templi Salomonis pars, diuiſa a Sancto Sanctorum, *Sanctuarium* hoc ſoli Sacerdotes a Dauide ad triginta octo millia recenſiti, & in viginti quatuor ordines ſeu vices diſtincti; quotidiè intrabant, & hebdomadarim à ſabbato vſque ad proximum ſabbatum, vxoribus, vino, ſiceraque abſtinentes, miro ordine, & ſumma reuerentia, Dei cultum, ſacrificia & preces peragebant.

Sanctum Sanctorum [a], erat intima & ſanctiſſima pars Tabernaculi Moyſis, & Templi Salomonis, in qua reponebatur Arca Dei: dicitur & *Sanctuarij Sanctuaria* [b], & *Sancta Sanctorum* [c], & *Oraculum*, quia inde Deus ex Oraculo, ſeu Propitiatorio dabat reſponſa & Oracula; Et *interior domus Oraculi* [e], & *Templum interius* [f], Sacro-ſanctum hoc Sanctum Sanctorum ob loci maieſtatem ſemel in anno ſolus introibat Summus Pontifex, idque in feſto expiationis, & pro ſuis, totiuſque populi peccatis, ſanguinem vituli extra caſtra combuſti offerebat: qui ſi, vel ſomnio pollutus eſſet, introibat ſubſtitutus ab eo vicarius.

ſ 4 Reg.17. v.19
t 1. Eſd.4. v. 2. Luc.9. v.52.& 17. v. 16.
u Par.24.v. 24.
x Ioſ. 13. v. 48.
y Iud. 10. v. 1.
z Gen. 36. v. 13. & 1. Paral. 1. v 37.
a 1.Par.2.v. 43.
b 1.Reg.16. v.9.& 17. v. 13.
c 2. Reg.13. v.3.
d Cap. 21.v. v. 22.
e 1. Par.2. v 13.
f c.11. v.44
g c.6. v.34
h Num.13. v.5.
i 1.Par.2. v. 44.
k c.4. v 17.
l Act. 20.v. 15.
m Math.15. v.21.
n Act. 16. v. 11.
o Iudic.13. v.2.7.24.
p c.15. v.19.
q c.16.v.3.
r 2. Reg 5. v 14. & 1. Par 14 v 4
ſ c. 3 v.3.
t Num 34. v. 20
u 1. Par.7. v 2.
x 1.Reg.1. v.20 & 1. Par.6 v.33.
y Exod. 26. v.33.& 29. v 30.
z 2. Par 4. v. 9.
a Exod.26. v.34. 3.Reg. 6. v. 16.
b Exod. 26. v. 24.
c 2. Par.4.v. 22.& 5.v.7.
d Ibidem.
e 3.Reg.6.v. 16.
f v.27.

Sanir [g], [i. lucerna] mons in dimidia Manaſſe trans Iordanem; Amorrhæi Sanir vocant, & Sidonij Sarion, vulgò Hermon. *Sanan* [h], [i. fragilitas chaldaice, hebraice autem clypeus] ciuitas in Tribu Iuda.

Saph [i], [i. peluis, limen] Gigas de genere Arapha, quem percuſſit Sobochai.

Saphan [k], filius Gad. *Saphan* [l], filius Machir de tribu Manaſſe. *Saphan* [m], filius Aſliæ, Scriba Templi Domini ſub Ioſia rege Iuda, dicitur & filius Eſeliæ [n]. *Saphan* [o], pater Ahicam, & auus Godoliæ, quem præfecit Nabuchodonozor ſuper populo in Iudæa relicto.

Saphat [p], [i. Iudex, vel iudicans] filius Huri, princeps de Tribu Simeon, vnuſque ex duodecim exploratoribus terræ Chanaan. *Saphat* [q], pater Eliſei Prophetæ. *Saphat* [r], filius Semei filij Secheniæ de Tribu Iuda. *Saphat* [ſ], vnus de filiis Gad. *Saphat* [t] filius Adli, Præpoſitus ſuper boues in vallibus Dauidis regis.

Saphatia [u], [i iudicans Dominos, ſiue iudicium Domini.] filius Dauid ex Abital quintus numero. *Saphatia* [x], filius Rahuel pater Moſollam principis cognationis in tribu Beniamin. *Saphatia* Haruphites, vnus ex 12. Fortitudinis qui venerant ad Dauid in Siceleg. *Saphatia* [y], caput familiæ inter ſeruos Salomonis [z].

Saphatias [z], filius Maacha, dux qui præerat Simeonitis ſub Dauide. *Saphatias* [b], vnus ex filiis Ioſaphat regis Iuda. *Saphatias* [c], filius Mathan, vnuſque ex Principibus Iuda, qui miſerunt in lacum Ieremiam Prophetam. *Saphatias* [d], filius Malaleel de filiis Iuda.

Saphon [e], [i. Aquilo, ſiue abſconditus, aut ſpeculator,] vrbs in Tribu Gad.

Sapphira, [i. narrans, vel litterata, aut ſyriacè famoſa] vxor illius Ananiæ, qui Deo mentitus, ad verbum Petri expirauit.

Sara [g], [i. Domina, vel Princeps,] vxor Abrahæ; priùs dicta Sarai & Ieſcha, filia Aran fratris Abrahæ. *Sara* [i], filia Aſer filij Iacob. *Sara* [k], [i. caro, vel conſanguinitas,] filia Ephraim filij Iacob. *Sara* filia Raguelis, & vxor Tobiæ iunioris; illius ſeptem ſponſos Dæmonium Aſmodæus ſubinde necarat, iuniori Tobiæ reſeruatæ.

Sarai, [i. Domina mea, aut princeps mea,] vxor Abraham, quæ & Sara, & Ieſcha. *Sarai* [n] cuius dimidium requietionis, & à quo Saraitæ [o]. *Sarai* [p] vnus ex filiis Iſrael qui abiecerunt vxores alienigenas.

Saraia [q], [i. Princeps Domini,] filius Cenez, & frater Othoniel de Tribu Iuda. *Saraia* [r], filius Ezriel, vnoſque eorum quibus præcepit Sedechias rex vt comprehenderent Baruch & Ieremiam. *Saraia* [ſ], filius Thanehumeth Netuphatites, vnus ex ducibus militum qui cum Iſmahele venerunt ad Godoliam in Maſpha; dicitur & *Sareas* [t]. *Saraias* [u], filius Neriæ & Princeps Prophetiæ, cui cum Sedechia rege in Babylonem pergenti præcepit Ieremias Propheta, vt tradi-

g Deuter 3 v.9. Cantic 4 v.8. Ezec 27.v.5. Par. 5. v.23.
g Deut.3. v 9.
h Ioſ.15.v. 37.
i 2. Reg. 21. v.18
k 1.Par.5. v.12.
l c.7 v 15.
m 4.Reg 22. v. 3.
n 2.Par.34. v.8.
o 4. Reg.25 v 22.
p Num.13. v.6.
q 3. Reg.19 v. 16
r 1. Par.3. v. 22.
ſ c.5.v.12.
t c 27. v.29.
u 2 Reg.3.v. 4. 1 Par. 3.v. 3.
x c.9 v.8. 12. v.27.
y 1.Eſdr 2. v.57. 2.Eſdr. 7. v.39.
z 1.Eſdr.8. v. 8
a 1 Par.27. v 16.
b 2. Par. 21. v.2.
c Ierem. 38. v.1.
d 2.Eſd. 11. v.4.
e Ioſ.13.v. 27.
f Act.5.v.1.
g Gen. 17.v 15.
h c.11. v.29
i c.46. v.17 Num 26.v. 46.
k 1.Par.7. v.24.
l Tob.3.v.7
m Gen.22. v. 24.
n 1. Par.2. 54.
o v. 53.
p 1.Eſdr. 10 v.40.
q 1.Par.4. v.14.
r Ierem. 36 v.26.
ſ 4 Reg 25. v. 23.
t Ierem. 40 v. 8.
u c.3 2.v.5 & ſeqq.

tum ſibi librum legeret, ac poſteà lapidi alligatum in medium Euphratis proiiceret, dicens: ſic ſubmergetur Babylon. *Saraia* [x], vnus ex viris Principibus, qui ſoluta captiuitate Babylonica rediere Ieruſalem cum Zorobabel.

Saraias Scriba ſub Dauide. *Saraias* [z], filius Azariæ, & Sacerdos primus, quem cum Sophonia Sacerdote ſecundo aliiſque tulit Nabuzardan, & duxit ad regem Babylonis [a], in Reblatha, qui interfecit eos.

Saraſar [b], [i. cantor theſauri] filius Sennachesib. *Saraſar* [d], vnus eorũ qui ſub Zacharia Propheta anno 4. Darij regis miſſus eſt ad Domũ Dei, ad deprecandum faciem Domini.

Sareas [e], [i. Princeps Domini,] filius Thanehumeth, dicitur & *Saraia*, vide ſupra.

Sared [f], filius Zabulon, à quo familia Sareditarum. *Sareda* [g], patria Ieroboam primi regis Iſraël poſt ſchiſma à domo Dauid. *Saredatha*, idem ac Sarthan, infrà.

Sarephta [h] Sidoniorum, [i. anguſtia bucellæ, vel panis, ſiue conflatio, vel conflatorium, aut anguſtiæ dilatatio, vel perſuaſio, quæ eſt *Sarephta* Sidoniæ [i], ciuitas in Tribu Aſer. Hic Elias à vidua paupercula hoſpitio exceptus eſt, & paſtus, eam cum filio pauit, hydria farinæ nunquam deficiente, nec lecytho olei diminuto, eundemque filium paulò poſt mortuum vitæ reſtituit, de quo tradunt Hebræi quòd fuerit Ionas Propheta. A Chriſtianis inhabitata Epiſcopali ſede clarui t.

Sarid [k], [ideſt principis manus,] ciuitas & terminus Tribus Zabulon, dicitur & *Sared* [l].

Sarion [m], [i. planities, aut canticum columbæ] Mons ſic vocatus à Sidoniis, idem ac *Sanir*, & *Hermon*, ſuprà.

Saron [n], [ideſt, Planities, aut canticum eius,] ciuitas in Tribu Gad, & vrbs olim regia [o] ſuburbana *Saron* [p], & regio *Saron* [q], pinguis & fertiliſſima, ac latè patens, nec montibus deſtituta, adeoque ſaginandis regiis pecoribus idonea [r]. Vocatur etiam *Sarona* [f], hinc Saronites nomen patrium [t].

Sarthan [u], [tribulatio, ſiue anguſtia plaſmatio, aut figuratio, vel anguſtiam dans.] ciuitas in Ruben non longè à tranſitu filiorum Iſraël per medium Iordanis, eius enim aquæ intumeſcentes inde apparebant. *Sarthan* [x] ciuitas in Tribu Gad, intra quam & Suchoth vaſa Templi fuſa ſunt à Salomone, vocatur & *Sarthana* [y], & *Saredatha* [z].

Satan [a], [i. aduerſarius,] Hinc malignus ſpiritus: dicitur *Satanas* [b], quia Deo & hominibus aduerſatur.

Saul [c], [i. poſtulatus, ſiue commodatus, aut fouea, vel infernus,] ſextus Rex in Edom qui fuit ex Rohoboth. *Saul* [d] filius Simeonis filij Iacob, à quo familia Saülitarum [e]. *Saul* [f] filius Ozlæ, Leuita de ſtirpe Caath. *Saul* [g] filius Cis, primuſque Rex Iſraël à Deo ob eius probitatem electus, ſed poſteà ob eius inobedientiam reprobatus.

Saulus [h], [i. poſtulatus, ſiue commodatus, aut ſepulcus,] ſic dicebatur Paulus Apoſtolus ante conuerſionem ſuam.

Schibboleth [i], [i. ſpica fluentum, fluxus,] ſic proferebant Galaaditæ. Ephraimitæ verò Sibboleth, quos ex hac pronuntiationis mod…

x 1. Eſdr. 2. v. 2. — y 2. Reg. 8. v. 17. — z 1. Par. 6. v. 14. — a 4 Reg. 25. v. 18. — b c. 19. v. 37. c Iſa. 37. v. 38. — d Zach 7. v. 2. — e Ierem 40. v. 8. — f Gen. 45. v. 14. — g 3. Reg. 11. v. 26. — h Cap. 17. v. 9. &c. — i Luc. 4. v. 26. — k Ioſ. 19. v. 10. — l v. 12. — m Deuter. 3. v. 9. — n 1. Paral 5. v. 16. — o Saſ. 12. v. 18. — p 1. Paral. 5. v. 16. — q Iſa. 35. v. 2. & 33. v. 9. — r 1. Paral. 27 v. 29. — ſ Act. 9 v 35. — t 1. Paral. 27. v. 29 — u Ioſ. 3. v. 16. — x 3. Reg. 7. v 46. — y Cap 4 v. 12. — z 2. Paral 4 v. 17. — a 2. Reg. 19 v. 22. Zachar. 3 v. 1. & Iob. 1 v. 6. — b Matth. 4. v. 10 & 16. v. 23. Marc. 4. v. 15. Luc. 10. v. 18 — c Gen. 36. v. 37. — d Cap. 46. v. 10. & 1. Par. 4 v. 24. — e Num. 26. v. 13 — f 1. Paral. 6. v. 24. — g 1. Reg 9. v. 2. — h Act 8. v. 1. — i Iudic. 12. v. 6.

ad vada Iordanis Galaaditę deprehenderunt, occideruntq; ex eis quadraginta duo millia.

Scytharum [k], ciuitas quæ à Ieroſolymis ſexcentis ſtadiis aberat.

Scythæ [l], [i. coriarij, vel cerdones,] populi valde barbari ex mente D. Pauli Scytopolitæ [m].

Seba [n], [i. ſeptem, vel iuramentum,] filius Bochri. vir Iemineus. i. de Tribu Beniamin, *Sebe* [o] [i. ſeptem vel iuramentum,] de filiis Gad.

Sebenia [p] vnus ex ſignatoribus fœderis, dicitur & *Sebenias* [q]. *Sebenias* [r] vnus ex Sacerdotibus qui clangebant tubis coram arca Dei. *Sebenias* [ſ] vnus item ex Sacerdotibus qui aſcenderunt cum Zorobabel: idem cum primo Sebenia.

Sebia [ſ], [i. damula, vel caprea, aut pulchra,] mater Ioas filij Ochoziæ regis Iſraël. *Sebia* [u] filius Saharaim de Tribu Beniamin, ex Hodes vxore.

Seboim [x], [i. damulæ vel capreæ, ſiue pulchri, aut inflati,] vna ex ciuitatibus quæ igne cœleſti perierunt in valle Sylueſtri: vallis *Seboim* [y] [i. colores tincturæ] in Tribu Beniamin.

Sechem [z], [i. pars ſiue portio; humerus,] filius Galaad de Tribu Manaſſe, à quo familia Sechemitarum. *Sechem* [a] filius Semida de eadem Tribu.

Sechenias [b], [i. vicinus Dominus, aut habitatio Domini,] Princeps decimæ vicis ſacerdotalis. *Sechenias* [c] vnus eorum qui ſub Ezechia rege Iuda erat ſub manu Core Leuitæ, vt diſtribuerent fideliter partes fratribus ſuis. *Sechenias* [d] filius Iehiel de filiis Ælam, qui primus ſtatuit, & author fuit, vt eiicerentur vxores alienigenæ. *Sechenias* [e] filius Area, & ſocer Tobiæ Iudæorum aduerſarij. *Sechenias* [f] de Tribu Iuda, ac ſtirpe Regia.

Sechrona [g], [i. ebrietas,] ciuitas pertinens ad terminum ſortis Iudæ, ita Abulenſis

Sedada [h] [i. latus eius, ſiue cibarium aut venatio eius, vel inſidiæ eius,] terminus terræ promiſſionis a plaga ſeptentrionali.

Sedecias [i] [i. iuſtus Domini, vel iuſtitia Domini,] filius Chanaana, & pſeudopropheta, qui Michæam Prophetam Domini percuſſit in maxillam. *Sedecias* [k] filius Ioſiæ regis Iuda, ſic nuncupatus à Nabuchodonoſor, cum anteà diceretur Mathanias. *Sedecias* [l] filius Ioakim filij eiuſdem Ioſiæ. *Sedecias* [m] filius Sedei, vnuſque ex proauis Baruch Prophetæ. *Sedecias* [n] filius Hananiæ, vnuſque ex Principibus quibus Michæas filius Gamariæ nuntiauit verba quæ audierat ex libro Ieremiæ.

Segor [o], [i. parua,] ciuitas in Tribu Iuda ſub monte Engaddi ſita, precibus Lot ab igne cœleſti præſeruata; olim dicebatur Bala [p].

Segub [q], [i. fortificatus, aut exaltatus,] nouiſſimus filius Hiel reædificatoris Iericho, in quo, i. quo mortuo, poſuit portas eius, iuxta verbum ſeu maledictionem Ioſue [r]. *Segub* [ſ] filius Eſrom filij Phares de Tribu Iuda, ex filia Machir patris Galaad.

Sebeſima [t], [i. ſuperbia,] ciuitas, terminuſque Tribus Iſſachar.

Sehon [v], [i. ſubuerſio,] rex Amorræorum.

k 2. Machab. 12. v 19. — l Coloſſ. 3. v. 11. — m 2. Machab. 12. v. 30. — n 2. Reg. 20. v. 1. — o 1. Paral. 5. v. 13. — p 2. Eſdr. 10. v. 4. — q Cap. 12. v 3 — r 1. Paral 15. v. 24. — ſ 2. Eſdr. 12. v. 3. — t 4. Reg. 12. v. 1. — u 1. Paral. 8. v. 9. — x Gen. 14. v. 2. 2. Eſdr. 11. v. 34. — y 1. Reg. 13 v. 18. — z Num. 26. v. 31. — a 1. Paral. 7. v. 19. — b Cap. 24. v. 11. — c 2. Paral. 31. v. 15. — d 1. Eſdr. 10. v. 2. — e 2. Eſdr. 6. v. 18. — f 1 Paral. 3. v. 21. — g Ioſ 15. v. 11. — h Num. 34. v. 8. & Ezech. 47. v. 16. — i 3 Reg. 22. v. 11. 24. — k 4. Reg. 24. v. 17. & 2. Paral. 3. v. 15. — l 1. Paral. 3. v. 16. — m Baruch. 1. v. 1. — n Ierem. 36. v. 12. — o Gen. 19 v. 22. — p Cap. 14. v. 2. — q 3. Reg 16. v. 34. — r Ioſ. 6. v. 26. — ſ 1. Par. 2. v. 21. — t Ioſ. 19. v. 12. — u Num 21. v. 21. Ioſ. 13. v. 10.

ſuo

ſiue rex Heſebon Amorrhæus [x], quia regnauit in Heſebon, ab eo dicta deinceps terra Sehon [y]. *Seon* [z], [i. ſonitus ſeu ſtrepitus,] ciuitas in Tribu Iſſachar.

Seir [a], [i. hiſpidus ſiue pilloſus, aut hœdus, vel dæmon,] Horræus ac pater ducum Horræorum. Ab eo terra Seir, ita Adrichomius. Montem hunc olim inhabitarant Horræi Gigantes, quibus expulſis atque deletis, Eſau cum ſuis poſteris ipſum montem poſſedit, à cuius etiam cognomine, *Seir*, quòd piloſus eſſet & hiſpidus, mons ipſe, monsque regio nomen Seir retinuit. Ibi eſt *Seira* [b], [i. parua] ciuitas Idumææ, ad quam venit impius Ioram rex Iuda, percuſſitque Idumæos. Nomini *Seir* ſimilis eſt *Seirath* [c], locus in Tribu & monte Ephraim, vbi Aod ambidexter de Tribu Beniamin, transfoſſo Eglon rege Moab, inſonuit buccina.

Sela [d], filius Iudæ ex ſua vxore, à quo familia Selaitarum [e]. *Sela* [f], [i. coſta, ſiue latus, aut claudicatio,] ciuitas in Tribu Beniamin. *Selim* [g], [i. propagines, arma miſſilia,] ciuitas Iudæ: Abulenſis ponit eam in Iuda; Adrichomius in Simeon. *Selebin* [h], [i. vulpis intellectus,] ciuitas in Tribu Dan.

Selcha [i], [i. eleuatio, aut conculcatio tua,] ciuitas regni Og in Baſan in dimidia Manaſſe trans Iordanem, dicitur & *Salecha* [k].

Selemias [k], filius Abdeel, vnus eorum quibus præcepit Ioakim rex Iuda vt comprehenderent Baruch Scribam, & Ieremiam Prophetam; & pater Ieriæ cuſtodis portæ Beniamin, qui comprehendit Ieremiam velut transfugam [l]. *Selemias* [m] pater Iuchal vnius ex eis qui audierunt verba Ieremiæ deditionem ſuadentis, & permiſſu Sedeciæ regis proiecerunt in lacum Melchiæ [n].

Seleucia [o], ciuitas in Promontorio Antiochiæ Syriæ ſita, à Seleuco Nicanore condita [p]: dicitur & Seleucia maritima [q].

Seleucus [r] pater Demetrij, rex Aſiæ, qui priùs ſumptus miniſtrabat Templo Domini [s], poſteà expilator eius fuit [t], dictus eſt Philopator.

Sella [v], [i. vmbra, ſyriacè oratio,] vxor Lamech, de ſtirpe Cain. *Sella* [x], ſeu deſcenſus Sella in domo Mello, vbi percuſſus fuit Ioas.

Sellem [y], [i pacificus ſeu perfectus,] filius Nephthali, à quo familia Sellemitarum [z], dicitur & *Salem* [a].

Sellum [b], [i. pacificus ſeu perfectus,] filius Nephthali, idem qui *Sellem* ſupra. *Sellum* [c] filius Siſamoi de Tribu Iuda. *Sellum* [d] filius Saul, filij Simeon, filij Iacob. *Sellum* [e] filius Iabes, is coniurauit contra Zachariam regem Iſraël, eoque occiſo regnauit. *Sellum* [f] filius Thecuæ & vir Holdæ Prophetidis. *Sellum* [g] filius Ioſiæ regis Iuda, dicitur & Ioachaz [h]. *Sellum* [i] filius Sadoc vterque Pontifex. *Sellum* [k] pater Ezechiæ, vnius ex Principibus Ephraim. *Sellum* [l] vnus ex Ianitoribus qui repudiarunt vxores alienigenas ſub Eſdra. *Sellum* [m] filius Core, & Princeps Ianitorum [n]. *Sellum* [o]: [i. æſtimatus] filius Meſollam de Tribu Beniamin. *Sellum* [p] filius Alohes Princeps mediæ partis vici Ieruſalem, vnuſque ex Inſtauratoribus vrbis. *Sellum* [q] filius Colhoſa, & Princeps pagi Maſpha, vnus ex iiſdem inſtauratoribus Ieruſalem. *Sellum*, vnus ex Principibus Sacerdotum qui aſcenderunt cum Zorobabel [r]. Iſte diuerſus eſt ab omnibus ſupradictis, & ſignificat caniſtrum, vel eleuatum.

Selmon [s], [i. obſcuritas, aut imago eius,] mons in Tribu Ephraim iuxta Sichem, mons Dei, quem conſcendit Abimelech tyrannus, & ramos abſcidit, & conglobatos in turri Sichimos combuſſit [t]. *Selmon* [u] Ahohites, vnus de triginta ſeptem fortibus Dauidis.

Sem [x], [i. nomen, vel fama,] filius Noë, idem iuxta Hebræos ac Melchiſedech rex Salem.

Semaia [y], [i. audiens, vel obediens Domino,] filius Sechenıæ, & cuſtos portæ Orientalis, vnuſque ex inſtauratoribus Ieruſalem. *Semaia* [z] filius Dalaiæ, in cuius domum ſecretò ingreſſus eſt Nehemias.

Semei [a], [i. audiens, vel obediens,] filius Gerſon filij Leui, à quo familia Semeitica [b]. *Semei* [c] filius Ieth filij Gerſon, filij Leui. *Semei* [d] filius Lobni de ſtirpe Merari. *Semei* filius Ioël de Tribu Ruben. *Semei* [f] filius Zachur, & pater ſedecim filiorum, & ſex filiarum de Tribu Simeon. *Semei* [g] filius Oram filij Ierameel, ex Atara vxore. *Semei* [h] filius Gera de cognatione Saul, is maledixit Dauidi fugienti à facie Abſalom filij ſui, maledictione peſſimâ. *Semei* [i] vir celebris, vnuſque eorum qui non tranſierunt ad partes Adoniæ filij Dauid. *Semei* [k] filius Ela, præfectus à Salomone ſuper annonam in Beniamin. *Semei* [l] Leuita frater Chononiæ, de filijs Heman alterque de filijs Heman, qui mandato Ezechiæ regis Iuda, expiarunt domum Domini. *Semei* pater Vriæ Prophetæ de Cariathiarim, qui tempore Ieremiæ prophetauerat aduerſus Ieruſalem. *Semei* [n] vnus ex filijs Leuitarum, alterque *Semei* de filijs Iſraël qui abiecerunt mulieres alienigenas. *Semei* filius Cis de ſtirpe Beniamin, & auus Mardochæi nutritij Eſther. *Semei* [p] filius Phadai filij Iechoniæ regis Iuda. *Semei* [q] filius Ioſeph in ſacra Chriſti Genealogia, ac ſtirpe Nathan.

Semeia [r], [i. Audiens Dominum, vel obediens Domino,] Leuita filius Haſſub. *Semeia* [s] vnus ex cantoribus, tempore Eſdræ. *Semeia* [t] vnus ex Sacerdotibus qui abiecerunt vxores alienigenas. *Semeia* [v] filius Secheniæ, de Tribu Iuda, & ſtirpe Zorobabel.

Semeias [x] Romathites qui præerat cultoribus vinearum Dauidis. *Semeias* [y] Leuita de filijs Idithun Principis cantorum. *Semeias* [z] vir Dei, & ad quem factus eſt ſermo Domini ad Roboam, ne bellaret contra decem Tribus Iſraël ſibi rebelles: dicitur Propheta [a]. *Semeias* [b] Leuita ſub Ioſaphat qui cum alijs circuibat vrbes Iuda, vt doceret populum. *Semeias* [c] de Tribu Leui, vnuſque eorum qui deputati ſunt ab Ezechia rege, vt fideliter diſtribuerent partes fratribus ſuis. *Semeias* [d] Princeps Leuitarum ſub Ioſia rege. *Semeias* [e] Nehelamites Pſeudopropheta in Babylone. *Semeias* [f] vnus ex filijs Iſraël qui abiecerunt vxores alienigenas. *Semeias* [g] Princeps familiæ Leuiticæ de filijs Eliſaphan, qui cum alijs ſub Dauide ſanctificatus

x Deut. 2. v. 24. y 3. Reg. 4 v. 19. z Ioſ. 19. v. 19. a Gen. 36. v. 20. 21. b 4. Reg. 8. v. 21. c Iudic. 3. v. 26. 27. d Gen. 38. v. 5. & 1 Paral. 4. v. 21. e Num. 26. v. 20. f Ioſ. 18. v. 28. g Cap. 15. v. 32. h Cap. 19. v. 42. i Deuter. 3. v. 10. k Ioſue 13. v. 11. k Ierem. 36. v. 26. l Cap. 37. v. 12. m Cap. 38. v. 1. n Verſ. 6. o Actor. 13. v. 4. p Ioſeph. 12. antiq. 5. q 1. Machab 11. v 8. r Cap. 7. v 1 lib. 2. cap 14. v. 1. ſ Cap. 3. v 3. t Verſ. 7. v Gen. 4. v. 19. x 4. Reg. 12 v. 20. y Gen. 46. v 24. z Num 26. v 49. a Cap. 7. v. 13. b 1. Paral. 7. v. 13. c Cap. 2. v. 40. d Cap 4. v 25. e 4. Reg 15. v. 10. f Cap. 22. v. 14. g 1. Paral. 3. v. 15. Ierem. 22. v. 11. h 4. Reg. 23. v. 30. & 2. Paral. 36. v. 1. i 1. Paral 6 v. 12 k 2. Paral. 28. v. 12. l 1. Eſdr. 10. v. 24. m 1. Paral. 9. v. 19. n Verſ 17. o 2. Eſdr. 11. v. 7. p Cap 3. v. 12. q Verſ. 15.

r Cap. 12. v. 6. ſ Pſal. 67. v. 15. t Iud. 9. v. 48. u 2. Reg 23. v. 28. x Gen. 5. v. 32. y 2. Eſdr. 3 v. 29. z Cap. 6. v. 10. a Exod. 6. v 17. b Num. 3. v. 21 c 1. Paral. 6. v 42. d Cap. 6. v. 29. e Cap. 5. v. 4 f Cap. 4. v. 26. g Cap. 2. v. 28. h 2. Reg 16. v 5. & 3. Reg 2. v. 18. i 3. Reg. 1. v. 8. k Cap 4. v. 18. l 2. Paral 31. v. 13. m Ierem. 26. v 20. n 1. Eſdr. 10. 23. 33. o Eſth. 2 v. 5. p 1. Paral. 3 v. 19. q Luc. 3. v. 26. r 1. Paral. 9. v. 14. ſ 2. Eſdr. 12 v 41. t 1. Eſdr 10 v. 21. u 1. Paral. 3. v. 22. x Cap. 27. v. 27. y Cap 25. v. 13. z 3 Reg. 12. v. 22. & ſeqq. & 2. Paral. 11. v. 2. a Cap. 12. v. 15. b Cap 17. v. 8. c Cap. 31. v. 15. d Cap. 35. v. 9. e Ierem. 29. v. 24. 25. & ſeqq f 1. Eſdr. 10. v. 31. g 1. Paral. 15. v. 8. 11.

eſt, vt afferrent Arcam Domini ad locum ei præparatum in ciuitate Dauid in monte Sion. *Semeias* [h] alter de filijs Idithun, qui ſanctificati ſunt, vt mandato Ezechiæ, ex piarent domum Domini. *Semeias* [i] Princeps decimæ vicis Cantorum ſub Dauide; idemque ac vltimus *Semeias*. *Semeias* [k] filius Nathanael, ſcriba, Leuites, qui ſub Dauide deſcripſit familias Sacerdotales Eleazar & Ithamar filiorum Aaron. *Semeias* [l] primogenitus Obededom Leuitæ.

Semeron [m], [i. cuſtodia, adamas, vepres, aut fæx,] vrbs olim regia in Tribu Zabulon [n]. *Semeron* [o], [lana duplex [i. mons in Tribu Ephraim iuxta Sichem, in quo Abia rex Iuda, confiſus Deo vicit Ieroboam, cæſis ex eius exercitu quingentis millibus virorum fortium [p].

Semida [q], [i. cœlorum ſcientia, vel ſtupefactionis cognitio,] filius Galaad filij Machir filij Manaſſe.

Semiramoth [r], [i. cœlorum altitudines, aut nominis ſublimitas,] Leuita de filiis Merari ſub Dauide. *Semiramoth* [ſ], vnus ex leuitis quos Ioſaphat rex Iuda miſit, vt docerent populum.

Semma [t], [i. perditio, ſiue deſolatio, vel ſtupor,] filius Age de Arari, vnus de triginta ſeptem fortibus, qui agrum lentis plenum tuitus eſt, & percuſſit Philiſtæos [u], & *Semma* [x], de Harodi: & *Semma* de Orori duo alij de eodem fortium numero.

Semmaa, [audiēs, vel obediens,] pater Ionadab & frater Dauid: dicitur & *Samma*, ſupra.

Semri [z], [i, cuſtodia aut adamas] filius Hoſa Leuitæ, de ſtirpe Merari, vnus ex Ianitoribus ſub Dauide. *Semri* [a], filius Samaia, de Tribu Simeon, & abauus Ziza vnius ex nominatiſſimis Principibus in diebus Ezechiæ regis Iuda. Similis vteumque, idemque ſignificat *Semran* [b], filius Iſſachar filij Iacob, à quo familia Semranitarum.

Sen [c], [i. dens, ebur, vel mutatio,] nomen loci, locus eſt iuxta lapidem adiutorij, vel ipſe lapis adiutorij. *Sene* [d], [ideſt, rubus, aut ſyriacè, inimicus,] Rupes in Beniamin, oppoſita Rupi Boſes. *Senaa* [e], ciuitas in Tribu Beniamin. *Senaab*, [dens patris,] Rex Adamæ. *Senna* [g], [ideſt ſcutum vel haſta,] vnus ex terminis terræ promiſſionis à plaga auſtrali ſeu meridionali. *Sennaar* [h], ſeu regnum Sennaar in quo regnabat Amraphaël, Regio eſt Babylonis, in qua primus Nemrod regnarat [i], dicitur & Babel [k]: & Chaldæa [l]. *Senneſer* [m], [ideſt, dens vel eboris theſaurus] filius Iechoniæ filij Ioacim.

Sennacherib [n], [ideſt, rubus deſtructionis, vel ſolitudinis, aut ex Syro & Hebræo inimici gladius,] Rex Aſſyriorum: dicitur & *Sargon* [o].

Sennim, vide infra *vallis Sennim*.

Sephaath, vide Horma priùs citatum, ſuprà.

Sephama [p], [i. Myſtax vel labium,] terminus Iudæ ad ſolis ortum [pp]. De eadem eſt cum ſequenti.

Sephamoth [q], [i. Myſtax vel labia, vel ripæ, conterens mortem,] vna ex ciuitatibus quas Dauid ſuorum ſpoliorum fecit participes.

[h] Cap. 29. v. 14. 15. [i] Cap. 25. v. 17. [k] Cap. 24. v. 6. [l] Cap. 26. v. 4. 7. [m] Ioſ. 11. v. 1. & 12. v. 20. [n] Cap. 19. v. 15. [o] 2. Par. 13. v. 4. [p] v. 16 17. [q] Num. 26. v. 32. & 1. Par. 7. v. 19. [r] c. 15. v. 18. [ſ] 2. Par. 17. v. 8. [t] 2. Reg. 23. v. 11. [u] v. 26. [x] v. 33. [y] c. 13. v. 3. [z] 1 Par. 26. v. 10. [a] c. 4. v. 37. Num. 26. v. 24. [c] 1. Reg. 7. v. 12. [d] c. 14 v. 5. [e] 1. Eſdr. 2. v. 35. [f] Gen. 14. v. 2. [g] Num. 34. v. 4. [h] Gen. 14. v. 1. [i] c. 10 v. 10 [k] c. 11. v. 2. [l] Iſa. 11. v. 11. [m] 1. Par. 3. v. 18. [n] 4. Reg. 18. v. 13. [o] Iſai. 20. v. 1. [p] Num. 34. v. 10. [pp] D. Hier. in loc. Hebr. [q] 1. Reg. 30. v. 28.

Sephar [r], mons orientalis, quouſque facta eſt habitatio filiorum Iectan de Meſſa per gentibus. Similis vtcunque *Sepharuaim* [ſ], [i. libri, vel ſcribæ,] ciuitas Aſſyriorum. Et *Sephata* [t], [i. ſpecula, vel expectatio,] vallis in Tribu Iuda iuxta Mareſa, in qua pius Aſa rex Iuda, inuocato Domino, fudit Æthiopes.

Sephela [u], [i. humilis, campeſtris, aut planities,] Regio in Tribu Dan, campeſtris & amæna iuxta Eleutheropolim [x], in qua Simon Machabæus ædificauit Adiada.

Sephi [y], [i. ſpeculator, expectatio,] filius Eliphaz filij Eſau: dicitur & *Sepho*. *Sephi* [z], [i. ſolitudo, vel locus eminens, filius Sobal filij Seir Horræi: dicitur & *Sepho* [b].

Sepho [c], & *Sapho* [d], iidem qui anteà *Sephi*. *Sephon*, [i. Aquilo, vel Aquilonaris,] filius Gad, à quo familia Sephonitarum. *Sephor* [f], [i. Paſſer Mane, cidaris,] pater Balac regis Moab, qui mercede conduxit Balaam ariolum, vt malediceret Iſraëli.

Sephora [g], [Pulchra, elegans] altera ex obſtetricibus Hebræorum, quæ timentes Deum, interficere noluerunt eorum maſculos. *Sephora* [h], [i. Paſſer, Mane, cidaris, filia Raguel ſiue Iethro Sacerdotis Madian, & vxor Moyſis.

Sepulchra electa [i], quæ filij Heth dederunt Abrahæ, idem ſunt ac ſpelunca duplex [k]: & ſepulchrum quod emit Abraham pretio argenti à filiis Hemor [l], *Sepulchrum Rachel* [m], iuxta Bethlehem, quod ei in partu Beniamin extinctæ erexit Iacob, ſuperpoſito titulo [n], Inueniuntur iuxta ſepulchrum hoc, Lapilli quidam nigri, quos peregrini colligunt, dicuntur enim conducere mulieribus ad faciliorem partum [o]. *Sepulchrum* [p], *Ioſeph* Patriarchæ filij Iacob, iuxta Sichem, eſt in Tribu Ephraim. *Sepulchra concupiſcentiæ*, ſic dicta quia ibi ſepelierunt populum quem percuſſit Deus, quia murmurando concupierunt carnes. *Sepulchrum* [r] *Cis patris Saül*, vbi Saül & Ionathas ſepulti ſunt à Dauide eſt in terra Beniamin. *Sepulchrum Dauidis* & Regū Iuda, vna cum agro Regalium ſepulchrorum in ciuitate Dauid eminebat, in quo Dauid, aliique reges Iuda, (exceptis Manaſſe, Amon, & Ioakim] itemque Ioiada Pontifex, ſepulti ſunt. In hoc monumento Salomon in ſepultura Patris ſui Dauid maximas intulit diuitias. *Sepulchrum* [v] *Eliſæi* Prophetæ, in quod proiecto hominis cadauere, mox vt tetigit oſſa Eliſæi, reuixit homo, & ſtetit ſuper pedes ſuos. *Sepulchrum* [x] *Amon* regis Iuda, quod erat in horto Oza: in eodem horto ſepultus eſt Manaſſe. *Sepulchra vulgi* ſunt in valle Ioſaphat iuxta Torrentem Cedron, à via in deſertum, & monte ſcandali vſque ad pontem Cedron. *Sepulchrum Machabæorum*, quod ædificauit Simon Patri, ac matri, ac quatuor fratribus, ac ſibi in ciuitate Modin, magnificum, altum viſu, lapide polito ante & retro; & ſtatuit ſeptem pyramidas tantæ altitudinis, vt eſſent nauigantibus in mari conſpicuæ. *Sepulchrum* [a] *Lazari* in Bethania, vbi erat ſpelunca, & lapis ei ſuperpoſitus. *Sepulchrum* [b] *Chriſti*, eſt locus vbi poſitus fuit Dominus [c], vocatur & monumentum excisum de petra, & monumentum

[r] Gen. 10. v. 31. [ſ] 4. Reg. 18. v. 34. Iſai. 36. v. 19. [t] 2. Par. 14. v. 10. [u] 1 Machab. 12. v. 38. [x] Adrich. [y] 1 Par. 1. v. 36. [z] Gen. 36. v. 11. 15. [a] 1. Par. 1. v. 40. [b] Gen. 36. v. 23. [c] c. 36. v. 15. [d] v. 23. [e] Num. 26. v. 15. [f] c. 22. v. 2. & ſeqq. [g] Exod. 1. v. 15. [h] c. 2. v. 21. & 4. v. 25. & 18. v. 2. [i] Gen. 23. v. 6. [k] v. 9. [l] Act. 7. v. 16. [m] 1. Reg. 10. v. 2. [n] Gen. 35. v. 20. [o] Adrichom. [p] Ioſ. 24. v. 32. [q] Num. 11. v. 34. & 33. v. 16 [r] 2. Reg. 21. v. 14. [ſ] 3. Reg. 2. v. 10. & 2. Eſdr. 3. v. 16. & Actor. 2. v. 29. [t] 2. Par. 24. v. 13. [u] 4. Reg. 13. v. 21. [x] c. 21. v. 26. [y] c. 23. v. 6. [z] 1. Machab. 13. v. 27. & ſeqq. [a] Ioan. 11. v. 38. [b] Matth. 27. v. 66. [c] Cap. 18 v. 6. Marc. 15. v. 46.

nouum,

nounm, in quo nondum quiſquam poſitus erat [d].

Ser [i. anguſtia, ſeu tribulatio,] ciuitas in Tribu Nephthali.

Sereſer, [i. Princeps theſauri, vel cellarij,] aliuſque *Sereſer*, duo ex Principibus Regis Babylonis.

Siloë [f], fons, cui piſcina ſeu natatoria Siloë coniuncta eſt in accidentali latere vallis Ioſaphat, è radice montis Sion ſcaturit. Aqua eius clara, dulcis, & vberrima, cum ſilentio, placideque fluit in torrentem Cedron. In ea cæcus à natiuitate oculos ſuos Chriſti ſputo & luto inunctos lauans, viſum recepit. Huius fontis aqua adhuc ipſis etiam Saracenis in pretio eſt. Nam cum corpore inſtar hircorum fœteant, eius lauacro tetrum odorem temperant.

Simeon [g], [i. audiens, vel exauditio,] ſecundus filius Iacob ex Lia, à quo Simonitæ. *Simeon* auus Mathathiæ Aſſamonæi [i]. *Simeon* iuſtus & timoratus qui Chriſtum ſuſcepit in vlnas ſuas, cum inferretur in Templum [k].

Simeron [l], [i. cuſtodia, ſiue adamas,] filius Iſſachar: dicitur & *Semron* [m].

Simmaa [n], tertius filius Iſai, frater Dauid dicitur & *Samma* [o]: & *Semmas*. *Samea* [pp].
Simmaa [q] filius Dauid: dicitur & *Samma* [r].

Simon [s], [i. Pinguis] pater familias, in Tribu Iuda. *Simon* [t] [Audiens vel obediens] cognominatus Thaſi, filius Mathathiæ, & frater Iudæ Machabæi, & Ionathæ; vir conſilij. *Simon Petrus* [v], primus Apoſtolorum Chriſti. *Simon* [x] *Chananæus* vndecimus ex Chriſti Apoſtolis, qui & Simon Zelotes [y]. *Simon Leproſus* in Bethania, in cuius domo cum Chriſtus recumberet, Maria Magdalena, fracto alabaſtro, effudit vnguentum pretioſum ſuper caput eius. *Simon* [a] *Phariſæus*, in cuius domum Ieroſolymis eadem Magdalena intrauit, vt lacrymis ſuis lauaret, & capillis ſuis tergeret pedes Ieſu. *Simon* [b] *Cyrenæus*, pater Alexandri & Rufi, & qui poſt Chriſtum, crucem coactus baiulauit. *Simon* [c] *Coriarius* apud quem hoſpitabatur Simon Petrus in Ioppe iuxta mare. *Simon* [d] vnus ex Prophetis & doctoribus Eccleſiæ Antiochiæ.

Sin [e], [i. rubus,] deſertum inter Elim & Sinai, in quo fuit VIII. manſio filiorum Iſraël. Hieronymus in locis hebraicis colligit ex ſcriptura [f], deſertum Sin eſſe idem quod Cades, ſed hoc iuxta hebræos.

Sina ſortis Tribu Iudæ [h]. *Sina* [i] idem ac *Sinai* [k] Mons ſcilicet in deſerto celeberrimus ob datam in eo legem Moyſi. *Sina* [l] eſt & deſertum vel ſolitudo Sinai iuxta montem Sinai.

Sion, [i. ſiccitas, monumentum,] Mons Ieroſolymæ, in cuius vertice Arx Sion erat conſtructa: vide ſupra *Mons Sion*: item *Arx Sion*. *Filia Sion* dicitur ſecunda pars vrbis Ieruſalem [m], ſic appellata, quod velut è monte Sion naſci videretur. Eſt & alius *Mons Sion* [n] apud Amorrhæos, qui & Hermon dicitur. Eſt *Sior* [o], [i. paruulus,] ciuitas in Tribu Iudæ.

Sira [p], [i. olla, lebes, ſpina, rebellio,] ciſterna in Tribu Iudæ: non longè ab hac ciſterna Ioab occidit Abner, id eſt, cum eum ab illa reuocaſſet, occidit ipſum in medio portæ ciuitatis Hebron. *Sirach* [q], [i. ſibillus, aut canticum fratris,] pater Ieſu, qui Eccleſiaſticum compoſuit.

d Ioan. 29. v. 41. d Ioſ. 19. v. 35. v Ierem. 39. v. 3. f Iſai. 8. v. 5. g Gen. 29. v. 33. & 1. Paral. 2. v. 1. i 1. Machab. 2. v. 1. k Luc. 2. v. 28. l 1. Paral. 7. v. 1. m Gen. 46. v. 13. n 1. Paral. 2. v. 13. o 1. Reg. 16. v. 9. & 17. v. 13. p 1. Reg. 13. v. 3. pp. & 21. v. 21. q 1. Paral. 3. v. 5. r 2. Reg. 5. v. 14. ſ 1. Paral. 4. v. 20. t 1. Machab. 2. v. 3. u Matth. 10. v. 2. x Verſ. 4. y Luc. 6. v. 15. z Matth. 26. v. 6. 7. Marc. 14. v. 3. a Luc. 7. v. 40. b Matth. 27. v. 32. c Actor. 10. v. 12. d Cap. 13. v. 1. e Exod. 16. v. 1. Num. 13. v. 22. & cap. 20. v. 1. f Num. 27. v. 14. & 33. v. 36. h Ioſ. 15. v. 3. i Pſal. 67. v. 18. Gal. 4. 25. k Exod. 19. v. 11. l Verſ. 1. 2. m Thren. 2. v. 1. 4. Iſai. 61. v. 11. Zachar. 9. v. 9. n Deuter. 4. v. 48. o Ioſ. 15. v. 54. p 2. Reg. 3. v. 26.

Siſai [r], [i. ſenarius] filius Enac: dicitur & *Seſai* [ſ]. *Siſai* [t] vnus ex filijs Iſraël qui abiecerunt vxores alienigenas.

Siſara [v], Dux exercitus Iabin regis Chanaan, quem Iahel vxor Haber, lacte potatum, & ſopitum, clauo per tempora transfixo, occidit: dicitur alibi [x] magiſter militiæ Aſor. *Siſara* [y], [i. hirundinem videns, aut tineam,] caput familiæ inter Nathinæos.

Siua [z], [i. vanitas,] ſcriba regis Dauid, idem qui Suſa [a], & fortè qui *Saraias* [b]. *Siuan* [c], [i. tertius menſis Hebræorum: rubus, vel ſpinoſus,] ſcribitur & Siban [d].

Smyrna [e], [i. myrrha,] vrbs in Aſia minori clariſſima, vnaque ex Eccleſijs Ioannis Euangeliſtæ.

Soba [f], [i. exercitus, ſiue militans,] vrbs & Regio Manaſſes trans Iordanem non longè à Palmira, & pars Syriæ, ideoque dicitur *Syra Soba* ſeu Syria Sobal [g], & Syrus Soba [h].

Sobab [i] filius Caleb de Tribu Iuda, ex Azuba. *Sobab* [k], [i. auerſus, vel conuerſus] filius Dauid.

Sobach [l], [i. rete, vel cancellus,] magiſter militiæ Adar-ezer regis Soba: dicitur & *Sophach* [m].

Sobal [n], [i. ſemita, vel ſpica,] filius Seir Horræi. *Sobal* [q] filius Hur primogeniti Caleb de Tribu Iuda, ex Ephratha concubina.

Sochot [r], [i. Tabernacula,] cum enim Iacob rediens ex Meſopotamia, fratri ſuo reconciliatus eſſet, fixis ibi tentorijs, nomen Sochot illi loco impoſuit; vbi poſtea eiuſdem nominis ciuitas munitiſſima condita eſt, cuius ſeptuaginta ſeptem ſeniores, Gedeon, ob panes ſibi denegatos, ſpinis contriuit. Et inter Sochot & Sarthan fudit Salomon vaſa Templi [ſ]. *Sochoth* [t] manſio II. filiorum Iſraël in deſerto. *Sochoth* [u] ciuitas montana in Tribu Iuda. *Sochoth-benoth* [x], [i. Tabernacula filiarum] Idolum Babyloniorum [y], de quo ſuprà.

Sodi [z], [i. ſecretum meum] pater Geddiel Principis Zabulon, vniuſque ex duodecim exploratoribus terræ Chanaan. *Sods* [a] flumen in Babylonia.

Somer [b], [i. cuſtos, vel ſpina,] filius Moholi filij Muſi Leuitæ. *Somer* [c] filius Heber & nepos Aſer filij Iacob.

Sopater [d] idem qui Soſipater cognatus D. Pauli [e].

Sophach [f], [i. effundens, vel effuſus,] Princeps militiæ Adar-ezer regis Soba: dicitur & *Sobach* [g].

Sophan [h] [i. cunicolus, vel chærogryllus,] ciuitas in Tribu Gad.

Sophar [i], [i. matutinus, aut corona,] vnus ex amicis Iob. Et *Sopher* [k] & *Sophereth* [l], quæ duo nomina Scribam ſignificant; adeoque appellatiua potiùs ſunt quàm propria. Sophet eſt nomen appellatiuum, Sophereth autem eſt nomen proprium.

Sophonias [m], filius Thabath, vnuſque ex proauis Samuëlis Prophetæ, & Heman can-

k 4. Reg. 25. v. 19. l 1. Eſdr. 2. v. 55. m 1. Par. 6. v. 36.

q Eccli. 50. v. 29. r Num. 13. v. 23. ſ Ioſ. 15. v. 14. Iud. 1. v. 10. t 1. Eſdr. 10. v. 40. u Iudic. 4. v. 17. & ſeq. Pſal. 82. v. 10. x 1. Reg. 12. v. 9. y 1. Eſdr. 2. v. 53. z 2. Reg. 20. v. 25. a 1. Paral. 18. v. 16. b 2. Reg. 8. v. 17. c Baruch. 2. v. 8. d Eſth. 8. v. 9. e Apocal. 2. v. 8. f 1. Reg. 14. v. 47. g Iudith. 3. v. 1. h 2. Reg. 10. v. 6. 8. i 1. Paral. 2. v. 18. k 2. Reg. 5. v. 14. & 1. Paral. 1. v. 4. l 2. Reg. 8. v. 3. & 10. v. 16. m 1. Paral. 19. v. 16. n Gen. 36. v. 20. q 1. Paral. 2. v. 50. r Gen. 33. v. 17. ſ 3. Reg. 7. v. 46. t Exod. 12. v. 37. Num. 33. v. 4. u Ioſ. 15. v. 48. x 4. Reg. 17. v. 30. y Vide lib. 2. Tract. 7. de Nominibus Comment. par. poſt. art. 10. Sect. 1. z Num. 13. v. 11. a Baruch. 1. v. 4. b 1. Paral. 6. v. 46. c Cap. 7. v. 14. d Actor. 20. v. 4. e Rom. 16. v. 21. f 1. Paral. 19. v. 16. g 1. Reg. 8. v. 3. & cap. 10. v. 16. h Num. 32. v. 35. i Iob. 2. v. 11. & 11. v. 1.

toris.

toris. *Sephonias* [n], [i. abſconſio Domini, ſiue ſecretum Domini, aut ſpeculator noſter Dominus,] Sacerdos filius Maaſiæ. *Sephonias* [o], filius Chuſi, vnus ex Prophetis minoribus

Sorec [p], [i. vinea, vel vitis,] vallis in Tribu Dan, vbi habitabat Dalila quam adamauit Samſon. Huius vallis vites optimæ, & vuæ electæ, acino carentes, ita Hebræi, ex quibus vinum cos, i. coloris, odoris, & ſaporis optimi exprimebatur. In ea eſt Torrens Sorec diuidens Tribum Simeonis à Tribu Dan.

Soſipater [r], [i. ſaluans patrem, vel ſalus patris,] Dux cum Iuda Machabæo. *Soſipater* [ſ] cognatus Pauli: dicitur & Sopater [t].

Spartiatæ [v] iidem ac Lacedæmonij, dicuntur & *Spartiani* [u].

Specioſa [y], vrbs quæ vulgò dicitur Niniue, regia Aſſyriorum. *Specioſa*, nomen vnius portæ Templi Ieruſalem, ad quam a D. Petro in nomine Ieſu, ſanatus eſt claudus, vide *Porta ſpecioſa*, ſuprà.

Spelunca Lot, vide ſuprà Lot. *Spelunca duplex* [z], pro qua dedit Abraham Ephron filio Seor, quadringentos ſyclos argenti, in ſepulturam Saræ vxoris: & in qua ipſe quoque ſepultus fuit. [a] Itemque Iſaac, & Rebecca, Iacob, & Lia [b]. Mauſuleum adhuc temporibus Ioſephi, & D. Hieronymi monſtrabatur præoptimo marmore fabricatum. *Spelunca* [c], *Maceda* in Tribu Dan, vbi incluſi fuerunt quinque reges, quos inde eductos interfecit Ioſue, & ſuſpendit ſuper quinque ſtipites. *Spelunca* [d], *Saul*, vbi Dauid abſcidit ei partem clamydis; eſt in Tribu Iuda. *Spelunca* [e], *Odolla*, vbi delituit Dauid. *Spelunca* [f], in quas pius Abdias, diſpenſator domus impij Achab regis Iſraël abſcondit, alnitque centum Prophetas, cùm illius vxor impiiſſima Iezabel occideret Prophetas Domini. *Spelunca* [g], *Eliæ* in monte Dei Horeb, qui pars eſt montis Sinai. *Spelunca deſerti*, ſic dicta, quòd reſpiceret ſolitudinem, quò cùm veniſſet Ioſaphat cum ſuis, vidit filios Seir, & Ammon mutuis concidiſſe vulneribus. *Spelunca* [i], prope Ieroſolymam, in quibus ſub perſecutione Antiochi Epiphanis, Iudæi latentes, & Sabbati diem adeò religiosè celebrantes, vt manu ſibimet auxilium ferre vererentur, flammis ſuccenſi ſunt.

Stephanus [k], grecè corona, primus è ſeptem Diaconis, ac Protomartyr. Similis eſt, idemque ſignificat *Stephanas* [l] vir pius, cuius domum baptizauit Apoſtolus.

Sua [m], [i. foſſa, ſiue humiliatio,] frater Caleb, de Tribu Iuda. *Sua* [n], [i. modius, vel menſura,] Rex Ægypti, ad quem confugit Oſee vltimus regum Iſraël ne præſtaret tributa regi Aſſyriorum. *Suaa* [o], [i. clamans, vel nobilitas vel diuitiæ,] filia Heber, de Tribu Aſer.

Sual [p], [i. vulpes, aut ſemita,] aut pugillus filius Supha, Princeps cognationis ſuæ in Tribu Aſer. *Sual* [q], ſeu terra Sual, nomen regionis.

Subael [r] [i. conuerſio Dei, aut ſedes Dei,] Leuites, & filius Amram: Iſte erat è poſteris Moyſis 1. Par. 26. v. 24. qui & *Subuel*. *Subael* Princeps decimæ tertiæ vicis cantorum, qui & *Subael*.

n 4. Reg. 25. v. 18. Ierem. 21. v. 1. & 37. v. 3.
o Sophon. 1. v. 1.
p Iud. 16 v. 4.
q Adrichom.
r 1. Machab. 12. v. 19.
ſ Rom. 16. v. 21.
t Actor. 20. v. 4.
u 1. Machab. 12. v. 2.
x c. 14. v 20.
y Sophon. 2. v. 13.
z Gen. 23. v. 9.
a c. 25. v. 9.
b c. 49. v. 29. 30.
c Ioſ. 10. v. 16. 17.
d 1. Reg. 24. v. 4.
e 2. Reg. 23. v. 13.
f 3. Reg. 18. v. 13. &c.
g c. 19. v. 9.
h 2. Par. 20. v. 24.
i 2. Machab. 6. v. 11.
k Actor. 1. v. 5.
l 1. Cor. 1. v. 16. & c. 16. v. 15. 17.
m 1. Par. 4. v. 11.
n 4 Reg. 17. v. 4.
o 1. Par. 7. v. 32.
p c. 7. v. 36.
q 1. Reg. 13. v. 17.
r 1. Par. 24. v. 20.

Subuel [s], [idemque ſignificat ac Subael, filius Gerſon filij Moyſis, qui & *Subael*. *Subuel* [t], filius Heman Principis cantorum Q[?] & *Subael*.

Sue [x], [i. inclinatus vel declinans,] filius Abrahæ ex Cetura. *Sue* [y], [i. clamãs, vel nobilitas, vel diuitiæ,] Chananæus, & pater vxoris Iudæ. *Sue* [z], [i. vanitas, aut eleuatio, vel tumulus,] filius Saaph, de Tribu Iuda. *Sue* [a], [i. Abraſio, purgamentum, peripſema,] filius Supha, de Tribu Aſer.

Suham [b], [i. inclinatio eorum, aut declinatio eorum,] filius Dan filij Iacob; ex quo familia Suhamitarum. Similis eſt *Suhites* [c], videlicet oriundus ex Suheta, qualis erat Baldad Suhites amicus Iob.

Sunam [d], [i. mutatio, ſeu dormitio eorum] & *Sunem* [e], ciuitas in Tribu Iſſachar, ex qua oriunda erat Abiſag Sunamitis puella ſpecioſiſſima & caſtiſſima, quæ dormiens in ſinu Dauidis ſeptuagenarij, vxor & virgo ſenem calefaciebat, nec tamen ad libidinem mouebat [h]. Per Sunam frequenter tranſibat Eliſæus, iter faciens de Carmelo ad Iordanem, Galgala, vel Iericho; ibique hoſpitabatur apud mulierem Sunamitidem, cui a Deo filium impetrauit, & poſteà mortuum ſuſcitauit [i].

Suni [k], [i. mutatus, vel dormiens,] filius Gad filij Iacob, à quo familia Sunitarum. *Suph* [l], [i. fauus, ſiue ſpecula,] filius Elcana [m], & pater Tholu, vnuſque ex proauis alterius Elcanæ patris Samuelis Prophetæ. Eſt & terra *Suph* [n], in qua erat vrbs Ramatha, vbi Samuël excepit, vnxitque in Regem Saulem quærentem aſinas Cis patris ſui. Similis eſt *Supham* [o], filius Beniamin, à quo familia Suphamitarum.

Sur [p], [i. petra, vel fortis,] Princeps Madianitarum, & pater Cozbi, quem cum Zambri transfodit Phinees. *Sur* [q], filius Abigabaon de Tribu Benjamin. *Sur* [r], [i. murus, aut bos,] deſertum iuxta mare rubrum, & è regione Ægypti, per quod filij Iſraël triduò ambularunt, nec inuenerunt aquam. *Sur* [ſ], [i. rebellio,] vna ex portis Templi Salomonis, ad quam Ioiada excubias poſuit.

Suſa [t], ſcriba ſub Dauide; idem qui Siua [u], & fortè qui *Saraias* [x].

Suſa [y], [i. lilium, vel roſa,] Metropolis regni Perſici, à Dario Hiſtaſpia condita, ſi Plinio credimus, innuitque ſcriptura, quæ de eodem Dario ſub nomine Aſſueri, aut Artaxercis agens, ait: [Suſam ciuitas regni eius exordium fuit,] dicitur & *Suſis* [z], vrbs; & *Suſis* [a], Caſtrum; vel potiùs ſi prophanos autores conſulamus, Suſa Suſorum in neutro plurali, à liliorum copia quæ Perſarum linguâ, Suſa vocantur, ſic dicta.

Suſanna [b], [i. lilium, vel roſa,] vxor caſtiſſima Ioakim, de Tribu Iuda. *Suſanna* [c], vna ex piis mulieribus quæ Chriſtum ſequebantur, & miniſtrabant ei de facultatibus ſuis.

Suthala [d], [i. potus humidus,] filius Ephraim, à quo familia Suthalaitarum. *Suthala* [e], filius Zabad de Tribu eiuſdem Ephraim.

Syra [g], concubina Eariel filij Manaſſe, nomen gentile eſt, vt crediderim, non proprium, in Hebræo enim eſt Aramia, quæ mulierem de Aram, i. de Syris oriundam, ſignificat.

ſ c. 25. v. 4. 20.
t c. 25. v. 16.
u c. 21. v. 4.
x Gen. 25. v. 2. & 1. Par. 1. v. 32.
y Gen. 38. v. 2. 12.
z 1. Par. 2. v. 49.
a c. 7. v. 36.
b Num. 26.
c Iob. 2. v. 11 & 8. v. 1.
d 1. Reg. 28. v. 4.
e Ioſ. 19. v. 18.
f 3. Reg. 1. v. 3.
h 3. Reg. 1. v. 4.
i 4 Reg. 4. v. 8. 9. &c.
k Gen. 46. v 16. Num. 26. v. 15.
l 1. Reg. 1. v. 1.
m 1. Par. 6. v. 35.
n 1. Reg. 9. v. 5. & ſeqq
o Num. 26. v. 39.
p Num. 25. v. 15. & 31. v. 8 Ioſ. 13. v. 21.
q 1. Par. 8. v. 30. & 9 v 36.
r Exod 15. v 22. 1. Reg. 15. v 7.
ſ 4. Reg. 11. v. 6.
t 1. Par. 18. v 16.
u 2. Reg. 20. v. 25.
x c. 8. v. 17.
y Eſth. 1. v. 1. 2.
z c. 12. v. 3.
a 2. Eſdr 1. v 1. & Dan. 8. v. 2.
b Dan. 13. v. 2.
c Luc. 8. v. 3.
d Num. 26. v. 35 & 1. Par 6. v. 1.
e c. 7. v 21.
f 2. Reg. 9. v 16
g 1. Par. 7. v. 14.

Syracuſa [h], in qua triduò manſit D. Paulus: vt plurimùm Syracuſæ, in plurali, vulgò Saragoſa, ciuitas Siciliæ ampliſſima ſub Pachino monte ſita, vbi fons Arethuſa, ab Alpheo, vt creditur Elidis fluuio, per ſubterraneos cuniculos means, abundanter erumpit.

Syria [i], maioris Aſiæ Regio, à ſacris & prophanis hiſtoricis celebratiſſima. Hebraicè Aram ſeu Aramæa ab Aram filio Sem: ab occaſu mare magnum ſeu mediterraneum attingit, quod ab ea Syriacum pelagus dicitur: à ſeptentrione habet Ciliciam & Cappadociæ partem, ac Taurum montem, totius orbis terrarum maximum: ab ortu Tygride fluuio terminatur: Ab auſtro denique vſque ad mare rubrum, & Ægyptum pertingit. Cum itaque hæc prouincia ſpacioſiſſima ſit, multas & magnas ambitu ſuo comprehendit regiones, vt ſitu, ita & nominibus diſcretas, quotquot in ipſius meditullio iacent, Syriæ nomen ferunt, ſolum adiuncto ad commune vocabulum verbo, quod diſtinctionem faciat. In ſacra pagina memorantur Meſopotamia Syriæ, ad quam Profectus eſt Iacob, vt acciperet vxorem de filiabus Laban [k]. *Syria Rohob*, quæ & *Syria Soba* [m]. *Syria Damaſci*, cuius Metropolis erat Damaſcus. *Syria Maacha* [o], ab vrbe Machati dicta [p], *Syrophænicia* [q], vnde oriunda mulier gentilis Sirophæniſſa. A Syria nomen gentile Syrus [e], & Syriacus [f], & aduerbium Syriacè.

Syrtis, arenoſa & vadoſa loca in mari mediterraneo, nauigantibus noxia.

T

TAbeel [x], [i. bonus Deus,] cuius filius regē dare volebant Iudæ. Crediderim eſſe nomen myſticum, non proprium, i. conſtituamur regē ita probum vt ſit filius boni Dei, *Thabeel*. *Tabeel* [y], vnus eorum qui ſcripſerunt ad Artaxerxem epiſtolam accuſationis contra Iudæos. *Tabee* [z], [i. iugulatio, aut coquus,] filius Nachor fratris Abrahæ, ex Roma concubina.

Tabernacula [a], *Cedar*, inter Suetan & Cedar ciuitatem, & fontem Phialam: vide ſupra in voce Cedar. *Tabernaculum* [b], *Sion* quod tetendit Dauid in monte Sion, in eoque ſumma veneratione Arcam Domini repoſuit conſtituitque Sacerdotes & Leuitas, qui quotidiè per vices ſuas coram ipſa, Deo miniſtrarent: Inibi & Dauid pro adulterio & cæde Vriæ agens pœnitentiam, ſeptem Pſalmos, quos Pœnitentiales vocant, compoſuiſſe fertur: dicitur & Tabernaculum filiæ Sion [c].

Taberna tres [d], locus ad quem Chriſtiani occurrerunt Paulo venienti Romam, via Appia, & iuxta Appij forum.

Tabitha [e], [i. damula ſeu caprea,] quæ & Dorcas pia mulier, plena operibus bonis, quam Petrus ſuſcitauit in Ioppe.

Tahath [g], [i. infra, pauor, ſiue fortitudo,] filius Aſir, vnuſque ex proauis Samuëlis, & Herman cantoris.

Tanis [h], i. Diſruptio vel diſſipatio, quę & *Taphnis*, i. Et Taphnes [k], vrbs maxima & vetuſtiſſima, ſeptem annis poſt Hebron condita à ſeptendecim Titanibus [l]: olim Metropolis Ægypti, potiſſimùm tem, ore Moyſis, & Ieremiæ Prophetæ: in campo Taneos [m], Deus per Moyſem mira operatus eſt: ibidem habitauerunt Iudæi, qui metu Babyloniorum in Ægyptum fugerant, & Ieremiam ſecum abduxerant; eumque de idololatria ipſos corripientem, lapidauerunt: ſed Ægyptij, ob fugatos, eius oratione, ex eo loco ſerpentes, honorificè ſepelierunt iuxta ſepulchrum regum ſuorum, magnaque religione venerati ſunt.

Taphua [n], [i. pomum, vel inſufflatio, vel illaqueatio,] ciuitas in Tribu Iuda. *Taphua* [o], filius Hebron de Tribu Iuda. *Terra Taphua* [p], in Tribu Manaſſe. In ea terra eſt *fons Taphua* [q].

Taphnes [r], vxor Pharaonis regis Ægypti. Similiter eſt *Taphnes* [ſ], ciuitas Ægypti, eademque ac *Tanis*, vide ſupra.

Tarſus Ciliciæ Metropolis Regionis Tharſis, de qua ſupra, ac patria D. Pauli, vnde Tarſenſis [u].

Telem [x], [i. agnus, ſiue ros eorum,] ciuitas in Tribu Iuda. *Telem* [y], vnus ex Ianitoribus qui repudiarūt vxores alienigenas, ſub Eſdra.

Telonium [z], Domus erat mari Galilææ iuxta Capharnaum adiacens. in qua Publicani, i. qui Publica Senatus, populique Romani tributa, & vectigalia à ſubditis pendenda, certo conſtituto pretio redemerant, ea a præter nauigantibus, & applicantibus exigebant. Hac cum Chriſtus præteriret, vidit Matthæum ſedentem in Telonio, & ait illi: Sequere me, qui ſurgens, ſecutus eſt eum.

Templum [a] *Dagon* in Azoto vrbe Philiſtiim, in quod ipſi intulerant Arcam Dei, in prælio captam. *Templum Nanea*, [i. Dianæ, quæ Perſica lingua, Nanea dicebatur,] in quo Sacerdotes, Antiochi Pij Ducē, eiuſque milites membratim diuiſerunt, & capitibus amputatis, foras proiecerunt. *Templum* [c], quod iuſſit ædificari Rex Perſarum in loco quo filij Iſraël ignem ſacrum abſconderant; quem locum appellauit Nehemias Nephthar, i. purificatio, quia loco ignis, inuenerant aquam craſſam, cum qua Nehemias purificauit ſacrificia. *Templum magnæ Dianæ*, cui Demetrius faciebat ædes argenteas apud Epheſum.

Tentatio [e], locus in quo de Petra Horeb, per virgam Moyſis percuſſa, exiuit aqua, ita vocatus à Moyſe, quia tentauerunt ibi Dominum, dicētes: Eſtne Dominus in nobis, an non?

Terebinthus [f], ſubter quem Iacob idola ſuorum infodit: dicitur & quercus Sichem, vide ſupra. *Terebinthus* [g], iuxta Bethel in Tribu Beniamin, medio milliario diſtans ab Ieruſalem, ſub illa requieſcebat vir Dei, qui maledixerat Ieroboam idolis ſacrificanti, ac poſteà occiſus eſt à leone. Scribitur etiam *Therebinthus*: vide quercus quæ erat in ſanctuario Domini. Eſt & *vallis Terebinthi* [h], in Tribu Iuda, in qua puer Dauid proſtrauit Goliath.

Terra Hus [i], in dimidia Tribu Manaſſe trans Iordanem, ſic dicta ab Hus filio Aram filij Sem, qui primus in ea principatum tenuit; ibidem poſteà S. Iob habitabit. *Terra* [k], *filiorum Ammon*, trans Iordanem iuxta regionem Galaad, data in partem Tribui Gad: vocatur etiam terra Gigantum [l]. *Terra* [m], *Aquilonis* iuxta flumen Euphratem, eſt terra Aquilonis abſolutè. *Terra* [n], *Auſtri*, ſiue Terra quæ

h Actor. 18. v. 12.
i Matth. 4. v. 24.
k Gen. 28. v. 2. 5. 6.
l 2. Reg. 10. v. 6.
m Iudith 3. v. 1.
n 2. Reg. 8. v. 6.
o 1. Par. 19. v. 6.
p Ioſ. 11. v. 11. & 2. Par. 4. v. 19.
q Marc. 8. v. 26.
r Gen. 22. v. 21. & 2. Reg. 30. v. 6.
ſ 2. Machab. 15. v. 37.
t 4. Reg. 18. v. 26. & alibi
u Actor. 27. v. 17.
x Iſai. 7. v. 6
y 1. Eſdr. 4. v. 7.
z Gen. 22. v. 24.
a Cantic. 2. v. 54.
b 2. Reg. 16. v. 17 & 1. Par. 16. v. 1.
c Thren. 2. v. 4.
d Act. 28. v. 15.
e c. 9. v. 36. & 40.
g 1. Par. 6. v. 37.
h Num. 13. v. 23.
i Ierem. 43. v. 7. 8. 9. & 44. v. 1. Iſai. 19. v. 13. & 30. v. 4.
k Ierem. 2. v. 16.
l Ita Beroſus.
m Pſal. 77. v. 12.
n Ioſ. 15. v. 34.
o 1. Par. 2. v. 43.
p Ioſ. 17. v. 8.
q v. 7.
r 3. Reg. 11. v. 19.
ſ Ierem. 2. v. 16.
t Actor. 21. v. 39.
u c. 9. v. 11. & 2. Machab. 4. v. 40.
x Ioſ. 15. v. 25.
y 1. Eſdr. 10. v. 24.
z Matth. 9. 9. Marc. 2. v. 14. Luc. v. 27.
a 1. Reg. 5. v. 2. 3.
b 2. Machab. 1. v. 13. 15.
c c. 1. v. 34. 35. 36.
d Actor. 19. v. 27.
e Exod. 17. v. 7.
f Gen. 35. v. 4.
g 3. Reg. 13. v. 14.
h 1. Reg. 17. v. 2.
i Iob. 1. v. 1.
k Ioſ. 13. v. 25. Deut. 2. v. 20. Iſai. 16. v. 19.
m Ierem. v. 6 & 50. v. 9. Zach. 2. v. 6.
n c. 6. v. 6.

ad Auſtrum eſt [o]. *Terra orientis*, *Terra occaſus ſolis* [p], quatuor hæc intelligenda ſunt reſpectu Ieruſalem, aut Terræ ſanctæ. *Terra Gog*, & *Terra Magog* [q]. *Terra* [r] *Iſrael* eſt Samaria [ſ], ſeu decem Tribus, vt diſtinctæ a Terra Iuda, quæ continebat Tribum Iuda & Beniamin. *Terra Zabulon*; & *Terra Nephthalim* [t], ac ſimiles ſunt portiones datæ iis Tribubus. *Terra* [u] *Moroz*, (i, ſecretum,) cui maledicit Debbora in ſuo cantico, vrbs eſt Galilææ. *Terrax deſerti*, ſcilicet Pharan, terra inhabitabilis & inuia, &c. *Terra* [y] *Nemrod*, eſt Babylonia, vel Chaldæa; quia principium regni eius Babylon [z]. *Terra* [a] *Goſen* quam obtinuit Ioſue: Goſen ciuitas eſt in Tribu Iuda, à qua circumiacens regio, terra Goſen dicta eſt.

Thabor [c], [i. electio, ſiue puritas,] ciuitas Leuitica in Tribu Zabulon. *Thabor* [d], mons pulcherrimus in eadem Tribu, in medio Galilææ campo, mira rotunditate vndique finitus, & in vertice 25. ſtadiorum planitie campeſtri, 30. ſtadiorum altitudine conſurgens, aſcenſu difficilis, & ſeptentrionali tractu inacceſſus, cœli temperie ſaluberrimus, rore perpetuo viridus, ſuaui omnigenum florum odore flagrantiſſimus, totus paſcendis oculis, animiſque reficiendis dicatus: Ideoque hunc Chriſtus Dominus ſuæ meritò delegit Transfigurationi, cùm ſole lucidior, ac niue candidior refulgens coram Moyſe & Helia, cœleſtis gloriæ aliquod ſpecimen diſcipulis ſuis Petro, Iacobo, & Ioanni exhibuit. In cuius facti memoriam, Helena his tribus Apoſtolis eximium hoc loco extruxit Templum, cui acceſſere poſtea duo Monaſteria, (vt hic eſſent quaſi tria, ex Petri deſiderio, Tabernacula,) vnum ex illis Eliæ à Græcis conſecratum, & veriſimile; alterum Moyſi fuiſſe dedicatum. Horum autem aliorumque ædificiorum plurimæ nunc viſuntur ruinæ, in quibus feræ latitant. In ipſo tamen dominicæ Transfigurationis loco, iam hortus eſt, arboribus conſitus, & fontibus irriguus, qui muro ambitur, ad quem propter religionem, loci accolæ neminem accedere permittunt. Habetur ſacellum ex parte occidentali ad pedem montis extructum in loco vbi Dominus diſcipulis ſuis dixit: Nemini dixeritis viſionem hanc [e]. Hæc ex Adrichomio.

Thacaſin [f], [i. hora vel tempus Principis] ciuitas in Tribu Zabulon.

Thaddeus [d], [i. laudans, ſiue confitens,] vnus ex Apoſtolis Chriſti, qui iuxta lectionem græcam dicitur *Lebbæus*.

Thahath [e], [i. infra,] filius Aſir Leuita de filiis Caath, vnuſque ex proauis Samuëlis Prophetæ. *Thahath* filius Bared de Tribu Ephraim, & alter *Thahath* [f], filius Elada, vterque de Tribu Ephraim. *Thahath* [g], xxiii. manſio filiorum Iſrael in deſerto.

Thalaſſar [h], Regio Syriæ, quam incoluerunt filij Eden: dicitur & *Thelaſſar* [i], *Thalaſſa* [k], [i. Mare,] Cretæ Inſulæ ciuitas, non procul à loco qui Boniportus dicitur.

Thamar [l], [i. palma, vel dactylus,] vxor Her primogeniti Iudæ, ex quo, poſt obitum mariti concepit Phares & Zara. *Thamar* [m], filia Dauid ex Maacha, & ſoror Abſalom, quam oppreſſit Ammon. *Thamar* [n], filia eiuſdem Abſalom. *Thamar* [o], vrbs Syriæ nobilis, latinè Palmira, vide ſuprà. Ab Hadriano imperatore *Hadrianopolis* dicta.

Thamna [p], [i. venia, vel conſummata commotio,] concubina Eliphaz filij Eſau. *Thamna* [q], ſoror Lotan filij Seir Horræi. *Thamna* [r], ciuitas primi ex vndecim ducibus Idumææ. *Thamna* ciuitas, priùs aſſignata Tribui Iuda, poſteà ceſſit Tribui Dan. Vocatur etiam *Thamnas* [ſ], in quam aſcendens Iudas vt tonderet oues, concubuit cum nuru ſua Thamar [v]. Et *Thamnata*, iuxta quam Samſon dilacerauit Leonem quaſi hædum [u], atque inde accepit vxorem Philiſtæam [x]. Hinc *Thamnathæus* dicitur pater illius vxoris [y]: dicitur etiam *Themna* [b].

Thamnath [a] *Saraa* [i. figura vel imago exceſſa,] vrbs ſita in monte Ephraim, à filiis Iſraël data Ioſue in poſſeſſionem, qui ibidem ſepultus eſt, à parte Aquilonari montis Gaas [c]: Et tempore D. Hieronymi ſepulchrum eius inſigne oſtendebatur, figura Solis inſculptum, eo quod Solem ſtare feciſſet: dicitur & *Thamnatſare* [e].

Thanach [f], [i. humilians te, ſiue reſpondens ſibi,] ciuitas Leuitica in dimidia Manaſſe; vocatur & *Thenach* [g]: Et *Aner* [h]. *Thanatſelo* [i], vrbs in Tribu Ephraim.

Thaphſa [k], [i. tranſitus, vel claudicatio, aut Paſcha, i. locus vbi Paſcha fit,] ciuitas: Hebraici Interpretes dicunt eſſe nomen Regionis ſitæ trans Euphratem, ad orientem Iudææ.

Thaphua [l], vrbs olim regia, quam expugnauit Ioſue, rege eius interfecto: ponitur in ſorte Iuda [m], dicitur tamen alibi: [In ſorte Manaſſe ceciderat terra *Taphua* [n],] Eſt & fons *Taphua*.

Thara [p], alter Eunuchorum qui conſpirarant contra Regem Aſſuerum: dicitur & *Tharos* [q]. *Tharaa* [r], [i. vlulans, aut malefaciens,] filius Micha filij Meribbaal. *Tharaca*, [ſ], [i. explorator, vel contemplator obtuſus,] Rex Æthyopiæ, qui mouebat contra Sennacherib regem Aſſyriorum, dum hic oppugnaret Ezechiam regem Iuda. *Tharana*, [t], [i. explorator, vel contemplator gratiæ, vel miſericordiæ,] filius Caleb ex Maacha concubina.

Thare [v], [i. odorans vel ſpirans.] filius Nachor Pater Abrahæ *Thare* manſio xxiv. filiorum Iſraël in deſerto. Similis eſt, idemque ſignificat *Thares*, idem qui Thara ſuprà. Nec abſimilis *Tharela*. [z] [i. turtur maledictionis,] ciuitas in Tribu Beniamin.

Tharſis [a], [i. contemplatio gaudij, vel turtur gaudij,] filius Iauan filij Iapheth. *Tharſis* [b], Regio quæ & Cilicia, à Tharſis filio Iauan nuncupata: illius autem regionis Metropolis ſo[illegible] in T. Tarſus nomen obtinuit [c], vt ſe ſuprà Tarſus. *Tharſis* [d], vnus ex ſeptem primis ducibus & conſiliariis Aſſueri regis.

Tharthac [e], [i. concatenatus, ſiue retruſus vel conciſus,] Idolum Heuæorum. *Tharathan* [f], [i. explorans, vel contemplans donum,] vnus ex Principibus quos Sennacherib rex Aſſyriorum miſit in manu valida contra Ezechiam regem Iuda.

Marginal notes (left): o 1. Machab. 3. v. 6. — p Zachar. 8. v. 7. — q Apocal. 20. v. 7. — r Matth. 4. v. 15. — ſ Machab. 11. v. 1. — t Matth. 4. v. 15. — u Iudic. 5. v. 23. — x Ierem. 2. v. 6. — y Mich. 5. v. 6. — z Gen. 10. v. 10. — a Ioſ. 11. v. 16. — b Ita Adrichom. — c 1. Par. 6. v. 77. — d Ioan. 46. v. 18. — e Matth. 17. v. Adrich. pag. 143. — f Ioſue 18. verſ. 13. — d Matth. 10. v. 3. Marc. 3. v. 18. — e 1. Par. 6. v. 37. — f c. 7. v. 20. — g Num. 33. v. 26. — h Iſai 37. v. 12. — i 4. Reg. 19. v. 12. — k Act. 27. v. 8. — l Gen. 38. v. 6. & ſeqq. — m 2. Reg. 13.

Marginal notes (right): & 2. Par. 3. v. 8. — n 2. Reg. 14. v. 27. — o Ezech. 48. v. 28. — p Gen. 36. v. 12. & 1. Par. 1. v. 36. — q Gen. 36. v. 22. — r c. 36. v. 40. — ſ Ioſ. 15. v. 57. 2. Par. 28. v. 18. — t Adrichom. — u Gen. 38. v. 14. — x Iudic. 14. v. 1. 2. 5. — y v. 6. — z v. 7. — a c. 15. v. 6. — b Ioſ. 19. v. 42. — c c. 9. v. 50. — d Ioſ. 24. v. 30. Iudic. 2. v. 9. — e ibidem. — f Ioſ. 21. v. 25. Iudic. 5. v. 19. — g Ioſ. 17. v. 11. — h 1. Par. 6. v. 70. — i Ioſ. 16. v. 6. — k 3. Reg. 4. v. 24. & 4. Reg. 15. v. 16. — l Ioſ. 12. v. 17. — m c. 15. v. 34. — n c. 17. v. 8. — o v. 7. — p Eſth. 12. v. 1. — q c. 2. v. 21. — r 1. Par. 8. v. 35. — ſ 4. Reg. 19. v. 9. — t 1. Par. 2. v. 48. — u Gen. 11. v. 24. — x Num. 33. v. 27. — y Eſth. 2. v. 21. — z Ioſ. 18. v. 27. — a Gen. 10. v. 4. — b 3. Reg. 10. v. 22. Pſal. 47. v. 8. Iſai. 2. v. 16. Ezech. 10. v. 8. — c Actor. 9. v. 30. & 11. v. 25. — d Eſth. 1. v. 14. — e 4. Reg. 17. v. 31. — f c. 18. v. 17. Iſa. 20. v. 1.

Thebath [g], [i. iugulatio, vel coquus,] vna ex vrbibus Adarexer, ex qua tulit Dauid æris plurimum.

Thebes [h], oppidum in dimidia Manaſſe trans Iordanem. Hac vrbe capta, Abimelech dum turris eius medium conſcendere nititur, deſuper fragmento molæ à fœmina demiſſo, ictus interijt, Vrba hæc alia eſt à Thebis, & regione Thebaidis in Ægypto prope Magdalum & Seelphon, & à Theſba, ex qua oriundus Elias Thesbites [i].

Thecua [k], filius Ashur filij Heſron ex Abia vxore, de Tribu Iuda. *Thecua* [l], [i. tuba, vel clangor,] vrbs in Tribu Iuda: dicitur & *Thecue* [m] iuxta illam eſt deſertum Thecuæ [n], quo fugerunt Machabæi, Iuda occiſo [o]. Et Amos Propheta dicitur paſtor de Thecue [p], vnde & Thecueni, ſcilicet habitatores *Thecua* [q]. Et *Thecuites*. Et *Thecuitis* [ſ]. *Thecua* [t], [i. ſpes vel funiculus,] pater Sellum mariti Holdæ Prophetidis: quæ dicitur *Thecuath* [u] pater Sellum Holdæ prophetidis, idemque ac proximus *Thecua* [x].

Theglath-Phalaſar [y] Rex Aſſur, qui & *Tehlgath-Phalnaſar*, infrà.

Thehen [z], [i. deprecans, aut miſericors, ſiue gratioſus,] filius Ephraim, à quo familia Theheuitarum.

Thelaſſar [a] Regio Syriæ, eadem quæ *Thalaſſar* [b] ſupra.

Thelgath-Phalnaſar [c] Rex Aſſyriorum, qui abſtulit Tribus Ruben, & Gad, & dimidiam Manaſſes in Aſſyriam, & afflixit Iudam ob impietatem Achaz [d]. Dicitur & Theglath-Phalaſar, ſuprà.

Thema [e], [i. admiratio, vel conſummatio,] filius Iſmaelis filij Abrahæ, à quo vt crediderim Thema [f] regio nomen habuit. *Thema* [g], [delens, vel radens] caput familiæ inter Nathinæos.

Theman [h], [i. conſummatus, vel perfectus,] filius Eliphax filij Eſaü ex Ada. Et ab eo Theman [i] ciuitas Principum Idumæorum nomen habuit, à qua alter Eliphax nepos prioris, & amicus Iob, dictus eſt *Themanites* [k]: imò & *terra Themanorum* [l]. *Themani* [m] filius Ashur ex Naara vxore. *Themna* [n], [i. imago,] ciuitas in Tribu Dan.

Thenac [o], ciuitas regia in Tribu Manaſſe trans Iordanem [p]: dicitur & *Thanac* [q].

Therſa [r], [i. volens, aut ſuauis,] vltima ex quinque filiabus Salphaad, de Tribu Manaſſe. *Therſa* [ſ] vrbs olim regia in Tribu Manaſſe, qua & vſi ſunt reges Iſraël [t], ante conditam Samariam.

Thiras [u], [i. demolitor, ſiue deſtructor,] filius Iapheth, à quo Thirenſes, quos Græci Thraces vocant.

Thola [x], [i. vermis, aut vermiculus,] filius Iſſachar, à quo familia Tholaitarum [y]. *Thola* [z] filius Phua, de Tribu Iſſachar, dux in Iſraël. Huic ſimile *Tholad* [a] ciuitas in Tribu Simeon.

Tholmai [b], [i. Porca agri, aut ſuſpendens aquas,] filius Enac. *Tholmai* [c] rex Geſſur, & pater Maacha vnius ex vxoribus Dauidis: dicitur eſt *Tholomai* [d] filius Ammiud.

Thou [e], [i. errans,] rex Emath. Similis vtcunque *Thopo* [f], vna ex ciuitatibus quas Ionathas muris excelſis, & portis, & ſeris muniuit.

g 1.Paral.18. v.8.
h Iudic 9.v. 50. 2 Reg. 11.v.21.
i 3. Reg. 17. v.1.
k 1. Paral.2. v.24.
l 2. Reg.14. v.2.
m 2. Paral. 11.v 6.
n Cap. 20. v. 20.
o 1.Machab. 9.v.33.
p Amos.1. v.1.
q Eſdr.3.v.3.
r 1.Paral.11. v.28.
ſ 2 Reg. 14. v.4.
t 4. Reg. 22. v.14.
u 2.Paral.34. v 22.
x 4. Reg.22. v.14.
y Cap.15. v. 29.
z Num.26. v.35.
a 4. Reg.19. v.12.
b Iſai.37. v.12.
c 1.Paral.5. v. 26.
d 2.Paral.28. v.20.
e Gen. 25. v 15.
f Iob.6. v.19.
g 1. Eſdr.2. v.51.2.Eſdr. 7.v.55.
h Gen. 36. v.11.
i Verſ.15.
k Iob.2.v.11.
l 1. Paral. 1. v 45.
m Cap.4.v.6.
n Ioſ.19. v 43.
o Cap. 12. v.22.
p Cap. 17. v. 11.
q Iudic. 1. v.27.
r Num.26. v.33.
ſ Ioſ.12. v. 24.
t 3. Reg.14. v. 17.
u Gen.10. v.2.
x C.46.v.13.
y Num. 26. v.23.
z Iudic. 10. v.2.
a 1.Paral.4. v.29.
b Num. 13. v.23.
c 2.Reg.3. v.3.
d 2. Reg.13. v.37.
e Cap.8.v.9.
f 1.Machab. 9.v.50.

Thronus [g] Salomonis, ſolium erat præ grande, eburneum, fuluo veſtitum auro, in ſummitate rotundum & celatum, quod ſex gradibus aſcendebatur, in quorum extremitatibus duodecim leones poſiti erant. In eo ſedebat Rex Salomon cum maiores populi lites decernebat, capitalia iudicia & ſententias proferebat, ac leges dabat, & ſi quando magnificentiſſimè ſuam gloriã oſtendebat [h].

Thubal [i], [i. orbis, vel mundanus, aut confuſio,] filius Iapheth. *Thubal* [k], regio ab illo ſic nuncupata, à quo Iberi traxerunt originem.

Thyatira [l], vrbs Lydiæ in Aſia minori, vnaque ex Eccleſiis Ioannis Euangeliſtæ: Dicitur & *ciuitas Thyatirenorum* [m].

Tiberias [n] vrbs inſignis, olim *Cenereth* dicta, poſteà in honorem Tiberij Cæſaris, (ſub quo Chriſtus baptizatus eſt [o], & cruci affixus [p],) *Tiberias* [q] vocata ab Herode Antipa; ab ea mare Cenereth [r], ſeu ſtagnum Geneſareth [ſ], ſeu mare Galilææ, mare Tiberiadis appellatum eſt [t].

Timotheus [u] Dux Ammonitarum, à Iuda Machabæo bis debellatus. *Timotheus*, Pauli Diſcipulus, & Epiſcopus. Similes ſunt *Timæus* [x], pater Timæi cæci, cui Chriſtus viſum dedit. Et *Timon* [y], vnus ex ſeptem primis Diaconis.

Tob [a], [i. bonus, ſiue bonitas,] terra in Tribu Gad, ad quam fugit Iephthe ſpurius, à facie fratrum ſuorum. Similis eſt *Tobia* [b], [i. bonus Dominus, ſiue bonitas Domini;] caput vnius ex iis familiis, quæ in reditu è captiuitate Babylonica, non potuerunt iudicare genus ſuum. *Tobias* de quo loquutus Zacharias Propheta [c].

Tobias [d] ſenior, eiuſque filius Tobias Iunior, vterque ex Tribu & ciuitate Nephthali, ac timens Deum. *Tobias* [f] vnus ex Principibus Samariæ, qui infeſtarunt Iudæos ex captiuitate reduces.

Tophel [g], [i. ruina, aut ſtultitia,] locus in Tribu Ruben, trans Iordanem, è regione Ierícho, vbi Moyſes Deuteronomium edidit. Similis eſt *Topheth* [h], [i. tympanum, vel ſeductio,] locus in valle filij Ennon, & in Ieroſolymæ ſuburbijs, vbi quondam parentes filios igni exuſtos deuouebant, & immolabant Dæmonio Moloch [i]. De illo Ieremias [k] dicit: [Et ædificauerunt excelſa *Topheth*, quæ eſt in valle filij Ennon;] vide infrà, valli Benennom.

Torcular [l] *Zeb*, locus eſt, in quo filij Ephraim occiderunt Zeb ducem Madian. *Torcularia* [m] Regis, in quibus regium vinum exprimebatur.

Torrens [n] abſolutè, in Tribu Dan, ortus in montanis Iudææ, & fluuiis per vallem Therebinthi; ex eo Dauid ſumpſit quinque limpidiſſimos lapides in pugnam contra Goliath: vocatur & flumen terræ Philiſtiim [o]: & fluuius torrens [p], apud quem Cendebæus à Machabæis fuſus eſt. *Torrens* [q] *Ægypti*, qui Iudæam diuidit ab Ægypto, & influit in mare magnum ſeu mediterraneum, de eremo ſeu deſerto effluit iuxta vrbem Rhinocoruram [r]. Ideoque 70. Interpretes pro Torrẽte Ægypti tranſtulerunt Rhinocoruram: Dicitur fluuius Ægypti [ſ], & Riuus Ægypti [t], & *Torrens* [u] *deſerti*; & *Torrens* [x] abſolutè. *Tor-*

g 3. Reg.10 2. Paral.9. v.17.
h Liran. Adrichom.
i Gen.10. v.2.
k Ezech. 27 v 13.
l Apocal.2. v 18.
m Act 16. v.14.
n Num 34. v 11.
o Luc. 3.v.1.
p Ioan. 19. v.12.
q Cap. 6.v. 11.
r Num.34. v.11.
ſ Luc. 5.v.1.
t Ioan 6.v. 1.& 21.v.1.
u 1.Machab. 5.v.6.34.43.
uu Act. 16. v.1.
x Marc. 10. v.46.
y Act.6.v.5.
a Iudic.11. v.3.
b 1. Eſdr.2. v.60.
c Cap.6. v.14.
d Tob. 1.v. 1. 9.
f 2.Eſdr.6. v.1.12.
g Deutel 1. v.1.
h 4. Reg.23 v.10.
i Iſa 30.v. 33. Ierem. 19.v.6.11. 12.13.14.
k Cap.7.v. 31.
l Iudic.7.v. 25.
m Zachar. 14.v.10.
n 1. Reg 17 v.40.
o 3.Reg.4. v.21.
p 1 Machab 16.v 5.
q Num.34. v.5. Ioſ.15. v.4. & 2. Paral.7.v.8.
r Adrichom
ſ Gen.15. v.18.
t 3. Reg 8.v 65.& 4.Reg 24.v.7
u Amos 6. v.15.
x Ezech. 47 v.19.

rens botri, vide Nebeleſeol ſuprà. *Torrens* [y] *Ciſon*, vbi Elias occidit Pſeudoprophetas Baal. *Torrens* [z] *Gerara*, in quo Iſaac pluter fodit puteos, videtur idem eſſe ac *Torrens* [a] *Boſor*, vltra quem Dauid Amalecitas proſtrauit. *Torrens Iaboc*, vide ſuprà Iaboc. *Torrens* [b] qui eſt contra Ieconam, ſcilicet potentem Carmeli vrbem, in Tribu Zabulon, quam Ioſue, rege illius interfecto, cœpit, & Leuitis attribuit. Ea vrbs dicitur & Iecnam, vide ſuprà, *Torrens* [c] *ſalicum*. *Torrens Zared*, vide infrà Zared vallis. *Torrens* [d] *Cedron*, riuus eſt ad orientem Ieruſalem, inter ipſam & montem Oliueti, è varijs piſcinis & fontibus originem habens, dulci ſtrepitu per mediam vallem Ioſaphat in mare mortuum per plana deſerti influit. Hunc Torrentem Dauid, fugiens à facie filij ſui Abſalom, flens, & nudis pedibus, pertranſijt [e]. Eundem & filius Dauid Chriſtus Dominus pridiè quàm pateretur, pergens in hortum Oliueti, tranſiuit [f].

Trachonitis [g], [i. aſpera & ſaxoſa,] Syriæ Regio, quæ & Ituræa dicta eſt, in dimidia Manaſſe trans Iordanem inter Palæſtinam & Cœleſyriam ſita, verſus ſeptentrionem Damaſcum reſpiciens ad orientem deſerto Arabiæ contermina eſt. Trachonitis autem dicitur, quod ſaxoſa & aſpera & inaquoſa ſit, atque ſubterraneis meatibus, qui Trachones dicuntur abundet, per quos ſpecus pluuiales aquas in lacunis, tam naturalibus quàm artificiosè factis, incolæ diligenter colligunt, & plerique eorum in trachonibus ſpeluncis commorantur, ac ferarum more deliteſcunt, & rapto libenter viuunt, aſſueti in Damaſcenorum, aliorumque agros & vicos, incurſiones facere. Imperatoris Octauiani Augusti tempore, cum Zenodorus Trachonitarum Princeps ob lucrum, quod inde ei cedebat, latrocinia iſta foueret; idem Imperator Trachonitidem eique continentem Bataneam, & Gaulonitidem Zenodoro abſtulit, & Herodis magni regno ea lege iungit, vt latrones coërceret; qui mox Trachonitidem luſtrans, latronumque receptacula expugnans, eos agriculturæ operam dare coëgit, magnamque vicinis tribuit ſecuritatem. Porrò anno Chriſti 7. Herodes cum ſe iam moriturum eſſe ſentiret, Trachonitidem vnà cum Gaulonitide, Batanæa, & Paneade regionibus, extremæ voluntatis codicillo, filio ſuo Philippo, fratri Herodis Antipæ, Galilææ Tetrarchæ aſſignauit: vnde apud Lucam [h], Trachonitidis & Ituræa regionum Tetrarches fuiſſe ſcribitur, quibus vt ait Ioſephus [i] 37. annis pacificè præfuit; poſteà Claudij Cæſaris donatione, eaſdem regiones poſſedit rex Agrippa, dicti Herodis nepos.

Tubianæi [k] populi de gente Iudæorum, Idemque ac Nabuthæi, ſuprà.

Turris [l] *angularis* ſuper portam anguli poſita, quam Ozias rex firmiſſimè exædificauit, & 150. cubitorum ſublimem fecit. Ita Ioſephus [m]. *Turris* [n] *excelſa*, quam idem Ozias ædificauit eadem altitudine qua & prior, & vltra montem Oliueti ſpecula eſſet [o]. *Turris* [p] *custodum*; Turres cuſtodum ſpeculæ erant per diuerſas partes regni in locis altis, ex quibus cuſtodes obſeruabant venientes hoſtes [q]. *Turris* [r] *Dauid* excelſa ac munita, in duarum voraginum angulo, in præruptæ rupis colle, ex quadris lapidibus ferro & plumbo firmiter compaginatis, à Dauide ædificata. *Turris* [ſ] *domus regia* in vrbe Samariæ in palatio regis, ex Abulenſi. *Turris* [t] *Emath* in Ieruſalem. *Turris* [u] *furnorum* ſic dicta, quòd in ea ſeu in furno, perpetuus aleretur ignis, qui noctu iter a matutina iter facientibus, inſtar ſcopi erat, ne à via declinarent [x]. *Turris* [y] *gregis* in Tribu Iuda, conſtructa in campo vberrimo, & paſcuis abundanti, vbi Iacob Patriarcha rediens è Meſopotamia fixit Tabernaculum, pauitque greges ſuos: & Ruben inceſtuoſus aſcendit cubile patris ſui: diſtat mille ferè paſſibus à Bethelehem: ibi paſtores, vt Michæas [z] prædixerat, nocte vigilantes ſuper gregem ſuum, viderunt, & audierunt Angelos canentes, GLORIA IN EXCELSIS DEO; quo loco poſteà Sanctorum Angelorum Templum ab Helena erectum eſt [a]. *Turris* [b] *Hananeel*, non longè à porta anguli ſita, fortis & inſignis. *Turris* [c] *Iezrahel*, ex qua ſpeculator vidit globum Iehu venientis. *Turris* [d] *Libani* in dimidia Manaſſe citra Iordanem, quam Salomon in monte Libano prope Damaſcum conſtruxit, ea quidem celſitudine, vt inde domus Damaſci numerari poſſent; tanta verò pulchritudine, vt idem rex in Canticis de dilecta Chriſti ſponſa ſcribat: [Naſus tuus,] ſeu vt Hebræa fert origo: [facies tua, ſicut Turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum,] *Turris* [e] *magna*, iuxta murum Templi, cæteris altior eminebat. *Turris* [f] *Phanuel*, erat Arx ciuitatis; ſicut & *Turris* [g] quæ eminet de domo regis excelſa. Ea eſt per quam aſcenditur ad Arcem Sion; propriè eſt gradus Arcis. *Turris* [h] *Siloë*, quæ tempore Chriſti corruens, occidit viros decem & octo. *Turris Stratonis*, eadem ac Cæſarea Paleſtinæ: vide ſuprà Adrichom. *Turris* [i] *Sichimorum*, erat Arx Sichem. *Turris* [k] *vallis*, extructa ſcilicet ſuper portam vallis in Ieroſalem. *Turres* [l] quæ erant in agris Azoti, ſunt illæ quas Ioannes Machabæus filius Simeonis igne ſuccendit, & vſque perſecutus eſt exercitum Cendebæi.

V

VALLIS [n] *Achor*, vbi Achan qui tulerat de anathemate, lapidatus eſt, inter Iericho & Hai. *Vallis* [o] *arundineti* in Tribu Ephraim, ſic dicta, quòd ibi arundines copioſæ creſcant: ad quam fortè reſpicit Pſalmiſta dum ait: Increpa feras arundinis [p]. *Vallis* [q] *benedictionis* in Tribu Iuda, ſic dicta quod in ea Ioſaphat, Iudæiſque Domino benedicentibus, Moabitæ, Ammonitæ, & Idumæi, in ſemetipſos verſi, ſe mutuò occiderunt. *Vallis* [r] *Benennon*, vbi impij Achaz & Manaſſes reges Iuda luſtrauerunt filios ſuos per ignem: dicitur & *Conualles* [ſ] filij Ennon. Et *Vallis* [t] *interfectionis* & occiſionis, & Geennom [u]: vide Tophet. *Vallis* [x] *Bethulia*, ad quam exibat Iudith, vt oraret Dominum, cùm eſſet apud Holofernem, & baptizabat ſe in fonte aquæ, quæ ibi erat. *Vallis Botri*,

3. Reg. 18. 40.
Gen. 26. 17.
1. Reg. 30. 9.
Ioſ. 19. 11.
Iſa. 15. 7.
Adrichom.
2. Reg. 15. 23. 30.
Ioan. 18. 1.
Luc. 3. 1.
h Cap. 3. v. 1.
k 2. Machab. 12. v. 17.
l 2. Paral. 26. v. 9.
m 9. Antiq. 11.
n 2. Paral. 26. v. 9.
o Ioſeph. 9. Antiq. 12.
p 4. Reg. 17. v. 9.

q Ita Abulenſis
r Cantic. 4. v. 4.
ſ 4. Reg. 15. v. 25.
t 2. Eſdr. 12. v. 38.
u Cap. 3. v. 11.
x Adrichom.
y Gen. 35. v. 21.
z Cap. 4. v. 8.
a Adrichom.
b 2. Eſdr. 3. v. 1. & Zachar. 14. v. 10.
c 4. Reg. 9. v. 17.
d Cantic. 7. v. 4.
e 2. Eſdr. 3. v. 27.
f Iudic. 8. v. 17.
g 2. Eſdr. 3. v. 25.
h Luc. 13. v. 4.
i Iudic. 46. & 47.
k 2. Paral. 26. v. 9. 2. Eſdr. 3. v. 1.
l 1. Machab. 5. v. 5.
n Ioſ. 16.
o Ioſ. 17. v. 9.
p Pſalm 67. v. 31. Pal. 20.
q 2. Pa v. 26.
r 2. Paral. 33. v. 6.
ſ Ioſ. 15. v. 8.
t Ierem. 7. v. 32.
u Ioſ. 15. v. 8.
x Iudith. 12. v. 7.

vide

[y Ierem 31. v 40.] vide Nchelefcol, ſuprà. *Vallis* [y] *cadauerum* & cineris, eſt inter montem Caluariæ & mœnia Ieruſalem ſita, ſicque dicta, quòd ibi cadauera, oſſa, & cineres reorum in monte caluariæ punitorum, aut etiam combuſtorum proiicerentur. In hanc vallem, ob imminentem veſperam, & diem feſtum, latronum cadauera & cruces, Chriſti quoque iam ſepulti crucem ac titulum præcipitarunt; ſuper quæ deinde comportatis vrbis ſordibus, tota demum vallis oppleta fuit; ſicque triumphale illud crucis lignum, ſub immenſo infectoque aceruo, trecentis ferè annis, altè ſepultum iacuit, donec à B. Helena Auguſta, Conſtantini matre, inuentum eſt, prout Eccleſiaſtica refert Hiſtoria. *Vallis* [z] *Caſis*, eſt ciuitas in Tribu Beniamin. [z Ioſ. 18. v. 21.] *Vallis Cedron*, eadem ac vallis Ioſaphat. *Vallis* [a] *Gad*, per quam perranſiuit Ioab numerans populum. [a 2. Reg. 24. v. 5.] *Vallis Gerara*, vbi peregrinatus eſt Abraham, & natus eſt Iſaac, vide ſupra, Gerara. *Vallis* [b] *Gigantum*, eadem ad Vallis Raphaim [c]. [b Cap. 23. v. 13.] [c 2. Paral. 11. v 15.] *Vallis* [d] *Hebron*, Eadem ac *Conuallis Mambre*, in qua habitauit Abraham in Tabernacolo, ibique tres Angelos hoſpitio ſuſcepit, pedes lauit, & ſub quercu ſeu Ilice Mambre miniſtrauit ad menſam; arbor autem ipſa (quam & Terebinthum vocat D. Hieronymus) ſtetit vſque ad imperium Conſtantij iunioris, ac ætatem eiuſdem Hieronymi, quod intellige eo ſenſu quo ait Salignacus [e]: Oſtenditur adhuc inquit, ilex illa ante oſtium Tabernaculi Abrahæ: nam licet antiqua ilex aruerit, tamen ex eius radice alia pullulauit, cuius folia paulò maiora ſunt foliis lentiſci: fructus, vt quercuum. [d Gen. 37. v. 14.] [e vt refert Adrichom.] *Vallis* [f] *Iephthael*, in Tribu Zabulon. [f Ioſ. 19. v. 14.] *Vallis* [g] *Iezrael*, iuxta Iſraël in Tribu Iſſachar [h], lata duobus miliaribus. [g Iudic. 6. v. 33.] [h Adrichom.] In Valle hac ſeu planitie intermedia, pugnauit Gedeon contra Madianitas [i]: Saul contra Philiſtæos: Achab contra Syros. [i Ibidem.] *Vallis* [k] *Ioſaphat* eſt inter Ieruſalem & montem Oliuarum, lata & profunda, totam ab oriente cingens vrbem, & torrente Cedron mediam præterfluente, fœcundata. [k Ioël. 3. v. 2.] Vallis hæc commune totius ciuitatis, vulgi maximè, cœmeterium erat; extra vrbem enim Iudæis ſepeliri mos erat; ibidemque nunc Turcæ ſepeliuntur. In hac quoque Valle, omnes ad extremum Iudicium ſunt congregandi [l]; vnde & Vallis conciſionis appellatur, quia ibi hædi ab ouibus, & mali à bonis ſeparati concidentur: Ex Lyrano dicitur & Vallis montium [m]. [l Ibidem. & v. 14.] *Vallis* [n] *montium*, ait Lyranus, & Vallis Ioſaphat, media inter montem Oliueti, & montem Sion, in quam Iudæos fugituros prædicit Zacharias, non hoſtes, ſed terræ motum; ſicut ſugerant à facie terræ motus in diebus Oziæ: Valles enim minus quàm montes, terræ motu quatiuntur. [m Zachar. 14. v 5.] [n ibidem.] *Vallis* [o] in Perſide vbi abſconditus & obturatus fuit ignis ſumptus de altari, in puteo alto & ſicco. [o 2. Machab. 1. v. 19.] *Vallis* [p] *Raphaim*, i. Gigantum, ampliſſima iuxta Ieruſalem, optimi tritici, vini, olei, frugumque omnium feraciſſima; in qua Dauid Philiſtæos ſe inuadentes, ſemel iterumque fudit. [p 1. Paral. 11. v. 15.] *Vallis* [q] *regis*, in qua Abſalom erexerat ſibi titulum, qui appellatur manus Abſalon; Adrichomius ſtatuit illum iuxta Ieruſalem, vbi etiam ingens lapidum extat aceruus, qui in dies augetur. [q 2. Reg. 18. v. 18.] Nam illac tranſeuntes, pro more habent, vt quiſque lapidem in eum mittat, quaſi vindicans illius parricidæ rebellionem, his verbis: maledictus ſit parricida Abſalom: & quicunque iniuſtè parentes ſuos perſequuntur, maledicti ſint in æternum. *Vallis* [r] *Salinarum*, ſeu ſalis in qua Dauid percuſſit octodecim millia Idumæorum, & erexit ſibi fornicem triumphalem: Et Amaſias rex Iuda alia decem millia, & totidem præcipitauit de rupe & petra Iectéel [ſ]. [r 2. Reg. 8. 13. 1. Paral. 48. v. 12.] [ſ 2. Paral. 25 v. 11. 12.] *Vallis* [t] *Seboim* contra deſertum. [t 1. Reg. 13 v. 18.] *Vallis* [v] *Sennim* iuxta Sedes Nephtalim ſita, in qua Haber Cinæus tetenderat Tabernaculum ſuum, in quo vxor eius Iahel occidit Siſaram. [u Iudic. 4. v. 11. 12.] *Vallis* [x] *Sephata*, quę eſt iuxta Mareſa, vbi Aſa rex Iuda profligauit Æthiopes. [x 2. Paral. 14. v. 10.] *Vallis* [y] *Sylueſtris*, in qua olim Sodoma, & multi putei bituminis, nunc eſt mare mortuum, vide ſuprà. [y Gen. 14. v. 3.] *Vallis* [z] *Terebinthi*, vbi Dauid pugnauit contra Goliath: vide ſuprà Terebinthus. [z 1. Reg. 17 v. 3.] *Vallis* [a] *viatorum* ad orientem maris, quæ obſtupeſcere facit prætereuntes, vbi ſepelietur Gog, & omnis multitudo eius, idcircò vocata eſt Vallis multitudinis God. [a Ezech. 39 v. 11.] *Vallis* [b] *Viſionis*. [b Iſa. 22. v. 1]

Vaſſeni [c], [i. mutatus, aut coccineus,] primogenitus filiorum Samuëlis. [c 1. Paral. 6. v. 28.] *Vaſthi* [d] [i. bibens, vel duplicans,] vxor Aſſueri regis, ab ipſo repudiata. [d Eſth. 1. v.]

Vinea [e] *Naboth*, erat iuxta palatium regis Achab propè Iezrahel, in dimidia Manaſſes cis Iordanem. [e 3. Reg. 21 v. 2.]

Vlam [f], [i. fortitudo, vel ſtultitia eorum,] filius Sares filij Machir. [f 1. Paral. 7 v. 16.] *Vlam* [g] primogenitus Eſer. [g Cap. 8. v. 39.]

Vr [h], [i. ignis, vel lumen,] pater Eliphal, vnius ex fortiſſimis in exercitu Dauid. [h Cap. 11. 35.] *Vr* [i] Chaldæorum, ciuitas ex qua eductus eſt Abraham. [i Gen. 11. 28.]

Vri [k], [i. ignis, vel lumen,] filius Hur filij Caleb ex Ephrata vxore. [k 1. Paral. 2 v. 20.] *Vri* [l] pater Gaber vnius ex præfectis Salomonis. [l 3. Reg. 4 19.] *Vri* [m] vnus ex Ianitoribus qui abiecerunt vxores alienigenas ſub Eſdra. [m 1. Eſdr. 10 v. 23.]

Vrias [n], [i. ignis Domini, ſiue lumen Domini,] maritus Beth-Sabee, vir fidus ac generoſus. [n 2. Reg. 11 v. 3. & 1. Par. 11. v. 41.] *Vrias* [o] Sacerdos, qui iuſſu impij Achaz regis Iuda extruxit altare in Domo Domini, ad exemplar illius quod erat in Damaſco. [o 4. Reg. 16 v. 11. ac ſeq.] *Vrias* [p] Sacerdos, quem iuſſu Dei aſſumpſit Iſaias in teſtem fidelem. [p Iſa. 8. v. 2] *Vrias* [q] filius Semei de Cariath-iarim, vir prophetans in nomine Domini, & compropheta Ieremiæ, quem Ioakim occidere voluit. [q Ierem. 26 v. 20.] *Vrias* [r] filius Accus, & pater Marimuth vnius ex inſtauratoribus Ieruſalem. [r 2. Eſdr. 3 43.]

Vriel [ſ], [i. ignis Dei, aut lumen Dei,] pater Maacha, ſiue Michai matris Abiam regis Iuda: dicitur & Abeſſalom [t]. [ſ 2. Paral. 13 v. 2.] [t 3. Reg. 15 v. 2.] *Vriel* [u] filius Thahath, Leuita de ſtirpe Caath. [u 1. Paral. 6 v. 24.]

Vrbs [x], ſiue ciuitas palmarum, eadem ac Iericho: vide ſuprà. [x Deuter. 34 v. 3. Iudic 1 v. 13.] *Vrbs* [y] *aquarum*, eadem quæ Rabba, ſeu Rabboth, ſuprà. [y 2. Reg. 12 v. 27.]

Z

ZAbad [z], [i. dos, ſiue dotatus,] filius Thshath, vnuſq; de filiis Ephraim, quos occiderunt filij Geth indigenæ. Zabad [a] filius Nathan. Zabad [b] filius Oholi, vnuſque de fortiſſimis in exercitu Dauid. Zabad [c] filius Semmaath Ammonitidis, alterque es ſeruis qui occiderunt Ioas regem Iuda, in vltionem ſanguinis filij Ioiadæ Sacerdotis.

Zabadia [k] filius Bariæ de Tribu Beniamin. Zabadia [l], [i. dos Domini,] filius Ephaad de eadem Tribu. Zabadia [m] filius Ieroham de Gedor, vnuſque ex fortiſſimis viris qui transfugerunt ad Dauid.

Zabadias [n], filius Aſaël fratris Ioab, vnuſque ex Principibus miniſtrantibus Dauidi menſe quarto. Zabadias [o] tertius filius Meſemediæ, Leuita, & officio Ianitor ſub Dauide. Zabadias [p], vnus ex Leuitis miſſis à rege Ioſaphat, vt docerent populum in Iuda. Zabadias [q] filius Iſmaël, & dux in domo Iuda, ſuper ea opera, quæ ad regis officium pertinent.

Zabdi [r], [i. dos, vel dotatus,] pater Charmi patris Achan ſacrilegi. Zabdi [ſ], filius Semei maledici, de Tribu Beniamin Similis eſt, idemque ſignificat Zabdias [t] Aphonites præfectus cellis vinariis Dauidis.

Zabdiel [v], [i. dos Dei, ſiue dotatus Dei,] pater Ieſboam præpoſiti in primo menſe, primæ turmæ Dauidis. Zabdiel [x] filius potentium, & præpoſitus ſuper centum & viginti octo potentes. Zabdiel [y] Arabs, qui caput Alexandri regis Syriæ miſit ad Ptolomæum Ægypti regem, eiuſdem Alexandri ſocerum.

Zabulon [z], [i. habitaculum, vel habitans,] decimus filius Iacob, ex Lia vxore ſua; à quo & tota eius Tribus dicta eſt Zabulon [a]. *Terminus Zabulon pertingens ad Sidonem* [b].

Zachæus [c], [i. purus, aut nitidus, vel Syriacè, iuſtus,] vnus ex ducibus Iudæ Machabæi. Zachæus [d] Princeps Publicanorum, ſed vir puſillus, cupiens videre Chriſtum, ſycomorum aſcendit.

Zachur [e], [i. memor, aut maſculinus,] filius Maſma de Tribu Simeon. Zachur [f], Leuites filius Merari. Zacchur [g] de filiis Aſaph Principis Cantorum. Zachur [h], Princeps tertiæ vicis Cantorum, idemque cum præcedente de filiis Aſaph. Zachur [i], vnus de filiis Begui. Zachur [k] filius Amri, vnus ex inſtauratoribus Ieruſalem: his affinis Zechur [l] pater Sammua Principis Tribus Ruben.

Zacharias [m], [i. memoria Domini, aut maſculus Domini,] filius Moſolamiæ, Leuita, & Ianitor portæ Tabernaculi Teſtimonij, ſub Dauide. Zacharias [n], Princeps in Tribu Ruben. Zacharias [o] filius Barachiæ, alter ex teſtibus fidelibus, quos adhibuit ſibi Iſaias Propheta: idem fortè ac is quem Chriſtus ſit, interfectum inter Templum & altare. Zacharias [p] filius Iehiel ſeu Abigabaon, ex Maacha; dicitur & Zacher [q]. Zacharias [r] Leuita, & Ianitor: idem cum primo. Zacharias [ſ], alius Leuita in Nablis arcana cantans.

z 1. Paral.7. 20. a Cap.2.v.5. b Cap.11.v.1. c 2. Paral.24. 25. 26. k 1. Paral 8. 15. l v.17. m Cap.12. 7. n Cap. 27. 7. o Cap. 26. 2. p 2. Paral.17. 8. q 2. Paral.19. 11. r Ioſ.7.v.1. ſ 1. Paral. 8. 19. t Cap.27.v. 27. v Cap. 27. 2. x 2. Eſdr.11. 14. y 1. Machab. 11. v.17. z Gen.30. v. 20. a Ioſ.19.v. 27. b Gen 49. v. 13. c 2. Machab. 10. v.19. d Luc.19.v.2. & ſeqq. e 1. Paral.4. v.26. f Cap.24.v. 27. g Cap.25.v.2. h v.10. i 1. Eſdr.8.v. 14. k 2. Eſdr.3. v.2. l Num.13. v.5. m 1. Paral.9. v.21. n Cap.5.v.7. o Iſa.8.v.2. p 1. Paral.9. v 36. 37. q Cap.8.v. 31. r Cap.15.v. 18. ſ v. 20.

Zacharias [t] Sacerdos clangens Tuba. Zacharias [v] filius Ieſiæ de Tribu Leui. Zacharias [x] quartus filius Hoſæ. Zacharias [y] vir prudentiſſimus & eruditus, Princeps Ianitorum ad plagam Septentrionalem idem cum primo. Zacharias [z] pater Iaddo Principis dimidiæ Tribus Manaſſe in Galaad. Et hi ſeptem poſtremi, omnes ſub Dauide. Zacharias [a] filius Ioſaphat regis Iuda, & frater Ioram regis item Iuda. Zacharias [b] filius Ioiadæ Pontificis, qui increpans Iudæos ſuper idololatria, legiſque tranſgreſſione, iuſſu Ioas regis Iuda, in atrio Templi lapidatus eſt. Zacharias [c] Leuita, de filiis Aſaph Principis Cantorum, ſub Ezechia. Zacharias [d] item Leuita, de filiis Caath, ſub Ioſia. Zacharias [e] filius Ieroboam filij Ioas regis Iſraël. Zacharias [f] filius ſeu nepos Addo, Propheta; dicitur enim alibi filius Barachiæ filij Addo [g]. Zacharias [h] de filiis Sechemiæ filij Pharos. Zacharias [i] de filiis Bebai. Zacharias [k], de filiis Ælam, vnus ex filiis Iſraël, qui abiecerunt vxores alienigenas. Zacharias [l] Pater Ioannis Baptiſtæ, cuius domus in Montanis Iuda.

Zacher [m], filius Abigabaon: dicitur & Zacharias [n], ſuprà.

Zamma [p], [i. ſcelus, turpitudo,] filius Iahath, Leuita, de ſtirpe Gerſom. Zamma [q] filius Semei, Leuita, de eadem ſtirpe Gerſom idem cum præcedenti.

Zambri [r], [i. cantans, vel pſallens,] filius Salu, ſeu Salomi [ſ]. Zambri [t] ſeruus Ela filij Baaſa regis Iſraël, qui occidit Dominum ſuum, deleuitque omnem domum Baſſa, & obſeſſus ab Amri, ſuccendit ſe cum omni domo regia, in Therſa. Zambri [v], filius Ioada, de Tribu Beniamin. Zambri [x] Regio; in cuius reges prophetat Ieremias: ſita verſus Chaldæam. Similis eſt, idemque ſignificat Zamri [y] filius Zaræ filij Iuda, ex Thamar.

Zanoe [z], [i. Repulſa,] ciuitas fortis Iuda, ſed poſteà aſſignata Tribui Dan. Zanoe [a], alia ciuitas in eadem Tribu Iuda. Zanoa [b], ciuitas, eadem cum prima Zanoë.

Zara [c] filius Rahuel filij Eſau, & pater Iobab, ſeu S. Iob. Is cum Bela ſubiugauit Horræos, ſeu filios Seir. Zara [d] filius Iudæ ex Thamar: dicitur & Zare [e], à quo familia Zareitarum. Ab eo etiam orta ſtirps Zarachi [f], ex quo Sobochai Huſathites Princeps turmæ quæ miniſtrabat Dauidi, octauo menſe. Zara [g] filius Simeonis filij Iacob; dicitur & Zare [h]. Zara [i] filius Gerſon filij Leui, idem ac is qui dicitur filius Adaia [k]. Zara [l] Rex Æthiopum, qui cum decies centenis millibus & curribus trecentis egreſſus eſt contra pium Aſa regem Iuda habentem in exercitu ſuo quingenta & octoginta millia virorum fortiſſimorum, à quibus tamen Æthiopes, Domino cædente, & exercitu illius præliante, contriti ſunt.

Zare filius Simeonis, à quo familia Zareitarum: dicitur & Zara [m]. Zare [o] de Tribu Iuda, proauus Achan ſacrilegi. Zares [p], [i. corona miſeriæ,] vxor Aman hoſtis Iudæorum; & Zared [q], ſeu Torrens Zared, quem ſicco pede tranſiſſe feruntur Iſraëlitæ.

Zeb [r], [i. lupus;] vnus ex principibus Madian.

t v.24. v Cap.24 v. 16. x Cap.25. v. 11. y v. 14. z Cap.27. v. 21. a 2. Paral.21. v.2. b Cap 24. v. 20.21. c Cap.29.v. 13. d Cap.34. v. 12. e 4. Reg.14. v.29. f 1 Eſdr.5. v.1. g Zachar.1. v.1. h 1. Eſdr.8. v. 3. i v.11. k Cap. 10. v. 26. l Luc.1. v.1. m 1. Paral.8 v. 31. n Cap 9.v. 37. p Cap.6.v. 20. q v.40. r Num.25.v. 14. ſ 1. Machab. 2.v.26. t 3. Reg.16. v.9.& ſeqq. v 1. Paral.8. v.36. x Cap.25. v. 25. y Cap.2. v.6. z Ioſ.15.v. 34. a v.56. b 2. Eſdr. 11. v.30. c Gen. 36. v. 13.33. d Cap.38. v. 30.& 1. Par. 2. v.4 5. e Num.26. v. 20. f Cap.28 v. 11. g 1. Paral.4. v.24. h Num.26.v. 12. i 1. Paral.6. v.21. k v. 41. l 2. Paral.14. v.9.11. 13. m Num. 26. v.12. n 1. Paral. 4. v.24. o Ioſ.7. v. 1. 18. p Math.5.v. 10.14. q Num.21.v. 12. Deut.2.v. 14. Hieron. in locis Hebraicis. r Iudic.7.v. 25.

Madians Iud. 8. v. 3. ab Ephraim interfe-ctus in torculari Zeb, abciſo capite. *Zebee* [t], [i. victima, vel ſacrificium,] Rex Madian, comprehenſus & occiſus à Gedeone, vnà cum Salmana, etiam rege Madian. *Zebul* [t], [i. habitaculum, Syriacè, ſterquilinium,] ſeruus Abimelech filij Gdeonis.

Zebedem [v], [i. dos, ſiue dotatus, aut fluxus vehemens,] Leuita. Similis eſt *Zebedaus* [x], pater Iacobi, & Ioannis Apoſtolorum.

Zechri [y], [i. memor, vel memorans, ſiue maſculinus,] filius Iſaar filij Caath, filij Leui. *Zechri* [z] filius Seſac de Tribu Beniamin. *Zechri* [a] filius Ietoham, eiuſdem Tribus. *Zechri* [b] vir potens in Ephraim, qui occidit Maaſiam filium Achaz idololatræ, regis Iuda.

Zephrona [c], [i. ex Syro, & Hebræo, falſitas cantici,] vnus ex terminis terræ promiſſionis à plaga ſeptentrionali.

Zethan [d], [i. oliua eorum, ſiue iſte perfectus, aut ſimplex,] filius Leedan filij Gerſon filij Leui. *Zethan* [e] filius Balan filij Iadihel filij Beniamin.

Ziph [f] filius Meſa primogeniti Caleb, de Tribu Iuda. *Ziph* [g] filius Ialeleel, de eadem Tribu Iuda, ſe frater Zipha. *Ziph* [h] vrbs in Tribu Iuda, quam ædificauit, ſeu inſtaurauit Roboam rex Iuda [i]: Vnde mons ſolitudinis Ziph, qui opacus erat [k]. Et ſilua *Ziph* [l], in qua Ionathas Saulis filius conuenit Dauidem, & renouauerunt fœdus, & amicitiam: Et deliтuit aliquando Dauid: Inde & Ziphæi populi [m].

Zica [n] filius Ionathan: de Tribu Iuda. *Ziza* [o] vnus ex nominatiſſimis Principibus de Tribu Simeonis. *Ziza* filius Semei ſecundus. *Ziza* [p] vnus ex filiis Roboam ex Maacha filia Abſalom.

Zorobabel [r], [i. alienus à confuſione, vel extranea confuſio,] filius Salathiel, in Chriſti Genealogia, & Linea Salomonis. *Zorobabel* [ſ] dux in Iuda, in eadem Genealogia, & Linea Nathan. *Zorobabel* [t] filius Phadaiæ filij Iechoniæ.

[ſ] Cap. 8. v. 3 &c.
[t] Cap. 9. v. 28.
[u] 2. Eſdr. 11. v. 17.
[x] Matth. 4 v. 21.
[y] Exod. 6. v. 21.
[z] 1. Paral. 8 v. 23.
[a] v. 26.
[b] 2. Paral. 28. v. 7.
[c] Num. 34. v. 9.
[d] 1. Paral. 23. v. 8.
[e] Cap. 7. v. 10.
[f] Cap. 2. v. 42.
[g] Cap. 4. v. 16.
[h] Ioſ. 15. v. 24.
[i] 2. Paral 11. v. 8.
[k] 1. Reg. 23 v. 14.
[l] v. 16. 17. 18.
[m] Cap. 23. v. 19.
[n] 1. Paral. 2. v. 33.
[o] Cap. 4. v. 37.
[p] Cap. 23. v. 10. 11.
[q] 2. Paral. 11. v. 20.
[r] 1. Paral. 3. v. 17. Matth. 1 v. 12.
[ſ] Agg. 1. v. 11. Eſdr. 3. v. 2. 8 Luc. 3. v. 27.
[t] 1. Paral. 3. v. 19.

F I N I S.

1-1-2

1-1-2

1-1-2